


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
22 — M
33



Digitized by Google

SANCTI
BONAVENTVRAE
EX ORDINE MINORVM
S. R. E. CARDINALIS ALBANEN.
EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS


CARMELITANI SCALZI DI S. MARIA DELLA SCALA

Opusculorum Theologicorum.

TOMVS SECVNDVS.

Accesserunt nunc eiusdem S. Patris aliqui miræ eruditionis, ac sanctitatis libelli, qui iam temporum iniuria penè interciderant.

Additæ sunt etiam marginales annotationes, quæ sententias illustrarent.
Hac omnium postrema editione cum Romano exemplari omnia contulimus, & quà fieri potuit diligentia pristinæ integritati restituimus.

Quę in hoc secundo Tomo contineantur prima post indicem pagina indicabit.

CVM PRIVILEGIO.

S. Mariæ de Scala





VENETIIS.
APVD HAEREDEM HYERONIMI SCOTI.
M DC XI.

SERAPHICI DOCTORIS S. BONAVENTVRAE

PARVORVM OPVSCVLORVM SECVNDAE PARTIS LIBRI,

Distinctiones, collationes, atque Capitula ordinate subsequuntur.





GNEM Venit Christus mitterre in terram, vt arderet, in dextra nempe Dei est ignea lex, cuius eloquiũ ignitum est vehementer, cuius oculi sunt sicut flamma ignis, cuius pręco Ioannes dictus est lucerna ardens & lucens instar Elię. Considerans hęc noster Eustachius dominus Bonauentura, voluit esse doctor ardens, sciens quoniã lucere parum est, & sæpe vanum & noxium. Sortitus est idcirco, secundum laudem vitæ suę pariter & doctrinæ, nomen ipse Bonauentura, vt anthonomasthice doctor Seraphicus nominetur. Donec hoc in speciali suũ itinerarium mentis in Deum, cuius opusculi, immo operis immensi laus superior est ore mortalium. Hæc Gerson. In hac autem secunda parte libri, & tractatus immediate feruorem contemplationis sapientis, & honestatẽ motuum actionumq; concernentes ponuntur, qui autorem libri feruidum, deuotum, ac moribus insignem ostendunt. Et primo ponuntur mores, vitam actiuam concernentes, secundo orationes, tertio magis proprie contemplationem concernentia.

de stu-

Dicta

Digitized by Google

Quid

Index in 2.To.S.Bonauenturæ.

Eiuſdem

Digitized by Google

FINIS.

LIBRORVM HOC SECVNDO TOMO
CONTENTORVM SERIES.

Digitized by Google

Oratio in vitam & merita Diui Bonauenturæ, per insignem iuris vtriusque Doctorem dissertissimum, Octauianum de Martinis Suessanum, sacri palatij Apostolici clarum Aduocatum Consistorialem.

IVstitia suffragiorum, B.P. ad quę porrigenda desiderabar hærentem me concitauit, ad indicti mihi muneris prouinciam remota cunctatione capescendam. Neq; enim me alioquin fallebat, quam arduum quam ve anceps munus obirem, postulare ex merito, secundũ Ro. Ec. decretum referri in ordinẽ siue catalogum celestiũ, qui cum Christo regnant Sanctorum: Idque in hoc tremendo auditorio, sub aspectu sacri Reuerendissimorum Patrum Senatus, ac sapientum prælatorum & virorum, quib. tua sanctitas cęlesti superum dono, in sua maiestate sapientissime præsidet, vbi non ego modo qui in actione causarum forensium, nostri sæculi stilo versor, verum & alium quemlibet exercitatum, ac deniq; consummatum oratorem expauere quidem posse credendum sit. Nam per immortalem Deum, quis tam sapiens, aut disertus quicquam adeo elimatum, aut studio a lucubratione excogitatum hic proferat, quo maiestatem loci dicendo vel mediocriter æquare possit? Quid porro tanto studio adinuentum, quod præuisum ac tritum non fuerit apud tantæ sapientiæ patres ac te ante alios Sanctissime Princeps, qui cum ex multis iam annis diuinarum atq; humanarũ rerum, ac omnis deniq; Philosophię scientiam plenissime edidiceris, velut splendidissimum sydus in firmamento, in Dei Ecclesia cæteros illustrasti? Quæ quidem reuoluenti non leuem animo timorem incussisse poterant, atq; ab hac actione, qua nulla illustrior, penitus dehortari, nisi iustitia meritorum (vt præmiseram) beati Bonauenturæ, ꝑ quo intercedimus, animum erexisset atq; confirmasset. Accedebat præterea, ꝙ princeps non profanus pro religioso, aut indoctus pro literato rogandus erat, sed tu profecto Pater beatissime qui diuinis obsequijs in Beati Francisci religione, ex matris vtero cœlitus destinatus, in eadem omnipotenti Deo religiosus seruiuisti, ac demum ad eius principatum singularibus tuis meritis vectus, illam sapienter ac salubriter gubernasti, auxisti atq; ampliasti, quive cum diuinorum ministeriorum scientiam per traditiones patrum fueris nactus: tum vero ex operibus eiusdem diui Bonauenturę quæ diuino spirante lumine edidit, conditoris diligentiam certissime comparasti. Ita te nanq; par erat, qui conditoris vices gesturus in terris, in illius mandatis commissum gregem oporteret erudire, neq; enim illius fauste quis vices gerit, quem non penitus nouit, neque illius porro mandata recte alios edocet, quę non prius luculenter edidicit. Quare cum pro diuinæ sapientiæ Patre, ordinis Minorũ generali ministro Episcopo Cardinali Albanẽ. intercessurus essem, apud te beatissime Pater qui ijsdẽ meritis clarus, eisdẽve officijs gloriose perfunctus eras, & proinde ad hoc opus tibi in hos vsque dies diuinitus seruatum electus, nequaquam mihi verendum fuit, ne per insufficientiam tibi negligerer, qui etiam meritus fidelium pastor imbecillitati nostræ clementissime compati didicisti. Iamque ego qui horrore quodam non sine titubatione occeperam, perspecto tamen quam benigno vultu ac clementi nutu audientiã indulgeas, erectus in spem meliorem, fidentior prosequor, tui sacri affectus oraculo, meis auribus illud propheticum insonare videtur. Dilata os tuum & ego implebo illud. Et rursus. Dabo tibi sermonem bene sonantem in os tuum, vt complaceas in ore principis, ac ipsum obsecro pari clementia velis fauere, dum diuino munimine adiutus, ac tuo benigno fauore firmatus ꝓferam quæ ad ipsius creditoris Bonauenturæ, ac huius sanctæ sedis laudem perpetuam cedere possint. Exoraturo a tua sanctitate P.B. Diui Bonauent. canonizationem ingens mihi studium fuit, sacrarum literarum codices diligentius euoluere, ad dignoscendum quænã rei de qua agimus conuenirent. Quibus quidem curiosius perspectis quantum colligere potui, duo potissimum inspicienda, ac merito inquirenda fuisse intelligo, vitam, s. & miracula, quæ si recitando monstrauerim, in hoc viro esse comperta qualia ad canonizationem sufficiant, tua sanctitas, cuius arbitrio id subijcitur, benigne dignabitur votis supplicantium respondere. Et quoniam vitæ initium quod ex religione suscipio, miraculosum existit, nemo mihi vitio vertet, si vitam ante miracula relaturus, alterum cum altero recensendo permisceam. Nec rursus mirabitur, ꝙ quemadmodum pleriq; cuiuspiam memoriam commendaturi, non ego primordijs natalium ac pueritiæ Diui Bonauenturæ insistam, aut eo altius a parentum ipsius dignitate exordiar. Prohibent namq; crebra & clariora viri facinora, ab illo in statu perfectionis agitata. Nec tamen omittam, ꝙ Bonauentura natione Tuscus, patria Balneoreginus, Ioanne fidanza, & Ritella fidelibus cõiugibus ortus, baptismatis vnda respersus, qua ex Ioanne medicinæ magistro, & Felice Antonij, qui & ipsi ab illis maioribus originem trahunt, atque alijs testibus Balneoreginis probe comperta sunt. Cæterum prætermissa longiore serie præmissorum, vita inde exordium capiet, vbi relicto mortalitatis statu, mũdo moritur, ac omnipotenti Deo meritis beatissimi Francisci, victimam se perpetuam dedicauit. Gloriosus Deus in sanctis suis, quos sibi ab æterno prædestinauit electos, & secundum necessitatem temporis ad salutem humani generis producit in lucem, cum Beatum Bonauenturã vas electionis sibi delegisset, ac suis obsequijs in Religione Sancti Francisci destinasset, quo tamen illius cõuersio, posset aliquando a Deo disponente profecta intelligi, & in illo suæ maiestatis gloria reuelari, eundem in extreme valetudine periclitari permisit. Cuius saluti anxia solicitudine timens charissima parens, vbi Physicorum quos adhibuit diligentiam, frustra experta est, & medelarum vires ad illum leuãdum minus valere comperit, solius Dei opem quem sancta timebat, & cui castos pueri mores, quos probe vt mater nouerat, intelligebat acceptos, humiliter in salutem pueri inuocauit, ac Sancti Francisci suffragia reuerenter implorans, illum si sanum recuperaret, ipsius religioni perpetuo deuouit. Exaudita est pro diuina clementia, & sua reuerentiã, & sanitate recuperata integer puer euasit, non sine admiratione physicorum præsertim qui eum statum corporis probe in illo deprehenderãt, vt humana opẽ ægrum leuari posse penitus desperassent. Idem iam adolescens, ac porro ætate prouecta cũ religioni maturum se, & illi ex parentis voto debitum intelligeret, memorque diuini mandati per Dauid Prophetam, humano generi prolati. Vouete & reddite Domino Deo vestro. Anno suæ ętatis circiter secundo & vigesimo, habitum Religionis Sancti Francisci deuotissime suscepit in qua professionis emissione beneficium illius his verbis aperte testatus est. Voto. n. pro me languente grauissime, ad S. Frãciscum emisso a matre, cum adhuc essem puerulus, ab ipsis sum mortis faucibus erutus, & in robur vitæ incolumis restitutus, qđ cum viua memoria teneam, vera nũc confessione profiteor, ne tñ beneficiũ reticens, sceleris arguar vt ingra-

tus,

Digitized by Google

tus, orationemque ad illum pijssime is effundens ait. Accipe igitur Pater beate qualcunque exiles meritisque tuis ac beneficijs impares gratiarum actiones, & cum susceperis vota, culpas nostras sic orando excusa, vt a malis præsentibus eruas, & ad bona sempiterna pducas. Igitur vir sanctus in eadem vocatione progrediens, cum omnis ipsius vita in Dei certa cognitione ac contemplatione versaretur, ad quam assequendam, per sacrarum scripturarum assiduam perlectionem, orationes ac contemplationes intendere, docente illum Alexandro de Ales, sacræ paginæ magistro, tantam doctrinarum perfectionem breui adeptus est, vt septimo sui ingressus anno, consono magistrorum ordinis iudicio delectus, librum sententiarum in Parisiensi vniuersitate clarissime legerit, & cathedram magistralem receperit, admirabilis proinde cunctis, q̄ tam paruo spatio eam sufficientiam valuerit comparare. Sed admirentur sane, qui res humanas ex naturali tantum cursu, non autem ex diuina patientia metiuntur, quæ duos discipulos literarum prorsus ignaros, Emaus oppidum contendentes breui itineris spacio comitata, diuinorũ sciẽtiam plenissime docuit. Idem diuus dona sancti spiritus pro suis assiduis meritis cõsecutus, magna in dies doctrinæ accrementa recipiebat, quæ magis diuinitus inspirata, quam humanitus acquisita videbantur. Cumque per tres annos sequentes cathedram magistralem rexisset. Anno suæ ætatis secundo & trigesimo, inter primos Religione & doctrina in ordine habebatur. Namque illi tanquam infinitus thesaurus scientia erat, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei. Et quod notabilius & admirabilius erat in illo, quò magis scientia & auctoritate emerserat, eò magis humilitate mentis deprimebatur. Nec vt plerique literarum scientia inflati vilia ministeria domestica fastidiebat, sed qui vix nec nisi per obedientiam, ægre tamen, ab illorum executione coercebatur, reputantibus prælatis indignum, si a talibus non vt egregius sequestraretur, in quo sancti spiritus gratia habitare perspicue cernebatur. Nec tamen vir sanctus vlla charitatis officia ob literarias actiones prętermittebat, sed in omnes fratres oculos intendens, si quem forte tristem, aut professoris pœnitentem intelligeret, tanta dulcedine in sermone conueniebat, consolabatur, monebat, ac confirmabat, vt nullus ab eo discederet, quin libens cęptum Religionis iter prosequeretur. Infirmorum præterea cura supra quam credibile sit delectabatur, quoq; grauioribus, aut contagiosis morbis grauarentur, eo magis se totum illorum obsequio applicabat. Quibus officijs cum maiorem diei partem absumeret, non eò minor erat in publicis lectionibus & interpretationibus scripturarum, quæ tantà claritate audientibus intelligenda reddebat, vt ipse auctor illorum meritò videri posset. In capitulis verò aut Prouincialibus, aut Generalibus, tanta sapientia ipsius responsa dabantur, vt iam generalis minister perfecta magnitudine consiliorum illius, nil omnino graue exequendum putaret, in quo sancti viri iudicium non antea explorasset. Quibus donis & gratijs illustratus, cum iam in Religione esset omni merito clarus, defuncto generali ministro tertiodecimo ipsius ingressus anno, ex tam multis sanctis viris quibus Religio in sua nouitate florebat, vnus omnium (sine contradictione) extitit subrogatus. Hic vir sanctus accingens se grauioribus actionibus, cum iam religiosi cæpissent a fundatoris disciplina paululum declinare, vbi monendo, instando, castigando, ac operosius laborando, ad meliorem vitæ frugem reduxisset. In capitulo generali, quod primum Narbonæ tenuit, regulam Beati Francisci reformauit atque exposuit, ordinemq; in Prouincias, & Custodias taxauit, & duas addidit, vbi strenue decertás aduersus venenosas oppugnationes temeratorum, & obtrectatorum, qui in religionem mendicantium ac sanctum virum impudentius ora soluerant, atq; artificiosis calumnijs velitabantur, sola iustitia atque innocentia tutus, permansit inuictus: tanquam qui integer vitæ scelerisque purus, non eget Mauri iaculis, nec arcu, nec venenatis grauida sagittis, fusce pharetra. Expertus fructum sanctorum monitorum magni Basilij diuini interpretis Homerici carminis, vbi Vlissem pro meritis ad cœlum tollit, asserens poetam clara voce testatum. O homines sit vobis cura virtutis, quæ cum naufrago enatat, & eiectum in littore venerabiliorem ostendit. Vbi etiam libellum cõtra minores perniciosissimum a magistro Giraldo de Abbatis villa, (vt putant) per Apologiam editum, non minus eloquenter quàm subtiliter confutauit. Qui etiam Giraldus non longe post iusto Dei damnatus iudicio, meritas sui sceleris pęnas dedit, paralyticus ac miseranda lepra respersus, quibus ęrumnis vitam finiuit. Congregato vero capitulo Generali Pisis, eo auctore institutum est, vt gloria tibi domine qui natus est de Virgine, vsque ad Epiphaniam continuaretur, eodem modo quo infra octauam Natiuitatis Dominicæ cantatur, & aliæ rubricæ in breuiario reformatæ, & aliæ additæ. Idem etiam pijssimus cultor gloriosæ Virginis matris Iesu instituit, vt fratres populum hortarentur ad salutandum eandem, signo campanæ quod post completorium datur, q̄ creditum sit eandem ea hora ab Angelo salutatam. Tunc translatum fuit venerabile corpus Beati Antonij ad prægrandem ecclesiam Paduanam, cuius lingua secundo & trigesimo sui obitus anno, recens & rubicunda reperta est, quam vir sanctus in manibus deuote recipiens, ac largioribus lachrymarum imbribus perfundens, talibus reuerenter affatus est. O lingua benedicta quæ Deum semper benedixisti, & alios benedicere docuisti, nunc perspicue cernitur quanti meriti fueris apud Deum. Cui oscula deuote figens, illam honeste collocari curauit. Cuius etiã fama permotus Pontifex tunc Clemens quartus, vt illum in partem solicitudinis traheret, opulentiæ Eboracen. Ecclesiæ præfecit, nec tamen assequi potuit, vt vir sanctus eam promotionem acceptaret, q̄ propositi constans in Religione maluit permanere, vbi diuitias & dignitates sibi procuraret in cœlis. Cuius constantiam Pontifex admiratus, ad illum sta (inquit) in testamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mãdatorum tuorum veterasce. Nunc vero se offert numerosior cumulus diuinorum scriptorum ipsius, cum Parisijs legisset primum librum Genesis, nobile opus qđ de septem visionib. Bonauenturæ intitulatur editum est. In libros Sententiarum celebria commentaria edidit secundum & quartum præsertim, quos etiam metrice extitit prosecutus. Et incipiunt. O fons splendoris, vas dulcoris & amoris. Quibus ob sublime ingenium auctoris ibi inspersum, sententiæ sententiarum Bonauenturæ titulus inditus est. Super Euangelijs compendiose & vtiliter scripsit. Lucæ præsertim cancellarij piæ Matris Iesu, quam pectori impressam assidua meditatione semper extitit veneratus. Rursus contemplationes Sancti Ludouici Regis Franciæ, officium de cruce deuotissimum edidit, quod ab Ecclesia nullo immutato receptum, in ea solennitate vbique legitur. Composuit & solenne officium in honorem Beati Francisci, & de ipsius vita historiam serioso tractatu primum, & secundo reductorie annotauit. Composuit & libellum de sex alis Seraphin. In monte Aluernæ duo nobilia opuscula edidit, pijssimas contemplationes flagrantia, quorum alterum itinerarium mentis in Deum, & alterum in seipsum appellata sunt.

Composuit & libellum approbatorium Religionis

mendicantium,quod defenforium appellant. Compo-
fuit & libellum de vita Chrifti , fiue meditationum
paffionum ipfius , quem arborem Crucis nominant.
Compofuit & breuiloquia . Item & fermones Domi-
nicales fuper Euangelijs & Epiftolis per totum anni
circulum. Item compendium veritatis facræ fcripturæ.
Item libellum ordinationis fiue inftitutionis nouitio-
rum. Item & libellum de ftimulu amoris . Item &
libellum quem appellant Pharetram , in auctoritati-
bus principalibus doctorum approbatorum , quem
per Alphabetum extitit profecutus. Et alia plura opu-
fcula vfque ad tricennarium numerum , quæ in parti-
bus Galliarum frequentius habentur in manibus. Et
cum Beati Francifci Religio, quam annis octo & decē
fancto regimine gubernauit , ipfius monitis & exem-
plis in folidiori fanctitatis ftatu firmata effet, & viri
claritas ob vitæ fanctitatem,doctrinæ eminentiam , at
que operum diuinitatem vbique elucefceret.Tum for
tè Romana Sedes plurimū laborabat difficultatibus.
quæ in Concilio quod Lugduni congregabatur, inex-
tricabiles emerferant.Gregorius tunc Papa 10. & reli-
quus facer Senatus illecti ftudio viri,quem leuandis dj
ctis difficultatibus,ac vniuerfalis Ecclefię regimini in
telligebant plurimum præftiturum , atque ob merita
alioquin fubleuandum in Cardinalem (quamuis relu-
ctantē)promouerunt,& (quod rarum eft)ex ipfo ini-
tio ob viri excellentiam Epifcopum Albanen. confti-
tuerunt.Mox pertractandis arduis reb. Concilij, vnus
omnium delectus eft , deputatis qui illi affifterent Ro
thomagenfe,& Tripolitano claris Epifcopis illius tem
poris,qui & ipfi de Religione Sancti Francifci ad epi-
fcopatum ob meritum vocati fuerant . In quo conci-
lio de multis illius fapientia fancte confultum atq; de-
cretum,& Græcorum compofitę hæreks, qui tum prę
fente Paleologo eorum Imperatore , qui in hoc Lug-
dunum venerant,libere ad Romanæ Sedis obediētiam
redierunt. Ad quorum reductionem miffi fuerant fra
ter Hieronymus de Efculo, & Frater Bona gratia Dal
mata ordinis Minorum religiofi eximij meriti. Qui-
bus cum literis reuerfus lætus idem Gregorius,fratres
Baruch. 5. ac prælatos qui in Concilio aderant, in Lugdunen. Ec
clefia conuocauit , vbi vir fanctus præclaram habuit
orationē , propofito themate quod legitur in Baruch.
Exurge Hierufalem , & circumfpice ad Orientem , &
vide collectos filios tuos ab Oriente vfque ad occiden
2. Tim. 4. tem.Succeffiue in ea vocatione pari fanctitate, & ope-
rum fructu perfeuerans , cum in Dei Ecclefia diutius
laboraffet,ita vt cum Apoftolo iure dicere poffet . Bo-
num certamen certaui , curfum confummaui, fidē fer-
Vixit an. 53. uaui. Aono falutis 1274. & fuæ ætatis tertio & quin-
quagefimo,hora matutina diei Dominici,quę menfis
Iulij erat tertia & decima, ex humanis fublatus eft , &
fanctis patribus vt credere debemus , in æternum vi-
cturus redditus . Qua die ipfius venerabile corpus fe-
pulcro reconditur in Ecclefia Sancti Francifci Lug-
dunen.cum multis lacrymis & cōfternatione fratrum
lamentantium fe tanti viri focietate deftitui , qui parē
fibi in Dei Ecclefia relinquere non videbatur Grego-
rio Pontifice permaxime eum reputante qui ibidem
publice teftatus eft , Ecclefiam Dei illius morte ma-
gnam incurriffe iacturam. In cuius exequijs primam
miffam celebrauit Frater Petrus Tarantafien. Epifco-
pus Cardinalis Hoftien. & fermonem habuit propo-
fito themate:Doleo fuper te mi frater Ionatha. Vbi in
ter cęteras commemorationes gratiarum, donorum,
quæ illi Deus dedit, etiam fuit, quòd quicunque eum
videbat, ftatim ipfius amore capiebatur.eiusq; moni-
ta libenter recipiebat , Greci præfertim , quibus redu-
cendis ipfius diuina eloquia & confilia plurimum con
tulerunt.Benignus,affabilis, omnibus gratus , & nulli
vnquam fcandalo,pius,prudens,humilis, pudicus , fo-
brius,caftus atque quietus,quarum virtutum actiones
& officia femper ftrenue extitit executus . Quod &
nullo alio probante doceremur,fatis ex diuinis fuis fc
ptis liquido patet,quibus tam intenfo affectu , fingu
præmiffa profequitur,vt nifi per affumptum de illis h
bitum,adeo ardenter illis infiftere non valuiffet. Tu
verò,ꝙ Alexandri de Ales præceptoris ipfius teftim
nio,mundus ab omni vitio probatus eft , qui eius vit
& moribus probe compertis de eo dicere folebat. Ve-
rus Ifraelita eft ifte,in quo Adam nō peccaffe videtur.
Cuius doctoris auctoritatem tanti apud Ecclefiā va-
luiffe conftat,vt de illius dictis,aut fcriptis,nefas puta-
uerint dubitare. Confummatumq; omnes teftati funt ,
diuinum oraculum per Beatum Francifcum de illo edi
tum,futurum eum magnum virū in Ecclefia Dei,Re-
ligionemque fuam,magna per illum fanctitatis accre-
menta recepturam.Iam intelligis pater beatiffime, qđ
& per te planius intelligebas,quis,qualisve fuerit Bo-
nauentura,de quo agimus,cuius vita & exemplis Bea
ti Francifci Religio illuftrata, & doctrina omnis terra
repleta eft.Nunc quod fecundo loco aggredimur , pa-
ri patientia audire digneris,dum refero,quæ memoran
da omnipotens Deus in illo , & ipfius virtute in alios
monftrare dignatus eft.A re miranda exordior.Bona- Magnum miraculū.
uentura adhuc in minoribus agens,demiffæ mentis hu
militate potius,quam ex iniuftitia, pluribus diebus ab
ftinuerat perceptione facratiffimi corporis Chrifti,ve-
ritus ne fi illud indignus fumeret, iudicium fibi man-
ducaret & biberet. Cumque die quadam in miffa de-
uotus adeffet , Deus refpiciens ad illius humilitatem,
particulam confecratæ hoftiæ,de manu celebrantis per
Angelum acceptam,illius ori clemēter immifit.Refpe-
xit enim ad humilitatem ferui fui , propter quam bea-
tus omnibus gentibus prædicatur. Rurfus cum inten-
fo affectu ftuderet,contemplandā & annotandā vitam
Beati Francifci,Gloriofus Sanctus Thomas de Aqui-
no,qui eadem tempeftate meritis claruit,& Bonauen-
turæ magna charitate coniunctus fuit,accedens ad il-
lius cubiculum,per foramen hoftij illum introfpexit in
contemplatione raptum , & a terra mirifice fubleua-
tum.Tunc retrocedens ad fuos. Sinamus inquit fan-
ctum,qui laborat pro fancto. Simona Lugdunen. Bea
tum Bonauenturam viuentem fumma deuotione pro-
fequebatur,quæ ficut domino placuit, mortuum pepe
rit.Ad quam euocatus vir fanctus , expofito cadauere
ante illius pedes,& mater quæ in lecto coram ingemi-
fcebat,& reliquæ mulieres quæ aderant,fancti viri opē
in falutem mortui deprecatæ funt. Tum vir fanctus
commiferatus,manibus atque oculis erectis in cęlum,
deuotiffime orauit:Mox figno Crucis fuper puerum
facto,viuentem reddidit matri.Tritum ac frequens a-
pud Lugdunen.Caftrum villanum, ac totam Prouin-
ciam,ꝙ mulieres vtero laborantes, inuocatus exaudit,
& de periculo eximit.Ioanna Lugdunen.octo dies cō-
tinuos vtero diftenta , atque affiduo enixu parturiēdi
cruciata,defperauerat de falute,monita a mulieribus ,
quæ laboranti aderant,fe fancti precibus & fuffragijs
commendauit , certum votum pro falute recuperanda
faciens,& ftatim incolumis incolumen peperit. Petrus
filius Io.aiufe chaphelier,dextra tibia notabiliter clau
dus,ita vt quatuor menfibus fine baculo,nec ambula-
re,nec in veftigijs confiftere poffet , precibus , voto,&
orationibus,in fepulchro ipfius factis , ibidem nouen-
nam facere cepit,& in fine fex dierum filius melius ha
bere cępit,& infra nouem dies falutem omnimodam
recuperauit.Eadem inuocatione, fimili ægritudine li-
beratus,filius Francifci Maffodi notarij Lugdunenf.
Nobilis miles dominus locorum de Vincellis & de
Gromellis,peftilenti febre attritus & exinanitus erat,
quem

Digitized by Google

quem loquela, sensu & motu destitutum, extra salutis spem denunciauerat, Marcus de Ferarijs nobilis Physicus Papiensis, qui in illo omnia mortalitatis signa probe compererat. Cæterum Religiosus quispiam aderat, frater Matulinus biblicus conuentus Sancti Francisci Lugdunensis, qui commemorare cœpit, quæ mira omnipotens Deus per inuocationem dicti Sancti operaretur. Et propterea illius opem in salutem morientis poscendam persuasit. Tum votiua inuocatione per cognatos & dictum religiosum, & certo voto pro illius salute ad Beatum Bonauenturam facto, qui moriturus videbatur, statim sentire, moueri, loqui, & melius habere cepit, & breui salutem omnimodam recuperauit. Simili inuocatione de grauissimis febribus liberati sunt, frater Ioan. Benedicti, ordinis Sancti Francisci sacræ paginæ magister. Ludouica vxor Petri rouer. Gasparda filia nobilis viri Petri Garionis de Chanberiaco. Filius Richardi Rudani. Soror Prinete, vxor Claudij Pino. Antonius Chathalanus. Lanzelotus mercerius. Stephanus gennes caphelier, famulus Ioannis Aliusse de quartana, & Frater Philippus Laicerti. Francisca luem siue formicā in collo patiebatur, cuius ignis sensim in reliquam corporis partem se prorogabat, & teneras puellæ carnes misere vrebat atque vorabat, super quam dolens Gilbertus Alerij infœlix pater, ad venerabile sepulchrum Bonauenturæ se contulit, illiusq; opem, & suffragia in salutem filiæ deuotissime inuocauit, ac certum votum in hoc fecit. Mox domum reuersus, extincto igne, sanam & liberam miraculose inuenit. Stephaneta relicta Ioann. Michaelis casu trabis oculum percussa, graues dolores incurrit, & in periculum perdendi oculum deducta fuit. Commendauit se Beato Bonauenturæ, atque ad illius sepulchrum virgunculam filiam cum cerea imagine oculorum misit. Qua reuersa doloribus liberata est, & breui integram oculorum sospitatem recuperauit. In qua & illud notabilius, quod cum Lugdunum peruenisset religiosus quispiam prædicator verbi Dei, indixissetque populo, vt quicunque sciret aliquid de miraculis Beati Bonauenturæ, quod sibi reuelare deberet, eadē Stephaneta quæ in oculorum suorum salutem etiam inuocauerat auxilia Gloriosæ Virginis Mariæ, perplexa cuius beneficio sospitatem oculorum consecuta fuerat, aliquandiu detrectauit quicquam prædicatori referre. Tum in grauiorem oculorum ægritudinem incidit, mittensq; etiam filiam denuo, vt antea fecerat ad idem sepulchrum, & facta oratione & voto, miraculose extitit liberata. Tum suum reatum agnoscens, ad eundem prædicatorem accessit, & rerum seriem omnimodam reuelauit. Simili inuocatione de doloribus & periculo oculorum liberati fuerunt Dionysius de foressa mercator. Claudia de spicaria. Claudius poleti corduernis. Margarita vxor Ioann. petit textoris. Ioann. Adiusse filius. Ioan. adiusse chaphelier dira paralysi repente percussus, amissis sensibus, & media sui corporis inferiori parte hebes factus, cecidit. Cuius casum dolens pater, flexis genibus commendauit illum Beato Bonauenturæ, & statim qui ciciderat, sentire, loqui, & melius habere cepit. Tunc imponentes eum lecticæ, pater, mater, & Petrus alter filius, detulerunt eundem ad sancti sepulchrum, quem ibidem sistentes, flexis genibus inuocauerunt Beatum Bonauenturam, & factis certis orationibus ac voto, sanum & liberum reduxerunt domum. Eadem inuocatione de simili ægritudine liberati Franciscus Dauegnier, alias rauillon. Guillermus de Bletena textor. Catherina de Bauline. Ioanna relicta Petri Rolini. Margarita relicta Ioann. de Vaulx aurigæ. Illustris Dux Aurelianen. a potenti magnæ Britaniæ siue Angliæ Rege captiuus detinebatur, vbi veterem quartanam passus, intensos capitis & renum dolores incurrit, destitutus omni auxilio, opem Beati Bonauenturæ deuotissime inuocauit, in illius suffragijs deuotissime sperans. Et statim miraculose doloribus & ægritudinibus liberatus, in Gallias infra annum extitit restitutus. Mox Lugdunum petēs visitauit venerabile Sancti Sepulchrum, & oblationibus factis, gratias Deo & sancto pro acceptis beneficijs egit; & quæ per illius inuocationem fuerat consecutus, religiosis dicti conuentus manifestauit. Laqueda vxor Nicolai Colinecti Lugdunens. horrenda lepra respersa atque infecta, suis vitabilis iā diutius detractare non poterat, quin relicto lare, cognatis, & vrbe miserabili consortio leprosorum se redderet. Quæ cum semper nomen Beati Bonauenturæ deuote coluisset, ad illius sepulchra procubuit, intensius precata vt misereretur sortis suę, deuote oblatione ac voto factis, mundari atque a lepra liberari obtinuit. Michael de Chel, alias de Gennes in cuius latus dextrū equus vehementi ictu validū calcem detorserat atque impegerat, ita vt duabus costis pene attritis, cum magno anhelitus impedimento tres menses languidus iacuit, varijsque fomentis delinimentis ac cataplasmatibus frustra adhibitis, desperata salute commendauit se Beato Bonauenturæ, & certo voto in illius honorem facto, de periculo exemptus & saluti extitit restitutus. Simili inuocatione liberatus etiam de dolore costarum Ioann. Michaelis de Chenal seruiens curiæ Lugdunen. & eadem Margarita Ioan. petit, quæ de celsiori ædium parte delapsa ciciderat. Ioannes Garboti Regiis secretarius, vxorem perpetuo languore tabidam siue hydropicam nullo medicorum iuuamine curare poterat, accessit ad venerabile sancti sepulchrum, salutem coniugis, immo communem illi reuerenter commendans, & facto certo voto in honorem sancti, sanam & liberam domum reuersus, extitit consecutus. Ioann. dusolier Marescallus Lugdunens. putri ac marcida tibia quatuor menses languidus iacuit: Cumque cruciabiles dolores diutius perpeti non valeret, in sola tibiæ amputatione spem coniecerat. Nocte forte per quietem monitus, commendauit se Beato Bonauenturæ, atque vxorem cum cerea imagine tibiæ ad illius sepulchrum deuotissime misit. Qua reuersa, doloribus penitus exemptus est, & salutem omnimodam breui recuperauit. Petrus moyer ligneum molendinum habebat in flumine Rhodano, qui affluēti aquarū colluuione elatus & auctus, molendinum ipsum valida alioquin cathena retētum, violenter rapuit & in se vorauit. Quo conspecto idem Petrus qui semper coluerat Beatum Bonauent. ad illius sepulchra confugit, ac procumbens reuerenter precatus est, vt a sui deuoto calamitosam iacturā auerteret. Mox egressus, inconcussum molendinum ad alteram Rodani ripam in littore eiectum, & miraculose restitutum conspexit & recuperauit. Stephaneta mater prædicti Francisci dauegnier, alias de Rouellon, desquilentia in extremis laborabat, Quæ allatum Dominicū corpus, nec agnoscere nec recipere potuit. Quod egerrime ferens Franc. filius, qui probe noscebat matrem, magna deuotione Beatum Bonauent. semper coluisse, ad illius venerabile sepulchrum confugit, deuotissime precatus, ne sustineret sui deuotam, sine salutis viatico vita decedere. Domū reuersus, fidelissime sperans in Beato Bonauentura, corpus Dominicū iterum afferri curauit. Quod statim agnitum mater, reuerenter recepit. Venerabilis religiosus pater Benedictus de Lulino ordinis Sancti Antonij. Viennen. procurator domus Sancti Antonij Lugdunen. censuales libros domus amiserat, quos multa adhibita diligentia, reperire non valuit cum magno scādalo & detrimento domus, accessit ad venerabile sepulchrum Beati Bonauent. & ibidem accensis candelis cōmendauit se eidē, & domū

reuersus libros meruit inuenire. Pari inuocatione Richardus Ridani mercator amissa instrumenta probatoria, & alias res apothecæ valuit inuenire, Itidem & frater Petrus fabri, res ad sui vsum deputatas amissas. Margarita Gruella vxor Hugonis Francisci Burgundi calartarij habitatoris Lugdunen. intenso podagræ dolore cruciabatur: Quę cum probe nosset, medicam artem in hoc parum valere, confugit ad inuocationem suffragiorum Beati Bonauenturæ, virgunculamq; filiam cum cerea pedis imagine, ad illius sepulchra reuerenter misit, & statim a podagra extitit liberata, nec illa vnquam de cætero grauata fuit. Eadem inuocatione liberata Catherina vxor Ioan. textoris de Hispania. Et filius Magistri Francisci Massedij notarij. Margarita vxor Benedicti Garrini, filium habuit in inguinibus ruptum, ac vlceribus misere putrescentem. Qui medica manu sectus, in deteriorem statum ac certum mortis periculum deductus fuit. Quod ingemiscens mater, quæ specialius beatum Bonauenturam venerabatur, ad illius sepulchrum reuerenter confugit, ibidemq; deuotissime precata est, vt suæ orbitatis misereretur, nouennamque in illius honorem facere cepit, & octaua die sanum & liberum consequi meruit. Petrus Morget dolium vino plenum in cellarium inferens, illius oneri impar, pressus succubuit, & illo super eum incubente quassatus fuit, ac pene contritus, commendauit se beato Bonauenturę, & salutem consequi meruit. Simili inuocatione liberata illius cognata, quæ casu spatulam & brachium enormiter læserat. Sunt pręterea & alij innumeri, qui meritis eiusdem sancti de varijs doloribus, ægritudinibus ac periculis miraculose liberari meruerunt: quorum singulos si recensere pergã, pręsenti operi detrimento potius quam vsui, aut fauori indu-
Secũdum miraculũ. bie futurus ero. Hoc tamen loco non committam vt silentio transeam, stupendũ ac memorabile quiddam quod omnipotens Deus ad perhibendum certum testimonium sanctitatis viri, in illius venerabili corpore pro sua clementia monstrare dignatus est: Dum idẽ venerabile corpus transferretur ad nouam Ecclesiam, ad titulum Sancti Francisci Lugduni erectam, centesimo & sexagesimo sui obitus anno, reliqua corporis parte alioquin exesa, atque corrosa, caput tamen solidum, capillamentum hærens, labia, dentes & lingua, in nullo a vitali statu, aut colore demutata, reperta sũt. Erat profecto diuinæ clementiæ illud os a putrefactione seruare, quod ad salutem fidelium, atque in diuinis laudibus semper extitit operosum, nec dare sanctum suum videre corruptionem. Extant præterea crebra & memoranda beneficia, quæ frequenter conciues Balneoregini & Vrbeuetani per inuocationem eiusdem sancti meruerunt obtinere, de quibus tam multis, vel vnum aut porro duo recensere non piget. Laodomia Vrbeuetana filiarum sarcina onerauerat domum ac proinde Francisco Matthæi Nebie viro quodammodo inuisa, qui rei familiaris angustia, impar sarcinæ, matrimonio omnino abstinebat, de quo non nisi fœminas compererat proficisci. Eos coniuges consolatus venerabilis religiosus minorum magister Francisc', de Aqua pendente, qui illis admodum cultus erat, affirmauit se habere documenta ex institutis Sancti Bonauenturæ, quæ si moniti susciperent, masculinam prolem consequerentur. Ausculantibus, vna mecum (inquit) votiuas effundite preces ad gloriosum Bonauenturam, & pie speretis assequi quod optatis. Qui parentes monitis, pauculis diebus gignendæ proli operam indulserunt, & vxor grauida facta est, & statuto mense masculum peperit, cui nomen ex instituto eiusdem religiosi Bonauentura imposuerunt, laudantes Deum & sanctum, in cuius virtute mirabilia secum operatus est. Triennio post dum ea ciuitas Epidimiæ morbo, atque internicinio grauiter affligeretur, domus omnis coniugum eo veneno respersa est, & filiab. omnib. extinctis, Bonauentura extra spem salutis constitutus, credebatur pari mortalitate iam sorores secuturus. Qui etiam immundorum spirituum præsentanea infestia vexatus, nulla domus parte illorum persecutionem effugere poterat, clamitans infœlix succurrite gladio & fuste, hos spiritus maligniores fugate. Parentibus prætalium afflictione & mæstitia consternatis, atque omni prorsus remedio destitutis, subijt sancti recordatio, cuius munere filium fuerant consecuti, mox in spem adducti, illum hac prece precati sunt. Sancte gloriosissime qui benignus nobis hunc filium procurasti, eadẽ benignitate præstes vt fatigatis malignis spiritibus, a peste saluum retineamus. Et prece facta, spiritus extorres exclusi, febris cessauit, & breui puer omnino ab ægritudine saluus surrexit, cum magna parentum, & omnium ciuium lætitia, gaudentium quòd ad superandas morborum & spirituum malignitates, defensoris tam validi præsidio cognoscerent se munitos. Possem forte ineptus videri, si studens cepto prosequar diem ab sumere, recensendo miracula, quorum relationi nec diem nec certe dies sufficere satis scio. Sed quid vlterius exquirimus miracula, quasi vero Basilium magnum, Hieronymum & Augustinum nostræ fidei lucida sydera: Thomam Aquinatem & alios quam plures, quos in Dei Ecclesia sanctos colimus ob miracula, non autem ex diuinitate doctrinæ miremur & veneremur. Quos tamen sanctitatis testimonium non ex alio certius consecutos probe intelligimus, quã ex eorum commentarijs, quæ vt diuinitatis plena non nisi per infusam scientiam poterant edidisse, ex quibus spiritum sanctum in eis habitasse verius comprobatur. At si porro miracula exigimus, non tam quæ per illum in alios, quam quæ in eoipso apparuerint consideremus. Si igitur diuum Bonauenturam in suis operibus miraculosum iam constat, si infusam dono sancti spiritus obtinuisse scientiam diuina illius commentaria profitentur. Si charitatis officia ardentius executum, Mundanos honores contempsisse, Affectus terrenorum abiecisse. In persecutionibus constantem mansisse. In Beati Francisci, ac vniuersali religione fructuosum extitisse. Si superna vocatione, vt Paulum in sortem Domini miraculose conuersum. Si diuino Beati Francisci præsagio sanctum prædicatum. Si Alexandri de Ales doctoris irrefragabilis ipsius præceptoris sedula obseruatione, sanctum compertum ac iudicatum. Si religiosorum minorum voto qui sanctitate pollebant, vt sanctior summus prælatus assumptus. Si Romanæ sedis iudicio, vt clarus meritis ad vniuersalis Ecclesiæ regimen profuturus ascitus. Si deniq; communi omnium opinione fidelium, sanctus tenetur, & nominatur, & colitur. Si benignus succurit quotidie inuocantibus se. Poterat sanctitas tua (etiam nullo petente) sancto quod vnum deerat publicos honores decernere, quanto magis id debes celsorum principum votis. Accedunt pientissimæ preces Serenissimorum, ac Clarissimorum, Federici Romanorum Regis semper Augusti: Ludouici Francorum Christianissimi: Ferdinandi Siciliæ, & etiam Matthiæ Hungariæ Regum Catholicorum, qui cum de republica Christiana bene mereri cõsueti sint, digni certe videri debent, quia sanctitate tua tam sanctam rem impetrent, Rogant præterea illustres duces, ac populi, ac loco maximi muneris hoc petunt Calabriæ, Venetiarum, Mediolani, Sabaudiæ, & Ducissæ Calabriæ, & Borbonij, Florentini, Senens. Perusini, Lugdunen. & ciuitatis Balneoregij, qui licet humilis, sic tamen clarissima & Deo gratissima videri debet, cui contingit tantum sydus pducere. Rogat præterea illius ordinis reuerendissimorũ patrũ

Ioan.

Digitized by Google

oan. de Aragonia eiusdẽ Sereniſſimi Regis Ferdinan di Illuſtris proles, quæ ſanctos qui in eo ordine clarue runt, religioſus veneratur & colit. Exigit denique ſuo iure beati Franciſci ſancta religio, cuius alumnus vel iu ſta petenti deeſſe non potes. Exigit & ipſe ſanctus ex promiſſione omnipotentis Dei nomine facta, ſtrenue
Eccl. 44. militantibus, q̃ illorum laudes cãtet Eccleſia. Cui obli gationi ipſius Vicarius ſatisfaciat neceſſe eſt. Tam mul tis igitur vinculis obligatum nullus iudex quantũlibet fauorabilis, niſi ſolertem ſoluere poſſet. Magnus ab in-fernis reuocetur Tullius vmbris, & te defendat. Serues vſque licet, non potes abſolui. Comperta præterea quę dixi ſingulari ſtudio, quod prænoſcendis vitæ miracu-lis ſanctis, exactiſſimum indulſerunt reuerendiſſimi pa tres Iulianus de Rouere, ſancti Petri ad vincula ordi-nis eiuſdem meritus Protector. Stephanus Mediolan. & Franciſcus de Gonzaga Mantuanus, ſanctitatis V. in hoc Commiſſarij, Mediolanen. præſertim quem con-tra aduerſam valitudinem, acri inſtantia colluctantem a ſancto propoſito, nec propriæ ſalutis ratio valuit re-tardare. Qui etiam Reuerediſſimi patres illecti ſtudio cõpertæ ſanctitatis viri, id inſtantiſſime poſcunt. Quid igitur tua ſanctitas vlterius differt, quid cunctatur, q́d alterius glorię id prorogat. Multa certe extãt celebria tua geſta, quæ te ac tuos illuſtrant atque perpetuũ illu ſtrabunt, nil tamen ſic ęque Romano Pontifici glorio ſum meo captu contingere poſſe crediderim, quam vt ſancto pro meritis publicam celebritatem decernat. Quam & tu pater beatiſſime, qui omni iure neceſſitu-dinis beato Bonauenturæ coniunctus es, auctoritate omnipotentis Dei, quem ſemideus mortalibus in terris refers, ſupplicantibus concedere, pro tua clementia be-nigne digneris.

RELATIO R. P.

IOANNIS FRANCISCI DE PAVINIS,

Inter diuinos, & humanos Iuriſcon-ſultos minimi.



BEATISSIME pater. Circa cano-nizationem beati Bonauẽ. de balneo regio ex patre nomine Ioanne, cogno mine Fidanſa, ex matre verò nomine Ritella, prouinciæ Tuſciæ, Doctoris Seraphici & irrefragabilis &c. Olim generalis ordinis minorũ ſeptiformis poſt ſanctum Franciſcum, ac demũ Cardinalis Eps Al banen. Dico præcipue conſideranda eſſe, & attenden-da quæ dicturus ſum, circa 20. puncta ſiue fundamen-ta quę infra per ordinem ſubijciam. Præmiſſo quodam vtili valde ac neceſſario præludio. Ex quibus conclu-dendum videtur, per veſtram beatitudinem illum poſſe canonizari. Salua tamen ſemper. E. V. B. emendatione. Non attento quid os loquentium iniqua loquatur, dũ tamẽ non recedamus a tramite veritatis. De illius au-
Matth. 15. ctoritate ſecuri, qui cum audiſſet a diſcipulis: Scis, quia Phariſæi audito hoc verbo ſcandalizati ſunt, reſpondit. Sinite illos, qui cęci ſunt, & duces cęcorũ, vt dicit Inn. 3. in c. magnę. de voto, & in c. niſi cum pridem, de renũ. & 11. q. 3. inter verba. c. ſenti. & c. non ſunt. Et Xeno-phon Socraticus ait. Conſcientia teſte didici maledicta
1. Cor. 4. contemnere. Et Diogenes. Superat conſcientia, quic-quid male confinxerint linguę. Et Ouidius faſtorũ li. 4. Conſcia mens recti famę mẽdacia ridet. De quo per
Pſal. 119. Hiero. ad Euſtochium de virginitate ſeruanda. Et Pau lus. Mihi autem pro minimo eſt, vt a vobis iudicer &c. Nam labijs iniquis, & linguę doloſę apponentur ſagit-tę potentis acutę, cum carbonibus deſolatorijs, iuxta prophetam.

Articuli primæ partis hic ſubſequuntur.

PRimò. Religio ordinis mendicantium ſancti Fran ciſci in primis eius exordijs illius pręcipuo feruore iuncta ordini Epiſcopali.

Secundò. Doctrina ſacrarum literarum cum multi-tudine librorum.

Tertio. Contemptus dignitatum mundanarum & Eccleſiaſticarum.

Quartò. Super excellentes virtutes & merita eius in ſignia.

Quinto. Regimen œconomicum, atque politicum ſanctum eius.

Sexto patientia in perſecutionibus, propter zelum Dei.

Septimo. Labores multi, mores caſti, & actus ſtre-nui, &cęt.

Octauo. Multa gloria quam fecit Deus cum eo &c.

Nonò. Sufficientia in operibus charitatis & inno-centię.

Decimo. Fama celebris beatitudinis eius & mors pretioſa.

Articuli ſecundæ partis.

PRimo. Neceſſitas miraculorum ſufficientium.

Secundo. Frequentia aduerſitatis, & continuatio eorundem.

Tertio. Miracula tam in morte, q̃ iam in vita.

Quarto. Modus probandi miracula arbitrarius.

Quinto. An debeant fieri in inſtanti.

Sextò. An debeant fieri ſine dolore, & de his quę non ſunt de ratione miraculi.

Septimo. De omnibus in canonizatione requiſitis, tam circa proceſſum quam ceremonias.

Octauo. De fide chronicarum ordinis minorum.

Nono. Quid ſi canonizetur non canonizandus per errorem.

Decimo. An audiri debeant ſe opponentes canoni-zationi.

PRæmitto, q̃ canonizare ſanctos eſt canonice & re- Quid ſit gulariter, publice, & ſolenniter declarare, & diffini- canoniza-re, & pronuntiare, & ſtatuere, q̃ aliquis ab omnibus re ſanctũ. honoretur vt ſanctus, & pro eo tãquam pro ſancto cer ta die fiat vbiq; ſolenne officium, ſicut fit pro alijs ſan ctis qui ſunt eiuſdem conditionis, vt ſi canonizetur con feſſor, fiat pro eo officium confeſſorum. Et ſi martyr, fiat pro eo officium martyrum, & ſic de virginibus &c. & eum tanquam ſanctum in catalogo ſanctorum aſcri bere, ſecundum Inn. & Ioan. And. & alios in c. 1. de rel. & vene. ſanctorum. An autẽ poſſit quis canonizari ad ordinem Apoſtolorum ſicut martyrum, confeſſorum, aut virginum. Concludit Aug. de Anco. q̃ non, in li. de Eccl. poteſta. ar. 4. Et hinc infertur, q̃ cui nõ poteſt ap propriari officium commune ſanctorum aliquorum, ille non debet canonizari, ſicut & cui non poteſt com-petere diffinitio, non debet poſſe competere & diffini-tum. l. mortis cauſa capitur, ff. de donat. cauſ. mort. & l. quintus, §. cum aurum, ff. de au. & argent. leg. l. Labeo, §. idem tubero, ff. de ſupel. legat. & Inſtitu de donat. §. eſt & aliud, de prebend. cum ſecundum. 13. queſt. 1. clericus, cum ſi. Per hanc ergo canonizationem con-ſequitur canonizatus, quòd Eccleſia vbique ſolenniter dicere & cantare publice poteſt officium pro eo & miſ ſam ſo-

fam solẽniter celebrare, sicut ꝓ sancto, & illũ inuocare in letanijs, & dulia venerari. de consec. dist. 4. venerabiles. q̃a iniuriã facit martyri q̃ orat ꝓ martyre, vt eius intercessionib. cõsequamur orãtes veniã pctõrum, & vt pijs eius meritis iuuemur oẽ ꝓ cuũ, prout ex rationib. missalis sacramentarij & breuiarij patet. Orationibus nanque eorum indigemus nos, quos vndique mala nostra perturbant, &c. vt etiam illis prosit oblatio ad gloriã & honorẽ, & ad hoc vt magis ac magis a fidelibus glorificentur in terris. Et reputant plerique non indignum sanctorum gloriam vsq; ad iudicium augmentari. Et ideo Ecclesia interim sane potest augmẽtum glorificationis eorum optare, cap. cum Marthæ, §. 3. loco, de celebr. missa. vt patet in oratione sancti Leonis Papæ, & in vigilia Apostolorum Petri & Pauli, & in secreta beati Gregorij, & in offerenda ibi vt illis proficiat ad honorem. 28. dist. quæ ipsis. Vnde Prosper. Sp super est sanctis quo crescere possunt, nota. 15. dist. oẽs, quoad præmij accidentale augmentũ, secundũ Aug. vt legitur in 4. sent. 45. dist. c. 2. in fi. & fertur eum hoc dixisse in sermone vnius Apostoli. 17. homilia qđ nota, pro generali allegatione, de quo in c. vestra, de cohabit. cleri. & mulier. Et sic in numero sanctorum publice annumerarẽ eũ, secundũ illud Eccl. Sapientiam sanctorum narrent populi, & laudem eorum annunciet Ecclesia sanctorũ. not. Ioa. Andr. in capitulo primo de reliquijs & venera. sanctorum, libro sexto, & Inn. in dicto capit. primo, de reliquijs & venera. sanctorum. Item consequtur quód in eius honorem, & sub eius nomine, & cum eius reliquijs, possunt Ecclesiæ & altaria erigi, ædificari, consecrari, c. de fabrica. & c. placuit, de consecrat. dist. 1. & pingi & sculpi cum diademate. c. prolatũ, cũ seq. de consec. dist. 4. nec tamen de cætero pro eo est orandum. Describendus est ergo etiam canonizatus in cathalogo sanctorum, qui est sermo nomina aliquorum cõtinẽs ordinate, a cata, quod est iuxta, & logos, quod est sermo, secundum Hugo. 19. q. 4. quoniam conscribendos, & Host. in summa, de reli. & venera. sanctorũ, in ver. est aũt catalogus. Facit 11. dist. c. quis nesciat. Secrete vero cuilibet licet, alicui defuncto quem sanctũ credit preces porrigere vt pro ipso ad Deum intercedat, & eius reliquias venerari, quãuis solẽnes preces publice porrigere vel missam aut solẽne officium publice dicere nequeat, secundũ Inn. Host. & alios in d. c. 1. de reliquijs & venera. sanctorum, & not. in cap. 1. eodem titu. libro 6. quia fidem ejus attendit Deus &c. Et idẽ concludit Augũ. de Ancona in eodem libr. 6. de Ecclesia. potestate. quæstio. 14. art. 5. tam per dictum c. 1. de reliquijs, & venera. sanctorũ, quod expresse prohibet episcopis aliquem vt sanctum venerari publice absque auctoritate sedis Apostolicæ, ergo multò fortius debet censeri prohibitum inferioribus. Item quia missæ celebratio & communis oratio fit in persona totius Ecclesiæ vniuersaliter, in memoriam ergo illius debet talis solennitas celebrari, quando quis ab illo qui est caput totius Ecclesiæ etiam immediate ordinarius cũctorum. cap. cuncta. 9. quæstio. 3. & cap. per principalem, canonizatus & in sanctitate approbatus, & qui solus debet posse & nullus alius hanc venerationem indicere, cum talis sanctus debeat ab omnibus venerari. Sed maior ratio est periculum erroris incurrendi, quia Episcopus in hoc posset facilius errare quam Papa, vt infra patebit in penũlt. quæst. 2. partis, quæ ratio fundatur etiã in dicto cap. 1. Item ne contingat aliquem canonizari turpis lucri gratia, vel humanæ laudis pompa, seu iactantia, quæ ratio sumitur ex cap. 2. eodem tit. Item & propter dubium incursus idololatriæ, vt probatur in clementi. 1. de Iudęis. De quo plene per sanctum Tho. super 4. sent. dist. 49. arti. 4. q. 1. Item propter gaudium Angelorum, ideo cantat Ecclesia. Gaudeamus omnes &c. de quorum solemnitate gaudent Angeli & collaudant filiũ Dei. Item propter plures alias rationes, quas statim subdam, maxime quia gñale est, vt vbi periculũ aiæ vertitur, præsumatur in deteriorem partem. c. iuuenis, de sponsa. 63. di. presbyteri, & not. in c. 1. de seru. & q̃ vbi maius est periculum, ibi cautius est agendũ. cap. vbi maius, de elec. lib. 6. 42. dist. quiescamus. 7. quæst. 2. c. fi. l. 1. §. 1. ff. ad carbonian. Ex his infertur, q̃ solus Papa de fratrum tamen consilio &c. vel in generali cõcilio potest non solum certos ex sanctis præ alijs extollere, vt vbique solennius venerentur, puta vt sub duplici officio per vniuersum vrbem eorum solennitas celebretur, vt patet in cap. 1. de reli. & venera. sanctorũ lib. 6. Et in solennitate sacramenti corporis Christi, de qua in clement. si Dominum, eod. tit. & in festo inuentionis sanctæ Crucis, de consecrat. dist. 3. cap. crucis. Et generaliter in eorum vigilijs ieiunium indicere. cap. consilium, de obseruan. ieiuniorum. Sed etiam consimiliter prout infra dicetur, potest & debet canonizare quoslibet alios sanctos ad effectus, de quibus supra. Quinimo nec inuẽtas reliquias de nouo quisquam debet publice venerari absq; Papæ licentia, nec possunt passim ostendi nec transferri. Sed si antiquæ reliquię de nouo inuenirentur liceret eas venerari, alias non, nisi scilicet prius auctoritate Romani pontific. fuerint approbatæ: ne varijs similiter figmẽtis, aut falsis documentis populi decipiãtur, sicut in plerisque locis occasione quęstus fieri consueuit: sicut interdum faciunt quæstuarij, qui costam pecoris, vel asini ostendunt loco sancti. Alij ponunt oleum in oculo mareolæ suæ, vt videatur lachrymari, secundum Hostien. & Ioan. And. Et ne Christianæ religioni postea in posterum detrahatur, sicut sæpius detractum, est quia nimia familiaritas parit contemptum. capit. & si Iudeos, de Iudæis. Sumunt enim ex hoc materiam detrahendi, & blasphemandi, & videntes ossa nuda, dicunt trussam esse, quasi consumptus non esset si sanctus esset, cum tamen sit scriptum de omnibus. Cinis es & in cinerem reuerteris. Licet excipiantur aliqui, sicut Christus & gloriosa domina & beatus Ioannes Euangelista, & alij quidam hoc speciali priuilegio decorati. De quibus Psal. Non dabis sanctum tuũ videre corruptionem. d. c. fin. de reli. & vene. sanctorum. Et ne contingat homines in ebrietate occisos quasi sanctos more infidelium venerari & coli, etiam si per eum miracula fierent; cap. 1. eo tit. secundum Host. & Ioan. And. ibi, qui tamen dicunt hoc male seruari propter auaritiam & insolẽtiam clericorum, quod esset corrigendum, quem nanq; ipse reprobat reprobandus est, & quem approbat approbandus est. 24. q. 1. hæc est fides, & c. quoniam vetus. 7. q. 2. cap. sane profertur. Et propterea etiam nec martyres nec reliquiæ vendi possunt. l. nemo martyres. capit. de sacrosan. Eccle. & not. in dicto c. fi. Nec venalitatis causa extra causam trahi, vt plures oblationes recipiãtur: Hoc enim facientes dici possunt venales, sicut mulier fatua, aduocatus ignarus, & pugil, qui pro nummis passim se offerunt, ex hoc enim vilipenduntur, cum omne rarũ charum. 93. dist. legimus. 27. q. 2. institutum. Item quia per id notabiliter redarguitur per laicos auaritia clericorum. cap. 1. de deci. secundum Hostien. Solus etiam Papa potest statuere, quód tempore interdicti possint diuina solenniter celebrari in certis præcipuis solennitatibus, vt patet in cap. alma mater. §. in festiuitatibus, de senten. excomm. libr. 6. Item sine licentia principis transferri non possunt etiam laici patroni, secundum Archid. dicto cap. corpora. Et debent illis loca condigna præparari. c. fin. de cust. euch. Nec etiam corpora sanctorum de loco ad locum transferri, sine Papæ licentia vel concilij generalis, vt patet de consecr. dist. 1. d. cap. corpora. & not. Hostien. in sum. de reli. & vene. sanctorum.

Eccl. 44.

Ad Papam spectat canonizare sanctos.

Gen. 3.

Psalm. 15.

Digitized by Google

ſanctorum. Poſſunt tamen reliquiæ ſanctorum & di-
uina verba ex deuotione ad collum ligata portari, niſi
ſit ſuperſtitio, ſecundum Thom.2.2.q.96.ad 4. & ſu-
per 1.ad Corin.10.fin.& per Archid 26.q.7.capit. nõ
obſeruetis. Licet aliter loquatur Henricus de Ganda-
uo quolibeto 8.queſt.35.vide in Specu.de reliquijs &
venera.ſanctorum,& in l.nemo,de ſacroſanct. Eccleſ.
& per Goffre.& Holt.in ſum. eod. titul. Adducuntur
& plures aliæ efficaces rationes, videlicet quia hæc eſt
vna de maioribus cauſis quæ inter Chriſtianos propo
ni poſſit,& ſic eſt ad ſedem Apoſtolicam merito refe-
renda.c.maiores,de bapti.Et adeo maxima eſt,quod li
cet alias Papa vel ſaltem cũ ſolo cętu Cardinalium om
nia poſſit ſtatuere & diffinire, vt not.in capitul. ad A-
poſtolicæ,de re iudica.& plene per Doctor.in capi.ſu-
per eo.de hæret.lib.6.Hoc tamen caſu Papa non po-
teſt ſaltem de congruo libere diffinire, etiam cum cœ-
tu Cardinalium, niſi etiam adiunctis alijs prælatis cu-
riæ quod quis canonizetur, ſecũdum Hoſt.Ioan. And.
& alios in dicto capitu.1.de reliquijs & venera. ſancto
rum.Et Auguſt.de Ancona, in dicto libr.de Eccleſia.
poteſtate.quæſtio.14.articul.3.Item quia miracula at-
tribuuntur fidei, & quæſtio fidei præcipue eſt ad ſed.
Apoſtolicam referenda.24.quæſtio.1.quoties. Subeſt
enim periculum idololatriæ clement.1.de Iudæ. Item
quia ad Papam præcipue ſpectat declarare dubia ſcri-
pturarum capit.per venerabilem, qui fi.ſint legi. ergo
multo fortius dubia ſanctitatis in quibus maius pericu
lum vertitur,& in quibus cautius eſt agendum 42. di-
ſtinct.quieſcamus.41.diſtin.miramur. 7. quæſtio.2.c.
vltim.l.prima.§.ſed & ſi quis,ff.ad carbon. cap.vbi pe-
riculum, de elect.libr.6.Eſt enim periculoſum de ſan-
ctorum meritis diſputare, ſecundum Hiero.ad Dama.
facit capit.non turbatur.24.quæſt.1.quia ſoli Petro di
citur, duc in altum, hoc eſt, in profundum diſputatio-
Luc. 5. num &c.& capitu cum aliud.ea.cauſa.& q.quia ſolum
Petro piſcatori Dominus iubet.Mitte hamum & eum
Matth. 17. piſcem &c.facit etiam ca.loquitur.ea.cauſa.& quęſt.cũ
multis alijs. Item ne propter multorum epiſcoporum
ſimplicitatem populos decipi contingat &c.aut in in-
finitum ſanctos multiplicari, & ſic deuotionem refri-
geſcere,& ſanctitatem vileſcere, 80.diſtinct.epiſcopi,
quia in multitudine ſacrificiorũ non propiciatur De⁹
14 quæſtio.5.ſcriptum,de conſecrat.diſtin.5. non me-
diocriter, & ar. in auct. vt determinatus ſit numerus
clericorum,in princip.colla.5.& not.de ætat. & qualit.
cap.penult.& de reſcript.capitu.cum in multis, libr.6.
De ſanctis vero iam canonizatis debent intelligi. ca.1.
de conſecrat.diſt.3.& cap. fina.de fer. vt in illis not.&
in dict.c.1.de reli.& venera.ſanct.libr.6.Et ad hæc nõ
debet legatos de latere ſine ſpeciali mandato Papæ &
collegij extendere manus ſuas, ſicut nec ad alia quæ in
ſignum priuilegij ſingularis ſunt tantummodo ſum-
mo pontifici reſeruata: capitu. quòd tranſlationem,de
offic.lega.c.mutationes,& c.temporis, & cap.præcipi-
mus,& cap.frater noſter.& §.ſicut.7.quæſtion.1.& de
ſum.Trinita.cap.2.in fi.& de hære.cap.cum Chriſtus,
& de vnto.cap.ex multa,& de iudic.cap.at ſi clerici.de
ſi.presbyt.cap.1.& de tempor.ordin.cap.de eo. & cle.
quia contingit,de reli.do.& plene not.in cap. ſicut vni
te,de excel.prælat.cum ſi. Ad ſolum ergo Papam qui
eſt omnium vniuerſalis princeps, vt in capitu. cuncta
per mundum,& capitu.per principalem. 9.quæſtio. 3.
ſpectat diffinire cum conſilio aliorum prælatorum cu-
riæ, vt quis vt ſanctus & canonizatus vbique ſolenni-
ter veneretur, ſecundum omnes tam canoniſtas quam
theologos per prædicta.Et ne alias cõtingat poſſe dici,
ego ſum Pauli & ego ſum Cephæ &c. contra Apoſto-
lum. Ad Papam etiam ſolum ſpectat tolerare, quòd e-
1.Cor.1. tiam in ſola certa eccleſia certi loci ſolenniter venera-
ri poſſit aliquis beatus, vt refert Hoſti.& Ioan.Andr.
de Carolo Imperatore in Aquiſgrano diœc. Leodi. in
capitu.1.de rel.& vene.ſanc.& in alijs pluribus locis,
de quo Carolo & pulchris miraculis eius habetur in
ſpeculo hiſtoriarum libro 25. & capi.5.Sic etiam fecit
Calixtus 3.de beato Alberto de Trapano ordinis Car
melitanum, vt patet per literas teſtimoniales R.D. Ro
tomagen. Cardinalis, & ipſius ordinis Protectoris de
anno 1457.15.octobris, anno ipſius 3. Sic etiam fecit
Sixtus 4.de beatis Gerardo, Petro, Ottone, Accurſio,
& Adiuto, martyrizatis in Marochio de ordine fratrũ
minorum, prout patet per eius literas in forma breuis
de anno.1481.7.Aug.anno ipſius 10.Dicit Bald.in ca
pit.fi.de ferijs, quòd non valet ſtatutum diſpon. quòd
diebus Veneris ſint feriç ob reuerentiam cuiuſdam E-
remitæ non canonizati ab Eccleſia, cuius contrarium
ſeruatur Paduæ in proceſſione beati Antonij peregri-
ni. Dicitur etiam in capitu.1.vt lite pend. quòd ſurre-
ptitia impetratio non tenet, etiam ſi ſanctus ſit ille qui
impetrat, ſicut erat ibi ſanctus Thom. Cantuarien. vn-
de propter meritum vitæ non eſt recedendum a iuris
diſpoſitione, quia neque propter honeſtatem vitæ, aut
probatam fidem releuatur quis ab onere ſatiſdandi ſe
cundum eum in rubrica,de eo qui mit. in poſſ.licet in
contrarium faciat gloſ.ff.de ripa munienda.leg.1.§.his
autem, quæ vult, quòd virtus animi habeatur pro ſa-
tiſdatione, quam ſequitur idem Bal.in capitu.decerni-
mus,de iudi. Item in eo non eſt timor ſubornationis
teſtium, ſaluo tamen ſtatu cauſæ, prout ipſe Bald. dicit
in cap.iurauit,de proba.faciunt not.in l.Titio fundos,
ff.de condi.& demonſtr.facit quod no.Innoc.in c. ve-
niens,de præſcrip.de illo Rege ſancto, &c. Poſtquam
autem Papa approbat reliquias, vel canonizat ſanctũ,
licite ab omnibus publice venerari poteſt, veneratione 2.Mach.7.
duliæ in honorem Dei. Nam & ſeruorum honor redũ
dat ad dominum, vt dicit Hiero. contra vigilantium.
2.& Ioan.Andr.in dicto cap.2.de ref. & vene. ſanc. &
probatur in cap.glorioſus,eod.titu.libro 6. & in cle. ſi
Dominum,&c.Quid autem de ſanctis veteris teſtamẽ
ti no.Belleme.in cap.1.de rel.& vene.ſan. & Augu. de
Ancona in lib.de Eccleſia. poteſtate.quæſtio.17.artic.
2.& quicquid illi concludant, videtur probari contra-
rium ex publica veneratione, ſcilicet ſanctorum ſeptem
fratrum Machabæorum cum matre, de quib. habetur
2.Machabęorum 7.& quorum feſtum celebratur Kal.
Augu.Et vt dicit Iaco.de voragine in eorum legenda.
Eccleſia orientalis celebrat feſtum omnium ſanctorũ
veteris teſtamenti. Eccleſia autem occidentalis publice
celebrat feſtum Machabæorum loco omnium aliorũ
ſanctorum veteris teſtamenti, propter rationes de qui
bus ibi per eum. Item etiam ſancti Hieremiæ, & ſancti
Danielis prophetæ, quibus ſunt ædificatæ Eccleſiæ &
monaſteria,& ſancti Ioannis Baptiſtæ,& ſanctæ Annę
matris Beatiſſimæ Mariæ virginis. 26.Iulij & alicubi
ſancti Ioſeph mariti eiuſdem, & Venetijs ſanctorum
Iob, Hieremię, Simeonis prophetę,& ſancti Moyſis,&
ſancti Zachariæ prophetæ patris ſancti Ioannis Bapti-
ſtæ, cuius caput honorifice etiam colitur Romæ in Ec
cleſia Lateranenſ.& ex inuocatiune eorum, quæ ſit in
commendatione animæ morientium,& per illud canti
ci Ambro. Te prophetarum laudabilis numerus. Et pa
tet in officio omnium ſanctorum, de Patriarchis, pro-
phetis omnibus. Et in letanijs, vbi omnes ſancti Pa-
triarchæ & prophetæ,& de Salomone no.32.quæſt.4.
Salomon de pœnit.diſt.2.ſi enim in verſi.Salomon. &
per doc.in c.ne innitaris,de conſtit.Ambr. in hexame.
circa finem,& in li.Apologiæ Dauid.2.fol.de quorum
ſanctitate vera non dubitatur, ergo.

Primæ partis. Articul. 1.

Circa primum articulum primæ partis principalis, dico concludendum, magnam excellentiam inesse operibus & sanctitati huius beati patris, quoniam religiosus professus a iuuentute fuit, religionis obseruantissimę & ordinis sancti Francisci in ipsius religionis exordijs, votum implens maternum, pro obtenta miraculosè sanitate ob merita sancti Francisci, sicut ipse testatur in descriptione vitę breuioris eiusdem, quã diffuse compilauit, circa finem eiusdem scribens, hęc verba. Voto enim pro me languente grauissime, ad beatum patrem Franciscum emisso a matre, cum adhuc essem puerulus, ab ipsis sum mortis faucibus erutus & in robur vitę incolumis restitutus, quod cum viua memoria teneam, vera nunc confessione confiteor, ne tantum beneficium reticens, sceleris arguar vt ingratus, & idem commemorat ad finem descriptionis vitę maioris eiusdem. Ac tempore quo religio illa floruit in primitiua sua obseruantia, fundata principaliter in consilijs Euangelicis, vt patet in c. exijt qui seminat, de verb. sign. lib. 6. & in clemen. exiui de Paradiso, eod. titu. & in Extrauag. Ioan. 22. quę incipit, quorundam, & ad conditorem, & quia quorundam &c. vnde necessario est inferendum, tam secundum thelogos, quam secundum canonistas, quod omne idem opus meritorium, multo laudabilius & excellẽtius fuerit in co post votum & professionem, quam in non vouente vel pro fesso, quia vouere opus est latrię, quę præcipua virtus est inter mortales. Opus autem nobilis virtutis est omnino melius & meritorium, vt de latria, quę est cultus & seruitus soli Deo debita, de consecra. distin. 4. c. venerabiles, not. in c. si canonici, de offic. ordi. libr. 6. Item quia vouens non solum quo ad actum, sed etiam quo ad potestatem subijcit se Deo, vt de cætero aliud agere non possit, ergo plus dat (secundum Anselmum in lib. de similitudinib.) qui dat fructum & arborem, quã qui dat solum fructum. Item quia propter votum notabiliter volũtas firmatur in bonum; ad perfectionem autem virtutis pertinet aliquid agere ex voluntate firmata in bono secundum Philosophum in Ethicis, & secundum Augustinum. Fœlix necessitas, quę ad meliora nos compellit. Item no. in clemen. si dominum; super verbo seipsum. de rel. & ven. sanc. vbi etiã per Paulum, & Stephanum, & Cardinalem Florent. quia proprium arbitrium per professionem a nobis abdicatur. 12. q. 1. non dicatis. Necessitas enim ex anteriori inclinatione procedens, in habitudinis ad virtutem auget de perfectione virtutis, ratione nobilioris finis, vt ibi per eos, & comprobat Henri. de Gan. quolibeto 13. q. 14. Sunt etiam in perfectiori statu religiosi mendicantes, quam alij: vt concludit Augustinus de Ancona in libr. de ecclesiastica potestate. q. 103. arti. 1. Vita nanque & mores, sanctos faciunt sacerdotes. 40. dist. non nos, cũ sequenti. Iuuenis nanque pater iste beatus Bonauentura ereptus de faucibus mortis miraculosè meritis sancti Francisci, religionem eius professus est, cum esset ętatis circiter 22. annorum: in quo quidem ingressu tãta gratia recipi dicitur, quãta recipitur in baptismo, & remittitur omnis pœna secundum sanctum Thom. super 4. sentent. & secunda secundę. quæst. 189. & habetur in capitu. primo de filijs presbyterorum. 47. distinct. quantumlibet, & in autentico. de sanctissimis Episcopis. §. nullam, versi. 2. c. 1. de apostat. & c. cũ deputatis, de Iudęis. Et inter cętera laudatur de summa bonitate, & eminenti scientia, adeo quòd Alexan. de Ales magister eius sępe fuerit dicere solitus, qđ in illo videbatur Adam non peccasse, vt patet ex chronicis. Et hinc est, quòd Dionysius attribuit perfectionẽ religiosis; quos vocat monachos vel therapeutas, idest cultores, a syncero Dei famulatu atque cultu; tanquam perfectos. Quæ quidem perfectio licet ex obseruantia pręceptorum resultet, quæ ordinatur ad remouendum ea quæ sunt charitati contraria, cum quibus scilicet charitas esse non potest, perfectius tamen resultat ex obseruantia consiliorum, quę ordinatur ad remouendum impedimenta actus charitatis, quæ tamen charitati non contrariantur, vt matrimonium, & occupatio negociorum secularium, & similia. Vnde dicit August. in Enchiridion. Quęcunque mandat Deus (ex quibus vnum est. Non mœchaberis) & quęcunque non iubentur, sed speciali consilio monentur, ex quibus est, Bonum est homini mulierem non tangere: tunc rectè fiunt, cum referentur ad diligendum Deum, & proximum propter Deum, & in hoc sæculo & in futuro. Ideo dixit Abbas Moyses in collationibus patrum, ieiunia, vigiliæ, meditatio scripturarum, nuditas ac priuatio omnium facultatum, non perfectio, sed perfectionis instrumenta sunt, quia non in ipsis consistit disciplinæ illius finis, sed per ipsa peruenitur ad finem, cum prius præmisisset quòd ad perfectionem charitatis illis gradibus conscẽdere nitimur. Et ad hoc optime facit cap. duæ. 19. q. 1. etiam facta comparatione bonitatis & difficultatis cũ religiosus totam vitam suam obliget ad perfectionis studium, & attenta difficultate bene conseruandi in religione propter artitudinem obseruantiæ regularis: propter quam tanquam in agone contendens, ab omnibus se debet abstinere, iuxta doctrinam Apostoli. Et ideo dixit idem Dionys. in 5. eccle. hierarchiæ. Eos qui nominantur Dei famuli, ex Dei potentia, seruitio, & famulatu vniri ad amabilem perfectionem. Ad quod facit c. admonere, 33. q. 2. Et quia ad perfectionem charitatis primum fundamentum est voluntaria paupertas, iuxta illud Matth. Si vis perfectus esse, &c. & secundum Greg. in 4. moral. & August. in lib. 10. confes. ad Deum loquentem & dicentem. Minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. Et idẽ Augu. in lib. 38. q. dicit, quòd nutrimentum charitatis est imminutio cupiditatis, & vbi perfectio, ibi nulla cupiditas. Et hinc est, quòd damnatus est Vigilãtius, qui adæquabat diuitias paupertati: sicut & Iouinianus, qui adæquauit matrimonium virginitati. Facit & illud, Sunt eunuchi. & c. facit etiam, quia per vniuersale obedientiam maxime imitantur Christum, qui, vt ait Apostolus) Factus est obediens vsque ad mortem &c. & ideo super his tribus votis etiam summus pontifex dispensare non potest, iuxta ea quæ plene habentur in c. cum ad monasterium, in fi. de sta. monach. & per Io. Andr. in mercu. Actus legitimi & semel Deo. de reg. iu. in 6. Votum autem huiusmodi requiritur ad statum perfectionis, iuxta Greg. super Nume. 6. c. & super Ezechi. ibi. Cum quis omne quod habet &c. nam per votum paupertatis voluntariæ, res exteriores totaliter Deo offert. Per votum continentiæ offert totum corpus, abrenuncians eius maximis delectationibus. Per obedientiam offert in holocaustum totaliter animam, & propriam voluntatem &c. per quam homo vtitur in omnibus potentijs & habitibus animæ. Facit de pœn. dist. 2. c. liquis semel, & quod plenius tradidit per sanctum Tho. in secunda secundæ, q. 86. & 87. & de mendicantibus præcipue. 87. q. art. 5. & q. 88. art. 7. maxime accedente ei dignitate episcopali, &c. Et a religione nõ differt sanctitas secundum essentiam, sed solum ratione, vt plene patet per sanctum Thom. secunda secundæ, q. 81. artic. 8. & de religion. not. Ioan. Andr. in capit. is qui. de regu. libr. 6. & de regul. iur. c. non est sine culpa, per Archid. de regul. capitulo secundo. eodem libro & 8. distinc. capitulo primo. no. in l. prima. C. de summa trinit. Et dicitur, quòd summa ratio est, quæ pro religione facit, l. sunt personæ. ff. de relig. Vnde cum beato

Opus factũ ex voto, est magis meritorium quã sine voto.

De ecclesi. hierar. c. 6.

Exod. 2.
1. Cor. 7.

1. Cor. 19.

Matth. 19.

Matth. 19.

Philip. 2.

Ad statum perfectionis requiritur votum

Digitized by Google

Greg. Confidenter dicendum est, quòd ostio salutari post mortem non indiget, qui ante mortem Deo hostia ipse fuerit, & hoc præcipue vbi etiam concurrit status perfectissimus dignitatis episcopalis, vt in hoc viro glorioso assumpto ad episcopatum Cardin. Alba. vt probat Tho. secunda secundæ.

Articulus. 2.

AD secundum articulum eiusdem primæ partis principalis, etiam dico concludendo, quòd doctrina excellentissima huius beati patris maximũ affert testimonium sanctitatis, per quam in Dei Ecclesia velut splendor fulget firmamenti, & velut stella in perpetuas æternitates mansura, ad iustitiam valens fideles erudire, vt probat c. super specula. de mag. & Hieron. ad Paulinum, & in prologo Bibliæ .cap. 4. & Daniel. 12. Est nanq; doctorum ordo præcipuus in Ecclesia, c. ex iniuncto, de hære. Ipsius nanq; perlucida & salutaria documenta, almam matrem Ecclesiam illustrarunt, decorarunt virtutib. & moribus informarũt, & per ea is, quasi luminosa lucerna ardensq; super cãdelabrum in domo Domini posita, errorum tenebras profugauit, & totius corpus Ecclesię irradiat tanquam sydus matutinum. Eius etiam fœcunda facundia cœlestis riui, gratia influente, scripturarum ęnigmata reserauit, nodos soluit, obscura dilucidauit, dubiaq; declarauit: profundis quoq; ac decoris illius sermonib. ampla ipsius Ecclesiæ fabrica, velut gemmis vernantibus rutilat, & verbum elegantia singulari, gloriosius sublimata coruscat, vt de alijs doctorib. dicitur in c. 1. de reliq. & vene. sanct. libro 6. vbi sacri Doctores Ecclesiæ adequantur in solennitate officiorum Euangelistis. Et

Oseæ. 6.

hinc est, quòd Dominus, Oseæ sexto cap. se velle dicit scientiam Dei plusquam holocaustum, & quòd præualet testimonium doctrinæ etiam testimonio refulgẽtis. vt patet Luc. 16. in fi. Et hinc dicit Zephirinus Papa, quòd sicut stellas cœli non extinguit nox, sic mentes fidelium inhærentes firmamento sacræ scripturæ obscurat mundana iniquitas. cap. sicut. 38. dist. & sic fides catholica ampliatur, & dilatato sui territorij loco funiculos suos facit longiores, & circuncingitur muro inexpugnabili bellatorum, quib. resistere valet ascendentibus ex aduerso, vt in cap. fina. de cleri. vel mona. Legitur autem de hoc beato patre, quòd cum per solum septennium in religione stetisset, legit libr. sententiarum in vniuersitate celebri Parisijs: Dehinc post tres sequẽtes annos cum cathedram magistralem rexisset, annò ætatis eius 32. de primarijs in ordine habebatur. Fuit nanque sibi tanquam infinitus thesaurus scientiæ, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei, propter disciplinæ dona commendati: vt dicitur. Sapien. 7. Omne etiam in eo imperfectum scientiæ supereminentis, suppleuit perfectio charitatis non inflantis, c. nisi cum pridem, § pro defectu. de renuntiatio. & propter eam non est præsumendum ipsum fuisse vnquam immemorem propriæ salutis, capitulo cum in iuuentute. de præsump. quia vt ait Sapiens, in animam maleuolam non introibit Sapientia, &c. Spiritus enim sanctus disciplinę effugiet fictum, & aufert se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu, vt ibidem subditur. Et hinc dixit Hieronymus. Ama scripturarum studia, & carnis vitia nõ amabis. Et diuitias nihil fecit in comparatione illius. Sapien. Septimo: & a cogitatione lasciuiæ auertit animum, & carnem macerauit propter studij laborem. Ecclesiast. trigesimo septimo. Probatur primo Macha. 12. ibi, habentes pro solatio sanctos libros. Veruntamen in hoc beato viro existimo eam fuisse infusam magis quam acquisitam. Est enim acquisitio sapientię per inspirationem velox & facilis, per studium vero difficilis & tarda, secundum sanctum Thomam, Psal. 44. ex quinq; signis quib. hoc a Theologis discerni consueuit. Primò auctoritate Apostoli 1. ad Chorinth. 2. Secundò auctoritate sapientis, qui ait. Cum simplicibus est sermocinatio eius. Vbi sapientia, ibi humilitas. Tertio quando in omnibus vera loquitur sine administratione alicuius falsitatis, ergo a Spiritu sancto, qui doctor est veritatis. Quartò quando in omnib. loquitur conformiter ad sacram scripturam, & sanctorum doctrinam: quia suspecta est omnis veritas, quam non cõfirmat scripturarum auctoritas, secundum Richardũ. Quinto quando iuuatur miraculis, & approbatione sanctitatis à Dei ecclesia communi voto, per quod excluditur omnis error, secundum quòd hæc omnia plene examinauit Ioannes, de tur. cre. olim magister sacri palatij, ac demum Cardinalis sancti Sixti. & Episcopus Sabinen. in suo defensorio reuelationum sanctæ Brigidę, circa principium: & ab Alfonso Eremita olim Episcopo Gene. in eius prologo, in libros reuelationum eiusdem sanctæ pro quibus est dictum, ca. cum ex iniuncto, de hæret. iuncta multitudine librorum per eum compilatorum, & mira deuotione ex illis resultante, & paruo temporis spacio copia librorum, & maxime illius extrinsecis occupationibus, &c. Et dicendum quòd licet secundum theolo. communiter concludatur, tres tantum fore aureolas, quæ sunt mentis spirituale gaudium veniens ex corpore præexcellenti & priuilegiato, quarum vna datur martyribus, secunda verò prædicatoribus, tertia autem virginibus vltra quatuor dotes animę glorificatę, quatuor corporis glorificati, iuxta illud Pauli, Stella enim differt a stella in claritate, sic & resurrectio mortuorum, & cætera. De quibus plene per magistrum. 49. distinctio. quarta. & ibi plene per sanctum Thom. & alios Theologos. Item vltra quatuor delitias quas habuerunt in præsenti, scilicet lumẽ Dei, bona opera, virtutes, & quietem mẽtis, dicit Tho. Isa, 51. quòd sancti in gloria habent plenam Dei visionem, perfectam dilectionem, copiosam refectionem, & eminentem auctoritatem tamen secundum Ioannem de Tur. Cre. in lib. de quest. euangeliorum annuorum, quem direxit cętui Cardinalium. Dicendum est, quòd eadem aureola quæ debetur prædicatoribus, etiam debetur doctoribus. iuxta illud. Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cœlorum. & nota gl. super illud. Vt sciatis quam sit eminens &c. quòd crementum quoddam habebunt sancti doctores, vltra id quod alij communiter habebunt. Item quia sicut per martyrium & virginitatem obtinetur perfectissima victoria, de carne, & mundo: ita etiam perfectissima contra Diabolum obtinetur, quando aliquis non solum Diabolo impugnanti non cedit, sed etiam eum repellit per doctrinam, ideo doctrinæ aureola pariter debetur, per quam non solum à se sed etiam ab alijs repellit: quando. s. doctrina est de pertinentibus ad salutem, vt in casu nostro & principaliter scribitur actu ad gloriã Dei, hoc. n. inter spirituales eleemosynas & arma spiritualia computatur. Etiam quia vsus doctrinæ ex voluntate procedit, quæ per charitatem informatur a Deo infusam. Nec exaltatio in hac vita diminuet alterius vitæ præmium, non quærenti gloriam propriam, sed exaltationem in vtilitatem aliorum conuertenti ex ea sibi mercedem in cœlestibus acquirendo. Hoc vult in prima quæstione de beato Thoma de Aquino. Dicit etiã Augustin. Nemo (quantum puto) ausus fuerit virginitatem præferre monasterio &c. & foret peruersitas secundum Augustinum, lectioni nolle obtemperare, dũ vult ei vacare, quod non solum debet intelligi, in doctrina & lectione eorum quæ sunt secundum pietatem, secundum Apostolum. Sed etiam alijs doctrinis

Sapient. 7.

Sapient. 7.

In epistola ad Rusticum monachum.

Sapien. 7.

Eccles. 37.

1. Macha. 12.

Prou. 3. & 11.

1. Cor. 15.

Matth. 5.

Libro de virginitate.

Libro de operibus Monachorum. c. 27. t. 1.

nis vacare possint religiosi, quorum tota vita diuinis obsequijs mancipatur, inquantum ordinantur ad sacram doctrinam, secundum Augustinum dicentem. (In fine sexti libri Musicæ suæ.) Nos dum negligentes esse non existimamus, quos hæretici notionis & scientiæ fallaci pollicitatione decipiunt, tardius incedimus consideratione ipsarum viarum, quod tamen facere non auderemus, nisi multos pios Ecclesiæ filios eadem refellendorum hæreticorum necessitate fecisse videremus. De quo per sanctum Thom. in opere aureo super quatuor libros Euangeliorum, decimonono, cap. 5. & secunda secundæ. quæst. 85. art. 5. quæst. 81. & 82. per totum, quæ tamen omnia recipiunt determinationem, de qua in capit. non magnopere. & in c. fin. ne cleri. vel. monac. ne antiqui hostis inuidia, in Angelum lucis se more solito transfiguret &c. iuxta Apostolum (1.Cor. 11.) & in ca. licet. de regu. cum simi. & 36. distinc. florentinum. & per totas distinctio. plene hæc examinantur. Ad hoc autem præcipue attendantur opera eius super lib. sententiarum, super quatuor Euangelia. (Omnia opera quæ composuit D.B.) Compendium theologiæ. Libellus instructionis nouitiorum minor, & libellus maioris introductorij nouitiorum. Apologia. Arbor vitæ. Item ad fratrem innominatum, & de partibus domus religiosæ. Dialogus, Centiloquium, & de vita Christi. de passione Christi. Epistola ad Michaelem Imperatorem, ad suam sororem de Philomena. Aliud compendium passionis Christi. Epistola ad sororem sanctæ Claræ. Item de consideratione. Item de meditat. Enchiridion. seu cumulus orationum, de diuisione rerum vniuersi, de quatuor operibus religiosorum, sermones, sophismata, de decem præceptis. Item super Ecclesiasten. Item super Lucã in appar. spiritus Domini super me. In quibus libris apparet tantus ardor eius in diuinum amorem, quòd præcipue appropriatur sibi hoc nomen Seraphicus doctor, ita quòd non alteri cuiquam ex cũctis doctoribus sacris. Itinerarius mentis in Deum & in seipsum. Pharetra, & de stimulo amoris. Defensorium ordinis mendicantium. Legendæ. Officia. Arbor crucis, & de septem visionib. & de sex alis Seraphin, & quamplura alia vt merito de illo cantare possit Ecclesia. Iste est qui magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina eius repleta est &c. Et si forte nonnulli theologi asserantur tenere cõtrarium eius, quod ipse aliquando determinat, dico non esse faciendam vim aliquam, tum propter not. per Innoc. Host. & Ioan. And. & alios in c. ne innitaris. de constit. per not. in c. literas. de restit. spol. tum etiam propter protestationes consuetas &c. per cap. damnatus. de sum. trin. cum ibi notatis.

Articulus. 3.

AD tertium dico concludẽdum cum beato Thoma in quolibet. 5. art. 22. & cum ad opus prælaturæ maxima requiratur idoneitas: vt patet per Grego. dicentem tantum actionem populi debet actio prælati transcendere, quantum distare solet à grege pastoris vita, (In pastora. c. 1. secũdæ partis.) ad quod humana fragilitas secundum proprias vires sufficiens non est, secũdum Apostolum. Et ob hoc quis etiam idoneus potest aliquando, & debet laudabiliter, considerans proprium defectum, ex humilitate officium prælationis recusare, (2.Cor. 3.) sicut Hieremias dixit. (Hier. 1.) Nescio loqui, quia puer ego sum. Et hinc est, quod dicit Gregor. 18. moral. quòd prælatio propter meliorem intentionem fugienda est. Item quia valde difficile est, purgatum se quemlibet posse agnoscere, sicut agnouit Isaias: (Isa.) prælationis officium tutius declinatur non tamen pertinaciter, cum ad suscipiendum hoc superna voluntas agnoscitur. Vnde Augustinus ait. (Lib. 19. de ciuit. Dei cap. 19.) Superior locus sine quo populus regi non potest, & si ita teneatur vt decet, tamen indecenter appetitur. Ocium enim sanctum quærit charitas, veritatis negociũ iustum suscipit necessitas charitatis. Beatus igitur Bonauentura noster, vt patet ex chronicis, cum per Clementem quartum fuisset ad Ecclesiam Eboracẽ. in Anglia opulentissimam promotus, ad pedes Papæ se contulit, & episcopatui prædicto humiliter cessit, cuius Papa resignationem admittens, hæc verba protulit. Sta in testamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuorum veterasce: verum cum de ann. 1274. vocatus fuisset a Greg. 10. coactus ad Cardinalatum, & episcopatum Alban. assumptus fuit, tempore quo Lugdunen. concilium generale celebratum fuit, ob cuius præsentiam & scientiam multa de nouo statuta ac vetera reformata & renouata fuerunt, & cætera. præcipue capitu. religionum diuersitas situatum in tit. de religio. dom. libro sexto. & iuxta sentẽtiam Sancti Tho. de qua supra determinatur, olim in scripturis, & ibi not. de Episcopo Mutin. qui dixit volens nolo, & nolens volo. capit, sciendum. & cap. qui Episcopatum. 8. quæst. 1. cum si. & not. per Innocen. in cap. cum in iure. de ele. & habetur in cap. quam sit. eodem titulo. libro 6. & 23. q. 4. displices. & 40. distinctio. ante omnia. dist. 1. quæst. 6. sicut. & 7. quæstio. 1. scias. & 16. quæstio. 1. nos autem. & simulans renuere etiam causa humilitatis peccat. 22. quæstion. 2. cum humilitatis. & capitul. final. de præsumpt. & not. in dicto capitul. sicut. & per legistas in leg. si quenquam. C. de Episcop. & cleric. de his tamen plenius traditur per eundem Sanctum Thom. in secunda secundæ. quæstio. 86. articul. tertio. Fuit ergo status vitæ eius omnis ex parte perfectus, tum quia religiosus ordinis mendicantium sancti Francisci, & in primordijs quibus in omnimoda perfectione florui ipse ordo: tum quia Episcopus Cardinalis Alban. & sic de summis: tum etiam quia religionem professus fuit ex voto, cum meritis sancti Francisci, de faucibus mortis fuisset ereptus, vt ipsemet testatur in fine legendæ eiusdem sancti Francisci: Pro quibus allegare sufficiat sanctum Thom. secunda secundæ. quæstio. 184. vsque ad fin. libri. & quæst. 88. articul. 6. & simile de Samuele. 1. Reg. cap. 1.

Articulus 4.

AD quartum dico concludendum, sufficere eas virtutes, quas exprimit hymnus confessorum (qui creditur fuisse Ambrosij) vt patet p. Guilelmum in rationali diuinorum libr. 5. de diuinis officijs. in c. est autem. in tertia cathe. ibi. qui pius. 86. distinct. qui clementiam non habet, nec indutus est viscera misericordiæ, & lachrymarum: quamuis spiritualis sit, non adimplet legem Christi &ceter. prudens sicut serpens, & simplex sicut columba. Vt dicit Dominus. (Matth. 20. & 11.) Humilis iuxta not. in clemen. 1. de religio. domi. & secundum illud. Discite a me &c. (Luc. 6.) & per Arch. 22. quæst. 2. cum humilitatis. & ead. quæst. contra mores. 86. dist. quando. Pudicus. Impudicus oculus, impudici cordis est nuncius. 32. quæst. 5. nec solo, hęc sola Deo cum fiducia &c. in anten. de lenon. §. scimus. coll. 6. Sobrius. c. a crapula. de vi. & hone. cleri. cap. 1. de relig. & vene. san. Castus contra bigamiam, (Gal. 5.) & numeratur inter fructus spiritus ab Apostolo. Fuit & quietus, id est non percussor sed modestus. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus inquit Paulus (Phili. 4.) 41. distinctio. per totum, & numeratur etiam inter fructus spiritus. Vita dum præsens, vegetauit eius corporis artus, quod omnia ista concurrant in eo innuit euidẽter perfectus status eius, scilicet religio mendicantium sancti Francisci, de qua supra dixi, licet Hostien. videatur plura requirere,

Digitized by Google

quirere, in confirmando in Episcopum, & similiter in canonizando in sanctum, in sum. de elect. §. quis eligitur: versic. canon tamen antiquus, dicens quòd confirmandus in Episcopum, debet esse natura prudens, docibilis moribus, temperatus vita, castus, sobrius, suis negocijs semper cauens, humilis, affabilis, misericors, liberalis, in lege Domini instructus, in scripturarum sensibus acutus, in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus, & ante omnia fidei documenta simplicibus verbis asserens, id est patrem & filium, &c. allegat 23. distinc. qui Episcopus. 41. distinct. capitu. vltimo. Et quia Petrus dicit quòd talem oportet esse Episcopum, vt pro ingenio addiscentium semetipsum possit aptare, &cæt. Debet igitur valde esse eruditus & doctus, irreprehensibilis, & maturus, & pauidus, sicut fuit Clemens. Debet etiam singulos iuuare prout poterit, singulos portare, & singulos releuare. 8. quæstio. 1. oportet. & capi. sequen. & ideo dicit Augustinus, nihil esse in hac vita, & maxime hoc tempore difficilius, & laboriosius, & periculosius, Episcopi vel diaconi officio, sed nil apud Deum beatius si eo modo militetur, quo noster præcipit Imperator, id est Deus. Sed nil facilius nil leuius & acceptabilius, sed & nihil damnabilius, si perfunctorie res agatur. 40. distinct. ante omnia, & subdit. Hanc vltimam partem multi tenent. Deus adiuua me & saluus ero, multa enim de prædictis, immo fere omnia in multis deficiunt, consulo si talem habere poteris, ipsum eligas, sed qui talem voluerit, ipsum fabricet de nouo, quia res pene contra naturam est, vt homo sine peccato sit, tamen eligendus esset cuius respectu cæteri de Ecclesia grex dicantur. 30. distinctio. Vnum. §. nūc autem. tamē quicquid dicatur sufficit, quòd bonus eligatur. 16. quæstio. vltim. monasterium. Sed ego dico quòd ex eo, quòd iste beatus Bonauētura fuit electus in generalem ordinis a bonis, videtur sufficiens resultare notitia de meritis eius, tanquam de auditu a bonis. 22. quæst. 5. hoc videtur. sed amplius quia fuit electus in Cardinalem a Papa Honor. & procedente ad hoc eum maxima maturitate per not. in cap. 1. de scruti. sicut dicit etiam Ioan. Andr. de auditore rotæ. in ca. quod sicut, de elect. Latius discurrit in his idem Hostien. in sum. de temp. ordin. examinans singula de quibus. 1. ad Thim. ca. 3. & ad Titum, & Gratianus a 25. distinct. vsq; ad 50. & a 71. distinct. vsque ad 87. Dignus enim reputatus ad vnum ordinem, non debet ad alium indignus reputari, capitu. accepimus, de ætat. & qualitat. 74. distinctio. gesta. 8. quæstio. 1. sicut Christus, capitu. nonnulli, de accusat. capitu. in præsentia, de sent. excommunicat. leg. qui sciens, ff. de lib. causa. leg. si vxor, in fin. ff. de adul. & art. in leg. viro atq; vxore, ff. solut. matrimon. Et dicendum est sufficere istas, quia qui habet has omnes, habet sicut contra de vitijs dicitur, de pœnitent. distinctio. 5. capitu. defleat, & capitu. fratres, & capitu. dolendum, de regul. iur. cap. defleat. 12. quæstio. prima cum renunciatur, plenius patet per Sanctum Thom. 2. 2. in pluribus locis. Et quantum ad pietatem attinet, dico, quòd est specialis virtus inquantum parentibus, & patriæ, & his qui ad hoc ordinantur, officium, & cultum impedit, quia est connaturale principium producens in esse, & gubernans, vt declarat sanctus Thom. secunda secundæ. quæstio. 101. arti. 3. Dicit tamen Ambro. super Lucam, quòd necessitudini generis, diuinæ religionis pietas antefertur. Et Hierony. in epistola ad Heliodorum. Per calcatum perge patrem &cæt. summum genus pietatis est, in hac re esse crudelem. An vero & quomodo occasione religionis, prætermittenda sint pietatis officia in parentes, plene dicit idem Sanctus Thom. vbi supra, articu. quarto. Est etiam pietas donum Spiritussancti, correspondens virtuti iustitiæ & beatitudini mititudinis diffundens corda miserationis ad proximum, contra crudelitatem. Et mitis est semper q prius pauper fuit, & possidet terram & seipsum. Et comparatio obseruantiæ ad pietatem, attenditur secundum diuersas habitudines diuersarum personarum ad nos, quos respicit vtraque virtus secundum eundem Sanct. Thom. secunda secundæ quæst. 102. artic. 3. Differt autem a misericordia & beneficentia, eleemosyna, & charitate, vt plene deducit idem Sanct. Tho. 2. 2. quæst. 30. & 31. sub tractatu de charitate, proprie sumendo &cęt. quia misericordia est compassio alienæ miseriæ. Et beneficentia importat bonum facere proximo. Charitas autem est amor, fundatus super cōmunicatione hominum ad Deum, & est Spiritussanctus mentem inhabitans. Eleemosyna autem est actus misericordię, & consequenter sunt diuersa licet connexa. Quantum autem attinet ad prudētiam, ad quam pertinet applicatio rectæ rationis ad opus, quod non fit sine appetitu recto, & non solum habet rationem virtutis, quam habent aliæ virtutes intellectuales, sed etiam quam habent virtutes morales quibus connumeratur, & cum prudentia sit in ratione, diuersificatur ab alijs virtutibus intellectualibus, secundum materialem diuersitatem obiectorum. A virtutibus autem moralibus distinguitur secundum formalē rationem potentiarum distinctiuam, vt plene deducitur per Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 47. artic. 4. & 5. & in articu. 6. subdit quòd ad prudentiam pertinet, disponere de his quæ sunt ad finem, & qualiter & per quæ homo in operando, pertingat medium rationis, pertinet ad dispositionem prudentiæ, & ad illam bene consiliaturam pertinet præcipere. Et dicit August. in libr. de mori. Eccles. quòd prudentiæ sunt excubiæ atque diligentissima vigilantia, ne subrepente paulatim mala suasione fallamur, & habet se ad bonum priuatum, & ad bonum commune multitudinis, & sic est tam politica, quam œconomica, & monastica, & conuenit vnicuique inquantum participat de regimine & gubernatione, & est perfecta, quæ ad bonum finem totius vitæ recte consiliatur, iudicat, & pręcipit, quæ in peccatoribus esse non potest. Vnde Gregor. in 2. Moral. cæteræ virtutes nisi ea quæ agunt, prudenter agant, virtutes esse nēquaquam possunt, & cum omnes virtutes sint connexæ, concurrunt etiam cum gratia, & quia non est circa finem, sed circa ea quæ sunt ad finem, non est simpliciter naturalis. Et quia consistit principaliter in applicatione ad opera obliuio vniuersalis cognitionis, id quod principale est in ea non aufert, licet aliquod afferat impedimentum, vt patet per Sanct. Thom. vbi supra. Huic correspondet donum consilij, & misericordię beatitudo: ideo illi congruit præmium misericordiæ superabundans, & excedens saturitatem. Maxima profectò elucet prudentia beati patris nostri Bonauenturæ, in sedando discordias inter Prædicatores & minores in capitulo Parisijs celebrato, de anno 1266. circa inquisitores hæreticæ prauitatis, & transitus de vna religione ad aliam, & inquantum distinxit Prouincias, & quamlibet voluit habere suum præsidentem, & in statuendo prouinciarum omnium numerum, & cætera. Magnum etiam consilium eius relucet ex gestis concilij Lugdunen. 2. &cęter. & in capitulo generali Narbonen. vbi constitutionibus ordinis formam dedit, &cęt. Et licet Philosophus 5. Ethicor. dicat impossibile esse, prudentem non esse bonum, quandoque sumitur prudentia in malum, capit. de illis, de desponsat. impuber. Et 6. Ethicor. dicit idem Philosophus. Prudentes illos existimamus, qui sibi & alijs possunt speculari. Et Egidius de regimine principum, capitul. 7. & capitul. 8. ponit 7. partes prudentiæ, improprie autem sumitur. 22. quæstio. 1. quo casu & in capitul. fin. de desponsat. impuber. Et serpentina prudentia

Digitized by Google

dentia est cauere a supplantantium insidijs. 6. qu. 1. ex merito, in fin, sicut simplicitas columbina est, cuiquam non machinari dolos. Sancti nanque quęcunq; agunt, in conspectu Dei agunt, de pœnitent. distinct. 1. capit. Verum. Circa humilitatem verò quæ est de speciebus modestiæ, quæ modestia est pars temperantiæ, dico humilitatem esse virtutem temperantię, & refrenantem animam, ne immoderate tendat in excelsa quę sunt supra se, secundum regulam quam habet in cognitione sui, vt saliquis non se existimet esse supra id quod est, &

Psal. 30. sic iuxta illud. Neque ambulaui in magnis neque in mirabilibus super me &c. circa appetitum boni ardui pręter rationem rectam, quod est cum homo considerans suum modum, tenet se in infimis secundum suum modum, & sic in sui ratione, reportat quandam laudabilem delectationem ad ima, in interiori motu animę, hoc est principaliter in interiori electione mentis. Et est moderatiua motus appetitus, & regula quędam directiua eius, ex cognitione proprij defectus. Respicit etiam proprie reuerentiam, qua homo Deo subijcitur, & per quam homo secundum id quod est, debet se cuilibet proximo subijcere, quantum tamen ad id quod est Dei in ipso, absque eius humilitatis pręiudicio possunt dona propria pręferri donis Dei, quę apparent alijs collata, & in ea fundantur omnia Ecclesiæ sacramenta, & opponitur superbiæ vitiorum reginæ. Nec requirit humilitas, vt aliquis id quod suum est, in ipso subijciat, ei quod est hominis in proximo: licet possit reputari aliquid boni esse in proximo, quod ipse non habet, vel aliquid mali in se esse, quod in alio non est, & sic potest se ei subijcere per humilitatem. Reprimit itaque humilitas motum spei, qui est motus spiritus in magna tendentis, & ideo recte dicitur pars temperantiæ, contenta sub modestia, iuxta illud Petri. In

1. Pet. 3. corruptibilitate quieti ac modesti spiritus. Facit autem hominem bene subiectum ordinationi quantum ad omnia, sicut quælibet alia virtus facit quantum ad aliqua, quibus est potior post virtutes theologicas, & intellectuales, quæ respiciunt ipsam rationem, ac post iustitiam præsertim legalem. In ea tamen principium, & radix est reuerentia, quam quis habet ad Deum. Ex cuius interiori dispositione, procedunt quædam exteriora signa in verbis, & factis, & gestibus, quibus id quod interius latet manifestatur, sicut in cæteris virtutibus accidit, quæ signa in duodecim gradus humilitatis conuenienter distinguuntur, vt magistraliter deducit Tho. secunda secundæ quæst. 161. artic. sexto, & in regula sancti Benedicti, licet Anselm. in libro de similitudinibus, ponat tantum septem gradus. Aliqui ponunt tantum tres gradus, & decem indicia, vt Cassia. & gloss. Matth. 3. Qui quidem omnes gradus, & indicia, nedum sufficienter sed abundanter, & cum omni iustitia, in Beato patre nostro Bonauentura floruerũt; vt ex gestis eius, & chronicis ordinis, & libris per eum compilatis patet expresse. Et magna perfectio fuit huius patris in adimplendo votum matris, & proficiendo

Primo libro de ciuit. Dei, c. 18. religionem, per ea quæ habentur c. licet de votis. Circa pudicitiam autem, quæ secundum Augustinum, est quædam virtus animæ, a pudore dicta, in qua verecundia significatur: dico eam proprie esse circa illa, de qui-

Lib. 14. de ciu. Dei c. 17. bus homines magis verecundantur, hoc est, de actibus venereis, secundum eundem Augustinum. Et attenditur proprię & præcipue, circa signa venereorum, sicut sunt aspectus impudici, oscula, & tactus, & quia hæc solent magis reprehendi, ideò pudicitia magis respicit huiusmodi exteriora signa, quam mixtionem veneream: & ordinatur ad castitatem, non vt virtus ab ipsa distincta, sed sicut exprimens castitatis circunstantiam quandam, licet interdum vnum ponatur pro alio, & est virtus refrenans inobedientiam genitalium membrorum, quæ non subijciuntur imperio rationis, vt infra subijciam, dum de castitate loquar. de quo 33. quęstio. 5. nec solo. cum se. & in clement. ad nostram. versicul. 7. de hæret. & per Sanctum Thom. secunda secundæ. quæstio. 154. articul. quarto. Aliter tamen capitur Impudicus in capitul. cum decorem. de fil. presbyt. & est pudor corporis, pudicitia mentis, secundum Papy. & Archid. 32. quæst. 2. pudor facit, cap. de adu Lita pudor. In procemio autem decreta. super versicul. pudicus, exponitur, id est castus: & dicitur in capit. 1. 43. distinct. quod pudicus debet esse sacerdos & monachus, vt verbis pudorem indesinenter ostendat: habetur in auct. quomodo oportet Episcopo. §. neq; autem. & ff. de iniurijs. leg. sed & quæstionis. §. fina. vbi fit iniuria si attendatur pudicitia, facit 37. quæstio. 1. capitulo vltimo, & in cap. 3. 22. quæst. 5. dicitur quod est virtus animi, quæ violentiam non sentit, facit instit. de noxalibus. §. fina. Circa sobrietatem, quæ est per se specialis virtus, conseruans bonum rationis contra omnem potum, a quo posset impediri rationis vsus, ex fumositate cerebrum perturbante, sicut abstinentia conseruat cõtra omnem cibum, ne per immoderantiam delectationis, bonum rationis absorbeat sua speciali ratione, non autem inquantum sunt nutritiua. Et sumitur a mensura, quasi briam seruans, id est mensuram proprie, iuxta illud Ecclesiasti. Sanitas est animæ & corporis sobrius potus. Vinum multum potatum irritationem, & Eccl. 32.
iram, & ruinas multas facit. Sumitur etiam communiter nomen sobrietatis, in quacunque re & materia per similitudinem quadam, in qua non tantum nocet excessus, sicut in potu in quo mensura est maximè necessaria, &c. cuius oppositum est ebrietas. Dico tamen, quod nullus potus sicut nec cibus (secundum se considera- Matth. 15.
tus) est illicitus, iuxta illud. Non quod intrat per os coinquinat hominem: nisi per accidens, vel ex conditione bibentis, cum a vino de facili lęditur, vel ex speciali voto obligatur ad vinum non bibendum, aut ex modo bibendi, scilicet excedendo mensuram, aut ex parte aliorum qui ex hoc scandalizantur, aut ad perfecte sapientiam recipiendam & cęt. vt clare deducitur per S. Thom. secunda secundæ. q. 149. per totum. & per Gratianum 35. distin. Ecclesiæ. & cap. luxuriosa, & per totum. & distinct. 44. per totum. Circa castitatem dico, quòd inquantum est secundum rationem operans, concupiscentiam castigans & refrenans, virtus est propria, & habens in venereis rationem virtutis, inquantũ autem habet delectationem in suo actu, cõnumeratur inter fructus, cuius oppositum est luxuria. Communiter etiam sequitur inquantum abstinet se, ne delectabiliter alij coniugatur contra debitum diuini ordinis, probatur in c. Nicena. 30. dist. vbi idem nota. de sobrietate, & tunc etiam dicitur castitas spiritualis, retrahens humanam mentem, ne rebus illicitis delectabiliter coniungatur: cuius ratio principaliter in charitate consistit, & in alijs virtutib. theologicis, quibus mens hominis coniungitur Deo. Distinguitur ergo proprie ab abstinentia, quę est circa delectationes pertinentes ad vsum ciborum, quia ipsa refrenat vsum concupiscentiarum venerearum, quæ sunt vehementiores & magis opprimẽtes rationem, quam delectationes ciborum & potus, & sic secundum proprias & speciales rationes inter se differunt, abstinentia, sobrietas, & castitas, & temperantia ipsa, cuius istę sunt partes subiectiuæ, sicut etiam & pudicitia &c. Item & continentia quæ est pars potentialis ipsius temperantiæ, inquantum large accipitur nomen virtutis, pro quolibet principio laudabili operum, & resistit concupiscentijs prauis, quæ in homine vehementes sunt, & est hæc sola cum fiducia potens Deo hominum animas præsentare, vt in auctentic. de lenonibus. sancimus, & est Deo placens, quam non

necessitas

Digitized by Google

necessitas sed voluntas facit.24. q. sed tunc, & non nisi
Deo inspirãte habetur.28.dist.de his facit 50.dist. quia
tua,vbi dicitur paucos inueniri castos. facit de Episco.
& cle.si quenquam. Circa quietudinem dico,illam su-
mi posse pro modestia,quæ est pars potentialis tempe-
rantiæ, & est moderatiua eorum, quæ minus difficile
est refrenare secundum Sant. Tho. secunda secundę. q.
160.per totum,& tam de illa quæ consistit in exteriori-
bus motibus corporis,qui serio aguntur & laudis, quã
de ea quæ consistit in apparatu, &cæt. & in hoc differt
a temperantia quæ est moderatiua difficilium, & a cle-
mentia quæ est moderatiua pœnarum contrà crudelita
tem,& a mansuetudine quæ est moderatiua iracundiæ,
& ab humilitate de qua supra,& a studiositate,quæ est
pars integralis ipsius temperantiæ,quæ proprie dicitur
circa cognitionem, & importat vehementem applica-
tionem mentis ad aliquid secundum rationem virtutis,
& sic differt a curiositate,qua quis vtitur ad peccandũ,
&cæt.potest etiam sumi pro mansuetudine & clemen-
tia,quæ sunt partes integrales temperantiæ, de quibus
per San.Thom.secunda secundæ.q.152.per totum.po-
test etiam sumi pro pacifico, inquantum est actus cha-
ritatis,vt patet per San.Thom.secunda secundæ.quæst.
160.artic.29.vt sic sumatur pars pro toto,& conclude-
tur.Omnis charitas & iustitia,& omnis deniq; virtus in
canonizatis,prout concurrit in beato patre nostro Bo-
nauentura,&c.Et sciendum,quod quies nobis appeten
da est pro lucro multorum, aliquando tamen postpo-
nenda.9.quæst.1.in scripturis, & est quieta tranquilli-
tas,vt pax vnde quiescamus,& sine turbatione simus,se
cundum Archid.de offic.leg.cap.1.lib.6. in versi.quie-
te.& in versi.quiescamus,& quieti esse debent serui Dei
a strepitu causarum.capitul.1.de syndico. Merito ergo
de hoc beato patre Ecclesia sancta Dei cantare poterit,
atque perlegere. Iste est qui ante Deum magnas virtu-
tes operatus est,& omnis terra doctrina eius repleta est,
ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. Iste
est qui contempsit vitam mundi, & peruenit ad cœle-
stia regna. Merito etiam de eo poterit Ecclesia solenni-
ter & publice decantare.Qui pius prudens, &cęt.& hic
vana terræ gaudia & lutulenta prædia.&c. Item ieiuna
membra deferens, dapes supernas obtinet:& hic despi-
ciens mundum,&cæt.& alia in quibus in officio com-
muni confessorum.præsertim maiorum inter quos enu
merari debet, cum fuerit Episcopus Cardinalis Alba-
nen.vnus de sex maioribus Episcopis vrbis Romanæ,
&cæt. De quo reperitur in quibusdam memorialibus
magistrorum cæremoniarum antiquis, & idem per om
nia habetur in chronicis ordinis sancti Francisci,vbi tra
ctatur de nouo generali in prima columna anno Domi
ni 1274.quadam die lunæ quæ erat 7.mensis Maij.Do
minus Gregorius Papa X.cœpit concilium generale ce-
lebrare in ciuitate Lugdunen.propter Sarracenos prin-
cipaliter,qui inuaserant terram sanctam.In eodem con-
cilio papa contra voluntatem Cardinalium promulga-
uit c.vbi periculum,de electis.lib.6.cum 12. alijs sequẽ
tibus. Eodem anno quadam die Dominica quæ erat ter
tia idus Iulij.hoc est 13.mensis Iulij. hora matutina o-
bijt claræ ac venerandæ memoriæ D.Bonauentura, or
dinis sancti Francisci,Cardinalis,& Episcopus Albanẽ.
ætatis suæ anno 53.& ad sanctos patres appositus, triũ-
fantes(suo vt credimus)lætificauit consortio, sed incre-
dibili affecit mœstitia militantes:qui fuit vir eminentis
scientiæ,sanctitate præcipuus,vita,conuersatione,ac mo
ribus excellẽtissime decoratus,benignus,affabilis, pius,
misericors, virtutibus plenus, & ab omnibus dilectus
Latinis & Græcis,clericis & laicis:qui eadem die sepul-
tus fuit in conuentu fratrum Minorum Lugdunen. in
cuius exequijs interfuit Dominus Papa, cum omnibus
Cardinalibus & Prælatis concilij,& quasi tota curia,fra
ter Petrus ordinis sancti Dominici Cardinalis,& Episco
pus Host.celebrauit primam missam exequiarum & p-
dicauit,cuius thema fuit. Doleo super te frater mi Io-
natha,multę lachrymæ,& amari gemitus emissi fuerũt
in eodem sermone.Hanc enim gratiam inter alias con- 2.Reg.1.
cesserat ei Deus,quia quicunque ipsum videbat, ipsius
amore incontinenti capiebatur in corde, tantaque præ-
rogatiua donorum dotatus fuit diuinorum,vt Ecclesiæ
Dei nullum parem sibi relinquere videretur. Et hoc tẽ-
pore Græci ad obedientiam sedis Apostolicæ redierũt,
in quo 40.primates Græcorum subscripsisse dicuntur,
cum eo qui tenebat imperium Gręcorum, & nuntij
Tartarorum baptizati fuerunt. Notitia autem diei obi-
tus necessaria videtur,propter hymnum confessorum,
in quo hodie lætus meruit secreta,&c.ibi.Anni recurso
tempore dies illuxit lumine,&cęt.Et in serm.Amb.ibi.
Bene igitur & etiam ac congrue in hac die cuius hodie
ad paradisum trãsitus,&c.Et adde,quod quicquid Do-
minus fecit insigne,fecit in die Dominica.65.dist.quod
die.15.q.4.cap.1.Nota Arch.de consec. dist.3.prouin-
ciam,& ideo Pius 2.non attento vero die obitus sanctę
Catherinæ de senis,in eius canonizatione statuit, festũ
eius debere celebrari in prima Dominica mensis Maij
annis singulis, vt patet in bulla canonizationis data
1461.3.Kalen.Iulij, anno 3. Requirere etiam videtur
Apostolus vltra præmissa,quod sit irreprehensibilis, id 1. Tim. 3.
est sine crimine,ideo dicit Hieronimus 25. dist. ca. pri- & ad Ti.1.
mum itaque quomodo potest pręses,&c.quia si in pro-
mouendo requiruntur huiusmodi,multò magis in ca-
nonizando,quod intelligo de crimine capitali & morta
li.Nam non est credendum,possibile fore etiam in Spi-
ritusancto confirmatos, sine minutis peccatis reperiri,
vt in c.criminis.ea.dist.iuxta Apostolum. Si dixerimus
quòd peccatum nõ habemus,&c.& illud. Septies in die
cadit iustus,quia si ceciderit iustus non collidetur,quia
Dominus supponit manum suam, vt dicitur in Psal.Itẽ 1.Ioan. 1.
quia Deum diligentibus,omnia cooperantur in bonũ,
& adeo omnia prorsus vt etiam si qui eorum deuiant & Prou.24.
exorbitãt, etiam hoc ipsum faciet eis proficere Deus in Psalm. 36.
bonum,secundum Aug.de pęni.dist. 2.talibus, & quia Roma.8.
impossibile est in sensum hominis non irruere motum
sensualitatis calorum,ideo ille demum laudatur & præ-
dicatur beatus.&c.& not.gloss.in c.si quęlibet.22. q.2. Li.de cor.
quod veniale peccatum non tollit gratiam,nec eam im- & gratia,
pedit etiam si omnia peccata venialia aliquis commisis- c.9.
set,&c.de quo per S.Tho.infra 2.q.88.vbi facit triplicẽ
dist.&c.Item quod sit vnius aut nullius vxoris vir,qui-
nimmo etiam ſm Nicolaum Papam in c.quorundã.34.
dist.debet vitare etiam immoderatam familiaritatẽ cõ-
sanguinearum,& abstinere a nuptiarum conuiuijs, nec
his cetibus se miscere,vbi amatoria verba canũtur & tur
pia,aut obsceni motus corporum,&c.præsbyteri. ea. di
stinc. capi.non oportet,de consec.distinct.5.& c.de his,
31.quæst.1.Item ornatus in exteriobus, habitu videli-
cet,& incessu,ita quòd nec affectatæ sordes,nec exquisi
tę delitię placeant, secundum Hieronym. 41. distinct.
quisquis,& cap.Episcopus,& §.sicut.Item quòd fuerit
hospitalis,nam & vidua in Ecclesia recipi prohibetur,
quę pauperes non recipit hospitio, &cęter. Et Ioannes
Euangelista Diotrepem excommunicauit, qui nec pau
peres recipiebat, sed recipientes de Ecclesia eijciebat.
85.dist.Florentinum,&c.siquis,&cęte.quiescamus.42.
dist.Item quod non facile irascibilis,aut perturbati sen
sus,alios percutiens,cap.quid autem,&c.qui syncera,cũ
sequen.35.dist.& licet nonnunquam, &cę.Episcopum,
&c.cum beatus,&cęt.disciplina,&c.omnis, cum multis
alijs.Item quòd sit doctor,non litigiosus, nec cupidus,
aut neophytus.Quibus omnibus virtutibus beatus no

ster Bonauentura claruit, summaque doctrina fuit illu-
strissimus, paupertatis professor altissimæ, ex christia-
nissimis parentibus christianissimus ipse progenitus, ita
vt in eo claruerit omnis vitæ & morum perfectio, atque
sanctimonia, vt supra plenissime deductum est, fuitque
idem celeberrimus vir verus Dei minister, Deoque sem
per fideliter ministrauit, vnde merito inferendum est,
ipsum cum Deo cui ministrauit, & quem secutus est in
terris, fideliter regnare in cęlis & gloriari. Dicente Do-
Ioann. 12. mino in Euangelio. Qui mihi ministrat, &c.

Articulus 5.

AD quintum dico concludendum, quòd regimen
sanctum oeconomicũ atque politicum huius bea
ti patris, maximum affert testimonium sanctita-
tis ipsius. Multum enim ad perfectionem hominis atten
ditur, quod domui suæ fuerit bene præpositus, illam re-
gens honeste, tam exemplo quam verbo, retrahendo a
vitijs ad virtutes, vt probatur. 18. dist. §. necesse, & ma-
ximę integritatis est experientia, & probatio. Nam qui
integer non est, non habet frontem reprehẽdendi alios,
includitque euidentiam necessariam criminis negligen-
tię, quod quidem crimen magnum probatur in capit. ca
quæ. §. si vero, de statu mona. 86. dist. culpam, Nam qui
Luc. 3. non eijcit trabem de oculo suo, non potest festucam de
oculo fratris eijcere, vt patet in Luca. & 2. q. 8. §. porrò,
in fin. & cap. iudicat. & 1. quest. 1. multi. Nam a quo de-
bet alios prohibere, multò fortius seipsum, arg. in leg. al
tius. ff. si serui. vendi. capit. dudum. 2. de elect. capit. 1. de
natis ex libero ventre, l. frater à fratre, ff. de condit. inde.
& quia quod quis debet exigere ab alijs, multo fortius tene-
tur exigere a seipso, l. si pupilli. §. videmus, ff. de neg. gest.
l. tutor datus, ff. de fideiussor. & ideo dicitur, quod non
potest esse hortator viduitatis, q̃ cõiugia frequentat. 26.
quæst. 6. vna tantum: facit ff. de administrat. tutor leg.
quotiens. §. 2. 42. distinct. §. 1. 43. distin. §. necesse. l. cum
in eo, ff. de pact. Et quomodo potest quis alios corrige-
re, cũ tacitus respondeat sibi, eadem quæ corrigit com-
misisse. 25. dist. primum. Nam cum de alio iudicaret, in se
ferret sententiam, dicto cap. iudice. & not. in cap. Roma
na de censibus. & hinc dicit Greg. 7. moral. Nunquam
pure maculam in membro considerat oculus, quem pul
uis grauat: & superiectas sordes tergere non valent ma
nus, quæ lutum tenent. & 19. eiusdem. Qui veraciter pro
ximis misericordiam facere student, prius debent iuste
viuendo sibi ipsis misereri. Vnde scribitur. Miserere ani
mæ tuæ placens Deo, & ideo perperam pater pius non
est miserando, qui adhuc iniuste viuendo fit sibimet im
Eccles. 30. pius. Vnde dicitur in Eccle. Qui sibi nequam est, cui a-
lij bonus erit? Qui itaque proximo indigenti exteriorẽ
substantiam præbet, sed vitam suam a nequitia non cu-
stodit, rem suam Deo tribuit, & se peccato: quod minus
est offerens auctori, & quod maius seruans iniquitati.
Eccl. 14. Et hinc est, quod corrupta non potest elegi in Abbatissam.
25. q. 1. iuuenculas. nec electa potest benedici. facit 1. q.
12. c. 2. vers. nouimus. & no. 16. q. 1. quę virginibus. Nõ
enim posset corrupta virginitatem hortari. 26. dist. c. pe
nult. & no. in cap. indemnitatibus. de electio. lib. 6. Item
Cyprianus in c. si quis inquit. 1. q. 1. nec cuiquam Do-
minus per eius preces & orationes prosit, qui Deũ ipse
violauit. quomodo. n. perficere quæ agunt, & impetrare
aliquid illicitis conatibus a Deo possunt, qui cõtra Deũ
quod eis non licet moliuntur? iuxta c. multi. 40. dist. vbi
dicitur. Si bene docueris, & male vixeris, tui solius con-
demnator eris, quia bene dicendo & male viuendo eum
instruis, quomodo te debet cõdemnare, &c. Ex quibus
plane & necessarie infertur, quod qui bene præfuit do-
mui suæ, nec non toti ordini per annos 18. necessariò cõ
cludendus est iustus, & vt sanctus habendus. Et maxi-
mè subiuncto eo quod dicit Augustinus in capi. quan-
tumlibet. 17. dist. ibi. Difficile sum expertus meliores,
quam qui in monasterio profecerunt. &c. Nam vt pa-
tet ex chronicis, cum 12. annis in religione sua stre-
nuè profecisset: in totius generalem ministrum concor
diter suis suffragãtibus meritis. 8. scilicet successiue post
sanctum Franciscum assumptus est, quem fęliciter re-
xit annis circiter 18. tanquam arbor bona fructus bo-
nos faciens, vt a fructibus eorum cognoscatur &c. Matt. 7.

Articulus 6.

AD sextum dico concludendo magnam patientiã
beati huius, per quam multum fructum attulit in
Dei Ecclesia, quia verbum Dei retinuit in corde
perfecto. Qui enim verbum Dei retinuit in corde bono Luc. 8.
& optimo, multum fructum afferunt in patientia: vt pa
tet ex ore veritatis. Cum esset etiam sapiens, libenter suf 2. Cor. 11.
ferebat insipientes. Sustinebat namque siquis deuora-
bat, siquis accipiebat, siquis extollebatur, siquis deniq;
in faciem eum cedebat, iuxta Apostolum, probatio e-
nim fidei patiẽtiam operatur. Cum etiã esset plenus cha
ritate, quæ patiens est, benigna est, non æmulatur, non Ioan. 1.
agit perperam, omnia sustinet, non quærit quæ sua sunt, 1. Cor. 13.
omnia suffert, non inflatur, non est ambitiosa. &c. iuxta
Apostolum. In omnibus itaque exhibuit semetipsum si 2. Cori. 6.
cut Dei ministrum, in multa patientia, in tribulationi-
bus, in necessitatibus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate,
&c. iuxta Apostolum. Spiritu semper feruens, Domino Roma. 12.
seruiens, spe gaudens, in tribulatione patiens, orationi
instans, ac necessitatibus sanctorum communicans, &c.
& in patientia sua possidens animã suam, non dans locũ Luc. 21.
iræ, quoniam scriptum sciebat. Mihi vindictam & ego Rom. 12. &
retribuam, iuxta eundem Apostolum. Tribulatio nan- 5. & 15.
que patientiam operatur, patientia autem probatio-
nem, probatio verò spem. Sciebat ipse, quòd quæcun-
que scripta sunt, ad nostram doctrinam, &c. & quod pa Galat. 5.
tientia est fructus Spiritussancti, vt patet per eundem
Apostolum, ambulans in ea vocatione qua vocatus e-
rat, cum omni patientia. Crescens in scientia Dei in om Ephes. 4.
ni patientia, & gaudio. Induẽs sicut electus Dei patien Col. 1. & 3.
tia, &c. Imitator enim eius fuit, qui fide & patientia hæ Heb. 6.
reditauit promissiones. In virtute nanque scientiam mi 1. Pet. 3.
nistrauit, in scientia abstinentiam, in abstinentia patien-
tiam, arguens, obsecrans, & increpans, in omni patientia
& doctrina, iuxta Petrum Apostolũ. Noscitur verò do- Prouer. 19.
ctrina viri per patientiam. Sciebat vtique patientiam Hebr. 10.
necessariam esse secundum Apostolum. Est namque pa
tientia virtus, per quam mala æquo animo toleramus,
id est sine perturbatione tristitiæ, ne animo iniquo bo-
na deseramus, per quæ ad meliora perueniamus. secun-
dum Augustinum in lib. de patientia. Conseruat ergo 2. Cor. 7. et
bonum rationis contra impetum passionis tristitiæ se- Eccl. 3.
culi, quæ mortem multorum operatur, & non est vtili-
tas in illa. De quo latius per sanctum Thom. in secunda
secundæ q. 136. per totum: & deficit a virtutibus Theo
logicis & Cardinalibus, quæ retrahunt a maioribus im
pedimentis, vt ibidem per eum art. 2. & causatur à cha-
ritate, nec potest haberi sine auxilio gratiæ. Est etiam
pars fortitudinis sicut potentialis, & secundaria princi-
palis. Et potest cõuenire cum longanimitate, duplici ra
tione. Et secundum Tullium est honestatis ac vtilitatis
causa voluntaria ac diffinitiua, perpessio rerum ardua-
rum, ac difficilium. Experientia etiam resultat ex patiẽ-
tia super carminibus quæ ob inuidiam contra ipsum in
concilio Lugdunẽ. diuulgata fuerũt, de quibus in chro
nicis. Nulla namq; afflictio, Nulla amaritudo illũ a pio
mentis proposito coercuit recedere, iuxta capitul. sug-
gestum. 7. quæst. prima, sed beatus perseuerauit vsque
in finem

2.Timo.3. in finem, quæ perseuerantia non est nisi de virtute patientiæ, vt ibi dicitur, quia secundum Apostolum. omnes qui volunt in Christo pie viuere, persecutionem patiuntur. Et hæc patientia sanctorum est, qui custodiunt
Apoc. 14. mandata Dei & fidem Iesu Christi. Et contra morem esset ecclesiasticum, si non patientissime toleratur(quod a nobis absit)etiam iniusta correptio.c.in dis.contra mo
Proue. 14. rem.& dicitur prou. Qui patiens est, multa gubernatur prudentia, qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam,& Aug.in li.de quæstionib.Euangel.ostendit Dominus filios suos sapientię intelligere, non in abstinendo nec in manducando esse iustitiam, sed in æquanimitate
Phil.4. tolerandi inopiam: vnde dicit Apostolus. Scio abundare & penuriam pati,&c. Maxima autem huius patris patiētia elucescit ex persecutione N. qui libellum perniciosum, contra fratres mendicantes composuerat, non erubescentis asserere, eos in viam salutis non ambulare,&c.

Articulus. 7.

AD septimum respondeo concludendum q̃ illud q̃ dicit Leo Papa in c.miramur.61.dis. videlicet q̃ ad honorem mundi sine suffragio temporis & fine merito laboris indignū est perueniri,& notari ambitus solet quem probitatis documenta non adiuuant, quā diligens & q̃ prudens habenda est dispensatio diuinorum munerum & cœlestium dignitatum, ita vt nisi prior vita testimonium perhibeat pro laborib. multis, pro moribus castis, pro actib. strenuis, celsioris loci præmium nullum debeatur. Et si discernere inter sanctum & non sanctum sit donum Spiritussancti secundū Paulum dicentem. Alij discretio spirituum, &c. sufficit tamen per aliqua indicia Papam existimare sanctitatem vi
1.Cor. 13. tæ illius q̃ est pro sancto venerādus, vel illius quē in sanctum intendit canonizare. Et sic dico intelligendam auctoritatem Leonis Papæ, de qua supra, primo cum per illam veritas fidei non perueniretur, sed magis confirmaretur, ampliaretur,& illustraretur,&c. Secūdo cum per eum mandatum Ecclesiæ non contemneretur, sed magis obseruaretur. Tertio cum per eum nouus ritus viuēdi non introduceretur, sed introductus sanctissime conseruaretur. Quartò, q̃ per eū charitas proximi non speneretur, sed in dies augeretur. Quinto q̃ peccatum accusatione dignum, ex toto conatu vitaretur, vt eius exēplo cæteri possent proficere, Sexto q̃ per eum Dei verbum delectabiter audiretur,& doceretur. Septimo q̃ per eū de operib. bonis gloria non quæreretur, sed omnia ad Dei laudem referrentur. Ex quo ergo sanctitas eius vitę vtilis fuit, ad aliorum informationem tam in vita quam post mortem, ita vt fideles Ecclesiæ eius sanctitatis patrocinio dona multa perceperint, satisfactum fore
Matt.7. dicendū est auctoritati Leonis de qua supra. A fruct. nāque sanctorum hominum, docuit Dominus cognoscendam sanctitatem venientiū ad nos in vestimentis ouiū, cum.s.abstineant a malo,& faciūt quod bonum est, qui fructus supra sunt enumerati: a quib. sunt cognoscendi, & quibus diligenter examinatis Papa potest aliquem canonizare, siue fructus hi probentur facti in occulto, siue in manifesto. In occulto quidem, vt mundi gloriam nō quærerent. In manifesto verò vt creator in creatura laudaretur, iuxta Augustinum super illo verbo Psal. Laudate Dominum in sanctis eius, dicentem q̃ ideo Deus laudatur in sanctis, quia quod sunt, non habent merito eorum & bonitate, sed Dei misericordia & pietate. Et sic exponit & intelligit auctoritatem Leonis Papæ Au
Li.de eccl. pote.q 15. ar.2.Super psalm. 14. gustinus de Ancona. Sanctus vero Tho. super Psal. dicit quod sanctitas consistit in tribus, s.carnis maceratione, spiritus deuotione,& affectus pietate. Item secunda secundæ.q.18.dicit, quod sanctitas importat duo necessaria, applicationem mentis in Deum.s.munditiam & firmitatem. Item super Iob dicit, quod sanctus quilibet habet aliquam preeminentiam, secundum specialem vsum alicuius virtutis. Et alibi dicit, q̃ sanctitas est ab omni immunditia libera,& perfecta,& immaculata mūditia, & proprie dicitur per respectum ad Deum. s. cū homo seruat iusta qun ad Deum. ad Rom.12. etiam alibi dicit q̃ triplex gradus munditiæ requiritur ad sanctitatem. s. libertas ab immunditia, perfectio, & immaculatio,&c. Triplex munditię gradus, ad sanctitatẽ requisitus.
Sic etiam Chrys. ait tria sunt quæ sanctum faciunt. s. cordis mūditia, Spiritussancti pręsentia, bonorum operum affluentia, vel septē beatitudines, scilicet persecutio propter iustitiam, paupertas spiritus, mititudo, esurire & sitire, luctus, misericordia, cordis munditia, & reliqua.

Articulus 8.

AD octauum dico concludendum secundum Innocentiū,& Io.An. q̃ alias in c.1.de rel.& ven.sanc. q̃ satis est, quòd in eo qui canonizatur, cōcurrant ea de quibus habetur & traditur in Eccle. vbi dicitur. Ecc.44.
Laudemus viros gloriosos,& parentes nostros in generatione sua. Multam gloriam fecit Dominus, sua magnificētia a sęculo. Dominantes in potestatib. suis, homines magni virtute,& prudentia sua præditi,&c. Nam p hoc q̃ dicit laudemus viros gloriosos, ostendit q̃ canonizati erant,& quod de canonizatis loquatur, quia aliter nō mandaretur Ecclesiæ quòd eos laudet. per hoc autem q̃ dicit, parentes nostros, ostendit quòd nullus est canonizandus nisi fidem habeat. Soli.n. parentes eius qui erant iudæi & penes quos solos erat fides, canonizandi erant,& pro hoc hodie est textus, in clem.1. de Iudæis. Fides etiam præ cæteris virtutib. in miraculis operatur, vt Dominus ait. Si habueritis fidem sicut granum sina Math.17.
pis, diceris huic monti, transi hinc,& transibit. Per hoc verò quòd sequitur. Multam gloriā fecit Dominus, supplecū eis, apparet quòd non sufficit, quod in vno fuerit gloriosus, vel semel tantum, sed requiritur q̃ in multis, & multoties, imò quod continue vita eius fuerit gloriosa. Per hoc demum, quod subdit, sua magnificentia, i. suā magna potentia siue suis magnis factis, ostēdit quòd excellentia vitæ & miracula facta talia esse debent, quæ excedant vires & potentias naturales, vnde sequitur à sęculo dominantes,&c. q.d.à sęculo conuersionis suæ potenter,& in multis continuarunt bonam vitam,& fidem q̃ habebant, operibus comprobarunt. Fides.n. non suffice Iacobi.2.
ret sine operib. quę tunc est mortua. Nec secundum omnes sufficiūt miracula sine vitæ excellentia, licet S. Tho. 2.2.q.177. art.2.
dicat q̃ ideo in Ecclesia aliqui canonizantur per testimonia miraculorum, quia Deus nō potest esse testis falsitatis. Vitam tamen sine miraculis credit sufficere Inn. quoad veritatem tamen Ecclesia non debet tales canonizare, quia in secreto potuerunt laxiorem vitam ducere,&c. cum determinatione tamē de qua in superiorib. & inferiorib. dico tamen etiam quòd licet non possit aperte probari, quod ille de cuius canonizatione agitur, fuisset re vera baptizatus, aut consecutus chrismatis & cōfirmationis sacramentū. tā ex quo de parentib. Christianis natus est,& in loco Christianorum, & inter eos semper conuersatus, attento voto Religionis emisso per matrē eius, violenta resultat præsumptio quòd baptizatus,& chrismatus sit, quæ præsumptio pro certitudine est habenda, donec euidētissimis argumentis contrariū ostenderetur per c.veniens. in fi. de presbytero nō bap. & de consecr.dis.4.paruulos. Et idem intelligendum de ordinibus secundum Hos. in summa de presby. nō bap. §.1.vers. sed si quis. Quinimmo dico, quod in promoto in Episcopū & Cardinalem per Papam,& cardinales ex certa scientia eēt instar sacrilegij, dubitare an is fuerit dignus, aut habilis,& sit consecutus sacramenta, & ordi-

nes Eccleſiaſticos.per l.2.C.de crimine ſacrilegij, & l.q
dam.ff.de re iud.& l.1.C.de domeſticis,& protectorib.
li.12.& l.ſacri affectus.C.de diuerſis reſcriptis.& l.impe
rialis.C.de nuptijs,& de precib.imperatori offerendis.l.
vniuerſis.cum ſimil.lib.facit quod not.Io.And.in reg.in
famib.de reg.iur.lib.6.& Ant.de But.in c.lator. qui fil.
ſint legi.& Zenze.ſuper extrauagāti execrabilis.in ver.
Cardinales.Item non noceret illi,etiam ſi ex infidelibus
natus fuiſſet,aut ipſe alias fuiſſet ante ſuſceptum bapti-
ſmum infidelis,per c.eam te.de reſcriptis,& ibi nota, &
61.di.c.neophytus.& 48. diſt. quoniam.in principio,&
ibi nota.poſtquam.ſ.aliquandiu a lautioribus epulis &
ſpectaculis vel coniugibus abſtinuerunt.cap. neophyti.
de conſecra.diſtinct.quinta &c.

Articulus 9.

AD nonum dico concludendum illum poſſe cano
nizari ſecundum omnes theologos & canoni-
ſtas,qui in ſingulis virtutibus excellit,ſeu excel-
lentiam habet, &c. ꝙ dicit Collectarius intelligendum
iuxta ſtatus illius poſſibilitatem, vt patet de Religioſo
clauſtrali,prout in caſu noſtro.Nō.n.poteſt Religioſus
clauſtralis in eleemoſynis & alijs actibus charitatis,ſeu
miſericordiæ,ſe libere & vniuerſaliter exercere. Et ſic
quantum ad actus hmōi nonſ poteſt probari excellen-
tiam habuiſſe.Et idem de eremitis,qui nullam moleſtiā
malorum hominum paſſi ſunt, & ſic probare non poſ-
ſunt in perſecutionib.patientiam propter Deum habuiſ
ſe,ſicque in actibus patientiæ probati non fuerunt,nec
in actib.iuſtitiæ,cum nec materiam ad hoc ſuppoſitam
habuerunt, & tamen monachi Sancti dicuntur.2.q.7.
ſancta quoque ruſticitas,& idem in moniali ſancta. 20.
q. 5.vidua,& c.ſanctimonialis,& habetur de regularib.
c.Io.Et ꝙ dicit Inno.ꝙ requiritur,quòd canonizandus
fuerit glorioſus,non in vno ſed in plurib.non ſemel ſed
pluries,debet intelligi ſic,vt patet de pęn.di.2.§.quæren
dum,vbi ſatis probatur ſupra dicta diſt.cum dicitur, ꝙ
ſanctus manet ſemper vt poſſit habere virtutes,& quod
ſanctus videretur etiam dici poſſe terrenarum rerum de
ſertor,& Deo tota mente & cordis deſiderio adhærens,
vt probatur de pœn.diſ.2.§.hæc quæ de charitate, in fi.
Nec eſt dicendum ſecundum eundem Collectarium in
c.5.de rel.& ven.ſan.neceſſariū eſſe quod non peccaue
rit,ad hoc vt dicatur ſanctus,vt probatur de pęn. diſ.1.
& venit.in d.§.quærendum.de pen. diſt. 1. & S. Tho.2.
2.de contemptu iuſtitiæ c.ad quartum. Nam diligenti-
bus Deum omnia cooperantur in bonum,his qui ſecun
dum propoſitum vocati ſunt ſancti.de pęn.diſ.2.c.ſed ta
lis.Iuſtus.n.non cadit,vt patet in Pſal.vt iuſti vocabulū
amittat.de pęn.diſ.3.§.hac auctoritate,& c.ſeq. Septies.
& c.Illud verò,&c.Fortius.n.poſtea reſurgūt. 50.diſ.cō
ſiderandum,& c.ſeq.virtute.ſ.ſacramenti pęnitētię,quæ
eſt ſecunda tabula poſt naufragium,& beneficio oratio
nis dominicę,ibi.dimitte nobis debita noſtra,&c. Nec
Matt.6. & obſtat 5.& 7. Reſponſorium officij confeſſorum mino
Luc.11.& rum,ibi.Ecce homo ſine querela,verus Dei cultor, ab-
Marc. 6. ſtinens ſe ab omni opere malo,& permanens in innocen
tia ſua,quia poteſt intelligi de innocentia reparata, vel
quoad mortale non quoad veniale,ſicut nec quoad ori
ginale,a quo nemo liber reperitur ſalua beata virgine,
etiam infans cuius vnius diei eſt vita ſuper terram,vt ait
Leo Sanctus in ſermone natiuitatis Domini.& Io.ait.Si
dixerimus,quia peccatum non habemus, &c.veritas in
nobis non eſt.Septies.n.cadet iuſtus & reſurget, impius
1.Ioann.1. autem corruet in malum,de quo etiam per Bellemere.
in d.c.1.Poteſt etiam Sedes Romana facilius in exami-
Prouer.24 ne huiuſmodi pertranſire,& merita beati huius ad cano
nizationem ſufficientia reputare,ex ea notitia etiam ali-
quali,quam per prius etiam dum in minorib.ageret,ſem
per habuit,vt probatur in Cle.Romani principes,de iu
reiur.Hæc notitia nanq; ēt non plena excludit neceſſi-
tatem tanti examinis,vt not.24.diſ.quando Epiſcopus,
& 47.diſ.de Petro.facit de appel.c.conſtitutus. & quod
not.in d.Cle.Romani.ſuper ver.al qualē. Nam qui no-
tus eſt non examinatur.94.diſ.valde,35.qu. 9. veniam.
Vnde & notus ſine probatione recipitur.c. ad Apoſto-
lica.de reg.& 23.diſ.qui Epiſcopis.Multum etiam facit
teſtimonium populi &c.vt patet in d.c.quando Epiſco
pus.ad fi.facit ad præmiſſa quod notat Ioan.And. in c.
ſcriptum.de ele.& præcipue,quia nunquam legitur fuiſ
ſe auditum de hoc beato patre aliquod crimen, aut cri-
minis ſuſpicio, aut contra eum vnquam vlla etiam mi
nima laborauerit infamia,&c.

Articulus. 10.

AD decimum dico concludendum, famam cele-
brē canonizandi,multum & vehementiſſime ad
minicul ari,quia ſecundum Hier.in c.ſi quis ho-
minē 11.q.3.Qui ſanctus eſt non ſecundū famā & ope
ra quæ oſtendit,ſi quis eum Sanctum eſſe crediderit, &
eum Dei iunxerit ſocietati,Chriſtum violat cuius mē-
bra ſumus.Valet nanq; homini bona fama quantum ad
tria.Primo quia ex bona fama redditur quis idoneus ad
exequenda opera virtuoſa.Hinc dr̄ in Eccl.Curam ha-
bens de bona fama & bono nomine,hoc.n.magis pma Bona fama
nebit tibi,ꝗ mille theſauri magni & pretioſi. Item quia vnicuique
propter cōſeruationem bonę famę homo abſtinet a pec mulū pro
catis, cuius ſignum eſt,quia quando homo videt ſe fa- deſt.
mam perdidiſſe, poſtmodum facit frontem meretricis, Eccleſ.41.
& reputat peccare pro nihilo,iuxta illud Hie.Frons mu
lieris meretricis facta eſt tibi,noluiſti erubeſcere. Et ſu Hierem.3.
per Mat.Corripiendus eſt frater ſeorſum, eo ꝙ ſi ſemel
pudorem, vel verecundiam amiſerit, ſemper remaneat
in peccato.Tertio ne & ipſe & alij de ordine ſuo contē-
nerentur ſed venerarentur,propter ea quæ dicit Aug.in
epiſtola ad plebem Hipponenſem ſuper illud Pſal.ſuper
me inſultant,qui ſedebant in porta.& dicēdum,ꝙ in fa- Pſalm. 68.
ma alicuius non ſolum eſt credendum populo vel tur-
bæ,verumetiam requirendū eſt teſtimoniū maiorum,
qui ſunt ſanioris conſilij,& verioris iudicij, ꝙ cōcurrit
in caſu noſtro,prout dicit Gloſſ. ſuper Exodi.22. Item
ex bona fama non acquiritur fauor vel amicitia mun- Fama non
di in malum proximi,ſed in bonum & deuotionem eo- ad mūdi fa
rum,quia dilectus a Deo ab hominibus etiam diligitur, uorem,ſed
& ſi non per operis imitationem ſaltem propter diuinæ ad Deū or
gratiæ manifeſtationem.Vnde dicitur in epiſtola Petri. dinanda.
Qui aſpectu atque auditu Sanctus erat, habitans tamē
apud eos,qui de die in diem animam iuſtam iniquis o-
perib.cruciabant.Item per Sanctos bona extrinſeca & 2.Pet.2.
intrinſeca procreanda ſunt.Nam iuxta Apoſtolum:Pro
uidenda ſunt bona,non ſolum coram Deo,ſed ēt coram
omnibus hominibus,Et ita concludit Aug.de Ancona
in lib.de Eccl.poteſtate.q.15.ar.2.in caſu noſtro magis
attendenda,quia etiam poſt mortem ad hęc vſque tem 2.Cor.6.
pora ſemper perſeuerauit,vnde à Spiritu ſancto dici de
bet proceſſiſſe,nam quæ non ſunt ab eo non durant, vt
ꝓbatur Actuum 5. c. ad fi.maxime quia ſingularis fuit
& eſt in eo,& non in alijs Doctoribus eiuſdem vel alte
rius ordinis,& ideo nō pōt dici vana ſed Dei,prout in l.
decurionum.C.de pęn.maxime quando fundatur in iu
ris præſumptione,& probatiſſimis argumētis.l.merito.
ff.pro ſocio.& dudum.de pręſumpt.& c.penult.eod.tit.
& fama, opinio,& exiſtimatio pro eodem ſumuntur, vt
no.in l.prima.C.de infamib.Et eſt fama quædam clara
cum laude notitia,ſecūdum Egidium de Roma de regi-
mine Principum.c.9.& ideo teſtes de bona fama præua
lent illis de infamia,vt no.in cap.licet in beato Petro.de
acc.Concludo etiam,non ſolum celebrem famam vehe
mētiſſimę adminiculari,ſed fore ēt neceſſariam in eo qui
cano-

canonizandus eſt, quoniá oportet præſenti teſtificatione prædicari, & bonæ famæ præconijs non taceri. 12.q. 2. quatuor, vt videntes bona opera, glorificent patrē qui in cœlis eſt. His ſubijcio conueniens teſtimonium glorioſæ mortis eius. Nam vt patet in Pſalm. precioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum. & in Apocal. Beati mortui qui in Dño moriunt. Impoſſibile nanque eſt, bene viuere & male mori, & ſecundum Auguſt. libr. 1. de ciui. Dei. Mors mala putanda non eſt, quam bona vita præceſſit. Et in Proſpero, & in libr. Sapientiæ dicitur. Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Ideo dicitur in cap. illa, in fi. 5.q.1. ꝙ mors non eſt mala, nec in ſorte malorum, peccatorum aūt mors peſſima. Obijt aūt iſte beatus pater anno ætatis eius circiter 52. vigente concilio ſecundo Lugdune. tempore Gregorij. X. in Lugdun. ibidemque ſepultus eſt glorioſe in Eccleſia Fratrum minorū anno, die, & menſe, de quibus ſupra art. 4. & locis. Quod quidem concilium (vt referunt Franciſcus Vercellen. & Io. And. in c. nemo deinceps. de elect. lib. 6. in nouel. ſuper ſecunda gl.) viguit anno Domini. 1274. & durauit a principio Maij vſque ad Auguſtum. Prius etiam ibidē tempore Inn. 4. viguit conciliū anno Domini. 1245. vt patet in ſpeculo hiſtoriarum lib. vlt. in prin. Ratio vero quare commemoratio Sanctorū fit in die mortis, potius quam in natiuitate eſt, quia cū moritur aſcendit ad gloriam. no. in. l. cum quidam. ff. de auctoritate tu. Et eſt mors precioſa Sanctorum, iuxta Auguſtin. in lib. de ciuita. Dei dicentem. Quid eſt precioſius quam mors, propter quam debita dimittuntur, & merita cumulantur? Et ſuper Ioannem. Pretioſus eſt ſanguis Chriſti ſine peccato, fecit tamen ipſe etiam ſuorum ſanguinem pretioſum, pro nobis dedit ſanguinem in pretium. Nam ſi ſuorum ſanguinem non faceret pretioſum, non diceretur, pretioſa in conſpectu Domini, &c. Nam Sancti omnes martyres dici poſſunt etiam ſine ſanguine, propter parcitatem in vbertate, quam habuit Dauid, & largitatem in paupertate quam exhibuit Tobias, & vidua, & caſtitatem in iuuentute, qua vſus eſt Ioſeph in Aegypto ſecundum Ber. Sumitur nanque ſanguis large pro quacunq; paſſione, vnde dicit Greg. ſine ferro martyres eſſe poſſumus, ſi patientiā animo veraciter cuſtodimus. Item qui dolorem exhibet in aliena neceſſitate, crucem portat in mente. Item ferre contumelias, odientem diligere, martyrium eſt in occulta cogitatione, quæ omnia de beato noſtro Bonauentura conſtāter affirmanda ſunt, vt ex præmiſſis, & infra dicendis patet euidentiſſime. Ad ſimilitudinem eius quod canit Eccleſia de ſancto Martino, o ſanctiſſima anima quam & ſi gladius perſecutoris non abſtulit, palmam tamen martyrij non amiſit.

Bona fama requirit in eo, q in ſanctorum numero eſt referēdus.

Pſal. 115.
Apoc. 14.
Sap. 4.
Pſalm. 33.

Cōcilium Lugdune. quo tempore fuit.

Sancti oēs, martires dici poſſunt.

SECVNDA PARS.

Articulus. 1.

QVANTVM autem attinet ad queſitum ſecunde partis principalis, dico ſore concludendum, ꝙ licet largo modo miraculum dici poſſit omne quid magnum & nouum, quod raro fit, ſicut dicitur in autentica de conſulibus. §. poſt illud. col. 3. & ca. 1. de ſacra unctione. §. hoc vnguento. Et aliter ſumitur in Cle. 1. §. 1. ſuper hoc de pœnis. & ff. de ædilitio. l. antepenult. & de ſuis & legit. l. 1. §. 1. 12. q. 9. c. miror. de pœnit. diſt. 1. miror. & no. auct. vt omnes obediant iud. Prouinciæ. §. nec nos. ſuper verbo præſtent, & in c. miramur. de ſeruis nō ordinandis. Item ꝙ quandoq; miraculum ſumitur æquiuoce, pro quolibet prodigio & portento & ſigno nouo, aut mōſtruoſo & inſolito, &c. Quandoq; vero ſumitur proprie pro eo ſigno in quo cōcurrunt ea, de quibus infra dicam. Dicitur nanq; proprie prodigium, quod cœlitus contingit. Portentum, ꝓ a terra. Monſtrum verò ꝓſens. Oſtentum futurum. Et dicitur portentum a porto & tantum, quaſi in futurum tentum, vnde portentis, id eſt miraculis in terra factis, alias etiam dicitur diuinatio, vnde dantur verſus. Prodigium cœlum, portentum dat tibi terra. Et monſtrum præſens, portentum ſæpe futurum. l. portentum. ff. de verbo. ſign. l. nō ſunt liberi. ff. de ſta. homi. Et etiā aliquid ſignificare de futuris, quaſi portendere. vnde porteta dicuntur, quæ ſignificato ſuo dicunt aliquid futurum, portentum eſt etiam ꝙ ex formis diuerſis proponitur, ſecundum Papin. & Arch. in c. nec mirū. 26. q. 5. & ſecundum S. Tho. 2. 2. q. 178. art. 1. qui dicit, ꝙ hæc ſigna dicuntur quandoq; virtutes, atiēto ꝙ ſiunt excedendo facultatem naturæ, & inquantū manifeſtant aliquid ſupernaturale, dicitur ſignū, & propter excellentiam dicuntur portenta vel prodigia, quaſi procul illud oſtēdentia, &c. & dicit Aug. in ſermone annunciationis Mariæ. 6. lect. ꝙ mirabilia ſunt, quæ omnibus hominibus ſunt impoſſibilia ideò mirabilis partus eſt mulieris poſt quinquageſimum annum. l. ſi maio. C. de legit. hære. & mirabiliter loquebantur quidā linguis abſciſſis radicitus. l. 1. C. de offic. præf. pret. Africe. Licet S. Tho. in li. de fide. ca. totus ordo in fi. videatur dicere, ꝙ miracula non ſunt contra naturam, de quo per Albe. in l. ꝙ certarum C. de poſthu. hæredibus inſt. & per Archid. 1. q. 1. teneamus. & 26. q. 5. nec mirum. & 61. d. §. hi auctoritatibus. & per Goffre. & Hoſtiem. in ſum. de rel. & ve. San. Aliter tamen ſumitur in autentico de conſulibus. §. videliet ꝙ raro fit. & in c. 1. de ſac. vnc. §. hoc vnguento. & Can. 5. c. 12. & 12. q. 6. c. 1. &c. miror. de pœni. diſt. 1. & in cle. 1. §. ſuper hoc de pœnis. Quantum verò ad propoſitum attinet, illud dicitur miraculum, ſiue ſignum, &c. in quo concurrunt quatuor. Primo ꝙ ex Deo, non ex arte contingat, nec ex diabolo, nam miracula fiunt quandoq; per malos. 1. q. 1. teneamus; &c. prophetauit. 2. q. 7. §. Item Balaā. Eſt nanq; neceſſe martyres a Deo impetraſſe, quæ mādant, 50. diſt. ſi quis Præpoſtera. Secundo ꝙ ſi contra naturā, ſicut de virga Moyſi mutata in colubrum: & de aſina loquēte ad. Balaā. c. cū ex iniuncto. de hæreti. Tertio ꝙ non ex vi verborum, ſed hominis merito id contingat. Nam panis & vinum poteſtate & virtute verborum, tranſſubſtātiatur in corpus & ſanguinem, vt in c. cum Matth. §. quæſiuiſti. de celeb. miſſa. & de conſec. diſt. 2. c. quia corpus. &c. quia in quibuſdā. Dicit aūt Auguſ. in ſer. de annunciatione, ꝙ miracula ſunt, quæ omnibus hominibus ſunt impoſſibilia. Et dicit Leo, quòd mirabilis eſt partus mulieris poſt quinquageſimum annū. l. ſi maior. C. de legit. hæredib. & ꝙ mirabiliter loquebantur nobis, eorum linguis abſciſis radicitus. C. de off. præſ. præto. Africæ. l. 1. Quartum ꝙ ſit ad corroborationem fidei. Herba enim miniſterio hominis tranſit in vitrum, ꝙ nil facit ad corroborationē fidei. Et ideo ad canonizationē niſi hec quatuor concurrerēt, non prodeſſent miracula ſecundum Hoſt. in ſum. de rel. & ven. San. circa fi. & Gof. in ſum. eo. tit. & Lau. quem refert Archi. in d. c. teneamus. & not. in d. c. ve. de teſtib. & gl. & alios in ca. 1. de rel. & ve. San. lib. 6. & 26. q. 5. nec mirū, intellige etiā dūmodo fiat cū charitate perfecta, cum ſæpe fieri poſſint ex arte, ſciētia ſingulari, & fide nimia etiam ex dono Dei, vt in Regibus Phitia, & in Saul, & Balaā ſine merito vitæ, & tales ſunt potius puniendi quandoq; quia Sanctis vſi ſunt nō ſanctè, d. c. prophetauit, &c dictū. 1. q. 2. c. ſolet. de conſec. diſt. 4. vbi dicit Augu. ꝙ tanta pōt eſſe miraculoſa fides ſine charitate, vt quis transferat montes, quòd dicit Abbas no. in d. c. ve. contrà quaſdā vetulas, quæ ſine merito vitæ videtur facere miracula, & prædicere futura. Poſſunt enim habere ſpiritum prophetiæ ex dono Dei, ſine me-

Miraculū quid ſit.

Prodigiū portētum Moſtrum Oſtentum quid ſignificent.

Ad miraculum requiruntur quatuor.

Exod. 3.
Num. 22.

1. Reg. 10.
Nume. 23.

rito vitę, vt in dictis iuribus. Et nonnullę faciũt ex dece
ptione diaboli. arg. 26. q. 5. Episcopi. 7. q. 4. c. sciendum.
& refert magister historiæ scholasticæ super Euangel.
in historia quadam, multos facere ea quæ videntur mi-
racula, cum fictione quadam diabolica, & cum quibus-
dam incantationibus & characteribus positis in suba-
scellis fingunt se infirmos curare, & suscitare mortuos,
& eos facere comedere. Et legitur de quadam phito-
nissa quæ suscitauit Samuelem ad preces Saulis Regis;
ficte tamen vt refert Bald. in dicto capit. venerabili. de
Ioan. 9. test. probauit Actu. 16. Nec obstat illud Ioann. quòd
peccatores Deus non exaudit, quia secundum August.
§. exaudit, vel ex sua misericordia, vel propter salutem
eius qui orat, vt patet in Luc. vel propter salutem alio
Luc. 18. rum & gloriam Dei, secundum Tho. Verum quoniam
fundamentalis ratio, propter quam Doctores voluerãt
2. 2. q. 128. esse necessaria miracula in canonizatione Sancti, est,
ar. 1. quia ignoramus sine miraculis, an ficte vitam duxerit,
& in secreto laxiorem, & an sic fuerit dignus, ex quo
hæc ratio etiam cum miraculis potest militare, si fiant
ex scientia singulari etiam dono Dei, & fide plurima si
1. Cor. 13. ne perfecta charitate, vt est prædictum, & probat Apo-
Matt. 13. stolus, & probatur etiam in Matth æ. Et ex vehementi
& 16. imaginatione quæ facit casum, vt patet per Augustin.
in libro de Trinit. referentem, quòd quidam in tantum
recogitabat alicuius mulieris imaginem, quòd ei carna-
liter commisceri videbatur. Aut ex virtute vehemen-
tis orationis secundum Ioan. Andr. in Clem. Si Domi-
num. de rel. & vener. Sanct. in fi. Glo. magnæ. & Actu. 6.
c. videtur non male dici posse, quòd vbi vita canonizan-
di fuit adeò excellens ratione Altissimę religionis, & do
ctrinæ etiam, prout in casu nostro, quòd tollatur contra
ria suspicio etiam sine miraculis, & permaximè in tem-
pore quo plantula Ecclesiæ erat iam firmata & non in-
digebat suffragio aquæ aut miraculorũ, de quibus Mar
ci vlt. & ad Heb. 2. teste Hierony. super Isa. li. 18. Nõ. n.
potuissent omnes gentes in tam breui tempore crede-
re, nisi signorum miraculis fides eorum quodammodo
fuisset extorta. Clamantibus enim Apostolis, & Aposto
licis viris Dominus signorum magnitudine responde-
bat, vt refert Io. Andr. in c. cum ex iniuncto. de hæret.
Et præsertim cum tempore eius non vigerent hæreses
graues, extinguẽdæ etiam per miracula, prout vigebant
tempore Sanctorũ Dominici, & Francisci, &c. Et quia
non est gaudendum, quod spiritus nobis subijciuntur,
Luc. 10. sed potius quia nomina nostra scripta sũt in cęlis: & ne no
bis dicatur Generatio praua signum quærit, & non da-
bitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ, secundum Augu-
Luc. 11. stin. 20. de ciui. Item quia in ipsis Deus tentari videtur.
ff. de pur. v. l. Hioc est, quòd cum diceretur Achaz. Pete
tibi signum, &c. Respondit. Non petam, & non tenta-
Isa. 7. bo Dominum. Et dicit S. Thom. in 3. parte. quæst. 43.
quòd miracula minuunt meritum fidei, volentium cre-
dere nisi per ea. Item Augustinus in sermone de marty-
ribus, quia virtutes & mirabilia nõ omnibus datum est
facere, &c. videntur nanque sufficere debere miracula
mystica. Satis enim linguis loquuntur nouis, qui vitæ
veteris secularia verba derelinquentes sacra mysteria
insonant, & conditoris sui laudem, & potentiam quan-
tum præualent narrant. Et serpentes tollunt, qui bonis
suis exhortationibus malitiam ab alienis cordibus au-
ferunt. Et dum pestiferas suasiones audiunt, sed tamen
ad operationem prauam minime pertrahuntur. Mor-
Mar. 26. tiferum quidem est quod bibunt, sed non eis nocebit.
Item quod quotiens proximos suos in bono opere in-
firmari conspiciunt, dum eis tota virtute occurrunt, &
exemplo suæ operationis illorũ vitam roborant, qui in
propria actione titubabant, quid aliud faciunt, nisi quia
super ægros manus imponunt, vt bene habeant? Se-
cundum Gregor. qui subdit. Hæc miracula tantum

tantopere maiora sunt, & quantò spiritualia: tantò ma-
iora sunt, quantò per hæc non corpora, sed animæ cu-
rantur, & sanctificantur. Facit quod dicit Apostolus, de
tempore Antichristi, & alibi. Linguæ in signum sunt nõ In Homil.
fidelibus, sed infidelibus, &c. Nam corporalia illa mira- dici Ascen
cula ostendunt aliquando sanctitatem, non autem fa- sionis Dñi.
ciunt. Hæc autem spiritualia non tantum ostendunt, sed
etiam faciunt, & cęt. vt patet per Grego. vbi supra. Item
Greg. Miracula hominem Sanctum non faciunt, sed o-
stendunt. Deus enim facit miracula per auctoritatem,
Angeli per materiæ habitationem, Dæmones per virtu
tes naturales insitas, Magi per occultos contractus cum
dęmonibus, boni Christiani per publicam iustitiam, ma
li verò Christiani per signa publicæ iustitiæ. Et scien-
dum est quòd August. de Ancona. in lib. de Eccle. pote
state q. 15. art. 16. disputat hanc quæstionem, & dicit eã
esse dubiam, concludit tamen, quod propter euidẽtiam
miraculorum aliquorum, cum sint signa testificationis
sanctitatis, & doctrinæ veritatis sanctorum, debet Papa
aliquos canonizare auctoritate Augusti. 22. de ciuitate
Dei. & in lib. 83. quæst. Dicit tamen S. Tho. in quodam
suo libello, qui incipit actus literis, quod potest fieri nõ
solum virtute Angeli, sed etiam virtute hominis, quòd
aliqua pars terræ per violentiam sursum feratur. Dein-
de subdit. Sunt tamen aliqua miracula non simpliciter,
sed quoad aliquos qui eorum causas ignorãt, sicut quæ
dam in arte humana facta, mira ignorantibus autem vi-
dentur, & multo magis arte Angelica, & talia fieri pos-
sunt virtute alicuius creaturæ, sed non exclusa virtute di
uina, & cæt. vel etiam virtute dæmonum, secundum quod
plene declarat idem Beatus Bonauentura in 2. sententi
distin. 8. ibi. Tertio loco quæritur, vtrum dæmones pos
sint sensus illudere. allegans Gloss. Rabani super Exod.
8. c. Adde quod dicit Ambrosius in homilia super Lu-
cam. Liberare a dæmone homines, sed in verbo Dei pos
sunt, resurrectionem mortuis imperare Diuinæ solius
est potestatis. & Chrysostom. super Matthæ. Signanter
dixit, in nomine tuo dæmonia, & cæter. & non in spiritu
tuo, &c.

Articulus. 2.

AD secundum dico, etiam præsupposito, quod omni-
no de necessitate requirantur in canozatione ali
cuius miracula, quod tamen in casu nostro suf-
ficiunt aliqua, & non requiratur frequentia miraculo- Ad canoni
rum, sicut nec in martire, in quo sufficit cõstare de mar zãdũ mar-
tyrio, & causa propter quam passus est, scilicet propter tyrẽ nõ re-
fidem Christi, aut libertatem ecclesiæ conseruandam, quiruntur
vt in sancto Thoma Cantuarien. & sancto Bellino quõ plura mira
dam Episcopo Paduano, & sancto Petro martyre, ordi- cula.
nis Prædicatorum, absque eo, quod fiat multa alia exa-
minatio de vita & miraculis, vbi tamen aliqua licet pau
ca miracula sufficerent secundum Hostien. in sum. de
rel. & vene. san. in §. & hæc intelligas. ar. de consecr. dist.
4. c. cathecuminum & c. baptismi vicem, quem sequitur
Ioan. in directorio iuris Rubri. 13. in. §. ad canonizan-
dos. ver. & hoc verum. De cuius Sancti Thom. marty-
rio patet in c. sicut dignum. de homi. Pro qua sententia
facit quod scribit Apostolus dicens. Alij gratia sanita- 1. Cori. 13.
tum in vno spiritu, & cæt. & subdit. Hæc autem omnia
operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout
vult. Et probatur in cap. multę. 1. q. 1. Nam etiam
æquiparatur testimonium scripturæ miraculis, vt no. in
c. cum ex iniuncto, de hæret. & 50. distin. si quis prępo-
stera. & quod legitur Lucæ. 16. cap. Et quia nimia curio
sitas in hoc etiam est damnanda, & ratione dubitatio-
nis melius est ex abundanti aliquid facere, quam omit-
tere. articul. 2. quæst. 2. nolite. 13. quæstion. 2. non exti-
memus. 23. quæstion. 3. corripiantur. cum simil. Pro
hac etiam sententia facit, quia Ecclesia in officijs mar-
tyrum

Digitized by Google

tyrum nullibi facit mentionẽ de miraculis, sicut in officijs Confessorum, de multis martyribus non agitur ipsos aliqua miracula fecisse, licet sint canonizati ab Ecclesia, vt patet de Ioanne Baptista, & alijs pluribus: Sentit tamen Io. And. in dict. c. 1. de rel. & vene. San. ꝙ frequentia miraculorum requiratur in canonizando, ꝙ Romanus Pontifex debet attendere, vtrum miracula crebrescant & continuentur antequam inquisitionem committat. Dicit tamen Aug. in lib. 83. quæst. ꝙ boni Christiani per publicam iustitiam faciunt miracula, & admonet Dominus, vt intelligamus quædam miracula etiam sceleratos homines facere, qualia Sancti facere non possunt, & ideo non omnibus Sanctis ista attribuuntur, ne pernitiosissimo errore decipiantur infirmi, extimantes in talibus factis esse maiora dona, quã in factis iustitię, quibus ęterna vita comparatur, vt probatur Mat. 7. c. & 24. vnde Hieron. Prophetare, & virtutes facere, & dæmonia eijcere non est eius meriti qui operatur, sed inuocatio nominis Christi, hoc agit, vt homines Deum honorent, ad cuius inuocationem fiunt. Et ab his qui veram doctrinam enunciant, fiunt quandoque vera miracula ad confirmationem doctrinæ, nõ autem ad testificationem sanctitatis, secundum Tho. 2. 2. q. 128. art. 1. ergo nec de frequentia videtur facienda vis magna. Concludit etiam Aug. de Ancona in lib. de Eccl. põt ea. q. 16. art. 2. & in q. an Papa debeat seruare eundem modum in canonizatione martyrum, & confessorum, Affirmat, ꝙ in canonizatione martyrum non sunt necessaria miracula, sed tantum sufficiat veritas causæ & martyrij. Pro quo facit, ꝙ in officio martyrum nullibi Ecclesia mentionem facit miraculi, sicut in officijs confessorum. Item ꝙ martyr etiam sine baptismo potest propterea canonizari, allegat Augustinum in epistola ad Seleucianam dicentem. Quoscunque legimus in corpore Christi (quod est Ecclesia) pertinere ad regnum cœlorum, non nisi baptizatos intelligere debemus, nisi forte quos angustia passionis & nolentes Christum negare, antequam baptizarentur, iocci si sunt, quibus iã passio pro baptismo deputata est, &c.

Articulus. 3.

Ad canonizationẽ sufficiũt miracula post mortem.

AD tertiũ dico, ꝙ licet omnes Doctores videantur miracula requirere tam in vita, quam in morte, vt patet in Glo. in c. vnico. de re. & vene. San. lib. 6. & per Bellemere in c. venerabili. de testi. & Host. in sum. de rel. & vene. Sanct. tamen etiam sufficerent sola miracula post mortem, vt probat hymnus cõfessorum, ibi. Ad sacrum cuius tumulum, &c. ibi nihil dicitur de miraculis factis in vita. non obstat illud ꝙ dicitur in 7. versi. & responsorio. ibi. Iste homo ab adolescentia sua partim meruit infirmos curare, dedit illi Dominus cęcos illuminare, & dęmones effugare, tum quia non dicitur in officio confessorum maiorũ, de quibus futurus esse beatus Bonauẽtura videtur, tum quia non dicitur in non facientibus miracula, vel saltem talia, quia non omnes canonizati cæcos illuminauerunt, ideò omittitur illud responsorium, & loco eius ponitur nouum responsorium, quod alias videretur superfluere, propter Te Deum laudamus, &c. quod immediate cantatur, & incipit responsorium. Dominus qui elegit te, &c. Item respicit Sanctos, vt vniuersos non vt singulos, & sicut genera singulorum, & non singula generũ, quia etiam singuli non semper permanserunt in adolescentia in innocentia sua, &c. vt subijcitur in versi. sequẽti illud responsorium ibi. Ecce homo sine querela, &c. Satis namq; dicendum est fecisse mirabilia in vita sua, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecuniæ thesauris, &c. Et hoc sentit S. Tho. in secunda secundę. q. 178. art. 2. inquantum dicit. Ad demonstrationem autem sanctitatis alicuius in exemplum virtutis, non fiunt miracula siue per Sanctos in vita, vel post mortem, siue per eos siue per alios. Iuxta illud Actu. 5. & 6. Et nihil prohibet per aliquem malum fieri miracula ad inuocationem alicuius Sancti, quę tamen miracula non dicitur ille facere, sed is ad cuius sanctitatem demonstrãdam hæc fierent, Deus tamen principaliter operatur, secundum Greg. in 2. dialog. quia vtitur instrumentaliter, vel interiori motu hominis vel eius locatione, vel etiam aliquo cõtactu corporis mortui, & ita intelligitur in Iosue. Potest etiam Deus operari per fidem hominis mali instrumẽtaliter, sicut homo operatur per baculum. Impetrãt etiam mali interdum ex misericordia Dei, vel propter salutem suam sicut publicanus. Luc. 18. vel etiam propter salutem aliorum, & gloriam Dei, quod esse non posset post mortem eorum & damnationem, & ideò magis requiritur post mortem, quam in vita. Sufficiens autem in vita videtur & stupendum miraculum in hoc patre nostro Bonauentura, quod legitur in Cronicis, ꝙ cum ex nimia conscientia indignum se existimaret communione Eucharistię, & ideo a celebrando abstineret, die quadam miraculose, & nemine ministrante nisi Angelo, vna ex partibus hostiæ consecratæ in os eius intrauit, eũque cibo cœlesti repleuit. Circa quod notandum dico, ꝙ corpora glorificata videri actualiter non possunt nisi per miraculum, secundum Arch. in cap. sacrificiũ. de consec. dist. 2. & ideo merito de ipso cantabit Ecclesia. Iste cognouit iustitiam, & vidit mirabilia magna, &c. & inuẽtus est in numero Sanctorum. Ad veritatem autem conclusionis præmissæ multum faciunt literę Inn. 3. super canonizatione Sãctorum Homoboni, Cremonensis, & Vulltani quondam Episcopi Virgonien. in quibus non referuntur nisi miracula facta post mortem, vt ex tenore ipsarum literarum constat euidenter. Adde quæ habentur in legenda natiuitatis S. Ioan. Bap. & literæ Calixti 3. super canonizatione Sancti Osmundi de Anglia, qui etiam nulla refert miracula facta in vita.

Videlicet de Sole, & de mortuo suscitato ad tactum ossium Elisei defuncti.

Iosuę. 10. 4. Reg. 23.

Articulus. 4.

AD quartum dico primo concludendum, quòd testes examinandi super miraculis, examinentur per Commissarios deputatos per hoc à Sede Apostolica, & nõ per alios. vnde nõ putat Boetius vt refert Ioan. And. in c. venerabil. de test. ꝙ tales deputati commissarij possunt alijs committere hoc examen propter arduitatem negotij, & propter industriam electã. per c. fi. de of. dele. de quo per doct. in Cle. 1. eo. titu. Item ꝙ examinentur sigillatim, id est, quilibet per se, non plures simul, aliter non valeret testimonium, secundũ Io. And. & alios in c. venerabi. de test. per no. in c. cum causam. eo. tit. probat l. siquis inter. C. de bo. præscrip. Item examinentur super omnibus circunstantijs de quibus in dicto c. cum causam. Item secreto. arg. C. de testi. nulli. & in cap. inquisitionis. de accus. sicut. & vota eligentium scrutantur. ca. quia propter. de elec. & ad similitudinẽ Danielis. 13. Ne vnus habeat alium instruere, aut vnus sequatur dictum alterius, & ita non posset fallitas illorum facile deprahendi, facit. c. omnis. de pœn. & re. & ne forte ipsis contradicẽtibus vox contradictoria deforis audiatur, & sic partes addiscant testificata, arg. in c. in causis. de elect. Item examinentur cum ea diligentia, quæ solet & debet in receptione testium adhiberi. vt dict. capitu. venerabili. in fine. immo etiam cum maiori, vt ibi nota. quia circa maiora maius periculũ vertitur, & ideo cautius est agendum, 42. q. c. quiescamus &c. vbi periculum. de elect. lib. 6. l. 1. §. 2. ff. ad carbon. Item quia deponentes potuissent faciliter decipi, vt in c. 2. de rel. & vene. San. etiam si forent obstetrices, quia sępe manus fallitur, & oculus obstetricum, vt dicit Cã. 27. q. 1. nec aliqua. & in c. causam matrimonij. de proba.

Qualiter testes sunt examinãdi

Dan. 13.

Digitized by Google

& in cap.fraternitatis,de frigi. &c. si per sortiarias.33. quæst.prima.& consequenter etiam iudicium, vt ibi patet. Et de hoc ordine iudiciario debet intelligi illud quod dicit Augustin.de Ancona in lib.de Eccles. potestate.q.16 art.1.Intelligo etiam sigillatim fieri debere examen,tam super specificatis in articulis, quam super omnibus circunstantijs,iuxta ea quæ habentur in ca.cum causam.de testi.vbi dicit Bal. quod miracula non præsumuntur,quia sunt de impossibilibus naturæ, & in ea forma de qua per Ang.in l.si quando.l.2.C.de bonis vac.li.10.& Bal.in l.non possunt.ff.de legi.& not.in cap.exhibita.de iudic.& in cap.præsentium.de testi.li.6.& in cap.penult.§.porro.de elect.& in c.damnamus.§.nos autem, de summa Trinit. licet aliter exponatur verbum sigillatim per Archi.in.capitul.si cui.de elec.libro sexto.de quo habetur in l.sed & si per Pretorem.in fi.ff. ex qui.cau.ma.& in l.cum quidam.C.de verbo, significatione. Cōcludendum est etiam,ꝙ miraculum est,quod est mirum factum.& vere est miraculum mirum,quia supra facultates siue vires naturæ, vel quoad factum, vel quoad modum.Quoad factum,scilicet vt quod ad preces Gregor.Neocessarien legitur quidam mons retractus & dedisse locum Basilicæ fabricandæ, & ad preces beati Benedicti quidam lapis translatus est de borto, vt habetur in historia scholastica super euangelia.ca.in sequenti quoque die,&cæt. & quòd cęcus factus est videns,& mortuus resuscitatus, vt legitur Petrum resuscitasse.& 1.q.1.teneamus.3.q.8.Petrus. Et Christus Lucæ.8.in fi.de pœn.distin.1.§.ex his itaque.alias est §.denique.vers.in Euangelio.cum si. Hoc enim est supra facultates,seu vires naturæ.quia via naturę nō datur regressus de priuatione in habitum.Quo aūt ad modum facti, vtputa si aliquis est febricitans via naturæ, per certas alterationes potest fieri sanus.de pœn.dist.7.c.vlt.in fi.23.q.4.c.ipsa pietas.in princ.& c.quid faciet.& c.nimium.in princ. Sed si hat in instanti ad inuocationem Dei seu per Deum meritis alicuius Sancti inuocati,& hoc supra vires naturæ,quoad modū naturę, quæ operatur successiue per alterationes diuersas, non potest probari directa probatione,quia directa probatio est per rerum principia.Et sic etiam intelligi debet illud,quod negātis factum per rerum naturam(hoc est per rerum principia)nulla est probatio.l.actor.c.de ꝓbatione.6.qu.5.actor.& de electi.bonæ me. Maguntin. versiculo quamuis.c.1.de clandestina despō. quia quod nōn est,non habet principia,quia secundum philosophum Non-entis non sunt species neque differentiæ, ergo neque principia : quia superiora ad species, & ad differentias essent actualiter in ipsis,secundū Porphyrium. Cum ergo miraculum ex subiecto in quo fit,non habeat quod directe miraculum probari potest,ideo sequitur,secundum ꝙ dicit Archi. in capitulo.nec mirum. 26.q.5.ꝙ indirecte probari potest. Nā cum reperiatur miraculum quòd vires naturę excedat, vel quoad factum,vel quoad modum facti,vt præmissum est.& hoc constat esse factum,sed non ex causa naturali,habetur consecutiue, & indirecte illud miraculum tantum ex causa supernaturali, quia quod meum non est,scire debeo ad alium pertinere.lege cum quærebatur.can.vnde vi. Vnde natura videns hoc mirum factum nō esse suum,nec a suis principijs deriuatum,licet sit in se factum,habet ascribere causæ maiori, & sic probatur indirecte,prout etiam firmauerunt Ioan.monachus.& Ioan.And.in nouella.in capitul.1.de confessis,lib.sexto in versiculo.non possunt. Bart. in tractatu de test.in c.qualitas siue substantia.dicit circa hoc magistraliter, quod cum agitur de aliquo comprobando in Sanctum, cuius vita & miracula sunt probanda, vt est sacris canonibus constitutum,vitam probare facile est ,miraculum autem quod dicitur quasi admiratione plenum, & quod est id cuius effectus est manifestus,causa autem eius omnibus est occulta,quoniā solus Deus,vnde quæ à Deo fiunt propter causas nobis ignotas,quæ vires nostras excedunt,ideo miracula nūcupantur. Et Sancti Doct.tradunt hoc tribus modis contingere.Primò circa substantiam facti,vt dū Deus facit aliqua,quæ natura nullo modo facere potest, vt quòd sol stet, vt fuit tempore Iosue, vel retrocedat ut tempore Ezechiæ regis,vel quod homo habeat corpus glorificatum, vt Christus post resurrectionem,& id quod in sacramento altaris fide cernimus.Et ista in miraculis summum gradum obtinent. Secundò quando illud fit, quòd natura facere potest, non in illo in quo fit,sicut resurrectio mortuorum, illuminatio cæcorū, & similia. Potest enim natura dare vel secare vitam, sed non in mortuo : & potest præstare visum, sed non tamen in vera cęcitate. Et hoc tenet secundum locum in miraculis. Tertiò quando quòd fit, natura potest facere,sed non in illo ordine,vt quando aliquis virtute diuina a febre subito liberatur nullis adhibitis remedijs,vel non cum consueto processu naturæ panis multiplicatur. Potest enim homo naturaliter facere panē, sed non illo ordine.liquet ergo,quod miraculum probari oportet probando aliquid naturæ, ita quod vires nostrę naturæ exceduntur,vel in substantia eius ꝙ fit, vel in subiecto eius quod fit,vel in subiecto eius in quo fit,vel in ordine faciendi,sed si illud potuisset per causas naturales reduci, non esse miraculum clare probatur:quod autem Deus fecerit per inuocationem illius Sancti probata inuocatione,vel voto ad illum Sāctum emissis,quibus probatis recte concluditur illam animā esse beatam,quia tamen in istis potest faciliter esse deceptio,istud est determinationi Ecclesiæ Romanæ reseruatum,cui standum est.Et hinc est,quòd Inno.3.in processu canonizationis Sancti Homoboni Cremonē. magnam fidem addibuit testimonio Osbertij presbyteri,Sancti Egidij Cremonen. qui patrinus fuerat ipsius Sancti Homoboni,& per viginti annos,& amplius confessionem eius semper receperat, super obedientiā quam in orationibus,& vigilijs,& alijs pœnitentiæ fructibus,quę sibi ab eo imposita erat,plus iniuncto satisfactionem exhibebat, licet videretur in suo dicto singularis,vt patet in literis canonizationis ipsius. Non videtur tamen hoc casu nimium laxanda facultas. arg. in cap.tua nos.de consang.& affi.Item Bonifacius nonus admisit testimonium filiæ Sanctæ Brigidæ, ad probanda miracula matris eius, quia etiam ab his quæ foris sunt,oportet Sanctum habere testimonium. secundum Ambrosiū.in homil.latent, &cæte. Item Innoc.6.in bulla directa per eum ex Auinion : Pōtificatus sui anno 6.Archiepiscopo Pragensi,& Episcopo Olomuncen. & cuidam Abbati, super inquisitione fienda pro canonizatione Lupulli,introclusit specificam formam circa examen testium per eos seruandam,quæ non discrepat ab alijs communibus formis examinum aliarum causarum ciuilium,vel criminalium. Ex quo infero,sufficere diligentiam adhiberi in huiusmodi,quę est adhibenda in alijs causis grauioribus. Dico & concludendum, quòd licet Vicentius antiquus Doctor in c. venerabili.de testi,dixerit,quòd ad hoc ꝙ quis tanquā Sanctus canonizetur,ꝙ probanda est frequentia miraculorum,& per eosdem testes,& non sufficit per duos testes fore vnum miraculum ad inuocationem ipsius Sancti factum tali die, & aliud factum eadem die, vel sequenti per alios testes per inuocationem eiusdem Sācti,quia diuersa probant, nec concordant in idem,nec eundem.Institut.de duobus reis.§.1.& c.licet ex quadam.de test.vt refert Archi.26.q.5.nec mirū. Verius tamen esse credo de iure,quod firmat Collecta. in c.11 de relig.& vener.San. dicens sententiam Vincent. esse

mirabilem

Margin notes: Act.9. — Q̄ůo probatur miraculum factum. — Iosue. 10. — 4. Reg.20. — Quāta diligentia sūt examinādi testes. — Super primum cap. Euangelij. Lucæ.

Digitized by Google

mirabilem;& contra iura quę dicunt,q in ore duorum
vel trium stat omne verbum.c.in omnes. & ca.licet.de
testi.& quia satis est, quod conueniant omnes in facto
miraculo,& Sanctitate eius de quo agitur,& satis est q
ex diuersis actibus resultat frequẽtia miraculorum ne
cessaria,sicut ex diuersis iuribus vna regula, vt not.de
regul.iur.c.1.& ex diuersis actibus consuetudo,vt not.
de consti.c.1.& ex diuersis gradibus cognatio, vt in c.
non debet.de consl.& aff.ex diuersis actibus iurisdictio
nalibus iurisdictio & tamen ad probandos singulos a-
ctus, ex quibus resultant prædicta, non sunt necessarij
ijdem testes,vt ipse not.in c.ex tenore. de test. faciunt
not.in c.nihilominus.3.q.9.& propterea concludit,qđ
sufficit probare vnum miraculum factum tali die,in ta
li loco,per tales,& sic per diuersos testes probare diuer
sa miracula,alias concluderetur impossibile, & necessa
rium fuisset, quòd ille de cuius canonizatione egitur,
omnes testes semper secũ duceret, & sic videretur vna
collusio, & falsitates fingi possẽt.ar.4.q.4.in testib.nec
pauperes(qui nullos secum ducere possunt) canoniza-
rentur,iuxta no.in c.licet.de test.Cuius sententiã alias
sum secutus,in voto contra Iudeos Tridentinos ,qui
martyrizauerunt infantem Simonem , quinimo etiam
dico,q etiam sufficeret probare miraculum per testes,
quorum aliqui deponerent de infirmitate incurabili
præcedenti secundũ naturam,aliqui vero deponerent,
quòd iam factus esset sanus,sicut dicitur de celebratio
ne missæ.in d.c.nihilominus,q satis probat d.c.venera
bili.de test.in fi.vbi sufficit quòd interueniat diligẽtia,
quæ solet & debet in receptione testium adhiberi . Idẽ
tenet Bellemera in dicto c.venerabili.referendo Col-
lectarium.

Articulus 5.

AD quintum dico concludendum, q non est ne
cessarium,q miraculum fiat in instanti,vt patet
3.reg.17.c.& Exod.10.& 14.& 4.Reg. 4. & 5.
Non est necessariũ q miraculũ fiat in instanti. & Mar.8.secundum Arch.in c.nec mirum.26.q.5.quẽ
refert,& sequitur Mar.de laude. in allegationib. quas
fecit pro canonizatione Sancti Bernardini, licet in con
trarium videatur Act.9.vbi patet, q cõtinuo surrexit,
&c.& Act.3.iuxta prin.vbi dicitur,& apprehẽsa manu
eius dextera alleuauit eum,& protinus consolidatę sũt
bases eius,& plantę.& in Luc.iuxta fi.vbi dicitur,& te
tigit fimbriam vestimenti eius , & confestim stetit flu-
xus sanguinis,et in c.ad eius vero concubitum.5.dis.nã
apud Deum.non est mora.de pę.di.1.c.multiplex. alias
accipit.c.his autem, Vnde Amb.Spiritussãcti gratia ne
Luc.8. scit tarda molimina.& in Luc.iuxta prin. vbi dicitur.
Adolescens tibi dico surge, & resedit qui erat mortu'.
& Io.11.iuxta fi.dicitur.Lazare veni foras,& statim p
dijt,qui mortuus fuerat.& Matth.9.vbi dicitur . & fa-
cta est salua mulier ex illa hora,& 15.vltra mediũ. vbi
dicitur. Fiat tibi sicut vis,& salua facta est filia eius ex
illa hora.& de pęn.dist.1.§.ex his itaque alias est §.do
niq; iuxta fi.ibi leprosus vero,vbi sequitur,quem po-
stea tangendo mundauit.& §.hoc idem.iuxta prin.ver.
Luc.7. hinc etiam.& Luc.5.iuxta prin.vbi dicitur,quòd con-
festim lepra discessit ab eo.Ioã.5.circa prin. vbi dicitur
q statim sanus factus est homo,& Matt.8. iuxta prin.
vbi dicitur Volo mundare,& statim mundata est lepra
Matth.8. eius.& Mat. 10.in fi.vbi Iesus tetigit oculos cęcorum,
& confestim viderunt.& Mat.10.dicitur confestim vi
dit.& Mar.7.vbi dicitur. & statim apertæ sunt aures,
&c.Quib.omnib.respondent auctoritate Gl.positæ
in prędicto c.8.Mar.dicẽtis.Quẽ vno verbo statim cu-
rare poterat paulatim curat,vt magnitudinem humanę
cęcitatis ostendat , quæ vix quasi per gradus ad lucem
redeat,& gratiam suam nobis indicat,per quam singu-
la perfectionis incrementa adiuuat,& dicit Io.Andr.in
d.c.1.de rel.& vene.San.aliquos dicere,q si sit illusio,
vix possunt cõtinuari miracula vltra quadraginta dies,
de quo tamen certi non sumus.& ex his dico,quòd cũ
ex processibus factis in causa prę̃sentis canonizationis,
constet de multis miraculis post mortẽ huius beati pa-
tris Bonauenturæ factis,vt leprosis mundatis, paraly-
ticis,& alijs varijs modis infirmis curatis miraculose,
impium esset denegare huiusmodi canonizationem, &
maxime propter miraculum linguę eius repente incor
ruptæ,tẽpore translationis corporis sui,vt patet ex mul
tis contestib.de quib.in processu ,et de lingua Sancti
Antonij de Padua, de qua ipse testatur in chronicis.
Non.n.voluit Deus linguam Sancti sui videre corru- Psal.15.
ptionem,iuxta illud psalm.Et ne corpus quod corrũ- Sap. 10.
pitur agrauaret animam,iuxta illud Sap.quia custodit Psal. 33.
Dominus omnia ossa eorum,et vnum ex eis non conte & 52.
retur,qui etiã dissipat ossa eorum, qui hominibus pla-
cent,licet de omnibus dictum sit.Memento homo qđ
cinis es,& in cinerem reuerteris,&c.ut secundum Ho- Gen. 3.
stien.& Ioan.And.

Articulus 6.

AD sextum dico similiter concludendum,non es-
se contra rationem miraculi,si in liberatione ali
cuius dolor interueniat,vt in Marc.ibi,& excla Marc. 9.
mans & multum discerpens eum,exiuit ab eo. Vbi no-
ta quantus fuit dolor,quia sequitur , & factus est sicut
mortuus,ita vt multi dicerẽt,quia mortuus est, &c. Et
hoc etiam satis apparet ex eo,quod scriptum est in vita
vbi inter cętera dicitur,signo itaque crucis super eum
facto,statim qui confractus iacuerat,surrexit sanus,&
in Dei laudem prorumpens.Ego (inquit) sum libera-
tus,insonuerunt autem ossa renũ eius audientibus mul
tis,veluti cum manu ligna sicca franguntur.Et sic con
cludit etiam Arch.in d.c.nec mirum.26.q.3.Item non
est contra rationem miraculi, q fiat cum aliquo adiu-
torio naturæ,vt patet in 4.Reg.de Eliseo,q misit Naa
man principem militiæ Regis Siriæ leprosum,ad lauan 4. Reg.5.
dum septies in Iordane.Et de filio viduæ mortuo su-
per quem se incuruauit Propheta, vt infunderet in eũ
calorem,sicut dicitur in 4.Reg.Item in Io.de luto fa- 4. Reg.4.
cto ex sputo quo liniuit Christus oculos cęcinati,& de Ioan. 9.
eo quem misit ad lauandum adnatatoriam siloe, & de
probatica piscina,& similib.Item nec est etiam contra
rationem miraculi,quod illud operantur qui in ipsum Ibid. 5.
operando peccent,vnde dicit glo.Nu.20.q Moyses &
Aaron cum percussione virgæ fecerunt effluere aquã
de petra,habuerunt quandam inanem gloriam,& ideo
meruerunt audire. Quia non credidistis mihi, vt san-
ctificaretis me coram filijs Israel, ideo nõ introducetis
hos populos in terram quam dedi eis.Et super illo ver
bo Lucæ.Nolite gaudere,quia spiritus subijciuntur vo Lucæ 10.
bis,dicit gl.q lætitia qua Christus discipulos suos læ-
tos videbat,inanem gloriam sapiebat.Gaudebãt enim;
q quasi sublimes,terribiles hoĩbus, & demonib' erãt ,
ideo Christus talem cordis elationem in eis reprehen-
dit,iudicium ruinæ primi Angeli referens , &c.non est
etiam contra rationem miraculi, q ad maximã instan-
tiam etiam cum tarditate quadam fiat,vt patet de mu- Matth.15.
liere Chananea,&c.Sic etiam non est contra rationem
miraculi,q vnus Sanctus illud faciat aut facere possit, Matt. 17.
& alius non,vt patet in Mat.de lunatico dęmoniaco. I-
tem etiam non est contra rationem miraculi,q sanatus
de proximo recidiuat,vt patet in legenda Sanctę Petro
nillæ paralyticæ,iuxta no.in l.Martius,ff.loca.& l.1.C.
de emen.seruorum,& in c.præterea , de cle.percu.& in
q.dominica.83.de qua per Io.And.in mercu.cõtractu.
de reg.iur.li.6.& in c.præsbyter.& c.significasti,de ho
mic.& per Bar.in l.1.§.si in rixa,de sica. Sufficit ergo,
q sa-

qd sanitas fuerit verisimiliter duratura, licet causa sit momentanea aut recidiuet, & cæt. per aliquod accidens culpabile & inordinatum. Item quia non est contra rationem miraculi, q faciens miracula, adhuc sit in purgatorio, vt patet de Pascalio diacono teste Gre. in dial. & per Vincen. in Spe. histo. li. 21. c. 94. Item non est cõtra rationem miraculi, quòd fiat in inuitum, vt per eundem Vincent. e. li. c. 54. Item quòd etiam fiat in syderibus vel elementis, auibus cœli, aut piscibus maris, vel animantibus terræ, aut arboribus, aut lapidibus, aut alijs quibuscunq; creaturis, &c. etiam ad damnationem & pœnam malorum, sicut de Anan. & Saphir. act. 5. & similibus.

Articulus 7.

Ordo in canonizatione seruandus.

Circa septimum concludo, q primo requiritur, q præcedat instantia aliquarum personarum honestarum, authenticarum apud Roma. Pont. & supplicatio non semel sed pluries, & instãter, pro huiusmodi canonizatione fienda, & obtinenda, &c. non tamen semel sed pluries & instanter. sicut not. de concess. & de pallio. vt in c. quidam cedendi, de renun. & in c. cum post petitam, de elect. Non. n. cõsueuit moueri Papa statim ad committendam hanc inquisitionem, sed potius expectare quandiu pulsetur, &c. propter rationes de q bus supra præmisi, facit clem. quamuis, de appel. adde not. in c. prisca. dist. 10. & in c. importuna, de pen. dist. ts. Circa quod dico, sufficere si fieret instantia per Episcopum & capitulum loci illius, vbi sepultus est canonizãdus, & vniuersorum prelatorum, & generalis capituli illius congregationis, & ordinis, cuius fuit ipse de cuius canonizatione supplicatur. Possunt nanque licite instare religiosi pro canonizatione alicuius Sancti, qui fuit de ordine ipsorũ. Nam omnes hi de quibus in c. venerabili. in princ. de test. instabant & preces porrigebãt pro illius Abbatis Sancti Martini canonizatione, ad quorũ petitionem Papa Alexander III. commisit testium receptionem super vita & miraculis eius, ad quòd signanter Abbas notat illum tex. possunt etiam tales supplicãtes pro canonizatione, assumere ministerium partis autoritate iudicis, & illã promouere, & testes producere, tam super vita quam super miraculis, vt ibi patet scd̃m Io. And. et alios. In casu autẽ nostro multo maior præcessit instantia, videlicet & Regum, & Comitum, & aliorũ magnatum, vt patet in processu, iuxta illud Apostoli. & 24. dist. §. 1. 78. dist. quid est cito, de elect. cũ nobis olim. c. fi. eo. ti. li. 6. Secundo requiritur, q expectato aliquo tẽpore Papa cum consilio fratrum, in patria illius, p cuius canonizatione instatur, committat duob. prælatis vel alijs personis honestis, discretis, & incorruptibilibus, vt inquirant de fama & de deuotione populi, & de alijs quæ sibi sunt nunciata in genere, quoad famam non quoad veritatem, & non in specie, & q sibi describãt quę inuenerint, & an eis videatur, quòd super veritate earũdem & causa in specie sit inquisitio cõmittenda de vita & miraculis eius. Circa quod dico, q Innocent. III. processum inquisitionis Sancti Vulstani quondam Episcopi Vigorn. in Anglia, commisit Canturiẽ. Archiepiscopo, & Episcopo Helẽ. & Sancti Eadmundi & de Vrbron.. Abbatib. & sic quatuor prælatis. Pontifices etiam qui facit instantiam pro canonizatione illius, de cuius vita & miraculis est inquirendum, inter illos deputari ad huiusmodi inquisitionẽ faciẽdam, ita probat d. c. venerabili. iuncta super scriptione. Dico ẽt sufficere duos prelatos tantum, etiam vbi committeretur inquisitio pro canonizatione Papę, vt refert Ioann. And. factũ fuisse in commissione canonizationis Greto. in c. vbi periculum, in prin. de elec. libro. 6. in nouel. Fuit. n. facta commissio Archiepiscopo Pisano & Episcopo Mutinen, non ergo est paucioribus quam duobus facienda commissio, quia quod a pluribus sapientibus quæritur, facilius inuenitur, 20. dist. in. de quibus, & per ampliores homines perfectissima veritas reuelatur. l. fi. ad fin. C. de fideicom. 63. distinc. extra conscientiam. & integrum est iudicium, quod plurimorum sententijs confirmatur, sicut canones attestantur. cap. prudentiã tuam, de offic. deleg. & hæc est quędã preambula inquisitio ad inquisitionem, præparatoria ad solennem subsequentem, & quòd hæc præambula inquisitio in genere sit necessaria, patet ex lib. ceremoniarum, vbi agitur de canonizatione Sanctorũ. In casu autem nostro hæc omnia sunt debite obseruata, vt patet ex breuib. & processibus, de quibus in actis. Tertio in euentũ quod primi inquisitores rescribant talia, per quę videatur quòd inquisitio veritatis committi debeat, requiritur quòd post completam hanc præambulam inquisitionem, iterum Papa diffiniat consilio fratrum, an solennis inquisitio sit committenda, & committatur ad minus tribus ex dominis Reuerendissimis Cardinalibus, vni. s. Episcopo, alij presbytero, & alij diacono, vt patet ex decisione d. Egidij de Bellemere, dec. 674. ad fi. & ita obseruatur, & iterum scribat eisdem vel alijs prelatis in partibus, vt in specie inquirant, primo de fama, secundo de vita, hoc est, de fide & conuersatione &c. canonizandi. Item de morte, & miraculis, exacte diligenter, fideliter, & prudenter, secũdum articulos & interrogatoria sub bulla transmissis, & quod inuenerint, remittant sub sigillis suis inclusum, secundum Hostien. in c. venerabili, de testi. præallegato, & per no. in capitu. 1. de rel. & venera. Sanct. lib. 6. qua inquisitione remissa & completa, facienda est commissio in curia aliquibus capellanis Papæ vel alijs personis auct. vt examinent processũ, & forment Rubr. seu summarium examinanda cum exacta diligentia per Papam & fratres Cardinales, an sint probata talia propter quę canonizatio sit facienda. & super hoc debet Papa requirere consilia Cardinalium, & si videbitur Papæ, quòd faciẽda sit canonizatio ex his q erunt probata, tunc hoc secretũ primitus diffiniat inter fratres, & diffinitio secreta teneatur, postmodum Papa coadunatis Episcopis, & alijs prelatis qui sunt aut reperiuntur præsentes tunc in curia, faciat publice proponi, & narrari per aduocatum aut promotorem fidei omnia & singula acta, & probata propter quam secretam diffinitionem factam prius in consistorio priuato Reuerendissimorum do. Cardin. & super his requirat omnium consilia & vota. Nam fructus diuiqus est iustitiã recenseri. 35. q. 9. grauе. vbi etiam dicitur, quòd veritas sæpius exagitata, magis splẽdescit in lucem facit 30. quæst. vlti. cap. iudicante. Vnde etiam dicitur quod ibi est salus, vbi multa cõsilia (vt ait Salomon) & repetitur. dissipantur cogitationes, vbi non est consilium, vbi vero plures sunt consiliatij confirmantur. Item pro istis, facit l. dubium, C. de repudijs. l. nominationes, C. de appell. cap. nouit. de his que fiunt a præla. 15. quæst. 7. ca. Episcopus. 34. distinc. peruenit. Et erit salus vbi multa sunt consilia, & multitudo sapientum, sanitas est orbis terrarum, & hinc quòd tunc non est verisimile credendum, in hoc ecclesiam posse errare, & dicit Archidia. 2. q. 6. anteriorum, quòd consilium & deliberatio a malo iudicio hominem retrahit & refrenat. Debet enim semper præcedere consilium, & iudicium sequi, & demum preceptum secundum Th. 2. 2. vbi tractat de patribus prudentiæ, vt sic dici possit edictum consultissimum l. humanum, C. de legi. lex. cani. Apostolicę. 35. quęs. 9 t. vt sic quasi per ora eorum videatur Deus cõsuli. prima quæst. 1. iudices, quia vbi plures congregati fuerint in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum, dicit Dominus. & ita reperi obseruatum per Innocent. III. in canonizatione Sancti Homoboni Cremon. vbi dicit.

1. Timo. 1.

Proue. 22. 16.

Proue. 24.

Sap. 6.

4. Reg. 8.

Matth. 18.

De

Digitized by Google

De fratrum nostrorum consilio post multam deliberationem habitam, cũ Archiepiscopis & Episcopis, quos super hoc ad consilium nostrum admisimus, de diuina misericordia, & ipsius Sancti meritis confidentes, ipsum Sanctorum catalogo duximus ascribendum, statuentes vt in die depositionis ipsius, eiusdem festiuitas deuote a Christi fidelibus annis singulis de cætero celebretur, & apud Deum suffragia eius humiliter implorẽtur, &c. vt patet in eius literis datis Laterani secũdo idus Ianuarij pontificatus sui anno primo. Hæc etiam requisita ponit August. de Ancona, in li. de Ecclesia. potestate quæst. 15. artic. primo & Marti. de laude, in allegatio. quas fecit in canonizatione Sancti Bernardini, per alium tamen modum, non tamen diuersum in effectum, & Cardin. post Hostien. & Ioan. And. in dicto capitul. primo de reliquijs & venera. Sanctorum. Reperitur etiam in gestis concilij Constantiẽ. de anno. 1416. 5. Kal. Maij Apostolica sede vacãte pro vnione Sanctæ matris Ecclesiæ procurandis & promouendis omnibus, quæ prosperitatem religionis Christianæ, & communem omnium mortalium vtilitatem & salutem concernere possent & augere, speciali Dei prouidentia & in suo nomine congregato, commiserunt processum canonizationis duorum Episcoporum & vnius monialis ordinis Sancti Augustini duobus Cardinalibus, vt Cardinali Cameracen. tituli Sancti Grisogoni, & Oddoni Cardinali diacono tituli Sancti Georgij ad vellus aureum, & vni Episcopo Lugdunen. & quinque alijs Prælatis secularibus & religiosis præsentibus in eodem concilio, & viuæ vocis oraculo, ad quorum omnium relationem commisit idem concilium Constantiense tribus Episcopis in partibus Regni Sueciæ, (vbi corpora dictorum canonizandorum venerabantur,) inquisitionem specialem & solennem faciendam, prout facta apparet ex processu eorundem.

In die canonizationis, quid obseruandum.

Postremo debet Papa ordinare, quòd certa die omnes conueniant ad aliquam Ecclesiam quę ornata sit pannis honorabilibus, & sternatur tapetis, & in qua illuminentur multi cerei, vbi Papa & totus clerus solenniter conuocati, & populus deuote assistant, & ad illos Papa sermonẽ habeat, processum recitans, & inducens clerum & populum ad orandum, quòd Deus non permittat illum errare in hoc negocio. Posteaque flexis genibus fiat deuota oratio & cantetur successiue hymnus. Veni Sancte Spiritus, &c. vel alius huiusmodi, siue antiphona cõueniens. Deinde surgat Papa ab oratione, & diffiniat illum de quo agitur Sanctum esse, & Sanctorum catalogo ascribendum, & tanquam Sanctum per omnes Christi fideles colendum in omni Ecclesia Dei, & per orbem vniuersum, ipsiusque festum solennizandum certa die. & celebret Papa missam solennem in honorem canonizati post cantatum Psalmum. Te Deum lau. Vnde videtur esse missa de substantia canonizationis, sicut in confectione chrismatis, not. in cap. te referente. de cele. missa. & in collatione ordinum, ar. de transl. præla. capit. inter corporalia, & in alijs multis casibus, & in consecr. Eccle. de consec. distinct. 1. omnes basilicæ. & hoc ideo, quia fidelibus non est tam de solicita quacunque inuentione fidendum, quam de instantia orationis humilis & deuote sperandum, vt in simili not. in capit. vbi periculum, in fi. de elect. lib. 6. facit 23. q. 8. in qualibet. & laudabile foret, vt quod ibi statuitur de electione pontificis super frequentia orationum, & obseruantia ieiunorum, etiam hoc casu seruaretur. Multum enim valent orationes iustorum, secundum Ioan. Mona. ibidem, & Ioann. And. per cap. disciplina, ad fin. 45. distin. & 16. quæst. 9. animę defunctorum, & plene not. in cle. si Dominũ, de rel. & venera. Sanct. in glo. magna ad fi. Instanter enim est orandum, quia tunc oratio impetrat, de præn. distin. 2. importuna, per Archid. ind. cap. vbi periculum in fin. & in ca. de immu. Eccle. eod. libr. & ita reperi fecisse Innocent. III. in canonizatione Sancti Vulstani quondam Episcopi Vigornien. in Anglia. Vniuerso namque clero & populo ciuitatis illius ieiunium indixit triduanum, in quibus omnes vnanimiter orarent, & peterent ob eo qui via, veritas est & vita, aperiri super hoc viam veritatis ad vitam, cum diuinum sit iudicium huiusmodi potius quam humanum, & ideo maturius procedendum. Item quòd ad conscribenda huiusmodi acta, semper adhibeantur tres notarij in consonantia, sicut etiam tres Cardinales, tres capellani adhibentur vt in ore duorum, &c. per c. vt officiũ, §. verum, de hęre. lib. 6. et c. licet, de test. 2. q. 4. cap. 1. & Exo. 16. & Matt. 18. & ad Hebr. 5. & 1. ad Timo. vlt. vbi numerus de testib. & licet iniuriam faciat Sancto, qui orat pro eo, quia orationib. nostris non indigent, pro eo quod cum sint perfecte beati, omnia eis ad vota succedunt, sed nos miseri potius eorum orationibus indigemus, vt in cap. cum Marthæ, ver. 1. de celeb. missa. tamen secundum Prosperum, semper est Sanctis quo crescere possint, ideo ad augmentum gloriæ pro eis orare potest, & proderunt orationes per modum suffragij, de quo per Tho. in 4. sententiarum dist. 45. articu. 2. & scripsi super extrauagan. cle. 9. quæ incipit vnigenitus, in ver. electorum, post Archid. in cap. tempus, 12. q. 2. Sunt nanque accessiones gratiarum secundum Ray. in sum. de pœn. §. Item quæritur verum & ea † forte non esset nisi cautum, absoluere animam eius de plenaria potestate clauium plenarie, ad abũdantissimam cautelam resultantem ex alienis periculis, vt nihil possit dici omissum, per ea quæ habentur in capitul. a nobis de senten. excommun. 11. quæst. 3. tunc vera. & ita fecisse videtur Calixtus III. in canonizatione beati Osmundi Episcopi Sarisperien. In Anglia, dicens præfatum Osmundum &c. benedicentes benedicamus in sęculo, floreatque super eum sanctificatio nostra, & cæter. addit etiam idem Innocen. III. in canonizatione Sancti Vulstani propriam collectam, in eius commemoratione dicendam, & illius memoriam inter Sãctos catalogo Sanctorum ascriptos decreuit celebrandam & c. vt patet in eis literis datis Flor. 2. idus maij, &c. Hic autem ordo non semper ad vnguem hactenus est seruandus secundum Hostie. Ioann. Andr. Card. & alios vbi supra. In libro cæremoniarum apparent aliæ diuersę & plures solennitates seruandę & laudabiles, quæ de congruo videntur non deberi prętermitti. Cum igitur in casu nostro omnia hactenus necessaria sint sufficienter & superabundanter circa processum obseruata, supplicantibus pro huiusmodi canonizatione pie mos gerendus est, cum iusta petentibus nõ sit denegandus assensus, per l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

Crescere possunt Sãcti in gloria accidentali non autem substantiali.

Fortassenõ improprie id dixit cũ legatur, in 4. Dialog. D. Gre. li. c. 40. de Pascalio Car. quod fecit miraculũ existẽs in purgatorio, vnde liberaretur per huiusmodi absolutionẽ.

Articulus. 8.

AD octauum dico concludendum esse adhibendam fidem chronicis, ad arbitrium tamen Papæ & collegij D. Cardinalium, per capitul. vnicum, in fi. de sa. vnc. & ibi not. & c. in venerabilem. de elect. & in c. in nomine Domini 23. disti. & in cle. 2. Dominum, de reli. & venerat. Sanct. in ver. Vrbano, & in gloss. magna in fin. & in capitu. inter dilectos, de fide instrumẽt. vbi etiam not. Bald. quòd quando sumus incerti de nomine Imperatoris, recurrimus ad chronicas anni & indictionem, &c. maxime ex quo non apparent aliæ veriores, quia tunc verioribus esset standum. Facit quod not. in cle. 1. de magist. in ver. Bononiæ, & præsertim ex quo maiores nostri eis crediderunt, vt not. in prima constitutione digestorum. §. hæc autem tria, maxime quoad personas & loca inter quas pro talibus habentur, sicut de nostris in ordine San. Francisci, sicut de libris Aristo. & Hippocratis not. Nic. de Mata. & Bald. super Rub.

Fides est adhibenda chronicis.

C. de

Digitized by Google

C.de fi.instr.ad fi.& Io.And.in tit.de fi.instr.§.nunc dicendum vers.priuatorium.ad fi.& Ant. de Butr. in c.2. eo.ti.in c.cum venerabilis.de exc.& Bar.& Andr.in l.1. ff.si cer.pe.probat l.si pater,ff.de solu.& 7.mense.ff.de sta.ho.& quod ubi per Bal.& l.io tátum.§.si eum, cum l.seq. ff.de acq.re.domi.& quod per Bart.post Odof.in dicta 1.const.digestorum,§. hæc autem tria super ver. jurib.& per Bal.in l.in tantum,in fi.ff.de re.diui.facit instit.de rer.diu.§.ité pretium,& in Spec.de aduo.§.nunc de exordijs,& etiam per eundem Bart.in l.testamenta, C.de testamē.& c.& dicitur chronica a chronos græco vocabulo,quod latine tēpus interpretatur, quia in chronica facta in suis temporib.recitantur.Itemquia veritas illarum coadiuuatur alijs adminiculis.ar.in c.cum cām. de proba.& ibi not. & in l.cēsus & monuméta, de prob. Item propter earum antiquitatem, & quia conseruantur inter libros autenticos,ar.in c.ad audiētiam, de præscrip.& 30.q.5.ca.veiut,& in auten.de his qui ingre.ad appel.§.illud,& C.de fide inst.auct.ad hæc, & in c.cum ex literis,de in integ.res.& l.vltima C.arbit.tut.& l.scripturas.C.qui poti.in pig.& 23.q.2.ca.sane, vbi datur fides scripturis in columnis & lapidibus & cę.& l census & monumenta,de prob.& c.cum causam,eo.ti.per Dominum Egidium de Bellemere in decision. 70.quæ incipit adminicula.Nec est curandum, q̄ non constat de nomine eorum qui composuerūt dictas chronicas, quasi ex hoc videantur apochriphæ.ar.15.dist.c.Sancta Romana.ver.quę vero opuscula,quia cum ordo Sancti Frácisci in omnimoda humilitate fundatus fuerit, & ideo fratres sui minores nuncupantur, qui ne reprehédi possent,eorum nomina subticuerunt,scribentes gesta generalium ordinis ipsius successiue,ad quod optime faciūt quam plures auctoritates veteris & nouæ legis & canonum & doctorum,& aliæ rationes ad plenum adductæ per Io.And.in fi. mercurialium super vlt.q.

Articulus 9.

Ecclesia in canonizatione sanctorum errare nó potest.

AD nonum dico concludendum cum S.Tho.quolibeto 9.art.6.q̄ Ecclesia canonizando aliquem vt Sanctum errare non potest, quoniā aliquid potest iudicari possibile secundum se cōsideratum, quod relatum ad aliquod extrinsecum impossibile inuenitur. ergo licet iudicium eorum qui præsunt Eccl.possit errare in quibuslibet,si personæ eorum tantum respiciantur,quia innititur in iudicando,medio fallibili,testimonio.s.humano,cū inquirat per testes de vita & miraculis,& testimonium hominum sit fallibile.Item,quia nemo scire potest,an sit dignus odio vel amore, vt dicitur

Eccle. 9.

in Eccl.notatur in cap.fi.de Purg.can. & Apostolus.Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum,

1. Cor. 4.

& c.ergo multo minus Papa, tamen considerata diuina prouidentia quę Ecclesiam suam spiritu Sancto dirigit,

Ioan. 14.

vt non erret,sicut ipse promisit, quòd spiritus adueniés doceret omnem veritatem, de necessarijs.s.ad salutem, certum est,quòd iudicium Ecclesiæ vniuersalis errare in his,quæ ad fidem pertinent impossibile est,vnde magis est standum sententiæ Papæ,ad quem pertinet determinare de fide,quam in iudicio profert,quam quorūlibet sapientum hominum in scripturis expositioni, cum

Ioan. 11.

Cayphas quamuis nequam tamē quia pontifex,legatur etiam inscius prophetasse, licet in his quæ ad particularia facta pertinent,vt cum agitur de possessionib.vel de criminibus vel similibus,possibile sit Ecclesię iudicium errare propter falsos testes.Canonizatio vero sanctorū medium est inter hæc duo. Sed quia honor quem Sanctis exhibemus,quædam fidei professio est,qua Sanctorum gloriam credimus,pie credendum est,q̄ nec etiam in his iudicium Ecclesiæ errare possit.Pontifex.n. cuius est canonizare Sanctos,potest certificari de statu alicuius,per inquisitionem vitæ & attestationem miraculorū,& præcipue per instinctum Spiritus Sancti,qui omnia scrutatur etiam profunda Dei, & diuina prouidentia præseruat Ecclesiam,ne in talibus per fallibile testimonium hominum fallatur. Ecclesiæ nanque auctoritas omnem excellit aliam auctoritatem, etiam Sanctorum patrum, vt patet 11. dist.vt veterum,& per totum, & not.84.dist.c.1.& 10.dist.in sum.& c.1.& 30.q.vlt.c. fi.& per doct.in c.ne innitaris,de constit. Hinc etiam dixit Inno.& Card.post eum,in c.1.de rel.& vene.Sanct. q̄ si etiam Ecclesia erraret (quod non est credendum) tamen preces bonas Deus acceptaret. 32.dist.§.verū 15. q.vl.c.fi.Notat etiam Io.And.in gl.in c.gloriosus,de rel. & vener.Sancti.li.6.quòd etiam si Eccle.in canonizatione erraret(quod dicit non esse credendum, licet accidere posset c.a nobis.de sen.excom.2.)nihilominus preces in honorem talis acceptæ & gratæ sunt. Per fidem nanque Christi omnia purgātur. c.vestra.de coha.cl.& mul. & esto q̄ veritas canonizationis deficiat, non debet fides.c.debitum de bap.c.2.& 3.& de presbyte.non bap. & idem sequitur Io.in directorio iuris,parte 1.ti.23.ad fi.& ideo quod supra concludendo dicit S. Tho. in suo quolibeto,concludit etiam magistraliter Aug. de Anc. in lib.de Ecclesia.potesta.q.14.principali.artic.3.quasi per easdem rationes,& respondet ad contraria, & q.17. arti.4.vbi quærit An omnes canonizati per Papam sint in vita æterna,licet videātur sibi contrarij.propter capitu.si sine charitate.1.quæst.1.& ideo solēniter disputando formauit R.D.Io.de tur.cre.quondam Card.Sancti Sixti per excellentes rationes in capitu.hæc est fides 24. quæst.1.Ad auctoritatem autem Greg.videlicet. Multorum corpora sanctorum(hoc verbum non debet esse in illa auctoritate,& debet intelligi in veneratione priuata,non publica)venerantur in terris, quorum animæ cruciantur in inferno.Respondeo veram in his tm̄, qui martirium sustinuerunt absque charitate &c.iuxta sententiam Hiero.de qua in quęst.1.cap.vide quantum bonum.dicentis.Si sine charitate martyrium recipiatur,& corpora eorum coram hominibus venerantur, per fidé magis sunt talia,quam corona victoriæ,& tali operi magis pœna quam præmium debetur,& 90.dist.neq; & .1. ad Cor 13.cap.& c.transmissa.de hæret.& dicit Franciscus Mayron.pūcto 33.Ecclesiasticæ hierarchiæ,quòd Papa habet Angelum personalem, qui non dimittit ipsum vnquam, & quòd in rebus publicis respicit ad ipsum Sanctus Michael specialiter, sicut ad ducem sui exercitus. Item verisimiliter Deus per medium alicuius veri Sancti reuelaret veritatem,vt legitur in legenda Sācti Martini Episcopi, de suspenso qui venerabatur vt martyr.

Articulus. 10.

AD decimum dico concludendum secundum dominum Egid.de Bellemere in decisi. suis, decisi. 677.quæ incipit extra totam, quòd in informatione quę circa negotium canonizationis alicuius, & c. tria principaliter.& primo .Non fore necesse vocare illos quorum interest per generale dictum. Ratio,quia hoc casu non agitur contra aliquam personam certam vel incertam,nec in directum præiudicium alicuius certæ vel incertę personæ,& ideo non requiritur aliqua vocatio cuiuslibet,licet possint esse personæ aliquæ, quæ possint prætendere aliquod indirectum præiudicium vel interesse vt commune. Item quia talis actus non potest dici iudicialis,quia nullam habet partem,vt capitu. forus.§.in omni.de verborum significa. & in extraiudicialibus non requiritur partis vocatio.& hinc est, quòd licet superior habens per modum prouisionis Ecclesiam or-

Digitized by Google

fiũ ornare de bono Prælato, habet præmittere bonam informationem de persona electi, & qualitate prælaturæ secundum Innocen.in capitul.cum dilecti, & capit. nihil,& capitul.statuimus.de electio. facit capitul.cum olim,de donation.& capit.constitutus. secundo.de appellat.& probatur satis 8.quæst.2.cap.1.& 2. tamen nõ requirit informatio illa partis vocationẽ. immo nec tenetur prouisor partem audire, vt not.idem Innoc.in ca. dudum.de præsumpt.& in capitu.proposuit. de concessio.præbend.& gl.vlt.in cap.fi.de electio.libr. 6. & hinc est etiam, quòd cum Papa committit inquisitionem faciendam de sufficiẽtia certæ personæ nominatæ vel supplicatæ sibi ad certam Ecclesiam cathedralem reseruatam & vacantem, in hoc nõ vocatur pars immo nec auditur, nisi de gratia & speciali mandato, quia nec suppli.habet aliquod ius propter quod faciat partem. Nec est negotium istud iudiciale, sed est potius quædam extraiudicialis executio officij ipsius superioris, quod est verum etiam si superior procedat ad supplicationem alicuius sine proprio motu, vt probant iura præallegata, & quia superior vtitur iure suo ex officio mero, & ita nemini iniuriam facit.l.iniuriarum.§.1.ff.de iniur. nec est ipse medius neque iudex & pars, iuxta nota. Innoc.in c. ex parte.de verborũ significat.& est simile in statutis, in quibus non requiritur vocatio subditorũ, licet eis bene præiudicet, & sit cum bona informatione ad ea procedendum.l.humanum,C.de legibus,& quòd non tenentur probationes admittere nec se opponentem audire vt partẽ.& hoc melius colligitur ex not.Innoc. in gl.mag. in c.venerabili.de censi.& in capit.ex parte, alleg.de verborum significat. 2.per ibi not. non expedit admittere quem vt partem, licet bonum sit audire ad sui ipsius informationem extraiudicialem. & ita dicit fuisse conclusum per Reueren. Dominos Cardinales commissarios in facto canonizationis domini Caroli, videlicet per domi. Albanensem & Floren.& Sancti Angeli, tunc commissarios, quibus assentit d.Sãcti Eustachij, dicẽs quòd alij domi.Cardinales in consistorio in hoc et concordarunt.& secundum præmissa debent interpretari quæ dixit Augustinus de Anco.in libro.de Eccles. potestate quæst. 16.art. 1.vbi quærit, an Papa in canonizatione debeat seruare ordinem iudiciarium? Reperio tamen D. Calixtum tertium in canonizatione Sancti Osmundi de Anglia, per dominos Cardinales deputatos ad faciendã inquisitionem, monuisse omnes & singulos qui in his interesse aliquod habere prætenderẽt, vt ad diem certam tunc expressam legitime comparerent, prout etiam per Episcopos commissarios in hac causa factum fuisse ex actis constat, ad abundãtiorem cautelam, ne nihil quod ad cautelam pertineat, videretur omissum. 63. distinct. quanto.& quia abundans cautela non nocet.l.testamentum.C.de testamen.l.si pupilli.§.1.ff.de negot.gest. Subdit tamen idem dominus Egidius duabus decisi. immediate sequent.quod licet expediat audire se opponentes canonizationi, non tamen debẽt admitti vt partem facientes, sed solum ad informandum extra iudicium ex officio, si tamen apparet, quòd excipiens non excipit bono zelo quem habeat ad Ecclesiam & ad fidem, sed potius ex odio quod habuit aduersus mortuum, vel ex inimicitia quam habet aduersus illos de genere mortui, de cuius canonizatione agitur, ille non est aliqualiter audiendus, sed potius totaliter repellendus, capitulo I.A. de re iudica. capit ex insinuatione.de appellatio.capitu. repellantur,& capitu.cum oporteat, de accusat.cum capitu.seq.& per plura alia, de quibus per eum in dictis decisio.in quibus respondent ad omnia contraria, multum magistraliter, & etiam magistraliter refert idem Bellemere in lectura in dicto capitul.venerabili.de testamen. fuisse obtentum in consilijs multorum. Ex præmissis itaque conclusio ad Dei optimi maximi gloriam & laudem per V.B.procedi posse itaque debere, ad canonizationem beati Patris Bonauenturæ præfati, vt sic amplius Deus gloriosus in Sanctis suis et amin ipso glorificetur, capitu.gloriosus.de rel.& veneratio Sanct. libro sexto, per ampliusque etiam in ipso iugiter laudetur.clemen.si dominum.eo.tit.& Psal.150. etiam sub duplici festo festum illius celebrari mandando, ad instar aliorum doctorum quatuor, de quibus in distinc.cap.gloriosus, aut saltem disponendo, vt festum illius ferietur, iuxta capitu.pronunciandum, de consecr.distin.3.& capit.fi.de ferijs,& l.omnes.C.eodem tit. & vt vigilia eius ieiunetur cum præmio indulgentiarum, iuxta capitul.1.de obser.ie.& prout fecit Bonifacius IX. in translationis beatæ Brigidę festiuitate, vt patet in bulla canonizationis eius. & Nicolaus quintus in canonizatione Sancti Bernardini, & Pius secundus in canonizatione Sanctæ Catherinæ de Senis,& Calixtus tertius in canonizatione Sancti Osmundi etiam per octauam. Fateor tamen secundum Hieronym. vnam esse vitam Sanctorum, sed pręmia pro labore diuersa,& periculosum esse de Sanctorum meritis disputare, vt habetur in distin.capit.gloriosus, in nouella. Item vt propterea cultus diuinus augmentetur capitu.ex parte, de constitu.& honor. Ecclesiæ augeatur, capitu.vasa, de consecratio. distin.prima, & alij ad religionem & studia Theologiæ propterea inuitentur.capitul.super specula.ne cleri.vel mona. Item propter ipsius beati gloriam. Vult enim Deus vt Sanctos inuocemus, vt dum per eorũ suffragia quod petimus impetramus, ipsos magnificemus,& glorificando collaudemus, & vt peccatores quasi non audientes ipsum in propria persona, audire amicorum possint patrocinia implorare, qui voto supplicantium scire possunt, quia in illo æterno diuinitatis speculo intelligitur quantum vel illis pertinet ad gaudium, vel nobis ad auxilium, & propter inopiam quam habemus in merendo, vt vbi nostra non suppetũt merita, patrocinentur aliena,& vt qui non possumus sũmam lucem aspicere se in contemplando, saltem in Sanctis aspicere valeamus, & vt sic oĩs nostra inopia quam habemus, etiam in amando suppleatur, quam plerunq; imperfectus homo magis sentit se affici circa vnũ Sanctum, quam circa Deum.& ideo propter has causas generales ordinauit Deus, vt Sanctos honoremus, & oremus, prout plenius habetur per Iacob.de Voragine in legendis Sanctorum, in capitu.de festo omnium Sanctorum. Exaudit nanque dominus orationes Sanctorum. prouer.15.& 3.q.7.in grauibus. Annumeretur computeturque inter filios Dei cõfidenter, & inter Sanctos sit sors illius, vt Exultet cœlum laudibus, & resultet terra gaudijs,&cæt. Cuius doctrina fulget Eccles. vt sol & luna,& quem elegit dominus in charitate nõ ficta,& dedit illi gloriam sempiternam.

Deo Gratias.

Et quoniam Innocẽ.3.in canonizatione Sancti Vulstani quondam Episcopi Vigornien.in Anglia, fecit dico specialem collectam & orationem dicendam in missa eius, vt patet ex bulla dictæ canonizationis. Ideo laudo in huiusmodi canonizatione Sancti Bonauẽturæ, fieri collectam & secretam & post cõmunionem, vt sequitur & illas in bulla canonizationis inscribi, & reliquum officium de confesso.maioribus doctoribus fieri, prout etiam mãdauit fieri Calixtus 3. in canonizatione Sancti Osmundi, vt in bulla canonizationis eius inscribitur.

Collecta, alias Oratio.

Exaudi quæsumus domine preces nostras, & intercedente Beato Bonauentura confessore tuo atq; Pontifice, salutaribus nos instrue disciplinis, & gaudijs fac perfrui sempiternis. Per Dominum nostrum Iesum,&cæt.

Secreta

Secreta.

Suscipe Clementissime Deus hostiam laudis quam tibi pro peccatis nostris offerimus, & intercedente Beato Bonauentura confessore atque Pōtifice, preces nostras benignus exaudi, Per Dominum nostrum Iesum, &cæt.

Post Communio.

Memor esto sacrificij nostri omnipotēs Deus, & precibus & meritis beati Bonauenturæ confessoris tui atque Pontificis, vitam nobis & gloriam tribue sempiternam. Per Dominum nostrum Iesum, &c.

Sermo magistri Roberti, de laudibus Sancti Bonauenturæ ordinis minorum.

QVasi stella matutina in medio nebulę, & quasi Luna plena in diebus suis lucet, & quasi
Eccles.50. Sol refulgens, sic ille refulsit in templo Dei. Scribuntur hæc verba originaliter in Ecclesiastico ad laudem sancti Bonauenturæ proposita. Præclarissima Domini et sancti Bonauenturę merita, Sixtū quartum Pontificem maximum induxerunt, vt illum hoc fęlici tempore catalogo sanctorum ascriberet. Res est vtique grandis, & digna valde quæ Dei gloriam pandit, sanctam Ecclesiam exornat, religionē lætificat, Christianam, ordinemque sacrum minorum subleuat, & extollit. Quid enim præstantius excogitari potest, quam mortalem hominem post deuictum triumphatumque mundum ad cœlestia regna deduci, ibique immortalitate perpetua gaudere cum Christo? Quis de beata vita, promissaque nobis fœlicitate dubitare valeat, ad quam amicos Dei iam properasse certissimum est, ibi Christus Rex gloriæ, ibi immaculata virgo Regina cælorum, ibi Prophetæ, Apostoli, Martyres, Confessores, & virgines, omnesque electi, & amici Dei, ibi denique Beatissimus Bonauētura. Cum vero hodierna die sit annumeratus catalogo sanctorum, æquū est & rationabile, vt eius sanctitas omni populo fiat nota. Qua de re statui in præsenti sermone, laudibus eius incūbere, qui describitur in verbis propositis illustrasse Ecclesiam sicut stellam matutinam, & sicut luna plena, atque vt sol fulgentissimus, per quæ splēdores excellentiarum suarum possunt denotari. Prima excellentia dicitur vitæ. Secunda doctrinæ. Tertia refulgentiæ. Prima excellentia sancti Bonauenturæ dicitur vitæ. Ex vita quippe munda & virtuosa iudicantur homines sancti, hoc tamen iudiciū quantum ad publicam venerationem, spectat ad Ecclesiam, vnde Innocen. de rel. & venera. sancto. dicit. Non abnegamus, quin liceat porrigere preces alicui defuncto, quem quis credat bonum virum, & nunc esse cum Christo, licet non sit canonizatus, quia fidem orātis Dominus attendit, sed facere pro eo officium, vel preces solennes non licet, ex quo in capit. primo, de reli & venera. Sanct. statutum est, vt nullus adoretur pro Sancto absque auctoritate Romanæ Ecclesiæ, etiam si miracula faceret, quem enim Ecclesia reprobat, reprobandus est, & quē approbat approbandus, vt patet 24. quæstione prima. cap. hæc est fides catholica, & cap. quoniā vetus, secundum autem Goffredum, & Hostiensem in canonizatione Sanctorum inquiritur de vita canonizandi, si fuit in laboribus multis & iustis, si moribus castus, & strenuus, vt notatur distinctio. 61. cap. miramur, & licet pro martyribus non sit tam stricta fienda examinatio. Quod autem vita sancti Bonauenturæ fuerit munda, pura, sancta; probatur triplici modo. Primus dicitur testificationis. Secundus professionis. Tertius assumptionis. primus modus quò probatur sanctitas & bonitas vitæ S. Bonauenturæ dicitur testificationis. Habet enim testimonium a viris fide dignis, primo ab Alexandro de Ales viro bono & in sacra pagina probatissimo Doctore. De isto Alexādro scribitur in chronicis ordinis Beati Frācisci, quòd illius opus quod scripsit I Theologia approbatum fuit ab Alexandro quarto, et sexaginta magistris Parisiensib. vt apparet in bulla ipsius Pontificis, quam puto esse Parisijs. Hic itaque Alexander de Ales videns in Bonauentura morum elegantiam, corporis pulchritudinem, venustatem aspectus, eloquij suauitatem, conuersationisque affabilitatem, dicere sępe solebat. Non videtur Adam in homine isto peccasse, quasi diceret, quòd vita illius irreprehensibilis, potius angelica erat, quam humana. Secundo bonitas vitæ Sancti Bonauenturę habet testimonium a Domino Petro Cardinali Episcopo Hostien. qui fuit de ordine Prædicatorum. Hic sermonem habuit in funere Bonauenturæ suscepto themate. Doleo super te frater mi Ionatha, in quo inter alia retulit, quòd quicunque Bonauenturam videbat, ipsius amore capiebatur, eiusque pijssima monita obedienter recipiebat, per maxime Græci & Tartari, quibus eius eloquia plurimum profuerunt, quæ verba vltimo dixit, quoniam tempore Generalis Concilij Lugduni celebrati, vt scribitur in chronicis prærallegatis, Frater Hieronymus de Esculo ordinis minorum, qui fuit postea Generalis, deinde Cardinalis Episcopus Prenestinus, & tandem Papa Nicolaus quartus redijt ex partibus orientalibus, ad quas missus fuerat cum solennibus nuncijs Græcorum, & Tartarorum, & ipso Bonauentura suggerente, Græci tunc ad vnitatem Ecclesiæ redierunt, & Tartari baptizati sunt. Tertio Sanctitas vitæ Bonauenturæ testimonium habet a poeta vulgari Dante, qui in tertia comedia ita dixit. Io son la vita di Bonauentura, da Bagnoregio, che in grandi officij, sempre posposi la sinistra cura. Secundus modus quo probatur Sanctitas Bonauentura dicitur professionis. Professus quippe fuit regulam Sanctam fratrum minorum, in qua semper quandiu in ordine fuit, irreprehensibiliter vixit. Hæc autem regula deuotos professores suos ad Christi Angelorum atque Sanctorum, societatem perducit. Quod ostenditur ex triplici eius prærogatiua siue præeminentia. Prima quia illa regula a Spiritu sancto fuit inspirata. Secunda quia supra Euangelio fuit fundata. Tertia quia supernaturali signo fuit confirmata. De quibus omnibus, ita scribitur in extrauaganti Nicolai in sexto libro decretalium, Hi, scilicet fratres minores sunt illius sanctæ regulæ professores, quæ in euangelico fundatur eloquio, vitæ Christi roboratur exemplo, & fundatorum militantis Ecclesiæ Apostolorum eius sermonib. actibusq; firmatur. Hęc est apud Deū & Patrē munda & immaculata religio, quę descendēs a patre luminum, per eius filium exemplariter & verbaliter tradita Apostolis, deinde per Spiritum sanctum Beato Francisco, & eum sequentibus inspirata, totius in se continet testimonium trinitatis. Hæc Gal.6.
est, cui attestante Paulo nullus de cætero debet esse molestus, quam Christus passionis suæ stigmatibus confirmauit, volens institutorem ipsius passionis suæ signis notabiliter insigniri, hæc ibi. Hanc igitur regulam (diuinitus inspiratus) suscipere voluit Dominus Bonauētura, quia teneris annis Beatum Franciscum singulari deuotione est prosecutus. Meritis quippe illius dum tenellus erat, a mortali infirmitate liberatus extitit. Vnde ipsemet in legenda Beati Francisci ita scribit (vt habetur in capit. vltimo) innumera quoque per ipsum in diuersis partibus orbis exuberare non cessant beneficia Dei, sicut & ego ipse qui superiora descripsi, experientia teste in meipso probaui. Voto enim pro me languente grauissime ad beatum patrem Franciscum emisso a matre, cum adhuc essem puerulus, ab ipsis fum mortis faucibus erutus, & in robur vitæ incolumis restitutus. Quod cum viua memoria teneam, vera nunc con-

fessione

fessione profiteor, ne tantum beneficium reticens, sceleris arguar vt ingratus. Hæc ibi. Crescens itaque dominus Bonauentura, de virtute in virtutem proficiens cum affectione, & reuerentia Beati Francisci anno ætatis suæ vigesimo secundo sacram eius Religionẽ ingressus est. In qua tantum profecit in omni deuotione & studio literarum, quòd septimo anno post ingressum religionis legit sententias Parisijs, & decimo anno. s. trigesimo secundo ætatis suę suscepit cathedrã magistralem. Tertius modus quò probatur sanctitas Domini Bonauenturæ, dicitur assumptionis. Ob splendidissimam nanque virtutum eius famam, & nomen Clarissimum, assumptus fuit ad triplicem dignitatem Generalatus, Archiepiscopatus, & Cardinalatus. primo fuit assumptus ad dignitatem Generalatus. Licet enim seruus Dei Frãciscus Prælatos suos, humilibus vocabulis decreuit nominari, tamen non parua dignitas est præesse tot fratribus, quot sunt in Religione minorum, tam longe lateq; diffusa per orbem.

Octo primi generales ordinis c. Fran.

Fuit nanque Dominus Bonauentura ordinis minorũ octauus Generalis. Primus fuit Beatus Franciscus. Secundus frater Ioannes dictus parens, de Florẽtia. Tertius frater Elias de Assisio. Quartus frater Albertus de Pisis. Quintus frater Aimo Anglicus. Sextus Frater Crescentius. Septimus frater Ioannes de Parma. Octauus frater Bonauentura. Hic in cap. Generali Romæ celebrato, Alexandro Papa quarto præsente, anno ab incarnatione Domini 1246. & tertio decimo post Religionis ingressum in festo Purificationis Beatæ Virginis in generalem fuit electus, annis autem decem & octo ordinem laudabiliter rexit, seruiens altissimo in paupertate, & humilitate, confortabat suauiter tentatos, & infirmis seruiebat libenter. In capitul. Generali Narbonæ celebrato per eum regulam reformauit, & exposuit ordinem in prouincias, & custodias distinxit.

Trãslatio S. Antonij Patauini.

Tempore vero sui Generalatus fuit facta translatio corporis Sancti Antonij de Padua ad prægrandem illam Ecclesiam, in qua nunc est reconditum. Trigesimo tertio anno post eius obitum in octaua Dominicæ Resurrectionis, & tunc lingua eius quæ sub terra fuerat reperta, est ita recens & rubicunda, quasi eadem hora Sanctus ille Gloriosus decessisset, quam beatus & deuotus Bonauentura in manibus reuerenter accipiens, irrigatus profluuijs lachrymarum, corã omnibus huiusmodi verbis affari cœpit. O lingua benedicta, quæ semper benedixisti Dominum, & alios benedicere fecisti, nunc manifeste apparet quanti fueris meriti apud Dominum. Secundo fuit assumptus ad dignitatem Archiepiscopatus. nam Clemens Papa IIII. contulit ei Archiepiscopatum Eboracensem pinguissimum, sed ipse de Parisijs vbi tunc erat ad pedes Domini Papæ se conferens, tam humiliter & efficaciter tanto gradui, & dignitati cessit, quòd Dominus Papa eius cessionem admisit, & ne quis miretur, quòd Clemens Archiepiscopum illum fecerit, cum in generalem fuerit electus. Alexandro quarto præsidente vt diximus. Sciendum est, quòd post Alexandrum prædictum creatus fuit Vrbanus quartus, & post Vrbanum Clemens quartus, et post Clementem Gregorius decimus. Nam correctæ sunt chronicæ ordinis, ex quibus illa collegi. Tertio Bonauẽtura fuit assumptus ad dignitatem Cardinalatus, hęc dignitas amplissima est in Eccl. Dei. Quia vt dicit glos. in capit. ministerium, extra de offi. archipresbyteri. Cardinales dicuntur, quia per eos regitur vniuersalis Ecclesia, sicut in cardine regitur ostium, vt ponitur 71. dist. in capitu. fraternitatem. & dicit Augustinus de Ancona in libr. de potestate Ecclesiastica. Cardinales assistunt Papæ, sicut Apostoli Christo. Apostoli enim sunt nun-

Psal. 21.

cupati Christi fratres secundum illud. Narrabo nomen

Psal. 44.

tuum fratribus meis, & principes mundi, secundum illud Psalm. Constitues eos principes super omnem terram. Sed Papa cum facit aliquos Cardinales, insignit eos ista duplici dignitate, dicens eis. Estote fratres mei & principes mundi. Ipse autem Papa gerit personam Christi, & quamuis etiam Episcopi succedant loco Apostolorum, alio tamen modo quam Cardinales. Apostoli. n. duplici modo habuerunt se ad Christum. vno modo vt præsentialiter assistentes, sicut fuit ante passionem & ascensionem. Secundo modo vt missi ex præcepto eius per orbem, qđ fuit post aduentum Spiritus sancti, quando dispersi per orbem, diuiserunt se accipiendo vnusquisque prouinciam vel Regnum in sortem suæ prædicationis. Cardinales ergo representant personas Apostolorum vt Christo assistentes, quia ipsi assistunt Papę pręsentialiter vt Vicario Christi. Secundo modo representant personas Apostolorum Episcopi, qui in partem solicitudinis vocati sunt, regentes diuersas Ciuitates, vel prouincias, vt Archiepiscopi. & istud est satis conueniens, vt sicut in Hierarchia cœlesti aliqui Angeli sunt assistentes, alij missi frequenter ad nos, in nostra Ecclesiastica Hierarchia, decet aliquos assistere vt Cardinales, alios mitti vt Episcopos, & hoc de lege communi, quia subrogata causa non tollitur quin Cardinales aliquando mittantur vt legati, & Episcopi, aliqui etiam vocati a Papa sunt ei assistentes. Accipiunt autem Cardinales a Papa pileum rubeum in signum ardentis charitatis quam debẽt habere, ita vt sint parati sanguinem suum fundere, & mori pro bono & defensione Ecclesiæ & profectu. Vnde in cap. Fundamenta. de electione. libro sexto. dicuntur Cardinales, fratres, coadiutores, cõsiliarij, & assistentes Domini Papæ. vt igitur ad Bonauenturam redeamus, ipse Cardinalis effectus fuit. Nam Parisijs existens vocatus fuit a Domino Gregor. decimo, qui Pontifex ipsum recipere Cardinalatum, & Episcopatum Albanensem coegit. Imposuitque vt Concilij negocia ipse dirigeret. Sed curiosi quidam nos impugnare non cessant, quærentes, cur Bonauentura Archiepiscopatum recusauit, tamen Cardinalatum acceperit? Ad quod respondemus, quòd potuit esse, quòd Gregorius decimus pręfatus eum obedientia vel aliqua forti persuasione induxit vt Cardinalatum susciperet, quod non fecit Clemens, dum ei Archiepiscopatum cõtulit, & vt scribitur in capitul. Nisi cum pridem, de renunciatione. Tunc in te veram humilitatem custodiẽs, cum per eam locum sublimen effugies, & per obedientiam non dimittes. Itaque non sine humilitate maxima & Dei timore, dignitatem Cardinalatus acceptauit. Nam tantæ fuit humilitatis, quòd etiam põtificatus maximi celsitudinẽ adipisci potuisset, ꝙ noluit. Inqt enim Bartholomeus de Pisis in libro conformitatum, ꝙ post mortem Clementis cum per plures menses Cardinales in electione Papæ conuenire non possent, tantæ opinionis erat apud eos Bonauentura tunc generalis minister, quòd omnes Cardinales vota sua in eum compromiserunt, vt si se vel alium Papam nominaret, illum Episcopi eligerent.

Electio Papę cõmissa est soli Bonauẽturæ.

Ipse vero nominauit Dominum Theobaldum Archidiaconum Leodoniensem sanctissimum virum, qui fuit Gregorius decimus, & multis corruscauit miraculis, & iacet Aretij in Ecclesi. maiori, canonizatus in Ecclesia Aretina. Quare Dominus Bonauentura probatus inuentus est in omni vita sua, & cum plurimũ laborasset pro animarum salute tandem ex hac luce cessit, anno Domini 1274. Aetatis vero suæ quinquagesimo tertio, hora matutina diei dominicæ, tertiadecima die mensis Iulij. Eadem vero die sepultum corpus in Ecclesia fratrum minorum Lugduni fuit. Secunda excellentia Sancti Bonauenturæ dicitur doctrina. Fuit quidem ipse doctor, quod nec minimum haberi debet, cum dicatur extra de hæreticis capitul. cum ex iniuncto. Doctorum ordo præcipuus est in Ecclesia Dei, & de doctoribus scriptum est. Qui ad iustitiam erudiunt pluri- Dan. 12.

plurimos, quasi stellæ fulgebunt in perpetuas æternitates. Doctoribus insuper diuinarum scripturarum aureola danda est, vt doctores in quarto ponunt, & Albertus in compendio Theologiæ. Doctrina ergo domini Bonauenturæ magnum lumen diffudit in Ecclesia Dei propter triplicem illius conditionem. Primo quia fuit copiosa. Secundo quia deuota. Tertio quia fructuosa. Prima conditio doctrinæ Sancti Bonauenturæ fuit copiosa. Multa quidem scripsit laude digna, & legentibus grata. Nam scripsit libellum apologiæ contra Giraldum de Abbatis villa, qui multa falsa de religiosis & religionis statu differebat, qui Giraldus tandem leprosus mortuus est. Scripsit libellum de sex Alis Seraphin, & super Genesim opus, quod intitulatur de septem visionibus, & defensorium religionis, & regulam nouitiorum, & super quatuor libros sententiarum, & breuiloquium, & sermones dominicales per anni circulum, & super quatuor Euangelia, præcipue super Lucam, & de arbore vitæ crucifixi, & plura alia opuscula edidit, inter quæ omnia singularis fuit legenda beati Francisci. Hanc videre voluit vir ille clarissimus, Leonardus Aretinus, vt retulerunt mihi quidam patres conuentus florentini, quam cum diligentissime legendo percurrisset, restituit illam fratribus, asserens quòd in illo dicendi genere nullus esset, qui Bonauenturam posset superare. Secundo doctrina Bonauenturæ fuit deuota, sapida, & vere Seraphica, quæ legentes non solum illuminat, sed inflamat. Nec alitor esse posset, cum de illo in chronicis scribatur. Siquidem omnem veritatem quam percipiebat intellectu, ad formam orationis & laudationis diuinæ reducens, continuo ruminabat affectu. Narratur adhuc de eo quòd dum scribebat legendam Sancti Francisci, quadam die Sanctus Thomas de Aquino accessit ad visitandum eum, & cum familiariter (vt solebat facere) aperuisset hostium cellæ Bonauenturæ, vidit eum orantem ante crucifixum, & in extasi factum, mox Sanctus Thomas dimisit eum, nec locutus est quicquã, sed socio suo dixit. Sinamus sanctum, quia laborat pro sancto, quia scribebat gesta Sancti Francisci, quod ipse Sanctus Thomas sciebat. Tertio doctrina Sancti Bonauenturæ fuit fructuosa, non enim profuit illis tantum qui eum viderunt & audierunt docentem, sed etiam omnibus qui eius scripta legunt, vt patet per experientiam. Tertia excellentia Sancti Bonauenturæ dicitur refulgentiæ. Voluit quippe Deus sanctum istum triplici splendore fulgere. Primus dicitur miraculosæ corruscationis. Secundus solennis canonizationis. Tertius mundialis venerationis. Primus splendor dicitur miraculosæ corruscationis. Fecit quidem Deus meritis eius miracula multa, ex quibus aliqua percurram. Fertur de ipso quòd dum in humanis agebat, tanta ad sacramẽtum Eucharistiæ deuotione mouebatur, ꝙ dieb. aliquib. preter morem eius abstinuit a celebratione. Semel dum deuotus missam audiret, & cũ lachrymis passionem dominicam meditaretur, cum sacerdos celebrans communicare vellet, vna particula hostiæ per se ipsam ad os Domini Bonauenturæ aduolauit, quam ipse reuerenter suscipiens, intellexit timorem scrupulosum circa communionem debite factam fore deponendum. Quædam domina Lugdunensis Simona vocata, cum filium mortuum peperisset, illum ad sancti viri pedes detulit, qui facto signo crucis, viuentem matri dedit. Post mortem eius multa miracula facta sunt ad inuocationẽ eius. Mulier quædam de castro Villano, octo diebus laborauerat in partu, emisso voto ꝙ visitaret sepulchrum Bonauẽturæ mox libera peperit, vnde in patria pia consuetudo inoleuit, vt mulieres laborantes in partu inuocent nomen Bonauenturæ, & sæpissime a grauissimis periculis liberẽtur. Petrus filius Ioannis calzolarij Lugdunensis, claudus dextera tibia, qui longo tempore, sine baculo ambulare non poterat, voto emisso ad Sanctum Bonauenturam, liberatus est. Dux Aurelianensis, alias Orlienz carceratus, a magnæ Britaniæ Rege detinebatur, vbi quartanam cum dolore capitis incurrit, hic audito nomine Sancti Bonauenturæ votum emisit, si liber euadere posset, visitaturum se sepulchrum Ipsius sancti. Immutauit Deus cor illius Regis, & prædictum ducem a carceribus liberatum, liberum abire permisit. Qui etiam a dolore & infirmitate liberatus, mox vt in Gallias rediit, ad sepulchrum sancti deuotus perrexit. Iaccheta vxor magistri Nicolai lepra percussa, inuocato Bonauentura, & pijs votis per illam emissis mundata est. vxor magistri Ioannis Garbreti Regij secretarij hydropica a medicis de sanitate desperata, accedente viro ad sepulchrum Bonaẽturæ sanata est. In translatione corporis eius de Ecclesia veteri ad nouam Lugduni, corrosa reliqua parte corporis Bonauenturæ, caput inuentum est integrum, capillaturam habens, ac labia & dentes, & lingua colorata & integra ac si esset hominis viui. Laodomia vrbeuetana filias fœminas multas parturiens viro suo Francisco Matthæi ingrata erat, tandem suasu cuiusdam magistri Francisci de aquapendente, emisso voto ad Bonauenturam, inde ad paucos dies concepit filium, quem post salubrem partum vocauit Bonauenturam, & cum grandiusculus esset effectus, superueniente peste, qua filię omnes mortuæ fuerunt, hic ad inuocationem crebram Bonauẽturæ pestis periculum euasit. Sunt & alia huius sancti miracula quę omittimus, ne tedio & prolixitate rerũ audientes afficiãtur. Secundus splendor dicitur solennis canonizationis. Non desunt plerique sublimitatem huius sancti volentes minuere, ex eo quòd Sixtus Pontifex maximus qui illum catalogo Sanctorum ascripsit, eiusdem fuit ordinis & professionis. Illud idem obijciunt Sancto Vincentio de ordine prædicatorum, quòd scilicet Calixtus illum canonizauit, quia eiusdem ciuitatis fuerat & patriæ. Ac etiam Pius sanctam illam gloriosam Catherinam de Senis propterea canonizationis decorauit honore, quoniam ambo Senenses. O temeritas malarum mentium, o incredulitas iniquorum hominum, non canonizantur sancti absq; solennitatibus & publicis conditionibus requisitis, non fuerunt prædicti Sancti publicati ex aliqua affectione inordinata pontificum præfatorũ, sed quia inuenti fuerunt digni, vt publice a Christianis colerentur. vt enim habetur in gloss. de reliq. & vener. sanct. in ca. Glorio. Deus. Papa solus habet canonizare sanctos. Primo quia canonizatio est vna de maximis causis fidei, ideo ad Papam referenda, extra de baptismo. capit. maiores. Secundo quia Papa habet iudicare de miraculis fidei. 24. quæstio. 1. cap. quotiens. Tertio quia ad Papam spectat declarare dubia scripturarum, multo fortius dubia Sanctitatis, extra, qui filij sint legitimi. cap. per venerabilem. Quarto ne per multorum Episcoporum simplicitatem contingat populum decipi. Quinto ne in infinitum fieret multiplicatio Sãctorum, & sic tepesceret deuotio, & vilesceret sanctitas. 80. distinc. capit. Episcopi. Papa vero in canonizandis sanctis multa vtitur grauitate, obseruatque tot ac tantas ceremonias, vt patet in dicta gloss. quòd nullus eum de passione reprehensibilis affectionis reprehendere possit. Quacunque igitur requiruntur ad canonizationem Sanctorum, omnia peracta sunt in canonizatione Sanctorum, quos nominauimus. & vt de Sancto Bonauentura dicam, pro canonizatione illius supplicarunt instanter Pontifici Sixto, Imperator Federicus. Ludouicus Rex Francorum. Ferdinandus Rex Siciliæ. Matthias Rex Vngariæ. Dux venetiarum. Dux Mediolani, Dux Calabriæ. Alphonsus Ferdinandi primogenitus. Dux Sabaudiæ. Ducissa Calabrię. Florentini. Perusini, & Balneoregiani. de quorum ciuitate Bonauentura

Digitized by Google

uentura oriundus extitit. Ipsa insuper religio facta minorum id postulauit fidentissime, cum pro viro digno apud Christi Vicarium ex ipsa religione assumptum supplicaret. Cuius etiam totius religio. ex parte hoc assumpsit supplicandi officium, vir ille grauis, integer, & in sacra pagina eruditissimus, ob suorum morum bonitatẽ generalis minorum effectus magister Franciscus Săson, qui Sancti Bonauenturæ cultor præcipuus, & Sixto Põtifici charissimus est, ac Reuerendissimis Dominis Cardinalibus & omni curiæ dilectus, rem hanc diuinam mirabiliter solicitauit ac procurauit, cuius Deus mentem bonam & volontatem rectam prospiciens, exaudiuit preces, & vidit lachrymas ac suspiria deprecantis. Commissa fuit causa, missi ad partes Lugduni Legati, inquisitiones de vita & miraculis sancti diu celebratæ fuere. Tandem commissarij deputati vltimo sunt Reuerendissimi Domini Cardinales Iulianus tituli Sancti Petri ad vincula. Stephanus Cardinalis Mediolanensis & Franciscus de Gonzaga. Interueniẽte ad hęc supplicatione feruenti Reuerendissimi Domini Cardinalis Ioannis de Aragonia, qui a teneris annis deuotus semper extitit ad diuina. Post omnia autem rite peracta secundum patrum sanctiones post relationem tam secretam quam publicam, post ieiunia & orationes, post prælatorum omnium qui in vrbe reperti sunt, exquisitionem votorum. Sixtus Spiritusancto eum dirigente in octaua resurrectionis Domini sanctum Bonauenturam publice in Ecclesia Dei a cunctis fidelibus statuit venerandum. Anno Domini 1482. Tertius splendor dicitur venerationis. Omnis Christiana religio de cętero sanctum ipsum publice venerari debet, cuius meritis poterunt fideles a multis periculis liberari, impetrareque beneficia summi Dei, qui sit semper Benedictus per infinita secula seculorum. Amen.

Bulla de canonizatione Sancti Bonauenturæ.

SIxtus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuã rei memoriam. Superna cœlestis patria ciuitas Hierusalem, cuius participatio eius in idipsum, ita omnium electorum salutatione lætatur, vt quorum prestantiora sunt merita, copiosiora etiam sumant gaudia præmiorum. Quod in excessu mentis suæ positus, Isaias propheta sensisse videtur, cum diceret. Exulta & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui Sanctus. (Esa. 12.) Exultent igitur omnium Angelorum chori, qui de vacuarum sedium habitatione soliciti, conatur de virtute in virtutẽ ad beatas illas mansiones, vnde superbi ruerunt spiritus, humilitate perducere. Exultent quoque omnes animæ iustorum, qui Christi vestigia sunt secuti, atque omnes tam veteris quam noui testamenti fideles amici Dei, qui contemptis huius sæculi vanitatibus, qui concitium numerositate congaudent. Exultet cœlum laudibus, resultet terra gaudijs, quorum sanctorum editio lætitiam habet plurimorum. Vnde enim fidei pietas exigit, et quod pro salute multorum geritur, communibus vbique gaudijs celebretur. Præcipue vero exultet pontificum cœtus beatorum, & sacra doctorum concio, qui fulgent in cœlo tanquam stellæ in perpetuas æternitates, Quos inter sanctus Bonauentura tanquam nouum sydus, (Dan. 12.) ex hac lacrymarum valle ad cœlestem (quę sursum est) Hierusalem, vocante eum Domino migraret, emicuit. Nos autem qui disponente altissimo ad culmen Apostolatus eucčti, Christiani gregis curam gerimus, quem pro debito pastoralis officij iucundo Săctorum collegio conformare vt debemus intensis desiderijs affectamus, Ecclesiæ militanti ꝓ cuius ędificatione & incremento ipsum Bouauenturam in catalogum Sanctorum referendum duximus, haud incongrue dicere possumus. Exulta hodie & lauda habitatio Sion. i. Christiana religio, (Eccl.) in qua tãquam in monte Sion, per veram fidem habitat verus Deus. quoniã magnus in medio tui Săctus. Quippe in medio Ecclesiæ aparuit os eius, & impleuit eum Dominus spiritu sapientiæ & intellectus, & stola glorię induit eum, & coronauit ad portas Paradisi, in qua vna cum Angelis gloria & fœlicitate lætatur. Lętemur itaq; & exultemus, quia cœlestis illa curia ex nobis habet cui sit cura de nobis, qui suis nos protegat meritis, quos informauit exemplis, illuminauit doctrinis, & miraculis confirmauit. Quem Deus dedit cunctis populis in gloriam & honorem, cuius memoria in benedictionem est. Ea nanque de diuinis rebus scripsit, vt in eo Spiritussanctus locutus videatur ita pie, religiose, & sancte vixit, vt scriptis vita congrueret, & quod scribebat doceret exemplo, in quo morum virtus, & signorum claritas ita comperta est, vt congruentibus maximis meritis ac miraculis, veræ Sanctitatis testimonium a militante Ecclesia debeatur eidem. Nam cum in flore virente iuuentutis humanis abiectis illecebris, diuino se addixisset seruitio, religionem beati Francisci (quæ per ardua tendit) ingressus, tam sedula lectione & assidua oratione profecit, vt cum sapiente merito dicere posset. (Sap. 7.) Optaui & datus est mihi sensus. Illuminatus enim ab eo, qui illuminat omnem sensum, qui lux, via, veritas est & vita, paucorum annorum spatio incredibilem est scientiam consecutus. Nec talentum sibi a Domino creditum sudario alligauit, aut terrę infodit, sed vt sapientissimus dispensator in communem vtilitatem conuertit. In celebri enim Parisiensi gymnasio cathedram rexit, vbi abscondita scripturarum enucleans, non solum viua voce profuit multis, sed etiam plurima librorum optimorum, tum in sacris literis, tum in maioribus scientijs monimenta reliquit, quæ essent omni tẽpore posteris profutura. Magnus doctrina, non minor humilitate & vitæ meritis. (Humilitas D. Bonau.) Quem Alexander de Ales, doctor clarissimus (cui se in disciplina sanctus Bonauentura tradiderat) tantæ innocentiæ, ac columbinæ simplicitatis expertus est esse, vt dicere solitus fuerit, sibi videri, ꝙ in eo Adam nunquam peccasset. Magnus etiam in ordine fratrum minorum, cui vnus omnium post Beatum Franciscũ plurimum profuit. Ad eius enim gubernacula vocatus, & generalis minister Domino inspirãte creatus, talem se suis præbuit subditis, vt in illo dominicum (Luc. 22.) illud verbum videretur impletum. Qui maior est vestrum, sit minister vester. Nam sapientia & morum integritate maior, Prælationis officium cum tanta exercuit charitate, (Charitas B. Bonau.) ꝙ sponte humilis nunc doctrina, nunc monitionibus, nunc exhortatione fraterna, nunc ẽt corporali seruitio satagebat, vt bonus Christi miles inferioribus ministrare. Nec solum quæ ab ipso beato Francisco pie, & Sancte fuerant instituta diligentissime custodiuit, sed multa etiam adinuenta, quæ crescente fratrũ numero necessaria videbantur adiecit. Ordinem quoq; ipsum in prouincias custodiasq; diuisit. Magnus etiam dignitate in Romana fuit Ecclesia. Increbrescẽte enim fama innocentiæ, doctrinæ ac prudentiæ eius, a fęlicis recordationis Gregorio Papa decimo ꝑdecessore nostro, ad Cardinalatus est vocatus honorem, vt eius opera in maximis & difficillimis rebus (quæ temporibus illis inciderant) vterentur. In quem Gregorius ipse ob ingentia viri merita nouo est vsus exemplo. Statim enim illi Alban. cõmisit Eccles. quæ non nisi vetustioribus Cardinalibus solet cõmitti. Non fefellit expectationẽ summi Pontificis, ac sacri senatus optimus Deoq; amicissimus vir. Sed in concilio Lugdunen. præsidens, omniaq; ad Dei laudem dirigens, sedatis discordijs, difficultatibusque sublatis, ipsi Ecclesię maximo vsui fuit & orna-

mento Quibus rebus aperte cognoscitur, quod statuit illi Dominus testamentum pacis, & principem fecit eum, vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum. Quem inanis gloria non inflauit, non diuitiæ sinistrorsum egerunt, sed in fide lenitateque perseuerans, pius in deum, in pauperes misericors, iustus in omnes, ita hoc corruptibile corpus exuit, vt cum Apostolo dicere posset. Bonum certamen certaui, cursum consumaui, fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. Qui & si ex sola perseuerantia poterat Sanctus credi. Iuxta illud. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ, subsecuta sunt tamen post vitam multa maximaque miracula, quæ certum sanctitatis eius præbēt indicium, & nos ad ipsius venerationem inducunt, quem Deus meritis præcedentibus venerandum ostendit. Ipse enim Deus omnipotens, vt suæ virtutis potentiam manifestet, & nostrę salutis causam pandat, fideles electos suos quos coronat in cœlis, sæpe etiam honorat in mundo ad eorum memorias signa faciens & prodigia, quo hæretica prauitas confundatur, & fides orthodoxa seruetur. Agimus igitur ipsi Deo quantas possumus gratias, quod nos dignos duxerit per quos hæc canonizatio celebraretur.

1. Timo. 4

Cur autem D. Bonauentura non fuerit canonizatus.

Quæ licet diuinis literarum monimentis extantibus, corruscantibusque miraculis, iam pridem potuerit rite fieri, numquam tamen ante hac vel a principibus, vel ab alijs tanta diligentia fuit petita, Nostro tēpore charissimi in Christo filij nostri Federicus Romanorum Imperator semper Augustus, Ludouicus Francorum Christianissimus. Ferdinandus Siciliæ & Matthias Vngariæ Reges illustres, dilecti quoque filij nobiles viri Alphonsus Calabriæ, Ioannes Mozenico Venetiarum, Ioannes Galeaz Mediolani. & Ioannes Burbom duces insignes, præterea ciuitates Florentinorum, Senensium, Lugdunensium, Perusinum, & quę tale iubar tulit Balneoregium, tanto studio tantaque perseuerentia petierunt a nobis, vt durum & impium putaremus eis in re tam pia resistere, quam etiam Dei monita petere videbantur. Accesserunt assiduę venerabilis fratris nostri Iuliani Episcopi Sabinensis, ipsius ordinis Protectoris, dilectorum quoque filiorum Francisci Samsonis generalis ministri, & Petri de Rodolphis Procuratoris dicti ordinis sacrę theologię professoris preces, qui nomine generalis eorum capituli, id tanquam iustum & debitum reposcebant, legeramus studiosissime sancti huius diuina scripta, quibus (postquam per ętatem aliquid sapere licuit) semper fuimus delectati. Audiueramus quoque ab antiquioribus prefatę religionis fratribus, & grauib. quidem viris, quod & ipsi a maioribus natu acceperant de sanctimonia vitæ eius, constantem famam esse sciebamus de multis maximisque miraculis, nec erat pręterea apud nos dubium, quādo in triumphanti Ecclesia triumpharet in cœlo, & venerationem mereretur in terris. Sed memores nos eundem minorum ordinem ex voto ingressos, in quo diuina assistente gratia in sacris literis & religiosis moribus vtcunque profecimus, eademque Ministeriatus officia exercuimus, atque inde ad Cardinalatus dignitatem, ita vt per consimiles gradus ad Pontificatus culmen subleuatos nos fuisse disponente Domino cognoscamus, per quos ipse Bonauentura Sanctus ad triumphantis Ecclesiæ immarcessibilem gloriam euectus est, ne ad id videremur potius affectione propria, quam debita deuotione moueri, eam adhibuimus diligentiam ac grauitatem, quam rei magnitudo poscebat. Commisimus enim tribus ex venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, vt de veritate miraculorum mandarent inquiri. Cumque vnus ex eis inchoato processu, vt Deo placuit ab hac luce migrasset, alium in locum defuncti subrogauimus Cardinalem, quo etiam decedente, alium substituimus, nec his contenti, cum iam processus ipse pene perfectus esset, & hi qui delegati erant fidelissime retulissent, tamen quia non videbatur in procedendo tanta quanta requiritur obseruata solennitas, illum reiterari iussimus. Demum cum ex vberiori relatione, & side dignorum testium super hoc receptione, compertum fuisset, multa & magna a Deo per ipsum Sanctum miracula fieri, quæ in conspectu multitudinis cernebantur, nos ne Spirituisancto resistere videremur, qui per os Prophetæ laudare Deum in sanctis suis iubet, in consistorio nostro secreto huius rei causa habito eorundem venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium vota, super huiusmodi canonizatione fuimus scrutati. Cumque omnium vna eademque fuisset sententia, videlicet vt in Sanctorum numero referri deberet, consistorium publicum deinde habuimus, in quo magna multitudine astāte in triduum orationes ieiuniaque indiximus, vt deus omnipotens nobis quod factu optimum in hac re esset, ostendere dignaretur, nec pateretur Ecclesiam suam militantem errare, quæ se triumphanti conformare studeret. Triduo deinde elapso, omnes, qui in Romana curia erant prælatos iussimus conuenire, qui in vnum interrogati, quid faciendum videretur? in eandem sententiam conuenerunt, beatumque Bonauenturam canonizandum censuerunt. Nos ergo Dei nutum & voluntatem sequentes attendentesque iustum ac debitum esse, vt quos Deus honorat in cœlis, nos venerationis officio laudemus & glorificemus in terris, cum ipse potius laudetur, & glorificetur in illis, qui est laudabilis & gloriosus in secula. Hunc diem canonizationis ipsius Sancti Bonauenturæ in medio Basilicæ principis Apostolorum de vrbe, quo maxima omnis generis ordinisque multitudo confluxerat, celebrandam statuimus. Ibi reliquis omnibus legitime peractis, prædictum ordinis minorum procurator, in medio stans dictum illud beati Ioannis Apostoli clara voce proponens, videlicet.

Psal. 150.

Tres sunt qui testimonium dant in cęlo, pater, verbum, & Spiritussanctus, probauit etiam habito super præmissis, processu, ipsis Beatissimæ Trinitatis personas testimonium, quod beatus Bonauentura in cœlo sit, præstitisse, Patrem videlicet in miraculorum potentia, filium in doctrinæ sapientia, & Spiritumsanctū in vitæ ipsius bonitate. Et propterea non solum nominibus omnium qui hanc ipsam canonizationem fieri supplicarunt, sed etiam ex parte indiuiduæ Trinitatis patris, & filij, & Spiritussancti, vt ipsum beatum Bonauenturam Sanctum pronunciare dignaremur, instanter, instantius, & instantissime requisiuit. Confidentes igitur, quod in hac canonizatione non permittat nos deus errare, qui omnia in ea quomodolibet requisita, etiam superabundanter obseruari facimus, & obseruauimus, de eorundem fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, omniumque prælatorum in Romana curia existentium vnanimi consensu, & maturo consilio, de omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, Beatæ memorię Bonauenturā Balneoregionen. sacræ theologiæ professorem, ex gremio sacri ordinis minorum, & ex officio Generalatus in Episcopum Cardinalem assumptum, Sanctum esse ac aliorum Sanctorum dei catalogo ascribendum, adijciendum, & aggregandum fore, ac fideliter firmiterque teneri debere decernimus, ipsumque Sanctorum confessorum Pontificum & Doctorum (quos Sancta Dei veneratur Ecclesia) cōsortio solenniter in pręsentiarum ascribimus, aggregamusq; per præsentes. Statuentes etiam, & mandantes venerabilibus fratribus nostris, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filijs dictorum, ac Patriarchalium Metropo-

Tota semper benedicta Trinitas, Sanctitati D. Bonauenturę testimonium pręstitit.

Diligentia S. D. Sixti Papæ in hoc negocio.

tropolitanorum, & Cathedralium Ecclesiarum capitulis, & quorumuis ordinum tam mendicantium, quam non mendicantium professoribus, necnon quibuscunque ecclesiasticis personis, vt festum ipsius sancti Bonauenturæ secunda Dominica mensis Iulij, singulis annis solemniter & deuote celebrent, diuinum officium veluti pro vno confessore, Pontifice, & doctore, tam publice, quam priuatim (prout contigerit) persoluentes. Dilectis vero filijs fratribus prædicti minorum ordinis, quatenus huiusmodi officium sub festo duplici, & octaua, eo modo quo aliorum dicti ordinis Sanctorum celebrare festa, & octauas consueuerunt, celebrandi concedimus facultatem. Insuper eadem auctoritate omnibus vere pœnitentibus & cõfessis, qui eadem Dominica Ecclesiam in qua Sanctum eius corpus requiescit, deuote visitauerint annuatim, septem annos & totidem quadragenas. his veró qui alijs temporibus in singulis diebus Dominicis centum dies. Illis autem qui Ecclesias Fratrum minorum vbilibet constitutas, tam ipsa die festi, quam in octaua diuinis officijs interfuerint, consimiles indulgentias & peccatorum remissiones, quę in singulis aliorum eiusdem ordinis sanctorum festis ex indultis Apostolicis generaliter promulgat s Romani Pontifices concesserunt, de iniunctis pœnitentijs misericorditer in domino relaxamus, & elargimur. Considerantes præterea, quanta ab hoc ipso sancto Bonauentura ratione scientiæ & sanctitatis vitæ Episcopalisque & cardineæ dignitatis Sancta Romana Ecclesia susceperit incrementa, quantaque idem sanctus cum beato Thoma de Aquino coetaneo, condiscipulo, & conmagistro suo, familiaritatem & spiritualem coniunctionem in hac vita seruauerit, vt quos in hoc seculo fraterna iunxit charitas, & eadem in cœlo præmia consecutos credimus, præsens Ecclesia pari veneretur honore, prędictum festum inter festa sacri palatij Apostolici assumentes annumerantesq; eandem indulgentiam in festo prædicto in Ecclesia Sanctorum Apostolorum de vrbe quę in festo ipsius sancti Thomæ de Aquino in Ecclesia Beatę Mariæ Virginis de Vrbe (Minerua vulgariter nuncupata) habetur, concedimus, pariterq; decernimus fratres minores in alma vniuersitate Parisiẽsi eisdem priuilegijs posse ae debere vti & gaudere, ob ipsius sancti Bonauẽturæ merita, quibus ex Apostolicis indultis fratres prædicatores qui in eadem vniuersitate intuitu & gratia eiusdem Sancti Thomæ potiri & gaudere consueuerunt, & gaudent, aut potiri & gaudere quomodolibet poterunt in futurũ. Quo circa omnes & singulos in dignitate constitutos requirimus, & monemus: quatenus vniuersis & clericis & populis suarum ciuitatũ, diœcesum, & parrochiarum præsentes nostras literas solenniter publicãtes, eosdem hortentur, vt Deum ipsum a quo bona cuncta procedunt, humiliter deprecentur, vt ipsius sancti Doctoris & confessoris Bonauenturæ meritis & precibus exoratus, militantem Ecclesiam, Apostolicam fidẽ, & cunctos Christi fideles a paganorum & aliorum infidelium & hæreticorum tueatur incursibus, & a periculis cunctis semper protegat ac dẽfendat, & illam quam nobis mundus dare non potest pacem, hostium omniũ sublata formidine, firma cum tranquillitate concedat: vtque post huius vitæ militiam depositumque pastoralis officij ministerium, vna cum grege nobis credito ad sempiterna tandem gaudia peruenire mereamur. Demum quia difficile foret literas originales præsentes ad vniuscuiusq; notitiam deferri, volumus ac decernimus, quod earum transumpto sub sigillio generalis ministri ordinis antedicti & manibus duorum notariorũ publicorum debite subscriptis, fides adhibeatur indubia in omnibus & per omnia, & illis vbique stetur, ac si originales literæ huiusmodi essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ constitutionis, ascriptionis, aggregationis, statuti, mandati, cõcessionis, relaxationis, largitionis, assumptionis, annumerationis, monitionis, ac voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romę apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ. 1482. Decimo octauo Calendas Maij Pontificatus nostri anno vndecimo.

Indulgẽtię concessę visitantibus Ecclesiam D. Bonauenturæ Lugdũ. Et alias nostri ordinis in festo eiusdem & diebus dominicis singulis annis.

Festum D. Bonauent. inter festa sacri Palatij aggregatur.

Priuilegia Parisiensibus concessa ob merita D. Bonauenturæ.



SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS,

In speculum Disciplinæ, seu libellum de minimis ad nouitios.

PROLOGVS.

AD HONESTATEM tendentes in primis necessarium habent, vt per exercitium disciplinæ virtutis titulum citius apprehendere possint. Nam vt ait Hugo de Sancto Victore. Vsus disciplinæ ad virtutem animum dirigit, virtus autem ad beatitudinem perducit, ac per hoc (inquit) exercitium disciplinæ esse debet nostra inchoatio, virtutis perfectio, præmium virtutis, æterna beatitudo. Verum qui disciplinam in nouæ conuersationis initio negligit, ad eam postmodum difficile applicatur, & formam quam primo quis recipit, vix deponit. Adolescens namque iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Optima viuendi forma eligenda est, quam reddat assuetudo iucundam. Primus autem ad profectum gradus, defectus cognitio, magnaque omnino prudenti securitas viuendi modum nouisse congruum, pro varia rerum & accidentium qualitate. nec minimum est contemnere minima, quæ non minimam moribus maculam eo turpius neglectu habita ingerunt, quo vitari facilius cognita valuerunt. Proinde qui spiritu Dei aguntur, moralibus documentis intendunt, quæ tamen superbi & fatui cotemnentes, nunc superstitiones, nunc cæremonias vocant, aut certe calumnijs fucatis impugnant. Nec enim stultus verba prudentiæ recipit, nisi ea dixeris, quæ versantur in corde eius. Hic ergo tractatulus per superiorum impositionem exactus, rudi quidem iuxta scribentis ruditatem & intenti exigentiam stilo, ex diminutis quoque ac nudis ob breuitatem, in compactisque interdum, sed congruis pro morum traditione sententijs æditus, nouis Christi discipulis pro aliquali speculo inspiciendus proponitur, vt per pauca sibi proposita, accusationaliter fiant in pluribus cautiores. Da sapienti occasionem (ait Salomon) & addetur ei sapientia. Attendant tamen quædam hic accipienda fore communiter, & magis, & minus, pro loco, & tempore obseruanda, licet non semper pro singulis conditionum modificatio replicetur. Prudens, vt rerum varietas exigit, ita se accommodat tempori, non se in aliquibus mutans sed potius aptans, sicut manus quæ eadem est, cum in palmum extenditur, & cum in pugillum constringitur. Nec moueat, si qua pro iunioribus

In Prologo. Institutionũ. Monasticarũ.

Prou. 22.

Cognitio sui defectus prim⁹ ad profectũ gradus

Prou. 18.

Simile pulcherrimũ.

impertinentia videantur, proinde iunior in his sæpe quæ ipsum excedunt instruitur, vt seniorum se proposito applicans, sit quantum congruit aptior ad agenda, cautior ad cauenda. Prolixitatem forte tetricus, siquis fuerit inspector, causabitur, sed necessariam in expertis dicendorum expressionem aduertat. Nec facile rudes pro quibus est opera, generalibus posse commatibus, id est breuibus & incompletis sententijs erudiri, aut concisis passim proficere paradoxis, vnoque nihilominus nouerit titulo multa quandoque perstringi quã specialem requirerent explicanda tractatum. Duas autem particulas principalem videlicet & incidentalẽ, huiusq; operis series habet. Principalis in duas diuiditur. In quarum prima de præparatorijs ad disciplinam & aliquibus eius effectibus incidenter, in secunda de ipsa plenius tractatur. Præparatoria sunt per modum principij, medij, & postremi. Depositio vetustatis, stabilitas mentis aduersus tentationes diaboli, & subiectionis humilitas, primum præparationem inchoat, secundum continuat, tertium vero consumat. Seruanda erit vbiq; maiorum & minorum paragraphorum distinctio, ad seriei & ordinis euidentiam ampliorem.

Speculi disciplinæ primæ partis principalis, Particula Prima.

De Vetustatis depositione. Cap. 1.

Ephes. 4. DEponẽdus est secundum Apostolum vetus homo, & induendus est nouus. Quod perfecte implent, qui transitorijs abdicatis, nõ solum peccata, verumetiam occasiones fugiunt peccatorum, veteriq; fermento per puram confessionem plenius expurgato, in vitæ nouitate perfecta, soli præeligunt domino militare. In odore igitur vnguentorum Christi, per compendiosam & tutam sacræ Religionis semitam currere cupientes, prius rerum temporalium fasciculos deprimentes abijciant, vt ab omni tam possessione quam cura penitus expediti, Christum dominum expedite sequantur, & non sint ei tentationis occasio vel ruinæ. Quod si ante religionis ingressum non fuerint expediti, post ingressum saltem expeditionem huiusmodi per alias personas vel per literas, iuxta superioris arbitrium, quanta possunt acceleratione procurent, non expectatis opportunitatibus, aut vtilitatibus deceptorijs, quas frequenter diabolus sub specie pietatis suggerit. Summa sit eis vtilitas, vtilitates huius mundi cõtemnere propter Christum, iuxta verbum S. Hier. Nemo renunciaturus seculo, bene potest vendere, quæ contempsit vt venderet. Si habes (inquit) in potestate rem tuam vende, si non habes proijce. Totum Deo dedit, qui seipsum obtulit. Post religionis ingressum, cõtinue debent confessioni faciendæ vacare, & de omnibus quæ in seculo a pueritia commiserunt, ad memoriam quãtum poterunt, studiosa solicitudine reuocatis, generaliter confiteri. Malorum nanque confessio, initium est bonorum. Ordinis ergo status reijcit res, atque reatus.

Nouitius facit cõfessionem generalem.

De constantia mentis, & cautela contra tentationes diabolicas. Cap. 2.

Exodi. 24. QVoniam autem Pharao persequitur Israelem fugientem, & contemptus surgit in scandala, nunc aperte, nunc occulte, sub specie boni periculosius tentans, faciant quod scriptum est. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & prepara animã tuã (Eccl. 2.) ad tentationem. Solent præcipue, vires tentationi præbere, fluctuatio mentis circa propositum ingressuræ vel ingressæ religionis, tarda tepidaq; repulsio, & deiectio spiritus desolat. Ea propter in primis, in proposito sancto cor suum omnino stabiliant, & confirment, ne velut harundo diuersis ventorum flatibus agitati, vacillent. Optimum est (inquit) Apostolus, gratia stabilire cor. Et Prosper ait. Quemlibet hominem donec se in eo quod elegit, certa diffinitione confirmet, velut in quodam deliberationis incertæ biuio constitutum discerpit ipsa diuersitas voluntatum. Virtus (inquit Hugo) hortatur & (Ad Heb. 13.) prouocat, vt diffinitionis ambiguitate deposita, propositum spirituale suscipiat perseueraturum se in suscepti labore propositi, non sua possibilitate sed domini miseratione confidat. Cogitet quanti & quantæ potuerunt, & possunt, quod se posse desperat, vnde illi potuerũt, inde se posse firmiter credat, meminerit illud Apostoli. Fidelis Deus qui vocauit vos, qui etiam faciet, &c. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, current & nõ (1. Tim. 5.) laborabunt, ambulabunt & non deficient. Ad hæc tentationum (Esa. 4.) & cogitationum malarũ viriliter principijs, & absq; moræ dispendio est obstandum. Quod si earũ insultus spiritum inquietent, non solum familiaris confessor, verumetiam fratres alij seniores sunt in adiutorium aduocandi, vt vnius debilitas multorum adiutorio sustentetur. Frater (inquit) qui adiuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. Qui autem vulnus detegere, vel au- (Prou. 18.) xilium petere negligit, sua non immerito negligentia perit. Deniq; cum diabolus serui Dei spiritum per tristitiã deijcere studeat, ipsam si quãdo irrepserit, citius repellẽtes, Christo Domino qui datorem hylarem diligit, in cordis lętitia famulentur, attendentes sollicite, ne de sua vnquam vocatione ingrati, aut tepidi regratiatores appareant coram Deo: vbi sol radiat gratiæ, nubilum turbationis abscedit. Solet in aqua turbida latere piscaturus animam coluber tortuosus. Maximum inhabitantis gratiæ signum, spiritualis lætitia. Porro qui vocantis gratiam non agnoscit, indignum se vocationis fructu constituit. Beneficijs ingratus exhibitis, ineptus efficitur exhibendis. Valet quoque interdum conuersis pro animæ salute mutatio loci. Plerumque enim dũ mutatur locus, mutatur & mentis affectus. Valet pro mentis tentationibus impulsæ præsidio. Valet pro morum citius ac perfectius assequendo peculio, extra cognationem, & patriam, vel ad tempus secedere. Verum quia per se nullo modo sufficerent, ad machinamenta diaboli repellenda, ad Christum propter quem omnia contempserunt, qui est tẽtatorum refugium, & debilium fortitudo, qui se fideliter inuocantibus facit cum tentatione prouentum, vt valeant sustinere crebris supplicationibus & deuotis recurrant: vt qui eos dignatus est, de fornace Babylonis eripere, bonũ in eis perficiat quod incepit. Frequens & feruens oratio dissipat omne malum, ollæ feruenti muscæ non insident.

Quomodo necessaria sit, ad disciplinæ susceptionem, humilitas. Cap. 3.

DEnique quoniã vt ait Hugo, sicut cera nisi prius emolita fuerit, formam non recipit, sic & homo quidem ad formam virtutis non flectitur, nisi ab omni elationis & contradictionis rigore per humilitatem humilietur, necesse habent, qui disciplinæ cupiunt moribus informari, vt humilitatis radicem in corde figere studeant, & tumorem proprię voluntatis presumptionis & irreuerentiæ vitia, quæ a superbia procedere solent, tam in re quam in signo vigilantius caueant, vt humilitas ancillę more, locum præparet disciplinę.

Digitized by Google

De Captiuatione voluntatis propriæ. Cap. 4.

VOluntatem itaque propriam, ingenti curent studio captiuare. Quid enim prodest sub vnius ordinatione viuentibus, ꝙ facultates suas abijciunt si proprias voluntates non relinquunt, cum sit præstantius voluntatibus renũtiare, quam rebus? Tota Religionis perfectio in voluntatis propriæ abdicatione consistit, quare potissimum perfectionis & disciplinæ industrius appetitor; voluntatibus proprijs edomãdis, & Pręsidentiũ nutui subiugandis inuigilat. profectò in duobus erit subiectæ probatio volũtatis, si videlicet in sibi iniunctis deuotè obediat, & in agendis suis, semper habere auctoritatem obedientiæ non omittat. Primi (hoc est obedientiæ) in iniunctis, patet necessitas, patet & meriti magnitudo. Nam quicquid vice Dei præcipit homo, quod nõ scit tamen certũ displicere Deo, hoc omnino sic accipiendum est, quasi præcipiat Deus. Ad meritum etiam melior est obedientia quam victimæ, sanctæque obedientiæ holocausto, nihil Deo gratius exhibetur. Nemo ad perfectionis semitam currendam magis expeditus, quam verus obediens. Quamobrem obedientiæ filij, se totos ad obediendum exponãt, moxque vt prælati vocem audierint quasi diuinitus imperetur, morã pati nesciant, sed relictis omnibus, ad iniuncta quæque fideliter exequenda, prompta deuotione cõsurgant, vt vicino obedientię pede, velut vno momento iubentis vocem, facti exhibitione sequantur. Perfecta obediẽtia sua imperfecta relinquit. Quinimmo, nec bonus obediens verbum expectat, vbi de superioris sibi constiterit voluntate. Illum autem optimum dixerim obedientiæ gradum, cum eo animo opus iniunctum recipitur, quo & pręcipitur: cum ex voluntate iubentis pẽdet intentio exequentis. Nunquam de maiorum sententia iudicent, quorum officij est obedire, & implere quę iussa sunt, deinde si ad profectum volunt obedientiæ peruenire, constanti secum deliberatione proponant, deuote semper ad omnia obedire. Si quid igitur graue vel impossibile forte iniungitur, suscipiant quidem cũ omni mansuetudine iubentis imperium. Quod si omnino suarum virium pondus excedat, impossibilitatis suæ causas, ei sibi præest, patienter, & opportune insinuent, non superbiendo vel contradicendo, vel alias leui murmure resistendo. Si adhuc superior in sua manserit sententia, ita sibi nouerint expedire, & ex charitate de adiutorio Dei confisi obediant. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Qui licet ad patrem pro calicis translatione clamauerit, continuo tamen adiunxit: Veruntamen non mea volũtas, sed tua fiat. Non solum maioribus, sed sibi etiam inuicem obedientiam certatim impendant. Incumbit Christi discipulo, vt omni petenti se tribuat. Exemplo Apostoli, voluntarios se omnium seruos constituant. Sintq; (vt scriptum est) subiecti inuicẽ in timore Christi. Secundi necessitas hoc est obedientiæ in agendis, ne quid videlicet sine obedientia præsumatur, quia simplicioribus forte aliquibus minus patet, aliquanta videtur prosecutione tangenda. Habenda est plane in agendis obedientiæ sanctæ auctoritas, sine qua nec etiam ipsa bona sunt bona. Voluntas siquidem propria, boni virtutem confirmet. Sanctus Bernardus super Cantica ait: Grande malum propria volũtas, qua fit (inqt) vt bona tua bona non sint. Etenim si in die ieiunij mei inueniatur voluntas mea, non tale ieiunium elegit dñs, nec sapit illi ieiunium meum, quod non obedientiam, sed vitium voluntatis propriæ sapit. & subdit. Ego autem nõ solum de ieiunio, sed de silentio, de vigilijs, de orõne, de lectione, de opere manuum, postremo de omni obseruãtia monachi, vbi inuenitur voluntas sua in eo, & non obedientia magistri sui, idipsum sentio, minime prorsus obseruantias illas, & si bonas in se inter virtutes censuerim deputandas. Itaq; noui Christi discipuli semetipsos penitus abnegantes, in agendis suis, id est, in operationibus, locutionibus, & rerum quarumlibet vsu, non propriam voluntatem sed superiorum in omnibus dispositionem sequantur, pro quibus tamen sit specialis eorum licentia, vel assensus habendus, considerari oportet. Et primo circa operationes videndum, ꝙ earum quædam communes seu conuentuales, quædam speciales seu personales esse noscuntur. Specialium enim quædam ad ꝓximum, quędam ad personam pertinent operantis. Pro conuentualibus quæ commune simul attingunt collegium, exequentis non est licentia requirenda, cum ad huiusmodi sit eatenus superiorum licentia, immo impositio generalis, vt ea quæ siue in choro, siue in refectorio, siue alibi modo prædicto, ad vitæ conuentualis cõsuetudinem pertinet, nullus conuentualis, auctoritate propria (præter euidentem necessitatem) licite prætermittat. Inde est, quòd ab officio chori ab aliqua videlicet hora canonica, vel à prima conuentus refectione, aut a conuentualibus alijs quemque absque licentia remanere, vel assistentem recedere, his necdum in collegio consummatis non licet. Pro specialibus ad proximi alterius fratris necessitatem spectantibus, nullum, communis seu conuentualis vitæ consuetudini aut executioni specialiter iniunctorum impedimentum præstantibus nequaquam ad superiores, sicut nec pro communibus, pro licentia dixerim recurrendum, cum secundum Apostolum, alter alterius onera portate, & per charitatem spiritus seruire inuicem debeamus. Veruntamen tẽpore quo conuentualia, vel alias iniuncta fieri debent, non sunt præter licentiam specialia seu gratuita huiusmodi facienda. Illa quoque quę ad quotidiana communium officiorum obsequia, vel ad proximi necessitatem non pertineant corporalem, quale est scribere in quaterno, & alia huiusmodi similia; maxime si occupationem prolixiorem inducunt, agenda sunt de superiorum assẽsu. Pro specialibus ad personam operantis spectantibus, siue ad carnis mortificationem pertineant, vt sunt vigiliæ nimis longæ, vel abstinentiæ singulares, siue ad exercitium spectent operis manualis per se, vel per alium, faciendi licentia quæratur, sine qua religiosus suas singularitates facere non debet, quippe cui, nec corpus suum habere licet in propria voluntate, & quod sine permissione patris spiritualis fit, præsumptioni deputabitur & vanę glorię, nõ mercedi. Nec potest sibi operari pro velitis, siue pro scribẽdo, siue alia faciẽdo, siue in rebus suo vsui deputatis, vt sunt libri; vestes, lecti, & huiusmodi ꝓ alia immutando, Incõgrue quoq; pro vno, res pluribus seruitura mutatur. Fit res frequenter ex mutatione deterior, & qđ mihi studiose coapto, alijs discoapto. Hęc de operibus. Nec tamen negauerim ad minima, seu exilia quædam & vix reputanda alicuius momenti, solum sufficere consensum prælatorum. Circa locutionem hoc teneant, vt coram superiore maxime in capitulo sine eius assensu præhabito, non loquantur. alias de necessarijs & honestis; loco & tẽpore debitis, loqui, prout eis ordinatum fuerit, poterunt inter fratres. Locutio vero cum extraneis, siue sæculares (licet fratrib. obsequentes) siue religiosi quilibet fuerint, fratrib. nouitijs est probationis tẽpore penitus interdicta sine fratre professo, qui omnia loquentis verba, & respõdentis audiat & intelligat, de licentia speciali, sine qua nec ad portam, nec ad extraneos, ipsis indulgetur accessus. Personis tamen hmõi si occurrerint poterunt inclinare, vel si locus, aut tẽpus loquendi fuerit, & non poterint subterfugere bono modo eos breuiter salutare. Si de loquendo secum requiratur

Duo genera perfectę obeditiæ.

1. Reg. 15. & Eccl. 4.

Optimus obediẽtiæ gradus.

Phil. 2.

Matt. 26.

Ephes. 5.

Propria volũtas efficit, vt bona nõ sint bona.

Operationes religiosorum duplices esse.

Gala. 6.

Quænam facere non potest monachus, sine licẽtia.

Non est respõdendũ prælato in cõitate sine licentia ipsius.

ratur ab eis, respondere humiliter debent, se loquendi, aut morandi licentiam non habere. Nulla prorsus alia eorum audiant verba, nec cum eis aliquatenus sedeant, vel vlterius commorentur, sed si locutionum necessitas exigit vel honestas, dicant ad eos, obtenta si poterunt licentia, reuersuros. Valeque recedendo potius faciant, quam morando. De licentia tamen huiusmodi prælato est cautius prouidendum, vel ab ipso tantum, vel ab eorum instructore (qui est eis ad ipso religionis ingressu specialiter assignandus) semper cum præsens in domo fuerit requiratur, ne a diuersis non absque vitandæ confusionis periculo, minus prouide concedatur.

De rerum receptione, distributione, et vsu.

Circa receptionem rerum, distributionem, & vsum, quoniam a superiorum auctoritate dependent, duo præcipue subditis attendenda videntur. Primum vt qui dat aliquid, illud ex officio possit dare. Secundum vt det quidem nõ secundum propriam voluntatem, sed protu sibi a superiore fuerit constitutum. Nec superflue dixerim, ad officium attendendum. Qui enim non habet officium administrationis, nihil alijs debet cõmunicare, vel in fraudem horum dimittere potest. Rursum ipsorum officialium officia sunt distincta. Alijs nanque necessariarum procuratio rerum, non tamen procuratarum est distributio commissa, ab illis autem non est absque licentia recipiendum aliquid speciale. Alijs autem iuxta diuersa rerum officia, communis distributio rerum committitur, ab his communia ipsa (si ordinarie, quãdo scilicet, & vbi, vel quomodo, iuxta sui limitationẽ officij distribuere debent, distribuunt) licite recipi possunt. Qui vero extraordinarie postulat, ad licẽtiam superioris recurrat. Præter communia supra dicta quicũq; rem aliquam occulte sibi superiorum assensu recipit, habet vel vtitur, a religionis delirat licentia, & quicquid habet, male habet.

Quid dicatur proprium.

Porro cũ illud proprium esse dicatur, de quo dispensare licet iuxta propriam voluntatem, omnia assensu alio circunscripto, non pauper, sed dominus reputandus videtur, qui rem quamcunque alijs distribuendo vt libet, sine superiorum auctoritate dispensat. Res sunt quidem communes, sed vsus dispositio pertinet ad prælatos, vt per eorum curam singulis iuxta modum & regulam sibi a sanctis Apostolis constitutam, prout vnicuique opus fuerit, diuidantur.

Actu. 2.

Vsurpatis autem sine licentia rerum vsus, culpabiliter temereque præsumitur, & prorsus illicite vendicatur. Statutum quoque religiosæ mancipationis euadit, qui in vsu proprio rem aliquã siue a parentibus, siue a quibusdam alijs recipit, aut quod maioris est culpæ recepta occultans, superiorum iudicio non exponit. Qui rem sibi collatam celauerit, sanctus Augustinus cum furti censet in iudicio condemnandum. Nulla enim res quam superior nõ dederit aut permiserit, est licita proprium abdicanti. Sunt qui oblata non sibi, sed prælato mox deferenda recipere licitum æstimant, sed regulari priuato receptionem occultam non dixerim esse tutam. In commodandis pro cohabitantium indigentia rebus, non est lex posita charitati. Possum rem fratri petenti exponere concedendam, non tamen impendere vendicandam. Proinde fratres nouitij nullatenus sine licentia, nec a se inuicem, neque a fratre, neque a quocũque homine, rem aliquam, siue tabulas, siue acũ, siue aliquid quodlibet accipere, aut dare attentent aliqua ratione.

Literæ a nouitijs non sunt accipiẽdæ, nec legendæ absq; licentia maiorum.

Sic nec literas ad id missas recipiant, aut aliquo casu receptas aperiant, quæ a portitore, vel eo qui receperit eas, prius debent ad superiorem, vel si superior ordinauerit ad eorum instructorem deferri. Sic nec rem alterius fratris vsui deputatam eo inscio occupare licebit. Genus est furti, & plerunque turbationis occasio, rem fratris vsui deditam, eo si adsit inscio detinere. Potest fidelis seruus & prudens nonnulla pro loco & tẽpore facere, de tacito, vel probabiliter præsumpto superiorum assensu, ad ipsum denique finaliter, acta quæque per ausum huiusmodi relaturus. De cætero quicquid religiosus boni facit, aut dicit, quod suo non nouerit displicere prælato, a veræ obedientiæ merito non fraudatur. Fœlix hæc seruitus, immò gloriosa libertas, quam quis sponte in regiam venditus seruitutẽ, Deum & eius Vicarios potius quam se ipsum, super se regnare constituens, suæ prorsus renunciat voluntati.

De præsumptione tam in re quam in signo. Capit. 5.

PRæsumptionem interiorem, & exteriorem summopere fugiant. Interiorem vt sensum suum sensui non præferant aliorum, nec de bonis sibi a Deo collatis inaniter extollantur, immo in tantum cæteris se inferiores & viliores, ex intimo cordis credant affectu, vt nec se aliquid etiam esse existiment. Nempe secundum Apostolum, qui se existimat aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit. Gala. 6.

Neminem spernant, neminem iudicent, cum frequenter humanum fallatur iudicium. & beato Augustino teste, sæpe species facti se aliter habet, aliter animus facientis. Pie de omnibus quæ occurrerint sentiant, licet rei non intelligant rationem. Omnia peruersæ possunt peruertere mentes. Exterioris præsumptionis & superbiæ notam, in omni actione sua, gestu & verbo summo studio fugiat, quæ humilitatis sunt in omnibus amplexantes. Respectu actionis præsumptionem in officijs & in locis euitent. In officijs prælationis vel ordinis, aut in alijs quæ aliquam videntur superioritatem habere, nihil sibi vsurpent. Liber a culpa non est, qui alienum vsurpat officium. Præsente superiore, vel alio fratre maiore quam ipsi fuerint ordine constituto, ad incipiendum extraordinarie officium, ad benedicendum cibum vel potum, ad dandum fratribus aquam benedictam, vel ad alia huiusmodi se nullatenus ingerant. Ad diuinum quoque officium, nequaquam post seniores, vel alios maioris ordinis gradu promotos, proprio legant intuitu, quoniam quidem nullus omnino in minori ordine constitutus, post alium maioris ordinis permittendus est legere, nisi necessitate cogente, vel legentium ordine permutato, vt in aliquibus festis fieri solet, præterquam in homelia, quantum ad primam lectionem, quam ratione Euangelij Diaconus legere solet. Lectiones autem quæ de homilia supersunt, non sunt ab alijs facile, quam a sacerdotibus præsumendæ. In choro pro dissonantia forte cantantium, vel ob aliam huiusmodi causam, manum ad formam percutere, in mensa ictu cultelli, vel quolibet aliter signum cum sono facere, ab eis tãtummodo fiat, quorum super defectibus chori vel mensæ intẽdere pertinet, nec huiusmõdi facile debent ab alijs vsurpari. Multa tamen sunt superioribus licita quæ reprehensibiliter ab alijs præsumuntur. Adhuc quia nouissimum eligi locum, magister ipse humilitatis hortatur, locis semper nouissimis nouitij gaudeant. (Superstitiose his salua, qui quasi pro communitatis zelo aliud dogmatizat) nunquam in choro vel mensa, vel alibi ad prima se ingerãt loca, sed ad ea potius adeo caute ac sedula si valuerint prouisione declinent, vt nec ab alijs perpendatur. Alias omnino caueant ne congregationis ordinem turbent, & fiant inter alios pro tumultus occasione notabiles. Cauendum proinde, ne dum nimis vitatur præsumptio, inordinationis accedat confusio. Vitanda vbique disconuenientiæ nota, maxime in conuentu. Locus vero superior, ad quem necessitas vel superiorum trahit inductio, præsumptionis vitium non inducit. Porrò molesta est humilitas quæ contentioni deseruit. Si quando iuxta superiorem,

Digitized by Google

rem, vel alios seniores necessario sederint, non se nimis applicent iuxta eos. Iuniori siquidem aliquam a seniore distantiam, reuerētię ritus indicit. Antiquior autem frater in ordine, vel alius in officio præeminens, licet ętate sit iunior, senior appellatur. Aetas senectutis, vita immaculata. Pręsumptionem in gestu, elatum caput, sublimiores oculi, facies vultuosa declarāt. Nam vt ait Prosper. erecta ceruix, & truces oculi, & sermo terribilis, nudam superbiam clamant. Sed & quantum per membrorum ministerium potest deprehendi, prima superbię ostentatio in oculis esse solet, qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabitur: secūdum namq; Euangelium: Si fuerit tuus oculus simplex, totum corpus lucidum erit, contra, si nequam, totum tenebrosum. Pręsumptio etiam gestus, in signis & nutibus frequenter agnoscitur, vt exempli gratia, si quis in choro vel alibi, pro fratrum defectibus satyrice nubilum vultuositatis assumat, vel leui chachinno, idest risu, vel motu capitis, oculorum circumlustratione, narium contractione, labiorum compressione, vel alio quouis modo, defectum fratris tacite arguat, vel subsannet. Si errante in choro vel in mensa lectore submusitet, aut circumspiciat, quasi eum legentis defectus non lateat, quod frequenter solent facere minus docti.

Præsumptionis, atque superbiæ, indicia, atque gestus.

Matth. 6.

In locutione notatur presumptio, si quod dicitur non pertinet ad dicentem, aut dicendi modus aliquem superbię typum prętendat, aut pro loco, tempore, & personis, fuerit a locutione cessandum. Propter primum, humilis frater de alienis factis inquirendis, se nullatenus intromittat, alios fratres docere, regere, arguere, vel eis aliquid imponere non pręsumat; quia hoc esset seniorū vel superiorum officium vsurpare. Superbus autem (vt ait sanctus Bernardus) prima die qua ingreditur habitare, incipit leges dare, potest tamen frater si super aliquo cum iustitia requiratur, petentibus super interrogata humiliter respondere, vel insinuare quod sentit, ita tamen vt contra resistentes, dicta sua pertinaciter nulla ratione defendat, qui etiam alij superioris mandatum insinuat, super aliquo faciendo, mandati auctoritatem cū humilitate proponat, ne quod denunciat, ipse imponere videatur. Si proprium cogatur recommendare officiū, nequaquam imperium imponentis vsurpet, sed id suppleri a socijs obsecratione humili obtineat. Pręsumptionem ergo euitat prudens humilitas, pręsumit tamen interdum humiliter, viscerosa & prouida charitas. In modo loquendi, vitium pręsumptionis innuitur, illud quod dicitur, iactanter, impetuose, clamorose, contentiose, despectiue, vel nimis rigide proponatur, suauiter enim & humiliter est loquendum. Rursus qui tempore, vel loco silentij, aut in superiorum seniorum aut conuentus pręsentia, non comprimit linguam suam, pręsumptuosus & intemperans merito iudicatur. Loqui tamen in medio magnatorum non pręsumas, ait sapiens. Et iterum, In medio seniorum non adijcias loqui hoc pręcipue intemperantię, & pręsumptionis est nota, nouus frater in ordine, vel iunior quispiam, seniore pręsente sine ipsius nutu, maxime coram extraneis loqui, aut respondere pręsumit, nisi ex officio vel commisso habeat prius loqui. Temperantia est (ait Prosper) quod pręstamus loquenti seniori silentium, quod ipsius ad loquendū præstolamur imperium. In præsentia vero conuentus, nullum conuenit loqui sine requisito superiorum assensu, nisi tantum se accusando, vel ad interrogata superioris, vel corrigenti ad mensam breuiter & humiliter respondendo, & vt breuiter voce sancti Bernardi præsumptuosum agnoscas. Prius ait in conuentu residet, in consilijs prius respondet, non vocatus accedit, non iussus se intromittit, reordinat ordinata, reficit facta, vilem se si nō emineat æstimans, & humilē esse inter alios erubescēs, in locis & cæteris quæ honorem redolent, se quibuslibet alijs parisicare contendit, audax ipse ad quęlibet fit frontuosus & impudens, quod est maximum vitium in neophyto & iuuene, religionis confusio, iuuenis præsumptuosus & effrons, reprehensibilis maxime in iuuene præsumptio, quem magis humilitas stabilit, verecundia ornat, venustat simplicitas, timor insignit, & parum officit disciplinæ, cuius initium est. Qui sine timore est, non poterit iustificari.

Præsumptuosæ locutionis, notę.

Eccl. 32.
Exod. 11.

Signa præsumptuosi secundum D. Bernardum.

Eccl. 1.

De irreuerentia. Cap. 6.

IR reuerentiæ denique vitium, est humili Dei seruo vitandum, cum scriptum sit. Cui honorem honorem, & honore inuicem præuenientes. Attenditur irreuerentia respectu personarum, loci sacri, & temporis, officij diuini, & rerum eidem officio specialiter ordinatarum. De reuerentia prælatis aut alijs fratribus, ætatis, aut prioritatis, aut diuturnitatis in ordine, gratia, vel ob sacri ordinis gradum, vel pro vitæ merito exhibenda, Sanctorum dicta patrum, & vera humilitas quæ non solum prelatis & senioribus, verumetiam æqualibus & inferioribus se spontanea subijcit voluntate, plenius docent, & eius oppositum detestantur. non senioribus tantum, immo & omnibus honorem Petrus Apostolus sentiebat exhibendum. Deferre humiliter socijs honorem, charitatis est fraternæ, fomentum: conscientiæ bonæ, illustrisque animi euidens argumentum, vix nisi socio deferas, cum ipso proficies. Est pręcipue conuentui, & superioribus deferendum. Conuentus quidem venerabilis, immo terribilis, vt castrorum acies Christi ordinata. De superiore sapiens ait. In medio fratrum, rector eorum in honore. Istis quanto maior est reuerentia exhibenda, tanto etiam maioris offensæ arguitur irreuerentia circa ipsos. Sane committendo, & omittendo, irreuerentiæ ad ipsos nota contrahitur. Committendo, sic coram eis inordinatum quippiam deliberate attentetur. Vnde non decet, coram conuentu, in claustro vel alibi residente sine debita maturitate & honestate, quantum ad membrorum & habitus dispositionem transire, vel eidem transeunti occurerre, si ab eo valeat commode declinare, aut tumultum facere coram eo. Magnus vtique reuerentiæ cultus conuentuali congregationi debetur, quem qui musitationibus, seu cachinnis, aliave clamoris, vel dissolutionis lasciuia soluere non veretur, aut attrita fronte superbus, qui arctari silentio dedignatur, aut honestatis, aut religionis ignarus liquido comprobatur. quod autem superiore præsente agitur minus religiose vel dicitur, qd eo turpius. propter hoc qui mala in eius præsentia committere non veretur, ipsum irreuereri, & inhonorare conuincitur, magis autem si eum scienter per alicuius insolentiam facti, vel importunitatē verbi, temerario ausu molestet. Immo de necessarijs docet beatus Benedictus, quòd si qua requirenda sunt a maiore, cum omni subiectione, & humilitate reuerentię requirantur, cum ipso autem prelato contendere nefas est, & execranda in subdito irreuerentiæ turpitudo. Denique tam circa prelatos, quam circa alios seniores cauendum, ne in attrectatione, locutione, officiorum recomendatione, ac similibus, aliquid ad eos vel signum vilificationis appareat. Nunquam iunior frater ad senioris fratris caput, aures, vel faciem quasi applaudendo, vel ob aliam quamlibet causam nisi necessariam manum apponat, vel aliter cum eo facto vel verbo, minus reuerenter iocetur. Quando seniores sibi præsentes alloquitur, & si forte aliquando eorum nomen proprium, ipsis quidem ex reuerentia supprimendum necessario nominat, semper tamen cognomen subticeat, nisi propter astantes æquiuocum specificare cogatur. Seniorum auribus no-

Rom. 13. & 14.

Quibus, et qualiter est reuerentia exibenda.

1. Pet. 3.

Eccl. 10.

Irreuerentia duplex.

Honestus habitus, atque membrorū cultus, debetur cōuentui.

Horrendū facinus, cō tendere cū prelato.

Digitized by Google

men eius proprium vel cognomen, nisi ex causa iunior irreuerenter inculcat. Verum licet in vilitatis notam nomen proprium exprimi, ex amore vel reuerentia supprimi scriptura innuente nouerimus, sine vitio tamen palam senioribus ipsis exprimitur, quando irreuerentiæ notam, mós, modus, & congruentia redimunt. Sæpe qđ erat incongruum, necessitas, gratia vel consuetudo conuertit. Sapii & vitium, si ad te verbo vel nutibus superiorem accersis, ad quem est tibi facilis, aut liber accessus. Honestius enim ad eum cui reuerentiam debes tu accedis, quam ipsum ad te accedere facis. Nullus etiam frater est puro nomine appellandus, sed proprio nomini apponendum est semper religiosæ prænominationis insigne. Sed nec solo cognomine, vel nomine patriæ, puta Lombardus, vel Gallicus, frater est aliquis nuncupandus. Ad hæc humilia & laboriosa officia recommendare, coæqualibus & iunioribus maxime conuenit. Quod autem suum quisque officium suo duntaxat compari, vt accolitus accolito, subdiaconus subdiacono, & sic de alijs, recommendet in officio specialiter diuino locum habet, vbi personarum nō quidem acceptio vitiosa, sed ordinata discretio, iuxta cuiuslibet statum, & ordinem est habenda, ne ordinum (sancita patrum auctoritate) distinctio confundatur, propter hoc & si cantoris officiū ad fratres nouitios nullo modo pertineat, si tamen ad hoc per superiorem cogantur, caute prouideant, quod lectiones, responsoria, & antiphonas, distribuant ordinate, ordinum gradibus obseruatis. Primas antiphonas maioribus, prælato vel hebdomadario, vel seniori alicui sacerdoti, vel quando mos habet minoribus, in vesperis nocturno, & laudibus offerentes, deinde post vnum vel dūos si oportuerit fratres gradus eiusdem, ad alios ordinate secundum gradus ordinum processuri. Nec facile diuersorum in ordinibus graduum, fratres combinent, aut minora officia in maiori ordine constitutis imponant. Prius quoque ordinatos, alijs præferendos, iura decernunt. Si præordinationi totius defuerunt, ordini tamen semper deferre non omittant. Nunquam ordinum confusionem in choro religionem putent, cum id magis abusionem irreuerentiæque obnoxium, esse constet. omnia (inquit) Apostolus, honeste & ordinate fiant in vo-

1. Cor. 14. bis. Et in Paralip. de ministris Domini dicitur, quòd sta-
2. Par. 30. bant secundum ordinem suum in ministerio. Siquis sedilium chori duntaxat ordinem, sine alio personarum delectu, in huiusmodi æstimat obseruandum, penset si a carpentarijs constructus lignorum ordo in sedibus, sit ordini præferendus Ecclesiastico. In personis seruandum in Ecclesia ordinem, decreuit auctoritas, æquitas, & honestas.

Irreuerentia quę per omissioné fit.

Omittendo notam irreuerentiæ quis incurrit, quando senioribus, & maxime prælatis, honorem vel obsequium debitum, aut in obsequio ipso negligit reuerentiam exhibere, aliquave hoc potius expressione patebūt. Honori quis detrahit si eis humiliter non assurgit, vel eis astantibus ipse sedet, si deficientibus in choro, vel alibi sedibus, locum eis non offert, si eis in choro, in mensa, in sedendo, eundo, & huiusmodi, si commode potest, non cedit, obsequio detrahit, si hæc eorum personis, quando palam egent non exibet. Si eis in aliquo humili, vel laborioso officio in sui præsentia occupati se ad faciendum vel coadiuuandum non exhibet, si quod ad se ex officio pertinet, eis faciendum dimittit. Expedit itaque vt iuniores fratres senioribus fratribus humiliter deferentes, eos in his, quæ pure sunt oneris non honoris agenda siue ad officium diuinum pertineant, siue ad alia humilitatis officia studeant præuenire. Ad prouidendum de lumine, ac libris in choro, & extra, ad officium Beatæ virginis quantum ad inuitatorium, & lectiones cum plane dicuntur, officium quoque mortuorum quantum ad primas lectiones, nec non ad horarū versiculos, vbi ad hæc dicenda præsens non fuerit specialiter aliquis assignatus, ad offerendum aquam pro manibus abluendis, ad leuandum mensas finitis gratijs, & ad ministrandum celebrantibus & altari, quotiens necessarium fuerit ex officio suo, siue in minoribus, siue in sacris fuerint ordinibus constituti soliciti sint, & prompti, nec illa aut similia senioribus facienda derelinquāt. Erubescat Diaconus vel Subdiaconus vacans & obtendens officium, quod apte potest dimittere, vel differre, sacerdote ad missam vice Diaconi, vel Diacono pro Subdiacono ministrante. Nec magnū est si hebdomadas casu continuet. Grauiora passim continuātur officia. Debetur cuilibet ordini gradus suus, nec confundendi sūt huiusmodi gradus, nisi forte aliud congrua interdum causa deposcat. In obsequijs eorum maxime, qui vice Christi nostrarum sunt animarum custodes, non est reuerentia omittenda per capucij abstractionem, dum eis ministramus, aut loquimur, quæ per humilem corporis inclinationem pro loco, & tempore, vel alias per humilem obsequendi modum ostenditur. Superbus autem, vt ait Prosper, non obseruat in obsequijs reuerentiam.

Stoliditatis notæ.

Stolidis quibusdam decretum est nulli deferre, discretionem personarum & graduum non curare, curantibus nunc adulationis, nunc acceptionis personarum crimen impingere, & ad modum confusionis amici, vt superioribus de superbia caueant, sibi non cauent, Fedum enim irreuerentiæ vitium, pro religione ostendunt. Humilitatem maioribus exhibendam, Euangelij sanctio, & professio nostra commendat. Nusquam tamen vt recolo, superbiam alijs, seu temerantiam paritatis vsurpationem indulget. Seniorum est vtique vt humiliter sentiant, venerationem non appetant, humiles se alijs ac sociales exhibeant. Sapientis est consilium, quanto magnus es humilia te in omnibus. Ecel. 3. Sapientię vero pręceptum, qui maior est vestrum, fiat sicut minor. Et Pe- Mar. 10.
trus cum dixisset. adolescentes subditi estote senioribus, 1. Pet. 5.
Pro vtrisque intulit. Omnes inuicem humilitatem insinuate, cęterum cum omni indifferenter personæ, humilitas sit quędā turris fortitudinis a facie inimici. nescio quo pacto tamen vis eius maior est in maioribus, & clarioribus clarior comprobatur.

Irreuerentia in Ecclesia, vel Altario.

Porrò non solum respectu personarum, vt dictum est, verum etiam respectu loci, vt est Ecclesia, maxime circa altare irreuerentia est vitāda. Circa altare, vt cum ad ipsum acceditur, maturior & humilior gestus accedentis, & maxime ministrantis deuotionem ostendat, nec aliquis cum impetu, vel inhoneste accedat. In Ecclesia verò cauendum, ne quamuis extra canonici tempus officij, loquēdo vel ridendo, vel aliquo quouis modo minus honeste aliquid fiat. In aulā Regiam ingressurus ait Sanct. Chryso. oculis, incessu & habitu te cōponis, & in Ecclesiam ingressurus, quę vere est aula Regia rides? Est etiam sacro tempori, hoc est Dominicis diebus, & solemnioribus deferendum, vt in eis a communi operum occupatione cessetur, & diuinis officijs attentius insistatur.

Festorum dies reuerenter colendi, transigendiq; Lib. insti. Monasti. c. 4.

Nam vt ait Hugo, Festi dies aliud studium, & alium modum conuersandi exigunt, atque alium hi in quibus licet operari exposcunt. In illis (inquit) nos oportet, ad celebranda misteria diuina deuotius intendere, atque in orationibus diutius perseuerare omnem denique actum & omnem motum cordis pariter & corporis, diuino ministerio mancipare atque vt ita dicam quadam conuersationis nouitate festos dies honorare. In cæteris verò diebus, in quibus operari licet, nullus omnino ociosus apparere debet. De irreuerentia in diuinis officijs, & rebus ad ea spectantibus euitanda, infra per reuerentiæ positionem agetur.

Digitized by Google

PARTICVLA SECVNDA

De disciplina in generali. Cap. 1.

DIcto de præparatorijs ad disciplinam, & aliquibus eius effectibus incidenter, sequitur vt de ipsa plenius exprimamus, quæ vetustate deposita, animoq; contra hostis insidias stabilito, super radicem humilitatis consurgit. Primo in generali quid sit, quæ sit eius vtilitas, qualiter ad eius perueniatur notitiam, & de ipsius custodia, deinde in speciali dicamus.

Quid est disciplina.

Disciplina est vt ait Hugo, conuersatio bona & honesta, cui parum est mala non agere, sed etiam in his quæ bene agit, per cuncta irreprehensibilis apparere. Item disciplina est omnium membrorum motus ordinatus, & dispositio decens in omni habitu & actione. Audistis (inquit) disciplina quid sit. Nunc attendite quam vtilis & necessaria quid sit.

Quam sit vtilis.

Disciplina est, malorum desideriorum carcer, frenum lasciuię, elationis iugum, quæ domat intemperantiam, leuitatem ligat, & inordinatos motus mentis suffocat. Sicut enim de inconstantia mentis nascitur inordinata motio corporis, ita quoq; dum corpus per disciplinā stringitur, animus ad constantiam solidatur, & paulatim intrinsecus mens ad quietem componitur, cum per disciplinæ custodiā, mali motus foras fluere non sinuntur. Sed qui statum mentis perdit, subsequenter foris in inconstantiam motionis defluit, atq; in exteriori mobilitate indicat, quòd nulla interius radice subsistat. Vnde per Salomonem dicitur. Homo apostata vir inutilis, grandi furore peruerso annuit oculis, terit pede, digito loquitur.

Prouer. 6.

Scietiam quæ ad institutionem recte & honeste viuendi pertinet, multis modis hominem colligere, & comparare sibi oportet; partim ratione, partim doctrina, partim exemplo, partim meditatione sanctarum scripturarum, partim assidua inspectatione operum & morum suorum, hoc nouissimum maxime fortassis præ cæteris necessarium, vt sic. s. homo in omnibus operibus suis, sit circunspectus & prouidus, & quotidiana discussione cogitationes, locutiones pariter & facta sua, apud semetipsum examinet.

Examinandi sępius actus, et mores, ei qui velit in bono proficere.

Sapientes semper quippe agendo discunt, & per exercitium bonorum operū, quotidianis profectibus maiorem virtutis agnitionem excrescunt. Per experientiam namq; eorum quæ faciunt, ad ea quæ postea agenda fuerint cautiores fiunt, & quamuis in nullo loco disciplinam suam homo deserere debeat, diligentius tamen & magis solicite ibi est seruanda, vbi neglecta, generat scādalum, vel custodita bonę imitationis exemplum. Hinc discernendum erit, quæ sint illa quæ in disciplina custodienda nunquam intermitti, & quæ rursum illa sint quę pro loco, & tempore, nunc intermitti, nunc exerceri volunt. Sæpe tamen etiam illa quæ in publico necessaria sunt, prius in secreto exercitationis vsum exposcunt, quā & si prorsus in occulto negligimus, vti postmodum eis dum opus est in publico non valemus, & tunc aut prorsus a disciplina deficientes intuentibus scandalum facimus, ant inepte id quod in nobis non est, simulare conātes, irritionem excitamus.

De disciplina in speciali. Cap. 2.

IAm de disciplina in speciali inter fratres & extraneos seruanda. videndum. Inter fratres primo de disciplina circa spiritualia quædam, deinde circa corporalia. Circa spiritualia vero, primo quantum ad monitionem mali, & quantum ad positionem boni.

Disciplina remouens malum.

Quo ad amotionem mali, erit primo de disciplina circa conféessionem priuatam, deinde circa publicam attendendum, & cum disciplina per Hugonem, vt dictum est, bona & honesta conuersatio describatur, in dicendis de ea ad bonitatem simul, & honestatem, considerationis est oculus dirigendus.

De disciplina circa confessionem priuatam. Cap. 3.

DE quotidianis offensis sine quibus hæc vita non ducitur, facienda erit confessio, de priuatis priuata, de publicis publica, & nihilominus quandoq; priuata.

Circūstantię in confessione priuata seruandę.

Attendendum de confessione priuata, quibus, quotiens, quando, & vbi fieri debeat, & quæ sit circa eā nouis fratribus disciplina seruanda. Debent superiori, vel si ipse ordinauerit instructori suo & non alij, nisi in eius absentia ei tantum quem superior, vel instructor, de superioris assensu eis duxit assignandum, tribus vicibus in qualibet hebdomada, vel pluries secundum q̄ necesse habuerint, indicto sibi tempore, & loco pro sacramenti reuerentia cum diligentia confiteri. Nunquam eis placeat vicaria in confessione confessoris mutatio, vt nunc vni confiteantur nunc alteri, quin potius si quādo id cogat necessitas, notabilia deinde ad principalem referant confessorem. Causa tamen deuotionis, eadem pluribus possunt confiteri. Aliter non est conscientiæ ordinatæ, seu puræ varios quærere confessores, fit tamen salubriter vt cui de peccatis præteritis semel generaliter quis est confessus, de quotidianis etiam confiteatur, vel nouo si hęserit curatori suorum denuo vulnerum, perfecte aperiat corruptelam. Disciplinam circa confessionem discretio, puritas, & reuerentia probant. Habeant discritionis cautelam, vt antequam ad confessionem accedant, diligenti super confitendis consideratione præhabita, offēsas prius suas speciales deinde alias seriatim, & breuiter sine culparum & verborum replicatione inutili prosequentes, confessionem suam sub prima & vltima culpę nominatione concludant. Aliqua tamen deuotioni interdum, vel conscientię replicatio indulgetur. Sit & pura confessio vt confiteatur simpliciter & deuote sine excusatione, sine accusatione, sine nominatione alterius, de quibus conscientiam habuerit remordentem. Nec specialia passim sub generalitate pertranseant. Tentationes suas, & cogitationes malas nulla rōne occultēt, non contemnant modica, ne paulatim defluant ad maiora.

Simile perpulcrum.

In domo namq; q̄ subintrans radius Solis illuminat, quantumcunq; fuerit præmundata, athomi nihilominus diligentius intuenti apparent, sic & cor radijs gratię illustratum etiam minima videt, ac vitiorum laqueos subtili examinatione discernit. Quanto quis fuerit mente purgatior, tāto se sordidiorem videbit, & maiores causas humilitatis inueniet. Deponendæ tamen sunt scrupolositates quędam superfluæ, quæ conscientiam in erroris confusionem inducunt. Reuerentiam non solum interiorem verumetiam exteriorem, decet cōfitentem habere, vt sun deferens confessori, se illi siue in eleuatione capitis, siue in alia corporis dispositione (si commode vitare poterit) non coęquet, sed flexis genibus dum confitetur, nudato ac dimisso capite, sit humiliter coram eo.

De disciplina circa confessionem publicam. Cap. 4.

OFfensę publicę, publicam (vt dictum est) confessionem requiriunt. Circa quam attendendum est, vbi, de quibus, & qualiter fieri debeat. Confessionem huiusmodi facere debent, vt coram superiore in capitu. professorum si adesse liceat, & sit moris, aut coram instructore suo, quando tenet eis capi. separatim, vt alibi priuate coram aliquo, vel aliquibus si priuate offenderint coram eis. Ante omnia si perceperint se facto vel verbo, aliquem vel leuiter offendisse,

ante

Digitized by Google

ante comeſtionem, vel ſomnum eum humili ſtudeant ſatisfactione placare, & in petitione veniæ præuenire ne alius præueniens de manibus eorum humilitatis mercedem ſubripiat. In cap. profeſſorum ſtatim poſt pretioſa recomandationibus factis, ſe de manifeſtioribus & maioribus offenſis accuſent. Deinde ipſum capit. in ſimul exituri, & ad locum ſibi determinatum, ad quem non ſit ſecularium acceſſus ituri. Mos tamen iam apud multos proinde obtinuit, fratres nouos in cap. ſatisfacere profeſſorum, ſed pro eorum offēſis ſuus ibidem proclamatur, ſeu præmonetur inſtructor. In ſecundo cap. videlicet inſtructoris, quod dēt eis tenere duab. vicibus, vel pluries, ſi ſuperiori videbitur in qualibet ſeptimana, ſuper prædictis ſatisfaciāt, ſi in primo c. non fuerit ſatisfactum. Alioquin ſuper notabilibus, & apertis (iuxta eiuſdem inſtructoris monitiones) offenſis, & negligentijs ſe accuſent. Qui ſuper his de quibus ſibi expedire videbitur, eos charitatiue corripiens, prout cuiuſq; moribus videbitur expedire, ſalutaribus debet inſtruere documentis: conſiderans diligenter vtrum Deum quærant ex animo, ſi ſint ad orationem vigiles & ad diuinum officium ſolicitii, ſi ad iniuncta faciles, et deuoti, ſi ad correctionem & opprobria patientes, vt ſic de moribus eorum, & propoſito habeatur plenior certitudo. Matrem ſe illis in lenitatis dulcedine, patrem in correctionis cenſura exhibeat. Sit ſeuerior iudicio quam ſermone. Qui dulcis eſt eloquio, maiora reperiet. Nec oportet quòd eis pœnitentiam coram toto conuentu publice faciendam, ſine conſcientia ſuperioris imponat. Poſtremo vt diſciplinato, & debito modo fiat huiuſmodi confeſſio, debent circa eam honeſtatem, cautelam, & humilitatem ſeruare. Honeſtatem, vt culpæ narrationem nudo capite, & non ridendo, non circunſpiciendo, aut cum manu aliquid faciendo, ſed iunctis manibus potius, vel aliter honeſte diſpoſitis exequantur. De cautela, dictum eſt in cap. præcedenti quam in hoc præcipue habeant, vt ſe paucis verbis expediant, & in culpa ſua nullum alium, quam ſeipſos inuoluant, quod & cautelam, & puritatem concernit. Humilitatem habere debent in geſtu corporis, & in verbis. In geſtum quidem, vt ad terram (iuxta fratrum conſuetudinem) ſe proſternant humiliter. In verbis autem, vt verba ſubiectionis, & pœnitentiæ nullam ſint omnino notam ſuperbiæ, vel impatientiæ, continentia. Quando in capit. vel extra nimis auſtere, vel minus iuſte ſuper aliquo arguuntur ſuo iudicio, non turbentur animo, ſed potius pro fratrum diligentia circa ipſos, qui quos amant arguunt & caſtigant, & exercitio virtutis oblato, in Domino gaudeant, & exultent ad verba, & verbera propter Chriſtum gratanter, & humiliter parati ſuſtinenda, & licet fratres profeſſi, aliquando propter infirmos prouide duxerint abſtinendum, ne pro qualibet offenſa reprehendat eos indifferenter, aut nimis ſuperbe; quamuis pie, vt ſi quid in eis reprehenſibile viderint, ſuo conſultius denuncient inſtructori. Ipſi tamen fratres nouitij, ab omnibus corripi & ab omnibus erudiri affectent. Qui non vult corripi, non vult corrigi, ait quidam. Admoneberis (inquit) libenter, reprehenderis patienter. Probata ſi quidem patientiæ virtus, reddet eos Deo, & fratribus gratioſos. Culpam ſuam nullo modo defendant. Nimirum (vt ait beatus Gregorius) quæ defenditur culpa, geminatur. ſed ſi ſentiunt ſe immunes, ſatisfactione ſemper quamtuncūq; fuerint innocentes humiliter præoblata, poſſunt innocentiam ſuam cum reuerentia tamen corripienti oſtendere, ſi requiſiti fuerint, aut permiſſi. Vnde Sanctus Franciſcus. Beatus ſeruus, qui non eſt velox ad ſe excuſandum, & humiliter ſuſtinet verecundiam, & reprehenſionem de peccato, vbi non commiſit culpam.

Monachalis vſus id obſeruat ſed minorum fratrum alius eſt mos.

Defectuū recognitio publ. quomodo facienda.

Dictū notabile, Beati P. noſtri Franciſci.

De diſciplina quoad poſitionem boni. Cap. 5.

CONgruit iam de diſciplina, quoad poſitionem boni, aliquid tangere. & primo de diſciplina circa informationem cordis, ad quā eſt lectio illuminans intellectum, & oratio accendens affectum. Secundo circa exercitationem, ad quam diuinum ſpectat officium. Tertio circa exercitationem operis, ad quam ſpectat altaris miniſterium.

De diſciplina circa cordis informationem, & primo de oratione. Cap. 6.

INſtent orationi frequenter, non ſolum in oratorio, verumetiam vbicunq; fuerint, cum ipſi ſint templū Dei. Aut certe in lectis, occulte ac ſine perceptibili ſibilo. Quippe tanto ſecurior, quanto ſecretior exiſtit oratio. & quaſi cap. ſibimetipſis tenentes, in quo proficiant, vel deficiant, quotidiana ſecum diſcuſſione perquirant. De uocatione ſua, & innumeris bñficijs Saluatoris gratias ei debitas tota mentis deuotione ſoluentes, quod inchoauerunt bonum, ab eo perfici inſtantiſſima oratione depoſcant. Nec ſolum pro ſe, verumetiam pro alijs tam viuis, quam mortuis orent, & quaſi quoddam memento ſibi conſtituant. Poterit oraturus primo de laude Dei incipere, hinc impenſa ſibi beneficia memorare, deinde neceſſitates quas patitur, & defectus exponere, poſtremo humiliter poſtulare. Ordo tamen & modus quem Spiritus ſanctus ſuggerit, eſt ſeruandus in oratione, & qui affectui magis ſapit. Ad orandi ſtudium, meditatio prouocat, & informat. Hugo dicit. Sic orationi ſancta meditatio neceſſaria eſt, vt omnino perfecta eſſe oratio nequeat, ſi eam meditatio non comitetur, aut præcedat. Nā & hi qui mala ſua conſiderare negligunt, aut nihil petendo, facile per ignorantiam falluntur, aut certe minus, quam oportet digne petendo, per deſidiā tepeſcunt. Quanto homo magis mala ſua intelligit, tanto amplius ſuſpirat & gemit. Primum ergo neceſſe eſt, vt ſi prudenter & vtiliter Deum orare volumus, animum noſtrum iugi meditatione exerceamus, & in conſideratione miſeriæ noſtræ diſcamus, quid nobis neceſſe ſit petere, & in conſideratione miſericordiæ Dei noſtri, quo deſiderio debeamus poſtulare. Iſtis duabus alis, ſcilicet miſeria hominis, & miſericordia Dei Redemptoris oratio ſubleuatur. Sit aūt ſemper deuota, quæ opportunitate iuuetur, frequentia foueatur. Deuotionem intentio, diligentia, puritas, & affectio probant. Tota mentis intentio a curis exterioribus reuocata, orationis vigilantiæ eſt applicanda, ne aliquid aliud præter id ſolū quod precatur, animus cogitet. Vnde Iſidor. Non eſt labiorum, ſed cordis oratio. Dum orant ſic ſemetipſos conſiderent, tanquam præſentatos Domino maieſtatis. Negligentes autem orationes, nec ab ipſo homine impetrare valent quod volunt, & non in multiloquio, ſed in puritate cordis, & compunctione lachrymarum, nos exaudiri ſciamus. & ideo breuis debet eſſe & pura oratio, niſi forte ex affectu inſpirationis diuinæ gratiæ protendatur. Quanto vero timore, feruore & reuerentia ſit Domino ſupplicandū, inſinuauit qui docuit nunquam ſine gemitu eſſe orandum. Oportunitas loci, & tēporis, quietis motuum internorū, diſpoſitæ affectionis & otij ad orandum non tranſeat otioſa. Qui opportunitatem deſerit, opportunitas eum fugit. Iſidorus. Oratio priuatis locis oportunius funditur, cum Deo tantum teſte depromitur. proderit ergo aliquando ad obtinendam cōpunctionem, ſi ita ſe moti fuerint, vt puras manus ad cœlum leuando, etiam ſuā interdum audiant vocem. Nonnunquam etiam ad ſubleuandam intentionem in cœlum ſuſpiciant, vt corpus pariter & animus tendatur ad Dominum, & ibi ſit cor vbi eſt theſaurus ſuus Dominus Ieſus

Orationis methodus ac pulcherrima forma.

Orationiſ alæ binæ.

Gemitus ſit orationis indiuiduus comes.

Tẽpus ad orandum opportunum, atq; præcipuũ.

nus Iesus Christus. Cæterum mane, & vespere tempus est orationis opportunum, quod penitus peculiari vacaturum ocatione si vacat, culpabiliter præteritur. Maxime aũt cũ profundũ nocturnus sopor indicit silentium, tunc plane liberior erit puriorq́. oratio, nullo tunc turbata clamore, nulla aspicientis laude tentata. Sic mentis trãquillitas, & quedã spontanea quandoq; animi promptitudo, immo inspiratio, quę se offert, otijque libertas, non innoxie negligunt, quæ & iam si defierint, labore sunt quodam ac studio comparanda, psalmorum, hymnorum, sanctarum meditationum, & genuflexionis instantia, deuotionis est spiritus exercitandus. Otium si desit, sicut ad cibum corporis, ita quoq; ad refectionẽ animæ est vendicandum. Sicut. n. carnalibus cibis alitur homo exterior, sic deuotis orationibus homo interior pascitur, & nutritur. Porro deuotus quisq; vix opportunitate fraudatur. Deũ. n. quem ex animo quærit vbiq; inuocans inuenit. ignauus aũt & tepidus nec in ipso valet oratorio orandi affectũ inuenire. Plorat in cõuiuio Madalena, nec etiam præsentia eam impedit conuiuarum. In ipso autem templo desipit ipse Pharisęus. Est autem frequenter orandum. quia oratio est hostis flagellum, peccatoris subsidium proximi solatium, Dei sacrificiũ. Frequens oratio vitiorum impugnationem extinguit, in oratione datur voluntas bona. oratio grandis est munitio animę. Quamobrem post horas canonicas, antequam oratorium exeãt, aliquid laudis, vel orationis gratuitum Deo munusculum offerant, quem frequẽter per negligentiam, in officij debiti exhibitione offenderunt. Assuescant huic consuetudini sanctæ frequenter insistere, & constanter, motusque animi refugos discant Deo, vel paululum applicare.

Deuotionis spirit᷒, quomodo excitetur.

Luc. 7.

Luc. 18.

Orationis vis, eiusque vtilitates.

De diuino officio addiscendo. Cap. 7.

Animæ pabulum, lectio sacra.

LEctionibus quoque diuinis est anima nutrienda, ideirco illis qui primo circa diuinum officium addiscendum, prout infra dicetur, extiterint diligenter per instructionem imbuendi: scriptura est aliqua ex sacra pagina ad morum informationem conueniens prouidenda potius, spiritualis consolationis habendę, quam studij gratia. Nouorum studium fratrum in orationis instantia, in diuini exercitio officij, & fratrum obsequijs maxime debet esse. In lectione itaque si qua sibi permitti contigerit, non magis quærant scientiam, quam saporem. Hauriendus est sæpe de lectionis serie affectus, & formanda inde oratio, quæ lectionem aliquando interrũpat, hoc. n. modo diuina lecta lectio, confert intelligẽtiam salutarem & scientia quæ pro virtute despicitur, per virtutem postmodum melius inuenitur. Certis autem horis certæ lectioni vacandum est. Fortuita lectio, & quasi casu reperta non ædificat, sed reddit instabilem animam. Cæptis est ingenium immorandum, & assuefaciendus est animus. Fastidientis est stomachi, multa degustare. De quotidiana lectione, aliquid quotidie inuentre memoriæ dimittendum est, quod fidelius digeratur, & rursum reuocatum crebrius ruminetur, quod proposito conueniat, quod intentioni proficiat, quod detineat animum, vt aliena cogitare non libeat.

De diuino officio in generali Cap. 8.

REstat de officio, prout est in addiscendo, deinde prout est in exequendo videre. Addiscendum est diuinum officium maxime in principio diligẽter. & licet de totali officio, & ordinis eius vsu seu forma, notitiam habere oporteat. Sunt tamen quædam cõmunia. f. officium Beatę Marię Virginis, & mortuorũ, commune de Sanctis, cum Psalmis, hymnis, & cæteris omnibus ad illud spectantibus, lectionibus tantum exceptis, prima, completorium, & prætiosa, capit. preces, & suffragia horarum ferialium, absolutiones, & benedictiones, quæ in matutinis dicuntur hymni, feriæ, laudũque psalmi, & cantica, benedictio quoque mensæ cum gratijs, nec non & psalmi primæ dominicalis, omnes etiam psalmi a centesimo nono vsque ad vltimum, nisi tãtum (quod magis expedit) dicatur psalterium, sunt cordetenus addiscenda, & menti per exercitium arctius imprimenda. In sabbatis quoque & præcipuarum solennitatum vigilijs, præuidendum est diuinum officium, tã in litera, quam in nota. Quotiens autem extra chorum cantatur, propter honestatem, & ne orantibus, vel studentibus fratrib. impedimentum prę stetur, vocem in cãtu deprimi decet, & post refectionem præcipue, in verbis modestiã congruit obseruare. Ante sumptum cibũ, & vt ait Hugo. magis hilares esse conuenit, ne ipsa nostra abstinentia grauis & molesta videatur, post vero magis modestos, & tacitos, ne per gulæ vitium crapula nos inflasse videatur.

De disciplina officij in choro. Cap. 9.

AD disciplinam in diuino officio cum in Ecclesia dicitur obseruandam, reuerentia specialis, diligentia quoque & honestas præcipue requiruntur. Reuerentia tam interior, quam exterior est habenda. Interior vt timore & humilitate, tanquam Deo visibiliter præsente psallamus. De hoc ait Beatus Benedictus, vbiq; (inquit) credimus diuinam esse præsentiã, maxime hic sine dubitatione aliqua credimus, cum ad diuinum opus assistimus. Ideo semper memores simus, quod ait propheta. Seruite Domino in timore. Consideremus qualiter oporteat nos in conspectu Diuinitatis, & Angelorum eius assistere, & sic stemus ad psallendum, vt mens nostra concordet voci nostræ. Reuerentia exterior in hoc attenditur, vt deuote inclinetur, & quando standum fuerit, stetur, fiat etiam prostratio quando fuerit facienda, de quorum disciplina infra tangetur. Est & reuerentiæ vt in officio ad ea quæ more agente singulariter vnus dicit, puta collectas, versiculos, & alia quoque huius modi, caput nudet, nempe quæ ab vno duntaxat in Ecclesia de more dicuntur, nudato capite etiam habent dici extra chorum. Orandum secundum Apostolum, capite non velato: saltem vbi solemni aliquid distinctione profertur. Nudi quoq; reuerentia capitis vel verticis, deuota quędã in officio veneramur, verum irreuerens quisque nec solennia, nec alia deuota discernit Diligentiam in officio probat strenuitas quædam, prudensque solicitudo, habens circa necessaria prouidentiam, & contra impedimenta tutelam. Strenuitas corporis inertiã fugat corporis, nec dormitationes quas pigritudo nutrit, patitur. Quippe intenta supplicatio, dormire cor mundum vetat. Dormitio in officio tunc maxime imputatur, & omissi dicitur restitutione officij redimenda, quando manum in sinu tenendo, vel segniter appodiãdo, ei occasionem quis pręstat, aut subrepentem viriliter non repellit. Prouidentia respectu rerum prouidendarum & dicendarum attenditur, vt videlicet libri, & alia necessaria ad officium præparentur tempore oportuno, legenda quoque & cantanda studiose ante præuisa, qñ & qũo sint dicenda dicantur. Debitus legendi & cantandi modus est, vt nec nimium festinet, nec nimia fiat aut inæqualis protractio, sed cũ pausantibus statim pausetur, vt vox vnius vix inter alios discerni possit. Cautela denique est necessaria, eorum quæ diuinum officium impediunt occasiones vitentur. Ea propter dum officium quis dicit, non debet studere, aut per libros respicere, aut alicui (si vitari possit) occupationi vacare, siue in lampidibus præparandis, siue in quibusdam alijs quæ vsque post officium cõmode differri possunt. Indignum quoque in diuino officio

Psalm. 2.

Reuerẽtia exterior.

1. Cor. 11.

Quis debitus canendi, atq; legendi sit modus cæteraque in choro seruanda.

ficio venandis vermiculis & mactandis intendere, quibus palam in oratorio digitos aut ligna fedare, frons inuerecunda non metuit. Honestas in choro, in exteriorum actuum grauitate, in corporis decenti & vniformi dispositione accipi potest. Sane in populo graui laudatur Deus. Grauitas autem inquietudinem, dissolutionem, & tumultum excludit. Inquietudo in motu membrorum consistit, siue capitis in circumagendo, siue oculorum in circũspiciendo per chorũ, vel alibi vbi potius, ad librũ ꝓ psalmis vel alijs veraciter decantãdis, vel ad terrã pro vagis arcendis respectib. mẽtis, non mediocriter vagationẽ causantib. vrgendi sunt, siue manuũ in fricãdo vel voluendo librorũ folia curiose, vel aliud superflue faciendo, siue pedum in discurrendo, vt si quis oratorium frequenter exeat, aut per chorum friuolis occasionibus inuentis discurrat. Tunc etiam vtilia sunt aliquotiens differenda propter vitationem discursus. Dissolutio vero in verbis aut risu, quibus in choro vanissimum est dissolui, & in cantu considerari potest, vt si quis punctos in notas nunc diminuens, nunc pro suo libitu addens mulicbriter frangat, aut in falsetum extollat, quod est cunctis & maxime nouis fratribus omnino impertinens. Nunquam in choro altius cæteris canteat, sed communem psallentium vocem teneant. Ridiculum etiam si altiori cæteris voce quis cantans, post dictionem, vel syllabam ab illa vocis altitudine recidẽs, vel eam per interpolationes resumens, non continuet quod incepit. Tumultus in choro per vocis susurrium, per importunitatem spuendi seu excreandi, seu per impetuosam eleuationem vel depositionem sedilium fieri solet. Quòd turpe sit in choro susurrium palam est, nescit tñ indisciplinatus, & leuis, lubricã linguam a sibilis vel mutationibus cohibere. Vitanda quoq; est in conuentu oratio sibilosa. Inepta nãq; oratio quæ vna plures, & sæpe deterior impedit meliores. Est etiam caute vitandum, ne dum singulariter aliqua dicũtur in choro, vt collectæ, capitula, &cæt. notabilis spuendo vel excreando sonitus fiat, vsque dum capitula ipsa, collectæ vel lectionis periodus compleatur. Circa hoc etiam dum predicatur aut legitur, similis est oportunitas obseruanda. Sedilia debent vero non passim cum pede sed cum manu eleuari, & caute deponi, ne aliquis ex hoc sonitus in domo Dei audiatur. Congrue tamen, lectionem vel epistolam incepturus expectat, quousque consedentibus fratribus, sedilium si quis fuerit tumultus quieuerit. Ad hæc, honesti fratres in corporis dispositione decenter, & vniformiter sint in choro. Decenter, quòd sine vaga dispositione vel turpi. Vaga vt quando chorum ingressi, vel intrante vel astante conuentu, nunc segniter resident, nunc stantes quidem hac & illac membrorum vt languentium, incongrua quadam exagitatione se girant, nunc statuæ instar stallo affixi, & e regione dispositi, velut sui obliti, nec ad altare dimissis vt decet luminib. ante inceptũ officiũ oraturi se se vertunt, vel alias irreligiose disponunt, sed nudato etiam aliquando capite, circum quaq; vt ceruus in saltu, vel ruralis in theatro, girouagando respectibus, oculos in aduenientium, vel coastantium vultus infigunt, suoque indisciplinato intuitu, quam ipsi negligunt collateralium etiã orationem impediunt. Turpis aũt erit si sint ibi molliter aut remisse se in stallis suis brachijs tibijsq; resolutis, notabiliter incuruando, aut in partem vnam penitus vt possunt, protẽso in alterã corpore accubãdo ita vt lecti mollitiem quærere videantur, aut dũ ad altare versi super lignum quod stallum diuidit, se inclinent extensione scapularum, uel capitis anterioris stalli spatium occupando, & tergum ad retrostantem socium protendendo, aut dum sedent, pedes suos vsque ad scabellum formæ, contiguum licentius extendendo. Notabilis tibiarũ extensio vel dilatatio, dum sedetur, minus honesta est. Indecens ergo quæ vaga & turpis est dispositio, immo difformitas vtrobique sed maxime in Dei officio, conuentu assistente vitanda. Honestos per omnia exigit motus, conuentualis honestas. Vniformitas est in prostratione & inclinatione specialiter, quã quam in alijs genaraliter obseruanda. In prostratione, vt non alius subtus formam chori & alius super sedile, sed omnes supra dicta forma vniformiter se prosternãt, & operto capite silenter orent, ne impediant circunstantes manu ad genas accubitãdo nunquam applicata, aut brachijs extra eandem formam extentis, sed super ipsam honeste & humiliter dispositis. In inclinatione, vt vniformiter apud omnes sit tempestiua, deuota, sufficiens, & honesta. Tempestiua quidem, vt inclinaturus surgendo, & eleuando sedile, tempus vel paululum inclinationis præueniat, vt verbi causa, quãdo post psalmum fuerit inclinandum, versus vltimi fine iam accedente surgatur, quatenus deinde libere inclinetur, vel certe inclinationem sedis aptatio subsequatur. In inclinatione vero debet deuotio apparere, vt fiat humiliter, & profunde. Non est deuoti sed pigri, rigido stante corpore, tenui motu corporis inclinare. Est enim corpus depressis aliquantulum renibus, ne capiti coæquentur adeo dimittendum, vt ipsum fere super genua brachijs interpositis reclinetur. Alioquin inclina si nosti facilius, tamen humiliter & profunde. Extra chorum tamen, & aliqñ forte in choro, ad officium plane sine cantu dictũ minor sufficere vr̃ inclinationis profunditas. Sunt qui culpabili admodum remissione traducti, hunc reuerentiæ cultum Domino subtrahentes euacuant, dũ aut resident prorsus vsque post factam memoriam Trinitatis, aut tunc etiam surgunt, & sedili eleuando intendunt quando fuerat inclinandum, aut ex negligentiæ vitio non inclinant. Quanti tamen sit hæc noxa detrimenti, Beata dei genitrix seniori cuidam, in choro psallentium fratrum indicasse refertur, quę inclinantibus ad Sanctæ memoriam Trinitatis, suum ipsa filium singulis offerebat, quendam vero minime inclinantem, verso abeo vultu velut indignum hac gratia pertransibat. Sufficiẽs seu etiam perfecta debet esse inclinatio, vt ab ea citius debito nõ surgatur, honor quidem Patri, & Filio, & Spirituisancto, sine differentia exhibendus est. Honestas quidem in corporis, manuum, & habitus, decenti dispositione consistit. Quantum ad habitum maxime vt caputio caueatur, ne operta fronte super oculos defluant inclinantis. Proderit ad vniformitatem seruandam, communi de officio notitiam habere. Pulchra valde vniformitas in conuentu, vbi debent & mores, & animi conuenire. Vnanimis vniformitas in cunuentu decet, quæ in moribus pluriũ vnitiua vniformes ordinat, & decorat.

Nõ fuit auditus malleus in domo Dei 3. Reg. 6.

Honesta membrorum cõpositio i Ecc.

De disciplina officij extra chorum. *Cap. 10.*

SI quando extra chorum officium dixerint, diligentiam nihilominus, & honestatem prædictam debent in quibus poterunt, studiose seruare, vt dimissis omnibus quæcunq; in manibus fuerint stantes cum reuerentia iuxta traditionem Ecclesiasticæ disciplinæ, præterquam ad lectiones in matutinis, vel quando alias creatori suo debitas cum deuotione laudes exsoluent, flectentes genua, vel inclinantes pro tẽpe cũ timore Dei. Si quando eos ad sedendum debilitas euidẽs vel nimia lassitudo compellat, saltem ad inceptionem officij, ad inuitatorium, hymnos & orationem dominicam & a cap. in ante surgere non omittant. Si etiam in lecto ęgritudinis decumbãt, reuerentiam nihilominus aliquã faciant prout possunt. Sanctus Hieronymus (qui tanta legitur lassitudine fatigatus, vt etiam in strato suo iacens, funiculo trabe suspenso manibus apprehenso, supinus erigeretur,

Digitized by Google

geretur, vt scilicet officium monasterij prout poterat exhiberet, dum exhaustis viribus senex nec senectuti parcit, nec debilitati blanditur) residentium segniter iuniorum, & quibus corporis vires vtcunque sufficiunt, irreuerentiã immo digna derisione desidiã signis arguit, & confundit. Alius pro lentarum tædio febrium, completorium in lecto exoluere assuetus, fertur per Angelum reprehensus audisse. Completorium sub coco, nec fructus, nec vtilitas. Sane in officio Dei curanda vbique magnopere reuerentia & honestas, cum vbique sit eadẽ eius cui tunc loquimur & astamus, deitas & maiestas. Tanto enim amplius reuerentiæ & diligentiæ studium diuino debetur officio, quanto id Deo immediatius exhibetur. Cum officij diligens maxima, status integritas, neglectus officij, maxima vitæ corruptio: maxima religionis deformitas. Nemo Dei se æstimet seruum, si Dei potissimam negligat seruitutem, quæ appropriato vocabolo, Dei seruitium nuncupatur. Debent dicere officium distincte, continue, integre, & ordinate. Distincte ne verbum masticando, vel exiliter proferendo, vel nimium festinando, dicenda confundant. Continue, vt interruptiones in eo non fiant interloquendo, nisi necessitate cogente, & hoc qdẽ psalmo, vel orone, vel quocunque alioquod tunc fuerit indicendũ completis, nisi psalmus vel oratio quem interrumpi contingit, continuo a capite resumatur, aut inter psalmum & psalmum moram notabilem faciendo. Parisijs (vt fertur) cum quidam theologus vnius horæ canonicæ incœpisset officium, superueniente Episcopo ad loquendum cum eo, caput sine locutione inclinans, horam inceptam Episcopo expectante finiuit, quam deinde dilatationem colloquij ne moleste ferret admonuit, causam subinferens, quòd maiori Domino loquebatur. Quidam propter interruptiones in officio factas, grauissimo afflictus purgatorio, memoratur. Integre dicant, vt de dicendis nihil omittant. Proinde si plures fuerint qui officium dicant simul, & vnus vel duo iuxta laudabilem consuetudinem psalmos, antiphonas, himnos, & responsoria, ad vitandam confusionem, voce pronunciant altiori. Non putent sibi sufficere, quòd ab alijs dicitur, sed omnia quæ ad suam pertinent partem, ac si essent in choro, sub silentio integre dicant: cum officium extra, eandem quam intra, integritatem requirat. Ordinate denique officium in substantia, tempore, & modo, & omnibus exequi studeant. Postpositiones, implicationes, variationes, facile non admittant. Honeste tamen pretiosa vel aliud extraordinarie aliquando dicitur, dum tamen idipsum suo tempore minime negligatur. Quis autem sine grandi conscientiæ scrupulo, proprium officij ordinem, sibique religionis sanctionem impositam pro alienis quibuslibet pretermittat, aut qualibet variatione deformet? Quis nisi vanissimus & imprudens, pro certis dubia, pro autenticis vaga, pro necessarijs curiosa inducat? Sint igitur Sanctorum officij conditorum, deuota & stabili ordinatione contenti, nihil eorum vel communi ordinis institutioni præponant, quamlibet serium & deuotum, nec desipiẽtium more stultorum gręcorum glorias emulentur. Non nisi insipienti sua placent. Omnis stultitia laborat fastidio sui. Tempus quoque congruum seruent, nec facile præter necessitatem diurnas horas, siue primam siue completorium saltem canonicum, siue alias nocturnas conuertant. Fuerunt qui hoc quarundam obtentu traditionum defenderẽt, ordinationem Ecclesiasticam officij confusione temporis irritam facientes. Quando fuerint duo vel plures, quasi chorum sibi constituant, & psalmos atque hymnos accipiant alternatim, vt est consuetudinis cõuentui. Congruus ordo est in omnibus vbiq; prouide disciplinato seruandus. Ordinatum animum ordinis decor, & condecet, & condelectat. Inordinati est animi, etiam in exterioribus ordinem non curare: & tamen ordinationis exterioris religio, attentionem excitat & affectum.

Officiũ extra chorũ, distincte, continue, integre, atque ordinate, soluẽdum.

De altaris ministerio curando. Cap. 18.

Altaris ministerium ob reuerẽtiam corporalis pręsentiæ saluatoris, munditiæ, reuerentiæ, diligentiæ, honestatis, & circunspectionis studium speciale requirit. Mundamini ait propheta, qui fertis vasa Domini. Haud dubium hoc de ministris altaris conuenienter intelligi, quibus spiritualis & corporalis munditia est habenda. Spiritualis, vt nullus de peccato conscientiam habens læsam, vel somno pollutus nocturno, ad tangendum sacra vasa, vel administrandum, antequã fuerit confessus accedat. Nec debet celebraturus confessionem priuatam, quæ ante celebrationem de quotidianis offensis fieri consueuit, vsque ad altare deferre. Corporalem quoq; munditiam Moyse Sancto attestãte diligit Deus. Corporalem omnino munditiam requirit corporalis præsentia saluatoris. Id circo ministri altaris, non solum antequam se ad ministrandum induant, verumetiam postquam fuerint omnino parati, expeditis communibus, ad calicis ministerium accessuri, suas iterum lauent manus. Hoc enim semper debent cauere cautissime, ne communibus manibus, aut cum manicis suis, vel post immediatum rerum contactum, calicem aut quæ ad ipsum pertinent, pannos, vel corporalia tangant, sed si lineam tunicam (quam rochetum vocãt) vel superpellicium cum strictis manibus, vel aptum aliud non habuerint indumentum, calicem præparandum, & in fine missæ plicandum, sacerdoti relinquant. Reuerentiam debent ministri altaris, tam ad sacerdotem, quam ad ministerium, & res & de propinquo ad ipsum ministerium pertinentes habere. Circa sacerdotem vt quando secum altari assistunt, per aliquantulum capitis inclinationem, & sui elongationem ab eo, ac per humilem debiti exhibitionem officij, reuerentię signum ostendant. Si vero sederit, & ipsi tantum in superpellicijs fuerint, nequaquã iuxta ipsum in sedibilibus, videlicet coęqualibus sedi eius, sed ad scabellum eius potius, si aptus fuerit locus vel alibi sedeant. Venerentur eum decoro vt conuenit comitatui, & maxime quando se vertit ad populũ ei adsint, quem vbique vt in officio, sic & eo expleto in vestiarium reuertentem deducant, vt acies ordinata, ad altare deinde si opus fuerit reuersuri. Ministerio reuerentiam exhibent, si modo debito & habitu ipsi ministerio conuenienti assistant, & ministrent, aliter enim non sine nota irreuerentiæ ministratur: vt siquis quamuis Diaconus, vel Sacerdos, in superpellicio ad missam ministrans, corporalia super altare præsente sacerdote vestibus sacris induto, replicet aut componat: siquis non habens superpellicium, cum strictis manicis vel aliud idoneum indumentum, corporalia & calicem tractare aut panem et vinum in communi habitu ministrare pręsumat: siquis hostiam in communi eligat loco, vel electam reponat, quæ in pixide, vel in manu sua mundissima est potius eligenda, & electa super patenam ipsam, vel super corporalia decentius reponenda. Nec audiendi sunt illi qui ad mensam Domini, non aliam quam ad mensam corporis curant munditiam, super pannos qui libris ad secretarium vel pallarum custodiam supponuntur, calicem passim vel consecrandam hostiã reponẽtes. Singularem hostiæ cultum, singularis decet munditia. Ad res quoq; vt sunt corporalia, panni calicis, ipse calix & missale, est reuerentia adhibenda: quam munditię studium maxime probat. Huius intuitu, pannus omnis suspectus aut quem color impedit ablui, a corporalibus arceatur in calice, & pixidibus hostiarum mundissimus

Esa. 53.

Quãobrẽ sacrificulos, sacrificia tabernaculum, ac vasa denique omnia mũda esse Deus præcepit.

sacculus

Digitized by Google

sacculus lineus hostias contineat, In repositorijs calicũ, sacellus quoque operiendis calicis mappulis adhibetur. Quisquis ergo ad altaris vtensilia sacra, reuerẽtiam mũdiciæ curat: circa ipsa operosius studeat. De communibus libris si quos aliquando propter officium inevitabili forte necessitate cogente, poni super altare contingit, omnino caueát, ne corporalia vel pannos calicis aliquo modo tangant. Cum corporalibus, vel calicis ipsius mappula, nunquam labia vel oculos tangant, deuotionis alicuius obtentu. Calix cum summa tractetur munditia, quando de loco ad locum defertur, non super librum aut vestimentum, sed alte in manu mundissima vel repositorio portetur; nec extra repositorium ipsum præterquam super altare, vel in alio loco mũdissimo teneatur. Missale in loco reponatur honesto, & si quando illud extra ecclesiam, vel alias quã ad missam teneri cõtingat, panno aliquo mundo præter suam camisiam inuoluatur. Denique reuerentiam in ministerio, habitus decẽs, cura munditiæ, & in executione maturitas attestantur. Reuerentia simul & cautela munditiæ, communes corporis vestes prohibent ab altari. Si plurium oppositas ineptias in præmissis, habet æmulos plurimos vitium, rarissimos disciplina. Non a pluribus, sed ab honestioribus forma sumenda est. Ad hoc tam celebrans quam minister, circa officium suum magnam debent diligẽtiam adhibere. Sacerdos quidem circa pronũciationem dicendorum, & agendorum in missa, ne defectum faciat in dicẽdis: formam seu modũ ordinis in celebrando postponens, auctoritate sua alium introducat. Oblationi calicis aquam ipse infundat, quod a nullo alio sine ipsius iussione est præsumendum. Debet enim circa custodiam munditiæ manuum, & pannorum esse intentus. Manus ut eas ad tangendum communia vel carnem nudam, siue in facie, siue alibi non apponat nisi eas continuo lauaturus, pannorum autem nunquam ad indumenta sacerdotalia, maxime ad infulam nares emungat, vel aliter ea quoquo modo deturpet. Ministris vero diligentia debet esse, circa ea quæ necessaria sunt celebranti, & circa munditiæ custodiam, ac conseruationis vasorum, & pannorum pertinentium ad altare. Ministrorum est vt præinduti celebraturum cum diligentia præparent, eiusque indumenta post officium plicent, & quę ipsi sacrum ministerium exequenti fuerint oportuna, hora, tempore, & loco, congruis offerant. Nunquam ad missam priuatam, legendi, vel orandi gratia, solo, vel sedibus se totaliter prosternant. Nec latitent post cortinas, sed palam coram altari, non tamen a latere celebrãtis assistant, versus eum circa quem tunc oculus debet esse, aspectum quasi continue directuri, non tamen in faciem eius, maxime post canonis inceptionem intendant. Nec ei pręsertim a parte libri nimis appropinquent, aut tumultum aliquem faciant circa ipsum. Summa quietis tranquillitas est necessaria celebranti. Vasa, & pannos munde tractẽt apud eos, & teneant. Si pannus calicis ad terram ceciderit, nullo modo ante quam lotus fuerit, iterum calici apponatur. Circa finem missæ calicem plicaturi, ipsum cum aqua post vinum recenseant, ne pannos inficiat adhærentes. Nunquam super altare vinum & aquam ad mundationem, vel alias si vitare potuerint, ministrent. Si tamen ob incuriam sacerdotis, oporteat subtus ampullas quæ vinum & aquam continẽt, manum ad retinendum guttas, ne super altaris pannos cadere possint, apponant. Super quos etiam pannos, nec ipsæ sunt reponendæ ampullæ. Adhuc debet qui ministrat ad missam, superpelliciũ si habuerit conseruare, ne cum eo aliquatenus nares emungat, vel sudores a facie, vel alias vndecunque detergat, nec ipsius manicas maxime ad puluerẽ super ligna, lapides, vel super terram exponat. Quod tamen quia nõ nunquam per negligentiam accidit aliquorum, cauere debent ne corporalia calicem aut pannos eius, cum ipsius superpellicij manicis tangant. De alijs indumentis quoties ea plicant, solicite caueant, ne vnquam manicæ terram tangant, vel vsque ad ipsorum vestimẽtorum fimbrias descendere permittãtur, sed siue tunicæ lineæ, siue quæcunque alia indumenta plicantur, manicæ semper lõgæ fimbrijs collocẽtur. Debent iterũ ad altaris, propter vasorum et vestium, vt dictum est, conseruationem attẽdere, ne calicem quando reponunt stricte ligent, quia sæpe hoc deterioratur non modicum. & paulatim obrutus conquassatur. Vasa quoque altaris, & vtensilia, in locis suis diligenter vt conuenit præparata, præponant. Vestimenta etiam plicare non negligant, & aptare, nisi pro aliquo celebraturo ea quis dimitti requirat. Sed qd horum expressionibus immoror. In omnibus quæ ministerium Dei contingunt, speciali nimirum diligentia opus est. Si agendis ministerijs Regis studiosissimam homines curam impendunt, quantam putas æterni Regis ministerijs impendendam? Cæterum si ministri altaris intendere debent honestati, multo amplius tamen per omnem modum sacerdotes qui celebrãt. Postquam ergo fuerint vestibus sacris induti, cum magna debent maturitate incedere, & præcipue cum altari assistunt, grauitatem in motu & gestibus laudabili curiositate seruare, nunquam genuflexuri, quandiu sacerdotali casula sunt induti, nisi tantum temporibus ab Ecclesia institutis. Super altare quoque, se non apodient inhoneste, nec manus suas hac & illac inordinate deducant. Quando se vertunt ad populum, non erigãt oculos, vt videant assistentes, denique circumspectos decet eos esse, specialiter circa corporalium dispositionem & custodiam, circa calicis collationem, circa dominici corporis consecrationem, sanguinis susceptionem, & mundationis industriam. Circa corporalia, vt ipsis super altare replicatis, vsque ad anteriorem ipsius oram altaris sit spatium cõpetens, ne super ipsa manus suas aut manicas ipsius indumenti teneant. Calicem ante oblationem, super corporalia non componant, sicut post oblationem fieri cõsueuit, sed ipsum vsque ad oblationis tempus, ad corporalium teneant latus. Circa consecrationem inter cætera solerter prouideant, vt cum hostia fuerit consecranda, ita parum, & caute in principio eam leuent, quasi scotum sibi de manibus, depresso aliquantulum pollice facientes, quod si fieri potest ante consecrationem, vt a circunstantibus videri non possit, ne a simplicibus adoretur, qui quanto citius eam viderint in manibus sacerdotis, incaute nondum consecratam adorãt. Cum autem consecratio fuerit consummata, hostiam sine mora notabili duabus manibus quantum expedit vt hominibus possit videri, cum omni reuerentia eleuantes, tam in eleuando, quam in reponendo debitam maturitatem seruent, nec post eleuationem vel ante osculentur eandem. Si super altare viaticum celebrant, consecrationem facturi, manum cum hostia consecranda super ipsius altaris viatici lapidem teneant, ne fiat cõsecratio extra ipsum. Circa sumptionem sanguinis caueant, ne ipsum sumendo, vel calicem exguttando, per nimiam extractionem, tumultum quendam vel sibilum cum labijs faciant, aut post sumptionem digitos lambant. Erit etiam tutum, si dum sanguinem sumunt, calicem tenentes cum dextera, decẽter ei patenam cum sinistra supponant, sanguinem si quid effundi contigerit, recepturam, super quam si frangi Corpus Dominicum aut reponi contingat, ipsa deinde vino & aqua vel altero illorũ sufficienter debent infundi. Incõgruum & indignum, vt patena post Christi corpus sanctissimum, communi tactui pateat non mundata, & rebus quibuslibet licet mundis sine differentia exponatur. Si sentis aliter, credo vt post patenæ vel calicis aut corporalium

tactum

tactum, non sunt minus communicandæ communibus ante factam post tactum hmôi lotionem. Si calicis petatur mundatio, pro infirmis, primam nullatenus aut secundam perfusionem exponant, sed prius semper mundationibus solitis perfectis, aliud denuo vinum calicisq; apponatur petentibus indulgendum.

PARTICVLA TERTIA

De disciplina circa ea quæ ad corpus sunt. Cap. I.

HAbito, de disciplina circa spiritualia, sequitur de ipsa circa corporalia. & primo circa ea, quæ in nobis sunt. Secundo circa ea, quæ extra nos sunt. Respectu eorum quæ in nobis sunt, primo videndum est de disciplina respectu totius corporis quátum ad gestum, secundo respectu partium corporis quantum ad actum. & primo respectu linguæ, quantum ad duo opera naturæ, in quibus congruit officium linguę, scilicet quantum ad loquelam & gustum. Secundo respectu manuũ, vt in exercitio manuali. Tertio respectu pedũ vt in incessu. Quarto respectu membrorum omnium, quantum ad aliqua ipsorum officia. Deinde circa ea, quæ extra nos sunt. Primo quantum ad ea quę de prope, vt est vestis, & habitus. Secundo quantum ad ea, quæ de longe, vt sunt officinæ.

De disciplina in gestu. Cap. 2.

CIrca disciplinam in gestu, qui modus, & figuratio membrorum, & corporis dicitur, duplex est custodia adhibenda. Prima est, vt vnum membrum alterius officium non vsurpet, aut eius ministerium sui admixtione confundat. Si os loquitur, caput non agitetur, manus non moueatur, & sic de alijs: vt dum alterũ membrorum operatur, alterum quietum omnino permaneat, aut si opera eius necessaria illi esse cognoscitur ad operandum ordinate moueatur. Secunda disciplinæ custodia est in gestu, vt quodlibet membrum in eo qđ facit, debitum modum teneat: nec temperantiæ limitem aut honestatis formam excedat. Hoc est, vt in paucis exemplificemus, ridere sine apertione dentium, videre sine defixione oculorum, loqui sine extensione manuum, sine contorsione labiorum, sine agnatione captius, sine eleuatione superciliorum, incedere sine modulatione gressuum, sine vẽtilatione brachiorum, sine gesticulatione scapularum, iacere sine deiectione membrorum, sedere sine alterutra superiectione pedum, & sine alterutra accubatione laterum, sine diuariatione seu dilatatione cruriũ, sine extensione, vel agitatione tibiarũ.

Religiosi gestus qualis.

Nempe honestum & humilem fratrem femori ſuram imponere, vel pedes palam cancellare non decet. Arcẽdi sicut in publico, ita & in secreto sunt gestus inepti. Gestus deniq; religiosi dẽt esse humilis, seuerus, & grauis. Est.n. reprehensibilis gestus, si superbiam, si mollitiẽ, quæ nũc per lasciuam hilaritatem dissoluit, nunc per nimiam deiectionem infatuat, aut si etiam lenitatem prætendat.

Gestus illaudatus.

Turpis in humilitatis professore superbia. Foeda prorsus in humili habitu, gesticulatio fastuosa. Sic non est viri muliebrem dare mollitiem, puerili lenitate. Grauitatis modestia multam affert seruata moribus honestatẽ, neglecta maculam & contemptum. Mortificata secundum Apostolum super terram membra, gestus debent mortificatos habere.

Cor. 3.

De disciplina in modo loquendi. Cap. 3.

DIsciplina loquendi tam in modo & prouida (quãdo loquendum sit) discretione, quam in verborũ religiositate attenditur. Modus, in gestu, & sono considerari potest. Loquentis gestus debet esse modestus & humilis, sonus dimissus & suauis. Modestiam debet habere gestus loquentis, vt nec inordinate, nec turbulenter inter loquendum membra moueat nec oculorum nutibus, labiorum contractione vel altero non decenti alterationis modo, vultus honestatem deformet, aut faciem ipsam mollitie quadam resoluat humilitatis ostentu: sed in eadem vultus constantia semper permanens, seueritatem benignam, & constantem, & quodammodo rigidam benignitatem prætendat.

Modestia loquentis.

In facie siquidem hominis speculum disciplinæ relucet, cui tanto maior custodia est adhibenda, quanto minus quod in ea peccatum fuerit, celari potest. Vetat quoq; loquentem gestus modestia, ne se hominibus notabili quadam supplicationum profunditate incuruet, aut eius cui loquitur vultui nimis instet: ne inhonestate quidem in eius faciem alitus aspiratione insufflet, aut alius ipso post vinum potatum maxime narium sensum offendat. Loquentis alitus vultui auditoris, & naribus, vitiose prorsus ingeritur.

Quãta opus sit circumspectione, ne quis in sermone, Deum offendant aut proximum scandalizet.

Debet etiam gestus humilitatem, modestiam ac vultus hilaritatem prætendere. Sonus debet esse demissus pariter & suauis, quia clamositas & verborum asperitas, locutionem religiosi plurimumquidem & dedecit & deturpat. Discretio pterea qñ loquendum sit necessaria est, quia ex ore fatui etiam parabola reprobatur, quia non dicit eam in tempore suo. sapiens quando loquendum, & quando tacendum sit, prudenter considerat. Est aũt iunioribus fratribus fere semper inter seniores vsq; ad interrogationẽ tacendũ. Adolescens ait scriptura: loqoere in tua causa vix cum necesse fuerit, si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum.

Eccle. 32.

Silet etiam a bonis propheta. Ergo quamuis de bonis sanctis & edificationum eloquijs, perfectis discipulis rara condecet loquendi licentia.

Psal. 38.

Nam loqui & docere magistrũ condecet, tacere & audire discipulo conuenit. Loquente alio nunquã loquantur, aut verba loquentiũ quouis pacto interrumpãt. Nec mordaci vel importuno insultu, sociorum locutionẽ impugnẽt. Stultorum hoc, quam nec linguæ parcere, nec socij deferre nouerunt. Si qui etiã mutua se collatione impediunt, per impositionem silentij, & aliam poenam condignam merito reprimuntur. Religiositas debet in locutione seruari, vt sit sermo veridicus & purus, sit honestus & dulcis.

Eccle. 37.

De veritate sermonis sapiens dicit. Ante omnia verbũ verax præcedat te. Non solũ igitur mendacia & quæ criminosa sunt, verum etiam locutiones hyperbolicas, & aliqua duplicitate notabiles, poenitus vitent. Loquentes de dubijs aut futuris, nunquam absolute loquantur, sed in huiusmodi omnib. semper conditionem apponant. Præcisa et de indifferentib. verba, religio non consentit. Non est alicuius viuentis arbitrio, de contingentibus negare vel asserere absolute. Non facile de auditis sententient, licet veritatem sentire se putent. Sint ad responsionem tardi, ne per inconsiderationem falsum aliquid, vel indisciplinatum proferãt verbum. Debent etiã pure loqui, vt in eorum verbis nec iactantia nec malitia alicuius aut vanitatis admixtio, valeat inueniri. Nunquam de scientia, vel de seculi statu se iactent. Erubescant dicere de absente, quod cum charitate nõ possent dicere coram ipso. Vnde sanctus Benedictus. Murmurare aut conqueri nesciant ante omnia, ne murmorationis malum pro qualicumque causa, in aliquo qualicunque signo verbo vel significatione appareat. In verbis suis aut literis, siquas aliquando dirigũt, puerilibus vel adulatorijs non vtantur blandiris: sed tanquam religiosi suam breuiter & veraciter intentionem exponant.

Modus, scribendi, grauis.

Honestatem habeat locutio, si & illius quæ loquitur, & illorum quibus vel de quibus fit sermo, conueniat dignitati, Otiosa uero, ioculatoria,

iuratoria,

Digitized by Google

iuratoria, contentiosa, maledica, vel alia secularia verba,
nec pura sunt quidem, nec religiosæ conueniunt dignita-
ti. Nugæ vt ait sanctus Bern. inter seculares sunt nugæ,
in ore sacerdotis blasphemiæ. Interdum si incidant fe
rendæ fortassis, referendæ nunquam. Os iam talibus
aperire illicitum, assuescere sacrilegium est. Fœde ad ca-
chinum moueris, fœdius moues. Disuesce a vaniloquio
linguam, qui ad profectum religionis aspiras. Processu-
rus in publicum, præmuni teipsum, & animo statue, a
verbis inanibus abstinere. Prouide tibi antequam pro-
deas vtile aliquid, vnde si expedierit, sermo texatur fa-
miliaris, prudentiq; consideratione omnia præueni. Cō
fert ad singula fuisse præmunitum. Si dignum quippiam
relatione non habes, tace tutius, & humilius audi, quam
loquaris. Non affabilitas opportuna, sed loquacitas o-
tiosa damnatur. Iurare vero, nunc per caput, nunc per
Matth. 5. sanctos vel alio quouis modo, Christi (qui ait: sit sermo
vester est, est: non non) discipulo minime congruit. Rur
sus indignum pœnitus seruis Dei, muliercularum more
contendere. Si resistentiæ incidant verba, cedendum
continuo resistenti. Honor est (ait Salomon) homini,
Prou. 20. quę separat se a contentionibus. Nunq̄ discendi vt dici-
tur gratia litigent, scientes se ad verborum contentio-
nes, nullo modo deinceps pertinere. Non potest esse qn
contentio aliquid quod contra conscientiam dicatur ex
torqueat. Ergo inter Dei seruos collatio, non altercatio
debet esse. Peruersum est maxime si ausu damnabili ad
1. Cor. 6. iniuriosa vel maledica verba, quæ sc̄d̄m Apostolum a
Dei regno excludunt, os religiosi laxetur: aut Diaboli
nomen ad inuectionem assumat, vel in communi locu-
tione frequentet. Sunt quadam quæ leuissima putaren
tur, si non in scripturis demonstrarētur, opinione grauio
Matth. 5. ra. Quis n. dicentem fatue fratri suo, reū gehennæ pu-
taret, nisi veritas hoc diceret? Pessimum hunc loquendi
vsum, quasi pro affabilitatis solatio, salutis aduersarius
introduxit: vt per eum modicæ occasionis accessu, stul-
tis illudens eos frequenter in grauis lapsum offensæ, im
pulsu leuiori præcipitet: & dignitatem status, colluuio,
idest sordidatione vilificet. Pudeat eos rumigerulos es-
se, aut verborum secularium delatores. Nihil inter so-
2. Tim. 2. cios seminent, quod infirmos animos dissoluere valeat,
aut turbare. Reus est Deo, & ordini, qui temerario dif-
fidentiæ verbo conscientiam percutit infirmorum. Præ
terea siue fratri siue extraneo, siue magno, siue paruo lo
quantur, semper in ore verbi dulcedinem habeāt. Om-
nem ad omnes secundum Apostolum mansuetudinem
ostendentes. Nunquam suo prætextu constantiæ vel
zeli cum communitatis iniuria, in verba contumeliosa
prorumpant. Sæpe enim meritum lingua immoderata
Eccle. 6. confundit. Turpisque defensio quæ iniurijs vtitur. Ha-
bet fastus pro constātia impetum, pro ratione iniurias,
sed lingua eucharis in bono homine abundabit.

De disciplina circa comestionem. *Cap. 4.*

AD hæc debet cum timore Dei comedere, disci-
plinam semper tam in modo se habēdi, quam in
cibo seruantes: vitantes nihilominus quasdam
minus decentes secularium consuetudines super mensā.
Placet vel pauca de singulis exēpla subnectere, quæ ad
similium considerationem transmittant. Honeste se-
debet habere, vt dum comedunt aut bibūt sedeant, bi-
bentes cum duabus manibus cyphum teneant: membro
rum agitationem, & quarundam anhelationum vel la-
biorum tumultum: quæ animi notant intemperantiam,
vitent oculos a circunspectione, linguam a locutione co
hibeant. Oculorum custodia inter epulas propterea ne
cessaria est, quia non decet ibi pcipue vt vagos habeant
oculos: neque curiose, & vt amplius dicam impudenter
quæ apud alios aguntur, circumlustrando prospiciant,
sed vt potius pudice demissis luminibus, ea tantum quę
sibi anteposita sunt attendant. Loqui vero seu musitare
ad mensam vbi silentium est seruandum, turpe vitium
est. Declinanda musitatoris societas, qui licet legis ho-
nestate prohibitus, linguæ tamen non valet volubrum
retinere. Si quando etiam extraordinarie bibunt, siue
adsint siue nō adsint extranei, quandiu bibitur sileant.
Culpanda nimis verborum multiplicatio iuxta potum.
In cibo, tam in qualitate, quam in quantitate ipsius, quā
in modo moraq; ac frequentia comedendi, disciplinam
obseruent. In qualitate vt nunquam pretiosa vel deli-
cata, nunquam ciborum aut præparationum diuersita-
tes affectent, propitium ad delicata palatum, cui in sitas
quædam honestatis postpositiua declarat. Vt verbi grā-
tia: si quis ex vitio meliora de communi eligat portio-
ne, vt quod in pane sapidius, vel in alijs viderit melius
ipse sibi accipiat, si a maioribus panis frustum accipiat,
minoribus si adsunt licet minus delicatis, sine rationa-
bili causa dimissis, cum panis vel res alia quanto magis
ad integritatem accedit, tanto ad mensam ipsam valeat
honestius reportari. Si ad maiorem saporis delectatio-
nem in pane inueniendam, ipsum inordinate frangendo
circumcidendo vel micatenus excrustando deformet: Si
vinum cum aqua temperare non curet. Si longum & in
terpollatum faciat haustum. Si salsam communem pa-
nis appositione consumet, aut eam incongrua toto vase
trāsuerso, vel circulari venatione vēdicet, cum sit magis
in medio intingendum. Sicut n. apud honestos, quos-
dam in seculo imputatur, si corrosionibus ossium curio
sius insistās, aut carnes per magnos notabiliter bolos pre
ter exigentium scindas vel edas, aut dum scindis, scissum
immediate morsellum, antequam in communi loco po-
sueris præripias, a meta communi iuxta vulgare prouer
bium non curando discrepas, aut tactu more palponis,
electū post tactum relinquas, vel simile quippiam acti
tes, sic religiosis est indecens, si in his quæ sibi pro tem-
pore conueniunt cibis, notam gulositatis non vitent. Si
quando eos ieiunij tempore vino confecto, vel sim-
pliciante comestionem, vel post, herbis seu speciebus
infirmitas vti coegerit, occulte huiusmodi si potue-
rint sumant, ne simplices idem sibi ipsis absque suffi-
cienti necessitate licere putantes, ad soluendum ieiu-
nium suo incitentur exemplo. Est insuper diuersitas re-
spectu cibi, & præparationum vitanda, nihil ad men-
sam speciale apportent, vel in mensa requirant præter
sal & aquam, quæ possunt semper cum honestate requi
ri. Priuandus communibus, qui specialia in communi-
tate vsurpat. Communibus igitur discant esse conten-
ti. Os suum ad omnia quæ alij comedunt assuescant,
vt si fieri potest, nullum omnino repudient, seu abho-
minentur cibum. Grande vitium si potagium & cōia re
spuas, vt in specialibus lautius procureris, porro modo
mollia, mō dura, modo frigida, modo calida, modo fri-
xa, modo elixa, pregnantes solent appetere mulieres,
prudenter autem sobrieq; conuersanti satis est ad om-
ne condimentum sal cum pane. Debent etiam excef-
sum in cibis, & maxime potus quantitatem vitare, vt
crapula vel satietas nimia non subrepat. Nihil sic con-
trarium omni christiano, quomodo crapula dicit. San-
ctus Benedictus. Amplius quoq; qualiter hoc est, quā
decenter, munde ac temperate sit comedendum, atten-
dant. Decentiæ detrahit, qui cibum in ore habens, vel
scypbum in manu detinens, loquitur, qui manu ar-
mata cultellum habente, cibum ori ministrat, vel ei non
dum expedito a cibo, potum nihilominus ingerit, aut
dum bibit, vel comedit, caput tenet in capucio profun-
datum. Munditiam debet ad proprium & sociorum
cibum, & ad mensam ipsam, super quam comeditur ob
seruare. Munditiæ simul ac decentiæ gratia caueant,
ne in

ne in paropside, cypho, vel ouo, premorsum aliquid, iterum comesturi, reponant. Fœde morum reliquias dẽtium alicui cuilibet cibo immisces. Nunquam cyphum cum digitis, potagio, vel alio quolibet madidatis accipiant, aut pollicem poculo immergant, nec super potum in cypho vel super cibum quemlibet sufflent. Indecenter agitur, si digitos quis immittit potagio, & offas vel olera nudis articulis, coclearis vice piscatur, si superfluitates piscium, & similia ex ore proijcit super mensam, vel nuces alij quam sibi frangit cum dentibus. Si quis tussit, aut sternutat, non auersa facie a mensa; raro enim hoc fit sine qualicũq; emissione reliquiarũ oris. Si nudã manum in mensa naribus emungendis, vel carni nudæ scalpendæ apponit, vel manum ipsam ad vestimenta detergit. Cauendum quoq; nequis ante faciem circunstantium fratrum, pro sale vel alijs necessarijs quæ a fratribus tradi possunt, manum extendat super mensam, & eorum cibum cum manicis seu habito suo tangat. Sciẽdũ dus etiam paris, pectori seu vesti communi non est sine interpositione tobaleæ applicandus. Munditia mensæ requirit, vt mensale nequaquam frequenti vel superflua detersione cultelli, vel manuum deturpetur, purgãdis maxime dentibus, nullatenus exponendum. Fœdum, & vile, mappas & manutergia fratrum communia, dentium fricatione fœdare. Qui conuentualia dehonestat, committit vtique in conuentum. Temperantiam manducandi (ait Hugo) intelligimus in eo, si homo tractim & non cum nimia festinatione comedat. Festinatio in inchoatione & prosecutione comestionis attenditur, quando videlicet in initio mensæ statim absq; orationis alicuius præambulo, ad cibum mutius extẽditur, aut cum quadam voracitate comeditur, si prius cibum ori ministras, quam alio sumpto fueris expeditus.

Eccles. 31.

Cæterum per morosam comestionem congregationem detinere ad mensam, aut si quando extra conuentum bibitur, iuxta potum moram contrahere, non est decens. Hinc per sapientiam sobrio dicitur. Cessa prior causa disciplinæ.

1. Potator ris.

In comedendi & bibendi frequentia, seruanda est diligenter temperantiæ disciplina. Sane post refectionem ad potum redire, aut per diem in domo ex vitiosa consuetudine, aut quod turpius est, post completorium bibere, non mediocris vitij notam habet. Honestius ad mensam quantum indiges bibis, quam bibendo per diem meribibuli morem geris. Fructus vel aliud quodcunque extraordinarie secularium more comedere, patens est gulositatis indicium. Siquidem extra duas vices in die (nisi necessitate cogente) in domo vel extra comedere, puerorum, immo pecudum est. Senex legem in vicibus comedẽdi non seruans, fertur per Angelum asino comparatus. Ad collationem tempore faciendam ieiunij, duabus tantum, vel tribus si indiges, bibere vicibus temperantiæ congruit, & honestati. Studet sobrius quandam temperantiæ legem, in ipsis etiam nectariis obseruare. Deniq; quorundam secularium in faciendis cõuitationibus, in fragmentis & huiusmodi cõsuetudines vitent ad mensam. Non se inuicem facile conuitent, sed comedat vel bibat vnusquisq; pro suæ arbitrio voluntatis, quantum necessitati suæ melius sibi notæ quam alijs viderit expedire. Congrue tamen senior verecundantes forte, vel nimium abstinentes iuniores, inuitat. Sapor & potagium prægustata, vilium quoq; seu quorumlibet ciborum reliquiæ, vt ouum vnum, tantillum ve pitantiæ, si ventre iam satiato supersit, indecenter commensalib' maxime senioribus ingeruntur. Encęnia per mensam non mittant: a fragmentis, & reliquijs caueant, sed de pane & alijs ita sibi prouideant mensurate, vt coram se vix micas relinquant. In potagio tamen aliquid interdum honeste relinquunt, id sibi pauperum, & temperantiæ gratia subtrahentes. Verum & siquid forte relinquere, non tamen vt pater familias ad erogandum, congerere permittuntur. Pro socijs aut vix aut nunquam, maxime circa finem refectionis panem vel aliud scindant, aut potum in cypho ponant, nisi saltem quantum ipsi soli comedere, vel bibere valeant, si alij quibus hæc offerunt non acceptant. Nunquam pro bucella (vt dicitur) panẽ tunc integrum scindant, præsertim si apud socios fractum inueniant. Si cyphum communem habuerint, qui bibere voluerit, nõ amplius de potu apponat, quam possit bibere vna vice. Inter reliquias quæ aliquando fiunt, inutile aliquod vel nociuum, vt quæ de nuce, ouo, castaneaq; proijcimus, alia quoq; huiusmodi nullo modo relinquant. Murilegos vel aues ad mensam non pascant, cum nec in refectorio debeãt sustineri. Possunt cum dictis, & similia circa comestionem attendi. Veruntamen sunt nonnulla, quæ licet communiter vitiosa putentur, interdum tamen inter domesticos in spiritu charitatis sine vitio exercentur.

De disciplina in opere manuali. Cap. 5.

AD disciplinam circa exercitium operis manualis, quod videlicet manuali opere corporaliter exercetur seruandam, necessaria est discretio, diligentia, & honestas. Est habenda discretio circa opus, vt quod faciendum est, discrete fiat.

Vt sit manuũ insistẽdũ labori.

Discernendum est primo, vt vtili operi necessarium, bono quoq; melius, & meliori optimum præferatur. Iuuare fratrem cum indiget, multũ vtiq; operi peculiari prępõderat. Rursum celebrare volenti, iuuamen subtrahere, maiorẽ quam pluribus alijs offensam esse, quis ambigit? Est ẽt discernendum, quod opus, quo tẽpore fiat. Nonnulla siquidem in festis diebus non fierent, quæ in profestis bene fieri possunt.

Quę facere in dieb' festis, non liceat.

Videtur igitur in operibus distinguẽdum. Sunt enim exercitia quædam, quæ necessitati quotidianæ inseruiunt, vt est ciborum præparatio, necessariorum ad diem vtensilium, coquinæ ablutio, & consimilia quæ omni tempore fieri solent. Sunt quædam alia quæ in diem alteram differri possunt, vt est scribere in quaterno, tunicas cum virgis excutere, caput abluere, cæteraq; alia a quibus est diebus dominicis, & festis præcipuis abstinendum, ob sacri reuerentiam temporis. Festi nanque dies per honestum quietis ocium, alij dies per laboris debiti exercitiũ honorantur.

Instit. monastic. c. 4.

De quo Hugo. Quantum ait addit decoris diebus festiuis quies vacationis, tantum ornamenti confert cęteris diebus studium boni operis, ita vt in illis quisquis noluerit esse quietus, index sit suæ vanitatis, & in istis qui non fuerit laboriosus, testis pigritiæ. Carnales siquidem mentes ne vel in illis diebus quiescãt, vanitas exagitat. Ne vel in istis in bono opere se exerceãt, pigritia ligat. Deinde quasi cõcludens subiungit. Quapropter, non negligenter habenda est in bono opere discretio temporum, quia sicut malum opus nullo tempore laudabile est, ita etiam bonum opus quodammodo reprehensione dignum iudicatur, si tempore oportuno factum nõ est. Diligentia in opere ex promptitudine operantis, & deuota fideliq; operandorũ executione dinoscitur.

Qũo agnoscatur diligentia.

Diligentiæ huiusmodi promptitudo non in opere manuum tantum, immo in conuentuali quolibet maxime locum habet. Quicquid pertinet ad conuentum, id pcipue diligentiæ studio est agendum. Sint ergo pcipue ad conuentualia exequẽda prõptissimi, nunq̃ tarde ad opus Dei vel ad mensam occurrant. Vnde S. Benedictus. Ad horã diuini officij, mox vt auditũ fuerit signũ (relictis oĩbus quę in manib. fuerint) summa cũ festinatione curratur, cũ grauitate tamen, vt non scurillitas inueniat fomitem. Ergo nihil operi Dei præponatur. Ad mensam autem qui per negligentiam nõ occurrerit ante versum, vt simul omnes dicant versum & orent, & sub vno omnes ad mensam accedant. Si vsq; ad secundam vicem correptus, emendare neglexerit, iuxta Sancti de

cretum a cõmunis est mensæ participatione arcendus,
vt solus a communi consortio sequestratus reficiatur,
sua ei de vino si fuerat habiturus portione sublata. Di-
gne quidem a communi refectione repellitur, qui se per
vitium a communi oratione secludit. Absit a seruis Dei
vitiosæ huius consuetudinis turpitudo, vt conuentuale
aliquod diuinum præsertim officium, alterius prætextu
cuiuslibet, tardo accessu vel certe abscessu propter ope-
ra dehonestet. Vt tardus accessus, sic ante horam reces-
sus, sine graui præsumptus necessitate arguitur. Impa-
tientis & vani signum est hominis, in communib. anti-
cipare recessum, nec opus Dei posse in choro finetenus
expectare. Si monachum sancto narrante Gregorio,
post completum officium, continuo recedentem, visus
est demon ab oratorio retrahere, quid de his qui nec ip
sius expletionem officij præstolantur? Haud dubium
conuentualis vbilibet decorem integritatis negligere, in
excusabile prorsus remissionis est vitium. Ad vitium au
tem vix occasio deerit, si quælibet admittatur. Omnes
denique fratres, labores non ex sola consuetudine, vt vi
Osee. 10. tula Ephraim docta trituram diligere, sed ex animi de-
uotione sectentur: vt in communibus sit feruoris affe-
ctio specialis. Conuentualem vitam, vt sanctissimam im
mo Angelicam toto affectu animi amplexantes, ei tam
continua quam deuota prosecutione adhæreant. Quan
tum ad officiũ, mensam, & alia, vix nisi coacti a conuen
tus congregatione recedant. Tantam Deus conuentui
efficaciam contulit bonitatis, vt ibi augmentũ suscipiat
boni bonus, aut veniam mali malus. Multa in conuen-
2. Reg. 10. tu bona præsentibus conferuntur, absentibus subtrahũ
tur. Saul ad conuentum psallentium prophetarum acce
Ioan. 20. dens, propheta efficitur, extra conuentum factus per-
uertitur. Thomas discipulorum absens conuentui, visio
nis Dominicæ consolatione fraudatur, quam ad colle-
Act. 2. gium reuersus assequitur. Discipuli pariter congrega-
ti Spiritum sanctum accipiunt. In conuentu dominus
habitat & quiescit, ibi deuotos quosque vberioris gra-
tiæ pabulo refocillat, ibi, quam plures negligentię perso
nales in diuino maxime officio subrepentes, congrega-
tionis communione supplentur. Ibi quod suis quisque
non potest, aliorum meritis obtinere meretur. Cęterum
licet ad maiora domus officia videlicet hospitalariæ, re-
fectorij, infirmariæ, lectionis ad mensam, & huiusmodi,
principaliter & continue facienda, nouitios fratres assu-
mere, prouida religionis consuetudo non habet. Si ta-
men quando contingat eis, aliqua huiusmodi officio-
rum, vel ad horam committi, magna debent deuotione
suscipere, & ad faciendum ea mansuete, velociter, acce-
ptabiliter, integre, ac circumspecte, magnam debent dili
Eccl. 3. gentiam adhibere. Mansuete hoc est sine murmure &
displicentiæ signo. Fili ait sapiens. In mansuetudine ope
Eccl. 32. ra tua perfice. Est in opere bono, necessaria strenua ve-
locitas. De qua Sapiens dicit. In operibus tuis esto ve-
lox. Velocitas hæc maturitatis non remouet grauitatẽ,
sed vitium tarditatis excludit. Est etiam acceptabiliter
Rom. 15. operandum, vt quibus ministratur, prout honeste fieri
poterit satis fiat. Optabat Apostolus & orari rogabat, vt
oblatio sua fieret acceptabilis in Hierusalem Sãctis. Ma
gnus profectus est ei, cuius ministerio multi læti facti
Deum laudant. Integritas in opere bono requiritur, vt
non diminute, non ad euasionem, vel quasi ad oculum,
sed perfecte vt res exigit fiat. Circumspectio in obse-
quijs, prout officiorum requirit varietas, est habenda:
quod per exemplum in vno officio melius patet. Si quã
do refectorarij vicem gerant, quæ ministranda fuerint,
tempore congruo, & modo debito præparata ministrẽt,
& religiose distribuant, ne in mensa defectus, uel circa
ministerium suum minus expediens aliquod accidat
prouisuri. Ministrentur itaque necessaria tempestiue.
Turpe est, si propter vnius defectum tota congergatio
expectet. Sicut igit. oĩa siue fructus siue sapores, siue a-
lia comedentib. congrue apponenda, priusquam fratres
ad mensam intrauerint proinde apponãtur. Conferen-
dorum collatio successiua conuentum sępius detinet,
& id quidem imputandum negligentię ministrorum.
Ad mensam vero quicquid apponitur, præparatum
(vt decet) reficientibus offeratur. Nuces si dandæ fue-
rint, prius frangantur, herbæ crudæ si apponendæ fue-
rint mundentur, & sic de alijs obseruetur. De omnibus
quæ apponuntur, sua cuilibet fieri potest portio, singu-
lariter tribuatur. Sunt rurigenę qui nec a platis discreta,
vel a seniorib. aut extraneis fr. rte distinguant. Cõia ma-
xime vt sal & aqua mẽsę nõ desint, q̃ in primis prouidus
ministrator apponit. Aqua non solum pro temperando
vino, immo & sæpe pro alijs necessaria est in mensa. Co
clearia quoque sunt ad omne potagium opportuna, ne
in paropside cũ digito piscati oporteat, & ne iuxta Hu-
gonem, in eodem iure & manus ablutionem, & ventris
refectionem videatur quærere. Muriilegos vel aues quę
tenẽtur alicubi cõtra araneas, nullatenus esse in refecto
rio, dum fratres comedunt, patiantur. Nec enim hoc est
expediens, vel honestum. Sic & alijs circa illud, vel a-
liud quodcunque sibi impositum officium, sint intenti. Parali. 19.
Scriptum est. n. Cuncta cum diligentia facite. Et ite-
rum. Agite diligenter & erit Dominus vobiscum in
bonis. Sic agetis in timore Dei fideliter in corde perfe-
cto. Honestas in operatione seruatur, si omnia quæ a-
guntur cum maturitate ac religiositate quadam exer-
ceantur, & in omnibus nitor inueniatur munditiæ.
Hoc. n. religiosum maxime decet.

De disciplina in incessu. Cap. 6.

Disciplinam circa incessum, penes modum & discre
tionem in ambulando considerent. Honestus. n.
modus requirit, vt nõ impetuosis & fractis gressi
bus ambulent, nec erecta ceruice, non prominenti pe-
ctore, seu etiam inclinato super humerum capite, aut va
gabunde pendentibus manibus, quæ omnia vel leuitatẽ
vel superbiam vel remissionem vel hypocrisim sapiunt.
Debent etiam in eundo discretionem habere, ne de illo
rum numero censeantur, de quibus dicitur per prophe-
tam. Non est iudicium in gressibus eorum. In eorum Isa. 59.
gressibus non inuenitur iudicium, qui eundo necessita
tem vel ordinem non attendunt. Necessitas discursum
inutilem. Ordo inordinationis confusionem excludit.
Discursum igitur per domum, per hortum, & extra do-
mum qui magnum est instabilis mentis indicium, cau-
te vitent. In domo ne. s. per officinas de loco ad locum,
de fratre ad fratrem inutiliter euagentur, aut loca rumo
ribus audiendis, vel collocutionibus aperta frequentẽt,
sed in locis sibi concessis, vt sunt Ecclesia, cellæ, capitu-
lum si extranei affuerint, vel alijs locis, si qua sibi fue-
rint specialiter deputata, cum silentio residentes. Offici
nis priuatis, puta vbi cibaria præparantur, infirmi vel
hospites recreantur, aut fratrum congregationi, vel co-
medentibus, & bibentibus, se nullatenus ingerant, non
vocati. Erubescant precipue, ad reficientium mensam
accedere, vel eis nisi pro euidenti ministerij necessitate
assistere. Effrontis est hominis, non erubescere co-
medentes. Veruntamen si quando eos loca sibi non con
cessa necessitas adire compulerit, ad ostium pulsare ali-
quantulum possunt, vel vt aliquis egrediatur ad eos, vel
ipsi vocati securius & honestius intrent. In hortum nõ
vadant absque licentia, nisi eos vel ab aliquo professo
mitti contigerit, aut vocari, ad loca sua postquam ab eo
recesserint, vel eius negocium fecerint, quam citius re-
uersuri. Veruntamen eorum instructor iuxta superio-
ris di-

Digitized by Google

tis diſpoſitionem, nunc hos, nunc illos, aut etiam om-
nes ſimul ad ſpatiandum in horto cauſa recreationis,
vel alicuius bonæ collationis poterit per ſe, vel per aliũ
fratrem profeſſum, cum expedire viderit vocare. Tem-
pore probationis domum exire, propinquos ſuos viſita
re non curent, nec.n.inter cognatos & notos Dominus
inuenitur. Vnde Bernardus. Quomodo te bone Ieſu in
ter meos cognatos inueniam, qui inter tuos minime es
inuentus? Si quando domũ quamuis de ſuperioris licen
tia exeunt, nihilominus tamen idipſum ſignificent ſuo
inſtructori, quod & de ſuis alijs notabilibus factis ob-
ſeruent. Ordo circa inceſſum eſt religioſo in conuentu
ſpecialiter ſeruandus, vt in proceſſionibus fratrem ſibi
collateralem attendat, vt chori ſui partem, in refectorio
& in clauſtro cum pro gratijs ad Eccleſiam itur, & in
omni teneat loco, nec ſe ad chorum aliũ, vel in refecto-
rio vel in clauſtro vel alibi transferat, niſi cauſa rationa
bili perurgente. In Eccleſia vero inter pulpitũ in medio
chori poſitũ & altare, dum maxime ibi aliquid dicitur,
non facile tranſeat, niſi forte alibi liber non pateat tran-
ſitus, & tunc ab ipſo pulpitu tranſiens & inclinans, & ne
pulpitum videatur venerari, non ante ipſum directe ſed
a latere d×cenuus inclinabit. Eſt & ordo reuerentiæ &
decentiæ in inceſſu, vt non paſſim ſeniorem iunior ante
cedat, aut quando vitari facile poteſt frequentes & ni-
mis propinquos ei tranſitus faciat ante ipſum. In Eccle-
ſia quoque inter miniſtros altaris, ſubdiaconum videli-
cet, diaconum, & ſacerdotem, in officio ſuo ſolenniter
miniſtrantes, necnon & ante fratres infra deambulato-
rium ſedilium & formarum, minus honeſte præter ne-
ceſſitatem tranſitur. Sed illud deambulatorium intratu
ri, ad vacua debent ſedilia per introitum ſedilibus ipſis
propinquiorem accedere, niſi ob aliquam reuerentiam
perſonarum, ſi forte intermediæ fuerint, ſit aliter facien
dum,

De diſciplina in geſtu membrorum.
Capit. 7.

EStin alijs membrorum corporis ſiue oculorum ſi-
ue oris, ſiue brachiorum, manuumque officijs di-
ſciplinæ ſtudendum. De quibus adhuc aliqua bre-
uiter ſupponentur. Amatores igitur honeſtatis, oculos
ab inordinata euagatione, exaltatione in mẽſa, & in cho
ro præcipue diligenter cuſtodiant. Scriptum eſt enim.
Oculi ſtultorum in finibus terræ. Et dilatatio cordis eſt
Prou. 21. exaltatio oculorum. Leuat quidam propheta oculos vt
petat auxilium, Dominus vt impendat. Tu quoque ſi lo
cum, cauſam & tempus conſideras, tua vel fratris neceſ-
ſitate oculos leuas, non ſolum non culpo, ſed plurimum
laudo, hoc enim excuſat miſeria, illud commendat miſe
ricordia. Sin alias non Prophetæ, non Domini, ſed Di-
næ, vel Euæ, immo potius Sathanæ te imitatorem dixe-
rim. Non ſint in riſu faciles, nec in voce clamoſi. Cachin
nus pręcipue grauitatẽ religioſi plurimum dehoneſtat.
Vile prorſus eſt religioſum virũ vt puerum cachinnare.
Non licet religioſum virum, diſſolutis labijs riſum pro-
ferre, ſed hilari vultu, cordis hilaritatem prætendere. In
datione pacis labia ſemper claudant, quibus apertis tur-
piter exhibetur. Nares non in aliorum aſpectu, ſed ad
partem cum duorum tantum aut trium appoſitione di
gitorum emungant. Seorſum ẽt ſpuendum eſt maxime
in cõuentu fratrũ, ne loca publica ſiue in choro ſiue ali
bi ſputo fędentur, & aſtantium oculi offendantur. Patet
quoſdam in ipſo chori deambulatorio, ad pedes ſuos pa
lam fratribus ſpuere, nec pudere. A notabilibus corpo-
ris ſeu membrorum extenſionibus, quæ cum oſcitatio-
nibus, vel alias non ſine quadam inhoneſtate fieri ſolẽt,
omnino abſtineant. Tunc enim ſunt corpus & brachia
comprimenda, ne cum huiuſmodi pigritia extendãtur.
Honeſto incongruum viro, pigra membra diſtenſione
reſolui. Diſſolutiones fugiant manuales, grandia nan-
que cauſant pericula, ſoletque luctus ludo accidere cor-
porali, & poſt commeſtionem præcipue ſe a iocoſitate
notabili & multiloquio ſtudeant temperare. Siquidem
licet omni tempore diſſolutionis leuitas ſit vitanda, poſt
refectionem tamen vel alias cum ſolo fratre, & iterum
coram conuentu turpius agitur. Turpiſſima eſt diſſolu-
tio in conuentu. Ad hęc, alium quempiam præter neceſ
ſitatem ad cingulum vel manũ accipere, flores, fructus,
vel baculum in manu ocioſè geſtare, cingulum inter di
gitos voluendo rotare, honeſtati non conſonat, immò
laſciuiæ ſignum quodammodo prætendit. In lotione
manuum quando de vaſe manuali aqua recipitur, vas
ipſum nunquam a parte ſuperiori præcipue manibus di
ſtillantibus, ſed per anſam potius vel a latere, vel a fun-
do accipiant, ne guttis manuum aqua reſidua ſordide-
tur. In lecto ſe honeſtiſſime iacendo componant, nec ſu
pini iaceant, nec genua leuando calcaneos iungant, aut
tibias. Hæc & ſimilia, non ſunt vt minima temere aſper
nanda. Clara nonnunquam conuerſationis inſignia, quę
dam in minimis obfuſcant ineptiæ. Plerunque modicis
paulatim per incuriam ſubrepentibus maculis, tota mo-
rum congeries inquinatur.

De diſciplina circa habitum ſeruanda.
Capit. 8.

DIſciplina in habitu poteſt tam circa pan-
num, quam circa formationem, coaptatio-
nem, vſus eius continuationem, & mundi-
tiæ conſeruationem attendi. Circa pan-
num, vt non ſit præcioſitate, mollitie, vel ſubtilitate no-
tabilis. Veſtis præcioſitatem, etiam mulieribus Petrus
interdicit. Porrò qui mollibus induuntur, in domibus 1. Pet. 3.
regum ſunt. Inter diuites pallatij & pauperes clauſtri
debet eſſe differentia. Mollia veſtimenta, animi molli-
tiem indicant. Molles ait quidam, mollia quærunt. Sub
tilitas & nitor reprehenditur in byſſo diuitis epulantis.
Nimia panni ſubtilitas, & ſi non precioſa, nihilominus
tamen in propoſito pœnitentiæ, vitioſa. Sit curæ noui- Luc. 16.
tijs pannorum precioſitatem, ſubtilitatem, & incongruã
religioni molitiem non curare. Vereantur & renitan-
tur vt poſſunt, mutari ipſorum Sanctorum de veſtium
vilitate cenſuram, & vitioſam conſuetudinem indu-
ci. Inſignum ſunt panni tui Domine Ieſu, ſed in ſi-
gnum à multis vſque hodie contradicitur. Honeſta Luc. 1.
exigit veſtimentorum formatio, vt non ſint nimis laxa
vel ſtricta. Amplitudo, vel longitudo veſtimenti ſuper-
flua, ſiue in manicis ſiue in capucio, ſiue in collario ca-
pucij eſt admodum fugienda, ſed nec aperturis quibuſ-
dam, circa cingulum vel alibi, aut curioſitatibus alijs
quibuſcunque eſt habitus deformãdus. Coaptatio quæ
dam religioſo eſt decens, quædam indecens. Indecens
eſt ſi pręter morem religionis fuerit curioſa, vt verbi gra
tia, ſi capucij collarium quadam in gyro replicatione,
iuxta mundanorum conſuetudinem coaptetur, aut cu-
rioſe ipſum replicetur capucium circa genas. De-
cens eſt, quando non curioſitati, ſed honeſtati deſer-
uit, vt videlicet veſtis honeſte portetur, & honeſte pro
loco, & tempore diſponatur, vt honeſte portetur, ſuc-
cingenda eſt ęqualiter & decenter, ſi enim ex vna par-
te notabiliter pendere permittatur, vel in alijs præpara-
tio debita omittatur, fatuitatem, vel negligentiam, vel
hypocriſim ſapit. Aptanda eſt veſtis maxime circa
pectus, per applicationem ad collum, ne collum ip-

ſum vſque ad pectus, vel interiores panni hominum aſpectui exponantur, quod irreligioſum eſt valde. Cauendum eſt circa portandi modum, ne quis pereſluat, vt ſi os ſub capucio vel mentum abſcondat, ſi dominarum more tunicam a lateribus tenendo incedat, aut manum in ſinu tenens tunicæ manicam exterius pendere permittat. Quando enim manum in ſinu vel ad oram ponere cogit neceſſitas, a manu altera præſumpta tunica cautius eſt tenenda, ne pendeat indecenter, vt manum in ſinu teneri vix a proxime aſtantibus percipi valeat. Ambas autem manus in ſinu tenere, quam irreligioſum ſit, palam omnibus eſt, cum vel vnam diu tenere, vix excuſat ipſa neceſſitas, Damnati eſt corporis, & membrorum officia exequi non valentis, manicas non regere defluentes. Et quidē cum interius a ſua cuſtodia ſoluitur mens, & membra foris ad omnem actum inordinate mouentur, & tam in veſtibus, quam in alijs diſciplinæ cura negligitur. Incompoſitio corporis qualitatem indicat mentis. Sunt & alia circa modos portandi vitanda. Sunt (inquit quidam) ſtulti qui quodam officioſo artificio veſtimenta ſua circa ſe componunt. Alij iactando & ventilando pannos ſuos, leuitatem mentis ſuæ, ex ipſa ſui habitus mobilitate oſtendunt. Alij incedentes ſinuoſo ſyrmate terram vertunt, & lumbis dependentibus, immo retro conſequentibus caudis, in ſimilitudinem vulpium veſtigia obducunt, & quocunque perrexerint, quaſi turbo tempeſtatis puluerem concitant. Diſpoſitio habitus aliquando ratione operis, aliquando ratione conſortij variatur, reſpectu quorum habenda eſt conſideratio diſciplinæ. Ad exercitium operis tam propter expeditionem, quam propter cuſtodiam munditiæ, honeſta prout res exigit, præparatio veſtis requiritur, vt ſcilicet quantum neceſſe fuerit ſuccingetur, manicæ vero retrahantur, & prout expedierit componantur, ne ſuper manus, vel ſuper rem ipſam quæ tractatur, recidant indecenter, præcipue ad priuatas cuſtodiendæ ſunt manicæ diligenter. Diſpoſitio huiuſmodi, tolerabilis immo commendabilis eſt in priuato, quę tamen in publico maxime coram extraneis non eſt decens. Quando ergo coram extraneis, aut coram conuentu proceditur, quantum res patitur ad diſpoſitionem communem, eſt habitus tam in manicis, quam in alijs reuocandus. Caput ſi nudum fuerit, capucio congruit amiciri. In omni ſiquidem publico loco, ſiue chorus, ſiue refectorium, ſiue alius fuerit locus fratrum congregatione præſente, & multo magis inter extraneos, operto decenter capite religioſus incedat vt vir honeſtus, niſi ob reuerentiam alicuius miniſterij vel perſonæ aliter ſit agendum. Non eſt tamen capucium ſiue coram fratribus, ſiue coram extraneis, nimis in capite ſine rationabili cauſa profundandum. Operta ſub capucio facies, quandam hypocriſis notam infert, & aliorum in ſe oculos ſua ſingulariter conuertit. Decet ergo caput in publico, non faciem operiri. In lotione quoq; pedum ille cui pro Chriſto tale miniſterium exhibetur, operto ſi poteſt commode capite, humiliter & ſine multiloquio debet eſſe, & charitatis obſequium cum timore ac deuotione ſuſcipere. Nec debet quis ibi vel alibi tibias nimis exponere, ſed magis tunica circumcingere diligenter. Turpe eſt enim religioſis perſonis, carnium nuditate occurrere. Cauet omnis honeſtus, ne eius vnquam appareat caro nuda, niſi quantum compulerit neceſſitas manifeſta. De S. Antonio legitur, quum neceſſe haberet fluuium tranſuadare, rogauit ſocium ſuum vt paululum a ſuo ſepararetur aſpectu, ne ſuam inuicem corporis nuditatem vterq; conſpiceret. Receſſit ſocius, nihilominus tamen ille ſeipſum cum nudare vellet, erubuit. Cogitantem talia, in alteram fluuij ripam virtus diuina trāſpoſuit. Hāc haud dubiē, honeſtatem dominus acceptauit. Pannos quoque interiores, & quæ vltra, communem ſeu regularem formam, ſiue in veſtibus ſiue in alijs indulgentur quantum neceſſitas patitur, occultari oportet. Vnde nec almutia palam extra capucium, religioſe portantur. Reſtat de vſus habitus continuatione, & munditiæ in eo conſeruatione videre. Vſus habitus prout habitus pro ſpeciali ſigno religionis accipitur, continuus debet eſſe, vt religioſus frater non ſit vel modicum ſine ipſo, niſi neceſſitas euidēs eum cogat. Secularis perſonæ nuditas, & religioſus ſine habitu comparātur. Cauendum etiam ne habitus dum ſedetur aut genuflectitur, aliquam inquinamenti maculam contrahat, & ſi quam propter aliquam cauſam aliquando contraxerit, vel propter ſudorem, mundificari citius debet, maxime ſi in loco fuerit apparenti. Propter hoc immunditia illa, quę in oris capucij circa genas contrahitur ex ſudore, debet cum diligentia remoueri. Fœda religio, quæ innititur fœditati. Culpatur quidem, & cultus munditiæ nimius, eſt neglectus.

De diſciplina in officinis inter fratres. Capit. 9.

DEnique in officinis, maxime in refectorio, in oratorio, dormitorio, cæteriſque quas conſueuit frequentare conuentus, etiam ad latrinas, diſciplinate ſe habeant & quiete. Nunquam per ſuſurrium vel tumultum occaſione operis alicuius, fratres orantes, ſtudentes, aut quieſcentes impediant. In oratorio nemo aliquid agat, niſi ad quod factum eſt, vnde & nomē accipit. Vnde ſi forte aliquid etiam præter horas ſtatutas ſi eis tempus vacat, orare voluerint, non eis ſint impedimento, qui ibi aliquid agendum putauerint. Cum per dormitorium fratribus quieſcentib. vadunt nō plane, immo quaſi furtiue incedant. Tunc parando lectum, vel alio quouis modo quieſcentes reprehenſibiliter inquietant. Surgentes a lecto ipſum decenter operiant ne velut irrationabilium cubile remaneat imparatus. De priuatis loqui, ſi cui turpe videtur, turpius nouerit turpe aliquid ibi committi. Ibi non congruit vt quaſi mox gelicidio perituri, amictus acceſſorij ſarcinam deferant, ibi religioſus cū ſummo ſilentio, & operto profunde capite debet eſſe. Ibi confabulari, & præter neceſſitatem hac & illac capite diſcooperto reſpicere, religioſorum eſſe nō dixerim, ſed ſcurratum. Ibi ſeruanda in manuum & veſtis diſpoſitione honeſtas, Ibi honeſtus quiſque diligenti opera caueat, ne per ipſum aut per eius incuriam aliquis offendatur. Ibi cauendum eſt eis, ne ſtātes vrinent, vel a loco minus honeſte recedant. Sed nec per hortum eſt facile vrinādum vel alibi, vbi ſiue a ſocijs ſiue ab alijs poſſint videri, quia vt ait quidam. Multa poſſunt honeſte fieri, quæ non poſſunt honeſte videri. De ſingulis ad diſciplinam per ſingulas officinas & loca ſpectantibus, vix aut nunquam ſingulariter poſſet ediſſeri. Ad multa tamen haberi poteſt diſciplinæ conſideratio ex prædictis. In oſtijs autem officinarum, aut vbi fratrum communis eſt tranſitus, maxime circa introitum priuatarum, vnde ad neceſſaria euntes & redeuntes reſpici poſſunt, nunquam honeſti fratres faciant ſtationem. Quando etiam intrant & exeunt, officinarum ſecretiorum oſtia poſt ſe claudant, ne ſuperuenientes extranei, & intrantes fratres inueniant imparatos. Nunquam extraneos licet familiares, ad viſitandum officinas inuitent. Si quando tamen ad aliquorum inſtantiam eas oſtendere permittantur, domos tantum communiores non intra per ſingula loca ſeu angulos peragrandos, ſed ab oſtijs expedire quantum honeſtas permiſerit oſtendentes,

dentes, quicquid eorum aspectui subtrahere poterunt,
subtrahant & furentur. Non est religio, vbi omnibus
omnia patent. In locis communibus vbi fratrum occur
rerit frequentia, nullo modo detineant aduentantes. In
firma hæc paruulis exprimens, grandium oscilla non vi
to, sed vbi proficit humilis: parui ducendus est illusor.

PARTICVLA QVARTA.

De modo conuersandi in omni loco secularium. Capitul. 1.

NVNC videndum qualiter in villa, iti
nere, Ecclesia, domo, locutione, &
comestione, sit nouis fratribus in-
ter extraneos conuersandum. Si quan
do exeunt domum, habenda est eis cu
stodia disciplinæ respectu societatis
& sui. Societas & solatium & honestas, religiose conue
nit dignitati, propter hoc in villa præcipue senioris cum
quo fuerint, vestigijs semper inhærentes, se ab eo etiam
sub vno tecto nullatenus separent, quin ad minus vide-
ri semper ab ipso libere possint. Se ipsos autem quantú
ad circunspectionem, locutionem, habitus, & membro-
rum dispositionem in disciplina contineant. Non cir-
Eccl. 9. cunspectant in vicis ciuitatis, vt sapiens docet. Auertant
oculos suos ne hauriant vanitates, a secularium collocu
tionibus prudenter abstineant. Manus suas religiose
componant. Nunquam inter homines discooperto capi
te vel almuciati, vel alias indisciplinate incedát. Sed nec
secularium vel religiosorum domos subito ignoranti-
bus eis introeant, sed vocádo ab ostio, vel pulsando, vel
alio quoquo modo propositum seu voluntatem ingre-
diendi pronuntient. Vir eruditus (ait sapiens) foris sta-
Ecclesi. 21. bit, sed nec sine ductore per seculariú domos, vel per re
ligiosorum officinas est vagandum.

De modo conuersandi in itinere constitutis. Capitul. 2.

SI fuerint extra villas in itinere constituti, & quantú
ad societatem, & quantum ad seipsos, caute se debét,
& religiose habere. Quantum ad societatem, de-
bét sibi à mulieribus, a scurris, & ratione periculi, a per-
sonis de maleficio notatis attendere. Talium persona-
rum societas singularis, religiosis viris nisi forte ad ho-
ram pro salutis aiæ causa, non conuenit, debent se tamé
prudenter a consortijs huiusmodi segregare. Ipsi autem
fratres in itinere se ab inuicem non debent nimis disiun
gere, quin ad minus mutuó se videre & audire facile
possint. Non est tutum, aut decens religiosis, quos con-
gruit binos ire, alterum ab altero longius separari. Ta-
lisq; separatio eis in periculum, & occurrentibus cedit
in scandalum. Quantum ad seipsos, debent in factis &
verbis disciplinate se gerere. In factis debet honestas,
deuotio, & discretio apparere, propter honestatem dis-
solutiones tam manuales, quam alias, quæ cursitando
vel aliter quomodolibet fieri possunt penitus, vitét. Mul
ta enim ex hoc inconuenientia (vt expertum est) possút
sequi, hominibus frequenter de quibus non aduertitur,
videntib. quæ aguntur. Non sunt brachia notabiliter de
nudanda, nec vestes nimium succingendæ, vel aliter irre
ligiose tenendæ. Cæterum ad deuotos pertinet fratres,
ecclesijs quando transeunt iuxta ipsas, necnon & cruci-
bus deuotis inclinationibus reuerentiam exhibere. Co-
miteria vero absque oratione pro defunctis nullatenus
pertransire. Discretionis est, agenda quoque præuia
deliberatione metiri, & non agenda cauere, quia qui
de futuro nihil præmeditatur, in omnia icautus incidit.
Moderandus est per senioris cósilium labor itineris, ne
spiritum deuotionis extinguat. Audienda est missa, san-
ctæque exhortationis pro populo si affuerit sermo fien
dus, & ante omnia semper in primis diuini pensum offi
cij deuote soluendum, ne fratres se magis cursores, quá
religiosos exhibeant, & contra religionis propositum,
de accessorio principale facere conuincantur. In solen-
nioribus festis est ab itineratione cessandum. Cauenda
est per vias dormitio, tanquam periculosa & indecens,
nec est tarde, vel apud infames hospitandum personas.
Disciplinam verborum debent attendere, tam in mate-
ria quam in sono. Si occurrerint homines, debent eos
humiliter salutare, Seniorum erit, coitinerantibus & his
cum quibus aliquando loqui contigerit, aliquid ad ædi
ficationem vel consolationem proponere, peccantes in
eorum præsentia, non rigide, sed cum modestia & hu-
militate corripere, & ad bonum per rationes & dulcem
allocutionem inducere, & quodammodo omni creatu-
ræ Sanctum Euangelium prædicare. Sanctus Philippus
eunuchum in itinere baptizauit. Beatus Martinus latro Actu. 8.
nem secum itinerantem conuertit. Si vero non affuerint
homines, de Deo verba fratrum conuenit esse. Ipse nan
que itinerantibus & loquentibus de se discipulis, itinera
tionis factus est comes. Tunc exempla patrum vel alia
quæuis bona, quæ vel accédant affectum, vel saltem in- Luc. 24.
struant intellectum, sunt ad laboris alleuiationem nar-
randa. Turpissimum est, nescire tempus, nisi friuolis, &
fabulosis narrationibus detinere, væ tacétibus de te Do
mine, quoniam loquaces muti sunt. Solent fratres leta-
neas, psalmos pœnitentiales, canticum graduum, & simi
lia, aut simul, aut quælibet singulariter frequentare, &
maxime ante tertiam, aut certe in sanctis meditationi-
bus occupari. Deniq; quotiens mutuæ collationes inter
ueniunt verba, sonum omnino decet esse dimissum. Pro
inde clamosam locutionem, quæ nunquam decet reli-
giosam personam, penitus vitent, maxime inter fruteta
& nemora existentes. Siquidé iuxta vulgare prouerbiú.
Nemus aures, & campus seu planicies oculos habere di
cuntur. Ab omnibus ergo quæ coram secularibus dice
re nolunt, in locis dumosis & nemorosis omnino absti-
neant, nisi forte aliquid quasi sub silentio, & latinis ver
bis dicere velint. Miserabiles confusiones quibusdam
minus cautis, pluries ex hoc accidisse feruntur. Non cá
tent in itinere maxime in cantu secularium cantionum
aliqua, licet bona, cum laici non intelligant nisi sonum.
Et præter hæc, religiosum non decet in cantu extraordi
narie vocem efferre. Si qui forte dissolutiones, aut cla-
mosas disputationes, verború altercationes, vel alia quæ
offensionis materiam extraneis dare possunt, vitare in-
ter homines negligant, nequaquam eos timoratos dixe
rim, aut zelum religionis habere. Qui religionis suæ scá
dalo non occurrit, honori proprio detrahit, & saluti,
Qui fidelis religionis est filius, nequaquam eius scanda
lum paruiducit.

De modo conuersandi in Ecclesiis secularium. Cap. 3.

PEruenié̃tes ad religiosorum vel secularium loca, cú
ad Ecclesiam (si in loco fuerit) veniút, in ingressu Ec
clesiæ, illum secum versiculum memorantes. Introibo
in domum tuam; adorabo ad templum sanctum tuum Psalm. 5.
in timore tuo, & nudato capite signum crucis super se
cú reuerentia facientes, ante altare, vel in alio loco ora-
tioni cógruo, ad qué declinauerit senior, prosternere se
humiliter debét. Vbi q̃tum Deus dederit deuote oran-
tes, pariter ab oróne surgé̃tes, procedere poterút ad ea,
quę necesse habuerint iuxta propositum exequenda,

Ecclesiam nanque sicut euangelici & ecclesiastici viri, semper prius (si commode possimus) visitare debemus, sanctorum patrum qui nos in ordine præcesserunt, immo ipsius saluatoris exemplo, quem Beatus Euangelista Mattheus Hierusalem Ciuitatem ingressum, refert templum Domini adijsse. Matth. 21 Super quem locum dicit expositor, quòd ingressus vrbem, primo templum adijt, dans formam religiosis, vt quoquo imus, primum domum orationis (si ibi est) adeamus. Missarum enim solemnijs, vel alias diuino officio cum extraneis abstinentes, gerant se humiliter & honeste. Non stent in sedibus suis velut magnates, aut quasi laici lassi de officio nõ curantes, sed ad librum si necesse fuerit honeste poterunt accedere, officiantes cum maturitate tamen ac modestia, tam in voce quam in gestibus obseruata, humiliter iuuent. Quòd si propter euitandum discursum, ad librum non duxerint accedendum, nihilominus tamen communia, quæ nouerint, poterunt cum alijs honeste sine nimia vocis exaltatione cantare. Ad cantandum autem aliquid sequestratũ, sicut est alleluya, responsoriũ, vel aliud quodlibet nequaquam cum secularibus se cõbinent, si vitare poterunt bono modo. Tunc etiam non solum in prædictis, verum etiam in honesto se habendi modo, quantum ad disciplinam aspiciendi, loquendi, habitus, & vniformitatis, honestatisq; custodia est habenda. Reprehẽsibile est, ibi vagis circunspicere oculis, aut collocutionibus dum missæ officium celebratur intendere, quod tunc etiam secularibus clericis ius canonicũ interdicit, aut per aliquam rem habitus secularitatem prætendere, vnde ibi non decet capucium inter homines extrahi nisi ad Euangelium, vel ad alia pro quibus ex approbata consuetudine communiter fieri consueuit. Denique propter vniformitatem dum intersunt officio, soliciti sint circa duo. Vnum est, ne diuersitate sua in his quæ ab honestate non discrepant, alios scandalizent, vt videlicet ad magnificat, in vesperis, ad quicunque vult, in prima, vel ad alia huiusmodi, ceteris cum reuerentia stantibus ipsi non sedeant, licet illud officium tunc ipsi non dicant. Aliud est, vt in stando, sedendo, & se prosternendo sint inuicem vniformes, vt pariter stẽt, sedeant, & se prosternant. Qui cor vnum & animam vnam debent habere, difformes exterius non debent esse. Vniformitas morum, vniformitatem iuuat, & indicat animorum. Senioris consuetudini debet se socius humiliter conformare. Religiosorum morem cum eis officiãtes seruamut, cum alijs inclinationum ritus ignaris, festiuo tempore ad omnes collectas vultu ad altare verso, cum reuerentia stantes ad beatæ Virginis & sanctorum dumtaxat, qui speciali ex more veneratione coluntur nomina inclinamus, in feria vero simus ad omnes orationes prostrati, ad præfationem semper, & quando dicitur agnus Dei moris est stare, veruntamen si quando apud extraneos duxerint celebrandum, modum ordinis sui in celebrando vniformitatis occasione non varient, nec ipsum dimittant, nisi aliter facere cogat necessitas. Ne velut instabiles & modum proprium non habentes, cum varijs ecclesiarum consuetudinibus temerarie varientur. Possunt tamen in benedictionibus post missam iuxta morem patriæ faciendis, & in omnibus huiusmodi, quæ modo non præiudicant regulari, ecclesiarum in quibus fuerint consuetudines obseruare.

De disciplina in hospitio seruanda. Cap. 4.

IN hospitij domo cum fuerint, studeant se in omnibus gerere humiliter ac prudenter circa custodiam disciplinæ, humilitatem erga personas in conuersatione ostendant, personis maioribus humiliter deferant, personis humilioribus, & pauperibus tanquam confratribus suis socialiter & benigne loquantur. Conuersatio quoq; signum aliquod superbiæ non prætendat. Nunquam ad prima se ingerãt loca, nec tamen ad ea vocati prorsus refugiant, senioris tamen fratris, (quem præponere debent semper in omnibus) honore seruato. Qđ honori vel certe delitijs deseruire videtur, humiliter vtique declinatur, & honesta modestia recusatur. Vbi autem senioris, aut sociorum accedit instantia, cedere magis, quam diutius repugnare oportet. Parendo potius quam obstinatius repugnando, seruatur humilitas. Reprehensibilis difficultas, vbi palam nutui obuiatur senioris. Lectos secularium non ascendant indifferenter per diem, nec familiam hospitij obsequiorum exactione molestent. Decet pauperes paucis esse contentos, ipsisq; necessitati est pro loco & tempore detrahendum. Nunquam hospitium familiaritas, vel alicuius affinitatis propinquitas præsumptionem inducat, vt in domo præcipere, curiosa quærere, aut de factis domus, aut familiæ indagandis vel disponendis, se iterum intromittere velint, qui propriæ rei familiaris curam, vt Deo seruirent liberius abiecerunt. Prudentiam quidem necessariam habent, vt sint in sui custodiam circunspecti. vnde Apostolus. In sapientia (inquit) ambulate ad eos qui foris sunt. Ad Col. 4.
Et Dominus, Cauete (ait) ab hominibus. Matth. 10. Caute ergo in disciplinæ censura non solum in publico, verum etiã in priuato se habeant. Nullum (ait quidam) putaueris locum sine teste. Narrabat quidam frater, se in quibusdam secularium domibus occultas depræhendisse fenestras, per quas ea quæ in domibus illis existentes agebant, ipsis non percipientibus poterant aperte videri. In æstate meridiano tempore dormitionis iacẽtes, aliquod si possunt super habitum operimentum saltem vsq; ad cingulum habeant, ne quando dormiunt, eos indecẽter quidam inter homines, discooperiri contingat. Erubescenda nimis quibusdam ex hoc accidisse feruntur. Habenda vbique prudentiæ circunspectio, & cautela circa personas, loca, negotia & res si quas habuerint reponendas. Circa personas, vt se nimis hominibus non committant, quantumcunq; familiares fuerint, aut propinqui. Attendant sibi, in omnibus quæ dicunt, aut faciunt. Spiritualis ille qui omnia dijudicat, & ipse a nemine iudicatur, omne opus suum trina quadam consideratione præueniet. Primum quidem an quod possit liceat, deinde an deceat, postremo an expediat. In omnibus semetipsos sicut Dei ministros exhibeant. Sint in aspectu gestu & omni actione sua serij, religiosi, & modesti, sicut decet sanctos. Verumtamen modus quidam est religionis, superstitiosum esse nimis non oportet. Dabit congruum inter homines modũ discretio personarũ. Status qualitas hominũ differens differentiam exigit conuersandi. Habet se prudens cum differentib. differẽter, cum omnibus tamẽ caute. Erit simplex non stolidus, humilis non deiectus, mansuetus non blandus, hilaris non lasciuus, affabilis non vaniloquus aut scurrilis, quinimmo interest sapiẽtis sicut res exigit, a rigore interdum remitti, vt modum tamen modestiæ, nec in ipsa remissione dimittat. Potest grauitatis censura remitti pro tpe, non dimitti. Imputanda tamen remissio, vbi nulla decentiæ vel vtilitatis intentio. Prudens Domini seruus, vtilitatis fructũ ex sua nouit remissione afferre. Ad hoc quoniã attendenda est honestis congrua personarum honestas, honestioribus semper adhæreant. Mulierum tã propinquarũ quam aliarum, caute prout poterunt societatem declinent, earumque familiare nimis obsequium, & tactum omnino refugiant. Nulla ratione sustineant, q pedes sibi a muliere lauentur. Nudam autem mulieris manum tangere, ad eius caput, vel corpus vbilibet (absque necessaria & euidenti causa) manum extendere, ab omni prorsus religionis honestate, quis dubitat alienum?

Quando

Digitized by Google

Quando religiosus cum muliere sedet aut loquitur, manus suas occultare & a se retrahere debet, quas etiam quandocunque cum personis extraneis loquitur, simul iunctas & velut inuicem colligatas, vel alias Religiose decet haberi. Locutio, disciplinam requirit. Nunquam mulierem qoantuncunque sibi affinitate coniunctam, siue sororem, siue neptem, quantuncunque pueriles, nunquam etiam facile matrem propriam, osculentur. Fugiant omnino feminea oscula milites Christi, cum osculum etiá viris offerri non deceat, nisi forte vbi de proprio patre vel alijs honestis personis, moris ex actu sine scandalo vitari non potest. Religionis personam religionis honestas, os indifferenter osculis communicare non patitur. Denique periculo animæ, mulierum habetur societas. Igitur (vt docet quidam Sanctus) vbique gustanda est cum mulieribus non continuanda præsentia, sed quasi transeunter feminis exhibenda est accessio quodammodo fugitiua. Tutius est non posse perire, quam iuxta periculum non perisse. Illum autem nec castum dixerim nec honestum, qui mulierem, aut tangere, aut tactum eius admittere nó abhorret. Quomodo. n. tangere licet, quod intueri non licet? Ad custodiendam cordis munditiam, exterior quoq; sensuum disciplina est seruanda. Loca igitur quæ periculi vel suspitionis materiam dare possunt, caute declinent, nec soli cum muliere in locis huiusmodi vel ad horam morentur. Domina quædam (vt fertur) dum duo fratres ad eius domú diuertissent, alterum seorsum vocauit in cameram, quasi secreto sibi aliquid locutura. Quem ingressum mox ad turpitudinem prouocans, asseruit firmiter se continuo contra ipsum quasi ei violentiam inferentem, nisi statim sibi acquiesceret, clamaturam. Túc doctus a Domino Frater, antequam mulier in vocem clamoris prorumperet, ad fratrem consocium qui cum pluribus personis in atrio domus erat, alta voce clamauit, librum sibi continuo afferri requirens, sicq; adueniente fratre, necesse habuit mulier ab huiusmodi nefaria solicitatione cessare; & frater hominum confusionem euasit. Nonnulli ob causam similem confusi turpiter & verberati grauiter fuisse dicuntur. Qui autem cauet laqueos, securus erit. Qui autem non cauet, est aut stultissimus, aut peruersus, nec est eius excusatio admittenda. De nocte si per domos hospitiú ad necessaria exeunt, simul quidem & cum lumine, ut filij lucis eant. Cæterum de mundanis secularium negotijs expediendis, religiosus temerarie se non debet intromittere. Si de aíæ negocio agitur, apponendú est quidem, & petendú consiliú ab his, qui habent officiú & peritiam consulendi, alias nó est militantis Deo, se iterum occasione propinquorum vel amicorum secularibus implicare negotijs, quę mundo moriens abdicauit. Impius est, qui animæ suæ (pro parentibus suis) est crudelis. Sed nec secularium literę ad portandum vel præsentandum alicui recipi debent, nisi de ipsarum tenore opus forsitá aliquod pietatis habente cóstiterit. Nec religiosis veris expedit, vt verborum etiam sine literis pro negotiis huiusmodi baiuli fiant, vel internuncij, sed si super talibus requirantur, hoc per alios quos deceat fieri replicent. Circa rerum custodiam, siue libros siue alia secum detulerint, nequaquam negligentes existant, sed omnia, libros præcipue antequam eos deponant de manibus vel de sinu, certę fidelique personæ commendent, qui a suibus & a canibus qui libros (vt experientia docuit) destruunt, & cooperturę corio non obstante corrodunt, custodiat diligenter. Ipsę quoq; personæ quibus res huiusmodi committuntur, sunt super his instruendæ. Noctibus tñ consultius propter pericula in loco certo propinquoq; habeantur. Quidam quos recommendauerat libros, repentino superueniente incendio, perdidit.

Mulierum consortia fugienda.

Exemplú.

Singularia negotia vitanda.

De disciplina verborum inter seculares. Cap. 5.

Disciplina in verbo, est iunioribus & nouis præcipue inter extraneos obseruanda, vt tarde, caute ac demissa voce loquantur. Tarde, vt vsque ad interrogationem taceant, interrogati responsionem seniori relinquant. Nisi forte in speciali super leuibus, maxime ad propriam necessitatem spectantibus, vt de cibo & potu & consimilibus requirantur. De talibus potest quisque pro se, nó tamen pro socio (sine assensu ipsius) respondere. Communem requirit assensum responsio, quæ de communi necessitate profertur. Caute, vt cum præmeditatione loquantur, vt primo bis ad limam, quá semel ad linguam veniat sermo, maxime si seniore forte occupato, de ordine, de personis absentib. de rumoribus, vel de notabilibus alijs requirantur. De factis ordinis, vt de modo ieiunandi, de silentio vel de alijs requisiti, se nouos in ordine dicant seniorem, requirendum prętendant, Ne forte dum sapienter & bene respondere se putant, stultum aliquid (& quod omnino dici non oporteat) dicant. Secreta ordinis quantumcunque religioso vel familiari non reuelent, nec statutum aliquod publicent, nisi quod forte commode celari non potest. Idipsum autem non statutum, non præceptum, sed tantum ordinis intra domum consuetudinem vocent, vt per eorum responsum, tentinnis debitú excludatur etiam extra domum, ne seculares si quando cótrarium viderint, reputent fratres sui ordinis transgressores, cum tamen multa possint licite ex ordinis vel superiorum dispensatione mutari. Ordinem nostrum nunquam ad particularia descendendo, sed si necesse fuerit, in generali solú absque aliorum ordinum collatione, vel obtrectatione commendent. Pessimus laudandi modus, seipsum cum aliorum iniuria prædicare. Pessima vitij corruptela detractio, quæ animam maculat, Deum offendit, proximum scandalizat. Et quia vt scriptum est, Sermo obscurus in vacuum non ibit, & tumultus murmurationú nó abscondetur, his coram quib. detrahitur scandalum excitatur. Constat aút (vt S. Bern. loquitur) vbi veritas in cá necessaria non est, nec licite scandalú quodlibet posse a quolibet committi, nec iuste præcipi, nec innoxie consentiri. Si de personis absentibus præsertim religiosis sinistre aliquid suggeratur, semper pro absentium parte loquentes, nullo modo ad fauendum detractoribus inclinentur. Accidit aliquando, quosdá magis ad tenendú, quam ex animo de his obloqui. Narrabat (vt fert) senior quidam fide dignissimus, ad se quandoq; secularem venisse, qui aduersus quosdam religiosos plurimum inuehi videbatur. Cui frater viriliter se opponens, cum quoties aduenit eadem semper constantia repulit, & incusatos pro viribus excusauit, Miratus oblocutor, beneuolam senioris constantiam, aperuit tandé, se id ad probandú de mutua illorum ordinú charitate fecisse, adijciens se ordini seniores istius, qui pro alijs aduocabat, cum quodam incusati prius ordinis fratre ob causam consimilem oblocutum fuisse, fratrem aút illum oblocutionis verba in primis aliquantulum, deinde vero remissius refellentem, tandem obloquenti cessisse: super quo idem secularis non modicum offensus, apud illos non esse charitatis veritatem asseruit, qui ad inuicem detractionem admittere non curassent, denique religiosus non est, qui detractionibus pascit, aut pascitur alienis. Caueant etiam, ne sint rumorú licet bonorú, & verisimilium delatores. Religiosos viros, passim rumigerulos esse non decet. Falsitas quæ frequentissime rumoribus inest, vel quæ per secundarios relatores apponitur, primis earú auctoribus imputatur. Hinc est illud. Rumores fuge, ne incipias nouus auctor haberi. Sint in locutione honesti & serij, nec se in secularibus, & ad risú mouentibus verbis seculares ostédant. Seruú Dei de Deo loqui decet, vt fiat quod scriptú est. Si quis loqtur,

Sap. 1.

quasi sermones Dei, alioquin verba vana, mentis ape-
riunt vanitatem. Ex abundantia enim cordis, os loqui-
Matth. 12 tur, dicitur in Matth. Circa vocis sonum in locutione at
tendant, vt (ptout tactum est alibi) sit demissus pariter
& suauis. Vitiosissimus plane Religioso loquendi mo-
dus, si notabiliter suam in loquela cõmuni vocem exal-
tet. Sufficiat ei, q; proxime sibi astantes possint loquen
tis intelligere verbum. Sapientis est loqui suauitet & de
misse. Nox autem amplioris vocis depressionem requi-
rit. Nox est tempus silentij & quietis. In nocte maxime
post completorium in alta vt prius verba erumpere, si-
lentij grauitate neglecta, secularium est, Religionis non
curantium honestatem. Proinde honesti fratres, vbicun
que fuerint, religiose semper in quibus poterint, ac si es-
sent in fratrum collegio, cum silentij sui obseruatione
permanebunt.

De disciplina comedendi inter seculares.
Capitulum. 6.

PRæcipue decet, vt cum extraneis comedentes ho-
neste se habeant, vt nec in cibo nec in modo come
dendi vel mora, aut in alijs quæ disconueniunt su-
per mẽsam, vt est verborum multiplicatio, aut exterior
corporis vel habitus dispositio, inhonesta possint de ir
regularitate notari. Circa cibum attendant, quod pro-
Eccles. 31. pter quantitatem vel qualitatem, de gulæ vitio iudicari
non possint. De primo sapiens ait. Vtere quasi homo
frugi, his quæ tibi apponuntur, ne dum multum mandu
cas, odio habearis. Vnde intet seculares non expedit, ap
positam semper portionem totam comedere, aut peni-
tus euacuare scutellam, ne forte id magis homines vora
citati, quam necessitati attribuant. Inter cætera, est ha-
benda semper temperantia circa potum. Turpissimũ.n.
est, si de nimia potatione notentur. Religionis qui vis in
signia pferẽs, meribibuli nomen ignominiose sortitur,
hoc vitium hominem coram Deo & hominibus vilem
reddit. Ad notam huius vitij fugiendam cauere debẽt,
ne post refectionem (etiam si vinum sæpius offeratur)
frequenter bibant, aut postquam in communi potatum
est, seorsum sine vrgenti necessitate potum in priuato
requirant, nec omnino quod potus vbi dormitur rema
neat, patiantur: post cœnam non sunt ad verba & pocu-
la vigiliæ pertrahendæ. Vigilare ad ignem, sitim prouo
cat, & bibitare compellit, grauat corpus, exhaurit spiri-
tum, tempus in verbis plene imperceptibili subductio-
ne cõsumit, tempestiue ad orationem surgere, officij de
bitum deuote vt expedit soluere non permittit. Et qui
serò sobrietatis non obseruat sententiam, mane frequen
ter suspenditur a diuinis. Vsitatum est hosti homines ad
prunas seducere. Ad prunas Dominum spreuit rex Ioa-
chim, negauit Petrus, & ne nobis de nocturna prædica-
tione ad prunas propter fructum vel interrogationes
hominum blandiamur. Ad prunas Ioachim quidem au
dit sermones Domini, sed contemnit. Ad prunas Petrus
de Christo intetrogatus, offendit. O quoties est seroti-
nis necessaria verbis correptio matutina, mane prædi-
cant docti, sero contionantur indocti. Et in bis omni-
bus, honestius alibi quam ad ignem & pocula prædica-
tur. Si hominum instet deuotio pro exemplis, senioris
intererit prouidere, vt narratione vna, paucis ve alijs si
expedit verbis, instantiæ satisfiat. Veruntamen mutat
interdum causa consilium, nec lex imponitur vnctioni,
vitanda tamen vigilia, quæ occasionem verbis, aut po-
tationi ministrat. Qui vitium cauere desiderat, vitij oc-
casionem præcaueat. Studeant ergo in cibo & potu so-
brietatem seruare, sicut serui Dei & religiose viuentes.
Sicut omnes cupiditates carnis abstinentia resecantur, ita
omnes virtutes edacitatis vitio destruuntur. Immundi
spiritus se ibi inijciunt, vbi amplius vidẽt cibum & po-
tum. Circa secundum multum attẽdere sibi debent, ne
videlicet cibos appetant delicatos. Qui vinum & pin-
guia diligit, nũquam in virtutum possessione ditabitur.
Horum quidem permittitur vsus, abusus & concupiscẽ
tia prohibetur. Semper itaq; placeat eis lautioribus par
cere cibis. De grossioribus cibis, & facili vel valde tem-
perato potu, necessitati vtcunq; satisfieri potest, quam-
quam & ipsa necessitas inter homines sit arctanda. Qui
de religione censetur, modestiam debet religionis habe 1. Cor. 4.
re, vt sit in temperantia speculum aliorum. Spectaculũ
facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus (inquit
Apostolus.) Fœlix abstinentia, quæ palato imperat deli
cato. Decet vas cœlesti gratiæ mancipatum, a seculi ille
cebris abstinere. Non erubescant, aquam pro vino pete
re si habuerint, temperando, quin potius erubescere de
bent, si vinum biberint nimis forte. Aquam requirere,
& minus limphato vino, uel modicum semper prohibẽ
tis necessitate apponere, Deo placet, proximum ædifi-
cat, religiosum honestat, animæ simul & corpori est
salubre. Verum quam turpe sit pauperibus homini-
bus, cibaria quærere lautiora, & appositis non esse con
tentos, de modo præparandi cibum disponere, aut quo-
modo præparetur requirere, potum vel cibum aliquem
in speciali laudare, vt de eisdem amplius apponatur,
suas inter extraneos medicinas ostendere, quis sanæ mẽ
tis ignorat? Modus quoque honestus est in comeden-
do habendus, vt non ardenter, aut cum nimia festinatio
ne comedatur, vel alias indecenter. Moram in mensa fa
cere, religiosum non est. Caueant ne alijs a comestione
cessantibus, ipsi comedendo vel loquendo mensam deti
neant, cum non sit hominum, sed magis pecudum super
mensam ruminando diutius immorari. Possunt tamen
qui necesse habent, caute cum modestia sibi in princi-
pio mensę alijs communiter comedentibus prouidere.
Ad hoc vbique (vt ait sanctus) frenanda est lingua præ
ceps, maxime in conuiuio, ne scilicet ad loquendum su-
perflue vel indiscrete laxetur. Taciturnitas (ait Hugo)
inter epulas idcirco necessaria est, quoniam lingua quæ
omni tempore ad peccatum prona labitur, periculosius
tamen cum per crapulam inflammata fuerit, ad loquen
dum relaxatur. Discretionem in verbis eadem ibi ratio
persuadet. Super mensam aũt cũ socio loqui, aut coram
illiteratis, latinis ibidem vel alibi verbis vti, dominum
quoque domus vel alios quoscunque ad comedendum
vel bibendum frequentius inuitare non decet. Subit a-
nimo quòd quædam matrona cuidam eam frequenter
inuitanti, dixisse fertur. Fuisti ne (inquit) asinarius rura
lium, & imperitorum, qui sæpe asinos prouocare nouis
sent: esse proprium insinuans, his qui inuitationes perso
nis discretionem habentibus inculcare solent. Oportet
etiam disciplinam in corporis & habitus dispositione
seruare, vt comedentes se non appodient super mẽsam,
vel accubitando, vel alio quocunq; modo inordinato se
gerant. Dum comedunt, caput in capucio nulla ratione
profundent, sed aperta comedant facie. Cæterum reli-
giosos & pauperes de mensa aliena viuentes, de portio-
ne sibi apposita encenia familiæ faciendo, patris fami-
lias in domo gerere vices, canes vel murilegos de men-
sa pascere benedicta, a quo nonnulli etiam abstinent sæ
culares, non congruit. Principalis hucusq; incisio, nihil
his notæ impingens, qui sub institutionibus alijs mili-
tant, aut pro diuersis locis & diuersitate causarum di-
uersa ordinant instituta. Honesta quidem & sancta om
nis traditio, quæ per prudentiam seniorum in timore
Dei communiter traditur, communiter obseruatur, pro
fecto ex communi surgit institutione religio, honestas
ex ordinatione causatur. Omne ordinatum, decorum es
se necesse est.

Digitized by Google

Speculi diſciplinæ ſecundæ partis principalis, quæ eſt de generali exoratione, Particula prima.

PRincipali huius opuſculi particula expedita, ſecundaria hæc pauca epilogat, & ſupplet quædam, vt qualiter noui Chriſti diſcipuli ad Deum, ad ſe, ad proximum, et ad res etiam quas aliquando ſeruando ſeruare vel tractare contingit, ſe habeant, quibus differentiarum indicijs de ſua conuerſione diſcernant, qualiter deniq; ipſi ad profeſſionem recepti, ſe gerere debeant, vel breuiter in aliquibus inſtruantur.

De ordinatione reſpectu Dei. Cap. 1.

ANte omnia, cor ſuum per puram confeſſionem mundatum, dignum Deo habitaculum præparent, illud excolant, illud exornent, nihil ibi ſordidum vel obſcurum, nihil ibi vel ad horam reſidere, quod dilecti ſui oculos offendere valeat patiantur. Tentationes & cogitationes malas, humiliter & pie confiteri non differant, veretur hoſtis conſilium ſuum ingerere non celanti, prouidendum eſt eis, vt qui iam ſunt ſuperni regis milites annotati, ſecum omnino firment & ſtatuant, ſe vſque in finem ei fideliter ſeruituros, nec vl-

Pſalm. 18. lis ab eo tentationibus, tribulationibus, & anguſtijs deinceps receſſuros. Iuraui (ait propheta) & ſtatui, cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ. Religionem ſanctam ad quã eos Dominus ſua miſeratione vocauit, feruentiſſimo ac fideliſſimo ſtudeant amore diligere, & ei tanquam ſpecioſiſſimæ ac Deo dilectiſſimæ ſponſæ, fide inuiolabili adhærere. Quæcunque ſibi ſiue proſpera ſiue aduerſa contigerint, Deum ſemper deuotis offerant laudib. vt ſiue ceſpitent, ſiue cadant, ſiue aliq̃ quamcunque moleſtiam, ſiue læſionem incurrant, ſemper in ipſorum ore reſonet diuina laus ſemper, vel benedict⁹ Deus, vel Aue Maria, vel aliquod quod ad laudẽ Dei pertineat dicant. Et hoc in conſuetudinem ducere ſtudeant nulla vnquam negligentia omittendum. Quicquid ſpecioſitatis vel delectabilitatis in creaturis inuenerit, quicquid circa ſtatum humanæ conditionis vel diſpoſitionis acciderit, totum ſemper aſſumant in materiam laudis Dei, & ad omnia quæ occurrerint, deuote ſtudeant cogitare. In ipſo ſuarum omnium operationum initio Dominum inuocare, & ſuam ad ipſum intentionem dirigere aſſueſcant. Inſtent orationi feruenter, quæ nouam in horto Domini plantulam fouet, prouehit, & confirmat. Diſcant ergo vna ſaltem diei vel noctis hora, tempus, & ocium vendicare, quando ad ſe reuerſi mentisq; cubiculum ingreſſi, orent in abſcondito patrem ſuum, & in corde contrito & humiliato vniuerſorum Domino familiariter aſtent. Mane autem aſtabat propheta Domino, quia qui mane vigilauerit ad Deum, inueniet eum. Surripienda erit carni, & ſi forte non ſemper, ſæpe tamen, ſomni requies matutini, cum illa hora Chriſtus reſurrexerit, tunc eſt tempus allidendis ad petram paruulis, mortificandę carni & recreãdo ſpiritui opportunum. Tunc ſpirituales auiculæ dulcem Deo in cordis organo exhibẽt melodiam. Ad hæc & aliæ temporis & quietis opportunitates quæ occurrunt, minime negligẽdæ ſunt. Poſt horas canonicas non ſtatim oratorium exeant, ſed in oratione aliquantulum ſubſiſtẽtes, qualiter opus Dei peregerint cogitẽt, an tepide vel feruẽter, & defectus ſi quos ibi commiſerint tunc emendent, gratiæq; deuotionis ſe offerant infundendæ, quam ſi Dominus dederit, non repellant. Hoc aũt in omni operatione obſeruent, vt quod orantes dicunt, ex animo ſemper dicant. Non. n. vocib. ſed rebus agitur apud Deum. Porro qui ad orationẽ eſt negligẽs, ſuæ nimirum ingratitudinis & tepiditatis eſt teſtis. Fruſtra ꝓfectus virtutũ ſine oratione ſperatur. Ad ea igitur q̃ ad cultũ Dei pertinent, magno corde & pro pro corpore accingantur. Ad diuinum officium audito ſigno, ſtatim omnibus occupationibus omiſſis accelerent. Si in lectis fuerint, ſtatim ſurgant, nec vltimum aliquatenus ſignum expectẽt. Orõne nãq; aliqua viriliter præuenitur officium. Qui ſic ex ſtudio præuenit, in benedictionibus meretur dulcedinis, maioris deuotionis & gratiæ ad ipſius executionem præueniri. Eccleſiam intraturi, manus ſi neceſſe habuerint lauent. Veſtes maxime in die religioſe componant, ne irreuerenter aut indecenter introeant aulam Dei. In Eccleſia Deo pſallentes, creatorem ſuum totis viribus cum reuerentia debita laudent. Officium ſuum in coro & extra non perfunctorie quidem aſininis (vt dicitur) labijs, ſed deuote ſemper & integre dicere ſtudeant, nec aliam ei occupationẽ admiſceant. Ceſſent manus, oculorum euagatio reprimatur, vt mens ab exteriori cura penitus libera, ſoli valeat Deo vacare. Dies vel hora quæ negligenter officiata pertranſierit, nequaquam vlterius poterit reuocari, cum temporis ſequentis officium, ſuam nihilominus diligẽtiam & deuotionem requirat. Nec ſibi de gratuitis orationibus blandiantur, ſi circa neceſſarias quæ primo loco habendæ ſunt, deſidioſi extiterint. Denique (iuxta ſancti verbum) pure ſemper ac ſtrennue debent laudibus diuinis intendere. Pure quidem, vt dum pſallunt, nihil aliud cogitent. quam quod pſallunt. Strenue vero, vt ſicut reuerenter, ita & alacriter Deo aſſiſtant, non pigri, non ſomnolenti, non oſcitantes, non parcentes vocibus, non præſcindentes verba dimidia, non integra tranſilientes, non fractis & remiſſis vocibus, muliebre quiddam, blanda verba de nare ſonantes, ſed virili (vt dignum eſt) ſonitu & affectu ſpiritus verba depromentes. Reuerentiam in officio, honeſta corporis diſpoſitio, quæ mentis deuotionem non mediocriter promouet atteſtatur. In choro nõ ſtent in ſtallis ſuis molliter, aut quaſi fractis renibus reſoluti. Quando poſt pſalmũ vel hymnum, ſanctæ Trinitati reuerentia exhibetur, humiliter & decenter inclinent. Tunc. n. tardius ſurgere, ſegniter ac deformiter inclinare, vt quando corpore quidem demiſſo ſufficienter, vultus tamen indecenter erigitur, oculis erratice circumlatis, imperfecte quoque ad memoriam Trinitatis inclinationis venerationem exoluere, quaſi ſit honoris differentia in perſonis, irreuerentiæ arguit & temporis. Etiam extra chorũ ſtẽt ad officium, præter quam ad lectiones, & officium mortuorum, ſpecialiter tamen lectionibus plane dictis, de domina tantum exceptis, irreuerentes & pigros ſe nouerint, ſi debitas Deo laudes ſedendo vel iacendo exoluant, niſi neceſſitas euidens cogat. Si quando per viam officium dixerint, & ſi non vacat continue, dum illud dicunt ab itineratione quieſcere, ſaltem ad collectam præcedentium collectiuam, quando omnino tota eſt in Deum intentio colligenda, in vno ſiſtant loco, & ſi tempus exegerit, & locus permiſerit, cum reuerentia genuflectant, vt in oratione communi totum officium venerentur. Diſpoſitio corporalis honeſta, deuotionis prouocat affectum & deſignat. Non fruſtra ſanctus Martinus oculis ac manibus in cœlum ſemper intentus, oraſſe deſcribitur. Intrinſecos motus geſtus exterior atteſtatur. Quamuis extra conuentum conuentualis in omnibus diſciplinæ non ſeruetur diſtrictio, in omnibus tamen religioſi operibus, religionis debet veſtigium relucere. Debent ergo ad opus Dei corpus honeſte diſponere, ad collectam & Trinitatis memoriam vel modicum inclinare, ordinem in proſequẽdo ſeruare, occupationem, & interruptionem vitare. Ad miſſas poſtpoſitis omnibus, tanto maiori promptitudine ac deuotione miniſtrent, quanto Deo ibi familiarius ſeruitur,

Calicem

Calicem & corporalia si tetigerint, reuerenter & mundissime tractent, manusq; post tactum huiusmodi, antequam apponant communibus, lauent. Corpus dominicum recepturi, ante (vt decet) ampliori confessionis, orationis, & tam a cibis quam verbis temperantiæ studio, acceptum Deo satagant hospitium præparare. Infusam autem optanti hospitis gratiam, reuerentiam in gratiarum actione attendant. Non minor est virtus quam quærere, parta tueri.

De Ordinatione respectu sui. Cap. 2.

CAeterum feruorem sanctum & quandam debent magnanimitatem assumere, vt ad virtutum exercitia strenui ac deuoti opera bona frequenter superer ogare contendant. Tunc.n. vitia fideliter extirpata discedunt, si virtutibus cædant, alioquin vel subcidunt ad tempus eiecta, vel redeunt, nisi virtutes in locis vitiorum quæ fuerint depulsa successerint. Non multum proderit omnia reliquisse, nisi virtutum passib. tota Christum intentione sequamur. Quid iuuat expeditum esse ad cursum, nec currere? exisse ad opus, & operis obliuisci? Non intrantib. vineam, sed operantib. merces datur. Et cum in vsu virtutum omnium perfecti esse non valent, in aliqua saltē se studeant specialiter exercere, & illam quanta possunt perfectione obseruare, seruorem nouitiorum non decent illę misericordes in seipsis discretiones, & discretionum dispensationes faciles, quia indulgentiæ suo iudicio non sunt admittendæ nec tamen recusandæ sunt alieno. A seipso in seipsum rigida debet esse censura, & districta seueritas. Ad regētem vel consulentem lenis & obediens in omnib. humilitas, si alterum desit, vel in deside & tepido non spero cursus perseuerantiam, vel in præcipitio timeo ruinam. Sint ergo cultatores virtutum, sicut alij vitiorum. Non tamen in principio ardua siue multa præsumant. Nec sine licētia aliquid notabile attentent, sed a minoribus virtutibus paulatim ad maiores conscendant. Hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit. Communem ordinis obseruantiam sequantur, perfectioni in silentio & in alijs institutis plenius obtinēdis insistant, a qua nec exemplari leuium, vel negligentium aliquorum dissolutione diuertant. Optima religiosi perfectio, perfecte communia quęque conuentualia seruare. Porro hic religionem offendit, qui religionis violat instituta. Turpis omnis pars vniuerso suo non cōgruēs. Caueat vir constans & honestus, ne consuetudinum ordinis temerarius violator existat. In victu & moribus nouitatis nota, & singularitatis erit diuersitas fugiēda. Ante omnia caueant, ne pro inchoato iam bono subrepat superbia, vt se alijs præferant, & se aliquid esse putent. Perit omne quod agitur, si non solicite in humilitate custoditur. Exteriorem gestuum disciplinam non negligant. Disciplina ceruicem submittit, deponit supercilia, componit vultū, ligat oculos, cachinnos cohibet, moderatur linguā, frenat gulam, iram sedat, format incessum. Sit ergo aspectus verecundus & simplex, risus sine cachinno, vox sine clamore & incessus sine tumultu. Erecto vel discooperto passim capite, manibus dissolutis, vel habitu non incedant. Sit eis grata non scurilitas se curiosa vrbanitas, sed sancta quædam rusticitas salua semper modestia honestatis. Sint ad loquendum tardi, & in voce demissi, & in congregationibus aut seniorum præsentia, vix nisi pro præsenti necessitate, vel interrogati loquantur. Non sint disputatores, nec facile de auditis (præsertim seniore pręsente) sententient. Stulti sicut sunt in sensu leues, ita & in verbo præcipites. Infra tempus probationis, cum extraneis siue religiosi siue alij fuerint, absque licentia, & dato sibi socio non loquantur. Religionis initium, est lingua frenum. Si quis putat se religiosum esse non refrenans linguā suam, huius vana est religio. Rē aliquam licet paruam sicut acum, siue aliud, occulte, hoc est sine licētia, recipere vel habere, quasi furtum abhorreāt. Superfluitatem in cibis & vestibus, & in alijs quibuscunque constanter despiciant. paupertatem & parcitatem quādam in omnib. quæ ad corpus pertinent amplexantes. Vitiosæ consuetudini viriliter & feruenter resistant, nec eam in his quæ gulæ vitium sapiūt, succrescere patiantur. Extra communem refectionem ad comedendum & bibendum vix eos inflectat ipsa necessitas. Sæpe quod necessitatis esse videtur, est vitij. Vltra duas vices in die, puerorum, seu pecudum more comedere, potum extraordinarie frequentare, religionis temperantiam, & decorem euidenter offendit. Quæ rogo religio, quæ paupertas, si mox vt esuris mox vt sitis volito pares, facias appetitū, nec eum vsq; ad statutam horam scias compescere. Si qñ tamen extra horam exactus necessitate quis bibit, sedēdo & socio præsente id faciat. Non decet vt stando sine teste bibas. Si plures fuerint, omnes dū bibitur sileant. Statimque vt biberint, surgant cum aliqua laude Dei. Reprehensibilis admodum confabulatio, vel mora superflua iuxta potum. Nunquam ocio torpeant, sed semper aut lectioni, aut orationi, vel officio addiscendo, vt alijs non quæ ipsi elegerint, sed que iuncta fuerint, faciēda intendant. Spiritum tamen deuotionis, exteriores nō exhauriant actiones. Deuotus frater nunquā totus comedat, totus dormiat, aut totus in exteriorib. occupetur. Sed siue comedat siue aliud faciat, sanctum in animo aliquid semper voluat, vnde spiritus recreetur. In somnum quoque iturus, semper aliquid in memoria secum deferat, in quo placide quidē obdormiat quod nōnunquam iuuat somniare, & vigilantem excipiens in statum hesternæ intentionis restituat. Lectum intraturus, pro diurnis offensis orationem semper aliquam faciat, veniā petat, pectus percutiat, crucisque munitus signaculo, suum Deo spiritum humiliter recommendet, qui a somno surgens, cum aliquanta se denuo laude consignet. Quòd si forte eum luxurię pompa concusserit, recordetur dilectum suum positum super lectum doloris, & vniuersum stratum eius in carnis infirmitate versatum, hæc dicens in corde suo, Dominus meus pendet in patibulo, & ego voluptati operam dabo? Sicque inuocato nomine Saluatoris, & geminando sæpius nomen salutis, cessabit quassatio.

De ordinatione circa proximum. Cap. 3.

AD hæc qualiter se habere ad proximum debeat, Hugo docet. Superioribus (inquit) obedientiam, timorem, obsequium, & venerationem exhibere debemus, cum æqualibus pacem, & concordiam custodire, inuicem obsequio, beneficio, & honore præuenire. In omni actione & verbo, superiorem eis locum tribuere, & si quādu fortassis in aliquo negocio præire eos cogantur, cum omni humilitate & reuerentia, quæ facienda sunt non pręcipere, sed demonstrare, & si eos præcedere contingat, cum alacritate & deuotione quasi ex necessitate subiecti obedire. Inferiorib. semper beneficium & auxilium impendere, venerationem non exigere, societatem, atque æqualitatem amare. Maiorib. (ait Hieron.) debemus per timorem subdi, æqualibus per charitatem obsequi, minoribus per æqualitatē sociari seu coæquari. Igitur deuoti fratres seniores reuereantur vt dominos, diligant vt parentes. Qui præsunt in Domino, sunt (secūdum Apostolum) amplius in 1. Tes. 5.
charitate habendi. Sane (iuxta Hugonem) reuerentia sine amore seruilis est, & amor sine reuerentia, puerilis iudicari debet, propterea docet Sanctus Bernardus, vt transeunte maiore, minor surgat, & det ei locum se-

dendi

dendi. Non præsumat (inquit) iunior considere, nisi præcipiat ei senior suus. Prior hic ponit conuersio vel gradus officij seniorem, quãquam & ætas sit iuxta legẽ Domini honoranda, sic.n. scriptum est. Coram cano capite consurge, & honora personam senis. Discretio tamen caute pro loco & tempore, ac sine reuerentiæ congruæ detrimento, venerationem modificat. Habẽdus est modus in omnib. nec vitiosam quidem superstitionem admittens, nec superstitionis euitandæ prætextu, humilitatis, aut morum sanctionem euacuans, Obedientiæ se totos subijciant. Sit homo interior totus Deo, sic exterior totus prælato subiectus. Quicquid superior eis vel præpositus, vel instructor iniunxerit, quasi diuinitus imperatũ, statim vt veri obediẽtiæ filij deuote adimpleãt, quicquid statuerit immobiliter seruent, scienterque aliquid transgredi sacrilegium putent. Credant salutare, quicquid ille præceperit. Perfecta obedientia est in incipiente maxime indiscreta, i. nõ discernere quid vel quare præcipiatur, sed tantum ad hoc niti, vt fideliter & humiliter fiat quod a maiore præcipitur. Nouitium prudẽtem, incipientem, & sapientem, in cella diu posse consistere est impossibile, & in cõgregatione durare. Stultus fiat, vt sit sapiens. Secure per omnia obeditur, vbi cõtra Deum nihil præcipitur. Discant ergo voluntates proprias frangere, alienoque iudicio & imperio ambulare. Nulla ars (ait Hiero.) absque magistro discitur. Ad illud (inquit) tendit oratio, vt tuo doceam te arbitrio non viuendum, sed viuere debere in monasterio, sub vnius disciplina patris consortio q. multorũ, vt ab alio discas humilitatem, ab alio patientiam, hic te silentium doceat, ille mansuetudinem. Non facias quod vis, subijciaris cui non vis. Lassus ad stratum venias ambulásq; dormites, nec dum expleto somno surgere compellaris. Nihil absque instructoris conscientia faciant, vel quocunq; eant, cui ab alijs & iam superiorib. demandata sibi significẽt. In quibus sufficit ipse, semper eius licentia sint contẽti, pro his quæ inferioris sunt, nõ passim recurritur ad maiorem. Fratres omnes, & se inuicem honore & obsequio præuenire, & eorum defectum in officijs humilioribus implere contendant. Seniores fratres versiculos dicere, de lumine seruire, liberũ officium tenere, vel huiusmodi humilia in choro, & extra, quantum in se fuerit non permittant. Omnibus se subijcientes humiliter propter Deum, non quod sibi vtile putent, sed quod alijs amplexantes omnibus libenter obediant, omnibus satisfaciãt prout possunt, vt in omnibus quibus vtitur transitoria necessitas, supereemineat quæ permanet charitas. Quicquid agunt fidelissime cum diligentia faciant, & tanquã Deo non quasi hominibus seruientes, nõ æstiment alios fratres qui diutius in ordine laborauerunt, secum ex æquo laboribus occupandos, præsertim cum de se humiliter sentientes, pie debeant credere, ꝙ sancti viri plus Deo placeant quiescentes, quam ipsi quantumlibet laborantes. Erubescant se nescire, quod in obsequijs religioso est sciendũ. Quod igitur nesciũt, statim exercitio magistrante addiscant. Sint præcipue ad seruiendum cõmunitati promptissimi. Si lumen in Ecclesia vel in officinis, aut aqua in fratrum lauatorio desit, continuo de his & similibus necessitati prouideant. Ad obsequium aduenientium fratrum, qui sicut Angeli, imo sicut Christus in eis veniens sunt suscipiendi, cum omni deuotione festinent. Et quia fratribus hospitibus, secundum ꝙ religionis honestas & consuetudo requirit, prius orandum est, quam fratribus socientur in pace, quam cito ab oratione surrexerint ad eorum deosculandas manus, maxime si fuerint sacerdotes, deuote occurrant, & humiliter genuflectant, nullum fratrem proprio appellent nomine, nec nisi fuerit patriæ consuetudo tulient. Nulli prorsus quantum in eis est, materiam præstent molestiæ alicuius, sed omnia quæ necessaria & vtilia æstimant, bono pietatis & charitatis componant. Quid pace honestius? quid vnitate iucũdius? aut commodius societate? qd charitate melius aut preciosius inuenitur? Gloriosissimum quidem, & potissimum liberalis animę & conscientiæ bonæ iudicium, pacẽ proximi custodire. Omnem (quantum possibile est) fratrum scandali occasionem vitare, verecundari si socium vel per subreptionem offendis. Si quem aduersum se fratrem motum vel leuiter senserint, quiescere nesciant, quousque ipsum humili, studuerint satisfactione placere. Ad extraneos siquando procedunt, in verbis eorum, incessu, & habitu, modestia fulgeat disciplinę, breuiter & pauca loquãtur, caput decenter operiant, manus abscondant, mulieris omnino quãtumlibet propinquæ osculum, & nudæ manus contactum penitus vitent. Pro personis, quæ in domo vel in via fratrum se orationib. recõmendant, statim post earum abscessum, orationem faciant specialem. Defunctis fratribus audito eorum trãsitu, quam citius possunt subueniant, & debitum saltem obsequium soluere nulla occasione postponant. Talia siquidem non absq; pertimescendæ offensæ periculo negligunt.

De rerum custodia. Cap. 4.

Res quas tenent præcipue libros, munde teneant & honeste. A tactu libri nudam cohibeat manũ, quæ licet munda, tamen quia porosa, ipsum facile inficit & deturpat. Turpe est nudos paginarum marginibus imprimere digitos, vel ipsos, vel certe lanternã super librum legendo deducere. Semper pannus si adsit digito supponatur, alioquin ita caute tangant & leuiter, vt tangentes quasi non tangere videantur, librum superflue apertum non teneant, vel incaute relinquant. Firmacula libro paululum stricto si violentia laxentur apponent, violentiam sonitus probat. Indignus est libro, qui negligit custodire. Solent in curijs quidam libros digitis, & vestes saltem in manicis munde seruandas, sordibus, & pulueribus, vel reb. quas tractant, pœne indifferenter exponere, ipsas vero extremæ frequenter vtilitati expositas, vix valent a sociorum cibo, vix ab altari, vix etiam ab ipsis calicis mappulis prohibere. Qui ipsis placere sordibus cupiunt, custodiæ curam, curiositatis condemnant infamiam, suæque vitium incuriæ, virtutis specie colorare nituntur. Grauia hæc homini erudito, qui munditia gaudet, honestatis pulchritudine delectatur.

De profectu & defectu nouitiorum, siue de differentia conuersorum. Cap. 5.

Accedit hic neophytorum conuersio, differens intuenda. Sunt enim quidam tractabiles, simplices, deuoti, timorosi, qui nihil sibi Christo charius æstimantes, voluntates proprias ei sacrificant, voluntarie prompti, ad nutum nutu citius obedire, ad difficilia quælibet propter Christum æquanimiter perferenda parati, suæ quoque integritatis soliciti, cor suum per puram confessionem, & assiduam orationem mundare non negligunt. Sunt in exteriori conuersatione disciplinati & humiles, student se in omnibus officiosos & amabiles exhibere. Siquidem studere pp Deum amari, charitati seruire est. Hi vero sunt altissimi filij, fideles sanctæ religionis propagines, fratrum lætitia, consociorum solatium, sui gloria instructoris. Nam gloria patris, est filius Sapiens. Sũt & alij duræ ceruicis, disciplinæ insusceptibiles, mansuescere nescientes, tepidi, curioli, superbi, qui quam suauis est Dominus non gustantes, seculari dumtaxat deposito habitu, non affe-

ctu

ctu, qui adhuc in morib. in verbis, in geſtib. & propria
ſum pertinacia voluntatū ſæculo fidem ſeruant, vt mon
ſtro mirabilibus ſub religioſa veſte hominem videas ſæ
culare. Hi ſunt filij diffidentię, adulterina plantatio, fru-
ctus inutiles, & acerbi, ſociorum onus & ſcandalum, ſui
Eccl. 22. afflictio & confuſio inſtructoris. Iuxta illud. Ira patris fi
lius ſtultus, & confuſio patris de filio indiſciplinato. Po
nenda ſunt pauca, torporis, curioſitatis, & ſuperbiæ
prædictorum indicia, vt cognita deuitantur. Cautior in
bonis ambulas, ſi & mala non lateant. Tepidus in con-
uerſatione, ocioſa verba, & vanas cogitationes, noxias
eſſe non conſpicit. Vſitatis grandibus reliqua omnia vix
reputat imputanda. Hebetati cordis ipſe ad conſcien-
tiam de offenſis, vt timoris filialis ignarus, timoratos &
conſcientiæ puritatem amantes, fatuos & ſuperſtitioſos
ſententiat. Quòd ſi a torpore mētis euigilauerit, ea quæ
leuia exiſtimabat, quaſi horrenda atque atrocia perti-
meſcit. Vacuus gratia & tepidus, quod eſt gratiæ, ſeu mi
nus neceſſarię tentationis, quod diſciplinæ, quod morū,
quod virtutis perfectio conciliat, negligens illud diffici
le vel certe ſuperfluum arbitratur, ægre doctrinam ad
talia patitur. Doctorem nimis perfectum, ironica irri-
ſione pronuncians. Nempe ſtultus ſui patris diſciplinā
Eccl. 21. irridet, vt pateat quod iuxta ſapientem dicitur. Compe-
des in pedibus ſtulto doctrina. Animalis homo, non per
Tepidi proprietates. cipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. Tepidus, in conuerſatio-
ne remiſſus, publicos mores, & doctoris monita negli-
git, ea quæ Dei ſunt languide operatur, ſi quod inchoat
bonum, vix perficit, tarde ad diuinum officium, & quæ
que conuentualia occurrit, ocio gaudet, labore vel mo-
dico læditur, & facile ſe infirmum vel ad modicum ſe fa
tigatum prætendit, ſed & amore priuato ſe diligens, quę
carnis ſunt ſapit, & proſequitur ex affectu. Aliorum quo
que defectibus non virtutibus hęrens, ſi quid minus vel
negligenter actum inſpexerit, illud in exemplum ad ſuæ
velamen tepiditatis aſſumit. Ficta ei & indeuota confeſ-
ſio, rara & breuis compunctio, inſipida & ſine intentio-
ne oratio, incircūſpecta & ſine ædificatione lectio, obe-
dientia moroſa & ſine deuotionis affectu, vix aliqualis
impletio. Multos. n. remiſſa conuerſatio in priſtinos er-
rores reducit, ac viuendi torpore reſoluit, vt nonnun-
quam ex ore Domini euomantur. Curioſus non curan-
Curioſi proprietates. da curat, neceſſaria negligit, & ſui oblitus, aliena conſi-
derat, notat & explorat. Si quod inſonuerit verbum, an-
helat ſolicitus ad ſciendum, & honeſtate poſtpoſita id
ab inuitis, & celare forſan volētibus, inuerecunde requi
rit, locis ſibi non conceſſis, congregationi, & collocutio
nibus fratrum ſe ingerit non vocatus. Cum eum abeſſe
putaueris, adeſt impudens lateri, adeſt auri, vt nec ſecre
tum valeas occultare ſermonem. Obſeruat angulos, va-
gis circumſpicit oculis, hęret ad ſingula quæ occurrunt.
Communes oblidet tranſitus, ſuperuenientium & foren-
ſium gaudet occurſu, rumoribus & ſæcularibus verbis
hauriendis & referendis intendit. Res ſibi non deputa-
tas curioſe reuoluere non quieſcit, literas etiam alienas
ſi caſu apertas inueniat, inſpicere non veretur, quas ta-
men licet apertas qūolibet inuētas, vix aliquis niſi ſupe
rior licite inſpicit, vel alijs inſpiciendas exponit. Rerum
quoq; apparatus, cura ſuperflua, curioſitatis vitium cla-
mat. Signa vero ſuperbiæ ſanctus Proſper enumerans,
hos (inquit) dolendos enuncio, quos iam conuerſos ſu-
perbia occulte captiuat. Hi ait ſeniorum ſuorum non
obſeruant imperata, ſed iudicant de ſuis negligentijs, ob
iurgāt, aut rebellant inſolenter, aut murmurant. Simpli-
citatem ſpiritualium fratrum irridenter exagitant, præ-
ferri ſe etiam melioribus impudenter affectant. Obſe-
quia delata faſtidiunt, negata pertinaciter quærunt. Na
tales morib. anteponunt, minores ſuos elati deſpiciunt,
conferri ſibi aliquos poſſe non credunt. Non ſeruant in
obſequio reuerentiam, in ſermone modeſtiam, in mori
bus diſciplinam, habent in intentione pertinaciam, in
corde duritiam, in ſermocinatione iactantiam. Sunt in
humilitate fallaces, in locutione mordaces, ſubiectionis
impatientes, temerarij in audiendo, clamoroſi in loquē
do, faſtidioſi in aduertendo, præſumptuoſi in docendo,
effrenati deſformiter in cachinnando, hæc ſunt, infert,
ſuperbiæ graſſantis indicia. Superbus ſe ad omnes pro-
priæ voluntatis impulſus accommodat, nec ſe alijs, ſed
alios ſibi applicare contendit; facile ſibi fieri contume-
liam iudicat, ad quam irrogandam eſt validus, ad tolerā
dum infirmus. Et ſe grande aliquid eſſe putans, diſerre
ſocijs dedignatur, legibus ſubdi, & culpam recognoſce
re propriam erubeſcit. Et licet iuxta ordinis mores ſe re
gere neſciat, in ſuis oculis tamen ſapiens & perfectus, ad
aliorum inſtructionem ſuæ præſertim opinioni contra-
riam ſtomachatur, repræhenſus offenditur, nunc cauſā
vt inſufficientē vel friuolam, nūc monitoris modū calū
nians, vt ſi perſuadere aliqd velis, inſtabit qđ modus ar
tē, monitio ſtudiū exigat, quo fit vt hmōi allegationū
oblitus ſpinis ſicut ericius, vel irrefragabili rōne, vel au-
ctoritate non dubia capiatur. Fit igitur ad obtaperandū
difficilis, & ad correctionem impatiens, adeo interdum
vt ſe diſcipulum abnuens, ipſum etiam deputatum ſibi
refugiat inſtructorem. Hæc omnia ſerui Dei quaſi peſ- Deut. 18.
tem mortiferam deteſtantes, perfecte ad Dominum cō
uertantur, iuxta illud Deuter. Perfectus eris, & ſine ma Eccl. 2.
cula cum Domino Deo tuo, Vę (inquit ſapiens) duplici
corde, & peccatori terram ingredienti duabus vijs. Si qs
vero ſufficienter expectatus & monitus, mores corrige
re ac religionis formam induere negligit, pręſertim ſi re
bellis aut contentioſus extiterit, non eſt proficientium
numero aggregandus. Infidelis ſi decedit, diſcēdat ne v-
na ouis morbida contagione mortifera totum gregem
contaminet, peruerſus & inſolens non niſi in onus reli-
gionis, & diſſolutionem admittitur.

De nouiter profeſſis in ordine. Cap. 6.

AD profeſſionem admiſſis, ſit quam maxime cu-
ra ne defluant, perfecti quique magna ſe diſcre-
tionis ſubtilitate conſpiciunt, ne ad deteriora vn-
quam vel in opere, vel in cogitatione dilabantur. Si cu-
rare parua negligimus, inſenſibiliter ſeducti, audenter e-
tiam maiora perpetramus, ſuſceptam etiam examinis tē
pore diſciplinam prudens non abijcit, immo nec ſuum
continuo quaſi iam ſibi ſufficiens deſerit inſtructorem.
Eget rectore nouitius, eget nouus directore profeſſus.
Vanus & fictus, vt inſtructoris curam euaſerit, inſole-
ſcit, aſſumit cornua, fit præſumptuoſus & audax, & qua
ſi vacca laſciuiens a prima informatione declinat. Ceſ-
ſat oratio, tepet deuotio, confeſſio peccatorum negligi-
tur, vt putes eum aut ſui oblitum, aut non habere pecca
tum, facit quidem dilata confeſſio, vt negligēs mundus
appareat licet non exiſtat, dum culpas abſorbet, obli-
uio abſoluit. Multiplicantur dum nō curantur offenſę,
multiplicatæ ne diſcernātur & corrigantur impediunt. Eccl. 21.
Multitudo peccatorum impedit ne videantur. Vnde pi Prou. 4.
ger tunc eſt maxime vitioſus, cum vitia non agnoſcit.
Sic filia fatua in deminoratione erit. Iuſtorum autem ſe
mita, quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad
perfectam diem. Profeſſi ergo profiteātur profectum,
præſumptionem præſcribant, dabit ad hoc humilitatis
& paupertatis conſtantia, perſeuerans affectum, & cura
rum abiectio terrenorum, exercitio charitatis, & quæ
complectitur omnia conſiderationis attentio. Sum-
ma religioſi virtus humilitas, quæ ipſum curat, perficit
& conſeruat. Sine humilitate nulla virtus, nulla perfe-
ctio, aut acquiritur, aut ſeruatur, virtutum ſiquidem bo
num quoddā, ac ſtabile fundamētū eſt humilitas. Nem
pe ſi

pe si nutet illa, virtutum aggregatio nõ est nisi ruina. & quoniam ad humilitatem humiliatio via est, non erubescant humilia, nec humilitatis officia facile respuant ac imposita recommendent. Omnis ab eis præsumptionis audacia proscribatur. Antiquioribus fratribus in ordine deferant, semper eorum respectu se iuniores & nouitios reputent. Ad exteriora, vel honoris alicuius officia prouehi non affectent. Multos propera nimis ꝓmotio, a virtutũ iam profectu per vitium elationis deiecit. Qui mundum deserũt (ait sanctus) ad exteriora officia vehi non debent, nisi per humilitatem diutius in eiusdẽ mundi contemptu solidentur. Et quia nouorum & iuniorũ tentatio solet esse facile superbire, nescire modum humilitatis seruare, & si forte in aliquo præsint, officij metis excedere, ac de minimis grandia iactitare, attendant sibi super his vigilanter. Nõ põt intimo conscientiæ testimonio gloriari veraciter, nisi q̃ extrinsecas glorIolas pfecte respuerit. Paupertas in omnib. placeat, ne iterum siue in libris siue in alijs rerum se velint farcinulis onustare. Perfecta rerum abiectio, a cura expedit mẽtem, ab infectione affectum. Nemo in Christi expeditione liberior nil habente. Si aliquib. egeant, studeant parcitati. Super omnes diuitias diuitem facit paupertas. Hæc quoque in victu, & in his quæ carnis sunt, maxime amplectenda. Nõ est euangelici pauperis gaudere superfluis, luxibus indulgere, & (quod nec diuites possunt semper velle) in oĩbus abũdare, nec penuriã scire pati. Familiaritates superfluas fugiãt. Esto (ait quidam) oĩb. benignus, nemini blãdus, paucis familiaris, omnibus æquus. Et Sanctus Bernard. Tria (inquit) religiosum quemlibet decẽt, pauca loqui, paucos habere familiares, & multum orare, vbi multi familiares, ibi multæ locutiones, & sibili singulares. Si familiarem admittis, sit quem ætas, mores, discretio, & honestas insignit & commendat. Familiaritas si fuerit ordinata, non erit blanda, improba, puerilis. Est modesta quædam in sancta familiaritate seueritas, est & iustitiæ

Eccl. 9.

rectitudo, vt nullatenus vitium foueatur, nec pro amico proximus offendatur. Noli (ait sapiẽs) pro amico inimicus fieri proximo. Sæcularium denique familiaritas indiscreta, religiosi quietem multipliciter inquietat. Nullius gratiam munusculis comparẽt. Si quid forte alicui vel causa exacti necessaria prius religionis lege, licentia præobtenta obtulerint, honestas rei, & vilitas precij religiosorum & pauperum xenium esse probent. Non frequentent propinquos, ac exterioribus se implicent curis, sed salutis propriæ memores, agendæ potius pœnitentiæ vacent. Non cadat a mente professio, semper ad quod venerint cogitent. Pensent quod de quibusdam ait, scilicet Gregor. Sæpe (inquit) nonnulli apertæ prauitatis vias deserãt, sanctitatis habitum sumunt, sed mox vt prima limina bene viuendi contigerint, obliti quid fuerint, affligi iam per pœnitentiam de consumatis nequitijs nolunt. laudari autem de inchoata iustitia appetunt, præesse etiam cæteris meliorib. concupiscũt. Et post pauca, in rebus ait multiplicibus occupati, atq; ipsa occupatione confusi, non solum perpetrata minime deplorant, sed adhuc quæ deplorentur exaggerãt. Secun-

2. Tim. 2.
2. Cori. 4

dum Apostolum. Nemo militans Deo, implicat se negocijs secularibus, vt ei placeat cui se probauit? De sancto quodam legitur, quòd quanto magis se ab humanis curis & colloquijs sequestrabat, tanto illi vicinior & propinquior Deus erat. Vitanda maxime colloquia mulierum, non potest toto corde habitare cũ domino qui mulierum accessibus copulatur. Charitatis obsequia libenter impendant. Charitas semper reddita, semper detinet debitorem. Hæc autem quomodo negetur amicis, quæ etiam debetur inimicis? postquam vel orationi vacauerint, vel ad studium se dederint, ad seruiendum fratribus surgant, & si necesse fuerit officiales nunc hunc, nunc illum, discrete tamen & prout oportuerit iuuẽt, vt secundum Apostolicam doctrinam, & vitam, manibus suis laborantes quod bonum est, aliorum fratrum etiam corporaliter si fieri potest, participantes laboribus in charitatis semper exerceantur operibus, & cibum cor- Eph. 4.
poris non absque labore comedant corporali, vt hæc sãcta consuetudo ipsos in humilitate custodiat, in fraterna dilectione & omni perfectione confirmet. Qui communibus instant, suisque obsequijs alios portant, sunt corporali simul & spirituali suffragio supportandi. Merito singuli pro his orant, qui pro communitate laborant. In spiritualibus bonis Martha participet cum Maria, quæ vtique sunt sorores, & æqua sit pars descendentis ad prælium, & permanentis ad sarcinas, & equaliter diuidant. Qui nobis corporaliter obsequuntur, iuste sortem in necessarijs spiritualibus assequuntur. Rursum communitatis operibus, familiaria nemo præponat. 1. Cor. 14
Charitas (de qua scriptum est) non quærit quæ sua sunt, sic intelligitur, quę communia proprijs, non propria cõmunibus anteponit. Considerationi denique ante omnia & in omnibus vigilandum, quæ ad finem & dilectionem attendit. Finis ad quem nostra tendit professio, est regnum Dei vel potius ipse Deus. Directio qua illic tenditur, mentis est puritas, ad ipsum principaliter directiua. Gærendum iugiter his duobus. Necesse est n. mentẽ considerare quo recurrat, cuique principaliter inhæreat, non hæsitentem, per singulas horas atque momenta pro incursuum varietate mutari, atque ex his quę extrinsecus accidunt in illum statum continuo trãsformari, qui primus occurrerit necesse est. Hinc est, q̃ multos pro Christi amore maxima contemnentes, pristinum tamen affectum in minimis retinentes, postremo videmus pro graphio, pro acu, calamoque commoueri. Irascuntur mobiliter, & inflantur, veluti qui nõ habent apostolicam charitatem. Qui si cõtemplationem mundi cordis fixam tenerent, nunquam pro paruis reb. admitterent, q̃d ne pro magnis ac preciosis incurrerẽt opibus, easdẽ penitus abijcere maluerunt. Vnde liquet, perfectionem non statim facultatum seu dignitatũ abiectione contingi nisi fuerit charitas illa, cuius Apostolus membra describit, quæ in sola cordis puritate consistit. Nam quid est non emulari, non inflari, non irritari, & reliqua, nisi cor perfectum atque mundissimum Deo offerre, & intactum a cunctis perturbationibus custodire? Quicquid ergo nos ad hanc puritatem potest dirigere, tota virtute sectandum est. Quicquid autem ab hac potest retrahere, quamuis necessariũ & vtile videatur, vt perniciosum & noxium deuitandum. Sine vita tendẽtibus, labor est itineris non profectus. Operantur & seruant quã maxime puritatem, perfecta humilitas, & expeditio mentis a terrenis. Erit denique vt purus animus pura Deum oratione frequẽtet, frequentãdo gustet, gustando probet quam suauis est Dominus. Erit denique vt diuino inebriatus amore, totam in Deum considerationem inflectat, toto in ipsum desiderio pergat, nil ei sit dulcius, nihil iucundius in hac vita, quam vacare & videre quoniam ipse est Deus, quod est in partibus cõsiderationis potissimum. Affectat sic anima, compræhendit, complectitur, stringit, & tenet dicẽs. Tenui eum nec dimittam. Puritas itaque via est regia, perquam ad spon- Can. 3.
si amplexus, per quam tandem ad patriam peruenitur. Per hanc tandem, veri Israelitæ de virtute in virtutem donec videatur Deus Deorum in syon, desiderij gressu indeclinabili gradiuntur, Christũ super omnia diligunt, nihil eius amori præponunt in via, quem habituri sunt Psal. 83.
mercedem in patria. Et nunc ego qui licet admodum imperfectus & rudis, per obedientiam tamen erudiendis simplicibus aliqua hic documenta congessi, pulchrũ depingens hominem pictor fœdus, eos supplex per Dominum obsecro, vt me sibi, & si minus proficuum, tamen beneuolum attendentes, in orationibus suis mei

memi-

meminerint peccatoris, quatenus orantibus eis, meorũ veniam peccatorum assecutus, in potẽtias Domini vna cum eis merear introire, ipso misericorditer Domino id præstante, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum Amen.

Sequuntur moralia quædam documenta, extracta ex speculo disciplinæ sub tribus metris infra comprehensa, pro nouis & iunioribus, in corde, collocutorio sine locutione et in choro maxime præ alijs intuenda. Et primo de cordis disciplina offendendo vitia, et quod ad fugam eorum est discernendum.

Frater mi charissime cum bene hæç fugeris, cordis disciplinam habebis. Ideo intus & extra his quæ sequuntur, vel alijs renuncia. Primo res peculiares. Secũdo reatum peccati. Tertio vagationem mentis. Quarto vecordiam. Quinto propriam voluntatem. Sexto præsumptionem. Septimo irreuerentiã. Sine quibus, in religione nostra frater quilibet ad operandum bene censetur expeditus. Cum Deo vale frater peramande. Frater hospes ventus, isto dogmate tentus. Res, re, va, ve, pro, præ, ir, hinc fugito mi vir.



SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS,

Tractatus de interiori homine, alias, de triplici statu religiosorum, incipientium, videlicet proficientium, & perfectorum.

PRIMA PARS

De informatione nouitiorum. Cap. 1.

PRIMO semper debes considerare ad quid veneris, quare veneris, & ꝓpter quid veneris. Propter quid.n. venisti? nonne solummodo propter Deum, vt ipse fieret merces laboris tui in vita æterna? Sicut ergo propter nullum alium venisti, ita propter nullum alium, nec propter alicuius exempla te peruertere, quin studeas ad illud quod venisti. Venisti.n. ad seruitutem Dei, cui seruire debet omnis creatura, quia nihil habet ab ipso. Et ideo debet ei dare totum quod est, & quod scit, & potest. Et si omnia seruiunt creatori pro omni posse suo, multo magis homo tenetur, quem non solum creauit sicut & cætera, sed insuper intellectu decorauit, liberu arbitrio nobilitauit, mundi dominum constituit, sibi similem fecit, naturam eius assumpsit, verbo & exemplo proprio instruxit, proprio sanguine suo de æterna damnatione redemit, spiritum sanctum ei infudit, carnem suam in cibum tradidit, curam eis habet sicut mater paruuli sui, & æternam hæreditatem ei dare instituit. Ecce quantum tenemur nos Deum præ cæteris, & super omnia diligere, qui nos præ omnibus mundi creaturis sic amauit.

De obedientia. Cap. 2.

ET quia non confidis tibi ipsi, vt præsumas te scire quid velit Deus, ideo cõmisisti te superiori tuo vt ipse te regat, & dedisti ei manus tuas in professione vt ipse te in viã Dei inducat, vndę nõ licet tibi viuere de cætero pro velle tuo, sed quo ductor tuus ire iubet, & quod ipse prohibet cauere debes, quia qui artem aliquam addiscere cupit, sui doctoris regulas debet tenere, & proprias adinuentiones relinquere, & infirmus qui adhuc accesiones vitiorum patitur, debet seruare dietam quam ei medicus suus indicit, si cito & plene vult curari. Ita & tu mihi facias, siue dicas, quòd magistrum tuum velle præsumas. Te.n. dedisti ei propter Dominũ, & propter regnum cœlorum, & iam nõ es tuus, sed eius cui te vendidisti, & ideo nihil tibi licet agere de te sine eius volũtate. Ipse.n. est Dominus voluntatis tuę. Et cõtrectatio rei alienæ inuito domino, furtum est Fur autẽ cœlo non appropriat. Ipsi rectores nostri sunt vicarij Dei super nos, & ideo debemus eis sicut Domino obedire. & non sicut hominibus, quia nõ propter ipsos, sed propter Deum eis subiacemus. Talem.n. te exhibeas ei, vt libere iubeat te facere vel omittere, quicquid viderit expedire, quia si ipse timet te, iam seruus maior est domino suo, & discipulus est super magistrum.

De pace cum prælatis. Cap. 3.

HAbe semper pacem cũ prælatis, non eis detrahas, nec libenter audias eis detrahentes, quia Deus specialiter hoc vitium odit in subditis & in prælatis, vt in Cham patet, qui verenda patris sui nudata fratrib. nuntiauit, & sibi maledictionem in hoc irremediabilem acquisiuit. Gen. 9. Non ponderes excessus eorum, sed ignosce eis quasi hominibus, quia in multis curis non potest aliquando negligentia vitari. Et sæpe quod in eis reprehendimus, ex nostro vitio magis est, quam ex eorum culpa, quia sæpe aliquid quod pro bono faciunt, quia eorum intentionem non intelligimus pro, malo iudicamus, quod ad nos non pertinet nobis non vsurpemus, nec reprehendamus ea quæ quo animo fiant nescimus. Honora eos in corde tuo, non spernas, ne forte & Deum spernas cuius vicem gerunt. Crede etiam quod Deus inspirauit eis, quicquid iubent te facere propter animæ tuæ vtilitatem. Ordinationes eorum & constitutiones ne fastidias, quia nõ sine causa faciunt, licet tu nescias omnes causas. Qui autem simpliciter ambulat in via Dei, ei non nocet, sed ad meritum maius sibi prodest. Nam qui ambulat simpliciter ambulat confidenter Seruus Dei sic debet incedere via recta in manda- Proue. 10. tis, quod statuta humana eũ non arceant in aliquo, quia semetipsum debet arctare, ita quòd etiam si non esset illud statutum, tamen sibi caueret ab omni quod sibi expediens non esset. Per talia enim statuta tantum reprimitur eorum excessus, qui metas disciplinæ transgrediuntur. His de obedientia præmissis, quæ est initium boni in religione, ad aliud transeo, & primo ad corporalia exercitia, & ad spiritualia consequenter, quia non prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spi- 1. Cor. 15. rituale.

De *surgendo a somno.* Cap. 4.

ASsuesce cum oportune potes, parum ante matutinas euigilare, vt spiritus tuus dirigatur ad Deũ in oratione, & vt orationi & Dei laudib. magis sis sobrius & deuotus. Cum euigilas, statim omnes cogitationes tuas abijce de corde tuo, somnia quę somniasti in nocte, quib. te Diabolus vellet occupare, & primitias cogitationum tuarũ offerre Deo in cogitatione vel aliqua bona meditatione, cum corporis exercitatione vel genuflexione, donec aliquem affectum deuotionis concipias, & cogitationes vanas quæ tunc maxime infestãt mentem, a te abijcias, & ex hoc eris ad omne opus deuotior, & expeditior tota die.

Quomodo

Digitized by Google

Qualiter in choro te gubernare debeas. Cap.5.

IN diuino officio non sis piger & fastidiosus, sed coge corpus spiritui seruire, & sta reuerenter, & psalle alacriter in ecclesia, & deuote coram Angelis, qui ibi iuxta te sunt præsentes. Non circunspicias hinc inde nisi necessitas adsit. Risus & verba inutilia penitus detestare, vbi coram Domino maiestatis cum metu & reuerentia debes assistere. Verba psalmodiæ distincte & integre pronuntia. Non discurras per chorum, nec ante finem horarum exeas, nisi oporteat. Prius quam incipiatur officiũ, præuenire studeas si potes, vt cor ad aliquã deuotionẽ sit adaptatum, quando officium inchoatur. Ideo n. tam desides & tepidi sumus in diuino officio, quia ante non sumus in aliqua deuotione excitati, & ita sicut intrauimus frigidi, eximus corde dissoluti. Stude in ipso initio cogitationes vagas abijcere, & intẽde his quę psalluntur, alioquin tumultus earũ vix poteris euitare. Post officium etiam stude te seruare in deuotione quam concepisti, nec statim te ad inania effundas. Si autem non habes deuotionem interius, saltem conserua disciplinã & morum grauitatem humiliter exterius, propter reuerentiam Dei & aliorum exemplum.

Qualiter in capitulo te habeas. Cap.6.

IN capitulo non multum loquaris, & multo minus in ecclesia, nisi valde vtile sit, & hoc humiliter & mãsuete & submisse culpam humiliter dic. Et correctus humiliter responde, nec te excuses quando corriperis. Si de consilio interrogatus fueris, libere & humiliter dic quod tibi videtur expedire. Si autem tuum consiliũ non requiritur, non sit tibi curæ, nec velis pertinaciter defendere sententiam tuam. Sufficiat tibi acquietasse consciẽtiam tuam. In accusationib. non sis annexus, dic tantum quod scis factum contra rationem & ordinis instituta, sine odio alicuius, & cum verbis mansuetis, & placido vultu. Et quod nescis non teneris dicere. Noli opinando aliquem accusare, quia opinio sæpe fallit. Ille qui dixit tibi quod nesciebas, dicet ipse si verum est, & si præsens erit. Si autem præsens non fuerit, tunc non potest probare, cum eum testem non habeas. Non graueris pro accusationibus tuis, sed tãtum dic humiliter culpam tuã, licet magnæ sint vel paruæ, quia maior tibi surget confusio si procaciter te excuses, quam si humiliter confunderis. Si vero graues essent & non veræ, maxime quę possent alios scandalizare, tunc humiliter audientia petita, indica eis paucis verbis & modestis, quòd non sis tibi conscius, de quibus accusaris. Seruus Dei non timet cõfusionem coram hominibus, vbi eum coram Deo conscientia non accusat, sed sustinet patienter quicqd Deus voluerit eum sustinere.

Respõdendum in Capitulo pri' petita licẽtia.

De correctione. Cap.7.

COnsuesce vbiq; dum a superiore corriperis, siue in choro, siue extra, q̃ statim genibus flexis dicas tuam culpam. Hæc est lex antiqua religionis, a Sancto Francisco & alijs sanctis tradita. Vnde & tu debes studere, tibi ordo a maiorib. tuis traditus est, ita & tu tradas eum posteris tuis, quantum in te est verbo & & exemplo. Nec aliquam non bonam consuetudinem inducas, vel dicas, nec aliquam bonam consuetudinem neglectam per incuriam Diaboli permittas in te & in alijs, quibus cum modestia persuadere poteris. Quicunque. n. aliquod exemplum alijs relinquit siue bonum siue malum, particeps est imitatorũ suorum, siue in supplicio, siue in premio sempiterno.

Qualiter in mensa te habeas. Cap.8.

IN mensa non sint oculi tui girouagi, nec hinc inde conspicias, ita quòd nescias quis sedet in latere tuo, vel quid faciat, vel quid coram se habeat. Tibi soli intentus sis, vel Deo vel lectioni. Cum disciplina, timore, & silentio comede, non cum impetu gulæ quasi famelicus, nec vagis oculis, & inquieto corde circũspicias, quid sit in mensa delicatius, nec ante quęras faciare oculum quam palatum, sed cum gratiarum actione sufficiat habere, q̃ potes. Et semper velis penuriam aliquam potius sustinere, quam plus abundare. Nihil spernas quod tibi apponitur, nec indigneris si aliquis defectus sit incõdimento, vel salis, vel cocturę, sed cogita q̃ multo meliores te, vilioribus & paucioribus cibis sunt contenti, qui illud quod abijcis pro magnis delicijs reputarent. Paupertas Christi familiaris amica placeat tibi in omnib. & ipsam cum summo conatu amplectere in mensis, cibis, & potu, in vestibus, in vtensilibus, in libris, in ædificijs, & in omnib. Videmus quam humiles gestus pauperes habent, quam simplex responsum, quam pauidũ animum. Nũquam audiatur aliqua querimonia de te, pro aliquo defectu in cibo, vel potu, vel vestitu. Reputa te indignũ esse de his quæ habes, quia inopia exterior crescit in augmentum gratiæ interioris, & in diuitias conscientię bonæ. Econtra exterior abundantia inopiam generat interiorum. De mensura vero comedendi difficile est dare certam regulam, nisi q̃ inter duo semper mediũ teneat. Ne ita parum sumas, vt in virib. deficias, & nec communi labore frangaris. Similiter nec ita multum sumas, vt propter multum cibum sumptum non possis orare vel legere vel agilis esse ad ea quæ præcipiuntur. Et inter ista, propria experientia est melior magistra, cum bona voluntate.

De dormitione. Cap.9.

IN dormitorio esto quietus, ne aliquis per te aliquo modo inquietetur, siue orans siue dormire volens. Quoties autem euigilaueris, statim occurrat tibi memoria Dei & eius passionis, cũ gratiarum actione, quia ipse vigilat super nos, quando dormimus, vt ipse custodiat nos. Quando vis ire dormitum, prius attẽde orationi, vel deuotæ meditationi, & si ita hac occupatione dormies, tunc somnus erit tibi dulcior, & pulchra somnia somniabis, & euigilabis deuotior sic surges alacrior, & facilius redibis ad eandem deuotionem, in qua ante somnia tu fuisti. Et licet dormientibus non imputandum esse videatur, quod dormientes faciunt vel patiuntur, indecens tamen est religioso, obrutum esse somno sicut pecus, & iacere membris dissolutus aut incompositus, & manib. in sinu retractis, cum ob hoc maxime vestiti dormiamus & cincti, vt non habeamus potestatem circunducendi manus hinc inde in nudo corpore. Et vt magis simus parati ad surgendum ad orationẽ. De quãtitate somni, tene te sicut supra dictum est de cibi mensura, vt membra, & sensus ex quiete somni reficiantur, & ne nimio torpore somni corpus reddatur pigrius, animus tepidior, & sensus obtusior. Nam diuturna quies, vitijs alimenta ministrat. Non potest tamen mediũ semper in talib. custodiri, sed virtuti vicinius est, si ex bonæ volũtatis feruore necessitati corporis aliquid interdum subtrahitur, quã si ex tepiditate cordis, carnis vitia quasi sub discretionis pallio impinguato corpore nutriantur. Iuxta illud. Melior est iniquitas viri, quam mulier bene faciens. Hoc est, melior est qui per cœleste desiderium accensus, carnem ei necessaria subtrahendo affligit, quã qui per delectationem resolutus, omnia quæ necessaria sunt ei, satisfacere contendit. Et licet hoc bonum & aptum sit ad profectum spiritualem, tamen caute faciendum

Nota q̃ vestiti dormire debem' & cincti.

Cato.

Eccle. 42.

ciendum est, ne corpus deficiat in via antequam ad metam perueniat, vt possit sequi conuentum sine murmure destincti corporis, & communem ordinis rigorem cum cæteris tenere. Quia qui post te ad ordiné veniunt, non attendunt quid ante eos laboraueris, sed solum aspiciunt quale eis exemplum præferas in præsenti. In laborib. vigilijs, in cibis, & alijs obseruãtijs ordinis, in quib. vellent sibi seniores suos præire. Alioquin aut scandalizantur de ipsis, aut imitari eos incipiunt, arcendo corpori plusquam expediat. Non. n. attendunt quid boni intus meruerint, sed quid exterius rigoris ostendant, deuotionem Deo debemus intrinsecus, sed proximis bonum exemplum extrinsecus, vt ita cógrue possimus nos vtiq; exhibere, discretio necessaria est, per quam corpus castigetur prudenter, ne aduersus spiritum rebellet, & rursũ discrete foueat, ne sub sarcina corruat, & spiritualis vitę profectum præ nimia debilitate impediat.

De obsequijs. *Cap.* 10.

AD labores communes, & ad humilitatis officia esto paratus. In coquina, in ecclesia, & in alijs officijs, & maxime in illis officijs quæ alij pro sua vtilitate abhorrent, vt ligna portare domum scopare, ollas, & alia vtensilia purgare, pedes lauare, & fratrum tunicam excutere, & mundare.

De obsequio ad missam. *Cap.* 11.

AD missas libenter ministra, quia hoc est officiũ Angelorum, ipsi. n. Deo suo vbiq; ministrant deuotissime. In hoc. n. ministerio, multiplex fruct⁹ est. Primo boni operis exercitium est. Secũdo opus charitatis est, & promouens proximũ in bono. Tertio opus deuotionis est, quia Deo appropinquat in orõne. Quarto opus angelicum est, cum quibus Deo ibi præsenti ministras, sicut & illi. Et ex hoc non solum sacerdos cui ministras, tunc orare pro te specialiter, sed & omnes circunstantes quorum vices geris debẽt. Imo tota Ecclesia vbiq; terrarum, quia tu geris vicem omniũ fideliũ, qui Deo suo de cœlo venienti, cum gratissima gratiarum actione deberent ministrare, si possent adesse. Et vix potest esse quin Dominus speciali gratia remuneret, etiam in præsenti, qui libenter & deuote ministrat ad illud sacramentum, quo nihil sanctius & deuotius potest esse in cœlo, & in terra, & quod est admodum præcipuum indicium diuinæ dignationis, & dilectionis ad hominem. Nõ enim minus videtur facere Deus in hoc, quòd quotidie dignatur descendere de cęlo super altare, quam cũ de cœlo descendens, naturam humani generis assumpsit factus homo. Et ideo hoc est memoriale totius dilectionis suæ, & quasi compendium quoddam omnium beneficiorum suorum, quod nobis reliquit, incarnationis, redemptionis, glorificationis, & iustificationis figuram inclusit. Sicut patet, his qui considerant huius sacramenti institutioné, celebrationem, & fructus participationem. Vnde salubre est, sæpe communicare ei, qui cum deuotione, & studio virtutum, & custodia sui nõ solum a magnis peccatis, sed etiam a leuitatibus verborũ, operum, & cogitationum se abstinent, & studẽt ad hoc se aptare. Licet. n. tempore debeamus esse soliciti de omnib. quæ bona sunt, tamen tunc maxime conueniens est, cum ad sumptionem Christi nos præparamus, vel susceptum nobiscum habemus.

Nota.

De confessione. *Cap* 12.

SÆpe confiteri, ad minus ter in septimana, & simpliciter sicut Angelo, qui sciret secreta cordis tui. Nõ adducas velamẽ excusationis, vel alleuiationis, nec implices te, ita ꝙ cõfessor non intelligat quid dicas. Specifica ei quid feceris, historias autem, & facta aliorũ noli recitare. Singulos articulos, quos recolis te fecisse a tẽpore quo nuper cõfessus es, dic breuiter, & pure, & noli longum tractatum texere cuiusdam generalis & † affirmatæ confessionis, quia generatur tædium confessori. Ista. n. omnia potes Deo in oratione quotidie confiteri, & defectus tuos ei exponere quos feceris in singulis virtutib. de his quæ confiteris, studeas te emendare.

† affectatę.

De cella & obedientia. *Cap.* 13.

IN cella libenter esto, & aliquid semper age quod ędificet te, vel a maiore tibi iniungitur. Nam tam volũtarius debes esse ad obedientiam, ꝙ si in omni hora tibi præciperetur quid facere deberes, libenter acciperes. Et ꝙ inquantum tui iuris non esses, quod non posses loqui verbum, nec ad alias necessitates proprias eundi sine licentia liberum habere arbitrium, sicut olim sanctos in Aegypto, & alibi legimus vixisse, quorum gloriam si cupimus adipisci, imitemur eorum virtutem.

De *lectione.* *Cap.* 13.

LEge sanctorum vitam & doctrinam, vt in comparatione eorum semper humilieris, & instruaris, & accẽdaris ad deuotionem, & prouoceris ad studiũ, vt informeris in intellectu scripturarum, & illumineris ad fidem. Et scias discernere verum a falso, bonum a malo, vitium a virtute, & remedia vitiorum ac tentationũ, vt possis intelligere legas, non vt doctior sis, nec causa curiositatis. Nec legas quæ non ædificant, quia vana lectio vanas generat cogitationes & extinguit mentis deuotionem.

De non desiderando officium prædicationis, vel confessionis. *Cap.* 15.

NOn affectes fieri prædicator, & confessor, quia si dignus fueris, Dominus ad hoc te vocabit. Si autem indignus & non idoneus, erit tibi confusio maior ideo quia te inieceris. Inde est, ꝙ aliquando parum cõsequimur fructum de prædicationib. nostris vel confessionib. quia non vocati a Deo veniunt, et nõ missi currunt, prius volentes facere fructum in alijs, quam in se fixerint radices virtutis. Et ideo fructus eorum non est durabilis, quia immaturus producitur. Hinc est, ꝙ in Leuitico legimus. Quando ingressi fueretis terram, & plantaueritis in ea pomifera ligna, auferetis præputia eorũ, poma quæ germinant immunda erunt vobis, nec ederitis ex eis. Quarto aũt anno, omnis fructus eorum, sanctificabitur Domino. Quinto anno comedetis, congregantes poma quæ proferunt. Arbor in terra plantata est homo de seculo sumptus, & in religione plantatus, q fructum salutis debet proferre in se, & in alijs tempore oportuno. Si autem intempestiuos fructus protulerit, immundi erunt & inutiles ad profectum spiritualẽ propter præsumptionem. Primus annus, est vera pœnitentia de peccatis præteritis. Secundus est, vera conuersatio in statu emendationis. Tertius est iam vsus bonæ consuetudinis. Quartus est pro bono opere laudes & humanos honores contemnere & fastidire, & quærere solius Dei gloriam & salutem animarum. Quicunque autem hunc annum se ingerit, nec salutem animarum profert, nec Deo est acceptus, nec sibi meritorius propter vanitatem & leuitatẽ, nec alijs est proficuus. Post vero hunc annũ. i. quinto anno purę charitatis comedat fructus, & congreget poma, quia tunc eius prædicatio erit fructuosa in illis & in alijs, & sibi meritoria, vt cógreget fructus in vitam æternã. Hoc dixit vt videas quibus sacra scriptura consulat subire officiũ prædicationis. Stude ergo teipsum componere prius exterius in bonis moribus,

Leuit. 18.

Optima figura aduersus ambitiosos.

interius

Digitized by Google

interius sanctis affectionibus, & cogitationibus ordinare. Tunc demum vtiliter procedes ad alios in sana doctrina, quia nemo præsumit docere artem aliquam, quã non prius habuerit addiscendo.

De *disciplina vbique seruanda.* Cap. 16.

NVnquam ita securus sis & absconsus, quin ita disciplinate, & caste te habeas in visu, gestu, tactu, & in omnib. alijs, ac si ab aliquo widereris, qa sancti Angeli qui nobiscum sunt, semper vident omnia opera quæ facimus, quorum aspectus debemus vbiq; vereri, & præsentiam reuereri. Videt nos et ipse Deus, & iudex noster. Videt etiam nos ipsa conscientia nostra, testis eorum quæ facimus & accusatrix. Qui autẽ magis veretur hominum aspectus quam Dei, & conscientiæ propriæ, & sanctorum Angelorum, non est castus amator boni. Et qui non declinat ex amore veri boni, sed ex timore detrimenti temporalis honoris, talis non est
Gal. 1. verus Christi seruus, qui adhuc magis placere cupit hominibus quam Deo, vnde Apostolus. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.
Matt. 6. & Luc. 6. Cui enim plus doles displicere, ei plus appetis placere. Nemo enim potest duobus dominis seruire.

De *conuersatione inter fratres habenda.* Capitulum. 17.

INter fratres habe te verecunde, gratiose, & modeste, affabiliter, & dulciter, seruitiosus non onerosus alijs, iocos dissolutos nequaquam exerceas, nec verba scurrilia alicui proferas, nec libẽter audias, quę enim te delectat audire, si auderes, libenter ipse proferres. Seruus autem Dei ita castus debet esse in omnib. factis, & verbis suis, vt non tantum horreat quæ indecenter sonant, sed etiam quæ nocent vt turpia, licet sint palliata aliqua honestate.

De *verecundia habenda.* Cap. 18.

OMnes gestus tui, mores, sermo, aspectus, & incessus, quadam humili verecundia debent esse colorata, vt in te nihil appareat elatũ, uel audaciæ præsumptione notabile. Verecundia. n. est maximus decor in religioso maxime in iuuenibus, ita ut qui eam postponit, uix aliqua spes haberi possit de eo, ꝙ fiat unquã bonus religiosus uel uirtuosus. Sicut. n. timor Dei hominem componit, & ordinat intrinsecus ad bonitatem, ita uerecundia componit eũ exterius ad disciplinam. Greg. Verecundia est omnium uirtutum ornatus, innocentiæ testis, pudicitiæ mentis, iudicium disciplinæ specialis gloria, famæ custos, castitatis socia & totius sanctitatis insigne. Nemo sit ita familiaris tibi, coram quo penitus obliuiscaris uerecundiæ, tamen quando ipsa impediret in his quæ expediunt, uel necessaria sunt, tunc est premenda, non tamen abijcienda nec extinguenda quasi uitium, sed regenda & ordinanda in uirtutem, sicut & aliæ affectiones naturales.

De *incessu.* Cap. 19.

INcessus tuus sit maturus, non leuiter curras, & sine necessitate, nec corpus multum erectum geras, sed mediocriter depressum, nec uagus sis oculis, nec brachijs uentiles, nec aliter more sæcularium incomposito ingressu incedas, sed plano & humili modo, quasi a deuota oratione decedas.

De *sessione.* Cap. 20.

SEdens non pigre in latus reclines te, nec crura lõga extendas maxime præsentibus alijs. Exterior enim incompositio corporis, est indicium indeuotæ mentis.

De *risu.* Cap. 21.

RIsus tuus sit rarus & sine cachinno, & benignitatẽ magis ostendens, quam dissolutionem. Stude multum esse serenus, non turbulentus, nec indignabundus.

De *lenitate verborum.* Cap. 22.

VErba tua lenia sint, & responsio humilis sine compunctione amaritudinis, uel obliquæ redargutionis aut irrisionis. Sic uerba tua forma ad alterum, sicut tu non haberes pro malo ab altero.

De *detractione.* Cap. 23.

SIc loquere de absente, ac si scires eum prope assistere & auscultare. Nõ timeat te quisquam, ꝙ in absentia sua famam eius denigres. Magnum uitium est religioso dicere de absente, quod erubesceret loqui si audiret. Non libenter audias detrahere, sed aut fuge detractionem, aut opportune compesce si potes. Nihil. n. prodest tibi, nisi ꝙ aggrauaberis super illum de quo est sermo, aut super eum qui refert. Quære potius si potes, aliquid inuenire laudabile in aliquo, quod ædificet te & auditiones tuas.

De *rumoribus rescindendis.* Cap. 24.

RVmores nescias, quia inquietant cor, & mentem distrahunt, & deuotionem exhauriunt, & tẽpus sine vtilitate consumunt. Etiam quæ scias nõ omnia effundas quasi vas sine operculo, quod statim cum inclinatur, effundit quicquid continet in se, & omni pulueri & immunditiæ patet. Non sis libenter in turba, nisi tractetur de Deo, & deuotione, & animæ ædificatione. Non sis clamosus in loquendo, nec impetuosus ad euaporandum quod intus tenes inclusum, sicut de amicis Iob euenisse legitur. Caue etiam vt sicut nulli detrahis, ita ne prodas detractionem apud illum cui detrahitur, ne magis grauetur contra detrahentem sibi, quam ex relatione tua minuatur. Potest nanq; esse, ꝙ ille qui dixit de altero verbum, non ita intendit derogare ei, sicut ille suspicatur de quo dicit. Et incitatur ad odium contra eum, vel ad vindictam prouocatur, cum tamen ille aut simpliciter non animo detrahendi dixerit, aut forte statim pœnituit, proponens de cætero a simili cauere. Si autem talia dicerentur de aliquo, quæ omnino expediret eum scire de quo dicuntur, potes ei referre si vis, non exprimendo quis dixerit, vt sciat quid cauere debeat, & tamen contra nullum in odio exardescat.

De *iactantia.* Cap. 25.

IActantiam quam diligentissime caue, & nunquam des alicui intelligere, quod aliquid sit in te commendabile, vix enim potest in te aliquid laudabile esse, quin etiam alij intelligant. Et si tu taces & abscondis, plus placebis. Si autem probes & commendes irrideberis & vilesces. Et vnde prius ædificabantur, inde postea despicient te.

De *multiloquio.* Cap. 26.

MAledicta conuitia, mendatia etiam leuia, friuola iuramenta, & turpia verba licet iocosa, ab ore religiosi perpetuo anathemate sunt arcenda, vnde Iacobus. Qui se putat religiosum esse, non refrenans lin- Iacob. 1.
guam suã, sed seducẽs cor suum, huius vana est religio.

De *lenitate verborum.* Cap. 27.

VErba ociosa vndecunq; sint, semper fuge, licet. n. grande peccatum non putetur esse, tamen eorum consuetudo graue generat detrimentum spiritualium profectuũ. & sæpe dum quasi licenter relaxamus linguam in verba ociosa, dum non aduertimus, paulatim dilabimur ad nociua. Ex quib. oriuntur quandoque turbationes, dissolutiones, & graues conscientię corrosiones.

De *collocutione* Dei. Cap. 28.

DE Deo libenter loquere, & libentius audi, quia incitat cor ad studium virtutis, & affectum deuotionis.

De pacifico auditu. Cap. 29.

AVdi humiliter & pacifice bona quæ ab alijs dicuntur. Nec disputes econtra: sicut quidam faciunt,qñ audiunt aliquid boni, ne ipsi videant ignorare quod alter proposuit,statim de hoc volunt disputare,vt videantur etiam ipsi aliquid scire. Non enim quærunt sui ædificationem, sed ostentationem apud alios.Et ideo multæ bonæ collationes inter religiosos negliguntur.Noli esse contentiosus in aliquo. Citò cede, quia si bonum est & verum quod alter proponit, tuum non est resistere propter aliquam ostentationem.Si autem bonũ non esset,melius eum corrigis pacifice auertendo,& humiliter ei veritatem ostendendo,quam acriter astruendo.

De modo loquendi. Cap. 30.

CVm loqueris,voce remissa & vultu placido, moribus disciplinatus & quictus esse studeas, & quicquid tunc loqueris, magis autenticum,& vtile erit. Non sis audax coram seniorib.tuis,sed verecundus auscultator doctrinæ eorum: Seniorum docere, iuuenum est humiliter addiscere.

De ocio. Cap. 31.

NOli esse ociosus & intendere rumorib. & fabulis, quia duplex in hoc malum contrahis,perdis enim tempus inutiliter, & verecundiæ tuæ & humilitatis patieris detrimentum ex tali consuetudine. Insuper enim bonum dabis ex hoc alij exemplum.

De exemplo Christi in omnibus habendo. Cap. 32.

IN omnibus virtutibus & bonis moribus,præponere semper clarissimum speculum,& totius sanctitatis pfectissimum exemplar,s.vitam & mores filij Dei Domini nostri Iesu Christi.Qui ad hoc nobis de cœlo missus est,vt aperiret nobis viam virtutum,& legem disciplinę suo exẽplo daret nobis,& erudiret nos per semetipsum, vt sicut ad imaginem eius naturaliter creati sumus, ita ad morum eius similitudinem per imitationem virtutis pro nostra possibilitate reformemur, qui eius imaginẽ in nobis fedauimus per peccatum.Quanto.n. quisq; se ei in virtutis imitatione hic conformare studuerit, tãto ei in prima gloria & claritate appropinquabit & similior erit. Describe tibi in corde tuo mores & actus suos, q̃ humiliter se habuit inter homines:quam benignus inter discipulos,quam modestus in edendo & bibendo,q̃ misericors super pauperes,quibus se similem fecerat per omnia, & qui de eius spiritualiter familia videbantur. Quomodo nullum spreuit vel horruit, etiam si erat leprosus. Quomodo diuitib. non adulabatur.Quam liber fuit a curis mundi,nec anxius pro corporis necessitatibus,quam verecundus in visu, quam patiens ad contumelias,& quam mitis in responsis Non.n.studuit se vindicare verbo mordaci,& amaro,sed blando & humili responso alterius malitiam sanare. Item quã compositus in omnib.gestis suis:quam solicitus de animarum salute,quarũ amore voluit incarnari, & mori dignatus est. Quomodo seipsum præbuit exemplũ omnis boni.Quomodo mulierum familiaria colloquia vitauit causa exẽpli,vnde etiam discipuli mirabantur,quando solus cum Samaritana loquebatur, eo q; quasi insolitũ videbatur in ipso.Item quam patiens labori & penuriæ: quam cõpatiens afflictioni. Quomodo cõdescendit infirmari imperfectioni:quomodo omne scandalum cauebat, quomodo peccatores nõ spreuit,qũo penitens clementer suscepit. Quam placidus in omnib.dictis suis:quã studiosus ad orationem,quam promptus in ministrando sicut ipse dixit.Ego in medio vestrũ sum,sicut qui ministrat.

Descriptio vitæ Christi.

Ioan. 4.

Item quam sobrius ad vigilias: quam obediens parentibus.Quomodo omnem iactantiã & singularitatis ostẽtationem declinauit,quomodo omnẽ gloriam & potestatem huius mundi fugit,& multa alia ipsius acta memorię tuę propinqua sint,vt in omnibus factis & verbis tuis sp adhuc quasi exemplar respicias,incedẽs, stans,sedens,& comedens,tacẽs, & loquens,solus, & cum alijs: Et ex hoc magis diliges eũ, & familiaritatis eius grãm & fiduciã assequeris,& in omni virtute pfectior eris. Et hæc sit sapiẽtia tua,& meditatio & studiũ, sp aliquid de ipso cogitare,vnde vel prouoceris ad imitandum eũ,vel afficiaris ad eum amandũ. Talia meditando & ruminãdo,tempus vtiliter expẽdis, dum occuparis in bonis studijs circa ipsum Dñm Iesum Christũ, & mores tuos emendãs ad formam vitæ ipsius & conuersationis sp ad eum respiciẽs, qualiter in his se habuit, vel se habere potuit secundũ extimationem tuam,quia qui in omnib. sp est optimus, optimo & perfectissimo modo se gerebat.

Iob. 22.

De vanagloria & modo cantandi. Cap. 33.

IN omnib. quę facis,caue vitium ostentationis & iactantię. Esto planus in omnib.sicut decet religiosum & pauperem. Non habeas curialem incessum vel gestus curiales,nec vocem curialiter frangas in cantando. Quia si quæris Deo placere,quãto cantabis simplicius, tanto magis ei placebis. Si quæris auditoribus placere, inanis est gloria tua.Si tibi placeas,vana leuitas est.Si ædificationem auditorum in cantando quæris, quãto magis cantando vanitatem fugis,tanto magis ædificas: omnem cordis,deuotionem,& puritatem cordis Deus magis attendit quam sonoritatem vocis. Facile clamabis ad Deum, prope enim est omnibus inuocantibus eum in veritate. Intentio in diuino officio debet magis esse ad hoc,vt ex verbis sacræ scripturæ elicias spiritualem intellectum,& deuotionis affectum,quam vt curialitatis exprimas notas,& cantãdo vocem exaltes. Licet quidam religiosi in hoc frustra arbitrantur se obsequium præstare Deo. Quia si Deum delectaret vocis sonoritas, tunc & ipsa musica instrumentorum, vel auium cantus Deum mulcerent, quæ satis dulcia sunt suo modo.Puritas mentis,& cordis deuotio,sunt illa in quibus delectatur Deus.Quicquid est de quo non est Deo curæ,de hoc etiam seruo Dei nõ debet multum esse curę. Sufficit tibi ad omnem curiositatem morum, vocis & verborum,si nil appareat in te,quod offendat vel scandalizet intuentes, si nil elatum, vel laicum, vel dissolutum,vel impatientia turbidum,vel singularitatis colore notabile in te videatur.

De egrediendo foras. Cap. 34.

CVm exire domum aliquando te continget,tandiu differas,vt per hoc aduertant,q; tardus esse desideras ad egrediendum,nisi quando obedientiæ cogit mandatum,vel alia vtilis & rationabilis causa hoc requirit.In domo enim consistere,& turbæ & hominibus absconditum latere, semper est vtile religioso,qui desiderat,& Deo vacare.Quicquid deuotionis in domo colligis,hæc foris egrediens spargis, potiusquam augeas & conserues. Vnde sæpe experti sumus, tam in nobis,quã in alijs,q; frequẽs exitus & conuersatio cum sæculo,& occupatio nimia exteriorum,deuotionem mentis extinguat,feruorẽ spiritus tepefacit,forte propositũ virtutis emollit,cor dissoluit,studiũ proficiẽdi debilitat,delicias docet amare,sine fructu tps expẽdere,verba ociosa multiplicare,iocis & truffis intendere, orationes negligere, oras canonicas desidiose,& in cursu dicere. Tandẽ subintrant aquę tentationum nauem cordis,per rimas dissolutionis,

lutionis, ex deuotionis ariditate, quæ cum non exhauriuntur per discussionem proprij status, & puram confessionem, vel non fortiter obstruuntur rimæ per diligentem custodiam, paulatim augentur, donec submergant hominem in peccatum & confusionem. Hoc tamen nõ dico, vt difficilem te reddas ad obediendum, quando iuberis exire, sed non debet tibi esse consolatio euagare extra domum, ita vt inquantum in te est, semper magis diligas domi latere, quam nisi obedientia vel vtilitas animæ requirat, domum exire. Quia melior est obedientia, quam victimæ.

1.Reg.15.

De non circumspiciendo per loca. Cap. 35.

QVando extra domum egrederis, non multum circumspicias in plateis, ne forte videas, vnde tenteris postmodum, vel ab oratione impediaris, vel fantasias contrahas eorum quæ intente respexisti. Dauid in culpã cecidit adulterij ex incauto aspectu mulieris, quam forte nunquam antea concupierat, nisi postquã eam incaute respexit. Oculi tui sint in capite tuo. Hoc est, ꝙ cogitatio tua versetur circa Deum, s. Christum, qui est caput omnium membrorum Ecclesiæ, ita etiam non consideres que coram te foris sunt, nisi quantum necessitas vig, vel vtilitas alia requirit, ita vt quantum vales, talem te domum reportes qualis existi: Hoc est, ita deuotum, ita mundum corde, & vacuum rumoribus, vt ames silentium colere.

2.Reg.11.

Quomodo te habeas cum socio in via. Cap. 36.

PEr terram autem vadens, esto pacificus cum socio. Nunquam contendas de aliquo, etiam si melius vel plus sentis quam ipse, vel iustus noueris, sed cito tace trãquillitate animæ, quia contentionibus raro aliquis emẽdatur. Cogita in teipso, quod situ paciliens nõ es, vix vel nunquam poteris alium placare. Incipe prius a teipso, & tunc facilius alium corriges. Quicunq; turbatus turbatum docet, magis reputat ex patientia docere vt eũ pungat, quam maturo consilio vt eum fraterne erudiat. Magis autem ædificabitur exemplo patientiæ tuæ, quam a quibuscunq; rationibus quas ei propones. Virtus cum vitio non docetur, sicut per impatientiam non potes alios patientiam docere, nec humilitatem per superbiam. Socialis esto in via & non dissolutus, ne deuotionis spiritum pro societate extinguas.

De oratione, & meditatione facienda inter exercitia. Cap. 37.

CApta horas ad orandum & meditandum, tam in via, quam in hospitio. Noli ex toto negligere. Nec etiam cogites, ꝙ uelis usq; domum differre. Quia si tu nimis infrigidatus fueris a feruore deuotionis, postea difficilius recuperabis. Hoc tamen non dico, quod possis ita forisin ea grauitate & deuotione plene te cõseruare, sicut in domo: sed ut scias metam ad quam studium diligere debeas quantum potes, Deo adiuuantre.

De bono exemplo dando in conuersatione. Capitulum. 38.

INter homines quantum in te est, caue omne, quod põt eis esse non bonum exemplum, sicut decet fidelem seruum Dei, qui debet Domini sui honorẽ promouere, & in honorationem cauere ubi potest. Nos.n. sumus familia ipsius. Sicut ergo pater familias ex disciplina familiæ suę honoratur, vel ex indisciplina inhonoratur, ita scias, qcquid nos facimus inter homines, hoc aliquo modo redũdat vel in laudẽ Domini nostri, vel in contemptum. Et quia specialiter positi sumus inter homines, vt ipsi ędificentur ex nobis, parum proficient verba nostra si non etiam ædificemus bono exemplo. Et si non sumus tam perfecti, vt possimus eis magnum virtutis exemplum ostendere, saltem caueamus omnia mala exempla, quæ nos ipsi solemus reprehendere in alijs, videlicet: ne rumores sæculares recitemus apud eos, vel libenter audiamus, vel delicatą fercula, vel multa fieri pro nobis diligamus vel nimis mollia, uel ꝓciosa instrumenta, nec iræ uel discordiæ scintillas emittamus, uel uerba scurilia, uel iocos dissolutos moueamus, & maxime ne auari pro muneribus possimus notari, quia ex hoc cito uilescimus apud eos, si uiderint nos ea ambire, & auare quærere, ad quorum contemptum nos eos hortamur prædicando.

De vitandis mulieribus. Cap. 39.

CAue etiam ne cum fœminis loquens, earum uultus studiose respicias, uel manus contractes, uel nimis prope sedeas, uel leuiter eis arrideas, nec diligenter cum eis susurres, nec angulos ad colloquia earum requiras: quia hæc omnia etiam si nil tentationis ingereret, tamen non effugies notam suspitionis ab alijs, & facile posses infamiæ maculam contrahere, quam uix postmodum detergeres cum pudore. Sed habete cũ omni fœmina, ac si maritus eius uel prælatus iuxta uos sederet, considerans uel audiens omnia quæ facitis uel dicitis. Vt quicunq; superueniat, & uideat te loquentem cum ea, in nullo necesse sit te erubescere, nec aliquis postea tibi possit notam suspitionis impingere. Et si meũ consilium non spernis, consulo, quo nunquam cum aliqua muliere contrahas singularem familiaritatem, etiã si religiosa sit, & sancta. Quia excepto periculo carnalis tentationis, quæ ex tali familiaritate semper incurritur, dum non timetur malum quod sub specie boni latet: Excepta etiam macula infamiæ & suspitionis, quam alij ob hoc sæpe concipiunt, magnam gñat inquietem cordi talis priuata affectio, dum semper illi cupis ostendere dilectionem, quam habes ad eam, & hoc sibi notum fieri desideras. Et cum aliquando non fit dolus, & times quod indignetur illa, & ꝙ affectus eius tepescat, & ꝙ minus oret pro eo. Econtra etiam ista turbatur, si videt quod aliam benigne salutes, vel si aliquo tempore differas, quod eam nõ videas, vel non salutes. Improperat quod aliam diligis præ sei, & quod minus ores pro ea, & irascitur, quę vere sunt frustra: & bonus homo non debet ista aliquatenus admittere, nec cor suum in talibus occupare. Oratio enim earum non potest tantum cuiquam prodesse, quantum potest talis occupatio in spiritualibus studijs impedire, quia etiam ipsa eius oratio tali carnali affectioni permixta, Deo est insipida. Quõd aũt carnalis sit ista dilectio, ex maxima parte potest hoc perpẽdi inshoc, quia magis te vellet apud se minus perfectum, vt sæpe posset tui copiam habere, quam longe a se plus perfectũ. Quibus autem indicijs discernatur spiritualis dilectio a carnali, modo prætermitto, quia nimis ab alijs retardaret nos. Hoc tibi sufficiat, si vis habere pacem cordis cum Deo, honorem spiritualem inter frates: abscinde a te familiaritatem fœminarum, dilige communiter omnes bonas, & deuotas, & in nullo exasperes aliquam earum, & meliores in corde tuo reuerere, propter abundantiorem gratiam Spiritus Sancti in eis. Noli te occupare cum eis, nisi breuiter. Benigne salutes eas quando ita occurreret, quod non posses bono modo declinare, & cum maturitate earum orationibus te recommenda. Si enim discretæ sunt, ex hoc placebis eis. Si vero importune, tunc melius est tibi non occupari cum eis. Fœminam quam videris bene conuersantem, mente eam dilige non carnali dilectione.

Mulierum oĩum familiaritas fugienda.

De cordis libertate. Cap. 40.

ESto Dominus tui ipsius, nec des alicui potestatem cordis tui nisi Deo, & prælato tuo propter Deũ. Esto ita expeditus ab omnib. alienis occupationib. vel affectionib. quod in nullo prælato tuo aliquãdo molestus sis pro licentijs aliquid agendi, vel eundi, vel dandi, vel accipiẽdi, Et ita libere arbitrio suo te committas, quod tibi secure dicere possit. Fac hoc, & dimitte illud. Et tu sine murmuratione cordis, & difficultate, facias vel dimittas, Alioquin paruam fiduciam potes habere de merito obedientiæ tuæ, quam vouisti Deo in manibus sui vicarij, vel tui prælati. Si tu per impatientiam vel importunitatem, cum volueris eum tibi seruire, vel te licentiare quo tempore velles, noluerit, murmurares, tũc non intrares per hostium quod est Christus, in ouile sanctę religionis, quia non venit facere voluntatem suã, sed patris. Ita enim tu fur esses & latro. Fur, quia rem alienam hoc est voluntatem propriam, quam prælato resignaueras, eo inuito vsurpares. Latro, quia tali exemplo animas simplices necares.

Epilogus siue compendium omnium supradictorum. Cap. 41.

VT ergo percurram omnia quæ supra dixi. Esto deuotus Deo, & cor tuum semper quantum potes cõpara cum ipso. Esto prelatis humiliter obediẽs, nec rancores contra eos teneas, nec spernas eos, nec iudices, nec murmures de eis. Esto cum fratribus pacificus. Patiens ad verba dura, & ad reprehensiones. Noli facile iudicare aliquem. Nec sis suspitiosus. Esto obsequiosus maxime infirmis, & in humilibus obsequijs. Sępissime ora. Esto in choro disciplinatus, & Deo intentus. In victu discrete modestus. Et his quæ corporis necessitas requirit. Esto in cella libenter. Fuge verba ociosa. Plane loquere & modeste. Iucundus & verax valde. Verba tua sint sicut iuramentum. Nulli detrahas, nec detrahentem audias. Odium contra nullum teneas. Non sis elatus in verbis, vel moribus. Pecuniam odito. Ama paupertatem. In omnibus fuge mulieres. Esto compatiens afflictis. Castus in omnibus.

DE INFORMATIONE NOVITIORVM.

SECVNDA PARS.

De voluntaria nouitiorum subiectione. Capit. 1.

SI VIS in spiritu proficere & hic esse propter quod vt hic fieres, ad scholas virtutum, idest ad religionem venisti, ne fias similis illis, qui longo tempore in scholis manẽdo multum tẽporis & sumptum cõsumũt, & minime discũt. Istius formulæ compendium ante oculos habeto, & ad eius regulam ordina vitam tuam, & mores compone, & studium impende, & tempus expẽde. In primis esto sub tali rectore & magistro, qui te prædicta doceat verbo & exemplo, vel si talem habere non potes, tu ipse magister esto. Sis strenuus, vt ad huius formulę regulam viuere compellaris, & in nullo tuæ propriæ voluntatis libertati relinquaris. Puer. n. qui dimittitur uoluntati suę, i. puerili lasciuię, confundit matrem suam, i. religionem. Ideoq; tot ordines confunduntur, quia pueriles mentes sibimet dimittuntur sine freno retrahente a noxijs, & sine virga ad salubria compellente, aut ex negligẽtia seniorum, aut ex nociua condescensione. Sicut imprudẽs medicus, qui ne contristet ęgrum, quem curare deberet, patitur eũ nociua comedere, ex quibus grauius, & diutius infirmatur, & cum in vno dissimulatur excessus eius & vitia, cito ab alijs trahitur in exemplum, ita vt etiam sibi impune talia permittantur, quæ vident in alijs sustineri. Caueant tamen tales magistri, ne teneros animos frangant, seuera cohibitione.

Religiosus ꝓfitere voles seniori se submittere debet.

De negligentia prælatorum seu mala libertate. Capit. 2.

TAndem ad hoc ista mala libertas dilatatur & fluit, quod hoc a pluribus vident fieri, vt quasi pro lege, & pro iure ordinis descendant. Et siquis contra docere arguendo præsumpserit, singularis superstitionis improperium sustinebit. Et quasi qui nouum ordinem & insolitum morem inducere velit, vt delirus & vanus irridebitur, & omnib. fiet onerosus, & tanquam temerarius iudex aliorum actuum, persecutiones amarissimas sustinebit. Timent. n. distracti, & a via Dei exhorbitantes, ne si parcerent zelantib. pro iustitia & religionis disciplina, multos ad partem suam traherent, & ita paulatim ad ordinis obseruantiam, etiam ipsi tandem cogerẽtur. Et præcauent ardentissime, ne ad hoc perueniant. Et sub specie singularitatis extirpandæ, eijciunt a se illos & opprimunt quam desiderant religionem ad statũ debitum reformari. Quod vidẽtes alij quib. hoc displicet, aliquam bonæ voluntatis scintillam habentes, sed tamẽ infirmam terrentur, & potius student se illis conformare, quos fortiorem partem habere vidẽt in multitudine & potentia, quam cum illis tribulari, & insuper infirmari. Iuxta illud. Et qui recessit a malo, prędæ patuit. Hęc omnia experti sumus in ordine nigro, & in alijs. Nunquam autem contingat nostram religionem ad statum similem peruenire.

Quòd peruersi nec volunt corrigi, nec pati alios apud se fieri meliores

Isa 59.

De religionis feruore. Cap. 3.

QVi tali feruore ad religionẽ venit, quod pro omnibus quæ ei mundus promittere, vel dare potuit, noluit damnari in hoc seculo, nec pro diuitijs, honorib. vel delitijs nec amore amicorum, vel proprij corporis dubitauit se tradere carceri pęnitentię propter Deum, non debet modo vilior esse quam tũc fuit, vt pro verbis hominũ deserat modo viam Dei, a cuius ingressu, nec terroribus, nec blanditijs potuit aueri. Quod si timet de singularitate notari, & ob hoc alijs fieri odiosus, sciat, quod nullus sanctorũ singularis gloriæ factus est in cœlo, nisi qui inter homines positus, studuit esse in sanctitate vitæ singularis, quod tamen de singularitate virtutum dico, non tantum de cæremonialibus obseruantijs, paruam aut nullam habentibus vtilitatem virtutis. Studia autem sanctitatis in his consistũt. In cauendo omne peccatum, omne scandalum quantũ in se est. In studendo omnib. virtutib. humiliter. Et in quærendo familiaritatem Dei per affectum deuotionis internæ. Aduersus huiusmodi nulla est bona conformitas, per quam hæc studia destruuntur. Cum vero pro iustitia, sicut & pro fide debeamus pati non solum irrisiones & despectiones, sed etiã persecutiones quaslibet, & mortẽ, sicut sunt passi Sancti ante nos, & patientur post nos in dieb. nouissimis q̃ fidẽ deserere, vel iustitiã vitę peccãdo relinquere. Discamus in paruis, verborũ & despectionũ tribulatiunculis, vt si grauiora nobis imminerẽt ꝓ Christo certamina, sciamus ꝑ patiẽtiã superare. Nã qui a leui flatu deijcitur quõ stabit a vento maximæ tẽpestatis? Hoc ad præmuniendũ cor præmisi, cõtra retrahẽtes a studio proficiendi in virtutibus Quia qui tale studiũ non in se diligit, vix põt pro alijs secũ morantibus

Singularis gloria vitę singularitatem regnt

Studiũ sanctitatis.

Oportet pati ꝓpter iustitiam.

rantibus æquanimiter sustinere. Vnde sicut illi non dimittunt cōsuetudines suas malas propter nos, & noxias, sic non oportet nos bona & vtilia studia abijcere propter illos, quia si volunt ad vitam æternam venire, oportet eos nobiscum viam Dei, non suam ambulare.

De ocio vitando, & vanitate sensuum. Capit. 4.

NVnquā debes ociosus vagari, nec rumoribus vacare, & verbis ociosis, nec vlui, nec scurrilitatib. deditus esse, quia hæc faciunt mentem vagam, & inanem. Et licentia istorum dissoluitur cor a pondere timoris Dei, & affectum internæ deuotionis exhauriunt. Non euageris tuis oculis hinc inde singula intuendo, qa leuitatis est indicium. Et ea quæ foris aut per oculos, vel per aures, strepitum quēdam interius suscitant, quo puritas intelligentiæ, quæ in bonis meditationibus mentem pascit, quasi quodam puluere obscuratur. Quicquid non est necessarium tibi, vel vtile ad tuum, uel alterius profectum, pertransi, & noli immorari, nec cor tuū in eo figatur, vel in eo tempus expendatur. Semper aliquid defer tecum in memoria, quod de Deo rumines cogitando. Et mentis tuæ intuitum, semper in eum delige re stude. Sicut docet Propheta dicens. Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, &c. Hæc enim continet cor apud se, ne commoueatur a se per vanam lętitiā, vel irrationabilem tristitiam. Mundus. n. in quo fluctuamus, varijs tempestatū ventis agitatur, & qui non vult nauem cordis sui quassationib. conteri, vndarum inundatione demergi, vel in extremas plagas ventorum flatib. impelli, affigere eam funibus bonarum cogitationum assuescat ad petram immobilem, quæ est Christus. Funem ne facile rumpatur, ex triplici resticulo componas. Videlicet ex sacrarum scripturarum deuota lectione, ex sedulæ orationis compunctione, ex bonarum actionum humili exercitatione. Lectio dat materiam & quasi fomen bonæ cogitationis. Oratio rigat, & ad perfectū roborat, & cor illuminat ad intelligentiam & impinguat affectum ad saporem. Bona actio maxime condita pinguedine charitatis, & obedientiæ, vel alterius virtutis, lætificat conscientiam. Et dat fiduciam spei in Deum, etsi ad horam intercipit deuotionis quietem, tamen meretur postea maiorem dulcedinis infusionem, & gratiam puritatis.

Religios' dēt se occupare lectione, meditatione, oratione, & operatione.

Psalm. 15.

De euitatione prauarum cogitationum, & inutilium occupationum. Cap. 5.

FEriatus & vacans caue tibi a vanis, & a prauis cogitationib. ne vel modicum te morentur, quia cito inquinant, cuiuscunq; vitij colorem habeant, vt luxuriæ, vanægloriæ, odij, vel aliorum. Item caue tibi ab inutilib. occupationib. quę tempus perdunt, cor inquietant, & vtilia impediunt, & deuotionem dissipant. Item a torpore accediæ, & pigritiæ, quæ mentem tepidam, & corpus delicatum reddunt, & ad bona opera desidiosum.

De vitanda nobilitate, & curiositate. Cap. 6.

INter homines existens, caue tibi a duob. quo ad te ipsum, & a duob. quo ad alios. Quo ad te, caue ne aliquid facias, vt ab eis noteris vnde gloriam quæras, in gestu, in sermone, in voce vel actu, quia peccatum est, & vanum, & cum putas eis placere, forte displices, & iudicant te quasi inanis gloriæ cupidus sis, uel forte non aduertunt quid agis. Et sic perdis conatum tuum inutiliter, & uane, sicut stulti qui puris imaginibus quasi uiuis hominibus obsequuntur, sicut habetur in Psal. Qui hominibus placent, id est placere uolunt, confusi sunt, & cętera Item ne pudore superfluo obruaris in his quæ coram hominibus agere debes, loquendo, cantando, vel aliud agendo, sed ita liber esse stude coram eis, sicut si sine eis esses, & si intus verecundia æstuas, foris reprime, quia quo magis te notabilem facis ex pudore, eo plus considerant te, & ita plus confunderis. Signum superbiæ videtur nimis erubescere de illis defectibus quos natura indidit, vt deformitate corporis, vel vocis ruditate, & similibus. De vilitate autem vestis, vel de humilibus obsequijs erubescere, in paupere religioso superbia est. Vitium autem vel scandalum erubesce, vnde Deus offenditur, vel aliquis scandalizatur. Apud temetipsum erubesce de peccatis tuis. De torpore in seruitio Dei. De negligentia bonorum quæ posses facere & deberes: quod tempus defluit, & profectus virtutis non crescit: de hypocrisi, quod foris vis putari melior, quam intus te inuenias, quod vitia tua occultas non timore nocumēti alterius, sed timore displicendi, & ne vilipendaris, qđ bona quæ ostendis vis videri & placere hominibus, vt ex his suspicentur multo plura, & maiora in occulto te habere, ex quo talia foras pdeunt, quasi te dolente, qđ vix alicui familiarē adeo habes ita vnanimē, quē velles te in oībus agnoscere sicut te ipsum agnoscis, quod ēt in confessione qñq; & si nō audes peccata tua supprimere, cum ipsa accuses, tamen in illis in quib. te magis displicere times, ita ordinas verba submittendo, subiungendo, vel colorando, quòd minus apparent verecunda, vel si forte plus bene profers gloriaris, & vis inde apud confessorem sanctus reputari, quod tam humilis sis, cui te magis quam necesse sit, studeas confundere confitendo: Quod cum tentationibus vitiorum maxime carnaliū ita desidiose compungeris, vt solo timore periculi vel confusionis pudore eas repellas, & quantum audes in affectu arrideas solo consensu operis, vel morosæ delectationis excluso. In hoc apparet maior peruersitas, q cum facile quandoque huiusmodi tentationes quasi muscas immundas non abigis, ex negligentia eas permittis calescere, & conualescere, donec confortatę iam periculosiores fiunt, & difficilius vincuntur, & conscientiam sępius confundunt. Quod ita desidiosus es ad ea, quę Dei sunt, & quæ ad virtutis, & deuotionis studium pertinent, vt pudor humanus plura ex his a te extorqueat, quam amor diuinus. Quod ita ingratus es de beneficijs Dei, vt non solum debitas non agas gratias de perceptis, sed etiam gratiam oblatam & paratam in vacuum recipias & negligas. Atque cum gratiam sentis tibi arridere, occupas te vanioribus studijs, quasi qui texit arrancarum telas, quæ non proderunt ad vestimentum salutis. Quod illa ad quæ teneris facienda sicut sunt horæ canonicæ, & similia ita negligenter & desidiose persoluis, vt non tam meritum inde speres, quam supplicium expectes, quia & si verba vtcunque proferas, tamen corde tam vagus es, & affectu frigidus, quòd nec sensum orationis percipis, nec deuotionis affectum. Et de ipsis verbis plurima defluunt accelerando, & vtinam non multa transilias omittendo, dum non attendis si dixeris, vel non dixeris, nisi forte ex coniectura alicuius verbi quasi ex caudæ apprehensione reputes te dixisse. Deus autem & si patienter dissimulat, & attendit nostras negligentias, tamen non minus odit eas, sed integre dinumerat, distincte dijudicat, seuere punit, nisi nos præueniamus faciem eius in humili confessione, in forti satisfactione, & in seriosa emendatione. Quod ad omnia quæ ad corporis curam vel commodum spectant studiosissimus es, quæ vero ad spiritus profectum, vel ad fraternæ charitatis exhibitionem, vel ad prælati obedientiam, vel ad carnis castigationem spectant, desidiosus es. Quòd etiam hos & similes plurimos defectus in te aduertens, nec terreris, nec compungeris, nec di-

Vitāda est tam vana ostentatio quam superfluus pudor.

Psalm. 52.

De quib. erubescere vel in proprijs oculis humiliari religiosus deueat

Digitized by Google

scutis, nec corrigis, quasi Deus tecum aliter acturus sit, quam cum omnibus alijs, vt mala tua in correcta non puniat, & bona neglecta remuneret. Pro his & similibus erubesce apud te, & ab alijs in te dijudicari non mireris, nec indigneris, sed verecunderis. Hæc & alia plura in memetipso veraciter recognoscens erubesco, & doleo, sed non tantum sicut debeo, & non emendo sicut possem, & expediret. Ex meipso autẽ intelligo quod hæc vel aliqua istorum etiam proximo meo inesse possunt, & ideo vnusquisq; iudicet, & discutiat semetipsum, considerans ex vero latere qualis sit, maxime q̄d sibi desit boni, & insit mali ex vitio proprio. Ex altera parte qualis esse debeat in virtutib. & morib. bonis, vt ex hoc humilietur ex cognitione defectus sui, & prouocetur ad studium proficiendi ad illa quæ videt se debere facere vel habere, & ideo regratietur Deus, si in aliquibus forte ex eius gratia profecerit. Quo ad alios caue a duobus. i. vt non curiosè respicias vel perquiras eorum personas, vultus dispositiones, habitũ, gestus, facta, vel verba, vel officia. Inquantum tibi non attinet ista perscrutari, vtilitatis causa, ita pertransi, ita cogita, ac si oues essent, vel alia animalia, vt in nullo circa illos occupes visum tuum, vel cor, vt non iudices, vel dijudices de alijs quales sint, vel esse possint in mente, in merito, in moribus vel in alijs, quia talis discussio vana est, & sæpissime falsa, immo temeraria. Et insuper cor inquietatur, & aliquando inclinatur, & conscientia læditur, & alia bona negliguntur ex tali occupatione. Si aliqua videris de aliquo vel audis, quæ non placent, pertransi & obliuiscere cito, committens ea sibi & Deo, maxime vbi ad te nõ spectat eius correctio ex debito magisterij, vel ex sociali familiaritate, vel denunciandi necessitate.

Quõ religiosus se ad alios habere dẽat.

De compassione peccantibus habenda. Cap. 7.

COmpatere tamen peccantibus quasi in tempestatibus maris naufragantib. quia longe miserabilius est in lacum inferni demergi, quam in profundũ maris submergi. Ora pro ei: & plora cum potes, ex hoc
Matth. 5. n. merebetis, vt a simuli naufragio libereris. Beati. n. misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sic etiam omnium miserorum afflictiones animo & oculo intuere, & singulas eorum miserias aggrauantes studio se computa, diligenter pondera, vt ex his affectus miserationis in te pinguescant. Et si quas tu miserias pateris, tibi leuiores in eorum comparatione videantur. Collige etiam in his quæ vides, passiones, labores, dolores, & paupertates Iesu Christi, qui cum esset diues pro nobis egenus factus est, vt illius inopia, diuites in cœlestibus nos essemus.

De tribus vitijs communibus. Cap. 8.

TRia sunt vitia communia apud homines, videlicet pronitas reprehẽdendi quæ in alijs vident, & nõ est secundum affectum eorum. Alterum est adulatio qua solent sibi inuicem blandiri, laudando, arridendo, quærendo, quomodo valeant, cum non curent eos quandoq; valere, honores inutiles offerendo, & in alijs multis modis in quib. nec est vtilitas, nec ex affectu faciunt, sed ex vsu vt placeãt. Tertium est propria gloriatio de seipso, quia ea quæ nos facimus, dicimus, sentimus, & scimus, placent nobis, & præferimus ea aliorum factis commendando, vel occulte cogitando; & dedignamur, si alij non mirantur ea quasi non habeant sanum iudicium, & delectamur in laude nostra. Et si aliquando nos ipsos atterendo humiliamus, non pure hoc facimus, sed volumus per hoc astute aliũ prouocare ad laudem nostram, quasi non debeat pati, vt nos vituperemus quod in nobis laudandũ est, vel hoc sæpe facimus, vt humiles reputemur, & saltem ex hoc placeamus, si alia placentia non habemus. Qui ab istis trib. esset liber, in magna puritate viueret, & quiete, vnde versus. Esse reprehensor, adulator, laudis amator. Noli, sic pura tibi mens erit, atq; quieta.

De non habendo res curiosas. Cap. 9.

NVlla curiosa habere cures, vt imagines, tabulas, sudariola, pater noster, & similia. Nec recipias nec des alijs pro munusculis, quia occupant cor, & magistris nostris non placent, & facient te notabilem inter cęteros, & sæpe sine licentia recipiuntur, vel dantur talia incaute, dum pudet eos toties pro istis recurrere ad magistros. Species aromaticas nõ habeas, nisi pro euidẽti necessitate non possis carere. Qui omnib. reb. peculiarib. carere posset, fęlix esset, quia multæ distractionis materiam abscidisset. Si autem aliqua volueris habere, vt libros ratione studij, & scriptoriola, nulla superflua collige, vel curiosa. Solũ cõtẽtus sis solis necessarijs in numero & valore. Ipse habitus, & cõia instrumenta tua simplicia sint, & inculta. Corporis gestus, & omnia foris apparentia, plana sint & pura. Nihil notabiliter curiale & curiosum, vel singularitate coloris respersum affectes.

Quod religiosus non debet affectare hominibus placere. Cap. 10.

STude humano iudicio non moueri, nec delectari fauorib. nec despectu contristari, quia iudicium humanum cęcum est frequentius, & ignorat veritatẽ, & fallitur sepissime, nec si laudaris ab hoĩe es ideo laudabilior, nec si despiceris es ideo vilior. Stultus est, qui stulto placere laborat. Nota. Quia sicut cęcus non discernit inter colores, nec surdus inter sonos, ita insipiens homo nescit pẽsare meritorũ dignitates, vnde cum aliquid agere te contingit extimabile, vt prædicare, vel simile, non anxieris q̄d ad placitum hoĩum hoc facias, sed inuocato auxilio Dei prout melius expedire secundum Deum intelligis, stude facere. Et si bene successerit, Dei adiutorio refer gratias, & noli extolli, quia non propter te, sed magis ꝓpter aliorum orationes, & merita, gratiam tibi datam debes extimare. Si autẽ minus bene successerit noli turbari, nec pudore confundi, sed gratias Deo refer, qui sic te ab eleuatione defendit. Siue autem bene siue minus bene successerit, statim habete interius & exterius, ac si nõ feceris. Laudet qui vult vel despiciat, quid ad te? Tu tace excusationes, & recusationes caue, quando debes aliqua huiusmodi facere. Ad hoc sæpissime fiunt, vt despiciamur, & pręsumptuosi videamur qui talia audeamus. Vnde videtur melius, purius, & humilius simpliciter facere quod est faciendum, vel obedientia iubẽte, vel charitate instigante. Si placet eis, bene, si non, quid est tunc perditum? Nam cum oportet prædicare, vel simile facere, quod aliquid honoris videatur habere, si bene feceris lucrum habes de laboris tui profectu, si minus, bene iterum lucreris meritum humiliationis tuæ, & post hoc minus ad huiusmodi cogeris ab illis quib. non placuisti. Omnes sumus alterutrum expositi, vt alter alteri placeat, vel displiceat, cum in mea non sit potestate vt tibi placeam, sed in tuo arbitrio, vel affectu quæ tibi dare non valeo, si multum tibi placere laborabo, forsitan nihil proficiam, quia aliter consilium tuum dirigitur: & ideo nihil in hac parte melius video, quam quod soli Deo studeat homo placere & proximum non scandalizare, vel scienter offendere, & committere Deo si hominibus placeat vel displiceat humiliter, & patienter. Iuxta illud, mihi pro minimo est, vt a vobis iudicer. 2. Cor. 4. Quibus places, adscribe eorum beneuolentiæ, non tuæ probitati. Quibus autem displices, attribue tuo merito, &

to,& cogita ꝙ si tantillo eis displices, sicut exterius cognoscere valent tuam vilitatem, quid fieret si radicitus perspicerent omnia vitia tua, & peccata & inhonesta quæcunq;?Mirum si non eijcerent, vel lapidarent te, ꝓ me loquor, Nunquam.n.a fidelibus tantum despectua sum,sicut sum despicabilis in veritate:vnde nō debeo in dignari,cum aliquando despicior,sed mirari, & reputare de beneficio Dei, quod non omnibus sum odiosus.

De patiendis humiliter odio, & detractione. Cap. 11.

ET cum detrahi tibi intelligis,non mouearis,quia si verum est qđ dicitur,non est inconueniens hoc lo qui homines,quod facere ausus es.Si autem verum non est,non nocet tibi eorum locutio. Vt si albus esses, & di ceret quis te nigrum esse,quid obesset tibi illud dicere? Nihil, cum tu esses qui es,& non aliud. Et si quis existimaret te capram esse, tamen homo es. Si autem ad primos motus huiusmodi aduersitatis turbaris, & inflāma ris,ex patientia reprime iram,& sustine ad modicum,sicut qui sustinet adustionem cauterij, vel secationem chirurgici,cogitans vtilitatem patientię,& citò sanari in- (2. Tim. 2.) cipias,& melius habere. Immo hoc ipsum ex pugna intus exercitata,magnæ vtilitatis est,quia est purgatio peccati,vitij lima,exercitatio virtutis,meritum gloriæ, præ (Null° magis odio haberi dēt quia bon° fieri pōt.) paratio pacis:Non.n.coronabitur,nisi qui legitime certauerit.Rancorem erga nullum retine in corde. Ad oēs commite,& pacificum habere stude,nec pro tua offensa, nec pro vllius vitio aliquē odito,ne fias cum illo sub specie zeli pariter vitiosus.Si non conuenit tibi eius habere familiaritatē propter vitæ ipsius deformitatem,sic displiceat tibi malum quod habet ex se, vt non sit tibi execra (Qūo conuersandū cū ijs, qui persequun tur.) bile bonum,quod est ex natura in pręsenti, vel ex gratia forsitan in futuro.Multi.n.sunt mali, qui fient boni postea,propter quod de omnib.viuētibus est sperandū. Quòd si aliquis te odiret,& detraheret,niterentur te cō fundere,& grauare:tu etiam si ex similib. vis contendere,non vincis eum nec placas, sed prouocas sicut qui canem latrantem minando prouocat ad mordendum,qui si latratu eius non aduertendo transiret,citius eum cō pesceret,& abiret.Nam cum hoc intendat omnis aduersarius,vt molestet, & prouocet illum cui aduersatur,si videt te exacerbari,& contristari, ita habet quod quærit,& tanto fortius instat quomodo grauet,quanto plus videt valere conatus suos ad id quod intendit.Si aūt viderit quod patienter sustines,& pertransis, ac si non sentias, confunditur in seipso,& confringes tumentes fluctus eius,ex indignatione quiescit.videns quod nec valet efficere, quod quærebat.s.vt te conturbaret,vel certe confusus compungitur & corrigitur exemplo patientię tuæ emendatus. Quod si forte obstinatus,nec corrigitur,nec desistit te persequi, disce aliquid pati posse pro Deo,quia ille qui tibi aduersatur,grauius torquet scipsum, quam te. Qui autem seipsum morderet, & laniaret in odium tui,quid te læderet?Imò de se te vindicaret, ipse non tu, morosus vulnera sentiret. Ita sentias de illo quia odit te, quod se laniat non te,vnde tu habeto pacē tecum,& aliena malitia non tibi nocebit.Quod & si verba contumeliæ tibi intulerit,discere debes,vt omnia verba habeas pro sono transeunte, nisi quantum valeas ex eis ædificationem accipere,sed inquantum perturbare possunt,& scandalizare,sint tibi sicut auium garritus,& latratus canum. Hoc cum audis pertransi,& non cura. Noli illi similis fieri, qui tibi detrahit, quia sicut in illo odibile est vitium detractionis,ita etiam esset in te. Nemo autem in odiū aduersarij sui sibimet ꝓcidet nasum, vel eruet oculos,sic nemo sapiēs deturpat seipsum,vt se vindicet de inimico,quia tunc non tristitiam, sed lætitiā inimico afferret. Si patienter fers iacula aduersantis, alij compatientur tibi, & impugnabunt pro te aduersarium tuum te tacente,& diligent te.Si autem vindicare volueris te resistendo,aspicient te,& respicient vos pariter mordentes,& scādalizabuntur in vtroq;. Doctrinæ Christi magistri nostri & Domini est cuius te esse discipulum professus es in professione Regulæ:Diligere ini- (Matth. 5.) micos,benedicere odientes nos. Et nostra benignitate vincere illorum malitiam.Sicut ille malos mutat in bonos,patienter eos vt conuertantur expectando, & beneficijs alliciendo.

De suipsius correctione. Cap. 12.

COrrigere in te quod in alio reprehēdis, & doccre qđ vtile cuique cognoscis,furor tuus agat in teipsum,& ita inflammatus alios calefac,sicut ignis ꝗ proxima prius & postea remotiora calefacit. Tu igitur esto ꝓximus tibi in correctione tui. Regula ingenij tui, & zelus iustitiæ tuæ primo reformet te, exemplar aliis tuę alljs imitāđę. Ostēde in ꝓprio cuius peritię sis in opere alieno. Quidam sciūt in alijs multa corrigere, & vitam aliorum ordinare,in seipsis autem multa incorrecta relinquunt,& minimam diligentiam adhibent, vt statū proprium ordinent ad perfectum virtutis. Quandoque somniant si essent in alio statu,in tali vel tali officio,vel dignitate,quantum bene valerent illam bene disponere, suum autem statum in quo iam sunt nec solicite discutiunt,nec emendant,sed aliquādo per alium moniti, vel ex casu forte ad se reuersi,cogitant ad meliora se extendere,nec prouide disponunt qualiter hæc faciant vel in eo quod prouident non perseuerant,consuetudine dissolutionis,& torpore eos ad solita reuocant.

De eodem. Cap. 13.

ESto tuimet potens,vt statim ad nutum rationis assuescas,tam cogitationes cordis,quam membra,& sensus corporis a noxijs retrahere, & in bonis studijs occupare,& oculos,manus,liguā,auditū,& cogita- (Sensus & cogitationes domādæ sunt ne insolescāt.) tū,quasi in freno man° tuæ, ne insolerte euagētur extra disciplinę terminos.Quia sicut auis vel bestia ex coactione domita, rursus ex relaxatione fiūt indomita, ita sensus exteriores,& cogitationes,& affectiones interiores, nisi sub discreta cautela refrenentur, ex libertatis licentia insolescūt,ita vt postea difficilius redigantur sub rō nis magisterio,quam in principio cōuersionis, quia per uersi difficilius corriguntur quam nunquam conuersi, sicut animalia difficilius domantur, vel mansuescunt in senectute,quam in iuuentute,& sensus iuuenum capacior est scientiæ,quam senum,& inueterata arbusta in- (De suimet discusione & quæ fugienda, ordināda, reprimenda, vel tolerāda.) flexibiliora sunt,quam recentia & tenera. Sepissime discute teipsum,& considera statum mētis,corporis, quid desit,quid deficiat, vel quid proficiat,quid impediat ꝑfectum,& quomodo illi obuietur declinando, vel resistendo,aut regendo,aut tolerando. Peccata declinanda sunt & fugienda. Vitijs impugnantibus est resistendū, Officium vel alia actio occasionaliter impediens, regenda & ordinanda est discrete ad profectus materiam. Aduersitas est toleranda,& per vsum tolerandi fit magis tolerabilis,& ideo tam odiosa est nobis aduersitas,qa nolumus assuescere. Si aliquis domesticus tuus, vel vicinus, tibi fuerit in corde onerosus,illi stude magis obse quiosus esse, & affabilis, cito senties remedium illius morbi.

Quare non sit affectanda hominum dilectio. Cap. 14.

NOn multum affectes diligi, quia distractio cordis est, & a quo quæris diligi, illi etiam affectas placere,& tibi admiscet se adulatio, & sępe simulatio,ne forte displicere incipias, & minus diligi. Turbaris etiam quando suspicaris te minus diligi, vt desideraueras vel sperauerias. Pauci etiam sunt in sensu, &

affectionibus & moribus ita conformes, vt non sit dissensionis materia aliqua inter eos, quæ est dilectionis aduersatrix. Item a fœminis velle diligi, etiam præter tẽtationis laqueum, & occupationis materiam, & turbationis occasiones continuas, nota suspitionis, & obseruationis non carebis. Committe te Deo, & ab alio stude diligi fideliter, & aliorum certam dilectionem relinque illorum arbitrio, & diuinæ voluntati. Dilectio hominum fallax est & instabilis, facile cedit, facile leditur, ad modicum vtilis, & sæpe nociua. Si dignus fueris diligeris, si autem iustum est non diligi indignum, nec ei vllam reuerentiam exhiberi. Amen.

SANCTI BONAVENTVRAE

SERAPHICI DOCTORIS

In Regulam Nouitiorum per eundem compilatam.

PRÆFATIVNCVLA.



Roma.12. Renouamini in nouitate sensus vestri vt
probetis quæ sit voluntas Dei bona,
beneplacens, & perfecta. Hoc dicit
Apostolus ad Romanos in persona nouitiorum, & his qui fuerunt per peccatum in seculo deformati, & erant tenebrosi, vt modo in religione positi, per finalem sententiã reformentur, & fiant luminosi, vt dicatur de eis. Eratis
Ephes.5. aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij
lucis ambulate. Qui ergo desiderant in spiritu & moribus reformari, studeant vitam suam subscriptis rationibus reformare. Cognoscent enim quia voluntas Dei erit eis bona, quantum ad remissionem culpæ deformantis, beneplacens quantum ad infusionem gratiæ reformantis, sed perfecta, quantum ad fruitionem gloriæ præ
Matth.16 miantis, in qua recipient diadema decoris de manu Do
& Rom.2. mini Iesu, qui retribuet vnicuiq; iuxta opera sua, iustus
est & iustitiam dilexit.

De officio. Cap. 1.

CVm spiritualia sint semper vbique omnib. præponenda: idcirco cum fueris in ecclesia, vel alibi ad diuinum officium celebrandum, non sis ibi cum vagatione cordis, interponendo nociua, & cogitando di
Psal.61. uersa, quia dicit Bernard. Magna abusio est habere os
in choro, & cor in foro. Nam de talibus dicitur per Prophetam: ore suo benedicebant, & corde suo maledice
Eccl.1. bant. Sed dicas cum profunda cordis humilitate, & re
uerentia, & timore. Nam teste scriptura. Timor Domini delectabit cor, & dabit gaudium & lætitiam: & stude
Eccles.32. intelligere ea quæ dicis si potes, si vero non potes intel
ligere, reuerere, quia (sicut dicit Sapiens, per reuerentiã accedet tibi bona gratia: & semper ad totum officiũ sis erectus, tam in officio beatæ Mariæ Virginis, quam in alio, hoc modo excepto, quia in nocte, dicto matutino beatæ virginis, licet tibi apodiare. Officium vero beatæ Virginis nunquam dimittas, & quandiu stas in officio totaliter sis honestus, vt non respicias circunstantes, nec cum aliquo loquaris ibidem, sed inclinato aliquantulũ capite dimissas manus habeas ante, aut in modum crucis, aut manum in manu portans. Nunquam autem ante
Psal.67. pectus, vel in sinu, vel in loco inhonesto portes: cogitãs
te esse non solum coram fratribus, sed etiam corã Deo, & Angelis eius. Nam teste Propheta, qui dicit. Præuenerunt Principes, id est Angeli coniuncti psallentibus. Et sis semper solicitus ad horam, ne aliquando negligentia, vel verecundia ductus, aliquod verbum prætermittas, & non dicas horas tuas solummodo prolatione vocis exterioris, vt Pharisæi versipelles, de quibus cõqueritur Do
minus per Prophetam dicens, Populus hic labijs me ho Isa. 29. &
norat, cor autem eorum longe est a me. Caue tibi mul Matth.15.
tum, ne aliquid facias, vel dicas ibidem, quod alios prouocet ad risum, quia sicut dicit Isidorus. Nullus habebit accessum ad compositionem, vbi fuerit immoderatus iocus, vel risus, sed iucunditatio tua sit semper in Iesu, & meditatio tua sit semper in Iesu, vt psallendo & meditan
do possis dicere cum Propheta, Et erunt vt complaceãt Psal.18.
eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper, & dicta qualibet hora, dicas. Miserere mei Deus, cum oratione. Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriosæ virginis Mariæ matris, &c.

De Oratione. Cap. 2.

CVm Dominus dicat in Euangelio, quia oportet Luc. 18.
semper orare, & non deficere. Stude semper expendere tempus tuũ aut in oratione, aut in lectione, aut in bona meditatione, aut in seruitijs; non enim cessat orare, qui non cessat benefacere. In oratione aũt frequen
ter & morosè permaneas, cũ profunda cordis deuotio Eccles.35.
ne & humilitate. Orõ autem humiliantis se nubes penetrat, iuxta sententiam Sapientis. Quicquid autem in o
ratione petieris, cum fiducia impetrãdi petas. Veritas.n. Mar. 11.
dicit. Quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Sit autem oratio tua in excelsa charitate fundata. Gregorius.n. dicit. Quia virtus perfectæ orationis, est celsitudo charitatis. Sit secreta, verecũda, iusta, lachrymosa, & frequens, & quia oratio nihil aliud est, quam ascensus intellectus ad Deum, icirco antequam incipias orationem præpara te ad intimam deuotionem, si vis attingere ad diuinam prægustationem, nã teste Gregorio: oratio sit cordis non labiorum. Nec inquit, verba deprecantis tantum Deus intendit, sed cor orantis aspicit, &
ideo dicit Sapiens. Fili, ante orationem præpara animam Eccles.18.
tuam, & noli esse tanquam ille qui tentat Deum. Tunc n. orator dicitur tentare Deum, quando absq; cordis pparatione currit ad vocalem orationem, & petit ibi diuinã speculationẽ. Sic vix aut nunq̃ poterit impetrare, qa talis dicitur non deuotus orator, sed potius verborum latrator. Si ergo vis affici in oratione, præpara cor tuum
ad deuotionẽ, nam de cordis præparatione, dicit Dñs per Psal.9.
Prophetam. Præparationem cordis eorum audiuit auris tua, vnde legitur in vitis patrum. Quales volumus orantes inueniri, tales debemus ante tempus præparare nos. Ad istã aut præparationem tria occurrunt, primo vt dicit Gregorius. Quinq; sensuum reuocationes, ab exterioribus, vt ad nihil intendat, nisi ad quietem mentis, ne forte anima quæ soli Deo vacare intẽdit, per eos ad plura diffundatur. Nam si inuisibilis anima inuisibili Deo conformis est, dum Deum orat, debet omnium visibilium obliuisci, vt impermixta terrenis ad cœlestia cito tendat. Anima enim in modum arboris cogitatur leuari: vnde Gregori. dicit. Tanto auidius gustum sapientiæ orator intus acciperet, quanto saporem carnis pro eodem sapiẽtiæ fonte robustius repressisset, propter quod
dicebat Dominus. Tu autem cum oraueris intra in cu Matth. 6.
biculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum. Sed quia nemo ascendit ad Dei contemplationem, nisi prius descendat per sui humilitatem, ideo sequitur secundum scilicet propriæ paruitatis consideratio. Si autem vis videre tuam paruitatem qui oras, considera illius immensitatem quem oras: nam nihil es respectu Dei viuentis. Tu enim es vermiculus putridus, ipse verò Deus est æternus. Tu creatura mortalis & infirma, ipse vero

creator

Digitized by Google

creator omnipotens, tu cum nihil sis, non ipsum Deum
honorasti tanquam creatura creatorem suum, & tan-
quam seruus Dominum suum, & quod periculosius est,
peccando eum ad iram prouocasti, & semper eum suis
stipendijs impugnasti, & ideo non es dignus exaudiri,
sed potius cruciari æternaliter. Et sic mentaliter descen
de ad infernum cogitando .s. grauia peccata quæ commisi
sti, & quantam gloriam perdidisti, & quam dura suppli-
cia incurristi, vt cogitando cognoscas tuam transgressio
nem, & quam iuste damnatus es, & diuinam passionem,
qua redemptus es. Nunc igitur sequitur tertium. s. Chri
sti redemptoris ignita dilectio. Si autem vis diligere
Ioan. 15. Christum, cősidera quantum fueris dilectus a Christo.
Nam maiorem charitatem nemo habet, vt animam suã
ponat quis pro amicis suis, sed Christus plus, quia pro
nobis inimicis suis mortuus est. Cogita ergo hæc gran-
dia beneficia Dei, qui deberes meritis tuis æternaliter
cruciari, voluit tamen ipse Dei filius pro te redimendo
de muliere paupercula nasci, et crudelissima supplicia pa
ti, & horribili morte mori, & mortuus ad inferna descen
dere, vt nos de inferni pelago liberaret, & in cœlesti col
legio collocaret. Et ascende mentaliter ad illud collegiũ
beatorum, & tunc diuina charitate ignitus incipias ora
re feruenter, vt possis dicere cum Propheta. Concaluit
Psalm. 38. cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet
ignis: & dum diu oras, speculare illam cœlestem Hieru-
salem Triumphalem, vt orando possis dicere cum Apo
Phil. 3. stolo. Nostra autem conuersatio in cœlis est. Orationes
autem quas facias, semper habeas sub certo numero ter
minatas, quas nunquam dimittas, nisi manifesta necessi
tate vel infirmitate coactus, quæ sunt hæ. Primo ad lau-
dem Dei, & Beatæ virginis, quotidie inter diem & no-
ctem dicas centum Pater noster cum Gloria Patri: & to
tidem Aue Maria cum genuflexionibus. Item dicas quo
tidie psalmos pœnitentiales cum letania pro benefacto-
rib. viuis, & vesperis defunctorũ, hoc est, Placebo, & a-
lias facias sicut tibi Dominus ministrabit. Hic tamen at
tende, vt in oratione quam facis, magis studeas ad deuo
tionem, quam ad consummationem, vt statim cum in-
ueneris Christum, orationem vlterius non protendas,
Cant. 3. sed eo fruere quem quærebas, dicens cum sponsa. Inue-
ni quem diligit anima mea, tenui eum nec dimittam, &
subtrahente se Iesu, orationem perficias quam incœpi-
sti, & consulo tibi, vt nunquam prædicta dimittas:
non enim qui incipit emendatur, sed qui finaliter perse-
uerat. Ora ergo charissime, & te in oratione exerce, &
quia pauperi non oranti, æterna supplicia promittũtur.
Ait enim Bernardus. Ora frater instanter, ora quia ille
dicitur habere tunicam mixtam sanguine, qui carnem
suam nutrit de pauperis sudore. Cantãdo vobis (inquit)
ista bona præueniunt, graues ergo pro eis effundite ge-
mitus, alioquin quod hic in delitijs sumitis, in tormentis
euomitis. Studeas ergo tanto feruentius & morosius cũ
feruore deuotionis orare, quanto plus cæteris maiora
beneficia tibi conferuntur, quia sicut dicit Gregorius.
Tanto ergo humilior, atque ad seruiendum Deo prom
ptior quisq; dět esse ex munere, quanto se obligatiorem
conspicit in reddenda ratione, & omnis oratio tua sem-
per voluatur circa Dei beneficia collata, cum gratiarum
actione, aut circa tua & proximi scelera perpetrata, cum
omni dolore & lachrymarum effusione. Ista est scala
Gen. 2. per quam vidit Iacob Angelos ascendentes & descendẽ
tes. Et quotidie semel a fratrum consortio separatus, stu
de animum tuum ab omni solicitudine reuocare, & illi-
citis cogitationib. permixtus, cum profunda cordis hu-
militate, deuotione, & gratiarum actione recogita circa
beneficia creatoris, & maxime quoniã pro te voluit hu-
militer incarnari, & acerbissima supplicia pati, & morte
turpissima mori, quæ autem de passione tunc debeas co
gitare, dicit Bern. O homo respice mentali oculo, quan
to remunerationis debito Domino tuo sis astrictus. Re
spice sanguinem, alaparum contumeliam, flagellorum
duritiam, coronam spineam, verborum blasphemiam,
sputi ludibria, crucis angariam, suspẽdium patibuli, ocu
los languentes, oris pallorem, felita cibaria, acetosa po-
cula, caput inclinatum, mortis supplicium. Et quid plu-
ra? Vita pro nobis mortua est. Et cum hæc prolixius co
gitasti, conuertere protinus ad teipsum; & considera q
Christus non solum supradicta, sed etiã alias multas su-
stinuit passiones, vt te de seruitute Diaboli liberaret. Et
tu ingratus, beneficia creatoris tui non cognoscis; cum
sis sua morte redemptus, & non solum ardẽtius nõ ama
sti, sed peccando potius impugnasti, sicut ipse conqueri
tur per Prophetam, dicens. Retribuebant (inquit) Psal. 108.
mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Et
prolixa hora cogita cum dolore, quantum & qualiter
Deum offendisti, & per consequens quantam gloriam
amisisti, & quanta supplicia acquisisti, & in hoc lique-
fiat anima tua dolendo, & pœnitendo in amaritudine la
chrymarum, vt possis dicere cum Propheta. Exitus a- Psal. 118.
quarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt
legem tuam. Ad vltimum vero surge sperando de mise-
ricordia Iesu Christi. Patiens. n. est, & multum miseri- Psal. 85.
cors, sicut dicitur in Psal. Et ideo confidenter & humili
ter roga eum, vt qui sua morte te redemit, & redemptũ
de mundo te vocauit in religione positum, immaculatũ
finaliter te conseruet in sanctorum collegio. Deinde ro-
ga Deum pro Ecclesia Romana.

De confessione. Cap. 3.

QVia ad remissionem peccatorum requiritur contri
tio amara, confessio pura, & satisfactio condigna.
idcirco antequam vadas ad confessionem, omnia pecca
ta quæ post prædictam confessionem fecisti, vel corde,
vel ore, vel opere, aut omittendo bona aut committen-
do contraria, cum profunda contritione ad mentem re
uoca diligenter, ne ea in confessione prætermittas, cum
singula ad mentem reuocaueris verecunde, vade ad sa-
cerdotem, & deposito mantello humiliter genuflecte, &
cum extracto caputio, & iunctis manib. dicas. Cõfiteor,
vsq: ideo precor, & hic incipias dicere peccata quæ co-
gitasti sepius, & pro singulo peccato dicas tuam culpã,
quib. dictis, iungas vltimo dicens, & de istis, & de alijs
multis peccatis meis mortalibus, venialib. confessis, &
omissis, quibus offendi creatorem meum, visu, auditu,
gustu, odoratu, & tactu: dico meam culpam. Ista suffi-
ciunt ad confessionem frequentem: cum volueris proli
xius confiteri, dicas de offensionib. regulæ, maxime de
obedientia, paupertate, & castitate, & exprimas si in ali-
quo istorum offendisti. Item de multa ingratitudine &
irreuerentia quam habes circa temporalia & spiritualia
beneficia, nam spiritualia non cognoscis, iuxta benefi-
cium redemptionis & religionis, quia cum gratiarum a-
ctione frequenter ruminare debuisti, & etiam de bene-
ficijs corporalibus es ingratus, quia pro eleemosynis ac
ceptis, non reddis Deo debitas gratias, sicut debes, et pa
rum pro benefactoribus oras. Item de modica charita-
te quam habes circa Deum & proximum, quia Deum
nõ diligis, sicut debes toto corde, nec obedis consilijs &
præceptis, sicut debes, sed quod periculosius est, eius vo
luntati resistis frequenter, nec etiam diligis proximum
sicut debes, quia non congaudes ei in prosperitate, nec
in aduersitate compateris, sicut debes. Item de perditio
ne temporis quia stas ociosus in die audiendo verba va
na, & ociosa, & nocua ad risum prouocantia. Item de in
honestis & nociuis cogitationibus, luxuriosis & ocio-
sis, quibus non resistis humiliter sicut potes, sed forte
quod peius est, negligis principia motuum carnaliũ qui
insur-

insurgunt. Item de multa superfluitate in comedẽdo & bibendo,& alia non necessaria faciendo. Item de falso,& temerario iudicio. Item de vana lætitia & tristitia. Item quia tu es promptus ad malũ,& remissus ad bonũ. Item de multa supbia, vanagloria, inuidia, iactantia, auaritia, accidia,& luxuria. Itẽ de modico quem habes de peccatis tuis dolore ,,& non doles de confessis sicut debes,& de aliquib. dicas quæ conscientia repræhendit , & dum hæc omnia dicis, descende ad similia quæ fecisti, & semper accepta pœnitentia osculare terram,& sic confessio, frequons,aperta & integra,verecunda,& lachrymosa,et cum contriuione,& sine excusatione. Et si potes confiteri quotidie,bene quidem, sin autem de tertio in tertium diem saltem studeas confiteri, & studeas generaliter annuatim confiteri.

De sacramento Eucharistiæ. Cap. 4.

1. Cor. 11. CVm Apostolus dicat, ꝙ qui illud incogitabile sacramentum indigne manducat, iudiciũ sibi mãducat & bibit: idcirco quandocunq; communicare proponis, studeas per totam hebdomadam præcedẽtem ad hoc te præparare, per peccatorum contritionem, continuam confessionem, & deuotam orationem. Nam de hac præparatione loquebatur Apostolus cum dicebat. Probet autem seipsum homo,& sic de pane illo edat, &
1. Cor. 11. de calice bibat. Quod si in die dominico proponis communicare, studeas te ante per triduum ad feruorem spiritus ordinare, vt sis in sexta feria præcedenti ab omni cogitatione immunda abstractus. semper autem habeas mentales oculos ad Iesum crucifixum, spinis coronatũ, aceto & felle potatum , sputis & contumelijs saturatũ, a peccatorib. blasphematum, acerbissima morte consumptum, lancea perforatum, a mortalibus iam sepultum. Hæc cogita illa die, siue comedas, siue bibas , siue aliqd aliud facias, vt cogitando creatorem crucifixum, dolorẽ
Gal. 6. in corde habeas, tota die ostendas tristitiam in corde & in corpore, dicens cum Apostolo. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Sabbato proponas penitus fratrum consortia declinare, & quietem mentis eligere: dies. n. requietionis est, & pone strictum ori tuo silentium, vt saltem illo die non solũ ocio-
Tren. 3. sa verba succidas, sed ipsa necessaria vix loquaris. Nam teste Ieremia. Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei nostri,& vsq; ad completorium exerceas te aut in lectione, aut in bona meditatione. Post completoriũ vade in Ecclesiam,& ibi reuoca mentem tuam,& quicquid contra creatorem tuum fecisti, recogita cum dolo-
Isa. 38. re,& amaritudine cordis, dicendo cum Propheta. Recogitabo tibi omnes annos meos , in amaritudine animæ meę. Et semper quando communicare proponis, die præcedenti ieiunes,& post matutinum non dormias, sed vigila in orõne, sciens ꝙ in vigilia post matutinum, Salua-
Prou. 8. tor noster potissime inuenitur, ipso attestãte qui ait. Qui mane vigilauerit ad me, inueniet me. Cum cõmunicatus fueris, statim vade ad cellam tuam, & cũ gaudio magno ipsius communicationis, affectes illum quem quidẽ ipsa veritas promittit, dicens. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam:& immediate dicas psalmos pœnitentiales cum lętanijs,& caue illa die similiter, ne egrediantur verba nociua velocio-
1. Cor. 11. sa de ore tuo, per quod intrauit Iesu refectio gloriosa, teste Apostolo. Nemo potest digne calicem Domini, & calicem dæmoniorum sumere. De frequentatione vero communionis nõ audeo suadere, nisi quod Aug. suadet. ait. n. Quotidie Eucharistiã recipere, nec laudo, nec vitupero: omnibus tamen dominicis diebus communicãdũ hortor, si tamen mens in affectu peccandi est, magis grauatur quam purificatur, et tamẽ licet quis peccator mordeatur, si tamen de cætero non habet voluntatẽ peccandi,& satisfaciat lachrymis,& orationibus, accedat securus: sed de illo dico, quem mortalia peccata nõ grauant.

De Comestione. Cap. 5.

CVm pulsatur campanella ad mensam, vel ad comedendum, stes in silentio,& examina teipsum quomodo in oratione vel lectione vel in seruitijs laborasti, vt præparatas eleemosynas possis secura consciẽtia manducare: nam peccatores ibi eleemosynas largiũtur, non vt loquaris de partibus, vel de guerris , vel maneas ociosus, sed vt pro eis incessanter ad Dominum fundas preces, ꝙ si te inueneris ociosum stetisse, aut dixisse illicita, timeas cum dolore cordis, sciens, ꝙ de eleemosynis acceptis oportebit te reddere rationem villicationis tuæ,& vsq; ad secũdam pulsationem cogita supradicta , semper pro benefactorib. exorando. Cum autem intraueris ad mẽsam, sede circa honestiores si fieri potest bono modo,& antequam incipias manducare, dicat gloria in excelsis Deo, vel tribus vicibus pater noster,& inuo- Iob. 3.
cando nomen Sanctæ Trinitatis, dicendo in nomine Pa- Inter comedendũ;
tris & filij & Spiritus sancti amen. Et tunc incipias man- vtrũq; hominem debemus reficere.
ducare cum timore & dolore cordis, vt verificetur in te illud. Antequam comedo suspiro, sic Ber. dicit. Cum comedis non totum comedas, sed attendas lectioni si fueris vbi legatur, si vero nõ legitur, ibidem cogita de Deo, ut vterq; homo sit propria refectione refectus. Sis ergo in mensa honeste, capite semper cooperto, oculis nõ diffusis,& nulli loquaris inde nisi necessitate coactus , nec cures scire quid, vel quantum , vel qualiter alij manducent. Paulatim incidas panem,& vinum moderate propina, vt cum comedas nec panis incisus , nec vinum in cipho sit, nec sis primus in comedendo, nec vltimus in finiendo. Et dum sanus es, nunquam panem eligas meliorem, nec deteriorem tantum dimittas ,ne Deum offendas,& proximum scandalizes , sed comiter manduca illum,& non comedas rapaciter sicut faciunt gulosi, quorum Deus vẽter est, sicut dicit Apostolus. Sed curialiter Phil. 3.
& honeste manduca, sicut decet religiosum & paupertatis sanctissimæ sectatorem,& cũ biberis dicta Aue Maria cum duabus manibus bibas, ne quod datur ibi ad nutrimentum, fiat tibi in detrimentum, habet enim ad libidinem prouocare, sicut dicit Sapiens quia luxuriosa res Prou. 20.
est vinum. Et ideo dicit Apostolus. Nolite inebriari vi- Eph. 5.
no, in quo est luxuria.& alibi. Semper modico vtere vi- 1. Tim. 5.
no. Appone igitur semper aquam in vino, specialia tibi nunquam procures, nec oblata recipias, si euitare poteris bono modo, xenia non mittas per mensam, nisi forte illis qui iuxta te sunt. In fine vero micas diligenter collige & manduca, quia dicit Dominus, colligite fragmenta ne pereant. Ioan. 6.

De abstinentia. Cap. 6.

CVm Dominus dicat in Euangelio. Attendite ne
grauentur corpora vestra crapula, & ebrietate. In Luc. 21.
huiusmodi semper stude crapulam fugere,& ebrietatem,& sobrietatem elige, quia dicit Sapiens. Multi per Eccle. 37.
crapulam perierunt, qui abstinens est adijciet sibi vitã. Si autem fueris ad comedendum , non sapor sed fames te prouocet, vt dicit Bernardus, vt nunquam voluptate, sed necessitate pascaris, quia dicit August. Mens lassata nimietate ciborum, perdit orationis vigorem. Toto tempore vitæ tuæ modico & communi cibo vtere, quia dicit Isidorus. Vbicunque satietas & ebrietas, ibi libido & furor dominatur,& ne modum excedas in comedendo & bibendo (sicut dicit Isidorus) tantum tibi ieiunij imponens, quãtum ferre potes: Melius est enim (inquit) quotidie parum, quam multum raro sumere. Augustinus. Quid enim prodest tota die longum ieiunium durare , & postea facietate vel nimietate animam saturare? Et caue, ne de cætero specialitem , vel singula-

ritatem

Digitized by Google

ritatem tibi procures: sed omni tempore quando sanus
es, ijs cibarijs esto contentus, vt pane, & vino, & coqui-
na tãtum, et si aliquid apponatur, si indiges accipias mo
derate, sicut decet seruum Dei, & paupertatis sanctissi-
mæ sectatorem. Cibaria vero quæ magis prouocent ad
gulam, quam ad sustentationem naturæ semper deuita,
sicut sunt cibaria inusitata, vel delicata. s. speciebus com
posita, & similia. Nam sicut dicit Bernardus. Satis est ad
omne condimentum sal cum pan e & fame, nec tamen
ea occasione permittas aliud tibi dari, quia tunc non es-
set abstinentia, sed simulatę sanctitatis apparentia. Caue
Rom. 14. etiam vt non manducando manducantes iudices, vel cõ
dẽnes, quia sicut ait Apostolus. Qui non manducat, mã
ducantes non spernat, & econtrario. Qui. n. manducat,
Domino manducat, & qui non manducat, Domino nõ
manducat. Extra refectorium nunquam comedas, nisi
necessitate vel infirmitate coactus, sed communem vitã
semper in bono sequaris, & omni tempore quãdo sanus
Meditatio passionis Christi multũ iuuat ieiunãtibus. es, quadragesimam Epiphaniæ, & aliam Apostolorum,
quæ incipit ab Ascensione vsq; ad Pẽtecostem, & diem
Sabbati semper ieiunare procures. & quando abstinẽtia
tibi importabilis videretur, statim cogita de Iesu, qui cũ
esset Dominus omnium, in anxietate patibuli est fatiga-
tus, spinis coronatus, clauis perforatus, sitiẽs potatus est
aceto cum felle misto. Tunc enim talia cogitando, non
solum ciborum abstinentias, sed quaslibet asperitates &
passiones, facile sustinere valebis. Ait. n. Greg. Si passio
Christi ad memoriam reuocetur, nihil adeo durum, ꝙ
æquo animo nõ toleretur. Abstineas igitur maxime fra
ter a cibis delicatis & calidis, qui sunt incitatiui ad nutri
mentum luxuriæ, & semper in omni cibo & potu super
fluitatem, & auiditatem deuita, vt etiam post comestio-
nem videare esurire, & famelicus esse, si vis in æterno cõ
uiuio saturari. Ait. n. Hierony. Impossibile est enim, vt
præsentibus & futuris quis fruatur bonis, vt hic ventrẽ
& illic mentem impleat, & de delitijs mundi ad delitias
angelorum transeat, & in cœlo, & in terra appareat glo-
Matth. 5. riosus. Beati ergo qui esuriunt & sitiunt in pręsenti, quo
niam ipsi saturabuntur in futuro.

De dormitione. *Cap. 7.*

SEmper cum ad horam perueneris dormiendi, nõ pręuento tempore, primo aspergas te aqua benedicta, & tunc vadens ad lectum aliquam orationem præmittas, & facto tibi signaculo crucis in lecto, & te Domino humiliter commendato, honeste & composite iaceas in dextro vel sinistro latere, nunquam tamen supinus: vel aliter inhonestus nunquam dormias cum manib. in sinu positis, nec crurib. eleuatis vel discopertis, sed semper teneas tunicam inter cura, vt nullus te inueniat inhoneste iacentem. In lecto autem sic positus dicas Psalmos, vel aliud meditare, vel quod vtilius est, imaginare Iesum in cruce pendentem. Quod si sollicite agitabis, vix aut nunquam poterit te Diabolus molestare, quia per deuotam meditationem Iesu, omnis Demonum exercitus effugatur. Cum autem surrexeris de lecto, statim recurre ad
1. Cor. 2. memoriam crucifixi, vt cum Apostolo nihil scias inter
homines, nisi solum Iesum, & hunc crucifixũ. Ait enim Bernardus. Totus sit tibi crucifixus in corde, qui pro te fuit fixus in cruce: & facto tibi signo crucis, vade ad ecclesiam festinanter, & asperge te aqua benedicta, & ingrediens ecclesiam dicas. Introibo Domine in domum
Psal. 5. tuam & adorabo ad templum sanctum tuum in timore
tuo: Domine deduc me in via tua, ꝓpter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam. Cum autem perueneris ad altare, humiliter genuflecte, & Deum adora, & lachrymare si potes, & facias ibi orationem quam Dominus monstrabit, & recomenda te sibi cum profunda cordis humilitate, & semper sis in ecclesia ante quam officium inchoetur, vt congregato animo tuo corã Deo liberius possis intendere his quę dices. Omnia seruitia quę facis, semper radicẽtur in charitate, alioquin nõ expectes inde meritum apud Deum, quia sicut dicit August. Tanta est virtus charitatis, vt & prophetia, & martyrium sine ipsa nihil esse credatur. Celebrantibus autem missas libentissime seruias, cum profunda cordis, et corporis humilitate, reuerentia & deuotione, quia ad Illud deuotissimum sacramentum nemo debet accedere indeuote, nec expectes ꝙ alius te inuitet, sed potius tu solicita sacerdotes, & sis semper solicitus circa omnia seruitia facienda, ne forte tua negligentia (ꝙ absit) impediatur aliquando sacerdos. Alia autem seruitia quæ sunt necessitatis, & vtilitatis, libẽtius facias quam alia, sicut est lauare pannos, scutellas, tunicas, & pedes infirmorum, et aliorum, & capita cum oportebit, & similia. Cum fueris cum fratribus pro aliquo seruitio faciẽdo, caueas loqua
ris ibidem, nisi forte interrogatus, & tunc submisse, sed Psal. 139.
potius audi tacens, quia teste Psal. Vir linguosus non dirigetur in terra. Infirmos vero debes frequenter & solicite visitare, saltem bis vel ter, cum exhibitione seruitij si oportet, sicut in Regula continetur, ꝙ fratres debent eis seruire, sicut vellent sibi seruiri, & hoc fiat sine mul-
tiloquio, quia teste Sapiente, in multuloquio non deerit Proue. 10.
peccatum.

De ociositate fugienda. *Cap. 8.*

CVm ociositas multis sit occasio delinquendi, teste
Sapiente qui ait. Multa mala docuit ociositas, stu Eccl. 33.
de semper in diuinis laudib. vel charitatis operib. occupari. Nam ocium diuina sapientia reprehendit di-
cens. Quid hic statis tota die ociosi. Nec mirum, quia Matth. 20.
Diabolus frequenter eos præcipitat. Vnde Hieron. Semper aliquid boni facito, vt te semper Diabolus inueniat occupatum. In his ergo maxime exerce te, s. in freqẽti & seruẽti oratione, & lectione, & in seruitijs, & per ista tria tota vita tua decurrat, & semper ores, aut legas, aut seruias, & potissime senibus forensibus, & infirmis, & factis seruitijs non stes cum fratribus ociosus, sed statim vade ad cellam, & ibi ores vel legas, & sta in ea quotidie
vsque ad tertiam, & non exeas, nisi vrgenti necessitate De vita solitaria ad fratres de mõte Dei.
coactus, memorans illud Bernardi. Quod Sancti Angeli cellas habent pro cœlis, a cella enim in cœlum sæpe ascenditur.

De honestate. *Cap. 9.*

CVm honestas sensuum exteriorũ sit ornatiua virtutum, ideo cum omni verbo & actu tuo semper honestatem cum discretione prætendas. Ait. n.
Apostolus. Omnia honeste cum ordine fiant in vobis. 1. Cor. 14.
Si ergo desideras honestatem & fœlicitatem virtutum inuenire, & inuenta facile retinere, stude semper habere
subscripta, & primo habeas feruentem & frequentem Sap. 7.
orationem, de qua dicere poteris illud sapientiæ. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Deinde stude semper omnia verba ociosa vitare, vt ea non proferas, nec audias proferentes, quia teste Paulo. Corrumpunt bonos mo-
res colloquia mala. Postea inhonestorum & dissoluto- 1. Cor. 15.
rum consortia caue. Adulatorum blandimenta deride, dona contemne, colloquia susurronum & murmuratorum, bilinguium & detractorum semper abhorre. Nam
teste scriptura, Murmuratores & detractores Deo odi- Rom. 1.
biles sunt. Nunquam loquaris cum aliquo nisi verbum præmeditatum, ordinatum, vtile, & honestum; duplicitates & simulationes in loquendo semper deuita, quia dicit Augus. Omnis simulatio, & omnis duplicitas mendacium est. Et propterea dicit ipse alibi. Omnia verba ante veniant ad limam, quam ad linguam. Ad lauandum pa-

dum paropsides quotidie vade. Insuper non sis murmu
rator, nec iudicator aliorum, nec aliquẽ de cætero repræ
hendas, nisi aperte fecerit contra Deum, sed potius re-
præhensus statim dicas culpam tuam genuflectens, siue
sis culpabilis siue non. Nam teste Greg. Bonarum men
tium est ibi timere culpam, vbi culpa non est. Et quan-
documq; aliquis te offenderit non respondeas ei, sed sta
tim recurre ad patiẽtiam dicens. Dignum est quippe vt
omnes creaturæ me offendant, quia ego superbus crea
torem omnium semper offendi, & iniuste & frequenter
offendo, & semper quando vadis in Ecclesiam coram al
tari si fieri potest, congrue, ingrediendo vel egrediendo
Phil. 2. humiliter genuflecte, quia scriptum est. In nomine Iesu
omne genu flectatur. Iterum quando vadis per domum
vel extra, semper habeas gressum mitem, manus continẽ
tes, oculos demissos, stabiles, non vagantes, quia dicit Isi
do. Impudicus oculus, impudici cordis est nuncius, &
quando vides fratres loquentes de aliquo & nõ de Deo
vel etiam nõ de scriptura, statim recede, maxime si mur
murant, de aliquo, vel loquantur de guerris. Nam teste
scriptura. Lingua eorum gladius acutus, & vt melius
hæc conserues, stude semper in corde & opere humilita
tem habere, quia vt dicit Greg. Qui cæteras virtutes
sine humilitate congregat, quasi puluerem in ventum
portat.

De tentatione. Cap. 10.

QVia humani generis aduersator, nititur incessanter
per impulsionem tentationum fidelibus obuiare la
tenter, testante Petro. Aduersarius vester diabolus, tan-
1. Pet. 5. quam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Id-
circo semper custodi animam tuam solicite, iuxta con-
Pro. 4. silium Sapientis. Et semper quando senseris te huius-
modi tentationibus impugnari, recurre ad Christum. Fi
delis est. n. vt faciat cum tentatione prouentum, & dicas
immediate. Adiuua me Dominus Deus meus, ne disces
seris a me, intende in adiutorium mihi Domine Deus sa
lutis meæ. Libera me de inimicis meis fortissimis, & ab
his qui oderunt me. Pone Domine me iuxta te, & cuius
uis manus pugnet contra me, quia si consistant aduersũ
me castra, non timebit cor meum, & cogita statim, quia
propter peccatum priuatur quis inextimabili gloria bea
torum, & condemnatur ad horribilissima & infinita sup
plicia damnatorum. Nam ista duo si bene habebis in
Sap. 6. mente, expellent tentationes omnino, quia si tentator ad
huc præualet, cogita frequenter de acerbissima passio-
ne Iesu. Nam teste scriptura Cogitare de ea sensus est cõ
summatus, & qui vigilauerit propter eã cito erit securus,
& hoc est, ꝙ si bene imprimatur in mente passio redem
ptoris, non habebit locum in carne tẽtatio detractoris,
Eph. 6. ipsa est enim armatura contra hostes, de qua dicebat
Apost. Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare ad-
uersus insidias Diaboli, & merito, quia nulla est effica-
cior medicina, per quam citius inimicorum exercitus de
1. Pet. 4. pellatur Christo (inquit Petrus) in carne passo & vos ea
dem cogitatione armamini. Hoc ait ẽt expressius Ber-
nardus, Quotiẽs te senseris turpibus cogitationib. impu
gnari, & ad illicitas cogitationes affici, totiens pone ibi
ante oculos mentis tuæ, quomodo Christus crucifixus
est pro te. Intuere qũo a Iuda iudeis traditus est, quã vili
ter ptractatus, blasphematus, et culaphizatus, iudicatus,
& condemnatus, expoliatus & flagellatus, ad vltimum
vero contumelijs, & opprobrijs affectus, inter duos la-
trones suspensus, clauis confixus, sputis derisus, spinis co
ronatus, felle potatus, lãcea perforatus, ex omnibus par
tibus corporis sanguis emanauit, & inclinato capite emi
sit spiritum. Redemptor tuus mortuus est pro te in cru-
ce, & tu nescis cuiusmodi turpi cogitatione sordidari in
mente?

De familiaritate mundi. Cap. 11.

TOto tempore vitæ tuæ studeas, quantum poteris,
bono modo familiaritates sæcularium deuitare, gẽ
neratio. n. peruersa est, & infidelis, teste scriptura. Cum Deut. 6.
autem fueris cum eis aliqua necessitate, vel vtilitate co-
gente, caue ne vnquam loquaris cum eis, nisi verba vti-
lia & honesta, & si ipsi loquantur de sæculo, vel de guer
ris, vel de alijs inutilibus, nunquam sequaris eos etiam Psal. 16.
si scieris, dicens cum Propheta. Non loquatur os meum
opera hominum, & semper sis cum eis timidus non secu
rus, humilis, breuiloquens & honestus, vt impleatur in
te illud Euãgelij. Luceat lux vestra coram hominibus, Matth. 5.
vt videant vestra bona opera, & glorificent patrem ve-
strum qui in cœlis est. Mulieres vero fugias sicut serpẽ
tes, & nunquam loquaris cum aliqua, nisi vrgens neces-
sitas te compellas, nec vsquã aspicias in faciẽ alicuius mu
lieris, & si mulier tecum loquatur, verba sua citissime
occide, nam teste Propheta. Molliti sunt sermones eius Psalm. 54.
super oleum, & ipsi sunt iacula. Ideo dicit Augu. Asper
sermo, breuis & rigidus cum mulieribus habendus est,
nec quia sanctæ sunt, ideo minus cauendum est, quo. n.
sanctiores sunt eo magis alliciunt, & sub prætextu blan
di sermonis, immiscet se visc' impudicissimæ libidinis,
crede (inquit) mihi Episcopus sum, veritatem loquor in
Christo, non mentior. Cedros libani, & gregum arietes
sub hac specie corruisse vidi, de quorum casu non ma-
gis præsumebam, quam Gregorij Nazianzeni & Amb.
Fuge ergo laqueos mulierum, quia non es Dauid san-
ctior, nec Sansone fortior, nec sapientior Salomone.

De iudicio vitando. Cap. 12.

CVm non sit commissum alicui occulta cordis iudi
care, sicut dicit Apost. Nolite iudicare quousque 1. Cor. 4.
adueniat Dominus, qui & illuminabit abscondita
tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Idcirco
nunquam te transferas ad aliorum iudicium vel cõtem
ptum, sed quandocunque videris aliquid fieri quod tibi
displiceat antequam iudices facientem, primo respicias
temetipsum, vtrum in te inuenias aliquid repræhensibi-
le, ꝙ si inueneris, tũc in illo in quo alium iudicas, temet
ipsum condemna, dicendo cum Propheta. Ego sum qui
peccaui, ego sum qui inique egi, & non sis sicut hypo-
chrita, quia nunquam respicit defectus suos, sed præsu-
mit de se, & omnes alios iudicat detrahit, & condemnat,
& vult videre festucam in oculis eorum, trabem autem
quæ est in oculo suo, non considerat. Quem veritas re- Matth. 7.
præhendit dicens. Hypocrita eijce primum trabem de & Luca. 6.
oculo tuo, & tunc prospicies, & videre poteris festucam
in oculo fratris tui, vnde versus. O qui festucam fratris
concernis ocello. Quæ tua conturbat lumina tolle tra-
bem. Bernardus dicit. Caue alienæ vitæ esse curiosus ex
plorator, aut temerarius iudex, etiam si perpetrat actum
ꝙ reprehendas, nec si videris, iudices proximum tuum,
magis autem excusa, excusa intentionem si opus excusa
ri non potest, puta ignorantiam, puta casum, puta surre- Ibidem.
ptionem. Quod si rei certitudo nullam omnino excusa
sionem recipit, suade nihilominus ipse tibi, & dic apud
temetipsum. O vehemens fuit prima tentatio, & quid
de me illa fecisset, si accepisset in me similem potestatẽ?
Non sis ergo pronus ad iudicandum vel ad murmuran
dum, sed potius iudica, & respice temetipsum dicendo
cum Propheta. Iniquitatem meam annunciabo, & cogi Psal. 37.
tabo pro peccato meo.

De obedientia. Cap. 13.

QVoniam ad viam salutis nihil est tutius, quã per
humilem obedientiam negare seipsum: idcirco
sequentibus se veritas dicit. Qui vult venire
post me, abneget semetipsum per obedientiæ subie- Luc. 9.
ctionem

Digitized by Google

ctionem, & tollat crucem suam per carnis maceratione, & sequatur me per finalem consumationem. Et merito Inuitat eos ad obediẽtiæ subiectionem, quia per eam habetur mira victoria contra hostes, teste Sapiente qui ait.
Prou. 21. Vir obediẽs loquatur victorias: Et quod plus est, ipse Deus per obedientiam vinci potest. Dicit n. Grego. Si obediẽtes fuerimus prælatis nostris, Deus obediet orationib. nostris: et Aug. Citius (inquit) exauditur vna oratio peccatoris obedientis, quam decem milia contemptoris. Itẽ, toto tempore vitę tuę studeas omnib. secundum Deum subiacere & semper humiliter obedire, non solum prælatis, sed etiam subditis, & non cures dicere, quis est qui præcipit? Ait n. Greg. Non licet subditis discernere, sed statim simpliciter obedire, & caue ne vnquã per te vel per alios obedientiam extorqueas publice vel occulte, quia talis non dicitur obedire, sed propria voluntate abuti. Ait Bernardus. Si quis aperte vel occulte satagit, ut quod habet in voluntate hoc & pater spiritualis iniũgat, ipse se seducit, sed forte sibi quasi de obedientia blãdiatur, neq; enim in ea re ipse prælato, sed ei prælatus obedit. Caueat ergo talis, quia dicit idem Bern. Nihil ardet in inferno, nisi propria voluntas. Tolle (inquit) propriam voluntatem, & non erit infernus. Caue igitur in beneficijs tuis ne tuam proferas voluntatem, & maxime cum discordas a voluntate prælati. Nam Bern. dicit. Grande malum propria voluntas, qua fit vt bona tua bona non sint, & quandocunq; aliqua grauis obedientia te conturbat, citissime cogita de Iesu, qui cum esset
Phil. 2. Rex regum, & dominus dominantium, humiliauit semetipsum teste Paulo. Factus obediens vsq; ad mor-
Ioan. 6. tem. Dicebat n. descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me Patris, ita dicas si vis imitari Deum. Exiui de mundo, non vt faciam voluntatem meam, sed aliorum. Qualis autem debet esse profectus, Bernardus describit dicens. Verus obediens nescit moram, mandatum non procrastinat, sed statim parat oculos visui, aures auditui, linguam voci, manus operi, pedes itineri, & totum se interius collegit, vt imperantis faciat voluntatem.

De paupertate. Cap. 14.

CVm paupertas voluntaria sit totius spiritualis ædificij primarium fundamentum, idcirco toto tempore vitæ tuæ in omnib. transitorijs rebus strictam paupertatem obserua, vt nihil sub cœlo habeas, nisi ea quæ necessitati tuæ per Regulam conceduntur. Dicitur enim ibi. Quod fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec aliquam rem, & merito, quia teste Ioanne. Om-
1. Ioan. 2. ne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Nam ista transitoria sunt & contraria æternis, vnde sis semper pauper in terra, si de cœlo desideras te non repelli. Ait enim Greg. Tanto n. vnusquisq; a superno amore disiungitur, quanto inferius delectatur: E contrario, quantum quis fastidiet terrena, tanto Deo erit propinquior, propter quod dicebat Apostol. Omnia reputaui vt ster-
Phil. 5. cora, vt Christum lucrifacerem, vnde si vis terrena bona contemnere, semper cœlestia meditare. Ait enim Greg. Si consideremus quæ & quanta sunt quæ nobis promittuntur in cœlis, vilescunt animo omnia quæ ha-
Matth. 5. bentur in terris. Beati igitur pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cęlorum. Igitur si per paupertatem terrenorum peruenitur ad gloriam beatorum, stude sẽper tenere strictissimam paupertatem, maxime in libris, & soleis, & tunicis, vt eas non habeas, nisi sicut tuæ necessitati stricte videris expedire, neq; superflua necessaria dicas, sed potius ipsa necessaria superflua time. Ait n. Grego. Et solis necessarijs vtimur, probabitur multa superflua in vestris facultatibus habuisse, vnde nihil habeas nec per te, nec per interpositam personam, & attẽde semper vt nihil habeas in cella nisi necessaria, & hoc dico etiam de minimis rebus, ne forte negligendo modica, paulatim cadas ad maiora. Ait. n. Aug. Vitasti grandia, caue ne obruaris arena, quia teste scriptura. Lignũ
Prou. 3. vitæ est, qui apprehenderit eam, & qui tenuerit eam beatus, vnde si sanctã paupertatem finaliter retinebis, ad regnum cælorum poteris peruenire, quia ita veritas repromisit perfectis dicens. Beati pauperes, quoniam vestrũ
Matth. 5. est regnum Dei: quod quidem regnum tanto est vtilius quanto fœcundius, tanto securius quanto sublimius, tanto iucundius quanto lucidius, tanto nobilius quanto a nobilibus possidetur, ad quod nos perducat, qui viuit & regnat in secula seculorum.

De silentio. Cap. 15.

QVia diuina consolatio sæpe per multiloquium denegatur, toto tempore vitæ tuæ tene strictum silẽ-
Isa. 30. tium in locis, & temporibus opportunis & ad hoc ordinatis. Nam teste scriptura. In silẽtio, & in spe erit fortitudo nostra, & sileas semper vbicunque fueris, in diuino officio celebrando, in comedendo, in quolibet seruitio faciendo, & vbicunque fuerint vltra tres fratres, a completorio quotidie vsque ad tertiam non loquaris, nisi interrogatus, vel aliqua necessitate, vel vtilitate coactus. Nam sicut dicit Greg. Mens quæ non habet murum silentij, de facili penetratur iaculis inimici. Et ideo dicit Augu. Mutum (inquit) debet esse os hominis, nisi ad tria. s. ad laudem Dei, ad accusationem sui, & ad vtilitatem proximi. Sileas igitur, ita vt nunquam verba detractionis, vel dissolutionis, vel inhonesta loquaris, sciẽ-
Matth. 12. do, quod non solum de verbis ociosis, nociuis & periculosis oportebit te reddere rationem, sed de omni verbo ocioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij, secundum sententiam Saluatoris, ideo dicit
Psal. 106. Propheta. Lætati sunt quia siluerunt, vnde si bene vis fugere verba nociua supradicta, primo reprime ociosa. Ait enim Aug. Qui ociosa verba non reprimit, ad noxia cito transit, Ideo dicit sapiens. Fili loquere in tua causa
Ecc. 32. vix, & cum bis interrogatus fueris, responsum habeat caput tuum. In hoc autem potissime sileas, vt nũquam loquaris de seculo nec de guerris, nec audias referentem, cum id sit venenum mortiferum animarum, de talibus n. dicitur in Psal. Linguis suis dolose agebant, venenum
Psalm. 13. aspidum sub labijs eorum.

IN conuentu Fratrum minorum Parisijs, conuersante bonæ memoriæ fratre Bonauentura tunc generali Ministro, & post Cardinali: frater iuuenis studẽs ibidem bonæ indolis, & ei satis familiaris, accessit ad eum semel, & deuote rogauit, vt sibi exponere dignaretur, quo iuuentus sua posset in ordine conseruari sine macula & querela, & ad vitam æternam proficere. Qui magno cum quodam suspirio sic respondit. Fili mi iuuenis, si vis sine macula & sine labe infamiæ conseruari in re-
Sex documenta assidue recolenda. ligione. Sex tibi mandata recole, & incessanter repone quæ documentis & exemplis sanctorum patrum accepimus. Primo circa orationem, & sanctorum lectionem semper vigila, quæ duo vt proficere possis & non perderere, ecclesiam valde frequenta, die & nocte cellam continua super omnia, ita quod extra eam vel ecclesiã nunquam inueniaris cum aliquo ociosus in via uel in platea, sed sẽper finito officio, vel finita comestione, vel seruitio, vel alterius obedientiæ mandato, sine aliqua mora regrediaris ad cellam oculis inclinatis, & ibi redigas te. Secundo circa honestatem cordis, & omnium sensuum corporis tui super omnia stude, quæ duo vt valeas adimplere, nũquam cum aliqua persona spiritualem familiaritatẽ habeas,

Digitized by Google

bus, sed omnibus sis communis, ita q; nullus possit aduertere te, nisi communem & nulli specialem, modo iã dicto. Tertio circa custodiam linguæ studiosissimus esto, ita q; quando stas cum alijs, nũquam loquaris nisi necessaria, & tunc non nisi requisitus. Nec laudes aliquem, nec vituperes absentem vel præsentem, quantécunq; audias alios similia dicẽtes. Quarto sis summe solicitus vt nunquam referas, vel loquaris cum aliquo de his quæ audis de alijs, nisi illa sint ædificatoria. Quinto versetur ad cor tuum frequenter memoria beneficiorũ Dei, & peccatorum tuorum, & desideriorum paradisi et pœnarum inferni, etiam omnium quę sunt in tribulatione constituti, & etiam miseriarum mundi. Sexto sis solicitus nõ iudicare in corde tuo vel ore, nisi teipsum. Hęc faciens, saluaberis inter homines.

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS.

De reformatione mentis.

PRIMA PARS

Quod internum exercitium requiritur. Cap. 1.

IN priori formula nouiciorũ quam scripsi, de exterioris hominis compositione aliquam formam eis proposui, secũdum quam se regerent tam in domo q̃ extra. Nunc de interioris hominis. i. mentis reformatione, ad quam omnis vera religio est ordinata, tradere aliqua disposui verbis indoctis, & materia inordinata. Est autem ratio, quare corporalis exercitatio præcedet spiritualem, quia homo ab intimis & summis cadens per peccatum in hæc exteriora & visibilia dilapsus est. Et quia non intelligit nisi corporalia, ideo ibi primo nititur resurgere vbi iacuit, & paulatim se erigere ad diuina & spiritualia, ad quæ creatus fuit. Ideo quandiu religiosus nõdum incepit intelligere, & sapere ea quæ sunt spiritus Dei, sed in exterioribus obseruantijs adhuc putat totum consistare, quod ad veram religionem pertinet, nouitius est, etiã si pluribus annis in habitu religionis steterit. Immo (iuxta Apostolum) animal dicitur, quia nondum percipit ea quæ sunt spiritus Dei, stultitia enim est illi, & non potest illa intelligere, quia spiritualiter examinatur. Ex hoc perpẽde duos esse nouiciatus in religione. Vnus ad probationem, qui terminatur quando promittit obediẽtiam, & stabilitatẽ in ordine per verba. Alter durat quousque religiosus statum bene viuendi ita in consuetudine conuertit, quod iam non solum verbis, sed etiam factis promittit se habilem in fide, ordine, & proficiendi studio permansurum. Quandiu enim fluctuat mente & nõdum stabiliter apprehendit viam studij spiritualis, & mõ vult hoc, modo illud, nesciẽs quid potius eligat, incipiens est, & nondum proficiens, stet tamen in bona voluntate constanter, & attendat quare venerit, & ad quid venerit, & opus iungat voluntati, & cito incipiet videre viam, qua pergat ad Deum.

1. Cor. 2.

Duo sunt nouitiatus

Quod incipientes debent esse cauti vt proficere possint. Cap. 2.

QVatuor enim sunt, in quibus noui, & incipientes debent cauti esse, si volunt proficere. Primum vt ab illa voluntate qua ad religionem venerũt, & a primo nouiciatus feruore non tepescant. Sicut quendam in Apocal. Beatus Ioan. improperat dicens. Habeo aduersum te pauca, quod charitatem tuam primá reliquisti, quapropter pœnitentiam age & prima opera fac. Charitatem primam reliquerunt, qui cum primo fuerint feruentes, & deuoti ad oĩa, postea effecti tepidi, & desides, tradunt se leuitatib. & vitia quæ expugnare venerant, permittunt sibi dominari, seruiẽtes Deo pro suo libito, non pro eius beneplacito voluntatis, vnde Dominus filijs Israel præcepit. Mementote diei huius in qua egressi estis de Aegypto. Dies qua de Aegypto egredimur, est bona voluntas, qua egredimur de sæculo, huius, semper meminisse debemus, vt a fauore illius recedamus, & a feruore nunquam retrocedamus, vnde quidá volens religionem ingredi de sæculo, quæsiuit a quodá sancto patre, quomodo viuere deberet, at ille dixit ei, vade & viue qualis primo die fueris, & sic semper viue: hoc est, considera statum voluntatis tuæ in prima die qua religionem intrare disposuisti: quam humilis tunc fueris, quam paratus tũc obedire ad omnia tã aspera, q̃ despecta: quam patiens ad correctiones, pœnitentiam, & labores, quam verecundus & timoratus, quam solicitus vt emẽdares vitam tuam, & dies quos in sæculo perdidisti recuperares: quam parum curans rumores sæculi quærere vel referre, nec detractionib. intentus, nec aliquib. curiositatibus occupatus: Et quomodo fugisti & abiecisti omnes carnales affectus, & te totum obtulisti Deo holocaustum viuum, vt nihil deinceps in te viuat de vita peccati, sed tota mactetur, & immoletur Deo obedientiæ ferro per sacerdotis ministerium id est, prælati tui, vt Christo in te innouato resurgas. Secundum hanc formam semper postmodum stude viuere, ne aliter in schola religionis dediscere vel retrocedere magis, quam proficere videaris, sicut illi qui vadunt ad studiũ literarum, & tempus vane consumantes, cum redeunt domum, expensas solum computant consumptas, quia quid profecerint non apparet. Sic & nos quando tempus in religione expensum computamus, & profectus virtutis exiguus est, cum forte in nouitiatu deuotiores, & feruentiores fuerimus, quã postea per plures annos. Hoc est verecundum, & valde nociuum habebitur, cum deberemus esse magistri virtutum propter tempus, quo fuimus in religione, rursus tamen indigemus vt doceamur, quæ sunt elementa exordij sermonum Dei & necesse habemus doceri, sicut rudes nouicij, quomodo incipiendum sit seruire Deo. Et facti sumus quasi infantes, quibus lacte opus sit, non cibo. i. tales sumus, qui mollibus blandimentis puerilium consolationum, & carnalium foueri indigeamus, & fortia virtutum exercitia pati non valeamus, in duris reprehẽsionibus, in contumelijs, in necessitatibus in persecutionibus pro Christo. Omnis enim qui lactis particeps est, expers est sermonis iustitiæ. Paruulus enim est tam meritis, quam virtute. Secundum est, a quo incipiens nouus debet esse cautus, ne moneatur malis exemplis tepidorum, ad imitandum ea. Sunt quidam infirmi spiritu videntes alios apud se desides in seruitio Dei, & ociosos, & verbosos & elatos, rebelles, ac ambitiosos, & alijs modis viciosos, dicunt apud semetipsos. Si hoc alijs licet, quare non etiam mihi? Et proniores ad malum, exemplum sumunt ab illis quos deteriores vident, & gaudent se socios inuenisse viciorum, ne possint soli erubescere, quia si parcitur alijs, volunt & sibi in similibus parci. Contra hoc deuotus Dei seruus apud se respondere debet. Ego veni pure pro Deo; non pro aliquo alio, ideo nolo aliquem sequi, ad hoc vt retrocedam a Deo, quia si tantos hic discolos sciuissem, nunquam eorum societatem elegissem, vnde solos illos imitari debeo, qui ad hoc me informant, propter quod religionem intraui, id est vt apprehendam Deum, & satisfaciã ei de

Apoc. 2.

Exod. 3.

Digitized by Google

ei de peccatis meis, vt promerear gloriam sempiternam. Pictor & artifex notabile opus volēs facere, q̄rit nō alia q̄ meliora exemplaria quæ potest habere. Et viator non quærit viam ab ignorantib. sed a scientibus eam, qui sæpe ambulauerint per eam. Ideo noli imitari malum, sed bonum. Tertium a quo incipiens & nouus debet esse cautus, est, vt non iudicet temere facta aliorum, maxime vbi nescit qua de causa, vel intentione fiant: sicut. n. non vidimus aliorum cogitationes, ita nec intentiones eorum quare hoc vel illud faciant, vnde quicq̄d potest aliquo modo excusari, semper ad meliorem partem interpretemus, si volumus cor tranquillum vbicunque habere cum alijs, & alios non turbare, & Deum nō offendere. Quia sæpe iudicamus malum esse, quod in se non est malum: Et peccamus propter temeritatem, vsurpando nobis iudicia Dei de occultis cordium. Magistri nostri Vicarij Dei, aliquādo id possunt iudicare per cōiecturas circunstantes: Alijs autem nō expedit pronos esse ad iudicandum, donec plene in omnib. conditi per donum discretionis spirituum, et vere spirituales effecti, omnia iudicent, & ipsi a nemine iudicentur. Sicut clare
Rom. 14. videns, cæcum videt nec tamen a cœco videtur, cum cœcus non videat seipsum. vnde Paulus. Tu qui es, qui iudicas alienum seruum? suo Domino stat, aut cadit. Sæpe n. merentur temerarij iudices aliorum, vt aut in similib. aut in grauiorib. excessib. cadere permittantur, vt discāt
Luc. 6. ex sua infirmitate, cōmpati alienæ: ideo Saluator ait. Nolite iudicare, & non iudicabimini. In quo. n. iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Est tamen differentia inter timorem, suspitionem, temerarium iudicium et iustum. Timor est secundum istam acceptionem, quando nil mali suspicor, de aliquo timeo tamen, quòd malum quod nondum euenit, possit euenire nisi caueatur. Sicut enim obfirmantur seris monasteria, & iuuenes prohibētur ab incautis familiaritatibus, nō quia malum vniuersale facere præsumātur, sed timetur mali actio, si non præcaueatur. Suspitio est, quando sine rationabili præsumptione reputo aliquid factum esse mali, vel aliquem malū velle facere, & non est ita, hoc vitium est ēt sæpe peccatū. Iudicium temerariū est, qn̄ credo aliquid factū esse mala intentione, quod potest fieri etiā bona, cum actio sit in se indifferens, & hoc est vicium: quia cordis intentio iu-
Hiere. 17. dicatur, quæ soli Deo est manifesta. Ego ait Dominus: scrutans corda, & probans renes: Iustum iudicium est, quando inexcusabilib. coniecturis aliquis discernit aliquid malum esse, vel qn̄ ipse actus est in se malus & illicitus, vt cum video aliquem occidere hominem iniuste, vel tales conatus ad peccatum, qui semper sunt illiciti & incongrui. Quartū in quo cauti esse debent nouitij in religione, est, vt non frangantur aduersitate vel tentatione, sed cogitent q̄ ad hoc venerunt, vt omnia nuę eis in hac vita accidere possunt, sustineant propter Deum. Sicut qui intra bellū scit, q̄ nō quietem, & delicias sed labores & vulnera oportet eum sustinere, vel expectare,
Eccl. 2. vnde in Eccl. Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia & timore, & prępara animam tuam ad tentationē,
Act. 14. & deprime cor tuum & sustine, & cæt. & in act. Oportet nos per multas tribulationes intrare regnum Dei. Ergo aduersitas est via ad regnum Dei, & qui recusat viam, re-
Luc. 24. cusat ad regnum peruenire. & in Luc. Oportebat pati
2. Tim. 2. Christum, & in gloriam suam intrare, scilicet magis cōueniebat, & Paulus. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit.

De quatuor tentationibus, carnis, mundi, Dei, & diaboli. Cap. 3.

Tentatio autem quadruplex est, quasi quatuor venti a quatuor plagis flantes, qui mouent tēpestates in hoc mari huius seculi, & nauē cordis quassant fluctibus, a carne, a mundo, a Deo, & a diabolo procedunt tētationes. A carne tentamur, quando naturalibus vitio- Iaco. 1.
rum motibus ad peccandum solicitamur, vt cum luxuria vel gula nos tentat, iuxta illud Iac. vnusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus. A carne etiam tentamur, quando delicata caro nostra horrendo labores, nos retrahit, ne in studijs spiritualibus & uirtutum conatib. sicut expedit, exerceamur, & sic impugnamur a carne dupliciter, dū aut appetit mala, aut retardat a bono, licet aūt Ira, & Inuidia, & inanis gloria, non videantur esse in carne sed in spiritu, tamen a carnis corruptione trahitur corruptio spiritualium affectionum. Et li- Non omnis tētatio est a demone.
cet dicatur, q̄ dæmones huiusmodi vitia suggerant hominibus, tamen nos habemus huiusmodi tentationum materiam intra nos, ita vt etiam si dæmones non adessent, ipsa tamen concupiscentia nostra pareret peccatū, si ei consentiret. In nobis est omne quod peccamus. Cogitationes enim, & mentis affectiones, & voluntates, & membra corporis nostri, sunt in quibus meremur & demeremur. Ista dedit nobis creator quasi quędam instrumēta virtutū, quib. bona opera faceremus, & mansiones nobis in cœlo ædificaremus & ipsi creatori nostro militando, per ea quasi armis muniti, hostem nostrum Dia-
bolum impugnaremus. Ipse vero diabolus contra nos Diabolus inermis, vt sit.
inermis est, solis astutis suggestionibus nos impugnat, suadendo vt peccemus, non cogendo: Benignus enim conditor noster, non dedit hosti nostro, posse nos vi ad peccatum impellere, quia tunc nimis fortis esset contra nos, q fragiles sumus, & vix possemus sine peccato subsistere, sed tantum permittit mala suadere. In nostro autem arbitrio est, si velimus ei consentire. Insuper præmunit nos ponēs inimicitias placabiles inter hominem & serpentem, vt quicquid suaderet nobis non reciperemus quasi vtile, & sciamus, quòd nunquam dedit nobis fidele consilium, ille tam crudelis inimicus cui nil sufficit de nobis, citra damnationem æternam. Cum ergo suadet nobis peccatum, quodāmodo exigit a nobis, vt præstemus ei arma nostra, quibus nos occidat, vel vt ipsa arma quæ ei præstamus hebetet & retundet, vt nobis minus apta & vtilia fiant, & minus acuta & efficacia ad eum per ea impugnandum, verbi gratia: Cum immittit nobis cogitationes peruersas, & suadet vt malum faciamus, & loquamur, nonne quasi aperte videtur homini dicere. Inermis sum contra te. Non habeo vnde te lædere possim, nisi tu mihi præstes arma tua, vt te vulnerē & occidam. Præsta ergo mihi cor tuum ad cogitationes prauas, vel affectiones malas linguam ad loquendum iniqua. Et manus & alia membra tua ad operandum malum, ad actiones, & alia opera praua, quibus letale vulnus in anima excipias, & gratiam Dei perdas, & gloriæ cœlestis merito spolieris. vnde dicit Apost. Ne-
que exhibeatis membra vestra arma iniquitatis, & cæt. Rom. 6.
Stultus vero est qui ei consentit, ad hęc vt damna sua sibimet imputentur, potiusquam inimico suadenti, qui more hostis, hostiliter secum agit. Mundus dupliciter
tentat nos. Siue, offerendo nobis ea, quib. ad se alliciat, Mūdus bifariam tentat.
s. honores, delitias, voluptates, curiositates, adulationes, & huiusmodi, siue quibus terreat, vt persecutiones, contumelias, rapinas, & similia, vtroque modo multos retrahit a Deo, quos aut vano amore sui, aut magno timore retinet in peccato. Diabolus vero licet in omnibus
tentationib. tentator soleat esse, tn̄ specialiter duabus Diaboli tētatio, gemina.
tentationibus os infestat, & maxime magis probatos in seruitio Dei. Cum autem fidem veram nobis conatur auferre, et spiritu blasphemiæ subuertere. Et huiusmodi cogitationibus nos infestat, quas naturaliter abhorremus, vt desperatione, vel nostra occisione & similibus, licet quādoque ex alijs causis hoc proueniat. Aut cum mala sub specie boni persuadet, quo improuidos,

dos. Quos aliter non potest decipere, callidè supplantet, vt a bono deijciat. Et hoc est quod in Psal. dicitur. Dæmonium meridianum, vel iuxta Apostolū. Angelus sathanæ q transformatur in Angelum lucis. Quia cum sit princeps tenebrarum, & actor malorum, vt astute noceat, simulat se bona dicere & docere, vt ad peccati tenebras nos perducat. Deus autem nunquam tentat in malo, quia non lætatur in perditione nostra, qui omnes homines vult saluos fieri. Sed tamen dicitur quandoq; tentare aliquos, cum aut flagellat eos in præsenti, ad profectum eorum & aliorum exemplum, sicut Iob, & Thobiam, aut cum probat eos aliquibus arduis virtutum exercitijs, sicut tentauit Abraam iubens eum immolare dilectum vnigenitum suum, heredem diuinæ promissionis, vt ostenderetur magna deuotio obedientiæ Abraham, & fidei ad Deum. Quia nec sic hæsitauit de eius ꝓmissione, quin impleret etiam de occiso, sicut pollicitus erat ei. Harum aūt quasdam oportet nos maxime resistēdo superare, vt spiritualia vicia videlicet, Irā, Accidiā, Superbiam, & inuidiam. Quasdam vero nos melius fugiendo euadimus quam pugnando, vt Luxuriam, Gulam, & Auaritiam, licet etiam pugna contra eas sit necessaria, sed tñ non est tutum diu cohabitare serpenti. Et multo tutior est castitas, vbi longa a mulierum frequentia semotio est, quam in medio earum. Et facilius abstinemus a delicatis cibis & potu, vel ab eorum superfluitate, quando non habemus nec uidemus, quam quando eis abūdamus. Et in eo qui omnia reliquit propter Christum & uoluntariam paupertatem elegit, minus infesta tur a curis auaritiæ, quam qui retinet diuitias sæculi. Semper. n. anxius est, quomodo eas augeat & cōseruet. Spiritualia autem vitia, & si ex fuga quandoq; uidentur quasi remissius, & rarius infestare, dum deest occasio impugnandi, tamen postea orta occasione incipiunt durius ferce, sicut Leo diu catenatus amplius fremit cū fuerit emissus. Tentationes vero contra fidem, & de spiritu blasphemiæ, & similes, nec fugere possumus, nec repugnando uincere, quia quanto plus indignamur nobismet ipsis, & disputamus cum eis, tanto magis refricatur earum rabies, & accenditur. Sed non curandæ sunt nec timendæ, dum non consentiatur eis, & patienter earum infestatio, quasi quoddam diabolicum susurrium supportetur, quia aliter compesci non possunt. Non. n. solent bonis periculosæ esse tales tentationes, sed sunt q̄dam præsagia futuræ amplioris gratiæ, consolationis, & viciorum purgatrices & magni meriti operatrices. Diuinæ vero castigationes humiliter, & patienter tolerandæ sunt, & iussionib. eius deuote obtemperandum est, ut & fortes simus in fide, & a mandatis eius nūquam declinemus. Possent etiam plures tentationes a studiosis inueniri, sed ad præsens ista sufficiant. Sunt tamen quidam, qui sibimet texunt laqueos tentationum, priusquam tē tator accedat, & quodammodo procurant sibi unde tentētur, & hoc est incautum valde, ut sunt illi, qui sponte prauas cogitationes tentēt in corde, quę postmodum in delectationem uersæ, & roboratæ difficiliter expelluntur. Item illi qui admittūt familiaritates mulierum, quarum affectus ita imprimuntur cordi, ut uix postea euellantur. Et ita in similib. aliqui primo sibi afsumunt materiam, unde postea occasionaliter oritur eis turbatio, & tentatio periculosa. Quidam uero non habentes causam tentationis, ex sola suspitione uana, somniant tētationis procellam, & hoc fit aliquando inter imperfecte bonos inter quos fit turbatio, & contentio non de radice malitiæ, sed ex sola uana suspitione, dum uterq; nullius sibi odij conscius est aduersus alterum, nec intendit eum in aliquo lædere, sed suspicatur alterum erga se inuidia stimulatum incendere, quod possit eum lædere & insidiari ei, cum hic in nullo recolat se erga eum meruisse. Ille contra nihil sibi de his conscius conqueritur, q ifte sibi inimicatur sine causa, incipit etiam ipse alterius facta deprimere, quasi aduersarij, & sic uterque inflammatur odio contra alterum, cum neuter voluerit lædere, sed tantum suspicatus est & vane, q aliter voluerit eum lædere sine causa. Et ita quandoq; grauis turbatio oritur, pro modica scintilla, Diabolo eam ad magnum ignem rancoris, & odij cōflante. Qui ideo imperfecte boni dñr, qa in eo sunt aliquatenus boni, q non intendunt, proximo suo malum facere, & in eo deficiunt a bonitate, q nimis proni sunt malum de aliquo suspicari sine causa sufficiēti, & in eo efficiuntur minime boni, q ex quacūque causa ad odium contra fratrem, & proximum concitantur.

Psalm. 90.
2. Cor. 11.
Gen. 22.
Tentationes, aut resistēdo aut fugiendo, vinci.
Tentationes, meritorum affectrices.
Tentatio falsæ suspitionis.

De tribus generibus religiosorum. Cap. 4.

TRia sunt genera religiosorum, primi boni, secundi meliores, tertij optimi. Hi signantur per tres familias Leuitarum. Gersonitas. Meraritas, Caathitas, qui præ cæteris filijs Israel deputati erant ad cultum Sanctuarij. Sicut religiosi præ alijs fidelib. in Ecclesia, specialius videntur diuino cultui mancipati, differentes tamen habentes donationes, secundum gratiam quæ data est eis, & secundum quod quilibet studuerit proficere ad virtutes. Nam secundum q quilibet habilitabat se ad gratiam per studium virtutum, iuxta hoc infundetur ei gratia in præsēti, & gloria ei dabitur in futuro. Si summos in virtutibus imitatus fueris, cum summis in gloria collocaberis: si medios, cum medijs, si infimos etiam, cū infimis in futuro poneris. Omnes alta desideramus præmia, sed pauci perseueranter student ad alta virtutum exercitia, Greg. Ad magna præmia perueniri non potest, nisi per magnos labores. Nō dicit per graues, sed per magnos, i. ad magnas virtutes promouentes, vel magnæ vtilitatis, & si non semper magnæ austeritatis. Gustata autem vtilitas, & suauitas virtutum, lenit pondus laboris.

Num. 7. Figura vel de commo da pro religionis.
Rom. 12.

Primum genus. Cap. 5.

PRimi religiosi designati sunt per Gersonitas, qui in perfectione castrorum portabant cortinas, & tectum tabernaculi, & vela, & quæcunq; tactu mollia. Et in erectione castrorum ad occidentem post tabernaculum castrametabuntur. Tabernaculum est vita Iesu Christi, & morum eius conuersatio, quam nemo in hac vita plene valet imitando portare. Cum ipse non ad mensuram acceperit spiritum sanctitatis & sapientiæ, sed omnem plenitudinem, de qua nos omnes accepimus, sed particulariter, secūdum mensuram donationis Christi. Alius quidem sic. Alius vero sic. Dum vnusquisque imitatur eum in hoc dono alius in alio, donec omnes in patria occurramus in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, vbi quilibet locabitur in cœlesti mansione, secūdum suum meritum & studium, quo hic vitam Christi fuerit imitatus.

Ephes. 4.

Item primum religiosorum genus. Capitulum. 6.

PRimi igitur religiosi sunt, qui refugiunt ardua, & austera studia sanctitatis, & leuia sibi assumunt exercitia, & magis laxam vitam seruant. Quo autem ad corporis cōmoda, quantū licet salua salute qb. sufficit, qđ tāmo caueāt a peccatis mortalib. Et tales magis, peliues sunt ad lapsum peccati, qa sicut dicit Greg. Illi soli in illicita non cadunt, qui se etiā a licitis restringunt. Arcta est via quæ ducit ad vitam, & alta, & qui incaute & minus intrepide per eam incedit, cito pedem in præcipitium ponit. Solent tamen vt irreligiosi videantur, aliquando vim magnā facere, & diligētiam

Matth. 7.

tiam habere in exterioribus obseruantiis, & traditionibus humanis, & honestatibus forinsecis, in īclinationibus, & pulsationibus, inamplis circulis, & manicis, et huiusmodi quæ speciem religiositatis ostendunt exterius. vel repræsentant, vndè Gersonitæ qui interpretātur aduenæ, extrema tabernaculi portabāt, videlicet tectum, cortinas, & funiculos, quia noui in religione, pro magno habent prædictas obseruantias seruare studiose, quandiu meliora virtutum studia non cognoscunt.
Matth. 24. Hęc autem secundū Domini sententiam loquētis ad phariseos de minimis talibus cęremonialibus obseruātijs oportuit facere, & illa non omittere, scilicet meliora. In erectione vero tabernaculi isti Gersonitæ ad occidentalem plagam post tabernaculum castramētabātur, quia qui hic extrema exercitia virtutum seruare cōtenti sunt in futuro cum postremis, & quasi in occasū solis in humili gloriæ splendore collocabuntur.

Minimi meriti religiosi, qui nam sint.

Secundum religiosorum genus. Cap. 7.

SEcundi religiosi designātur per Meraritas, qui interpretantur amari, qui portabant tabernaculi tabulas, & vectes, & illa quæ maxime erant media inter cortinas & sanctuarium. Hi sunt qui duram vitam in corporali exercitatione seruant, affligentes corpora sua ieiunijs, vigilijs, & alijs laboribus corporalibus, & putant hoc esse supremum in obseruantia religionis, & interioris dulcedinis ignari, de veris virtutū studiis parum curāt. Hi quia in se sicci sunt, & in alios iudicando seueri, solent esse benè amari, seu amaricātes dici possunt. Et quia medium hoc inter extremū & optimum in studio virtutum statum habuerunt, in erectione sanctuarii non post ipsum, sed ex latere ad Aquilonem locum sortiuntur, vbi minor calor solis & lux, quam in Australi parte sentitur. Et quantum defuit eis de perfecto virtutum studio, tantum illic deerit eis de fulgore gloriæ, & diuinæ fruitionis ardore.

Tertium religiosorum genus. Cap. 8.

TErtii religiosi & optimi, qui designari possunt per Caathitas, qui portabant ipsum sanctuarium, id est archam, & altare, & mēsam propositionis cū vasis suis, inuoluta tamen & cooperta, sunt hi qui student interiorem hominem, idest, mentem in qua Christus inhabitat per fidem componere, & ad veras virtutes se exercere, & vitia carnis, & spiritus extirpare, Iram, Inuidiam, Superbiā, Accidiā, Auaritiam, Gulā, & Luxuriā viriliter extirpare, vel expugnare. Et his contrarias virtutes corde inserere, Humilitatem, charitatē, mansuetudinem, deuotionem, largitatem, sobrietatē, & castitatem. Istæ enim virtutes sunt vnum sanctuarium, & qui eas habet sanctus est, vndè Caathitæ interpretantur patientes, vel componentes, quia per patientiam (quæ teste Iaco. opus perfectum habet) se cōponūt, & ordinant ad Deum, & proximum, in virtutibus sicut debent. Prioribus duabus familiis iussit Dominus dari plaustrum ad subuehēda onera, Filijs autē Cahat non dedit plaustrum qui seruiūt in sanctuario, sed onera propriis portāt humeris, quia tam in humanis ordinationibus, quàm in castigationibus corporis permittitur aliqua remissio, vel etiam intermissio. Immo iubemur, vt in talibus sit rationabile obsequium nostrum pro loco & tempore, ne corpus deficiat sub onere laboris. Sed in virtutum studiis, nulla remissio debetur, quia nunquàm indulgetur nobis, vt simus vinosi, elati, immites, inuidi, accidiosi, auari, & gulosi. Et hæc onera propriis debemus portare humeris, idest, nō cōsiderare de alicuius virtutibus, nisi & nos studeamus pro posse, vt hæc in nobismetipsis habeamus. Sicut qui desiderant esse cum pacificis, non vt exēplo eorum laborent fieri patientes, sed vt ab eis ad impatientiā non prouocentur. Quid prodest sanctorum cōtuberniū habere, si nolit eos in studio sanctitatis imitari? Onera Caathitarum, secundum materiam dura erant, sed preciosa, & sancta, & interiora sita in tabernaculo, quia studia spiritualiū virtutum laboriosa sūt imperfectis adhuc, sed nobilia dignitate honestatis, & sancta quia sanctificant, & interiora, quia in spiritu mentis, & interiori homine, velata tamē portabāt, quia dum hic sumus, per fidem ambulamus, & nō per speciem. Nondum videmus virtutum decorem, sicut est turpè, & interiorum operum exercitiis, necesse est eas inuoluere, tam pro nostro exercitio, quàm pro exēplo aliorum, qui mentem nostram non vident, nisi per vestigia nostrorum operum & morum. De hac tamē familia descenderunt sacerdotes per Aaron, qui græcè interpretatur vigilans, qui sanctuarium reuelatum videre, & contrectare ex officio debebant, & Læuitæ portando disponere singula, prout eis cōgruebat. Ipsi vero sacerdotes non portabant, & in erectione eius, ante tabernaculum ad Orientem excubabant. Sicut per Caathitas virtuosi, ita per sacerdotes cōtemplatiui figurantur. Et soli virtuosi ad contemplationis gratiam proficiunt, qui pro remuneratione studii spiritualis, vnctionem spiritus sancti intus percipiunt, & illuminati secreta cęlestia vidēt, quæ aliis velata sūt. Tales iam nō laborant in studio virtutum, quod per laborē portādi significatur, quia per suauitatem internæ sapientiæ, versus est eis labor in delectationem ex amore conditoris. Ipsi vero disponunt onera singulorū deportantium qui intus intelligendo cognoscunt rationes quarūlibet obseruantiarum in vita religiosa, qui rudes, & imperfecti nondum valent capere, inuoluunt ea corporalibus actionibus, & exterioribus exercitiis, & tradunt cuique obseruanda, quæ statui eius viderint conuenire. Vide igitur de qua familia velis esse, vel cuius spiritus sis, & secundum hoc suscipe onus tibi deputatum, idest serua regulas, & vias, quibus ad perfectionem illius status valeas peruenire. Impossibile nanque est, quēquam aliquam artem plene addiscere, qui regulas eius nō vult attēdere, vel tenere, nec spiritualis fieri poterit, qui non vult spiritu ambulare.

De triplici religiosorum statu. Cap. 9.

BEatus Bernardus in epistola ad fratres de monte Dei, describit tres status religiosorum, scilicet incipientium, proficientium, & perfectorum. Primum vocat animalem quasi rudem, qui nondum percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Et circa compositionem corporis maximè adhuc occupati, necessarium habent, vt illud doment & castigent, ne rebellet spiritui sicut prius in peccato, quando caro dominabatur spiritui. Secūdum vocat rationalem, vbi ratio dignior pars est hominis, & per quam discernitur à cæteris animalibus irrationalibus (quasi nobilibus) creaturis mūdi & Dominus omnium, qui subiugata carne, & in seruitutem spiritus redacta, seipsum studet agnoscere, purgare, & reformare in pristinam dignitatē, & pulchritudinem, quam per peccati fœditatem amiserat. Tertium vocat spiritualem, vbi spiritus ad imaginem Dei conditus, scilicet in gratia adiutus supra se ascendit, discit & intendit in eum cuius est imago, vt ei imprimatur & conformetur per cognitionem intellectus, per affectum amoris, & fruitionis iucunditatem, per primum peruenitur ad secundum, & per illud ad tertiū. Latius erat templum in superioribus, & sic de inferioribus ad superiora per medium ascendebatur.

Religios. status tres.

De his quæ hominem reformare debent. Cap. 10.

Rationalis autem spiritus est imago summæ Trinitatis, & sicut Deus est trinus & vnus, ita anima cum sit vna, habet tres potẽtias, quibus capax est Dei, .s. rationem, & memoriam, & voluntatem. Per rationem potens est capere sapientiam Dei, Per voluntatem autem potens est capere voluntatem Dei. Per memoriam potens est capere virtutem æternitatis Dei, vt in æternum nunquam ab eo possit separari. Ne igitur ociosa sit tanta similitudo in anima ad Deum, per quam capax eius est, toto nixu studeat eum apprehendere, vt eum tenẽdo beatificetur, quia circa Deũ nihil potest animæ sufficere, & eo habito, non est qđ vltra requirat, cum habeat omne quo ad æternã fœlicitatem indiget, & quo nihil melius esse potest, & in quo nullus defectus esse potest, nec est, alicuius boni. Cũ igitur summa animæ dignitas sit, quòd est capax summi boni, & summa utilitas sit illud in se habere, cũ quo oẽ bonum hẽat, nec dignius aliquid quærat, nec vtilius inueniet, per hæc omnib. viribus suis, & oĩ diligẽtia, & toto desiderio debet & quærere, & omnia facere quæ promouent eam ad inuentionẽ eius, & omnia vitare & fugere quæ eam elongant a Deo, si etiã bona putentur. Quia sicut stultus esset, qui haberet ortulum fertilem balsami, si neglecto eo plãtaret ibi mẽtam vel fœniculum, quæ licet bona sint, tamen in cõparatione balsami vilia sunt. In infinitũ stultior est ille, qui cum possit summum bonum comprehendere, neglecto eo occupat se circa caduca, & vilia, vel sordida, & amara. Hæc autem intelligo de sæcularibus, qui mũdum præponunt cœlestib. & transitoria bonis æternis. Similiter ille stultus est, qui cum habeat compendiosam viam dietarum duarum, vel trium, ad locum quo tendit, dimissa ea, quærit viam dispendiosam, difficiliorem, & periculosiorem itinere trium annorum, & amplius. Sic religiosi quidam minus sapientes videntur intendere, qui cum possint in paucis annis, ad magnam notitiam, & familiaritatem, & amicitiam, per cõpendiosum studium virtutũ, & deuotionis, & puritatis pertingere, & relicto eo occupãt se in aliis minus fructuosis, & valdè dispendiosis, s. ad Dei cognitionem, & notitiam veritatis, & statum perfectionis, cum Deus ipse promittat, Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Si.n. sciret aliquis plura artificia, quorũ vnũ esset præ aliis tam notabile & quæstuosum, vt per illum in breui posset ditari, & sublimari vsque ad nomen magnorum, qui sunt in terra, imprudens esset nimis se neglecto eo, aliud exerceret vilius, & ignobilius, & tanti laboris, per quod vix posset tenuem victum acquirere. Ita est de hoĩe maxime de religioso maxima imprudentia, si relicto studio directo virtutũ, in quo est maximũ meritũ & maxima perfectio sanctitatis, & sapiẽtiæ maxima delectatio, & securitas, occupat se circa alia minus vtilia, & curiosa, & trahitur circa plurima, quando vnum solum bonum est appetendum, & requirendum, quod valet ad omnia. Ipsa.n. corporis excitatio, ad modicum vtilis est. Pietas autem ad omnia valet, hñs promissionem vitæ, quæ nunc est & futuræ. Pietas hæc cultus Dei est, quam studemus agnoscere, & habere, & ei placere & hærere. Corpore aũt exercitatio vtilis est, sed ad modicum, quia nõ propter se, sed ꝓpter pietatem appetenda est, quæ per eam obtinetur, si ordinatè exercitatur, sicut artifex per instrumentum artis suæ operatur, ita virtus per corporalia exercitia adducitur, & in habitum vertitur, & quanto quis aptiora instrumenta habet si bene eis vtitur, tanto citius & melius perficit opus, quod desiderat consumare. Omnia autẽ quæ ad religionis obseruãtiam exterius videmus, ad interioris hominis informationem, per spiritus sancti ordinatorem ordinata sunt, quæ qui nõdum intelligit, ipsa instrumenta pro arte reputat. Interior reformatio in spiritu mẽtis consistit, quia interior homo & imago Dei est mẽs rationalis. Exterior homo est corpus, quod ex defectu corruptionis, quæ ex peccato peruenit, moritur, & incineratur. interior autem homo in bonis de die in diem renouatur, & proficit in similitudinem eius ad cuius imaginem creatus est.

Alæ sũma dignitas q̃ Dei sit capax.

Ioan. 16.

1. Tim. 4.

Exterioris & interioris hoĩs reformatio.

1. Cor. 4.

De reformatione animæ. Cap. 11.

Ratio reformationis hæc est. Anima habet tres potentias sicut dictum est, rationem, volũtatem, memoriam. Ratio data erat ei, vt Deum agnosceret. Voluntas, vt eum amaret. Memoria, vt in eo quiesceret. Sed per peccatum ratio cæca facta est. Volũtas curua & fœda. Memoria instabilis & vaga. Ratio sæpius recipit falsum pro vero. Volũtas deterius pro bono eligit. Memoria in illis se occupat, quibus sẽper inquietatur, quia verum & summum bonum deseruit, in quo oĩa bona poterat habere. Cõuersa vero ad Deũ incipit quærere quod perdidit, & vidẽs se deformatã à Deo, á quo facta fuerat, laborat vt in pristinum statum reparetur, & ad decorem quẽ amiserat, reformetur, quia non datur ei accessus ad Deum, propter dissimilitudinem in se factam. Sed quod non potest repente ad summum peruenire, studet paulatim accedere de infimo ad medium, de medio ad summum.

De reformatione rationis. Cap. 12.

Initium reformationis rationis est, catholicam fidẽ firmiter credere. Nam quia ratio nostra cœca facta est, et intellectus obscuratus per peccatum, sic quod non possumus veritatem per nos inuenire, Deus cõdescẽdit nobis, ne in errore essemus, deditque nobis notitiã veritatis in scripturis, quibus voluit nos credere. Vbi omnia quæ ad salutem sunt nobis necessaria, sufficienter & veraciter inuenimus, vt in eis sensum nostrum nõ sequamur, sed regulis fidei sensum nostrũ humiliter subijciamus, si velimus non deuiare. Quæ per magistrorum siue doctorum fidei consilium data sũt à pastore vero scilicet Deo, his amplius fili mi ne requiras. Profectus rationis est, ex illuminatione diuina ratione fidei aliquatenus intelligere, quia cũ fides super rationem sit, ita quod eam per se non valet comprehendere, illuminata tamen diuinitus, videt nihil rationabilius esse, q̃ fides Christiana, cui omnis natura attestatur, & omnis mundana sapientia famulatur. Perfectio rationis in hac vita, est per mẽtis excessum suprà se rapi, & nõ per enigmata corporearum similitudinum, nec per rationũ argumenta, sed purissima mentis intelligentia, Deum in contẽplatione videre.

De reformatione voluntatis. Cap. 13.

Initium reformationis voluntatis est, ex bonæ volũtatis ascensu vitiis resistere, & operibus virtutum fideliter instare propter Deum. Quæ enim curua, distorta, & auersa fuit à Deo, necesse habet, vt cõuersa cogat se concordare cum Deo, & motus rebelles per studium boni operis ad rectitudinem reflectere bonæ uoluntatis, profectus eius & omnes affectiones habere ordinatos, & virtutes formatas sine rebellione vel coactione, vt iam non libeat nisi quod est secundum voluntatem Dei. Perfectio eius est, vnà cum Deo spiritus esse per amorem, vt iam nõ possit velle nisi Deum, & eius suauitatis dulcedine inebriari.

De refor-

De reformatione memoriæ. Cap. 14.

INitium reformationis memoriæ est, mentem ab euagatione sua ad memoriam Dei cum labore reducere, orando, legendo, recolendo, uel saltem superficialiter cogitando. Profectus eius est, bonis meditationibus et orationibus sine importuna euagatione posse intentum esse, et in altitudine cordis suis secum deambulare. Perfectio memoriæ est, ita in Deum esse absorptum per mentis excessum, ut et sui ipsius et omnium quę sunt, obliuiscatur homo, et in solo Deo absque omni strepitu volubilium cogitationum et imaginationum suauiter quiescat.

Quomodo naturales vires, & motus affectionum deformatæ sunt. Cap. 15.

ISti sunt fines humanę perfectionis, et profectus et initia, ad quę omne studium spirituale debet ordinari. Siquis ista uia nō ambulat, est sicut qui nescit quo vadat, uagus et errabundus ad incertum finem tendens. Initium cuiuslibet istarum trium potentiarum, est omnibus commune, qui sunt in statu salutis, nec sine eis est salus. Perfectio harum trium est solummodo perfectorum, quando sunt in summa perfectione, id est in raptu contemplationis. Medius status earum, est perfectio ꝓficientium, & singulariter respicit statum probatorum religiosorum, qui inter statum honorū sæcularium, & statum perfectorum sanctorum quasi medium adhuc tenent. Non quod in eodem statu semper permanere valeat, quia etiam sanctissimis hic vix est possibile; sed ga. media via illorum trium statuum sic distinguitur ab inchoatione, & perfectione eorum, de quorum profectib. aliquanto latius est considerandum. Et primo de reformatione voluntatis, quia virtus vitium & meritum dependent ab ea, & affectiones quæ tam ad vitia q̃ ad virtutes inclinant, postea de memoria, ratione, vel intellectu, voluntas est in anima, quasi imperans, ratio quasi docens, memoria quasi ministrans vtrique. I. voluntati, quòd iubeat ratione vnde doceat.

De origine vitiorum. Cap. 16.

NVnc verò breuiter intellige, quo modo naturales vires animæ, & motus affectionum in uitia deformatę sunt, & ad quid datæ sunt homini, postea aliqua remedia singulorum vitiorum subiungenda sunt & virtutum ordo. Voluntas igitur, nulli debuit esse subiecta nisi Deo, nec tamen hic coactè, sed sponte, vt posset ei ad meritum reputari, & ita poterat peccare, & nō peccare, non autem adhuc peccaret cum posset, sed ad hoc vt si non peccaret cum posset, ex hoc laudabilis fieret, & digna premio apud Deum, vel si sponte peccaret, esset digna confusione & supplicijs, cum sciret, quod non debere peccare, & posset vitare. Item cum facta esset anima, q̄d capax esset summæ beatitudinis, in qua haberet summam gloriam, & summā delectatione in Deo, qui est vera & summa beatitudo, datus fuit ei duplex appetitus naturaliter, ad hoc vt ista desideraret & studeret obtinere, & cum obtinuisset tanto iucundius possideret, quanto ardentius concupiuisset. Datus ei fuit talis appetitus glorię, vt nulla sufficeret ei præter summam gloriam. Et appetitus talis delectationis vt non satiaret eā, nisi summa essentia, & vtraq; est in solo Deo, & ita nihil sufficit animæ præter Deū. Et iste appetitus animæ vocatur cōcupiscibilitas. Item ex hac orta est altera vis affæ, quia cōcupisceret tantum bonum summum docente vi rationabili, per quod beatificanda erat. Et naturaliter horreret, detestaretur, & repelleret omne, quod ad hanc obtinendam contrariatur ei. Item quicquid ad eā obtinendam & conseruandam iuuat, fortiter apprehenderet & teneret. Et vis hæc vocatur irascibilitas, iuxta

Cōcupiscibilis irascibilis, & rationalis.

iræ similitudinem, quæ fortiter indignatur contrarijs, & fortiter tenet quod cupit, per vim rationabilē cognouit bonum, & melius, & optimum, per concupiscibilem appetit bonum, & melius bonū amplius, & maxime optimum, per vim irascibilem tenuit & inhęsit bono, & quę ei ad hoc prodesse poterāt, firmiter apprehendit, & quę ei obesse poterant, dedignanter repulit & fugit. Sed cum homo suadenti diabolo, sponte ad peccatum consensit contra Dei prohibitionem, tunc omnes vires animæ & potentiæ, quę datæ ei fuerant ad summum bonum agnoscendum, appetendum, & fruendum, deordinatæ sunt, & quasi subuersæ, non autem subtractæ, sed fœdatæ sunt, & peruerso modo se habent sicut organum musicum, quod quādo integrum & bene ordinatum est, dulcem reddit melodiam, quando vero confractum fuerit & deordinatum, horrendum stridorem pro cantu emittit. Quia enim homo amore visibilium ab inuisibili amore cecidit, sola iam visibilia ex peccati pœna cognoscit, eaque diligit, solis eis inhæret, & inuisibilia quasi nō sint, postponit, immo & nescit, ita ꝙ pauci induci possunt ad credendū, si sit aliquid extra ea quæ videmus, & corpore sentimus. Et ita ratio cæca est in anima, quòd non cognoscit seipsam, cum ipsa sit ex his quę oculis carnis videri non possunt. Sic non solum cæca facta est, sed etiam stulta, quia cecus multa credit, quæ non videt, & hoc in infidelib. Hinc factum est, vt modo appetat terrena, vilia, & fœda, & illis per amorem inhęreat, & pro magno reputet, si ea poterit adipisci.

De honoris appetitu. Cap. 17.

APpetitus honoris datus fuerat ei, vt altissimum honorem desideraret, scilicet Deo placere, amicum Dei esse, filium, & hæredem, & Deo similari, & ei conęquare, non ex ęqualitate potentiæ, sed ex imitatione bonitatis, & vnus cum Deo spiritus fieri, & æqualis Angelis, & nulli subesse, nisi soli summo Deo omnium. Item vt se tantę dignitatis agnosceret, eo quòd in se imaginem Dei haberet, vt nulli indigniori se digna retur subijcere, soli summo omnium Deo subiectus & obediens, & ex amore inhærens, & reliqua omnia sub Deo pro cuiuscunque dignitate æstimans, & vtens creaturæ ministerio pro sua vtilitate, & Domini voluntate. Hæc erat bona superbia oē indecens despicere, & solam bona appetere & diligere. Econtrario mō appetit hominib. placere, gloriam ab oībus hominib. quærere, quę fallax est & vana, & aliquid magis se extimans homo, se ipsum seducit, cum miser & vacuus boni sit, & alios in comparatione sui spernit, & subijcere sibi cupit. qui fortè meliores sunt, & gloriatur in diuitijs, quæ sunt lutū & terra, & iactat se de malis, & vanis, sicut fatui, qui gloriātur quando inuoluti sunt in luto: Et sic homines mutauerunt gloriam suam, in similitudinem vituli comedentis fœnum. Quia omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Exaruit fenum, & flos eius decidit, &c. Ista sancta superbia degenerauit, & mutata est in vitiosam superbiam. Psal. 105. Isa. 4. et 40

De triplici superbia. Cap. 18.

EST autem triplex superbia. Prima nimis sibimet placere, & se maiorem reputare quam sit in veritate, hoc est initium omnis peccati. Secunda est appetere, & studere alijs placere, & maior velle credi ab eis quam sit iustum, hæc est inanis gloria. Tertia est ambire alios præire, & sub se eos velle esse, sic decepta est superbia, & vult alios secum decipi, dum cupit se maiorem putari quam sit, sic magus decipit puerum, vt putet in equo sedere, & sedet super fasciculum paleæ. In hoc autem contrariatur Deo, quia cum anima subiecta sit ei, ipsa vult sui iuris esse, & spoliat Deum debito honore suo, & vniuersali dominio suo Eccles. 10.

quantum est in se: Et ingrata est ei de beneficijs quæ accepit, de quibus gloriam propriam quærit, non Dei a quo habetur omne bonum. De ramis autem superbiæ quæ de ipsa pullulant prætereo, quia alibi reperiuntur cũ suis descriptionibus vel diffinitionibus. Si quis autem quærat maxime in summis vitiorum, quæ superbia periculosior sit, responderi potest, ꝙ periculosior sæpe est illa quæ extollitur de bonis gratiæ, quam quæ de bonis naturæ vel fortunæ. Bona gratiæ sunt virtutes, scientia, et opera de genere bonorum, vt prædicare, ieiunare, et similia. Bona naturæ sunt, quæ natura contulit, vt nobilitas, pulchritudo, fortitudo, ingenium, & similia. Bona fortunæ sunt diuitiæ, dignitates, honores, & similia, quæ plus quandoque dantur illis, qui natura & virtutibus inferiores sunt alijs, non tamen sine aliqua Dei prouidentia, licet sæpe cedat eis ad malum scilicet ex merito. Superbia etiam ita excæcat mentem, vt cum plus habeat, sæpe minus cognoscat. Hoc vitium præcipue impedit nos, ne maiora bona a Deo accipiamus, cum tamen ipse sit largissimus, & desideret multum nobis communicare de bonis suis, quia valde diligit nos. Reatus autẽ superbiæ indignos reddit nos gratiæ Dei, quia si plus daret, vel extolleremur, aut ingrati efficeremur, aut nõ digne in gratia operaremur, & sic grauioris peccati rei efficeremur, vnde sæpe magis est clementiæ parcentis Domini negare ampliora gratiæ dona, quam irascentis. Deus superbis resistit, quasi suæ potentiæ rebellibus. Humilibus aũt dat gratiam, a quib. per tumorem elationis non defluit quod eis infundit. Perdit ẽt superbia in nobis meritum bonorũ operũ, quæ pro humano fauore fecimus. Et sæpe superbia assumit sibi pallium humilitatis emulæ suæ, vt sub nomine eius gloriam callide acquirat, vt quia captatio gloriæ non habet gloriam, saltem fugiẽdo eam assequatur, quæ sicut vmbra insequitur fugientem, & fugit insequentem.

Bona gratiæ, naturæ et fortunæ, quæ sint.

Iac. 4.

Quando bona nostra vel mala, debemus occultare vel ostendere. Cap. 19.

NOta, ꝙ bona debemus quandoque hominibus ostendere, quandoque occultare. Similiter mala nostra aliquando aperire, aliquando celare. Bona nostra ad quæ tenemur ex præcepto Dei, vel Ecclesiæ, vel ad quæ ex manifesto uoto astringimur, debemus omnibus ostendere, vt fidem, charitatem, iustitiam, veritatem, castitatem, obedientiam, & contemptum mundanorum. Quæ si homines in nobis non viderent, cũ sciãt nos ad ea teneri, scandalizarentur, & nos reputarent præuaricatores voti nostri. De huiusmodi dicitur in Matthæo. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videãt bona opera vestra. Aliquando vero bona nostra occultare debemus, quæ specialiter accepimus, vt gratiam internæ deuotionis, vel quæ possent nobis singularem laudem parere, vt singularis abstinentia & vigiliæ, & orationes, & eleemosynæ ad quæ non tenemur, de quib. Dominus docet in sermone habito in monte. Similiter mala nostra qñque abscondere debemus, ne quis scandalizetur de nobis, vel sumat malũ exemplum imitandi nos in similibus, vndè tales dupliciter peccant, quia & Deum offendunt, & proximo fodiunt foueam, in quam incidat per malum exemplum. Si autem sine culpa nostra vel specie mala, aliquis ex sua malitia suspicatur mala de nobis, & non vult recipere excusationem, tunc habeamus patientiam, sicut Christus tacuit in passione, de multis ex inuidia accusatus, dixit. n. si vobis dixero, non credetis mihi, &c. Aliquando mala nostra aperire debemus, scilicet in confessione priuata de priuatis, & in manifesto de manifestis, vt in visitationibus, & redargutionibus. Imperfectiones quoque nostras non debemus erubescere confiteri, & defectum virtutum, ne quis existimet nos, supra id quod sumus.

Mat. 5.

Mat. vbi supra.

Matth. 27.

1. Cor. 12.

De eodem.

SI autem in bono opere vanagloria pulsat nos, nõ acquiescamus ei, nec tamẽ bonum opus dimittamus, maxime si sit vtile & necessarium. Sæpe etiam putamus nos pro aliquo laudari facto, vel dicto, quod forte alij non aduertunt, quia sicut nos non omnia pensamus quæ circa eos fiunt, ita nec ipsi omnia attendunt, quæ nos facimus. Aliquando vero despiciunt nos potius q̃ laudant, maxime si vel modicam deprehendunt nos appetere laudem, pro his quæ facimus: Et si forte adulentur nobis in facie, sicut est consuetudo leuibus hominibus ad placitum cuiuscunque loqui, vnde contra tales sagittas vanæ gloriæ nõ tam indigemus fortiter pugnare, quam prudenter eas consilij manu abigere, sicut muscas leui flabello remouemus a nobis.

Vanagloria compescenda est, nec tñ bonũ opus dimittendũ.

Quare datus sit appetitus. Cap. 20.

APpetitus etiam commodi vel delectationis datus fuit homini, ne desideraret summam delectationẽ quæ est in Deo, & summã beatitudinẽ, & quietem, & impassibilitatem, & delectaretur in habitis, vt fęlicior esset. Quia onerosæ sunt delitiæ sine delectatione, & quanto delectatio auidior, tanto delitiæ iucundiores. Nũc totus appetitus ille spiritualium delitiarum, ex peccato mutatus est in carnales delitias, vt appetat ea in q̃bus sensualitas delectatur, quæ sunt concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorũ & sup̃bia vitæ. Concupiscẽtia carnis diffundit se in luxuriã, & mollitiem vestiũ, & quietem carnis, et somnolentiam, et ad oĩa quæ spectant ad sensum tactus. Itẽ ad gulã quæ est delectatio gustus. Item ad aliorum sensuum delectationes, ut audire carnaliter delectantia, et odorari. Concupiscentia uero oculorum quærit uidere pulchra, et habere preciosa. Et ita generatur auaritia ex omnibus istis. Et etiam ex superbia vitæ generatur auaritia, quia adhuc quærit ditari, ut amplius honoretur. Ex concupiscentia carnis ẽt generatur, auaritia q̃a adhuc uult ditari, ut uoluptuosius epuletur, et luxuriose et comodius uiuat, absque solicitudine et defectu, unde Io. Oẽ qđ est in mundo, aut cõcupiscentia carnis est, aut concupiscentia oculorũ, aut superbia uitæ. Ex concupiscentia oculorũ ẽt auaritia generatur, quia ut uideat pulcra, et habeat ad libitum in quibus oblectetur, desiderat aurum, et argentum, gemmas, uestes, agros, terras, familias, et similia. Dederat tamen Deus homini corpus et spiritum rationalem, et concesserat ei delectari etiam in sensibilibus, sed ordinate, moderate, et honeste, ut per sensuum delectationem, sursum moueretur ad spiritualium cognitionem, delectationem, et fruitionem. Et ut appeteret coire honeste, et sine uitiosa libidine, tempore congruo ad generandum filios, qui æternæ beatitudinis participes essent. Et ut appeteret cibum, et potum pro sustentamento naturæ, et alia quibus adhuc indigebat. Sed dissipato ordine naturæ conditæ a Deo, per peccatum omnia modo peruersa sunt, et ad sensuales delectationes dilapsa. Quas cum timet perdere, irascitur, et tristatur. Quas cum non habet, prohibito tædio afficitur, et illos quos credit sibi fore impedimento, ne adipiscatur quæ cupit, uel per quos timet amittere quæ diligit, odit. Et illis quos uidet habere quæ cupit, inuidet, quia uidet ꝙ quandiu alius habet, oportet eum carere: Et sic oritur inuidia, cui annexum est odium uitiosum. Item oritur accedia, habens ex uno latere annexam tristitiam, ex altero torporem dissolutionis, et pigritiæ. Omnia uero uitia et peccata ex uno fonte oriuntur, idest superbia, et ex duobus riuulis deriuantur. s. malo amore, et malo timore Et triplex fomentum eam accendit. s. concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum et superbia uitæ. Ista sunt quasi materia et occasio homini ad tentationẽ q̃ nobis mundus

1. Ioan. 2.

Oĩa peccata ex vno fonte, et duobus riuulis scaturiunt.

proponit

Defectus quadruplex.

proponit scilicet honores, diuitias, & voluptates. In nobis autem est quadruplex defectus, vnde ad malum proni sumus. Ignorãtia, cõcupiscentia, malitia, & infirmitas. Ignorantia excæcat ne verum agnoscamus, & erremus in iudicio boni & mali. Concupiscentia emollit ad appetendum, & diligendum visibilia, & delectabilia carnis. Malitia exasperat, & amaricat cor ad iram, tristitiam, inuidiam, & odium. Infirmitas debilitat ad resistendum malo, & ad hærendum bono. In his quatuor incidimus ex pœna primi peccati, & originantur ex peccato, ex quo nascimur filij iræ. Ex his prodeunt septem capitalia vitia, de quibus quasi maioribus ramis cætera vitia pullulant. Hæc sunt septem capita draconis, de quo dicitur in Apoc. Et septem Demonia in Marco, de Maria Magdalena per Christum eiecta. Item septem gentes, quæ terram promissionis occupauerunt, ne filij Israel in ea pacifice habitarent. Quia arcent nos in via ab introitu regni cœlestis, nisi ea studeamus expugnare. Docetur autem vetus traditio apud græcos, sicut Clemens testatur, quod illæ septem primo expulerãt filios Sem de terra illius, de cuius stirpe descendit Abraam in Israel, vnde cũ Dominus præcepit filijs Israel gentes Cananeorum expugnare, & eorum terram possidere, videntur secundum hoc non alienam terram vsurpasse, sed Dño vniuersorũ obedisse, vt terram suam recuperarent, expulsis his, qui iniuste eam detinebant. Hæc autem in figura facta sunt nostri, vt vires animi & affectiones quæ a creatore factæ sunt, & ad bonum vsum homini insitæ, vt æterna & vtilia per eas quæreremus, & quæ ex peccato in vitium permutatæ sunt, studeamus reformare, & in virtutes mutare, expulsis corruptionibus vitiorum.

Apoca. 12. Marc. 26.

Diffinitio peccatorum mortalium. Cap. 21.

SVperbia, est amor excellentiæ, qua homo alta cupit, seipsum altum reputans, & ab alijs volens reputari, & alios præcellere. Inuidia, est odium prosperitatis alienæ, qua homo dolet alium sibi æquari vel præferri, & cupit ei malum, & de bono eius dolet. Ira, est indignantis turbulenta cõmotio, qua quodammodo furit & æstuat quando aliquid occurrit ei quod est contrarium voluntati. Accedia, est tedium boni ex animi torpore, dum aut irrationabilis tristitia mentem aggrauat, aut dissolutio cordis ad vana aliqua magis inclinat. Auaritia, est cupiditas plusquam necessarium sit habendi temporalia. Gula, est inordinatus animi appetitus, vel alimẽti vsus immoderatus. Luxuria, est illicitus ardor libidinis, vel illicita expletio libidinosæ delectationis in actu, siue in morosa cogitatione. Et licet hoc modo vitia sunt peccatum, hoc tamen est ex culpa hominis, & pœna peccati. In quantum tamen Deus condidit homini, sunt naturales affectus & motus appetituum ad bonum, & ad motus virtutum, quia Deus nihil mali fecit, sed cuncta sunt valde bona. Expugnatio ergo vitiorum, non est aliud nisi reformatio naturalium actionum, affectionũ & motuum ad statum a conditore dispositum, vt supra aliquantulum dictum est. De appetitu sublimitatis qui datus est homini, vt appetat cœlestia, & diuina, & spernat terrena & vilia quasi indigniora se. Hinc modo dilapsus est ad infima, vt appetat terrenos honores, & vanos & falsos.

Expugnare vitia qd.

De sancta inuidia. Cap. 22.

INuidiæ affectus naturaliter homini insitus est, non vt inuideat proximo de bono quòd habere põt, nec vt cupiat alicui malũm vel faciat, sed vt odiat vitia & peccata, in se & in alijs. inuidiat Diabolo, qui tot animas aufert Deo & alijs adiutoribus eius, imo vicarijs Diaboli, hæreticis & inimicis animarum, qui spoliant animas æterna beatitudine. Et quantum etiam in ipsis est, spoliant ipsum cœlum maiori gaudio, quod ibi esset, si plures illuc venirent, cum singuli qui ibi sunt, faciant multam lætitiam omnibus ciuibus cœli. Salua tamen æternæ prædestinationis ratione, quæ nullum ibi defectum suspicari permittit. Isti sunt hostes nostri, & odio habendi, inquantum tales sunt, qui nos perdere æternaliter quærunt, non illi qui sperantur adhuc conciues nostri futuri in gloria cœlesti, etiam si inimici videantur.

De sancta ira. Cap. 23.

IRę affectus datus est homini, vt irascatur vitijs, & malis suggestionibus, & ex indignatione non patiatur se trahi in consensum peccati, & reprimat malos motus in se & alijs, vbi oportune potest: Et vlciscatur Dei iniurias, & transgressiones iustitię: Et tunc est zelus iustitię. Sic legitur Christum iratum fuisse Phariseis, & alijs nõ recte agentibus. Sic & alij sancti viri. Nũc ira in vitium deformata est, & contra rationem in furorem versa est, & quasi in insaniam, vt more frẹnetici irrationabiliter moueatur homo contra hominem, contra amicum, & proximum contra seipsum. Aliquando etiam contra sanctos, & contra Deum, & contra insensibilia, & irrationabilia, quę nec bene nec male sciunt agere, nisi sicut natura impellit ea. Etiam vbi agnoscimus nos iniuste moueri, non possumus quandoque impetum iracundię cohibere.

De bona tristitia. Cap. 24.

TRistitiæ similiter affectus datus est homini, vt doleat de peccatis suis & alienis, vt mœrens sit de dilatione Paradisi, & timeat supplicia inferni, doleat de imperfectione sua, compatiatur alienæ afflictioni, vt per maturitatem vtilis luctus excludat leuitatem vanæ lætitiæ, quæ est mixta dissolutioni. Sed hæc bona & secundum Deum tristitia sancta, peruersa facta, mutata est in tristitiam sæculi mortem operantem, in desperationem, diffidentiam, & irrationabilem mœrorem.

Quare datus sit affectus gaudij. Cap. 25.

GAudij affectus datus fuit homini, vt gauderet in Deum, in spe æternorum bonorum, & intuitu beneficiorum Dei. Et congauderet proximo in bonis eius, & delectaretur in laudem Dei & boni operis, & fastidiret omnia vana & inutilia, Et iucundaretur in operibus diuinis, & ex hoc efficeretur alacer, & agilis ad seruitutem Dei. Sed modo peruersus est in dissolutionem, & vanitatem, vt homo gaudeat de insanijs falsis, & affluentiam temporalium, & rerum, & honorũ, & voluptatum. In risu & derisu, & fabulis, & turpibus ludis, & fastidiat omnia quæ Dei sunt, & insipida sint ei, & tædeat interesse diuinis. Et ex hoc pigritetur ad studia deuotionis, & virtutũ, & cor euagatur circa inutilia, vana, & immunda: Et grauiores labores cordis libentius sustineret in alijs occupationibus et negotijs, quã insistere spiritualibus et diuinis, vnde accelerat ab eis absolui q̃ citius potest, et negligẽter facit illud quod facit, nisi forte lucrum vel laudem inde speret consequi, vel aliud commodum temporale. Ex inordinata autem tristitia gignitur tædium boni, dum nil libet facere boni, vel cogitare, vel loqui. similiter ex dissolutione tedium boni nascitur, dum tantum intenti sumus vanis leuitatibus, qđ tædet nos spiritualib. studijs intendere, et quasi anxiamur cũ debemus euelli ab ocio, et iocis sęcularib. & seriosis studijs occupari, vnde quasi ligati ca tuli ad stipitẽ, renitẽti animo cogimur interesse diuinis, et hoc acediæ vitium fastidium est boni. In hoc etiam multi religiosi laborant, et pauci superant.

De bona auaritia, & sancta. Cap. 26.

AVaritiæ etiam affectus datus fuit homini, vt esset cupidus magni meriti apud Deum, et magnarum virtutum et multorum bonorum operum,

Digitized by Google

& vt multas animas lucraretur Deo, docendo, orando, & bonum exemplum dando ad profectum salutis: Et vt homo nõ esset cõtentus bono, qđ iam haberet nisi laboraret, vt multipliciter augeretur ei gratia & opera virtutum. Sed nunc dilapsus est ad cupiditatem temporaliũ rerum, pecuniæ possessionum, & quarumlibet rerum etiam vilium, quæ colligit, quasi homo debeat semper viuere, & mundus debeat perire, vt congreget quantum valet, ne pereunte mundo, ei deficiat vnde viuat. Sicut Noe imminente diluuio comportauit escas quas haberet, quando oĩa diluuio perissent. Et quãto homo morti magis propinquat, tanto studiosius congregat & custodit, vt ostendatur quam sit irrationabilis auaritia, eo magis colligente, quo minus indiget, sicut qui multum viaticum fert ad breuem viam, & qui sumptuosam domum construit pro vnius noctis hospitio. Ideo autem Dominus voluit nos incertos esse de hora mortis, vt parum de temporalib. cogitaremus, quæ omni hora timemus perdere, & multum de æternis, ad quæ semper sine intermissione properamus.

De appetitu victualium. Cap. 27.

APpetitus victualiũ datus est nobis pro corpore, vt sustentemus naturã, & possimus durare in seruitio Dei, & multum mereri, nam moderatus & parcus victus, & vniformis, diu cõseruat naturam, dum non opprimit vires eius, sed reficit, & sanitatem conseruat vniformis dieta, quia natura contemperat se ei, & nõ turbatur semper ex nouis & ignotis escis, vnde quidam claustrales diutissime viuunt sani. Sed appetitus ille naturalis modo effusus est ad voluptates & superfluitates, vt non simus contenti vnde sustentetur natura, sed vnde palatum oblectetur: Et cum talibus assueti fuerimus, & eis natura contemperauerit, cum aliquando tenuiori victu deberemus esse cõtẽti, natura remurmurat ꝑp dissuetudinem, vnde statim putamus nos adeo debiles & infirmos, ꝙ victu paupere non possumus viuere, & quasi sub discretionis velamine delicata importune & inuerecunde incipimus quærere, nolentes experiri, ꝙ natura sicut per consuetudinem ad delicata dilapsa est, ita per contrariam assuefactionem, possit reduci ad competens moderamen victus parcioris, sicut videmus in maxima parte mundi, quam parce viuunt Gentiles, Iudæi & pauperes Christiani, quorum quidam de paupertate modo tam sani sunt, sicut in delitijs fuerant. De spiritualibus autem delitijs, & gustu internę dulcedinis, quæ sine comparatione omnes delitias mundi superant, sicut mel fimum, vix est mentio, vel efficax desiderium, aut studium est inter illos qui sibi videtur alti in religione, immo despicitur, & deridetur inebriatio talis desiderij seu dulcedinis, & quasi stultitia & abominatio iam habetur: Et ab alijs religiosis persecutionem ob hoc patiuntur, & dæmoniaci reputantur, & hæretici dicuntur, quamuis spirituales ipsi sint. Qui deuotionis gratiã sic despiciunt & persequuntur, ab Apostolo discant, qui etiam animales eos appellat, quod non intelligunt quæ sunt spiritus Dei, quia stultitia est illis. Non laudo nec approbo deceptores & deceptos, qui spiritum suum vel alienum pro spiritu Dei accipientes, & seducuntur & seducunt, sed probandi sunt spiritus, & sic iudicandi.

Magis internis consolationibus quam externis delitijs pascimur.

1. Cor. 2.

1. Ioan. 4.

De affectu dilectionis. Cap. 28.

AFfectus dilectionis etiam datus fuit homini, vt diligeret Deum super omnia, & se & proximũ propter Deum & secundum Deum, vt omnia opera Dei diligeret propter factorem, quodlibet iuxta suam dignitatẽ: Et vteretur ministerio creaturæ ad Dei voluntatem, & suam æternam salutem, & horum omnium delectationem & vsum referret ad conditoris dilectionem & cognitionem, donec ad ipsum perueniret, in quo sunt, & viuunt omnia secundum æternam rationẽ, sed ille affectus quasi extinctus est, & dilapsus ad amorem carnis, & turpis dilectionis, vt iã non diligat nisi pro sua tpali vtilitate, & carnali delectatione, & turpi voluptate. Licet etiam vsus carnalis cõcubitus, datus fuerit & mandatus fuerit hoĩni ad propagationẽ prolis educãdæ, æternam beatitudinem cum Deo & Angelis possessuræ, tamen modo non proles, sed delectatio in hoc opere quæritur, & si proles desideratur, pro mundana iucunditate quæritur, uel pro hæreditatis terrenæ successione, uel honoris augmento, ut plures amici habeantur in terra. Vnde dolent quando paruuli decedũt, qui multo tutius moriũtur post baptisma immediate, antequam per mortale peccatum perdant vitam ęternam, quam postea in ætate adulta, propter dubium quales futuri sint, & propter multiplices laqueos peccati, quos ualde pauci euadunt.

Quare data sit spes. Cap. 29.

SPes data est homini, qua confidat de bonitate Dei, ut speret a Deo consequi gratiam in præsenti, & gloriam in futuro, peccatorum ueniam, si pœniteat, & tpalem sustentationem sicut expedit, & liberationem a malo, & conseruationem in bono. Sed spes modo confusa est, ut aut minus sperent homines quam debent, aut plus quam iustum sit. Tantum cõfidunt quidam de bonitate Dei, ꝙ etiam saluet eos in peccatis contra iustitiã, & ueritatem suam, ut immundos collocet in cœlo cum Angelis mundissimis. Et rursus tantũ diffidunt de Deo, ꝙ si conuertantur, non uelit eis dare perseuerantiam in spiritu, uel sustentationem pro corpore, quasi Deus propitius sit inimicis suis dum in peccato manent, & nõ sit propitius amicis suis iustis & pęnitentib. & conuertentibus se ad ipsum, ut peccatores pascat liberaliter & saluet, conuersos deserat & fame perire sinat, non affligit Deus fame animam iusti. Vnde Propheta dicit. Iunior fui, etenim senui, & non uidi iustum derelictum.

Stultorum peccatorũ ꝓsumptio.

Psalm. 36.

Quare datus sit timor. Cap. 30.

TImor etiam datus fuit homini, ut timeret Deum, & timeret ab eo separari & eum offendere, & puniri ab ipso & damnari, modo tantum timet temporalem aduersitatem & incommoda corporis, & detrimentum honoris, & futura & æterna mala non timet, quasi nunquam futura sint, & quasi tantummodo minæ sint, quæ dicuntur de futuro iudicio, & de supplicijs ęternis, uel quod facilius euadet quam dicatur, & timet etiam magis hominem uel bestiam, uel rem insensibilem, quã Deum omnipotentem quem offendit, cum tamen horrendum sit incidere in manus Dei omnipotentis.

Heb. 10.

Quare datus sit pudor. Cap. 31.

PVdor est etiam homini datus, ut pudeat eũ indigna agere uel egisse, gradu suo, hæc peccasse, & seruũ peccati esse, & mancipium Diaboli, & omnis turpitudinis, uel inhonestatis, & segnitiei, & uilitatis: modo autem pudet nos seruitutis Dei, cui omnia seruiunt, uel uoluntarie uel necessarie pudet imitari Dominum in humilitate, patientia, paupertate, religione, obedientia, & despectione, & contumelijs, & cõfusione, cum nõ sit Deo dignus, qui eum erubescat coram hominibus confiteri uel imitari, & gloria magna sit seruo Dei, sequi Dominum suum bonum.

Quare tot bona nobis contulit. Cap. 32.

EOdem modo sciendum est, de omnibus quæ a Deo accepimus, de intellectu mentis, de ingenio, de corpore & membris eius, & de substantia temporali. & honore & potestate, & de tpe quo uiuimus, & de omnib. q̃ in mũdo seruiunt homini.

Omnia

Digitized by Google

Omnia hæc data sunt nobis, vt deseruiamus datori nostro, & nobis vitam mereamur æternam, & proximum nobiscum trahamus ad vitã, sed econtra nos omnia quę ad vsum vitæ vel meritum gloriæ accepimus, ad vsum conuertimus culpæ, sed cuncta quæ ad vsum culpæ convertimus, nobis vertentur ad vindictam siue perpetuam pęnam, videlicet. Cum caro nos tentat, vel affectus carnales, & appetitus inordinati affligunt, vel substantia exterior aufertur a nobis, vel intemperies aeris vel terræ sterilitas, vel corporis infirmitas nos excruciat, vel aliter affligimur, vt per q̃ peccauimus, per hæc puniamur, & si voluntarie pro Deo toleramus, purgamur a peccatis, per quæ merebamur pœnam, & accipiemus coronã pro patientia & pro bona voluntate, quam pro Deo toleramus. Si autem inuite, nihilominus oportet nos hic vel in futuro puniri, & per impatientiam augemus culpam, ac per consequens & meritum pœnæ.

DE REFORMATIONE MENTIS.

SECVNDA PARS.

In qua tractatur de singulorum vitiorum natura, & eorum remedijs.

Quæ hic tractanda sint. Capitul. 1.

Virtus qd. NVNC de singulorum vitiorum natura & descriptione, aliqua consideremus, & de remedijs quibus curantur, cum virtus nihil aliud sit, quam vitiorum perfecta curatio uel carentia, secundum quod istam materiam respicit. Quia si uitium est inordinatus motus, uel affectus naturalis corruptus, eius contrarium est uirtus, id est affectus, uel appetitus ordinatus ad id, & secundum id, quod a bono conditore datum fuit, ut ante patet, & patuit in exemplis.

De triplici Superbia. Cap. 2.

SVperbia triplex est, ut supra dictum est, aut cũ homo plus placet sibi quam debeat, & maiorem se ex timat quam sit in ueritate, aut cum alijs placere desiderat, & studet amore propriæ gloriæ, uolens magnus reputari, laudari, & honorari, cum soli Deo honor proprie & gloria debeatur, q solus essentialiter bonus est, & a quo habetur omne bonum, unde quicquid gloriæ nobis usurpamus, Deo furamur, immo nos decipimus, attribuentes nobis quod non est nostrum, sicut meretrix se mētitur honestã & formosam esse cum nõ sit, hæc est inanis gloria, qa uacua est ueritate, & utilitate salutis. Tertia cum uult præuenire singularitate gloriæ, vel dominio, prælatione, & imperio, & despicit cæteros & deprimit. Decipitur autem quadrupliciter, vel putat se habere quod non habet, aut plus habere quam habet, aut singulariter præ cęteris habere, aut ex se vel meritis suis habere. (Quadrupliciter superbus decipitur.)

De tribus vitia expellentibus. Cap. 3.

TRia autem sunt quæ a nobis vitia expellunt, & virtutes operantur. Gratia Dei, industria propria, & necessitas Gratia Dei infundit uirtutes, industria cooperatur gratiæ ex libero arbitrio, & necessitatem conuertit in uirtutem. Sine necessitate sæpe, sed sine gratia nunquam potest esse uirtus liberi arbitrij cũ consensu. Quibusdam igitur infundit uirtutes, cum modico uel nullo labore industriæ propriæ, licet non sine consensu uoluntatis, cum sine consensu uoluntatis nullum sit meritum, sicut illis quos præuenit Deus in benedictionib. dulcedinis suæ. Vnde Sap. ait. Qui de luce, id est diluculo incipientis etatis capacius uigilauerit ad ianuam, non laborabit, assistentem enim foribus suis illam inueniet, id est gratiam sapientiæ & uirtutis. Sic quandoque Apostolos & alios quosdã, maxime in primitiua Ecclesia legimus repente Spiritusancto repletos, ad uirtutes, & dona, & diuersa charismata attigisse. Sancti spiritus gratia exercitat uoluntatẽ, & instruit, & roborat, ut industrie agat ad profectum uirtutis. Necessitas alia est, cui se homo uoluntarie subijcit, ut qui se uoto obligant ad obedientiã, castitatem, & paupertatem, & similia, uel uadunt ad infideles prędicare, sed illis euenit postea pati vel agere qđ libenter euaderent, uidentur necessitate cogi, quæ tamẽ est uoluntaria, quia adhuc se sponte obtulerunt, & potius pati uolunt, quam a proposito resilire. Alia est coacta, quam homo inuitus tolerat, nec tamen potest effugere, vt paupertas sæculi, infirmitas corporis, despectio, persecutio, tentationes aliquæ, vel aliæ diuersæ tribulationes, quas licet primo inuoluntarie toleret & cũ murmure, postea tñ cum videt eas esse ineuitabiles, incipit qnque voluntatẽ flectere, & facere de necessitate virtutem, & tunc incipit mereri. Et cooperatur illa necessitas ad magnum profectum virtutum, ad quas vix aliter perueniret: & hoc est quod dicitur de quibusdam, compelle eos intrare. Et illud, quod legitur & cantatur in Ecclesia Dei. Et ad te nostras etiam rebelles compelle pro pitius voluntates, hoc est. Fac de inuoluntarijs voluntarios, ad ea quæ scis nobis expedire, etiam per aduersa, cum nolumus te in prosperis sequi. Vnde Propheta ait. Imple facies eorum ignominia, &c.

(Absque cõsensu non funduntur uirtutes. Psalm. 20. Sap. 6 — Duplex necessitas. — Luc. 14. Oratio ecclesiæ. — Psalm. 22.)

De triplici industria contra vitia. Cap. 4.

INdustria in tribus consistit. In prouida consideratione, in labores conatus, & in perseueranti diligentia. Per ista tria adiuuante gratia, vitia subiugãtur, & virtutes obtinentur, sed gratia quosdam ita præuenit, vt aut multa cum facilitate, immo cum multa suauitate faciant bonum, & declinent a malo, aut ita accendit voluntatem, vt cum magno feruore quæque facienda pro pte aggrediantur, quamuis dura & difficilia, quosdam vero ita sic quodammodo. relinquit, vt quicquid boni agere debent, necesse habeant le stimulis & calcaribus pungere, quasi pigrum animal, vt grauior sit eis difficultas superandi torporem cordis, quam laborem actionis sustinendi. Isti & si non habent desiderium feruens ad currendum post Dominum habent tamen desiderium desiderij, orantes se trahi cum sponso, quia agilitatem currendi non habent, iuxta illud. Cõcupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Voluntatem bonam habent, sed pigram & tepidam, non ferueñ tem. Primum, fœlicius est facere bonum cum facilitate, secundum laboriosius facere bonum quasi ex necessitate, quod aũt istorum sit maioris meriti, puto, q nemo p fecte æstimare possit, nisi ille, qui spirituum ponderator est, scilicet Deus. Quia secundi fideliter luctando uincunt seipsos, vt per consuetudinem sui potentes fiant, magnæ virtutis. Primi autem qui faciliter faciunt bonum, altiori indigent cantela ne seducantur, quia diuitiæ faciliter acquisitę prodigalius solent effundi, quam quę paulatim & cum difficultate elaborantur. Secundi verò qui cum difficultate bonum faciunt, antequam perfecte vincant difficultatis tẽtationem, sæpe quasi uicti, laxati, uel territi ex labore, desperant de uictoria, & de peruētione ad finẽ quo tendũt, & remittunt studium perfectionis, & ad

(In quib. industria cõsistit, & qd operetur. — Can. 1. Psal. 108.)

& ad alias occupationes se conuertunt,& quasi diffidūt de Deo, quòd nolit eos introducere in terram promissionis,per quam significatur perfectio puritatis,sicut filij Israel in deserto tædio laboris,& timore difficultatis de superandis hostibus,detraxerunt terrę promissionis, & mortui sunt in deserto preter paucissimos,hoc est prę ter Caleph & Iosue,qui designāt eos, qui caute & viriliter pet tentationes pertranseunt,vsque in finem perseuerando, Ideo inter tot de sæculo quasi de Aegypto egressos,tam pauci perueniunt ad consummatam perfectionem,quia aut seditionibus moti,aut tędio laboris & difficultatis fracti,viam perfectionis deserunt, vel aggredi non præsumunt.

De remedijs generalibus contra vitia.
Capitulum. 5.

QVædam etiam sunt generalia remedia contra vitia expugnanda,& ad virtutes obtinendas. Quædam spiritualia contra aliqua singulariter, vt contra luxuriam, fugere fœminas, viros, & cætera similia. Quędam autem sunt quæ cito & perfecte perducunt

Quæ contra vitia omnia efficaciora remedia sint.

hominem ad sanitatem mentis, Quædam tardius & imperfectius. Efficaciora remedia cōtra omnia vitia sunt. Primum,paupertas,vt in omnibus penuriā patiaris, nō solum in his quæ desideras,quia illa est omnium etiam ditissimorum,qui plus cupiunt quam habent, sed penuriam in his quibus necessario indiges,in victu,hospitio, ministris,& similibus. Secundum despectio hominum, vt sis contemptus,& vilipendaris, & cures vt in nullo singulariter honoreris,sed potius vilipēdaris,exprobreris,& vitupereris,& hoc sępe ab amicis,donec tumor elationis in te penitus comprimatur : vnde vides quanta mendici tolerant a diuitibus & quam patienter, quod non facerent,si haberent diuitias vel honores. Tertium est,magistrum strenuū habere, vt cogaris facere quod inuitissime faceres,& dimittere quod libenter faceres, & nihil habere nisi quod datur,nihil agere nisi quod iubetur:nec etiam loqui, nisi ad nutum alterius : & nihil dissimulare quicquid agis, vel negligis,quin aspere reprehendaris & puniaris,donec curuitas propriæ voluntatis plene in te ad formā rectitudinis reflectatur. Quartum,est elongatio a consortio sæcularium,quia sicut aqua turbata si ponatur seorsum a frequentia transeuntium,purificatur magis,ac magis,ita mens religiosi à sæculo sequestrata,minus affligitur circa terrena,& cœlestia magis incipit desiderare, & purius intelligere,& cogitando facilius eis inhærere. Quintum,est frequens oratio,quia eleuat mētem supra se ad Deum, & impetrat ab ipso curationem languorum & vitiorum, & sanitatem virtutum. Sextum,est quælibet afflictio aduersitatis,vt labor,infirmitas,persecutio, tentationes, infamia & similia,quia sicut lima purgat & resplendere facit metallum,ita tribulatio & afflictio abradit rubiginem vitiorum. Vnde Greg. Qui desiderat vitia plene uincere, studeat humiliter purgationis suæ flagella tolerare. Si autem primo amara est ad sustinendum aduersitates,de die in diem tamen per consuetudinem continuam tolerabilior fit, quousque iam non curetur,uel etiam diligatur propter profectum sanitatis, qui exinde prouenire sentitur. Exemplum de cautherio quod primo acerbū est,sed emortua carne nō dolet,& superfluos & noxios humores educit,unde orat Propheta. Proba me domine & tenta me,ure renes meos,& cor meum. Septimum est continua mortis meditatio & retributionis,quæ facit uitia timere,& uirtutibus studere.sicut arte medicinę contraria contrarijs curantur,ita uitia contrarijs exercitiorum remedijs sanantur,ut soperbia humiliatione, gula sobrietate,impatientia aduersitate.& sic de cæteris.

Simile.

Exemplū.

Psalm. 52.

Simile.

De specialibus vitiorum remedijs. Cap. 6.

NVnc ergo de specialibus singulorum remedijs vitiorum videndum est, quæ si omnia non possumus describere, pauca tamen de pluribus consideremus,sicut pauperes qui non possunt multas medicinarum diuersitates, & efficaces habere,conficiunt sibi de vilibus herbis vnguenta,quib. liniant, & curent suos dolores.

Simile.

De remedijs contra superbiam. Cap. 7.

PRimum superbiæ remedium est consideratio propriæ vilitatis, tam in corpore,quam in anima,tam illius quæ quidem nobis est cum cæteris communis,quam illius quę nobis est singulariter notior in occulto vel in aperto,siue sit naturalis,siue accidētalis. Cōsidera igitur vilitates,& infirmitates corporis, quid sumus,quomodo concepti,quomodo in vtero nutriti & nati,quid sumus intrinsecus sub cute, quæ sordes ebulliunt per aperturas, q̄ facile deperit quicquid in nobis pulchrū est,& validum apparet, quod mors semper appropinquat,& quales erimus post mortem. Item quòd exteriores vt honores & diuitiæ non sunt nostræ, naturaliter enim diuitiæ terra sunt,& de terra tolluntur, vt pecuniæ & possessiones,honores vero non impenduntur homini pro se,sed pro quæstu qui inde speratur, sicut vultures currunt ad cadauera,quam diu sperant inde saturari, sed cum totum sic corroserunt,ꝙ nihil nisi ossa sicca remanent,cadauera tunc relinquunt. Item bona mentis non sunt nostra,sed sunt dona Dei & rationē reddituri sumus inde districte,vt sciētiæ, ingenium,virtutes. Mala verò pure mala, nostra sunt, & ex pluribus circunstantijs grauia,& grauibus supplicijs digna. Bona nostra non pure bona sunt, sed multipliciter imperfecta,pigritia,desidia,vanagloria,hypocrisis,tepiditas, & variæ cogitationes,imperseuerantia, & cætera vitia sæpe viciant bona quæ facimus,& maculant sacrificiū nostrum tam orationum quā actionum, vt minus sit Deo acceptum,& minus nobis meritorium. Item expositi sumus multis periculis,& æternæ damnationi,& infinitis supplicijs,& pluribus vitijs & peccatis onerati, & miserijs subiecti. Vnde ergo superbis terra & cinis, homo tā vilis? Secundum est exercere se in humilibus,vilibus,despectis officijs,& rusticanis laboribus,humili habitu incedere, humiles mores,& verba dulcia habere, locum nouissimum eligere,nihil iactantiæ & ostentationis prętendere. Hęc & his similia cum in consuetudinem versa fuerint,mentem ad humilitatem inclinant. Si autem vanagloria pulsat, vel superbia mentem pro huiusmodi humiliatione, hoc est ex nouitate, vel raritate huiusmodi humiliationis,nam per longum vsum ista vanitas euanescit,vnde dicitur in Psal. in Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros. Tertium est meliores & superiores se attēdere,tam homines quā ipsum Dominum Iesum Deum & hominem, vt eorum cōparatione sibimet vilescat homo, qui se putat aliquid esse sicut locusta ad gigantem,calculus ad montem,gutta ad flumen,& hoc tam in faciendo bona,quam in patiendo aduersa,pānosus generosior vilescit inter purpuratos,sic nos debiles in virtutibus sumus, respectu maiorum & sanctorum,siue qui ante nos fuerint, siue qui adhuc naturaliter manent.

Bona omnia Dei, mala vero nostra sūt.

Psalm. 76.

De triplici inuidia. Cap. 8.

INuidia triplex est. Prima non gaudere de bono alterius,& non dolere de malo,hoc est contra charitatem proximi quem tenemur sicut nosipsos diligere, cum nemo sit qui de proprio bono non gaudeat,vel ex malo non doleat. Secunda est, doleri & torqueri

Digitized by Google

torqueri in bonis alterius, & gaudere & optare malum eius ex odio personæ, nam qui dolet de prosperitate alterius, vel gaudet de aduersitate eius, quia videt non ita expedire eidem, vel communi vtilitati aliorum, non tamen ex odio personæ, non est inuidiæ deputandum. Sic iustus iudex destruit malefactores, ne ipse vel ipsi grauius damnentur, si diutius in mala perseuerarent, vel p eos pax communis turbetur. Tertia est, promouere malum alterius verbis & factis, & bonum impedire, vel grauius deprimere. Inuidia grauis est malum pro malo reddere, grauior autem, odire illũ qui tibi nihil nocuit, grauissima vero, malum pro bono reddere, vel odio habere

Inuidia grauis, grauior, et grauissima.

aliquem, qui bonus est, sicut Iudæi Christum. Item malum est, lædere aliquem in rebus vel honoribus, peius in corpore, pessimum autẽ imo diabolicum, lædere & nocere alicui in anima, quo ad salutem æternam. Item negare indigenti beneficium peccatum est, etiam si sit inimicus, non impedire malum eius cum possis, grauius est, p fectorum autem est, bonum etiam inimici promouere, & diligere ex affectu. Quidã putant innocentes se esse, si negant illis quos non diligunt salutationem suam, sed examinent se quomodo esurienti inimicum cibum ministrarent, si salutationem quam sine damno dare possunt negant, maxime si desideret & affectet. Ideo autem inuidia, & odium Deo contraria sunt, quia singulariter Charitati (quæ Deus est) opposita sunt, & communi bono quod Dei largitas æqualiter omnibus procurauit. Inuidet eis, & odit quos Deus creauit, & redemit, & diligit, & de quibus spes est, quod ad vitam perueniãt sempiternam.

De tribus remediis inuidiæ. Cap 9.

PRimum remedium contra inuidiam est, quod & summum est, nihil amare, vel cupere eorum, quæ mundus amat, i. honores diuitias, voluntates, & tẽporalia, eo. n. quo in plures diuidentur, eo in partes minores fiunt, & qui ea appetit, inuidet alijs ipsa habentibus, dum necesse est alium carere quòd alter habet. Cœlestia autem & diuina quo plures magis participant, eo magis dilatantur & abundãt, vt virtutes, & sapientia, & dona Sancti spiritus, & similia, q̃ participatione non minuuntur. Secundum est, cogitare quòd si alius non haberet illud, vnde ei inuides. tamen tu non haberes, vnde nec inuideas alteri, quòd sine damno tuo habet, ne frustra de aliena fœlicitate torquearis. Remedium contra

Contra odium speciale remedium.

odium est, Dei timere vindictam, qui non remittit homini peccata sua, quandiu ipse tenet odium ad proximũ suum. Tertium est cogitare, quòd quandoque oportet eum proximo suo reconciliari, si vult saluari, vnde melius est hoc cito fieri, quam tardius, ne homo sit in periculo damnationis, & perdàt bona quæ interim operatur. Futuri. n. domestici in domo patris cœlestis, hic deberent æternæ pacis fœdus incohare, quia quanto hic feruentior dilectio, tanto illic erit iucundior fruitio æternæ pacis. Quartum est, vt studeas illi qui magis contrarius est tibi, obsequẽtior & affabilior esse: p hoc. n. lenis cor

Roma. 12. eius si est intelligens, vel saltem cor ruv. Noli vinci a malo, sed vince in bono malũ. Itẽ, si esurierit inimicus tuus, ciba illum, Quid prodest homini diu meminisse iniuriarum, nisi vt amplius inquietet & affligat semetipsum? sufficit diei malitia sua. Tantum. n. nobis sunt molestæ,

Matthe. 6. quantum in nobis studemus esse pacifici, q̃ si super hoc voluerimus ea nobis aggregare per odij & rancoris obseruationem, citius obruemur, quam si omnia resistendo vincamus. Sed potius (iuxta Apostolum) dare locum

Roma. 12. iræ debemus, i. cedere, & non acquiescere malo, malum pro malo reddendo. Quod si voluerimus omnes opprimere quos aduersarios patimur, interim alij insurgent, & nos prius succũbemus, quam omnes vincamus. Qui seipsum per patientiam vicit, omnes aduersarios supera uit. Bellabunt aduersum te, sed non præualebunt. (ait Hier.) Exemplum de martyribus sanctis. Odium, aliquando ex inuidia nascitur, aliquando ex ira. Hier. 15.

De triplici ira. Cap. 10.

IRæ triplex est qualitas. Prima subito & ex facili cã moueri, ut ex leui facto, vel verbo, vel etiã ex sola suspitione, aliquando etiam contra insensata cõmouemur, & irascimur brutis, lapidi, ligno, uel calamo, & huiusmodi sine ratione. Secunda uehementer inflammari, nam aliquando ira tantum in corde accenditur, q̃ etiam facies inflammatur & deformatur. Aliquãdo gestus, & mores mobilitate quadam notabili aggrauãtur, ex qua interior animi commotio demonstratur, ut sunt sternutatio narium, pallor uel rubor uultus, depressio palpebrarum, tremor labiorũ, inquietudo totius corporis.

Exteriores effect' quibus ira probatur.

Aliquando etiam per uerba erumpit, per clamores, per conuitia, cõtumelias, maledicta, miserias, periuria & blasphemias. Aliquando quasi febris concutit corpus, vel quasi phrenesis mentem in furorem euertit. Aliquando manus mouet ad lædendum alium, vel se ipsum, ita vt sibimet quandoque manus inijciat, vel quæ parauerat abijciat, vel destruat. Aliquando non sinit admittere quæ sibi sunt vtilia, vt cibum, & aliud commodum, & multa huiusmodi. Ira etiam pacẽ cordis turbat, Simile. & rationem obnubilat, & memoriam confundit. Sicut fumus hospitem de domo expellit, ita ira Spiritum sanctum qui super quietem et requiescere tãtummodo quærit, de cordis habitaculo excludit. & Psal. In pace factus Isa. 66. est locus eius. Tertia qualitas iræ est diuturna commotio, quæ aliquando rancorem fouet. Quidam habent de ista qualitate magis, & minus de secunda & tertia. Quidam abundãt in duabus ipsarum. Quidam in omnibus tribus, & hi sunt pessimi.

Mala quæ ira operatur.

Ira etiam contrariatur virtuti mansuetudinis & mititatis, & dehonestat honestatem morum & disciplinam, & facit incõsideratum, quia nec Deum timet, nec hominem reueretur. Ira etiam non haber misericordiam nec humilitatem prætendit, & excæcat intellectum, sicut fumus nocet oculis, sic ira cordi. Simile.

De quinque remedijs eius. Cap. 11.

REmedia Iræ sunt quinque. Primum uidelicet prouida præmeditatio illorum quæ possunt occurrere, tam verborum, quam factorũ contrariorum, vt ante pugnam se homo præparet ad patientiam, & hostem quasi insidijs paratus expectet, vt eo minus perturbent venientia, quo fuerint præscita. Qui. n. in duello debent pugnare, ante pugnam solent artem pugnandi exercitando addiscere, vt ictus aduersarij sciãt scuto excipere, ne improuidi vulnerentur, & superẽturmam qui primo tunc vult armari, quando iam hostes irruunt super eum, nec spacium dabitur ei ad armandum se, nec etiam præ stupore consilium inueniet quo euadat. Secundum est os comprimere tacendo, & accensam flammã iræ in corde suffocare, ne si euaporare permittatur, increscat, & alios accendat, sicut de igne materiali sæpe experimur. Adhoc. n. duo ostia Deus dedit linguæ, dentes & labia, ne facile prosiliat ad nocendum, maxime cũ intus accensa fuerit igne furoris, vel infecta toxicato liuore. Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum. & in Ecclesia. Facito ori tuo ostia &c. & in Psa. Pone Domine custodiam ori meo. Proue. 17. Eccles. 18. Psal. 140. Tertium est conuertere se ad aliqua negocia, quibus cor occupetur loquendo, vel alia tractãdo, sic obliuiscatur commotionis suæ, sicut q vult ignẽ extinguere, subtrahit stipites ardentes, vt sic diuisus per partes, deficiat materia ei subtracta. Vnde in Prouer. dicitur. Cum defecerint ligna, extinguetur ignis, &cæt. Prouer. 16. Quartum est verecundia, per quã homo modestus erubescit

Digitized by Google

bescit disciplinę suę detrimentum incurrere, & alios scādalizare, & vim facit sibimet reprimendo irā vel ēt alios motus inordinatos, ne honestatis suę dispendia patiatur. Sic etiam timor reprimit iram, sicut videmus in seruis qui a Dominis suis sępe dure castigantur, nec audēt leuiter e contra musitare, ne forte peiora eis inferantur. Si hoc potest timor humanus quanto magis timor Dei, si vere insit menti? Et maxime amor ipsius boni tam potens est quisque malo resistere, quantum amor boni in cordis eius affectum conualuerit. Quintum est assuefacere statim se, cum sentitur commotio, admittere consilia prudentiæ, perpendendo quam nociua sit iracundia, quæ lędit conscientiam, confundit famam, alios scādalizat, cor inquietat, Spiritum sanctum contristat, & tormenta meretur, & etiam φ illud pro quo irascimur, iam ineuitabile est factum, factum esse oportet, φ nihil proficimus irascendo, nisi quòd malum duplicamus, tot enim in hoc sęculo occurrūt aduersa, quod etiam si omnem diligentiam apponimus, qualiter ea nobis mitigemus, etiam leuiter patiendo vix tamen omnia portabimus, quanto magis si voluerimus ea nobis aggregare p impatientiam, & retinere in corde per rancorem, nec expellere, vt euanescant sicut fumus, ante obruemur, et suffocabimur, quam possimus omnia resistēdo superare, sicut illi, qui continuum fluxum reumatis non excreant, suffocantur. Quid volumus verba contumeliosa aduersum nos prolata retinere, quæ iam cum aura trāsierint, quæ nihil nobis nocuerunt quantum fuit in se, nec in rebus, nec in corpore, nec gratiam Deiā nobis auferre, nec honorē apud homines possunt, nisi ipsi ostēdamus nosmetipsos per impatientiā, imo potius magis graui sumus Deo & hominibus, si contumelias patimur, quam si nihil aduersi pateremur. Sic extimemus verba maledicorum, & detractorum, sicut latratus canum, vel clamores anserū, quos contra nos audimus, & non curamus. Qui alterum contumeliose vituperat, seipsum magis, quam illum dehonestat. Ecce aliquando in itinere intemperies aeris affligit nos & cum euaserimus lætamur, & tristitię prioris obliuiscimur, nec adijcimus, vt iterato contristemur de priori incommodo, quod iam præterijt, sic etiā debemus præteritarum obliuisci iniuriarū, ac si non fuerint, gaudere φ sustinuimus, quia cum tribulatio pertrāsierit, meritum eius adhuc manet. Cogitare etiam debemus, φ nemo in hac vita sine aduersitate viuit, etiam qui sęculo seruiunt, sæpe grauiora tolerant. Item quanta sancti sustinuerunt, & martyres maxime & super omnes ipse Dominus Iesus Christus, & si ipse tanta passus est pro nobis, non est indignum, si nos aliqua toleramus pro Christo, & pro magna gloria nostra, & pro merito peccatorum nostrorum, pro quibus vtilius hic modica pati debemus, quam in futuro plurima, & acerbiora. Hæc similia prudenter & sæpe cogitando impetum iracundiæ & impatientiæ facilius superamus.

Exemplū.

Exemplū.

De accedia. Cap. 12.

Accediæ di stinctio.

1. Cor. 7.

ACcediæ vitiū tres habet species. Prima est quædā amaritudo mentis, qua nihil lætum, vel salubre ei libet, tędio pascitur, fastidit consortium hominum. Hæc est, quam Apostolus sæculi tristitiam appellat, quę mortem operatur, procliuis in desperationem & diffidentiam, prona ad suspitiones, quæ patientem aliquando instigat ad necem suiipsius, luctu irrationabili oppressa, hæc aliquando nescitur ex præcedenti impatientia, aliquando a retardato, vel impedito desiderio cupitæ rei, aliquando ex prædominantibus melanconicis humoribus, & tunc est medicorum adhibere remediū, potiusquam religiosorum vel theologorum. Secunda est torpor quidam pigredinis, quæ somnum amat, & cōmoda corporis, horret labores, fugit aspera quæque, vt frigus, & operationem, ocio delectatur. Hæc est pigritia proprie; Tertia est, quæ sola fastidit ea quæ Dei sunt, & ad oīa alia agilis est, & alacris oratio est ei insipida, & a laudib. Dei se absentat, vbi caute pōt & audet, festinat velociter explere orationes debitas, vt minus afficiatur tędio earum assumit interim alias cogitationes vel occupationes, quibus intendit, donec perficiat horas vel orationes consuetas, rumoribus pascitur, ludis delectatur, & cogitat negocia quibus occupetur, nihil ei est magis onerosum, quam intendere Deo, & his quæ spectant ad studium & profectū spiritualem, cella ei carcer est, euagari autem tam corpore, quam mente extra claustrum diligit, & quęrit multifarias occasiones. Omnis rigor spiritualis disciplinæ grauis est ei, & murmurat, & conqueritur de duritia pręlatorum pro disciplina hoc zelantiū. Hoc accediæ vitium signum est ingratitudinis, quia tanta beneficia contulit nobis Dominus, & confert quotidie, quòd fidelem seruum eius deceret nūquam ab eius laude cessare, nunquam eius obsequium fastidire. Item spoliat nos multis meritis, & præmijs in cœlo, tantum n. gloriam omni hora negligimus, quanta bona interim facere possemus, si ociose ea trāsigimus & nulla vel modica hora pręterit, qua aut mereamur, aut demereamur. Item cum in multis offendamus Deum, conueniens est, ut tempus quod adhuc restat nobis ad viuendum, tanto melius expendamus, & redimamus tempus quod male amisimus.

Signum ingratitudinis.

De eius remedijs. Cap. 13.

REmedia accediæ sunt hæc. Primum & efficacius est, cogere se ad ea spiritualia studia, quæ maxime fastidit homo, & precipue ad orationem, & celebrationem diuinorum, quandiu & quousque per Dei gratiam vertatur nobis in oblectationem. Si autem differatur talis gratia, nihilominus de labore luctaminis meritum accrescit, & virtus roboratur: Deus. n. non requirit a nobis quod non dedit. s. gratiam deuotionis, sed hoc vult, vt eam quæramus, & cum dederit conseruemus, & gratias ei agamus, possibile. n. est aliquem multo plus mereri in pugna laboris pro obtinenda deuotione, etiam si non proficit, quam si multę deuotionis foret sine labore, quia de hoc, scilicet de deuotione sine labore posset extolli, & meritum diminui, sed de pugna cor humiliatur.

De remedijs tristitiæ. Cap. 14.

COntra tristitiam maxime valet frequens memoria benignitatis Dei, & intuitus beneficiorū eius, cōtra cuius bonitatem peccata omnium nostrum, sunt sicut mare ad guttam, siue e contra. Item multum valet cū bona societate conuersari, libenter maxime vbi de Deo loqueretur semper & deuote. Item aliud est remedium, de quo dicit Iaco. Tristatur aliquis ex vobis? oret, æquo animo, & psallat. Sic. n. cor hilarescit & spiritus, & spiritus tristitię effugatur. Sicut psallente Dauid. spiritus malus a Saul recedebat: occupatio ēt prodest tristibus, vt obliuiscātur tristitię. Pigris uero utilis est exercitatio laboris, & consuetudo in commodum uertitur, cogente strenuo magistro, ut non possit renuere agere pro tędio laboris, nisi debilitas sit in causa. Item contra tædium cordis ualet uarietas actionis, ut ab uno trāseat ad aliud opus bonum.

Iacobi 5.

1. Reg. 16.

Contra tediū cordis remediū.

In quibus debet se exercere seruus Dei. Cap. 15.

SEruus Dei in his quatuor exercitijs uersetur. Aut Deo intendat orando, psallendo, meditando, studēdo deuotioni. Aut secundo de Deo tractet, legendo, studendo, sancte conferendo, discendo, docēdo. Aut tertio pro Deo laboret, operando, seruiendo, corpus castigando,

Opera religiosi, & exercitia.

ſtigando,& virtutibus ſtudendo. Aut quarto corporis refectioni moderate indulgendo,quieſcendo,dormiendo,cibum vel potum ſumendo, ad hoc vt corpus poſſit ſeruire ſpiritui panis,& diſciplina, & opus ſeruo.ait Eccleſ.panis ad ſuſtentationem,& diſciplina ad correctionem,& opus ad exercitationem. Aſinus indiget pabulo ne deficiat,onere ne laſciuia ocioſus, virga qua impellatur,ne pigre ambulet vel deuiet. Eccle. 33.

Qua ſit deterior acedia. Cap. 16.

Grauis acedia eſt,negligenter perſoluere illud ad quod quis tenetur,grauior omnino præterire ex tædio,grauiſſima etiam alios impedire & a bono retrahere,& quòd nõ poſſit aliorum bona ſtudia æquo animo ſuſtinere. Altera acediæ diſtinctio.

De *auaritia.* Cap. 17.

Auaritia tres habet ſpecies. Prima eſt anxietas, & cupido habendi temporalia,vel acquirendi,ſiue ſequatur effectus,ſiue non,ſicut poteſt eſſe auarus pauper,qui modicum habet vel etiam nihil. Secunda,tenacitas conſeruandi habita, quæ non permittit ea erogari in pias cauſas,vel in vſus neceſſarios congrue expẽdi niſi cũ al dolore. Tertia eſt augere diuitias & vndecũque acquirere,etiam de iniuſto & turpi quæſtu, vt furto, rapina, fraude,vſura, & alijs inhoneſtis modis. Quidam laborant in prima ſpecie, quidam in ſecunda, quidam in tertia,quidam in duabus, quidam in omnibus. Hoc vitium ſpecialiter videtur eſſe contra naturam, & extra, & ex ſola praua conſuetudine, vel corrupta voluntate,quod ex hoc probatur, quia mundus multo tempore caruit hoc vitio,& aliquæ gentes adhuc putantur ab eo immunes eſſe vel fuiſſe,ſicut Gymnoſophiſtæ. Item,quia multi ſæculo renunciantes,cum ab alijs vitijs ſæpius impugnentur,ab hoc nunquã deinceps pulſantur,ne forte ꝓpria miſera volũtate ſe ei ſubijciat. Qui autem ſemel ſe eius laqueo alligari permiſerit, vix nunquam de cætero ab eius compede liber erit; vnde vidimus quoſdam religioſos,poſt primam ſæculi abrenũciationem,qua ab eius laqueis erepti fuerant, rurſum inuolui retibus auaritiæ,& inſatiabiliter ſitire res alienas, quę prius proprias contempſerant propter Deum,ſicut Iudas ſuis renunciauerat,poſtea fur factus eſt,& loculos colligens Dominum maieſtatis vendidit, & tandem laqueo ſe ſuſpendit. Auaritiæ vitium,eſt contra naturam.

De remedijs contra auaritiam. Cap. 18.

Remedia contra auaritiam ſunt tria. Primum, omnia pro Chriſto relinquere,& ſub alterius regimine viuere, & ſi quam habuerit,eam plene reſignare,& in nullo ſui iuris eſſe, ſicut in primitiua Eccleſia fideles Apoſtolis erant ſubiecti, & in monaſterijs bene ordinatis clauſtrales. Hoc efficaciſſimum auaritiæ remedium Dominus docuit,dicens. Qui non renũciauerit omnib. quæ poſſidet,non poteſt meus eſſe diſcipulus. Item, ſi vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes.&cæt. Secundum remedium eſt conſiderare omnes perplexitates diuitiarum, & laqueos auaritiæ & paupertatis libertatem & vtilitatem,diuitiæ.n.periculoſe acquiruntur, & cum labore & multa ſolicitudine conſeruantur,quia multorum inuidiæ,vel inſidię patẽt, furum,latronum,raptorum,potentum, fraudulentorũ, vbi multæ ſunt opes,ibi multi qui comedũt eas, tam cõſummantium,quam ſubtrahẽtium. A nullo eſt ſecurus diues,nec ab extraneis,nec a proximis. Sic eſt diues in medio cupidorum, ſicut carnifex in medio canum famelicorum. Diuitiæ diu colliguntur, cito amittuntur, paulatim multiplicantur,& ſubito diſperguntur. Diuitiæ multiplicatæ non minuunt, ſed augent ſitim auaritiæ, ſicut potus hydropico. Quid ergo ꝗris, vnde plus crucieris? Affligunt nondũ habitę,& iam habitæ, & amiſſæ. Pauca ſufficiũt neceſſitati. Mors cito rapit ab eis. Pœnas æternas ſuis amatoribus lucrantur, ab his omnibus libera eſt paupertas,iuxta illud Pſal. Rapinas nolite concupiſcere,diuitiæ ſi affluãt,nolite cor apponere. Fructus diuitiarum eſt largitas eleemoſynarum. Sine qua infructuoſæ ſunt & periculoſæ. Vnde in Eccle. dicitur. Diuitiæ conſeruatę,in malum Domini ſui cedent. Semẽ accumulatum putreſcit,ſed fructificat ſeminatum. Tertium remedium eſt confidentia de Deo, qui non derelinquit ſperantem in ſe,iuxta promiſſum ipſius. Nolite ſoliciti eſſe &c. Scit.n.pater veſter cœleſtis,quia his omnib. indigetis. Qui.n. ſic fecit hominem vt alimentis indigeat,non patietur eum perire per neceſſariorum ſubtractionem,ſi eius curæ ſe committat. Quærite primum regnum Dei & iuſtitiam eius,& hæc omnia adijcientur vobis(ait Do.) Nam qui libenter homini dare vult cœleſtia bona & æterna,non negat minima & terrena. Si.n. mali & crudeles homines,imo beſtiæ, & bruta filios nutriunt, multo magis optimus & verax Deus filios ſuos non deſeret,qui etiã benignus eſt ſuper ingratos & malos,quanto magis ſuper bonos,qui omnem ſolicitudinẽ ſuam in eo ponunt? Vnde Pſal. Non vidi iuſtum derelictum,nec ſemen eius quærens panem. Vnum e tribus a Deo ſperãdum eſt, Auaritiam proijcientibus pro Deo, qꝛ aut procurabit homini neceſſaria,aut cum parco victu & penuria dabit homini vires quas in abundantia poſſet habere,& hoc eſt iucundius,de modico magis eſſe fortem,aut quod ſubtrahit corpori, refundet mẽti in conſolatione ſpirituali, vt libẽter careat corporali abũdantia,quæ ſpiritualibus delitijs fœlicius recompenſabitur. Inſuper in cœlo magnam gloriam meretur,patienter tolerata pro Chriſto penuria temporalis, quia beati pauperes ſpiritu,&c.

Luc. 14. Matt. 19. Nota. Simile. Pſalm. 61. Eccl. 5. Matt. 16. Ibidem. Pſalm. 36. Matth. 5.

De ſpeciebus gulæ. Cap. 19.

Gulę quatuor ſunt ſpecies. Prima,ante debitum tẽpus,vel ſæpius quam deceat comedere,pręter neceſſitatem more pecudum. Secunda eſt cum nimia auiditate,& impetu quodam vorare ſicut lupi, vel canes famelici. Tertia,nimis implere ſe,potius quã reficere,i. plus ſummere quam ſit neceſſe,ex quadam inconſideratione & delectatione gulæ. Quarta,nimis lauta & exquiſita quærere. Hæc nutrit auaritiam ſicut prior acediam vel pigritiam, qui delicata quærit, cupit diuitias, vt poſſit habere quod appetit. Nimia vero ciborum repletio pigrum reddit,quia vas plenum ponderoſum efficitur,hębetat etiam intellectum,& affectum dilectionis obruit & refrigerat,& agilitas retardatur,& in ſomnum ducit ſuperflua ciborum repletio.

De remedijs contra gulam. Cap. 20.

Remedia gulæ contra primam ſpeciem. ſ.quando comeditur ante tempus, ſufficit bona voluntas, vt nolit prius,vel ſæpius comedere quam ſit conueniens. Infirmis autem non eſt lex poſita. Iuuenes vero & laborãtes ſicut exigit neceſſitas,diſcrete refici poſſunt,quando conſuetudo,vel Eccleſiæ inſtitutio non repugnat. Contra ſecundam, videlicet quando comeditur cum nimia auiditate, vtilis eſt diſciplina verecundiæ vt modeſte ſe habeat,et impetum refrenet; Item conſideratio,quòd inordinata et nimis feſtinata refectio lædit naturam,& minus nutrit,& plus ęquo vult. Eadem etiã conſideratio valet contra tertiam ſpeciem,quę nimis ſumit,& quia impedit a bono opere, ſicut ſupra dictum eſt. Efficacius tamen remedium contra tertiam et quartam ſpeciem eſt,non habere vnde gulæ poſſit ſatisfacere,

re,vnde

Digitized by Google

re. Vnde quanto qs pauperior fuerit, tanto minus in hac parte peccabit; hoc est secundū sñiam seniorum, prima pugna quam nos deuincere oportet, quanto minus superata fuerit, tanto validiora faciet cætera vitia cōtra nos, & nos debiliores contra ea. Per gulæ namque peccatum mors intrauit in omne genus humanum, vnde & Saluatorem nostrum Diabolus primo per gulam tētauit, quasi ianuam aliorum vitiorum, aditum quærens ad vlteriora.

De remedijs contra omnes voluptates, aduersitates, & tribulationes. Cap. 21.

VAlet etiam tam contra delectationes gulæ, quam contra alias voluptates vitiosas, considerare quā cito pertransit, & quam breuiter durat, & quia transacta sic est quasi nunquam fuerit, & relinquit post se vestigia malæ conscientiæ, & pœnitudinis, & confusionis, & debitum suppliciorum, & meriti detrimentum, vnde cum delectamenta mundi & carnis appetis, pone in corde tuo ac si ea habueris & saciatus sis, & hora præterierit, quia voluptas præterita est quasi somnū noctis trāsactæ, imo contemptibilior, quia malam conscientiam facit perpetrata voluptas, dimissa verò & non peracta, lætam facit conscientiam & securam. Econtra valet contra omnium aduersitatum turbationes, vt ponas in corde tuo iam durante aduersitate quod ita debeat esse, & aliter non possit esse, & voluntas Dei sit, quòd ita sit, & sic disposuit, vt ad hæc deuenires, & sic cōtingeret. Quod n. quisque disponit sponte, inde minus turbatur si venerit. Cum autem turbaris, quod non euenit quod optaueras, vel speraueras, cogita quòd alia multa non euenerūt, quæ aspera fuissent si euenissent, & tamen non turbaris quia non euenerunt, quia de quibus cor hominis non disponit sibi gaudium si eueniant, de his etiam non tristatur si non eueniant, verbi gratia. Si speras cras habiturum te bonum prandium lætaris, sed si forte spes tua frustretur, turbaris, qa lætitia spei subtracta est, sed si nihil speras non tristaris si non euenerit, quia videris tibi nihil perdidisse, cum nihil habueris amittendum. Homo n. virtuosus sic debet totam suam spem & solaciū in Deo ponere, vt nunquam ex toto figat in terrena consolationem, vt quasi suspēsum habeat desiderium ad omnia exteriore, non fixum, sicut qui super glaciem incedit, leuiter ponit pedem tentando si trepidet, vt retrahat pedem ne submergatur. Cum ergo perdis aliquid quod diligis, pone in animo tuo quòd nunquam habueris, & quasi somnium fuerit, quod videris habuisse, quod nunc memoriæ tuæ euanuerit, & in nihilum redactum sit. Hoc etiam optat Propheta sibi cum effectu inspirari, dicens. Velut somnium surgentium Domine in ciuitate tua; imaginē ipsorum ad nihilum rediges. Hoc est, redige memoriam terrenorum istorum in corde tuo, quod est ciuitas habitationis tuæ, ad nihilum, vt nihil reputetur esse vel fuisse, qđ pertransit sicut somnium surgentiū, obliuioni traditum quod non curatur. Somnium est hæc vita malis & stultis, qui putant se esse quod non sunt, felices, & habere qđ non habent, & non sunt vera bona, quia falsa sunt, quæ habent. Istæ considerationes non sunt fantasticæ dicendæ, sed veræ & sapientes, quia faciunt mentem trāquillam, & stabilem inter mundanæ prosperitatis, & aduersitatis varietates. Cum ergo desideras quod nō habes, cogita quasi habueris, & iam saturatus inde fueris, & modo pertransierit. Cum iam habes quod diligis, noli nimis inniti ei per delectationis affectū, sed cogita quòd cito pertransiet ista lætitia, & nihil post se relinquit, nisi vestigia dolorum, & confusionis, & debitum suppliciorum. Cum ergo amittis quod habuisti, extima quasi nunquam habueris illud vere, sed tantum quasi in somno videris, vel cogitatione quasi imaginatus sis te talia habuisse. Sicut si imaginatus sim, quòd sim Rex Franciæ, & magnā pompā & diuitias habeam, & post modum Rex Angliæ debellet me, & capiat, & spoliet me gloria & regno, & inanis remaneam ab omnib. Si igitur peracta tali fantasia grauiter vellem turbari, & tristari de ista regni fantastici amissione, vel si vellem exhilarari voluisse ex delectatione huiusmodi fantasticæ imaginationis, nonne stulta tristitia vel inanis gloria esset, moueri de his, quæ nunquam fuerunt vel erūt? Tales enim varias lætitias & tristitias semper habere possemus, imaginando in nobismetipsis qualescunque glorias, vel delectationes, & econtra tristitias & dolores. Sicut solēt quidam insani & lunatici, quibusdam fantasijs delusi, ex confusione cerebri sine apparēte exteriori causa modo ridere, modo flere secundum imaginationes interius conceptas tristes vel lætas iuxta illud Psalm. Verumtamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens, id est viuens secundum hominem, & non secundum Deum. Et quare? Verumtamen in imagine pertransit homo, velut in quadam imaginatiua delusione, existimans se aliquid esse cum nihil sit; & ita ne dum vane extollitur, sed etiam vane conturbatur, vanis timoribus & mœroribus deiectus. Thesaurizat & ignorat cui cōgregabit ea, quia nescit an ipse eis fruiturus sit, an alius cui non cupit. Contra hoc propheta sibimet consilium inuenerat. Dicens, & nunc quę est expectatio mea? nōne Dñs? & substantia mea apud te est, vbi iterū perdere non timeo. Econtra pone in corde tuo de futura aduersitate: non turbaris, quia contingentia ita se habent, quod possunt euenire & non euenire, & sæpe turbamus nos ante tempus, de hoc quod nunquam eueniet. Sicut pueri aliquando flent, recordantes de bonis quæ habuerunt, si parentes eorum morerentur, qui adhuc viui & sani sunt, & eos pueri ipsi aliquando præmorituri sunt. Quod si et aduersitas etiam futura est, tunc sufficit diei malitia sua, vt non duplicemus nobis dolores præueniendo angustias, cum sequens tribulatio possit satis discruciare. Hoc dico de temporis tribulatione non de æterna, quam expedit nobis prætimere & cauere. Vnde Eccl. 18. Ante supplicium de supplicio cogitate. Instante vero iam tribulatione vel aduersitate, consideranda est vtilitas aduersitatis, quomodo peccatum impedit, cum nos retrahit a peccato, & subtrahit occasionem peccandi in multis, & exercet ad virtutes, ad humilitatem, ad compassionem, & ad similia fugiendum mala, sollicitius addiscimus adiutorium, ad experientiam diuinæ clementiæ, quæ tribulatis corde iuxta solet esse, ad examinationem propriarum virtutum, quæ in aduersitate plenius sunt, & videmus quantum profecerimus in eis. Item ad maiorem gloriam promerendam, & super omnia ad reddendam vicem Christo passo pro nobis. Transacta autem aduersitate quia euasisti gaude, sicut cum quis de naufragio euadit vel de tempestate, et de via mala ad hospitium bonum peruenit. Et noli te dupliciter affligere, rancore, vel odio, ex memoria iniuriarum contra illum a quo passus es cogitans, quia si non meruisti apud illum vt te affligeret, tu forte meruisti apud Deum vt te puniri permitteret, et ipse Deus iudex, vsus est illo quasi tortore, ad iustitiam prosequendam circa reum suum. Sic Assur, virga furoris Domini dicitur, quia cum eis est quasi virga ad dandum disciplinam seruo suo Israeli peccāti. Et sicut virga post correctionē in ignem proijcietur, sic et illi vltores Dei tandem punientur, maxime qui non recto zelo et iuste proximos persequuntur. His quasi per exorcismum tactis, qualiter te inter aduersa & prospera immobilē conserues, ne prospera extollant, vel aduersa deijciant, quia aduersitas maxime versatur circa carentiam vel amissionem cupiti, et timorem vel inferentiam exosi, ad remedia, et qualitates vitiorum considerando redeamus. Non n. mediocriter valet ad morbos vitiorum sanandos scire sequaliter ca-

rere

Margin notes (left column): Exemplū. — Psalm. 72.

Margin notes (right column): Exemplū. — Psalm. 38. — Gal. 6. — Psalm. 38. — Ibidem. — Matth. 6. — Prudenter vti debemus rebus aduersis. — Tribulationū vtilitates. — Inimicis nostris quasi tortorib. ad culpas nostras puniēdas vtitur Deus. — Isa. 10.

Digitized by Google

rere his quæ caro, vel carnalis affectus appetit, & patienter sustinere, & nó pertimescere quę horret, & odit. Sic & in medicina corporali sanitati propinquat, qui bene

Simile.

seruat dietam, & cauet a nociuis, & constanter recipit & sustinet amarum poculum confectionis. Grego. Qui ergo appetit plene vitia vincere, studeat humiliter purgationis suæ flagella tolerare. Scio & abundare & penuriá

Phil. 4.

pati, & esurire & saturari vbique, & in omnibus instructus sum ait Paulus.

De peccato luxuriæ. Cap. 22.

LVxuria quadruplex est. Prima in corde, quãdo homo immundas & lubricas cogitationes, scienter & voluntarie, causa prauæ delectationis, versat in cogitatione sine repugnatione consensus. Nam ait Sapi. Peruersæ cogitationes separant a Deo, & Dominus ait.

Sapi. 1.
Matth. 5.

Quicunque viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo. Secunda species est, quando citra opus generatiuum, homo faciat se libidinosis gestibus, amplexando, osculando, palpando, impudice respiciendo, & loquendo, & asculta ndo turpia, sola delectatione praua, vel alijs meretricijs blandicijs, vt carnali satisfaciat affectioni. Hæc tãto est grauior quam illa, quanto longius ad exteriores conatus causa prauæ delectationis est progressa, si.n. sola praua mens rea est in se per consensum malæ concupiscentiæ, quanto magis laxatis habenis ad vlteriora libidinis incitamenta exteriorum sensuum, & membrorum ministerio adiuta & prouocata? Si solum concupiscentia in corde mœchia a Domino iudicatur, quid ergo ex concupiscentia osculari, palpare, &c.? Nemo ergo se stulte seducat, vt putet se solum peccasse, quãdo opus generatiuum perficit, vel laborat perficere, cum etiam præambula operis damnabilia sint, in ipso enim licito coniugio sæpe excusabilior est simplex concubitus, quam tales inhonestæ blanditię actuum indecentiũ & spectaculorum, & collocutionũ lasciuarum. Si ergo aliquis dicat apud se, ex quo non quęro opus prauum fornicando perficere, licite possum morosis blandicijs frui cum dilecta, munda intentione, ad mutuæ & sanctæ dilectionis nutrimentum, vt ignis charitatis in nobis magis accendatur, cum ex dilectione proximi nutriatur & augeatur amor dei, sciat quicunque talis est, se sub specie spiritualis amoris, carnalis dilectione & delectatione deludi, quia spiritus spiritum diligit, nec corporalibus amplexibus indiget, quia hoc est carnalis amoris indicium, qui quanto plus crescit in corde, tanto magis amor spiritualis minuitur & refrigescit, & econuerso, spiritualis amor carnalem reprimit & expellit.

Tripliciter peccat, quę fędum amoré nutrit.

Triplicis autem peccati reus efficitur, qui talibus corporalibus blandicijs vti se licite posse putat, etiam si nullam vlterius praui operis habeat voluntatem. Primo quia incaute nimis se exposuit tẽtationis, periculo, cum proni sint sensus hominis, & cogitatio in malum, & tentatio quæ nondum fuit, occasione & oportunitate noxiæ familiaritatis accepta, potuit corrumpere voluntatem, & in peccatum præcipitare. Sicut sępe accidit, ꝙ qui munda intentione mutuis ingereret se familiaritatis societatib. mutatis affectib. spiritualibus in carnales, lapsi

Deuter. 6.

sunt in peccatum. Tali ergo periculo se ingerere, est contra Domini præceptum. Non tentabis Dominum Deũ tuum. Sicut qui super teneram glaciem ex stulta curiositate incederet, si mergeretur, reus esset in seipso, primo quia ipsam stulte tẽtare grauis culpa esset, etiam si mors non sequeretur, secundo quia & si in se nihil tentationis sentiret, tamen altari dat occasionem tentationis & peccati, dumque alteri fodit foueam, ipse incidit in lacum. qui alteri mortis poculum propinat, non inde innocens erit, quia ipse non bibit. Alitus eius id est Diaboli, prunas ardere facit. Ignitus enim flatus eius, ex igne gehennali cum duos carbones compositos inuenerit, etiam se

Iob 4.

miuiuos sufflat indefesse, donec eos incendant. Nec moras curat si tandem aliquando perficiat, cum omni tempore ad nihil aliud vacet, nec alijs curis intendat nisi animas seducere. Tertio propter malum exemplum ex quo alijs grauiter scandalizantur, non carentes praua suspitione de tali noxia familiaritate, & indicantes esse malum, indignantur, murmurant, detrahunt, irrident innocentes collegas eorum, quasi & illi similia faciant, & vilipenditur religionis reuerentia ex talibus & multa mala fiunt. Alij vero eorum exemplo audacius similia faciunt, putantes etiam sibi licere, quod isti innoxie se facere arbitrantur, & discunt ab eis, vel audent eorum exẽplo, quod ante non audebant, immo & ipsi peccatores temerarij fiunt, & quasi iustificant se in peccato, in comparatione istorum corrumpentium religionis puritatẽ. Et hæc omnia redundant in iniuriam Dei, & offensam, & in honoris eius detrimentum, cũ insolentia familiæ patris familias dedecus videatur. Tertia species luxuriæ est naturalis concubitus viri & fœminæ sine coniugij honestate, & hęc diuiditur in multas species, vt est simplex fornicatio. Adulterium. Sacrilegium. Incestus. Stuprum. Raptus, & alia quæ non prosequor,

Peccatum contra naturam.

nec distinguo. Quarta est peccatum in naturale. Cum enim natura omnibus rebus propria nomina dederit, quæ naturæ subiacent, hoc peccatum quasi extra naturam, vel contra naturam, sine speciali nomine reliquit, eo quòd indignum nomine sit, quod naturam destruat, & humanam naturam maculat, & infamat, dicitur tamẽ aliquando passio ignominiæ, vel immundicia, vel mollicies. Et talibus passionibus deditos & subditos, Apostolus dicit traditos in reprobum sensum, vt faciant ea quę

Roman. 1.

non conueniunt. Huiusmodi autem aduersitates vel descriptiones, nec nominari expedit, ne & ipse aer inficiatur, vel ne vsu tractandi nimis inde horrendum & abominabile fiat audientib. vel ne detur simplicibus inde materia cogitandi, & mali occasio curiosis. Tñ quocunque studio vigilans, volũtariæ delectationis consensu se prouocat ad pollutionis immunditiam, vel etiã aliunde hoc pati consentit, vel cooperatur alteri præter naturæ vsum, ad quartam luxuriæ speciẽ dicitur pertinere. De illusione somniorum prætermitto. Sicut enim dormiẽs non est compos sui, sic etiam nõ potest interim aliquid facere vnde damnetur, tamen si vigilans forte dedisset occasionem, vnde dormiens illuderetur, cogitando, agẽdo, loquendo, vel etiam post somnium voluntarie delectando in memoria illius nocturnæ visionis siue illusionis, hæc potius esset vigilantis quam dormientis illusio, & sic pęna tam culpæ pręcedentis, quam occasio subsequentis erit in vigilante.

Triplex ex causis carnis motus oriuntur.

Nota etiam, quòd motus, & titillatio carnis trib. de causis contingit, ex pręcedenti. s. cogitatione, cum formas & imagines illicitas intus habẽtes, in earum retractione mouemur, ex ventris etiam plenitudine, quando cum venter cumulositate ciborum distenditur, caro lasciuiens ad motum luxuriæ excitatur, ac tãdem ex maligni spiritus impugnatione, quia is quo iustos superare minime se considerat, eo per carnis titillationem grauius eos impugnat.

De septem remediis luxuriæ. Cap. 23.

REmedia contra luxuriam sunt septem, quæ ad pñsens memoriæ occurrunt, sine quibus continentia diu non potest esse cauta. primum est, vt vir fęminarum, & fęmina virorum incautam familiaritatem

Eccles. 42.

deuitet. Vnde dicit Eccle. A vestimento procedit tinea, & a muliere iniquitas viri. Greg. Qui corpus suũ continentię dedicant, habitare cũ fęminis non presumãt, nam quandiu

quandiu vitalis calor viuit in corpore, nemo præsumat
ignem concupiscentiæ in se penitus extinctum esse, &
sæpe carbo videtur extinctus, modica fauilla opertus,
sed si tangitur comburit. Diabolus ergo cum duos car
Iob.41. bones coadunauerit, afflat donec eos accendat. Alitus
eius prunas ardere facit, ignitus est.n. igne gehennali.
Nota. Carbo si solus dimittitur extingitur, si componitur al
teri, ex mutuo calore accendūtur ambo, & sępe spiritu
inceptus amor, consumitur carne. Bernardus. Cum fœ
mina semper esse, & fœminam non cognoscere, hęc ego
magis reputo, quam mortuos resuscitare. Qui ergo
Astutia diaboli ad carnaliter tentādum. quod minus est non potes, quod maius est quomodo
credatur? Astutus esse debes. Diabolus enim in prin-
cipio incautæ familiaritatis, occultat laqueos tentatio-
nis carnalis. Reputans quòd desisterent a mutua dile-
ctione, si sentirent inde stimulos peccati, donec per lon
gam familiaritatem & incautam securitatem, affectus
amborum ita conflati, et conglutinati fuerint in amore,
quòd etiam si sentiant sibi inde imminere tentationis pe
riculum, nesciant resilire, nec ab inuicem separari, viri-
bus spiritualibus ita debilitatis in eis, quod neuter valet
sibimet vim facere tātam, vt euellat se de laqueo, immo
timet alterum in tantum contristare, quòd etiam re-
putet se perfidum si deserat eum, & sic captus consen-
tit alterius voluntati, & proprię infirmitati in omne pec
Iudic. 16. catum. Sic Sanson fortissimus qui multas hostium sæ-
pe acies strauerat, & aliquoties de vinculis eripuerat, cō
fidens de viribus suis, liquefactus est amore Dalidæ, &
defecit anima eius, & ad mortem vsque laxata est, dum
ei nullam daret requiē quousque plene ei cor suum ex-
posuit, & hostibus aditum sic aperuit, captiuandi se & li
gandi, & cæcandi, & in carcere manere faciendi, & ludū
de se hostibus exhibendi. Hæc autem omnia sunt fa-
1.Cor. 10. cta in figura nostri, et scripta ad correctionem nostram.
Secundum est, vitare societatem & contubernium lu-
Remed. 2. xuriosum, ne exemplo eorum ad similia pertrahatur, ait
enim scriptura. Qui se iungit fornicarijs, est nequam.
Eccles. 19. Item amicus stultorum, efficietur similis. Proni sunt e-
nim sensus hominis & cogitatio in malum, & ideo faci-
Prouе. 13. lius aliorum exemplo trahitur, ad illud quod appetit
Ge.6.& 8. eius consensus carnalis, dum non erubescit vitiosus vi-
deri, habens secum socios miseriæ suæ, quorum non so-
lum exemplis, sed etiam persuasionibus & irrisionibus
trahitur ad peccatum, & laudatur peccator in desiderijs
Psal.9. animæ suæ. Et hæc est iam præcipua causa, quare ita
multiplicata sunt mala in Ecclesia, & in Religione stu-
dia spiritualia defecerunt, & ad exteriora studia & ne-
gocia plurimi defluxerunt, scilicet mala conformitas, dū
quilibet vult alios imitari, siue quia aliud nescit quam
quod videt in alijs, siue quia non audet aliter viuere,
quam illi cum quibus conuersatur, ex malo pudore ti-
mens alijs videri dissimilis, siue etiam quia tepor & car
nalis libertas gaudet se habere occasionem, & quandam
Psal.13. excusationem apud homines agendi quodlibet, etiam si
non liceret iuxta illud. Omnes declinauerunt, simul inu
tiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque
ad vnum, scilicet ad eū qui multitudine postposita, stu-
det vni Deo placere & seruire, unam petens a Domino
Remed. 3. & hanc requirens, vt inhabitet in domo Domini men-
te & conformitate, quod solum est necessarium. Terra
enim corporis nostri, quę ex prima maledictione spinas
& tribulos vltro satis germinat, si super hoc fuerit im-
pinguata delitijs, tanta erit spinarum densitas, quòd se-
Proue. 29. men verbi virtutis in nobis penitus suffocabitur, vnde
sapiens ait. Qui delicate nutrit seruum in iuuentute sua,
postea sentiet eum contumacē. Bernar. sufficit diei mali
Matth. 6. tia sua, s. concupiscentiæ naturali, quæ si cęperit accipere
irritamenta, ab ijs qui perpetuum suscipiunt bellum
aduersus eius oblectamenta, fiunt duo contraria vni, &
ita periclitatur continentia. quia duo resistunt vni, vide
licet continentiæ, scilicet innata concupiscentia carnis,
& prouocatrix voluptas deliciarum. Vnde Apostolus
ait ad Tim. Vidua quæ viuit in delicijs, uiuens mortua 1. Tim.4.
est, quæ & si viuit exterius, interius mortua est per pec
catum: vnde dicitur. Hæc fuit iniquitas Sodomæ soro- Ezech. 16.
ris tuæ, saturitas panis, & ocium &c. E conuerso Aposto
lus ait. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, 1.Corin. 9.
ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.
Hostem suum armat, qui carnem suam fouet delicijs vl
tra necessitatem debitæ sustentationis. Quod autem ho
sti præstas, tibi nocet. Quartum est ocium fugere, quod
est præcipuus animæ inimicus. Multam enim malitiam Remed.4.
docuit ociositas, i desiderijs enim est omnis ociosus, oc
cupatus ab vno enim Dæmone impugnatur, ociósus au Eccles. 33.
tem innumeris Dæmonibus vastatur, quia quot cogita
tiones, & desideria mala in corde versat, tot inimicorum
iaculis probatur. Gregor. Omnium enim tentationum
& cogitationum malarum sentina est iners ocium. Si- Simile.
cut per rimam sentinę aqua latenter intrat & crescit, do
nec nauis impleatur, & summergatur, ita ex ocio cogita
tiones & concupiscētiæ multiplicantur, donec nauis cor
dis eius succumbens in peccato periclitetur. Vnde in
monasterijs & locis religionum nostrarum pauci stabi
les religiosi sunt, respectu antiquorum in Aegypto, in
quibus quandoque tria millia morabantur sub vno gu
bernatore quiete viuentes, magis quam nunc apud nos
possint decem, vel pauciores obedienter & concorditer
gubernari, quia de labore manuum sustentati, lata præ-
dia & reditus amplos non requirebant, & tantum ope-
rando colligentes victum, quantum consumentes, nec
superflua desiderantes, nec euagantes mendicando vel
adulando pro aliena donatione, sed de proprijs labori-
bus se & multos pauperes & debiles sustentabant. Et
labori manuum intenti, rumoribus & rixis, & varijs de
siderijs non permittebantur intendere, nec quilibet in
personam suam reposuit acquisita & elaborata, sed sic se
metipsos pro Christo abnegauerant, vt alterius volun-
tati subiacerent, ita & omnia quæ habebant, & quia hęc
non strepitu clamoris, nec secundum propriæ volunta-
tis arbitrium agebant, sed in summo silentio & quiete
ad nutum Abbatis & gubernatoris sui, ideo a spiritu de
uotionis non solum non impediebantur per operis in-
stantiam, sed & plurimum promouebantur, cum tamen
peracto quotidiano statuto labore operis, reliquum tē-
pus in lectione, vel oratione solent expendere, & ideo
stabiles & perfecti in omni virtute erant, quia omne tē-
pus bonis operibus & studijs virtutum impendebant,
nihil ociose & curiose transeuntes, nec pro volūtate sua
viuentes, sed superioris, secundum regulas a sanctis pa- Nota.
tribus (instinctu sancti spiritus) ad vitia extirpanda &
virtutes inserendas. Ocia igitur si tollas, periere cupi-
dinis arcus. Nec solum vitandum est ocium, sed & ver-
ba ociosa. Grego. Ociosum est autem, quod nullam ha-
bet vtilitatem, vel vtilitatis intentionem, & pro vitando
ocio, ociosa sectari ridiculum est. Quid autem agen-
dum sit, require supra in capitulo de remedijs acediæ.
Item vt omni hora consideret qualiter instans tempus
possit expendere vtilius, vel illud opus quod tunc incū-
bit ei optimo modo perficere, siue orando, siue laboran
do, vel corporis refectioni intendendo, vel aliquid faciē
do. Quintū est. Exteriores sensus ab illicitis custodire, Remed. 5.
q sunt quasi fenestræ aīę, per quas mors peccati intrat
quasi fur vel corruptor castitatis nostrę, dum non custo
diūtur. Dauid non respexit vxorem Vriæ, quia eā prius
concupierat, sed iō eā concupiuit, quia eam incaute re-
spexit. Sic Eua vidit lignum q esset pulchrū visu aspe- Gene. 3.
ctuq; delectabile, & cōcupiuit & gustauit. Non expedit
intueri, quod non licet concupisci. Sic aures & manus,
& alij sensus, & membra sunt coercenda, ne hauriamus
per ea mortiferum corruptionis aerem. Dina quandoq;
curiosi-

curiositatis gratia egressa est videre mulieres religio-
Gen. 34. nis illius, corrupta est. Oculus meus deprędatus est ani
Timo. 4. mam meam, in cunctis filiab. vrbis nostrę, ait Hie. vbi
Tren. 3. conqueritur quidem. Ecõtra Iob ait. Pepigi fœdus cũ
oculis meis, vt non cogitarem quid de virgine. Sic bo
ni religiosi recludunt se in cellis, & monasteriis quasi
in speluncis, vel sepulchris, ne vel ipsi concupiscantur.
Quanto. n. rarius vides vel audis quæ mundi sunt, tan
to affectus tuus ad ea concupiscenda frigidior erit, &
minus ea cogitabit. Et econuerso. Quanto frequentius
cum sæcularib. conuersaris, eo magis puluere sæculari
respergeris, quo insensibiliter paulatim interius tene-
brescis, & affectus fit crudus & mors insani. In molen-
Reme. 6. dino non puluerulentum fieri, vix possibile est. Sextũ
est interius reprimere cogitationes carnales, quia isti
sunt hoīes domestici inimici, quorum fraude vrbs mẽ
Sap. 1. tis hostibus traditur, si non bene caueatur. Peruersę. n.
Mat. 5. cogitationes separant animam a Deo. Et de corde e-
xeunt cogitationes malæ, adulteria, &c. hæc enim sũt
q̃ coinquinãt hominẽ. Nulla munitio sufficit exterior
ad custodiam vrbis, vbi domestici perfidi fuerint. Ita
nulla custodia forinseca castitatem conseruat, sine cu-
Prou. 4. stodia cogitationum & affectionum. Vnde in Prouer.
dr̃. Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso
vita procedit. Castis & honestis matronis non solum
praua opera, sed & suspecta susurria fugienda sunt, per
quæ tentari vel infamari poterit eorum castitas & ho
nestas, & prouocari maritus in fauorem, zelotipiæ spi-
ritu inflammari. Sic & anima religiosi, quæ est Chri-
sto desponsata per fidem & votum castitatis, susurria
prauarum cogitationum non recipiat, vel retineat in
Hier. 4. corde, quia cor Dominus semper intuetur & arguit.
Vnde in Hiere. dr̃. Vsquequo morabuntur in se cogi
Reme. 7. sationes noxiæ? Septimum est frequens studium ora-
tionis & deuotionis. Hinc Sapiens ait. Vt sciui quia
non possum aliter esse continens, nisi Deus dederit, a-
dii domum, & oraui, & dixi ex totis præcordiis &c.
Psal. 126. Psalm. Nisi Dominus custodierit ciuitatem. &c. Et iõ
semper est orandum, quia sine ipsius auxilio nihil pos
sumus facere, vt ratione gratiæ suæ extinguat in nobis
Orationis ignem cõcupiscentię. Ipsa etiam orationis virtus, quia
fructus. eleuat mentem supra ad Deum, purificat eius affectio
nes, & desideria castigat, & mentem illuminat, & Dei
amorem infundit, ex quo generatur quidã horror pec
cati, & detestatio carnalis voluptatis, & voluntas robo
ratur contra tentationes, & ipsæ tentationes debilitan
Figura. tur, vt facilius deuincantur. Vnde cum Moyses in mõ
Exo. 17. te orans manus eleuaret ad Deum, vincebat Israel, cũ
vero remittebat eas et deponebat, vincebat Amalech.
Moyses est religiosus, de aquis sæculi extractus, Ama
lech est tentatio carnis, manus Moysi sunt affectus, et
memoria, quando istas manus leuamus ad Deum, ho-
stis tentationis succumbit, quãdo vero ad terrena eas
dimittimus, hostis roboratur. Præterea ait Seneca. Pri-
mum argumentum compositæ mentis existimo posse
consistere, & secum morari, nihil enim tam vtile, quã
Simile. transitu persistere. Vnde sicut non conualescit planta,
quæ nimium transfertur, sic modo istum librum mo-
do illum euoluere non prodest, fastidientis stomachi
est multa degustare, quę ut uaria sunt & diuersa, inqui
nant & non alunt, itaq; & tu cũ multa plegeris, vnum
Documen exerce quod tecum ista die contrectes. Antonius enim
ta tria pro cuidam interroganti de bona vita, dixit tria documen
bona uita ta. Primum, vt quocunque iret, Deum præ oculis habe
acquirẽda. ret, secũdum, ut ijs quæ ageret, testimonium sacræ scri
pturæ adhiberet, tertium, vt in quocunque loco sede-
ret, non subito inde recederet. Quoniam vero quid o-
remus sicut oportet, nescimus, iõ ipse Dominus quid
opus sit nobis plenissimè per se sciens, docuit uerbo &
exemplo dicens in Matthæo. Sic ergo uos orabitis. Pa
ter noster &c. in qua quidem oratione plenè omnia
vitæ præsentis, & futuræ necessaria comprehendũtur,
& sicut in symbolo omnia comprehenduntur credi-
bilia & credenda, & in decalogo omnia facienda vel
cauenda, ita in hac oratione omnia petenda, vel spe-
randa includuntur, unde qui eam scit, satis scit ad oran
dum. Ideo autem tam breuem orationem fecit, ut faci
le discatur, & memoriæ commendetur, & minus sit tę
diosa, & ne propter prolixitatem, superficialiter tantũ
acceleretur compleri, sed profundius possit in ea me-
ditari, & vt sæpius iteretur, & vt fiduciam nobis det p̃
hoc, quod celeriter vult exaudire præcantes. Ideo etiã
eam in septem partes distinxit, ut sciamus plura ibi es
se petenda, & ut in quo magis libet, possit homo im-
morari, & qui non habet opportunitatem semper oẽs
partes perficiendi, ubi vult terminet, vel inchoet, uel
repetat sicut placet. Illum ergo cui orare docuit, & ius
sit, innuit se uelle exaudire, & illas petitiones non recu
sare, quas ipsemet instituit.

SERAPHICI DOCTORIS S. BONAVENTVRAE.

Tractatus de processu religionis, qui distinguitur in septem processus.

DE PRIMO PROCESSV, QVI consistit in feruore nouiciatus.

PRocessus religionis, in septem processibus di
stinguitur, licet non ab omnibus attingatur.
Primus est in feruore nouiciatus, quando con
uersus in quodam impetu bonæ uoluntatis,
qua est, ad omnia paratus, in quibus se credit Deo pla
cere, siue ex magno peccatorum dolore & contritio-
ne, siue ex desiderio satisfaciendi Deo, siue recuperan- Simile.
di amissi temporis, & neglecti premii p̃ peccatum. Si
cut uiator qui diu dormiens in mane, cum festinatione
postea, et impetu laborat, tempus neglectum curren-
do recompensare, et socios qui eum præcesserant inse
quendo inuenire.

Secundus processus qui consistit in labore corporali.

SEcundus est in laboris corporalis exercitatione,
quia sicut pauper nondum inuenire valens pretio
sa munera, quæ in opus sanctuarii Deo offerat, fa-
cit tamen quod potest, pilos caprarum & pelles arie-
tum offerens, & exhibens corpus suum hostiam viuen
tem, sanctam, Deo placentem, rationabilem, licet quã
doque minus rationabile sit eius obsequium, propter
indiscretam corporis castigationẽ qua corpus destrui-
tur, & vires deficiunt, & sensus amittitur, & spiritus ex
tinguit, & totus defectus spũalis dissipatur, iõ in Leui Leui. 2.
tico dicitur. In oĩ oblatione tua offeres sal, s. discretio-
nis, vt nec ad dexteram per nimium laborem, nec ad si
nistrã per nimium torporem a uia regia declines. Ani
ma. n. est immortalis, & non potest deficere, & iõ cor-
pus corruptibile, & vas fictile, non põt æqualiter con-
tendere cum ea currendo, & tm̃ ferre laboris, quantũ
illa potest capere feruidæ uoluntatis. Ebrius qñque
agitat

agitat celeriter equum cui insidet, non considerans, quod cum ipse æstuet vino, illud eius rude animal non sit saciatum fœno, & ita dum supra posse laborare cogitur, sub sessione cadens, tardius eum ad locum quo tendit peruenire facit, quam si morosius cursitaret. Rationa-

Rom. 12. le sit obsequium vestrum, ait Apostolus, cum discretione, ne quid nimis sit, sed cum temperantia corpora vestra castigetis, vt ne defectu cogantur dissolui, sed vi-

Simile. tiis mori. Oportet carnem restringere nō extinguere, reprimere non opprimere, vt seruiat non lasciuiat, ancilletur non dominetur. Terra fertilis si diu inculta fuerit siluescit, si nimis cogitur fructificare fit macra, si medium teneat fertilis perseuerat. Sic est de agro corporis agendum, vnde nec de nimio ocio lasciuiat, nec de inedia vel labore deficiat. Corporalis exercitatio in duob. consistit, in subtractione delectabilium secundū carnem, & assuefactione asperitatum & laborum, ab hac lege infirmi sunt excepti, quia eos nec suauia delectant propter amaritudinem dolorum, & ipsa infirmitas acerbior est, quam labores sanorum & validorum. Valet autem corporalis afflictio ad peccatorum purgationem, ad vitiorum repressionem, ad augmentum virtutis, ad spiritualis consolationis expressionem, sicut in torculari vinum exprimitur, ad proximi ædificationem, & ad meritum gloriæ.

De tertio processu qui consistit in spiritualis consolationis infusione.

Nota spūa lis vitę Methodum. TErtius processus est in spiritualis consolationis infusione, quia Deus est semper benignus & larg', remunerat hominem, qui fideliter offert ei totū quod habet & potest, i. voluntatis feruorem, & corporis seruitutem. Vera autem spiritualis consolatio est in duobus. In naturalium animæ potentiarum decoratione, & carnis ad spiritū quieta cōcordatione. Tunc enim homo verè spiritualis est, cum spiritus totus est ad Deū erectus, & ei ordinatus, & Deo plenus, & corpus spiritui in his quæ Dei sunt non resistit, sed pro modo suo prompte spiritui obtemperat, nec concupiscendo mala, nec horrēdo dura, vel fastidiendo bona. Potentiæ animæ in quib. imaginem summæ Trinitatis præfert, sunt tres. s. ratio, voluntas, & memoria, quę tamen in seipsis inanes sunt, & vacuæ bonis, & indigēt ornari, & repleri ab eo qui fecit eas, hoc est a Deo. Ratio illuminatur ad cognitionem Dei summè veri. Voluntas accenditur ad amorem boni. Memoria tranquillatur ad fruendum vero bono, nulla istarum valet esse vel perficit sine aliis, si ratio non videret, volūtas non amaret, quia nec sciret quid esset amandum, si vero non amaret, non delectaretur in bono. Item si non memoretur boni, quomodo posset illud cognoscere vel amare? summum autem bonum Deus est, & iō etiā summè verum, quia ab ipso fluunt omnia quæ sunt, & vt bona sint. Sicut Deus machinam mundi huius ex nihilo creauit, postea distinguit & ornauit, ita & hominem primo format. s. corpus in vtero, deinde animam infundit, deinde per interualla ætatum intellectus secundum actionem crescit, & voluntas mouetur, & memoria viget, quasi requirens ornatū sibi cōpetētē. Rōnis ornatus, est lucida intelligētia de Deo & de his q̄ de Deo, sunt & ad Deū conducūt, vt intellectus sacrę scripturę, rōnes fidei, & operū Dei, & intelligere quid sit beneplacitum Deo, & inter uitia & virtutes discernere, & naturas ipsorum agnoscere, & remedia vitiorum, & vias virtutum, & sui vilitatem, & in operibus Dei admirari potentiam, sapientiam, & bonitatem ipsius. Et breuiter diuitiæ & ornatus rationis, sunt sapientia, & scientia, quæ est de Deo, voluntatis ornatus sunt sanctæ affectiones, & deuotio ad Deū, feruor fidei, fiducia spei, dulcedo charitatis, & bonæ voluntatis alacritas, spes de remissione peccatorū, deuotio circa Christi humanitatem & passionem, nec non circa eius Diuinitatē & desideriē regni cœlestis, & confidētia de exauditione orōnis, & affect' diuinæ familiaritatis, & similia, quæ afficiunt hominem ad amorem virtutum & ad odium vitiorum, dilectionem proximorū, & ad studia bonorum operum. Memoriæ ornatus est sacrarum copia cogitationum, & affluentia vtilium meditationum, & stabilis memoria Dei, & exclusio vagationis mentis, & tranquilla adhæsio Dei, & corporaliū imaginationum expulsio, et perfecta oblitio omniū mundanorum, et unus spiritus esse cum Deo. Quia vero corpus datum est homini ad seruiendum spiritui, debet ei obedire sicut domino in omnibus bonis, et non recalcitrare, vel murmurare, sicut cōtumax seruus, vel piger. Et spiritus sicut prudens dominus debet ei prouidere sicut seruo, in trib. s. vt operetur vtiliter ne torpeat, vt castigetur discretè si in aliquo offendit, vt sustentetur temperatè nē lasciuiet vel deficiat sub onere. Quanto plus quisque secundum has regulas ordinatus est, tanto spiritualior est, ista habere est spiritualibus consolationibus foueri, nam aliæ consolationes sicut non sunt necessariæ saluti, sic & sūt suspectæ sunt, et sæpè falsæ, fictę, et deceptorię, vt visiones, reuelationes, prophetiæ, sensuales consolationes, oblectationes, miraculorum operationes, maximè modernis temporibus, licet quandoque reperiātur veræ, sed in paucis. Datur autem spiritualis consolatio nouis religiosis quandoque, vt videant quam largè Deus remunerat sibi seruientes, et quam bonum est seruire tam dulci Dño. Itē ad confirmationem fidei, ad robur spei, ad charitatis ascēsionem, ad desiderii inflammationem, ad eruditionem, vt videant quomodo pergendum sit, sicut in tenebris lumen ostenditur, vt videatur quomodo sit eūdum, et ubi cauendum. Item, ad muniendum contra tentationes.

Quartus processus, qui est tentationis pugna & tribulationis in 13. capita diuiditur.

Cap. 1.

QVartus processus est tentationis, pugnæ, et tribulationis, quibus probatur homo, purgatur et exercitatur, eruditur et humiliatur, vnde Paulus. Qui certat in agone non coronabitur, nisi legitime etc. Quicquid diu durare debet, solet probari et tētari si durabile sit, et omne nobile et carum probatur si valet sicut debet, ita virtus hominis boni quæ nobilissima est, et quę in perpetuum durare debet, in tentatione probatur si constans sit. et Deus probat amicos suos aduersitate, si fideliter in ipso perseuerat, vnde sapiens. Vasa figuli probat fornax, et homines iustos tentatio tribulationis, ex Tobia. Quia acceptus eras Deo necesse erat, vt tentatio probaret te. Purgatur homo etiam a peccatis per tribulationem tentationis, vt dignus fiat gloriæ cœlestis celeri intuitu, ne post mortem indigeat grauius et diutius purgari, vnde in Apo. Ego quos amo, arguo & castigo. Purgatur etiam vt maioris gloriæ & gratiæ capax fiat, sicut vitrum obscurum tergitur ut luminis amplius sit capax. Exercitatur etiam, ut agilior & promptior fiat ad opera iustitiæ, & virtutū exercitiis, quia in statu consolationis sola quies mētis, & studiū deuotionis videbat ei sufficere ad suā perfectionē, quæ ideo ei subtrahitur, vt discat in aliis virtutum studiis exerceri. Sicut .n. mercator, non in foro vno vel apotheca oīa simul inuenit, quæ desiderat, sed in diuersis diuersa, ita religiosus non tantum in quiete deuotionis et dulcedi

ne

Tētationis vtilitas. 2. Tim. 2.

Eccl. 27.

Tob. 12.

Apoc. 3.

Simile.

Digitized by Google

ne consolationis spiritualis, sed etiam in labore certami
nis, et in exercitio bonæ actionis, debet quærere studiũ
perfectionis, et merendi occasionem, ideo dicit Paulus.
Phi. 4. Scio abundare, et penuriam pati, vbique et in omnibus
institutus sum: et alibi. Per arma iustitiæ a dextris, et a si
2.Cor.6. nistris. Eruditur etiam homo a tentationibus, quando
discit quæ sit vtilitas tentationis, et profectus ex eis pro
ueniens, quia ex hoc leuior fit ei tentatio, cum intelligit
1.Cor. 10. quare Deus sic permiserit, et quis inde sibi fructus ac-
crescit, vnde Apostolus Fidelis autem Deus, qui non pa
tietur vos tentari, supra id quod potestis, sed faciet cum
tentatione prouentum, vt sustinere possitis. Eruditur e-
tiam, quod non tantum innitatur proprijs experientijs
cõsolationũ quãtũ, in fiducia ad Deũ, uel fidei certitudi
nem, sicut quidem rudes in uia Dei, qui statim cum sub
trahi sibi sentiunt consolationis experientiam, animo
concidunt, credentes Deum esse a se auersum per gra-
tiam, vel in fide titubare incipiunt, an vera sint quæ de
Deo senserunt. Vult autem Dominus erudire nos per
subtractionem consolationis, & inniti veritati scriptu-
ræ & fidei, potius quam nostræ qualicunque experien-
tiæ, quia fides non haberet meritum, si in sola experien-
tia consisteret, & spes quæ iam teneretur experientia,
spes non esset, per patientiam autem, & consolationem
scripturarum, potiusquam per experientiam, spem ha-
beamus, credentes Deum nunquam a nobis auerti, per
gratiam, quandiu voluntas nostra a Deo non est auer-
sa per consensum peccati, vel per torporem negligentię.
Mandasti iustitiam testimonia tua, & veritatem tuam
nimis. Hæc sunt vera testimonia gratiæ Dei, iustitia in
voluntate & operatione, & veritas Dei secundum pro
missiones sacræ scripturæ, quæ promittit nobis vitam æ-
ternam, si mandata eius obseruamus, ideo dicit Iob. E-
tiam si occiderit me, in ipso sperabo Nolli ergo diffide-
re, cum consolatio internæ dulcedinis tibi subtrahitur,
quasi dereliquerit te, vel bona tua nõ accepta sint ei, sed
recurre ad illa vera testimonia, & consolare in ipsis scili-
cet vt confidas de veritate Dei, quandiu tu non disce-
dis a Deo per consensum pręuaricationis mandatorum
eius, quia ipse non derelinquet te per propitiationem
suam: non enim nos elegimus eum, sed ipse elegit nos,
& prior dilexit nos nondum existentes, vel etiam ei resi
stentes per peccatum, vnde dilexit & elegit nos, non pro
pter nos, sed propter semetipsum, id est sola bona volun
tate sua, propter hoc etiam seruabit nos. Humiliat au-
tem nos Deus per tentationes & tribulationes, vt agno-
scamus quid sumus ex nobis, ne extollamur ex eo, quod
a Deo quidem accepimus, vel accepisse putamus: hoc
Eccles.2. testatur Sapiens cum dicit. In igne probatur argentum
& aurum, homines vero receptibiles in camino humili-
tatis. Quicquid scoriæ vel falsitatis intus latuit, ignis
tentationis prodit. De ipsis bonis humiliemur, viden-
tes quòd non sint nostra, sed Dei, qui quando & quan-
tum voluit nobis dedit, ex gratia non ex meritis. Si con-
solatio spiritualis non subtraheretur homini aliquan-
do, nimis extolleretur, & gratiam perderet, & periret:
subtrahitur ergo ei, ne amittat & perdat: sicut pater par
uulo filio nummos negat, ne de ipsis ludat & perdat, do
nec proficiat in prudentia, & sciat prouide conserua-
re. Videmus quosdam pueros grossos, nimis sibi inde
placere, & gloriam humanam quærere, & tandem eua-
Proue.29. nuerunt, & coram Deo & hominibus viluerunt, ideo
Salamon. Qui delicate nutrit seruum suum ab adole-
scentia sua, postea illum sentiet contumacem. Benignus
Deus, cuius delitiæ sunt esse cum filijs hominum, liben-
ter impartitur has delitias suas seruis suis fidelibus ab a-
dolescentia sua, id est in nouitate conuersionis. Sed heu
postea quosdam eorum sentit contumaces, quando ex
consolatione spirituali elati cæteros despiciunt, & in tor
porem versi, dum famam laudis desiderant, iactantiæ vi
tio deprauantur, & hipocritæ fiunt: & dum meliores vi
deri laborãt quam sunt, Deo se opponunt, gloriam Dei
sibi temere vsurpantes, Bonus autem Deus sciens quan
tum vtilis est homini tentatio & tribulatio, prius ei o-
stendit consolationes dulcedinis, quibus postmodum in Rõ quare
tentatione cõfortetur, ne deficiat, & alliciatur, vt semper Deus dat
ad eas redire desideret, nec desistat eas requirere, donec in princi-
denuo recuperet quod amisit. Sic laboranti in via, prius pio conso-
copiosa paratur refectio, ne illius labore deficiat. Sic co lationes,
lumbæ longius emittendę, prius nutriuntur tritico cum cum exem
melle, vt quæ longe emissæ fuerint, semper illuc redire plis pul-
contendant, vbi delicate se esse pastas reminiscuntur. cherrimis.
Sic Petrus prius in montem excelsum seorsum ducitur,
vbi gloriam transfigurationis Christi videat, vt postea
a Sathana expetitus, vt cribraret eum in tẽtatione reco-
leret prioris dulcedinis, quam expertus erat, & rediret Matth.17.
ad Dominum, quem tam amabilem senserat, ne diffi-
dens & deficiens desperaret. Sic filijs Israel prius man- Luc. 22.
na datur in deserto, ne postea longo itinere & certami-
ne fatigentur. Exod. 16.

De speciebus tentationum. Cap. 2.

MVltæ sunt tentationum species. Prima est subtrã
ctio & inopia deuotionis: aliæ sine ista, nullam
vel minorem virtutem habent, cum ipsa deuo-
tio sit quasi domus refugij ab omni tribulatione, ideo
Dauid Dicit. Dominus mihi adiutor, & ego despiciam Psal.47. &
inimicos meos. Item si consistant aduersum me castra, 117.
& cęte. Subtracto ergo tam singulari refugio, quodam-
modo inermis expositus est hostibus tentationum, &
ideo pauidus efficitur, & pusillanimis, nisi fidei & spei
firmitate se muniat, & patientia & humilitate se defen-
dat, quæ tunc maxime habent locum exercendi se, &
magnam gloriam promerendi. Fides aũt probatur, si iã Probatio
credit vera esse, quæ iam desijt per gustum dulcedinis virtutum.
experiri. Dulcia nimis sunt omnia quæ de Deo gusta-
mus, sed gustus eorum ideo subtrahitur bonis, vt fides
magis innitatur auctoritati scripturæ, quam experien-
tiæ, & magis ex hoc meritoria fit. Spes probatur, si cõfi
dat Deum esse sibi propitium, etiam dum flagellat, &
ita studeat studiose seruire et placere in omnibus, ac si Genes.15.
sentiat et videat eum sibi esse placatum: vnde Abraham & Rom 4
laudatur, quia contra spem credidit diuinę promissioni,
et non hæsitauit diffidentia: certissime scias, ꝙ quæ-
cunq; promisit Deus, potens est et facere. Patientia pro
batur, si non murmuret contra Deum, quasi ex sua du-
ritia hominem tribulet et desoletur, et si longanimiter
sustineat beneplacitum Dei & non deficiat in aduersis.
Humilitas probatur, si cogitet se digne puniri, quasi q
indignus est spirituali consolatione, & si iustificet Deũ,
quod iuste iudicauit puniendo reum & ingratum, pri-
uando eum beneficio consolationis internæ. Tantum
nobis debet Deus placere, & tantum debemus Deum
diligere quando nos punit, sicut quando consolamur:
quia tam pia intentione nos punit ut purget, sicut dum
blanditur vt consoletur, ideo Apostolus ait. Quis enim Heb. 12.
filius, quem non corripit pater? & Ioannes Quos amo, Apoc. 3.
arguo et castigo.

De secunda tentacionum specie. Cap. 3.

QVidam enim tentatur ex difficultate bene ope-
randi, & habent aliquam bonam voluntatem,
sed non fortẽ. ex difficultate obstacula inueniũt,
quasi qui saxum magnum voluũt, et inde affliguntur,
tam ex remorsu conscientiæ quæ accusat eos, quam

ex dolore tardi profectus, et desiderio vitæ sanctioris.
Quidam enim vellent habere bona opera, & non va-
Rom. 7. lent ad ea exequenda seipsos vincere, iuxta illud Aposto
li. Velle mihi adiacet, perficere autem non inuenio. Ali
qua vero possent, sed ista videntur eis arida & praua, quia
diffidunt ea placere Deo, vel alicuius meriti fore: & sic
vtrobique negligentes sunt, ita incidunt in quandam tri
stitiam & diffidentiam, sicut dicit Bern. de talibus. Sunt
qui in spiritualibus studijs fatigati, & versi in torporē,
ambulant tristes vias Domini: longos dies, longas quæ
runt & noctes, frequenter murmurant, corde arido ad
quælibet iniuncta accedunt, &c. Quidam enim horror
terret eos, cum cogitant de profectu spirituali, quasi di
Iosuæ 9. cant apud se, bona est victoria, sed dura est pugna: dul-
ce est præmium, sed labor merendi granis. Sic explora-
tores missi in terram promissionis, reuersi commenda-
bant vbertatem terræ, ostensis fructibus: sed terruerunt
populum pro difficultate impugnationis hostiū, & pro
ceritate inhabitantium. Ita religiosi quidam exploran-
tes terram per scripturas, gaudia magna prædicant in
cęlo fore, sed pugnas tentationum & labores spiritualiū
exercitiorum ita exhorrent, quòd potius volunt in de-
serto mori, quam introduci in terram promissionis: hoc
est magis volunt in quodam medio statu remanere in
ter sæcularem & spiritualem, vitam quasi inter Ægyptū
& terram promissiunis, in deserto acediosæ conuersatio
nis, quam per labores & tribulationes peruenire ad glo
riam perfectionis. Gigantes territi etiam mirantur & ti
ment, quasi mōstra Enacim, cum magnorum sanctorū
vitas considerant, & de propria paruitate diffidentes, il-
lorum perfectionem attingere non ex humilitate, sed ex
pauiditate desperant, causantes & murmurantes contra
Deum, quod tam dura seruicia ab hominibus requirat,
sicut illi qui educti erant de Aegypto ad tales miserias
tolerandas, vnde etiam tam pauci veniunt ad perfectio-
nem: sicut de omnib. supra ad pugnam enumeratis, tan-
tum duo terram promissionis intrauerunt, quia illi soli
perfecti sunt religiosi, qui etiam in pugna tentationis,
& in exercitio virtutis in fatigabiliter cōstantes fuerint,
in pugna, resistendo malis, in exercitio insistendo bonis
vsq; in fine.

De tertia tentationum specie. Cap. 4.

EX hoc sequitur alia tentatio, scilicet fastidij, qua fa
stidit homo omne bonum, tædet eum orare, lege-
re, meditari, tædet eum audire bona vel loqui, vel
operari, vel interesse diuinis, etiam quæ sine graui labo
re posset facere, & exinde quia ad magna virtutum præ
mia peruenire diffidit, etiam in minoribus exerceri fa-
Num. 21. stidit. Et quòd hæc tentatio ex priori oriatur, ostendi-
tur, quia statim post murmur populi pro labore, sequi-
tur murmur pro fastidio mannæ, quod significat spiri-
tualis refectionis alimentum, sicut sunt verba sacræ scri
Psal. 106. pturæ, & bona opera quæ pascunt hominem & animā,
& reficiunt conscientiam, de hoc Propheta dicit. Om-
nem escam abominata est anima eorum, & appropin-
quauerunt vsq; ad portas mortis. Ad duo autem trahit
ista tentatio, aut ad exteriores consolaciunculas & sæ-
culares leuitates, vt qui non habent in spiritualibus con
solationem, saltem in carnalibus quærat & in sæculari-
bus, magis quo consulat, fastidio quo vexatur, sic & il-
li qui manna nauseant, carnes concupiscunt, & pepones,
& porros, &c. id est terrena & carnalia gaudia, sollicitu
dines exterorum negociorum, quæ sua acredine, quasi
porri fastidientem gustum mutando delectant, sed po-
stea conscientiam amaricatam ad fletum compellunt,
aut ad nimiam tristitiam trahunt. Hæc tentatio fastidij,
dum non habet in spiritualibus delectationem, & in car
nalibus consolari renuit, sic nusquam inueniens refu-
gium, malo mœrore consumitur. Solum ergo restat, vt
instanter clament ad Dominum dum tribulantur, vt de
necessitatibus suis liberentur, & sacrificent sacrificium
laudis, & annuncient opera eius in exultatione, id est re
colant beneficia Dei, vt ex illis ad laudem eius in exulta
tione spiritus prouocentur.

De quarta tentationum specie.
Capitulum. 5.

QVòd si statim non successerit, sequitur alia
tentatio grauis impatientiæ contra Deum,
quare tam durus, & immisericors sit tribu-
lato, quare tam parcus in dando gratiam æ-
geno & tam anxie petenti, tam importune pulsanti?
Et hæc tentatio quandoq; tam valida est, quòd quasi in Deuotionis sub-
sanit homo, & palpitat ex vehementi mœrore, quia ibi tractæ dila
non inuenit solatium, quod deberet ei esse vnicum refu tio grauiter
gium in oratione & in tanta suppositione. Cum Domi- ter pręmit.
nus dicat, &cæt. Qui quærit inueniet, & Iob. Clamo ad
te, & non exaudis me, sto, & non respicis me, mutatus Matt. 7.
es mihi in crudelem, & in duritia manus tuę aduersaris Iob. 30.
mihi. & Isa. Multitudo misericordiarum tuarum, & Isa. 63.
miserationum super me continnerunt se, &cæt. & Abac. Abac. 1.
Vsquequo Domine clamabo, & non exaudies? &cæter.
Item exurge quare obdormis Domine? &cæt Item il-
lud murmur filiorum Israel. Est ne Deus in nobis an
non? Hæc omnia illius tentationis anxietatem expri- Exod. 17.
munt, quæ non valet melius superari, nisi patienter tole-
rando, & humiliter expectando, donec nobis benigni
tatis suæ vultum dignetur ostendete, & manum largita
tis aperire, vt cœlum, quod super nos quasi ęneum senti
tur, stillas gratiæ nobis influat & terra cordis nostri
quasi ferrea, emollita pluuijs benignitatis Domini, det
fructum suum, id est affectus pios, & desiderium deuo-
tionis.

De quinta tentationum specie. Cap. 6.

ILla autem tentatio magis periculosa est, quæ mi-
nus molesta sentitur, quando ex longo tempore
& vsu subtractionis gratię, & deuotionis, post mul
ta anxia desideria, & labores pro recuperanda gra-
tia homo quasi lassus remittit animum suum ab inten-
tione quærendi, & sub colore patientiæ desinit oculos
attollere ad opes, quas se habere posse non videt, &
cum indignanti humilitate cogitat se forte indignum
tali gratia, & quòd forsan de ipso illud ordinauit Deus,
vt ad exteriora conuersus multis prosit, Et ideo ab in-
terioribus sic repulsus vult etiam sub discretionis ve-
lamine, deinceps parcere sibi, ne corpus rursus debilite
tur, vel caput irrecuperabiliter destruatur, Et incipit re-
missior esse in studio orationis, & ad confabulatio-
nes promptior, ad euagandum pronior siue paratior,
ad corporis commoda studiosior, ad inanes iocos
promptior, ad exteriores occupationes sub specie redi-
mendi tempus vtiliter voluntarius & intentus. Et ita
paulatim subtrahitur ei feruor, et desiderium proficien
di refrigescit, & studium languescit, subintrant affe-
ctiones religiosarum fœminarum usque ad visitationes
illarum, et omnibus alijs extinctis, solum remanet
ei ad solatium debile, quia adhuc scit loqui de spiri-
tualibus, per quod vel seipsum præfert multis inexper-
tis talium experientiarum spiritualium, uel acquirit
sibi nomen apud religiosas fœminas, quæ existi-
mant eum loqui ex cordis abundantia, et esse bonum
instructorem vitæ spiritualis, et deuotionis inter-
næ. In

Digitized by Google

næ. In huius tentationis tempestate plurimi fluctuant & pauci enauigant, quos nec amor afficit, nec desiderium trahit, nec timor stimulat, nec feruor proficiendi vrget, remissi in omnibus, & si qua bona videntur facere, ex vsu quodam vel pudore faciunt humano, vel ex timore, ne deterius eis contingat. Vnde qui hoc desiderat superare, oportet vt vim sibimet faciat, tam cordi, quam corpori, sicut pigrum animal quod calcaribus trahitur, & flagellis agitatur. Quidam namque trahũtur impetu furoris ad bonum. Sicut igitur illi indigent freno, quo retrahantur ne præcipitentur, ita alij indigẽt flagello impellente, quo ad bonum quasi coacti incitentur. Misericors autem Deus quo difficilius quis in tentationis pugna certauerit, eo magis pfectionis gratiã retribuit in pręsenti, & maioris glorię pręmiũ in futuro.

De sexta tentationum specie. Cap. 7.

SVnt & aliæ plurimæ tentationum species, quarum naturam, & origines persequi longum esset. Sic enim nullus medicorum omnes morborum corporalium varietates & dolores plenè potest cognoscere, quantò minus spirituales morbos tentationum, & passionum, quę subtiliores sunt, valet aliquis plenè discernere, nisi Spiritusancto plenissimè illustratus? Acerbissimæ tamen tentationes videntur, hęsitatio in fide catholica, & desperatio de Dei misericordia, & spiritus blasphemiæ contra Deum & sanctos, & tentatio incidendi sibi manus, & se perimendi, & quædam perplexitas quærulosæ conscientię, medicinale consilium non admittendi.

Acerbissimas recenset tentationes, iter quas ponit querulosã cõscientiã.

De remediis contra tentationum impetus. Cap. 8.

COntra tales, ista maxime valent remedia. Primò vt consolentur, quod timeant illas tentationes, quia magis ad meritum proficient patienti, quàm ad detrimentum. Secundo quod patienter tolerẽt, sicut si Sathanas aliquem visibiliter vel sensibiliter tribularet. Tertio quod non curent, nec ratiocinãdo eis resistatur, quia ex hoc magis quasi confirmatæ inflammarentur, sed ad alia tractanda conuertat se homo, quibus attractus, obliuiscantur passionis suæ, sicut corporali passione laborans, si habet quo occupatus obliuiscatur sui, leuius interim torquetur. Quaro vt orationibus suis, & aliorum bonorum hominum misericordiæ diuinæ remedium imploret.

De tentatione generalissima. Cap. 9.

GEneralissima autem tentatio qua omnes in hoc mari magno quassamur, potest ad omnem conflictum vitiorum referri, in qua sępe periclitamur, quasi submergendi, & iterum resumptis viribus subleuamur quasi deinceps ab eorum impugnatione securi, de qua dicitur. Qui descendunt mare in nauib. &c.

Psal. 106. Mare est profundũ vitiorũ, naues religiones quib. enauigatur seculi vitijs, procellæ maris tẽtationes vitiorũ, vbi vident nauigantes opera domini & mirabilia eius in profundo, qñ considerant, quãta potentia, & pietate custodit certantes à fluctibus peccatorum, & quãta sapientiæ ratione permittit eos tribulari, & dat eis victo-

Eccles. 34. riam per varia consilia, & remedia vitiorum, & in Eccl. Qui non est tentatus, qualia scit? & qui non est tentatus pauca recognouit? Vir in multis expertus cogitabit multa, & qui multa didicit, enarrabit intellectum. Ascẽdunt vsque ad cœlos, per fiduciæ securitatem, & rursum descendunt vsq; ad abyssos, per timorem succumbendi in tentatione. Vel ascendunt vsq; ad cęlos, aspiciendo ad diuinæ pietatis auxilium, descendunt vsque in abyssos, intuendo propriæ fragilitatis defectum.

De subtractione consolationis internæ.
Capitulum. 10.

TRia autem dicimus in subtractione consolationis internæ, scilicet de minimis beneficijs gratias agere, & minimas quaslibet culpas & negligentias timere vel cauere, & minima aduersa queq; discim' patienter tolerare, de opulenta mensa multæ micæ, imò quandoq; aliqua decidunt frusta, sic homo abundans diuersis consolationum donis, plurima beneficia Dei sine debita gratiarum actione præterit, plurimas gratias sponte oblatas negligit opere exercere, plurima parua reputat quæ magna sunt, plurima nec agnoscit. Sed his omnibus subtractis, sicut vir vidẽs paupertatem suam, recolit quantùm prius habuit, quæ potuit habere, quæ iã non hẽt, vel põt, & sicut mẽdicus famelicus, modicã bucellam gratãter accipit, & studiose colligit fragmenta ne pereant, qui prius delicata fercula paruifecit. Colligite fragmenta ne pereant. Ioan. 6. Beneficia Dei nobilia & preciosa sũt ex nobilitate dãtis, ex affectu liberalitatis, & charitatis, qui etiam si paruissima daret, grata esse deberent. Item etiam ex prętiositate, & nobilitate doni. Nam quid nobilius spiritu Dei quem vobis dat? Quid vtilius eo quo transformamur in Deum & deificamur 2. Pet. 1. & hæredes regni eius efficimur? Ideo dicit Petrus, Maxima & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hæc efficiamur diuinæ consortes naturæ. Item ex vtilitate eius cui datur. Quid enim Deo cum luto? Lutum. n. sumus viles, vitiosi, peccatores, ingrati, inopes omnis boni, miseri & mortis rei, & Deus memor nostri esse dignatur. Si rex dignatur pauperis tantam habere memoriam, & si modica det ei, hoc ipsum pauperi videri magnum debet, vnde Psalm. Quid est homo quòd memor es eius? &c. Psal. 8. Minimas etiam culpas cauere docemur, quia timendum nobis est, ne forte ex culpa & magna ingratitudine nostra, gratia sit nobis subtracta, vt eam recipere contemnendo negligamus, quam tamen amisimus ĩ tãta vbertate vel liberalitate: quapropter Sapiens dicit. Qui spernit modica, paulatim decidet. Eccle. 19 Aug. Vitasti grandia, caue ne obruaris arena, & in Ecclesiastic. Qui Deum timet, nihil negligit. Ex minimis guttis multiplicatis inundationes aquarum fiunt, Eccles. 7. quæ etiam magna aliquando menia subruunt, per modicam rimam aqua latenter in nauem influit, donec submergatur; Minima etiam aduersa patienter tolerare assuescamus, quia maiora non superat, qui minora tollerare non discit. Multi optant pro Christo mori, qui pro Christo nolunt leuia verba pati, sed quem terret sonitus folij volantis, quomodo sustineret ictum gladij terribiliter vibrantis? discamus ergo, omnia peccata pro posse cauere, & pro his quæ fecimus omnia aduersa humiliter pati: & omnibus beneficijs Dei debitam considerationem, cum gratiarum actione exhibere semper: & gratiam Dei non in vacuum recipere, & digni erimus, vt gratia nobis subtracta etiam augmẽtata reddatur, vt ad magnum profectum peruenire mereamur.

Quot modis fit retractio à vero bono.
Capitulum. 11.

TEntatio quãtum ad pręsentem materiam, potest dici quilibet motus, vel affectus, vel sensus a vero bono retrahens. Fit autem hoc tribus modis, aut alliciendo per delectabilia, aut terrendo per contraria, & aspera, aut decipiendo per falsa & verisimilia, & sic tres animæ vires corrumpuntur. Concupiscibitas p delectabilia carni, oculis, & cordi .i. p voluptates, diuitias, & honores mundanos. Irascibilitas p timores va-

Potentiæ aĩa, quò corrũpantur.

Digitized by Google

rios debilitatur in resistendo vitijs,& insistendo virtuti
bus. Rationabilitas cæcatur,vt bonum malum iudicet,
& malum bonum,& lucem veritatis ponat tenebras, &
tenebras falsitatis ponat esse lucē,vnde dicit in Psal.Cor
Psal.37. meum conturbatum est in me, sicut aqua luto turbata
& immunda,reliquit me virtus mea,qua debui vero bo
no inhærere veraciter, & lumen oculorum meorum
non est mecum,quo verum à falso discernere debui.Cō
Q̄uo tentā cupiscibilitas dupliciter tentatur, quia delectatio ei spi-
tur eædem ritualis subtrahitur,& indè desolatur, & carnalis concu
animæ vi- piscentia ei ingeritur,& inde fędatur. Irascibilitas dupli
res. citer tentatur, dum infirmatur ad bonum, & procliuis
est ad malum. Rationabilitas dupliciter tentatur, quia
intelligit bonum, & non agnoscit quod bonum sit, &
sub specie veri à falsitate deluditur; Diabolus enim sug
gerit animę interius praua consilia, mundus exterius in
gerit materiam concupiscibilem,caro delectatur, mens
recipit & consentit delectationi, vel non repugnat.

Vtrum tentationes sint vtiles. Cap.12.

VTrum autem sit vtilius habere tentationes vel ca
rere,solus rei exitus probat, qa habere eas & viri
liter resistere magnę virtutis est,superare verò &
triumphare de ipsis, gloriosum est, carere autem com-
modius & securius est,succumbere periculosum, appe-
tere eas,& sese ingerere, incautum est maxime infirmis
& imperfectis: exercitare tamen se ad pugnam sponta-
neam contra spiritualia vitia, videlicet, iram,inuidiam,
& vanam gloriam,&c. aliquando vtile est ei qui inter il
los morari eligit, qui eum persequuntur & offendunt,
vt sic discat patiētiam, & ei qui sub discreto magistro
viuit,qui in omnibus frangit eius voluntatem,vt sic as-
suescat esse humiliter obediens & promptè,& sic decę-
Carnalis teris vitiis spiritualibus expugnandis.De carnalibus au
pugna sem tem vitiis hoc periculosum,& stultum est, sed sunt fu-
per fugien giendæ eorum pugnæ,& à memoria excludendę, & oc
da. casiones earum tollendæ. Vndè Dominus noluit se per
mittere de luxuria tentari, vt doceret nō debere nos in
gerere huic tentationi, etiam in spe triumphi & pre-
mii. Cum enim hæc tentatio magnam habeat delecta-
tionem admixtam,& in hoc vitio concepti simus,& nō
solum mens sed etiam corpus delectetur,ideo periculo-
sior, & facilior est aditus, sicut hostis qui in vrbe ali-
Simile. quos fauentes habet,si intra portam irrumpit, potētius
eam capit:vnde Paulus dicit. Omne peccatum quod fa
cit homo extra corpus est,&c. Tentationibus autem in
quibus delectatio consistit,maximè teneri & infirmi su
perantur, in quibus amor mundi nondum extinctus
est, & ideo citius accenduntur ex concupiscentiis mun-
di, sicut candela adhuc fumigans citò capit flammam.
1.Cor.6. Tentatio verò impetuosa & quasi violenta, fortiores
impetit,vt qui mollibus non flectuntur, duris & robu-
stis tentationibus quasi ventis validis euellantur. Ten-
tationes autem fraudulentæ, quę se sub specie boni pal
liant,licet quosque rudes & stultos decipiant, qui non-
dū cognouerunt altitudinem Sathanę.i.astutias eius cō
prehendunt, tamen singulis perfectis & bene proficien
Psal.141. tibus insidiantur: dicit.n. Psal. In via hac qua ambula-
bam,absconderunt laqueum mihi.& Paulus ad Cor.Sa
2.Cor.11. thanas transfigurat se in Angelum lucis,&c.Si enim eis
in sua figura appareret,quæ valde turpis est,horrerēt eū
& fugerent:si aperte impugnaret resisterēt ei, & auxi-
lio Dei fugarent & vincerēt, & sic nihil proficeret apud
eos,boni enim quia mundi sunt, detestantur immunda
peccata:quia virtuosi sunt,viriliter contra omne malum
pugnant,quod malum esse cognoscunt. Venit ergo Sa-
tanas in specie angeli boni,quem credit ab omnibus di-
ligi,vt tanto facilius decipiat,quātò bonus putatur nū-
tius,& qui non soleat nisi bona nunciare. Bernardus,
Bonus nunquàm, nisi boni similitudine deceptus est.
vt facilius recipiatur eius persuasio,primo bona sola ꝓ-
ponit. postmodū mixta malis,tandem falsa bona,sed ve
ra mala. Postremò cum irretierit eos, & illaqueauerit
insolubiliter,aperte caput venenatum erigit,& in aper-
to peccato eos subijcit: sicut scorpio, qui blandam fa-
ciem habet,& caudam venenosam,cum qua occidit.Sic Nu. 13.
Gabaonitæ simulato peregrino habitu,deceperūt filios
Israel, vt parcerent eis,cum de genere hostium forent.
Quanti sub specie spiritualis dilectionis,spirituales fœ-
minas frequentauerunt, & orationum ipsarum obten-
tu, ecce quanta puritas in prima intentione, scilicet
charitas & deuotio,postea sequuntur longæ confabula
tiones,modo de Deo,modo de ipsorum amore mutuo,
& fide,& amorosi aspectus,& munuscula pro memoria
libus charitatis. Ecce quomodo mixta sunt iam bona
spiritualis consolationis,& fidelis affectio cum malis in
utilis confabulationis, & incautę familiaritatis, & in-
utili occupatione cordis circa dilectam. Tandem
sequuntur falsa bona, id est vera mala, scilicet ample-
xus,oscula,tactus manuum, & vberum, & similia, quæ
omnia suspecta sunt, & carnalis affectionis indicia, &
turpis operis præludia. Postremò impudica succe-
dunt,quasi fructus præcedentium, scilicet aperta opera
iniquitatis. Aug. O quam parua & breuis concubitus
hora, in qua amittitur vita æterna. In hunc modum
paliat se sæpè superbia, sæpè inuidia, & auaritia, & a-
lia vitia, quæ cum non audent bonos tentare aperta fa-
cie,quos sciunt omne malum odire, assumunt aliquod
velamen virtutis, ne agnoscantur esse quod sunt, sicut 2.Reg.20.
qui mentitur se amicum esse,donec admissus dolosè in-
terficiat.Sicut Ioab tenuit mentū Amasę,quasi oscula-
retur eum,ne suspicaretur eum hostem esse, & non ob-
seruaret gladium eius dolosum, & ita in dolo occidit
eum. Sic Iudas osculo Christum tradidit crucifigen-
dum à Iudęis.

De labore & pugna tentationum. Cap.13.

IN tentatione tria maximè debemus aduertere, siue
ex labore pugnę & inquietudine cordis quam pati-
mur, siue ex timore,ne forte superemur, & succum-
bamus per tentationis assensum, siue quia fortè time-
mus, ne fortè nimis debiliter resistamus, & per hoc
Deum & propriam conscientiam offendamus, licet ta-
men plenè non consentiamus. Omnibus his tentatio-
nibus quinque modis resistendum est. Primus est co-
gitationes auertere alias occupationes assumen- Quinque
do, quibus obliuiscatur homo impugnationis quātum modi resi-
potest. Secundus est, materias & occasiones tentatio- stendi tēta
nis fugere & declinare,maxime carnales,quæ appropin tionibus.
quantes sibi accedunt vt ignis, & incendunt. Tertius
patiēter & humiliter virgam Domini sustinere, vt & se
dignum afflictione & labore pugnæ iudicet, & tolleret
patienter,confidens quod ei proueniet in bonum, quia
sic citius placabilis erit ei Dominus,& purgabitur a pec
catis,& emendabitur à vitijs,& ditabitur virtutibus,&
scientia, & meritis & gloria. Vnde Grego. Qui ap-
petit vitia vincere plene,studeat humiliter purgationis
suę flagella tollere. Cum Deo non possumus conten-
dere,nec per iustitiam, quia peccatores sumus, nec per
potētiā, quia infirmi & serui eius sumus,nec fugere ab
eo per astutiam, quia nusquam eum latere poterimus,
& dominij eius terminos exire: Vnde Psalmus. Quo Psal. 138.
ibo à spiritu tuo, &c. & Iob. Sapiens corde est & for- Iob.9.
tis robore, qui resistit ei, & pacem habuerit, vnde
humiliemus nos coram ipso, & sic misericordiam
consequemur. Quartus est orationi incumbe-
re, & auxilium supernæ virtutis per se, & aliorum
suffragia

Digitized by Google

suffragia implorare, quia nec nostris viribus, nec meritis nec prudentia possumus de tot hostibus triumphare, vel sine letali vulnere transire, nisi protecti in manu Dei, & eius adiutorio confortati, qua propter Psal. ait. Inuoca me in die tribulationis, & eruam te & honorificabis me. Ad hoc enim quandoque permittit Deus hominem tribulari, vt excitetur ad orationis studium & confugiat ad Dominum, & experiatur eius auxilium, & ad eius exauditionis solatium amplius in eius amorem exardescat, & sic tam in merito virtutum, quam in fiducia eius dilectionis excrescat. Sic diligentibus Deū omnia cooperantur in bonum, tam prospera quam aduersa. Solet etiam Deus quandoque fidelem seruum suum postmodum amplius consolari, & prioris perfectionis gratiam conferre in illis, de quibus aliquando fuerat in tentationis molestia grauiter tribulatus. Sicut de Beato Benedicto scribit Beatus Gregor. Qui dum carnis tentatione grauiter impugnaretur, quia viriliter restitit, ita plene vicit vt Dei gratia nunquam postea motus carnalis illecebræ in se sentierit, iuxta illud Psalm. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, &c. Sic etiam in tentationibus contra fidei & blasphemiæ spiritus, meretur fidelis bellator quandoq; in fide clarius illustrari, & in amore Dei ardentius inflammari, vt dicitur in Isa. Erunt capientes qui se ceperant, & abijcient exactores suos.

Psal. 49.

Psal. 93.
Isa. 14



QVINTVS PROCESSVS,

Qui est ad animę medicinam. in capita 10. distinguitur, & primo,

De remediis tentationum, & vitiorum, & de sanitate. Capit. 1.

QVintus modus, qui etiam quintus processus religionis est. Singulis vitiorū tentationibus singularibus remedijs solet mederi. Hic potest status curationis, vel remediorum dici spiritualium, quo cura diligens morbis vitiorum adhibetur, vt ad sanitatis statum perueniatur, de quibus remedijs quia in præcedentibus dictum est, ideo non oportet repetere. Ea autem diligentia debet ei studere, animæ suę remedium perquirere, & sanandis spiritualibus morbis vitiorum inuigilare, qui letali morbo laborans medicum, qui eum curare posset inquireret. Et tanto diligentius cura animabus curandis adhibenda est, quanto animarum periculosior morbus est, & cura difficilior est, & sanitas præstantior animæ, quam corporis morituri. Inquantum autem de corporis sanitate fuimus soliciti magis quam de animæ salute, intantum conuincimur illud plus diligere, & illius sanitatem amplius desiderare. Sanitas corporis consistit in integritate membrorum, & sensuum & humorum ordinata qualitate, & vigore spirituum. Sanitas animæ consistit in recta & circunspecta actione incautę locutionis, obseruatione, & in rectitudine voluntatis, ordinatione affectionis, vtilitate cogitationis. Actio debet esse in tribus circūspecta. Primò an liceat. Secundo an deceat. Tertio an expediat. Illicitum est omne quod est contra Dei præceptum, vel Ecclesiastica instituta, vel contra voti proprij sponsionem discretā. Vt est votum

Sanitas corporis & animæ quibus cōstet.

Illicitum quid.

continentiæ, obedientiæ, & abdicationis proprietatis, & aliorum sub voto regulari comprehensorum. Indecens est, quod non bonam speciem prætendit, & colorem illiciti habet, etiam si non expressam veritatem, vt omne scandalum, & quod alicuius vitij, vel peccati notam habere videtur & secundum statum agentis inconueniens iudicatur, vnde Paulus. Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant, hoc est, licet aliqua in se non sint simpliciter illicita, tamen quia proximos ex mala specie scandalizant & nullum ædificant, seruo Dei cuitanda sunt, ne percutiant conscientias infirmorum exemplo malæ ædificationis, & Dominū inhonorent, quia indisciplinatio famulorum redundat in confusionem Domini ipsorum. Paulus enim ait. Gloriaris in Deo, quasi seruus in domino, & præuaricatione legis, Deum inhonorans. Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes. Inexpediens est, quod caret fructu vtilitatis, & ratione iustæ necessitatis. Vacuus autem in conspectu Dei apparet, cuius actio fructu vtilitatis caret, sicut ramus arefactus in arbore, & lignum infructuosum in vinea vel pomerio. Deus autem qui omnes large remunerare desiderat, tot occasiones homini prouidit ad merendū, quot actiones meritorias ei concedit. Et merito puniendus est qui his neglectis inutilia & infructuosa sequatur. Veluti si quis hortum plenum nobilibus fructibus ingrediens, sola vilia & amara caperet, & nociua. In locutione tria sunt seruanda. Primo vt tardus sit ad loquendum, secundum illud Eccles. Loquere in tua causa vix, id est cum necesse fuerit, quanto magis in non tua, vel in non causa, sed in leui necessitate. Si bis interrogatus fueris habeat caput responsum tuum, vt vtilitas & oportunitas exigat esse loquendum. Vtilitas necessitate ædificationis, vitandi euidentis nocumenti, & honoris Dei promouendi. Oportunitas temporis, loci, causæ, & qualitas audientiū, quoniam legitur. Vas quod non habuerit operculum vel ligaturam desuper immundum erit, puluis enim incidet, & vermes & alia immunda inquinabunt. Et si quid pretiosi vel aromatici liquoris in eo recōditur, euaporatur virtus eius. Sic qui per censuram silentij non ponit os suo custodiam, frequenter immundatur sorde illicitorum verborum, mendacijs, maledictis, detractionibus, turpiloquijs, iactātijs, scurrilitatibus & similibus. Si quid etiam deuotionis intus habet uel occultæ virtutis, citius euaporat, infrigidatur, & euanescit, sicut sæpe possumus experiri, quando post compunctionis gratiam ad verba ociosa deuoluimur, mox sapor diminuitur, & teruor extinguitur, & intelligentia obscuratur, & mentis in deum intentio dissipatur, & cor à bono quod prius habuerat euacuatur. Secundum est, in loquendo circunspectum esse, vt consideret quid loquatur & qualiter, & coram quo, vt disponat sermones suos in iudicio discretionis, ne alicui loquēdo noceat, nec aliquē indebite offendat vel scādalizet, ne quid falsi admisceat qđ postea conscientiā remordeat & dixisse pœniteat, ideo dicitur in Eccles. Cor fatuorum in ore eorum. Et ideo cum aperiunt os, offendunt totum quod habent intus per stultitiam. Os autem sapientum in corde ipsorum, quia os non profert, nisi quod cor prius deliberauerit esse loquendum. Qui custodit os suum, custodit a periculo animam suam. qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala, vnde dicitur in Matt. De omni uerbo ocioso, &c. Greg. ociosum uerbum est, quod aut ratione iustæ necessitatis, aut intentione piæ vtilitatis caret. Si ergo culpa nō caret sermo ociosus, & nō prodest, quid de pernicioso, qui ēt obest? Tertiū ut breuiter loquatur & non sine necessitate, vel vtilitate multiplicet uerba, quia qui multis vtitur verbis, lædit animam suam, ideo Salamon in Prouerbijs dicit. In multiloquio non deest peccatum, duo enim verba quæ sola nobis permissa sunt, inter omnia cito dicta sunt, id est quod ne-

Indecens.
1. Cor. 6.
Rom. 2.
Inexpediens.
Exo. 22.
Eccle. 32.
Bene loquendi ratio.
Num. 19.
Eccle. 21.
Proue. 13
Matt. 12.

Digitized by Google

cessarium est tibi, vel alteri, vel vtile est tibi, vel alteri ne
cessitas citò insinuata est sapienti. Nam apud insipiētem
nulla verba sufficiūt. Et vtilitas ēt si sępe nimia verba ef
fundit, onerosa est & fastidiosa. Nō multis opus est ver-
bis, sed paucis & efficacibus, vt habetur in Prouerbijs. Si
Prouе.21. cut vrbs patens & absque murorum ambitu, sic vir qui
non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Greg.
Quæ murum silentij non habet, patet inimici iaculis ci
uitas mētis. Sic cautus & parcus sit homo in verbis suis,
sicut auarus in nummis suis, quia verba quibus gloriam
cœli meremur, preciosiora sunt omni thesauro, iuxta il-
Proue.21. lud Prouerb. Thesaurus desiderabilis requiescit in ore
sapientis. Auarus pecuniæ & parcus, profunde & in ab-
scondito recondit eam, nec proferret ea largiendo, nisi
pro vrgenti necessitate vel vtilitate sua, & cauet ne
vel obolum superflue effundat, supra quam necesse sit.
Sic & religiosus cordis sui thesaurum abscondit, raro lo
quendo, & nisi pro necessaria causa, vel vtili os ad loquē
dum aperiat, & quod est loquendum, paucioribus ver-
bis potest expedire, prout sufficit ad hoc vt superflue nō
effundat. Quadruplex ei bonum prouenit quia cauebit
a peccato multiloquij vel vaniloquij, quia intellectus e-
ius magis profundabitur, sublimabitur, sicut aqua cōclu
sa quæ nullum exitum habet per quem effluat, crescit in
altum. Item quod loquetur apud homines, magis habe-
tur autenticum, cum sciant eum cum maturitate loqui,
& non leuiter effundere sua verba. Item singularem gra
tiam meretur in cœlo.

De disciplina morum. Cap. 2.

MOrum disciplina in religiosis triplici decore de
coratur, scilicet si sint maturi, humiles, & beni-
gni. Maturi, vt nō sint leues ad vidēdū vel proni
ad risum, nec curiosi, vel verbosi, nec ioculatores: matu-
ritas etiam intus mentem componit, & corpus exterius
ab insolentia custodit, caput regit ne leuiter hinc inde
circunferat, oculos ne euagētur, aures ne curiose auscul
tent quæ minus expediunt, linguam refrenat ab ocio-
sis & infructuosis verbis, manus ab inutilibus occupa-
tionibus, pedes a vanis ambulationibus & indecentibus
totum corpus ab inquieto motu cohibet, nisi secundū
quod ratio exposcit. Vnde beatus Bernardus scribens
de sancto Malachia Episcopo, comendat eum, quod ita
compositus fuit moribus, quòd nec manum vel oculū,
vel aliquod membrum leuiter mouebat aliquando, nisi
secundum quod ratio & causa dictabat, vt nil in eo appare
ret, quod posset continentes male ædificare, & eos certi
ficare, quod totum corpus in eo indisciplinatum fuerit. Hu
Effectus humilitatis benignitatis, & maturitatis. militas morum deprimit ceruicem, humilem format re
sponsum, gestus complanat, vestitum simplicem amat,
se inter nouissimos locat, ostentationis notam decli-
nat, singularitatem fugit, ad aliorum obsequia se agilem
facit, ad opprobria tacitum, ad honores oblatos verecū
dum, promptum ad discendum, difficilem ad indignan-
dum. Benignitas facit affabilem, compassiuum afflictis,
tractabilem, & exorabilem, & flexibilem ad consilia, cō
municatiuum sui & suorum, in bono hilarem, & mode
ste iucundum, fidelem, & socialem, nullum spernentem,
vel temere iudicantem, gratum, beneficium, omnib. gra
tiosum. Humilitas temperat grauitatem, ne fastuosa et
elata videatur. Benignitas facit ne austera & dedignata
putetur. Econtra maturitas temperat benignitatem, ne
leuis & carnaliter blandiens, vel adulatorie applaudens
extimetur, temperat humilitatem, ne nimis abiecta, vel
affectata reputetur. Humilitas reddit immutabilem, be-
nignitas amabilem, maturitas venerabilem.

De disciplina cordis & compunctione. Capitulum. 3.

EXterioribus ordinatis, in actione, locutione & mo
rib. vt ad verā ac latā quadraturam spiritualis nor
mæ sacræ disciplinæ tanquam viui lapides in tem-
plo veri Salomonis locādi disponi valeamus, de cordis
compunctione, & mentis bonitate aliqua proponamus,
quia teste Salomone. Omni custodia conseruandum est
cor, sicut a quo vita, quasi a fonte procedit. Sanitas cor- Sanitas cordis quibus integratur.
dis in tribus consistit. In voluntatis rectitudine, in affe-
ctionis sanctitate, & in cogitationis stabili puritate. Vo-
luntas recta est, quæ bonum tantummodo vult, & pro-
pter bonū & plene vult, si enim aliquid vellet quod ma-
lum esset & peccatum, non esset bona voluntas, unde di Matth. 7.
citur in Matth. Non potest arbor bona fructus malos
facere. Si bonum vellet, sed non propter bonum, vt bo-
na opera facere pro laude humana sicut hypocritæ uel
alia non pura intentione, similiter bona non esset, cum
non simpliciter bonum propter se uellet, sed propter a-
liud non bonum, illud enim quisque magis uult, pro-
pter quod aliud vult. In fine nanque quiescit, sed per illud
quod ad finem est, tantummodo transit, & relinquit id
obtento eo quòd uoluit: si autem bonum, & propter bo
num, sed non sicut sufficit, licet pro parte recta sit, non
tamen plena, ut qui uiam Dei incedere uel docere uult,
quandiu nullam inde cogitur sustinere aduersitatem: si
cut hi qui in fine tentationis uel persecutionis deficiūt,
uel ita uolunt bona opera agere, & tamen ab alijs illici-
tis nolunt abstinere: uel quicunque nolunt bonum in-
ceptum ad debitum finem perducere, uel etiam qui plus
quam debeat & expediat, bonis operibus insudare uo-
lunt, ut qui indiscrete castigando perimunt, uel ad insa-
nias & destructionem sui pertrahunt semetipsos, quo-
niam ut dicitur ad Roma. Rationabile obsequium ue- Roma. 12.
strum, quia plus quam potuerunt fecerunt, propterea
perierunt. Duplex est enim plenitudo. Vna necessita-
tis, altera perfectionis. Necessitatis est illa, qua minus
non potest haberi ad salutem, ut obseruantiam præce- Matth. 19.
ptorum iuxta illud Matth. Si uis ad uitam ingredi, ser-
ua mandata. Plenitudo perfectionis est impletio consi- Ibidem.
liorum. Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ
habes, &c. cum reliquis consilijs enumeratis. Ad hoc
non tenentur, nisi qui sponte uouerunt ut religiosi, quæ
tamen post uotum fuerunt necessaria ad salutem. Iuxta Deute. 33.
illud Deuteron. Cum uotum uoceris Deo, non tarda-
bis reddere, quia requiret illud dominus Deus tuus, &
si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Quod
enim ante uotum liberum fuit uouere, facere uel non
facere sine peccato, illud post uotum iam necessarium
est, & iam non tam est in consilio, quam in præcepto, &
sicut de præcepti transgressione reus est condemnatio-
nis æternæ, ita & de uoti præuaricatione, uerbi gratia. Simile.
Sicut secularis damnabitur pro fornicatione, uel homi
cidio uel similibus: ita professus regulam in religione,
damnatur, si est proprietarius, uel inobediens, uel facit
aliquid quod in regula per modum præcepti inhibetur.
Iusta uero necessitas, uel euidens magna utilitas, requi-
rit dispensationem, sed ab eo qui potest in talibus di- Simile.
spensare. Dubia interpretatio præcepti est periculosa,
sicut pons semiputridus aquæ præcipitis & profundæ,
de quo dubium est, an sub transeunte corruat, an sub-
sistat. Velut si is qui pro Christo maiora certamina su- Dubia interpretatio præcepti valde periculosa.
bire decreuit, & omnia reliquit in sęculo, se periculo
committeret pro modico motu propriæ uoluntatis,
uel pro paruo commodo in incerta opinione sua uel
alterius. Vt si Deus approbet illam opinionem, eua-
dat sine lucro meriti, si autem reprobet eam, dam-
netur, maxime cum tales opiniones quandoque peri-
culosiores

culosiores sint, quam apertæ transgressiones, quia vbi scit homo se delinquere, inde facile corrigitur: vbi auté nescit se peccare, & insuper credit sibi licere, inde nec in morte pure conuertitur propter falsam spem, qd forte sibi licuerit, vel minus in eo peccauerit, baculo arundineo & confracto innitens. Voluntas bona & plana via regia & secura debet incedere, & relictis dubietatum diuerticulis, quasi suspectis latronum semitis, apertos & certos iustorum calles ambullare, ne velut pœnitens boni inchoati, quærat diuerticula declinandi de via perfectionis, in qua vouerat ambulare. Quid enim est, vnde omnes in damnationem incidimus, nisi talis dubia interpretatio præcepti Dei de ligno vetito? vbi callidus serpẽs persuasit mulieri, non ita stricte & simpliciter intelligendum illud præceptum esse, immo, ꝙ eius obseruatio nociua foret, ne herent sicut Dij scientes bonum & malũ, & cuius transgressione, quanquam Deus sic comminatus fuerat, nedum mortem corporis, sed animæ meretur. Credidit igitur insipiens mulier falso interpreti, & consensit suadenti, cui nequaquam consensisset, si consilium eius fallax & inutile credidisset. Non tamen putandum, quòd conditio religiosorum peior facta sit ex voluntario altioris voti promissione, eo qđ de strictiori ponte facilior & periculosior sit lapsus, quam de latiori, quia quanto difficilior via, tanto maior sequitur gloria: et quanto laboriosior pugna, tanto gloriosior triũphus. Talem aũt timorem latioris perfectionis incutit religioso, aut pusillanimitatis formidolosa tentatio, aut inueteratus tepor, quo primi feruoris oblitus, & primam charitatem relinquens, horret altam vitam, q̃ aggressus fuerat stupẽs præcipitij profundum, & fastidit laborem pugnæ, dũ non videt præmium, & sicut debet non considerat qđ sequatur. Vnde prius improbatione debuit deliberasse, si volens ędificare turrim euangelicæ perfectionis, haberet sumptus constantis feruoris ad perficiendũ, vt vltima primis respondeant, ne postea cum posuerit fundamentum altæ perfectionis, & non potuerit perficere sicut cœperat ex voluntatis torpore, omnes incipiant
Luc. 14. ei illudere, tam homines quam Dæmones dicentes, quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare, sicut scriptura imperfecta & labefacta, ostendit scriptoris defectum. Ad euitandum ergo apostaticæ præuaricationis opprobrium, & perfectæ sanitatis gratiam obtinendam, & promissæ beatitudinis religioso gloriam consequendam, quædam communia spiritualia exercitia ponenda videntur, in quibus qui fideliter perseuerauerit, cito sentiet, se in spiritualis vitæ profectu quiescere, quousque perueniat ad perfectam sanitatem virtutis.

De agilitate ad incipiendum bonum. Capitulum. 4.

PRimum est, vt sit impiger & agilis ad incipiẽdum & faciendum bonum, quod ex alterius ammonitione uel diuina inspiratione intelligit esse faciendum.
Spiritualia exercitia in genere. Multum enim profectum negligimus tam meritorum quam præmiorum, eo quòd tęđ et nos bonis studijs insistere ex horrore difficultatis, aut si voluntatem faciendi habemus, quòd tunc de tempore in tempus differimus, & procrastinamus, & interim irrecuperabiliter perdimus & tempus & meritum, quod lucrari poteramus, aut ita desidiose & indeuote facimus, ꝙ nec Deo est valde gratum, nec conscientiæ nostræ meritorium vel consolatorium, immo ita corrosiuum conscientiæ nostrę, ꝙ etiam inde puniri timemus: & ex insipiditate tædet nos laborare, & festinamus inde cito absolui, & tædet nos aliud simile inchoare. Exemplũ de studio orationis, vel obsequij in coquina vel infirmaria, & alterius boni operis, in quo nullum honorem vel temporale commodũ, vel propriæ voluntatis solacium expectamus, & hoc est contra boni operis naturam, quod si debito modo fit, lætificat conscientiam & accendit affectum ab bonum faciendum Iuxta illud Eccles. Qui edent me, adhuc esurient. Sic Deus iussit producere herbam virentem, & li- Eccles. 24.
gnum pomiferum, habens vnumquodque semen in semetipso generis sui, id est bona opera tam minora quam maiora, quæ si virerent debito virore, haberent semen sui generis in se, id est desiderium alterius boni operis, quod quasi germen pullulet ex priore. Si autem ex desiderio elanguescit, & semen ipsius infructuosum permanebit, & ideo tædet nos aliud bonum facere, cum ex iã facto paruum, aut nullum concipimus deuotionis affectum. Omni ergo tempore seruus Dei prouideat, quid illa hora sit magis expediens vt faciat, et quod faciendũ viderit, penset qualiter id congrue et secundum veritatis regulam magis apte perficiat quantum valet: sic enim assuefaciendum est corpus et animus, vt ex sensu boni operis nullo labore territus, paratus sit sicut seruus fidelis et agilis, domino suo imperanti statim ad omnia rationabilia obedire. Sicut videmus in seruis sæcularibus, qui nec pro frigore, vel labore, vel inopia, uel alia difficultate pigrescunt dominis suis pro modica mercede, per longa terrarum spacia, etiam periculo mortis obedire, gratum habentes, si pro gratiarum actione cum redierint, non magnas alapas, et vituperia a dominis suis receperint, nihil de commodis infirmariæ, vel domus, aut hospitij cogitantes. Claustrales vero serui delicati & elati sunt, parũ volunt laborare, et procurari bene, et cũ ipsi dominos suos debiliter honorent, volunt esse suis dominis in omnibus quasi æquales, uoluntate propria pro lege utentes, quæ præambula est temporis
instantis, etc. Qui delicate seruum suum, id est corpus, Proue. 29
nutrit ab infantia, scilicet nouiciatus, postea sentient illum cõtumacem, uel quia piger erit ad bona, uel ad peccata procliuior maxime carnis. Ex consuetudine ocij homo mollis et piger efficitur, ut nihil uelit pati, uel facere quod licet. Econtra fidelis seruus ita habilitare debet semetipsum et assuefacere, sicut ioculator catulum suum, ut statim cum iubetur, surgat a lecto ad orationes nocturnas, quasi ad nutum rationis citò promptus, ad spiritualia exercitia, quę obedientia iusserit, uel fraterna charitas requirit, uel deuotionis studio apta sint, uel cuiuslibet alterius uirtutis.

De velocitate abstrahendi se a malo. Capitulum. 5.

SEcundum est, ut sicut ad agenda bona agilis est, ita etiam sit uelox ad abstinendum se a quibuslibet uitiosis. statim cum sentit se aliquo eorum interius pulsari, uel exterius occupari, scilicet ab ociosis uerbis, ab actionibus infructuosis, maxime a cogitationibus uanis, et affectionibus uitiosis, et carnalibus concupiscentijs, quas nec ad horam debemus in corde permittere morari, ne ostendamus Deum, et sanctos Angelos nobiscum præsentes, et conscientiam sordidemus, et pœnam incurramus, et bona quæ possimus cogitare et agere interius negligamus. Sicut Abraam Deo iubenti sacrificia offerens, descendentes supra ea uolucres ad dilacerandum uel fœdandum, solicite abigebat, ita et nos ne aliquando in conuentu Dei appareamus uacui, quando que sacrificia ei offerentes bonæ uoluntatis, bonæ actionis, bonæ locutionis, sacræ meditationis, et piæ affectionis, uolucres, id est malarum cogitationum, et affectionum, statim abigere debemus, ne ea nobis dissimulantibus aliquatenus maculent, et Deo ingrata efficiant, et nobis inefficacia ad meritum,

Digitized by Google

& spiritualem profectum. Nec solum carnales, et turpes
cogitationes statim debemus abigere, sed uanas etiam et
amaras et gloriosas. Et similiter vitiorum simulacrum
in cordis nostri téplo, non pingamus imaginando. Thea
tra, et tabernæ solent sæcularibus, & ludicris fabulis de-
pingi: templa autem sacris historijs, et mysticis picturis
decorari: Ex qua re consideratur, quæ sit domus Domi
ni, & in ea morantes. Aliquando superbia pingit sibi prę
laturas, & dominia, & famulorum obsequia, et quęcun-
que alia pomposa. Vana gloria depingit sibi quoslibet
ornatus, vnde possit laus hominum attribui. Aliquan-
do etiam sanctitates, & mirabilia, & prophetias & ma-
gnas deuotiones, & ædificatorias prædicationes, & mul
ta similia, ex quibus admiratio oriatur hominibus, & si
bi latens laudatio, & reuerentia exhibeatur. Sic inuidia
fraudes, & detractiones. Ira rixas, & bella & côuitia mo
uet, vt pugnet cum absentibus, & laxetur a nullo fatiga-
tus. Sic auaritia, pecunias & diuersa ædificat, & destruit,
& acquirit, qui ergo bonum hospitem. i. Christum non
vult effugare de hospitio cordis sui, inimicos eius. i. vitia
1.Cor.6. secum non hospitetur. Quę. n. conuentio Christi ad Be
lial? Et quis consensus templo Dei cum idolis huiusmo
di? Si citius eijcias hostem de vrbe tua securus es: si tar-
de obstas ei, inualescit côtra te & capiet vrbem, & occi-
det te. Sic de cogitationibus malis. Curiositas quę
quę pulchra & curiosa pingit. Gula mensas amplas, &
Ezec.8. varios ciborum apparatus & potuum. Luxuria etiam
quę sibi congruit fantastice depingit. hęc sunt idola quę
Deus Ezechieli iuxta parietem templi ostendit depicta,
quæ etiam abominationes appellat. Hæc de cordis no-
stri templo solicite detergamus, ne fiamus deo abomina
Iere. 4. biles, sicut & illa sunt. vnde Ier. dicit. Vsquequo mora-
buntur in te cogitationes noxię?

De pace cordis. *Cap. 6.*

TErtium est, vt semper cor pacificum cum omni-
bus habere studeamus, quod consistit in duobus.
Duobus côstat pax cordis. Vt nulli malum facere vel cupere studeamus, & si
quis in aliquo nos offendit, patientiæ scuto excipiamus.
In medio prelij versamur, & difficile effugere est, quin
semper mittantur iacula super nos tam verborum acu-
torum, quinm factorum nobis molestorum, & a superio
ribus nostris increpationum, & improperiorum duro-
rum & aliorum quorumcunque aduersorum vnumcun
que emergentium, & si clypeum pacientiæ non oppona
mus, sæpe lætaliter poterimus vulnerari, & per impatiē-
tiam & nimiam perturbationem vitam amittere spiri-
tualem: quem clypeum vt impenetrabilior sit inimici ia
culis, protegere debemus sanctorum martyrum & ami
corum bonorum exemplis, quasi pellibus animaliū mor
Iaco. 4. tuorum, ideo Iac. dicit, Exemplum accipite fratres exi-
tus mali & longanimitatis, laborū & patientiæ, & Ecce
benedicimus eos qui sustinuerunt, sufferentiam Iob au-
distis, & finem Domini vidistis. Semper ergo muniti ma
nemus & protecti, contra iacula verborum, & ictus fa-
ctorum aduersorum, vt pacem quam exterius non pos-
sumus in hac vita sperare durabilem, saltem interius per
Luc. 21. patientiam conseruemus. In patientia vestra, &c. inquit
Saluator.

De parcitate vtendi, habendi, & cupiendi quæ
mundi sunt. *Ccp. 7.*

QVartum est, ut quam partius potest, vtatur necessa
rijs, habeat, & cupiat quæ sunt mundi. Aliena sunt
a nobis omnia munda, quæ nec vere nostra sunt, nec a
nobis facta, nec diu nobiscum permansura, nec salus no
stra in ipsis consistit. Habemus ea quasi a mūdo mutua
ta, pro quotidiana immo continua, & graui vsura solici- Efficacissima contra auaritiam doctrina.
tudinum & laborum. Quantam putas principes, & po-
tētes, & diuites huius sæculi, vsuram omni tempore ex-
soluerent pro mutuo suo, & anxietatis, & occupationis,
& afflictionis? & quomodo ambiant aliena? quomodo
augeant vel custodiant sua? quæ timent perdere per ami
cos & inimicos, per fratres, vxores, & filios auferri? A
potentiore timent violentiam ab inferiori furtum, ab ę-
quali fraudem: De nullo ad plenum cōfidit auarus, om-
nes suspectos habet, nec tamen eis omnibus potest care
re, & ideo nullū potest diligere uere, cum a nullo se ve-
re diligi suspicetur, timor enim suspitiosus non est in per
fecta dilectione. Timet de rebus, timet de corpore pro-
pter substantiam, et tot timoribus plenus, nō potest vti-
liter timere de anima, de qua tantum maxime restat ti-
mere. Sicut. n. principes exigunt à subiectis quotidiana
seruitia, & munera ratione officij sui, et tandem cruciāt
eos in carcerem, & omnino spoliant: Sic & mundus post
multas exactiones vsurarum suarum, ratione substantię
& bonorum, quos officialibus suis diuitibus mutuauit,
tandem eos euacuatos mittit in carcerem infernalē. Vn
de bella et lites in sęculo nisi quia mutuo inter nos certa
tim cupimus præripere alter alteri, quod vterque non
potest integre possidere? In spiritualibus diuitijs nullus
ex alterius abundantia detrimentum patitur, cum alius
nihil fit minus sapiens vel virtuosus, eo q eius alter abun
det. Sed secus est de sæcularib. diuitijs, et honoribus, qa
tot nec esse est habere partes, quot sunt participantes:
Et ideo alter alteri inuidet habenti, q ipse non potest
habere, hæc fuit occasio, quare Loth recessit ab Abraā,
et Esau a Iacob, quia multa habebāt pecora, et non po-
terat eos capere terra, vt simul id est concorditer habita
rent, rixantibus inter se pastoribus gregum, quia multi-
plicatis pecorinis desiderijs, scilicet mundanis, fit rixa in-
ter voluntates eorum, qui volunt pascere sua desideria
in pratis huius sæculi, et cum omnibus non sufficit pro
libito, diuiditur frater a fratre per inuidiæ disciplinam,
quæ pecora si pauca forent, modico contenta essēt. Zac. Zach. 11.
dicit. Pasce pecora occisionis, quæ qui possederant, occi
debant. Quod etiam sic potest intelligi. i. pecora occide-
bant eos, qui se possidebant. Aug. Rixentur immites, et
dimicent pro terrenis. beati autem mites, quoniam ipsi
possidebūt terram viuentium, de qua pelli non possunt:
habentes autem alimenta et quibus tegamur, his con-
tenti simus (inquit) Apostol. Et quicquid penuriæ pati- 1.Tim.6.
mur, loco illius Deum in corde ponamus, qui omnia
implet. Et beati pauperes spiritu. i. voluntate et amore
spiritualis profectus, quoniam ipsorum est regnum cœ
lorum, quanto. n. se angustant in terra nihil capiendo,
tanto dilatantur in cœlo: Et econtra.

De humili extimatione sui. Cap. 8.

QVintum est, vt semper et intus apud se, et extra co-
ram hominibus, in omnibus humiliet se et depri-
mat in sua extimatione intrinsecus, in verbis, in gestib.
et in omni facto suo nouissimum locum eligat, sicut fue
rit oportunum. Ad humiliandum autem se in oculis
suis consideret qualis sit, quam vilia et fœtida sunt om-
nia quæ corporis sunt, vnde venit, quid est, quid intus
sit, quam leuiter emarcescunt, etiam si qua pulchra in
homine apparent. Quanta est deceptio in honoribus sæ
cularibus, quia non honorant etiam diuites, qui vi-
dentur hoc facere, sed lucra sua sequuntur, sicut ca-
nes et aues cadauer, q cum abrasum fuerit et nuda-
tum, ita qđ nihil in eo plus rodendum inueniunt, re-
linquunt et aliud requirunt. Item in anima quanta
sunt ibi vitia et peccata, quanta impuritas, et simulatio
in bonis

Digitized by Google

in bonis quæ facimus,& desidia & tepor,& quanta bona omittimus,& negligimus vtilia, quanta inopia virtutum,quanta cæcitas intelligentiæ, lubricitas memoriæ, inordinatio affectus nostri, quod mala nostra pure sunt mala,& nostra totaliter sunt: quòd bona nostra nobis tam mutuata sunt cum vsura repetenda, & imperfecta & impura sunt in nobis. Et multa etiam alia dant nobis materiam humilitatis. Verum enim est nos esse viles & turpes,& quantum ab hac existimatione deuiamus, tā erramus a veritate.

De maturitate & seriositate. *Cap.* 9.

SExtum remedium est,vt sit maturus & seriosus,cum quadam nectaris dulcedine, non tædij amaritudine vel rancore. Morum leuitas potest aliquando esse in bono ad horam,sed indeuoto nunquam dummodo sit deuotus. Sicut exemplum habemus in viris perfectis,quos leues in moribus,& ad risum,vel ad iocos pronos rarissime videmus. Vnde cum vtile sit homini esse in luctu,
Matth. 5. ideo dicit Deus. Beatos esse lugentes. Et tot causas eis dedit,& ostendit,tres pro se ipsis,proximis, & pro Domino. Pro seipsis,quia peccatores sunt,Deum offenderunt, & continue offendunt, & inopes sunt virtutum, tandem proficiunt expositi mille periculis, & adhuc dubium est an damnentur multis miserijs inuoluti,alieni a Deo,exclusi a regno,proni ad mala,multis supplicijs obnoxij,mortis,purgatorij,vel inferni. Pro proximis,compatiendo pauperib. afflictis,periclitantibus, peccātibus, damnandis,tentatis,subuersis & expositis similibus quibus & nos ipsi. Pro Deo,compatiendo eius passioni, & iniurijs a perfidis peccatoribus ei quoti die illatis, ex subuersione iustitiæ,& animarum perditione, & fidei cōculcatione,& ingratitudine pro omnibus beneficijs, quæ omnibus largitur,& pro scandalis quibus inhonoratur a famulis suis,& multis alijs. Seruus bonus habet intus compassionem ad proximum, exterius plenā benignitatem. Malus autem seruus,amarum & fastidiēs bonum habet,suspitiosum,rancorosum,sine ratione turbulentum,& alijs onerosum. Dissolutio est deuotionis, sicut aqua ignis,& qui ducitur in consuetudine,vix dissuescit maxime ioculari.

De suspensione mentis in Deum. *Cap.* 10.

SEptimum est,mentem semper habere ad Deum suspensam, orando, cogitando, vel recordando Dei beneficia,meditando,legendo, attendendo,ad bona cōtemplando,vnde quandocunq; Dei seruus, vel admodicum Dei non meminit, contremiscit & dolet, quasi grauiter offenderit tanti amici intuitu defraudatus, qui nostri nunquam obliuiscitur, cum summa beatitudo & gloria consistat in iugi visione Dei, huius beatitudinis imitatio,quædam est iugis memoria Dei. Illa est meritum,sed illa est præmium. Quandiu.n. videre non possumus præsentes,saltē memoremur eius absentes. Tātō q̄sque lętius & plenius eum videbit in patria, quanto frequentius & deuotius eius meminit in hoc exilio. vnde Psalm. Prouidebam Dominum in conspectu meo semper,&c̃æt. Nec tam in ocio,sed etiam in negotijs & occupationibus eius memores esse debemus, imitatores
Simile. sanctorum Angelorum, qui missi in ministerium nostrum,sic exteriora disponunt,vt tamen ab intimis nun quam recedant. Quanto cœlum est amplius quam terra,tanto spiritualis meditatio & contemplatio habet latiores materias & vias quā cogitatio terrenorum. Quales autem sint istæ viæ vel materiæ. Et quales profectus vel processus meditandi & intuendi spiritualia, non est huius temporis vel materiei, sed pertinet ad septimum vitæ spiritualis profectum,qui in sapientia versatur.

SEXTVS PROCESSVS
Qui est in acquisitione & exercitio virtutum, in Cap. 40. diuiditur.

De profectu, & virtute, bono, & malo.
Capitulum primum.

NVnc de sexto, qui in virtutibus puris constat,aliqua simplicibus conuenientia,& proficientibus in religione competentis ponamus, alta & subtilia magis exercitatis in huiusmodi reseruantes. Quanto enim quisque altius profecerit,& in anteriora se extendere studuerit,tanto altiora & perfectiora intelliget, tam de his quæ iam attigit, quam de his quæ nondum actualiter apprehendit: Sicut qui in montem ascenderit, quo altius scandit, eo altius videt, quanquam adhuc distet a cacumine summitatis,& quòd in immo positus extimauerat esse montis verticem,sublimatus videt iuxta montis pedem esse: Sic de perfectione, nemo propriè nisi perfectus & perfectioni proximus, nouit loqui. Virtus est ordinatus secundum veritatis iudicium,rationis affectus. Et iudicium veritatis circa quatuor generaliter versatur, scilicet circa bonum & malum, & malum magis malum,& bonum magis bonum. Bonū aliud est corporale,aliud temporale,aliud spirituale & perpetuum. Sed spirituale & perpetuum sine dubio melius est,quam corporale & temporale. Malum autem,aliud est pęnæ, aliud est culpæ. Culpa alia venialis,alia mortalis:pęna, alia transitoria,alia sempiterna. Malum est ergo,malum culpæ. Peius est quod meretur malum pęnæ, quia si culpa non esset,nec pęna esset. Pœna vero transitoria,minor est sempiterna. Et quia lex veritatis scripta est in corde hominis per iudicium rationis: datæ sunt ei etiam in adiutorium affectiones ad fugam mali, & ad prouocationem boni,quia in his duobus consistit omnis beatitudo. s. in elongatione omnis mali, & in fruitione omnis boni. Simile.

De affectionibus mentis. *Cap.* 2.

SEptem autem sunt affectiones mentis communiter. s. spes,timor,gaudium, amor, odium,& pudor. Harum autem quatuor contra malum, tres autem ad bonum ordinantur. Nam timor, mæror, odium,& pudor,contra malum sunt, spes, amor, & gaudium, ad bonum se habent. Nam bonum non est timendum, sed optandum & sperandum, nec pro bono est dolendum, sed gaudendum,nisi forte priuatio boni timeatur vel doleatur quod non est bonum, sed propriè malum, nam malum est priuatio boni vel corruptio. Item bonum non est odiendum,sed amandum,nec de bono pudendum est,sed gloriandum, immo gloriatio non dicitur affectio per se, quia sub gaudio comprehenditur & amore. Cum igitur istæ affectiones ordinatæ sint ad quod debent, iuxta rationis & veritatis iudicium, tunc homo virtuosus cum non solum timenda timet, & dolenda dolet, & odienda odit, & pudenda erubescit, sed magis & minus sicut ipsa sunt dolēda & odienda & pudēda plus vel minus sicut sunt mala. Item cum sola speranda sperat sicut debet,& amanda amat, & gaudendis gaudet,sm ꝙ magis & minus sunt bona, summum aūt bonū qđ est Deus, summe amandus est,& ante oīa sperandum, & super oīa in ipso gaudendū, & ea q̄ ab ipso retrahunt,summe fugienda & execranda, quæ sunt pręcipua vitia & peccata. Quia hæc vera & proprie mala sunt, & omnibus mala, & nulli bona, & ad nihilum

bona

Digitized by Google

bona cui insunt, licet quandoq; bonis cooperentur in bonum mala aliena, vel etiam propria quædam, vt post conuersionem in eis magis humilientur, & amplius inardescant in amorem Dei, qui eos in talibus vitijs tolerauit, & a talibus liberauit. Sanctis etiam in gloria augebit lætitiam damnatio reproborum, quia gaudebunt se ab his solutos, in quibus poterant sicut & illi, nisi eos Deus liberasset, incidisse. Multæ sunt animæ virtutũ artificiales diuisiones, secundum q̃ aliæ dicuntur theologicæ vt fides, spes, & charitas. Aliæ Cardinales, vt prudẽtia, iustitia, fortitudo, temperantia, Item aliæ politicæ, aliæ purgatoriæ, aliæ animi purgati, aliæ exemplares, quas sicut rudis rudibus loquens prætereo, solum illum ordinem sequens, quo virtutes septem principalibus vitijs opponuntur, cum virtus secundum hunc sensum non aliud sit, quam vitiorum carentia, & quanto quisque ab omni vitio purior fuerit, tanto virtuosior est & perfectior.

De habitu religionum exteriori. Cap. 3.

SIcut nucleus in testa vel cortice, sic est virtus intimior cæteris obseruantijs in religione. Omnia. n. quæ in obseruantia religionis apparent, inuenta & statuta sunt propter obtinendas & seruandas virtutes. Cætera sine virtute sunt, sicut testa sine nucleo. Et sicut in tabernaculo fœderis plura erant velaminum genera intra se protegentia vel decorantia sanctuarium, sicut pelles hyacinthinæ, pelles arietum rubricatæ saga cilicina, cortinæ & tabulæ parietũ præter alia, Ita in religione plura sunt virtutum tegumenta, vel ad decorem, vel ad custodiam virtutum ordinata, in quibus non pura virtus consistit, sed quædam virtutis vmbra, & latentis intrinsecus demonstratio figuralis, vnde qui istis exterioribus contẽtus interiora postponit, sic est quasi qui corticem vel testam vacuam sine nucleo habet.

Exo. 26.

De primo religionis habitu. Cap. 4.

Nota q̃ habitus non facit monachum.

PRimum est, habitus exterior in vestibus & tonsura, quæ si per se religiosum facerent, etiam simiæ vel maimones religiosi forent, quibus talis habitus, quandoque & ioculatorie formatur, sed hæc sunt in signa interiorum, sicut circulus ad tabernam potum venalẽ designat. Et vexillum super ecclesiam, dedicationẽ denunciat, vnde si signa falsa fuerint, decipiuntur homines, putantes inuenire significata. Ita est de ficto religioso, qui exterius in habitu pretendit, quod non habet in moribus & in vita. Secundum est, exteriores ceremoniales obseruantiæ, vt inclinationes, genuflexiones in horis, pausationes, & omnes gesticulationes quibus claustrales vtuntur in diuino officio, & in alijs de quibus sæpe minus virtuosi maiorem vim faciunt, quam aliquid perfecti & magis deuoti. Tertium est, mores exteriores compositi, vt exteriorum morum disciplina, in loquendo, in gradiẽdo, in totius corporis gestu, quę etiam curiales sæculares obseruant, & commendabiles & sæculares virtutes appellantur. Sed religiosis magis cõuenit licet modo humiliori & planiori. Quartum sunt opera misericordiæ, vt ieiunia, vigiliæ, flagella, & aliæ corporales exercitationes, & castigationes. Quæ licet magis propinquant veritati quàm præcedentia, tamen nõ sunt puræ virtutes, quia ea etiam hypocritæ possunt habere, & in mortali peccato positi sæpè in talibus exercent seipsos. Quintum, est studium familiare ad expugnanda vitia, & virtutes vsitandas, vt semetipsum humiliare, motus iræ deprimere, luxuriam domare, & cæteris vitijs impugnantibus resistere, & operibus charitatis & obedientię insistere, & aliarum virtutũ. Quamuis enim omnia opera sint virtutum exercitia, quia nec bonum opus esset, quod nullam virtutem respiceret, tamẽ aliud est, aliquod bonum opus exercere simpliciter propter Deum, & intentionem merendi gloriam & veniam, aliud est exercere ipsum nõn tantum causa merẽdi prędicta, sed etiam per hoc obtinere, nisi virtutem sibi cohærendi & vsitandi eam per operis exercitium, & vitium contrarium expugnandi, & hoc est multo vtilius, quàm illud prius, verbi gratia. Vnus orat simpliciter, vt per hoc impetret peccatorum suorum veniam, vel vitam æternam. Alius etiam præter istam intentionem, orat vt assuefaciat seipsum in oratione & studio, & per hoc consequatur gratiam deuotionis & gustum diuinæ dulcedinis, & gratiam diuinæ familiaritatis assequatur, & notitiam Dei clarius assequatur per mentis illuminationem. Et licet oratio prioris bona sit & meritoria veræ gratiæ &, gloriæ, tamen intentio secundi cooperatur, vt clarius & plenius hoc quod expressius desiderat assequatur, vndè multũ valet ad perfectionẽ sanctitatis, intentionem dirigere ad eã q̃rendam, & studium ad hoc ordinare, in tantum vt aliquis faciliori labore quo ad corporale exercitium maiores mentales virtutes obtineat, qui scit prudenter disponere gressus suos, quam aliud difficiliori labore. Exemplum de quolibet perito artifice, qui melius, leuius, & citius operatur quodcunque quàm alius imperitus cum maiori labore. Sextum est ipse nucleus affectualis virtutis, qui est perfectio vitæ actiuæ & ingressus ordinatus contemplatiuæ: Sine ipsa frustra speratur puritas contemplationis, vel stabilitas. Sicut aqua fontis non est pura, quamdiu nõ est eiectis sordibus fundus emundatus. Sicut autem ex nucleo pinguedo olei exprimitur, ita ex affectu virtutis sapor deuotionis procedit, maxime diuini amoris, & desiderij spiritualis, & gaudij cœlestis, qui nobilior & efficacior est, quam compunctio timoris vel mœroris. Hi sunt sex dies in quibus operari oportet salutem, & cibos vitæ quærere, ne ieiuni deficiamus, in via hac qua ambulamus, ita vt sexto die duplices cibos colligamus, s. bonæ actionis & piæ affectionis, vt in septimo, id est sabbato qescamus, toti sani facti à vitiorum languorib. cum requie opulenta vacare possimus contẽplationis, et videre quoniã suauis est Deus, & gustare quam suauis est vniuersis. Qui sexta die duplices non colligit cibos, in septima inanis remanebit, nil reperiens de dulcedine contemplationis, quia qui sextum statum, qui est in virtutũ affectualium sanitate, id est sanctitate, nondum attigerit, septimi status dulcedine qui est in sapientiæ gustu & intelligentiæ lumine non fruetur. Hinc est quod Iacob prius sex filios genuit, & post hæc Rachel peperit ei filium nomine Ioseph decorum aspectu, quo nato, cœpit Iacob petere dimitti, & in patriam suam reuerti, quia prius in actiua vita debet homo perfectus esse in sex prædictis profectuũ statibus, & tunc gustato fructu vitæ contemplatiuæ cupit dissolui, & esse cum Christo in patria, cęlesti cuius iam primitias in sapore supernę dulcedinis prægustauit.

Simile.

Expositio 7. dierum.

De forma proficiendi. Cap. 5.

SEd quia proficientibus hæc forma scribitur, vt sciãt quãtum in singulis virtutibus profecerint, vel quantum a perfectione earum adhuc distent, quamlibet ipsarum in tres gradus longè inter se differentes scribẽdo distinguimus, multos medios profectuum passus festinando transilientes, propter fastidium deuitandum.

De septem Virtutum declaratione, septem vitiis oppositarum. Cap. 6.

ORdo septem vitiorum capitalium hic est. Primum superbia initium omnis peccati, secundum inuidia, deinde ira, acedia, auaritia, gula, & luxuria. Hinc per contrarium ostenditur ordo virtutum, id est humilitas contra superbiam, dilectio proximi contra inuidiam, mititas contra irã, charitas Dei cõtra acediam,

diam, contemptus diuitiarum contra auaritiam, sobrietas contra gulam, & castitas contra luxuriam. Sed quia (teste beato Grego.) sicut multi arboris rami ex vna radice prodeunt, ita ex charitate Dei cæteræ virtutes generantur. Ideo de ipsa tanquam omnium matre & nutrice primo dicamus, & postea de eius filiabus, ante ipsam enim nulla virtus meritoria est.

De Charitate. Cap. 7.

CHaritas enim est, quæ omnes informat, vt sint virtutes, & vigorem eis tribuit, vt magis & minus meritoriæ sint & Deo acceptæ: secundum quod de ipsius nutrimento acceperint minus vel amplius. Sicut ramus arboris a radice nascitur, ex succo procedente ab ea nutritur, vt magis frutifex efficiatur. Initia autem singularum virtutum ad incipientes pertinent, sine quibus non possent esse salui & Deo placere ad salutem. Profectus ad religiosos magis congruè pertinēt, qui meliores esse debent, quàm popularis communitas vel laici sæculares, qui tamen sunt de numero saluandorum. Quid prodest altiora profiteri, & exterius in habitu perfectiora prætendere, si in studio virtutum & in exercitio operis non distamus ab infimis, qui tñ sunt in spe saluationis? Immo maior est confusio & species sallaciæ, magna promittere & exigua persoluere, & supplicio potius quam prœmio dignum. Perfectio autem ad perfectos pertinet, qui transcenso difficultatis obstaculo, in quo perficere volentes laborant, quasi in mōtis ascensu iam in ipso culmine Christo duce cōstituti, trāsfigurationis eius gloriam desiderant speculari. Nemo tamen in hac vita perfectè alicuius virtutis apicem valet compręhendere, vel stabiliter in summo gradu semper manere, sed pro modo viæ perfectus, quis dicitur respectu inferiorum.

Qualis est charitas. Cap. 8.

CHaritas est ordinata & magna voluntas seruiendi Deo, placendi Deo, & fruendi Deo. Charitas, dilectio, & amor idem sunt, tamē beatus Gregor. distinguit eas dicens. Magna ad Deū volūtas amor est, sed cum lactatur à gratia est dilectio, cum verò fruitur & adhæret Deo, charitas est. Diligere Deum, super omnia debemus propter tria. Primò quia bonus est in se, nec tantūmodo bonus, sed etiam ipsa bonitas est, quia nil melius, vel cogitari vel esse potest, & à quo omne quod aliquod modo bonū est, est bonum: si enim omne quod bonum est, diligendum est inquātum bonum, ille qui summè bonus est, & infinitū bonū est summe diligendus, & si possibile esset, ēt infinitum iuxta meritū dignitatis eius. Itē q̃a ipse prior dilexit nos, & plus diligit nos quā ipsi met nos, ille enim qui infinitus est, & cui nō est aliud esse q̃ amare, quia ipse Deus charitas est, diligēs nos pauperes, viles, & miseros, & dilexit ab æterno nondum existentes, nondum eum diligētes, immo & nesciētes, & resistentes, & offendētes ipsum. Et ideo iustum est nos eum vicissim diligere, ex omni qđ sumus, & scimus & possumus, vt saltem cum exigua mensura nostræ possibilitatis fideliter remetiamur ei diligendo eum, cuius magnitudinis non est finis. Tertiò propter dilectionis multiplicem effectū, qui cognoscitur in beneficijs eius, quia nō sufficit ei diligere solo affectu, nisi etiam nobis ostendat in effectu. Probatio namque dilectionis, exibitio est operis. De quibus beneficijs modo non prosequor causa breuitatis, alterius oportunitatem adhuc expectans.

Charitas dilectio, & amor.

In quibus consistit dilectio. Cap. 9.

DIlectio in tribus consistit. In voluntate, in opere, & in affectu. Voluntas informata, ad rationem consentit eius consilio, vt velit bonum, & ne otiosa sit, progreditur in actum boni operis, omnem familiā suo imperio subiectam in adiutorium inuocans, scilicet membrorum corporis, sensuū, & cogitationum, siue ad promouendum bonum, siue ad remouendum malum. Cumque fideliter hoc fecerit, quasi remuneratione, vel reuelatione laboris, ex vsu exercitij sulcitatur. Et etiam affectus in solatiū à gratia demulcēte sua dulcedine affectū vt iam nō tā ex instinctu rationis velit bonum, & cū laboris conatu illud agat, sed etiā ex desiderio optet & affectu amplectatur & diligat. Et contrariū illi odiat, horreat, & fugiat, idest malū. Et hęc est vera sanitas uoluntatis, cū non tā ex instinctu rationis cogit se ad volendum bonum vel faciēdum, & ad nolendum vel vitandū malum, sed etiā ex affectu mentis & desiderio, amplectitur bonum, & odit malum: Et hæc virtus est mens bona, de qua philosophi multa dixerunt, sed vtinam verè cognouissent eam. Voluntas quandoque sine opere sufficit ad meritum & debitū, vbi facultas & oportunitas tempore non subsistunt, verbi gratia. Pauper libenter subueniret pauperi, sed non habet vnde, diues etiā quādoque illud faceret libenter, sed non habet cui: vtriusque ergo voluntas pro facto reputatur. Si autem facultas operis & oportunitas subessent, & non sequeretur effectus operis, tunc non sufficeret, licet sola voluntas esset, cum posset perficere quod expedit, & nollet, quantum enim vis, tantum facis quod expedit cum potes, sed si non facis, non vis.

De Virtutibus. Cap. 10.

LIcet enim multæ virtutes videantur inter se differentes, vt quia humilitas alia est, quam castitas, & patiētia, alia est, quam misericordia, & sic de alijs, tamen quadam consideratione omnes vnum sunt, vt ita quælibet non tm̄ cohæret, sed etiam inest alteri, vt qui vnam habent, verè omnes habere dicantur in habitu, & si non in actu, quod Apostolus ostendens ait. Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa non quærit quæ sua sunt. Sicut enim Deus est vnum simplex & perfectum bonum, in quo est omne bonum perfectè, & cui nullum bonum deest, ita charitas est vna virtus, in se habens omnes virtutes, sed propter diuersos effectus eius ex diuersis intrinsecis occasionibus vel causis illatis, quibus se contra malum opponit, vel ad bonum extendit, diuersa nomina sortitur. Virtus enim (sicut definit Augustinus) est amor ordinatus, videlicet vt amet solum quod debet, & sicut debet, & quantū debet. Quātum vero quis amat aliquid, tantum fugit eius contrarium vt potest, charitas igitur cum se extendat ad diligendum Deum, dilectio Dei dicitur, cum ad proximū, dicitur dilectio proximi, cum eius miseriæ compatitur, misericordia appellatur, cum eius bono congaudet, congratulatio vocatur, cum æquanimiter aduersa tolerat, patientia dicitur, cum bene facit se odientibus, benignitas nuncupatur, cum non extollitur inaniter supra se, humilitas est, cum obtemperat superioribus vt iustum est, obedientia est, cum execratur turpia, castitas est, cū resecat superflua corporalis necessitatis, sobrietas est, cū diuitias abijcit, paupertas est, cum ad pauperes eas liberaliter effundit, largitas est, cum tędio expeditionis promissorum non frangitur, longanimitas est, cum inter bonum & melius, & inter malum & peius discernit, prudentia est, cum ius suum vnicuique tribuit, iustitia est, cum delectationibus non emollitur, temperantia est, cum curis non terretur, fortitudo est, cū credit credenda fides est, cum sperat speranda, spes est. Vnde Spiritus sanctus vnus & multiplex dicitur à Sap. Et cum in se vnus sit, diuersa dona tribuit secundum diuersorum donorum effectus. Sicaliqua nobilis & efficax medicina diuersos curationum effectus operatur, vel virtutem

Virtutum connexio. 1. Cor. 13.

Sap. 7.

tem confert varia operandi, vt vni acuat viſum, alteri clarificet vocem, alij auditum referet, alij guſtum temperet, in alio aliud & aliud operetur. Secũdum autem q̃ charitas opponit ſe ſeptẽ vitijs capitalib. ſeptẽ virtutes formantur vt prædictum eſt, de quibus nunc dicendũ eſt. Ex quibus profecto gradibus diſtinguatur, vnaquæque tamen virtus (teſte beato Greg.) habet initium ſuum profectum, & perfectionem. Multipliciter terra profert germen ſuum, primo herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum. Herba eſt initium virtutis, in ſpica profectus, in pleno frumento perfectio, charitas vero mater & nutrix omnium virtutum, habet tres gradus, infimum, medium, & ſummum, ſic & aliæ virtutes per ſingulas, nec inconueniens diſtinctio eſt. Si enim cœleſtis hierarchiæ (docente beato Dionyſio) ſingulæ internis differentijs diſtinguũtur, cur non etiam ſpeciales virtutum hierarchię eundem ordinem in terris imitantur? præſertim cum cœleſtis pulchritudinis exemplar ad hoc nobis cęlitus allatum ſit, vt pro viribus ſtudeamus Domino in nobis ſanctuarium facere, vt in medio noſtri habitare dignetur, ſecũdum exemplar in mõte celeſti nobis demonſtratum. Vtrum autem qui in primo gradu, id eſt in prima infima virtutum hierarchia hic ſtant, ad infimam in cęlo hierarchiam pertineant, & qui in media ad mediam in cęlo, & qui in ſumma ad ſummam in cęlo pertineant, cum illuc Domino perducente venerimus, agnoſcemus. Laboremus tamen hic fideliter de virtute in virtutem eundo proficere, certi q̃ nequaquam inferior erit retributio glorię, proportionata meritorum menſura, ideo dicit Saluator. Menſuram bonam & conſertam, &c. Eadem quippe menſura qua menſi fueritis, remetietur vobis. Eiuſdem mẽſuræ idria replebitur tibi vino glorię in cæleſtib. nuptijs, cuius tu hic tepleueris aqua iuſtitiæ preſentis, quæ in cõparatione celeſtis, eſt ſicut aqua ad vinum optimum in valore. Mill. millium metretæ aquæ fluminis vel maris, non valerent vnam electi vini quo ad pretium vtriuſque.

Simile.

Luc. 6.

Ioan. 2.

De primo charitatis gradu. Cap. 11.

CHaritatis Dei primus gradus eſt, ſic diligere conceſſa, & eis vti, vt tamen illicita odiamus, & amori Dei nullius rei amorem preponamus, ſicut illi qui ſic ea quę ſunt mundi diligunt, vt tamen eorum dilectione vel cupiditate peccata mortalia deuitẽt, ſeruãdo quę Deus præcepit facere, & cauere quæ Deus prohibet per præceptum. Mat. Si vis ad vitam ingredi, id eſt in ingreſſu vitę conſiſtere, vel in proceſſu altiori, ſerua mandata.

Matth. 19.

De ſecundo gradu charitatis. Cap. 12.

SEcundus gradus charitatis poteſt eſſe, cum homo voluntate pleniori & affectu ferũentiori, non ſolũ contentus eſt ſeruare præcepta, ſine quibus non eſt ſalus, ſed etiam ad ea quæ Dei ſunt, ſtudioſus eſt & voluntarius, tam facere in ſe quam in alijs, promouendo & deſiderando, hoc propriũ bonorum eſt religioſorum qui non ſolum præcepta Dei, ſed etiam conſilia ipſius implere imitando ipſum deliberant ſequi, omnis iuſtitię decorem Dominum Ieſum Chriſtum. Talibus dicit Ber. Non eſt noſtrum circa cõia præcepta lãguere neq; habet ſolum attendere quid præcipiat Dominus, ſed quid velit, probantes quæ ſit voluntas Dei bona, bene placens, & perfecta. Quantum enim amas Dominum, tanto ſtudioſus es promouere beneplacitum eius vbi potes & honorem, & cauere eius offenſam & inhonorationem. Grego. Nunquam eſt amor Dei ocioſus, operatur enim magna ſi eſt, quod ſi operari renuerit, amor non eſt. Fidelis autem Dei ſeruus, ea diligentia qua timet Dominum ſuum offendere in ſe per peccatum, eadem & cauet, & dolet inhonorari ab alijs, per ſcandalũ & prauum exemplum, quia indiſciplina famulorum redundat in dedecus Dominorum. Quis enim fidelis famulus patienter ſuſtineat contemptum Domini ſui, & iniurias, ne dicam promoueat & augeat? Iſte vero Domino ſuo Chriſto non ſeruit, ſed vẽtri. Si tu pro velle tuo ſeruis Domino tuo, ipſe remunerabit te pro velle ſuo. Si autem ſtudueris ei ſeruire pro velle ſuo, ipſe remunerabit pro omni velle tuo, ideo in Matth. dicitur. In qua mẽſura menſi fueritis, remetietur vobis, & adijcietur vobis, vt non tam ſecundum merita, ſed etiam ſecundũ deſiderium remunerabimini.

Matth. 7.

De tertio charitatis gradu. Cap. 13.

TErtius gradus charitatis eſt tanto affectu æſtuare ad Deum, quod ſine ipſo quaſi viuere non poſſis coarctatus deſiderio diſſoluẽdi, & eſſe cum Chriſto. Talibus eſt viuere in patiẽtia, vel potius in faſtidio: & mors in ardenti deſiderio, etiam per dura tormenta. Hoc deſiderium fecit Andream amplecti crucem: Stephanum orare pro lapidantibus, qui ei cœlum patefaciebant, quo anhelabat ingredi: Laurentium irridere carnifices: Vincentium prouocare tortores. Agatham lætiſſime & glorianter ire ad ſupplicia, quaſi ad epulas inuitatã, & cęteros glorioſos martyres gaudere in tribulationibus, & inimicos perſequentes diligere, in quibus ad deſiderata gaudia adipiſcenda uelocius promouebantur. Amici ſanctorum deſiderant eos ſecum hic diu retinere: inimici autem eorum, dolent eos aliquo tempore ſecum in mundo morari: Et ideo diligendi ſunt, qui optant & promouent eos, vt hic citius & plenius obtineant quod luper omnia diligunt, & quo nil vtilius eis eſſe poteſt, nihil enim eſt quod talem valeat æſtum extinguere deſiderij, quandiu non datur eis copia de fonte vitæ pro libito potare, cuius ſiti mirabiliter cruciantur. Tribus tamen interius vtcunq; refocillantur guttis, conſolationum ſpiritualium ſcilicet internæ ſuauitatis recreatione, & ſacramentali corporis Chriſti perceptione, quæ deuotis ſolet eſſe ſingulare ſolatium pro releuando huius exilij tędio, & ſi non manifeſte, tamen uere & ſalutifere ipſum quem amant ſuſcipiunt Dominum Ieſum Chriſtũ. Item ſpiritualis fructus multiplicatione, in quo & animarum profectum & Dei honorem ſentientes, exilij ſui moleſtias tolerabilius ſuſtinent. Vnde ſponſa dicit adoleſcentulis. Fulcite me floribus. ſ. nouæ conuerſationis bonæ, ſtipate me malis. ſ. profectionibus ad perfectum tendentibus, quia amore langueo, deſidero diſſolui, & eſſe cum ſponſo, vt quandiu ab hoc deferor, ſaltem conſoler in conuerſione peccatorum, & profectu bonorum: Et ita meum exilium erit mihi tolerabilius, ſi videro alijs eſſe fructuoſum: Et ſi tardius ad ſponſum ueniam, tamen plures mecum ducam. Et ſic Paulus coarctatus inter deſiderium diſſoluendi & profectum ſubditorũ, conſolabatur ſe interim ex eorum profectu, de ſua dilatione a regno, ideo ad Phil. dicit. Coarctor. n. &c.

Perfecta charitas.

Tria refrigeria virorũ ſpiritualium.

Cant. 2.

Phil. 1.

De proximi dilectione. Cap. 14.

DIlectio proximi ex dilectione Dei naſcitur, quia propter Deum, & in Deo, & ſecundum Deũ proximus eſt diligendus. propter Deum, quia ipſe mandauit, ſicut d. Ioannes. Hoc mandatum habemus, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum in Deo, id eſt ea affectione diligere dẽt proximũ, qua & Deũ, id eſt ea forma, ſecundum Deum, id eſt ad hoc diligere debemus proximum, ad quod nos diligit Deus, id eſt ad ſalutem animæ, & profectum in ſpiritum, hoc eſt vere, pure, & ordinate diligere, uere & non ficte, ſicut illi qui tantum verbo & lingua diligunt, & non opere & veritate, pure & non carnali affectione, non pro vtilitate propria, nõ ex carnali ſocietate, & ſeculari tantum, quæ & ſi non ſit ſemper mala, tamen non eſt meritoria, niſi ex

1. Ioan. 4.

nisi ex spirituali dilectione accipiat condimentum, ordinate, vt non ad vitia & commoda carnis & temporalem prosperitatem, sed ad æternam salutem. Vnde est dilectio carnalis, & est dilectio cupiditatis, & est dilectio naturalis, & est dilectio socialis, & dilectio spiritualis. Carnalis est quæ in carnalibus nutritur, vt inter virum & fœminam in copula carnali. Cupiditatis, vt qui diligũt pro muneribus, sic & carnis diligit eũ qui dat ei cibũ. Naturalis, hæc est inter cognatos & sanguine propinquos, vel patria, vt si diligimus illa quæ natura magis venustauit, vt pulchros homines, & animalia magis delectabilia, & etiam illa quæ sunt nobis aliquo modo similiora, sicut cum ex duobus æque ignotis vni magis hæret affectus, quia forte magis nobis similis est in natura, ideo in Eccl. dicitur. Omne animal diligit simile sibi, sic & omnis homo proximum suum. Ista sicut a bonis & a malis, & etiam a brutis habetur, ita & bona & mala esse potest, licet originem trahat a natura, quæ bona est in se, vnde in necessitate plus tenemur ex iure naturali propinquioribus, quam extraneis subuenire. Socialis est qua notos & familiares & contubernales magis diligimus quam ignotos & alienos. Ista per se similiter indifferens est, quia etiam bonos & malos videmus eam habere, boni ad bonum, mali vero ad malum eam conuertunt, fauendo socijs ad quæ volunt. Spiritualis vero dilectio a Spiritusancto denominata a quo fluit, qui amor patris & filij dicitur, est illa, quæ nobis mandatur a Deo & est meritoria per se sola, & duas priores efficit meritorias, quando ab ea regũtur idest naturalem, & socialem. Cupidam autem non ordinat, sed tollerat & temperat ne excedat, quia magis quærit vtilitatem propriam, quam illius quem videtur amare. Carnalem vero odit, & fugit, & exterminat, nec vnquã erit fida societas inter eas, sed quantum vna ipsarum augeatur, tantum altera minuitur, licet inter coniuges propter sacramenti virtutem si moderata sit, excusetur. Sed a spiritualibus qui plenã Deo vouerunt continentiam, tanto magis præmenda est carnalis dilectio & euellenda, quanto indecentior apparet macula in candida bysso, quam in rudi sacco. Quæ est enim societas lucis ad tenebras? vnde Sapiens. O quam pulchra est casta generatio &c.

Dilectio multiplex.

Eccl. 13.

Sap. 4.

De differentia inter spiritualem, & carnalem amorem. Cap. 15.

SEd quia solet se aliquando apud incautos palliare carnalis dilectio sub specie spiritualis, sicut zizania sub tritico. Vnde de viridario religiosæ vitę euelli possit, aliquas eius species quasi noxias herbas, ad cautelam inexpertis breuiter ostendamus, per quas dignoscatur distãtia spiritualis amoris a carnali. Spiritualis enim dilectio nobilis virtus est, ideo ne vilescat a mistione carnalis amoris, sicut balsamus sophisticata vilibus liquoribus, vel sicut aliæ nobiles species quæ falsitatis commistione vitantur, longe est inde & subtiliter segreganda, ideo Isaias. Vinum tuum mistum est aqua. i. amor spiritualis est vitiatus amore carnali. Sicut praui caupones vendunt viliura sub specie melioris, & hoc maxime inebriatis, & rudibus, qui nesciunt discernere pretiosum a vili, vnde dicit Ioan. Omnis homo primum vinum bonum ponit, sed cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Sic sæpe mutatur amor qui primo bonus & spiritualis videbatur, cum discretionis & sobrietatis metas excesserit, in carnalem transit, quia astutus Diabolus primo occultat tentationis laqueum, donec amor increscat, & tenax fiat, sicut viscus quo capiuntur auiculæ, vt cum sibi vniti & conglutinati fuerint inseparabili amore dilectus, & dilecta improuidos simul in ignem transfodiat carnalis concupiscentiæ mucrone, cũ iam ab inuicem nequeat separari. Potius nanq; mutuo sibi consentiunt ad quæcunq; spuria commertia, quam velint fidem quam iam lõgo ex tempore integram sibi seruarunt, aliquatenus violare, vel omnia seruitia perdere quæ sibi mutuo impenderunt. Et licet hoc cum multo cordis dolore quandoq; faciant, præualet tamen amoris violentia, quę mentis vigorem solita est amolire. Sic Dalida Sansonem fortissimum eneruauit suis blanditijs, & cæteris hominibus similem effecit, & spiritu Dei effugato, tradidit eum hostibus ligandum, cæcandum, incarcerãdũ ad molam trahendum. Nec tædio vincitur hostis nequissimus, nec labore nec diuturnitate lassatur, si modo post longa tempora potuerit efficere quod intendit, cum ad nihil aliud vacet omni tempore vel studeat, nec alia cura sit occupatus, nisi quomodo subuertat bonos, & malos precipitet in deterius, & retineat in peccato, & impediat a profectu salutis.

Isa. 1.

Quantũ distet carnalis a spirituali amore.

Ioan. 2.

De septem indiciis carnalibus amoris. Cap. 16.

PRimum indicium huius carnalis amoris est, quod cũ spiritualis dilectio spiritualibus tantum eruditionibus, & ædificatorijs collocutionibus vti soleat, & nugas & ociosas fabulas fastidiat: ita econuerso pauca de spiritualibus, & plura de inutilibus confabulationibus, & maxime de mutua dilectione insatiabiliter ruminant, quantum ipse eam, & illa eum diligat, ita quod ad huiusmodi colloquia non sufficiunt horæ, non dies nec quęlibet tempora, sed semper quando conuenire possũt, copiosam habent loquendi materiam indeficiẽter. Secũdum indicium amoris carnalis, est insolentia gestuum & morum, quando sunt pariter se carnaliter amantes amorose se mutuo respiciunt, latus lateri, femur femori, manus tenent & comprimunt, deinde & lacertos, humeros, & vbera sub vestibus & vlteriora tangendo blandiuntur. Aliquando amplexus et furtiua oscula iungunt, & similia sicut in sæcularibus amatoribus notari potest. Econuerso. Spiritualis dilectio tantam disciplinam seruat in occulto sicut in publico, quia nec angulos quærit sed fugit, nisi quando secum habitare desiderat, & soli Deo vacare. Cum homine aũt colloquens, maxime si vir cum fœmina loquitur, contineat oculos & manus, omnia membra sub custodia modestiæ, ita quod etiam studiosus obseruator non inueniret, in quo eos reprehẽdere posset. Tertium est inquietudo cordis, quando sũt absentes cogitãdo de se inuicem, vbi iam sit ille dilectus, quid agat, quando veniat, quandiu defuerit, si de se cogitet, si ex absentia amor eius circa se forte in aliquo tepuerit, cum longo tempore nihil eidem mãdauerit, & quid in causa esse possit, quomodo valeat in corpore. Et ita suspẽso corde nec orare possunt libere, nec de Deo quiete meditari, vel aliquid agere distracto vel occupato animo circa dilectũ, nisi quando audit aliquid de eo prosperũ vel loquitur. Hoc est ei in refrigerium qualecũq;. Spiritualis vero dilectio hæc non curat, sed quiescit in Deo, & amicũ suum fideliter in oratione commendat, cum fuerit oportunum sine inutili distractione cõpatitur ei & congaudet, sicut ratio dictabit faciẽdum. Quartum est impatientia vel inuidia condilecti. s. si aliquem secum diligat, si benigne talem salutet, si aliqua beneficia ei exhibeat, ex quibus times ne forte amor alterius præualeat, & erga se tepescat, inde dolet & tristatur, spiritualis autẽ dilectio vult oẽs secum diligi, & in hoc gaudet, quia charitas est sui ipsius communicatiua, & quanto magis dilatatur, tanto amplius augetur, sicut ignis quò plura fomenta accipit, eo magis crescit. Quintum est ira & turbatio, quia tam (vt vulgo dicitur) se diligit, quod præ nimia dilectione non possunt sibi mutuo parcere a molestia læsionis: sicut enim aliquando metas excedit eorum inordinata dilectio in blandiendo, ita econtra

Spiritualis atque carnalis amoris indicia.

Digitized by Google

ita quandoq; excedit inconturbando, maxime cũ vnus alterum offendit in aliquo, minus sibi faciendo in his quæ desiderat, vel aliam personam (vt ei videtur) plus amãdo, quia quo tenerior dilectio, eo molestior est offensio. Inde insurgunt querelę & improperia impensorũ beneficiorum, & magnæ fidei, quæ iam perdita videntur apud ingratum. Sequuntur etiam detestationes, & iuratoriæ promissiones, quòd nunquam deinceps velit ipsum diligere, sicut qui retribuit mala pro bonis & odiũ pro dilectione. Aliquando adiunguntur clamores, contumeliæ, vituperia, maledicta, inflamationes, proditiones secretorum, & multa inconuenientia huiusmodi, sicut sæpe experimur. Spiritualis vero amor pacificus est, tractabilis, ignoscens errori, & infirmitati proximi, & in spiritu lenitatis instruẽs in aliquo præoccupatũ delicto. Sextum est munuscula, & dulces literæ, amatorij dictaminis, & conuiuiola, & morselli ab ore dilecti rapti, & quælibet alia quæ dilectus contrectauit, vel quibus vsus est, quę quasi pro reliquiis venerantur, & pro memoriali coseruantur, & pro incentiuo continui amoris. E contra sicut dicit Hiero. Crebra munuscula, & fasciolas, & zonas, & prægustatos cibos, ac dulces & suaues amoris literas, sanctus amor non habet, sed puræ orationes ædificatoriæ, in spiritu instructiones, piæ in necessitate subuentiones sunt spiritualis amoris fomenta. Septimũ est inordinata dissimulatio vitiorũ adinuicem scilicet, quia & vitia sua diligunt, & excusant, & astant sibi mutuo contra arguentes & corrigentes ea, confœderati in malum, sicut fur furem; adulter adulteram diligit in malo. Spiritualis autem dilectio cum omnium vitia detestetur, singulariter tamen odit ea in specialiter dilectis, sicut pater magis dolet deformitatis maculam in filio,

Simile.

quam in alio. Sic Deus omniũ peccata odit & tamẽ quodammodo durius punit ea in præsenti in amicis suis singularibus, quam in alijs. Sicut in Dauid apparet, qui grauissime pro peccato suo punitus est: Et eis nõ diu differre peccatoribus, sed statim vltiones adhibere magni be-

Apoc. 3.

neficij indicium est vt dicitur in Apoc. Quos amo arguo, &c. Ostensis ad cautelam carnalis amoris indicijs, quæ se quandoq; palliant sub specie spiritualis dilectionis, vt ignorantes decipiant, ad spiritualis dilectionis profectus considerandum redeamus, & quibus gradibus de imis ad summa procedat ostendamus.

De dilectione proximi. *Cap.* 17.

Dilectionis proximi. Primus grad⁹ esse videtur, nullum odire. Nulli malum cupere, nullius velle bonum impedire. In necessitate proximo auxilium subuentionis non subtrahere, & breuiter vt nulli faciat malum vel cupiat cum volũtatis cõsensu, & bonum proximo optet & faciat, sicut velle deberet sibi, si indigeret. In his duobus consistit impletio præcepti illius, diliges proximum tuum sicut teipsum. Silicet quod odis ab altero tibi fieri, tu ne alteri facias, iuxta illud. Et quęcunq; vultis vt faciant vobis homines, hæc & vos facite illis.

Matth. 7.

Hæc enim lex naturæ & prophetæ. Hæc. n. docet lex vestra & pariter scripturę, secundum expositionem sanctorum orthodoxorum. Profectus dilectionis est, sic alteri profectui congaudere, & alterius bonum diligere quasi proprium. Et sic aduersitati eius compati sicut propriæ, vt aliena lucra, vel damna sua deputet ex affectu pieta-

Roma. 12.

tis, vt habetur ad Rom. Gaudete cum gaudentibus, &c. sic aliena bona vel mala sentiret sicut propria, vnde di-

2. Cor. 11.

cit Apost. Quis infirmatur: & ego econuerso non infirmor? &c. Vbi autem talis inest affectus, illic necessario non deerit subuentionis effectus, quantum patitur oportunitas. Sicut enim sana membra corporis congaudent & sibi compatiuntur mutuo, ita apparet illum affectum sanatũ esse a stupore insensibilitatis vitiosæ, qui iam nouit intelligere quæ sunt proximi ex seipso, sumus enim membra inuicem vt dicit Paulus ad Ephe. Vnde Domi- Eph. 4.

nus Iesus a quo omnis doctrina perfectionis nobis influitur, sicut membris a capite motis, & sensus influuntur, reputat sibi fieri quicquid membris eius infirmis infertur, sicut ipse dicit, vt habetur in Matt. Quod vni ex Matt. 25.

minimis meis fecistis, &c. Perfectio dilectionis proximi est, diligere inimicos ex affectu fraternę salutis, & ea dulcedine erga obedientes & persequentes se affici, sicut erga singulariter dilectes. Et non solum res temporales, sed etiam corpus pro fratibus ponere & paratum esse non tam pro spe præmij martyrij sed magis pro affectu fraternæ salutis. Hanc Christus docuit qui pro peccatoribus inimicis suis mori dignatus est, vt illa peccata quibus ipsum offendimus, & contempsimus expiaret, vnde dicitur in Io. Maiorem nemo hac dilectionẽ, &c. Hãc Ioan. 15.

didicerunt ab eo sancti, qui se morti pro fratrib. obtulerunt, qui se in seruos vendiderunt pro aliorum redẽptionem, vt Paulinus, qui vt aliorum fami consuleret, ipse fame cruciabatur, qui pro interfectoribus suis deuote orabant, & sua benignitate iniquorum sæuitiam lenire, & malum in bono vincere studuerunt. Et Ioseph Patriarcha. Moyses. Samuel. Daniel & alij multi sancti multipliciter ostenderunt. Et reuera tales sunt vere sapientes, qui sic diligunt inimicos, quia centies maiora bona præstant eis persequẽdo quã subueniẽdo, sicut qui mihi raperet talentum plumbi, & in eundem locum poneret talentum auri puri. Quid potest sancto nocere inimicus. Honores mundi, vel delitias, vel diuitias ex quibus nutritur carnalis concupiscentia, põt ei aduersarius subtrahere, spoliando, detrahẽdo, persequendo. Sed sancti ista non habent, ideo non contristantur, cum ista eis subtrahuntur, nam si ista quæ sunt mundi diligerent, & de amissis valde dolerent, non esset amor Dei patris in eis. Cum igitur aufert eis inimicus mundana, quæ sunt eis odiosa & onerosa, cumulãtur eis dona spiritualia, & merita cœlestia. Vnde Dauid iudicia Domini vera iustificata in semetipsa desiderabilia super aurũ, & lapidẽ pretiosum multũ, & dulciora, &c. Et qui occasionẽ dat homini tanti lucri, merito est ab eo diligendus, vt habetur in Matth. Diligite inimicos vestros, &cæt. & orate pro Matt. 5.

persequentibus vos, & erit merces vestra multa, & eritis filij altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos.

De humilitate. *Cap.* 18.

Nunc dicendum de humilitate, vbi sciendum ꝙ Vera beatitudo quæ.

vera beatitudo consistit in cognitione summæ veritatis, & dilectione summæ bonitatis, & fruitione æternæ iucunditatis. Omnes autem virtutes ordinant nos ad ista tria. Et ideo quanto quisq; magis fuerit ordinatus in uirtutibus, tanto magis erit capax supernæ beatitudinis. Sicut ergo charitas ordinat nos ad bonitatem, ita humilitas habet nos ordinare ad ueritatem, humilitas est ex intuitu propriæ fragilitatis uoluntaria mentis inclinatio. Bernar. Humilitas est uirtus, qua homo ue- Humilitatis descriptio.

rissima cognitione sui sibimet uilescit. Duo sunt quæ admonent nos ut humiles, uidelicet, qđ sumus, & quod nõ sumus. Quod sumus. Non enim habemus aliquid ex nobis, nec ex nostris meritis, & ideo non oportet extolli, quia alienæ potestatis & bonitatis est, quicquid boni sumus, & habemus. Et ideo ille solus extollendus est, cuius gratia sumus id quod sumus. Hæc est humilitas Sanctorum & magnorum, qui se quanto maiores uident, tanto se magis humiliant in omnibus quæ habent, totum reddentes illi a quo totum habent. Quia furti reus est, qui sibi aliquid retinet de his quæ sibi sunt commodata innito domino. Cum ipse Dominus dicat, gloriam meam Isa. 48.

alteri

Digitized by Google

alteri non dabo; profectum libenter nobis cōicat in do nis suis, sed gloriā sibi seruat. Quod non sumus similes ei, monet nos humiliari, quia vana & inanis gloria est, extolli de eo quod non est. Velut si lutum glorietur se esse aurum, & nanus iactet se esse gigantem, & mendicus credit se esse regem, & ęthiops niue candidiorem.
Apoc.3. Vnde dicitur in Apoc. Dicis quia diues sum, & nullius egeo, & nescis, quia miser & miserabilis es, pauper, cæcus, & nudus. Hæc humilitas est pauperum & imperfectorum, qui considerata inopia sua & imperfectione, in comparationem sublimitatis aliorum resiliunt in se, & ex iudicio veritatis sibimetipsis vilescunt. Sic Dominus nos cæcos natos, per nostri, ignorantiam illuminat, luto vnde facti sumus liniendo super oculos nostros. Vt primo incipiamus nos ipsos agnoscere, deinde ipsum illuminatorem nostrum credendo proni adorare. Ex luto visum recipit, qui ex conditione propriæ fragilitatis seipsum humiliatus agnoscit.

De humilitate ad nos. Cap. 19.

TRiplicem vero humilitatem habere debemus. Humiles enim esse debemus in nobis, ad pruximos, & ad Deum. In nobis humiles esse debemus, nosmetipsos ex consideratione proprię fragilitatis despiciēdo, vt omnia quæ in nobis despicabilia agnoscimus, tàm in naturalibus defectibus, quā infortuitis maximè culpabilib. & vitiosis diligenter attendamus, vt ex eorū intuitu apud nos humiliemur. Secūdo in nobis simus humiles, mores & gestus humiles habendo, & verba humilia & respōsa, vt habetur in Psal. Quasi lugens & quasi contristatus sic humiliabar.
Psal.34. Tertio in operibus humilibus, & exercitijs nosmetipsos exerceamus, in quib. apparet vilitas, & quæ alij horrent & despiciunt, vt sordes purgare, rusticalia opera facere, & vestibus viliorib. contenti esse,
2.Reg.6. & cibis, & alijs quibuslibet, iuxta illud. Ludam & vilior fiam plus quā factus sum, & ero humilis in oculis meis.

De humilitate ad proximum. Cap. 20.

AD proximum debemus esse humiles. Primo meliores, & digniores nobis eos reputare, nosmetipsos
Phil.2. despicere, vel temere iudicare. Vnde dicitur ad Phil. Humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes. Secundo honore exteriori inuicē pręuenientes, reuerēter cedēdo eis, non detrahendo, sed obediēdo, obsequendo, promouēdo exaltare eos, & facta eorum extollere, si bona sunt & mala abscondere non fictè, sed purè. Tertio patienter eorū infirma opra tolerare, & læsiones sustinere, si quas bis inferunt. Et malum pro malo non reddere, nec odii contra eos exercere, & correctiones patienter eorum sustinere vel recipere, & eorum miserijs plus quam nostris incommodis condolere Sicut habetur in Psal. Ego
Psal.34. autem cum mihi molesti essent, humiliabam animam meam. Item proximum, alij sunt nobis ęquales, alij superiores, alij subditi. De æqualibus plana est regula prę
Hebr. 13. dicta. De superi oribus addit Apostolus duo, scilicet Obedite præpositis vestris, & subiacete eis? obedire pertinet ad impletionem iussionis eorum, subijcere eis humiliter subesse, quasi Vicarijs Dei, omni subiectio
Tres regulæ humilitatis. ne secundum Deum. De superioribus tres regulas nota. Prima habetur in ecclesiast. Rectorem te posuerūt, esto nihilominus quasi vnus ex illis. Secunda, facti sumus
Eccl. 32. paruuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foueat fi
1. Thes. 2. lios suos. Tertia ipse Dominus vt habetur in Luc. Ego sum in medio vestrum, sicut qui ministrat. Secundū has
Luc.22. tres regulas rector inter subditos sit quasi vnus ex illis. Communis sit in victu, in vestitu, in labore & in alis exterioribus. Sit paruulus in medio eorum, vt ex hoc, quod præest eis, non potest se sanctiorem eis, vel sapientiorem, sed viliorem, & obligatiorem in reddenda ratione pro se, & pro illis. Sit quasi ministrans in medio eorum, infirma eorum portando & curando, & præeundo exemplo.

De humilitate ad Deum. Cap. 21.

AD Deum humiles esse debemus. Primo vt ipsum esse iudicem nostrum Deum ac Dominum cognoscamus, & ei in omnibus obediamus, sicut serui Domino suo, & opus factori suo. Et si peccauerimus ei, cito pęniteamus, & dignè ei satisfaciamus, & emēdemus. Secundo vt flagella eius humiliter toleremus, & non murmuremus correcti, sed iustum eius iudicium commēdemus, & nos correctione dignos cognoscamus, iuxta illud. Michęę. Iram Domini portabo, quoniam ipsi Michęę. 7.
peccaui. Tertiò vt de beneficijs eius non extollamur, sed agnoscamus, quod non pro merito nostro, sed purè pro sua bonitate dilexit nos, & elegit nos, & vocauit, & iustificauit, & magnificauit, vnde debemus ei gratias pure agere, & humiliter referre, & nihil nobis de eis bonis arrogando ascribere, vnde dicitur in Psal. Nō nobis Do Psal. 145.
mine non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

De triplici gradu humilitatis. Cap. 22.

LIcet autem ex prędictis possint humilitatis gradus discerni, tamen vt magis sint in promptu ad intuēdum, nota tres gradus humilitatis, licet inter se multum distantes. Primus est vt homo quod est .i. vilem, infirmum, inopem boni, vitiosum, peccatorem, & si quos alios defectus habet, agnoscat & sciat. Et non mentiatur se sibi esse maiorem, quacumque dignitate fulgeat, & non eleuet se supra se, quasi in ventum, vel super alios insolenter, nec vanos hominum laudes quærat vel honores. Et si aliquando delectat eum aliquod istorum, semetipsum redarguat, & castiget quasi deceptum, & in quo veritas non sit, iuxta illud Psal. Filij ho- Psal.4.
minum vsque quo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Cum enim Deus omnia possit, vt quod nos fecit æquales angelis in gloria, nisi vt ipsa depressio nostra humiliet nos, nec eleuemur sicut seducti, & seductores angeli, & corruamus & pereamus. Inde est, quod cum Deus in baptismo tollat pœnā & reatum peccati originalis, pęnam tamen corruptionis non tollit in hac vita, vt semper remaneat nobis memoriale humiliationis, quo cauti simus, ne superbiamus sicut primi parentes, ex quorum superba trasfiguratione omnes currimus in culpam & pęnā miseriæ, quam portamus, & adhuc deteriora (nisi Deus custodiat) expectamus. Secundus gradus pōt dici, cum semetipsum nō solum cognoscens homo, spernit se pro vilitate sua, sed etiam sperni se ab aliis patienter accipit. Imò quia veritatem amat, & se priuato amore non diligit contra veritatem, etiam desiderat ab aliis reputari talis, qualem se reputat. s. vilē, viciosum & ignobilē, & qualè seipsum hō in veritate cognoscit, in quantū credit agnoscenti nō obesse. Greg. Sicut superbi honoribus, ita humiles plerunque sui despectatione gaudent, quia iudicium, quod de se intus habent, etiam ab aliis sentiunt approbati. Item cum dolet homo, fastidit honores sibi exhibitos, & vili pendit. Iste gradus altus est, & satis rari sunt qui eū ascēderunt ēt inter religiosos & bonot. Vnde non est mirum, si inopes sumus virtutum, cum matrem & custodiam virtutum humilitatem, tam alienā sentiamus à nobis. Quid enim in causa est, quòd ille, qui diues est in misericordia pater cęlestis, qui etiā pro dilectione qua dilexit nos, proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum? Quid (inquam) causæ est, quòd nos tam inopes gratiarum, & virtutum reliquit, quasi non sit ei cura de nobis. Nimia autem desidia nostra in

causa

causa est, quod non instanter quærimus vt debemus. Aut superbia, quod & si quærimus instāter, videt nos Deus pronos esse, vt inde ex tollamur, & fieret nobis ipsa donorum eius sublimatio altioris occasio ruinæ. Altiora ędificia fundamento profundiori indigent. Et arbor excelsa, si profundè radicata non fuerit, facilius ventorum impulsu curuatur. Qui ergo desiderat cito virtutum culmen attingere, studeat in humilitate virtutū profundè solidare. Quia Deus sicut superbis resistit eos deprimendo, ita humilibus dat gratiam, magis virtutibus eos attollendo. Tertius humilitatis gradus est, quā do etiam in magnis virtutibus, & donis, & honoribus, homo non extollitur in aliquo, nihil sibi ex hoc blanditur, totum illi refundens, & integrum restituens à quo fluit omnem bonum. Talis fuit humilitas beatissimæ Mariæ virginis, quæ cum electam se sciret, vt mater Dei fieret, ancillam eius se humiliter recognouit, dicens. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, vt habetur in

Luc. 1. Luc. Talis etiam humilitas Christi, qui cum in forma

ad Phil. 2. Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem

Matt. 11. Deo, sed humiliauit, &c. iuxta illud. Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Talis est humilitas Angelorum, & Sanctorum in gloria, qui cum sint pleni summo bonore, & summo honore sublimati, nullum de hoc motum habent superbiæ, sed sunt in se humiliores. Immo altiores in Deo, vnde & ouibus in montibus in euangelio similantur, vt dicitur in Luc. Oues propter humilitatis mansuetudinem, in montibus propter altitudinem dignitatis. Hęc est humilitas perfectorū qui quando maiores sunt, tanto magis se humiliant in omnibus, in sensu, in affectu, in verbo, in actione, in ha-

Psal. 130. bitu, vnde dicitur Psal. Domine non est exaltatum cor meum. Si enim humiliatur & se despicit, quia non hēt vnde glorietur, sed multa habet vndè confundatur, licet bona sit ista humilitas, tamen non est miranda. Et filius rustici non vult filius regis reputari, laudāda est in eo simplex puritas, sed non prædicanda, vel ex hoc miranda humilitas. Item si pauper, se pauperem reputat, & ab aliis vult pauper agnosci, veritati consentit in istis, sed non est admirationi talis humilitas. Si vero diues pauperibus se conformat, & altus nihil altum sapit, & gloriosus nihil sibi de gloria attribuit, sed totum ei refundit, à quo habet vnde gloriosus videtur, hic est humilis, non cogente necessitate, sed veritatis charitate.

De virtute patientiæ. Cap. 32.

NVnc de patientia aliquid dicamus, vbi sciendum, quod ex charitate, & humilitate nascitur virtus

Charitas & humilitas radices patientiæ. patientiæ. Hæc ordinat nos ad fruitionem summę Pacis. Nihil enim pati molestè est pacem habere, qđ fit duobus modis. s. aut nullam molestiam sentiendo, qđ erit tantum in patria. Aut molestias, non molestè ferendo, quod est magnanimorum, etiā in via. Et hæc est patientia. Magnanimus est enim, qui ad vniuersa sustinenda patiens est, qui nullius passionibus perturbatur.

Patientia quid. Patientia, est æternę glorię respectu, voluntaria & insuperabilis perpessio laborum. Patiētia alia simulationis. Alia est necessitatis. Alia virtutis. Simulationis est, quando aut pro humana gloria aliquis se patientem in aduersis ostendit. aut cum interim dissimulat iniuriam, quam patitur, vt in aliud tempus oportunum differat vlteriorem. Grego. Qui mala proximi ita tolerat, vt tamē intrinsecus doleat, & tempus tribulationis exquirat, patientiam non exhibet, sed ostendit. Patientia necessitatis est, cum aliquis ideo aduersis vlcisci non præsumit, quia non potest, vel non audet, timens sibi ex hoc maius imminere dispendium, vel commodum deperire, vt serui à dominis verberati, vel pauperes à diuitibus obiurgati, vel discipuli à magistris castigati. Patientia virtutis est, de qua beatus Augustinus ait in lib. de patientia. Patientia est, qua mala æquo animo toleramus, hoc est, sine perturbatione tristitiæ, de his supra dictum est. Prima vitiosa est, & meretur suppliciū. Secunda cauta; & euadit temporale dispendium. Tertia virtuosa, & meretur gratiam in præsenti, & gloriam in futuro.

De passionibus in quibus patientia probatur. Cap. 14.

OMnis passio. Aut est eo quod negantur, vel auferuntur nobis cōcupita, aut amata, aut quod inferuntur. Aut minantur nobis in odio habita, & nociua, quæ possumus diuidere in quinq; in quib. patiētia discernitur, vel probatur. Primū corporis læsio. Secūdum temporalis substantiæ priuatio, vel ablatio. Tertium detrimentum honoris. Quartum carorum offensio, vel subtractio. Quintum tranquilitatis mentis cuęcunq; perturbatio. Illud tamen, omnia priora sub se cōtinet. Licet per se singulariter aliquotiens valeat discerni, & sine aliis reperiri, vt sublata aliqua lætitia, vel consolatione minus vtili, vel nociua, verbi gratia, vt propter nimiam pluuiam, vel aliam noxiam causam, non possumus spaciari, vel alios conceptus animi inde perficere pro libito. Cum autem turbantur pro defectu iustitiæ, vel pro nocumento salutis æternæ, hæc turbatio non impatientiæ est deputanda, sed zelo iustitiæ, & virtutis, nisi sit immoderata & indiscreta. Vnde dicitur ad Cor. Tristitia quæ secundum Deum est, pœ- 2. Cor. 7.

nitentiam in salutem stabilem operatur. Patientia opponitur vitio iræ, sicut charitas Dei opponitur acediæ, & charitas proximi inuidiæ, & humilitas superbię. Sicut autem iræ vitium, hominē stultū & furioso similem reddit, iuxta illud Iob. Virum stultum interficit iracū- Iob. 5.

dia. Ita patientiæ virtus sapientem ostendit, vt dicitur in Prouer. Doctrina viri per patientiam noscitur. Sicut

ergo pro prædictis quinq; causis se non turbare, virtus Prou. 19.

patientię est, ita pro defectu iustitiæ non turbari, est vitium tēporis, vel obstinationis. Per se enim quilibet tristari debet pro præteritis defectibus iustitię, & tunc est virtus pęnitentiæ, pro præsentibus, & tūc feruor est proficiendi, pro futuris, & tunc est cautela timoris. Item pro proximis contristari debet homo, moderatius tamen pro temporalibus, eorum defectibus. Amplius autem pro spiritualibus, vt eorum quæ pertinent ad salutem. Ad hæc autem maximè prælati tenentur, qui si patienter subditorum vitia tolerant, non corrigendo pro posse, ex hac patientia non gloriæ meritum sperare debēt, sed iram Dei, cuius damna & iniurias cauere, & prohibere debuerunt, tollerando fouerūt, vnde & Heli

qui filiorum mala non acriter redarguit, iram Dei cum 1. Reg. 4.

pena sensit. Quamuis enim aliqua differentia esse videatur inter patientiam, & fortitudinem, & constantiam, & magnanimitatem, & longanimitatem, & mititatem, & mansuetudinem, sicut etiam ex eorum diffinitionibus colligitur, tamen sæpe vnum pro altero inuenitur positum & mutuo se inuicem diffiniunt vel describunt. Patientia est honestatis causa, respectu difficilium volūtaria perpessio. Fortitudo, est immobilis inter aduersa multiplex animi laborū, et periculorū æqua susceptio. Cōstantia, est inter fluctuātes causas, et personas nulla mētis trepiditate cōcuti. Magnanimitas, est difficiliū spōtanea, et rōnabilis aggressio. Lōganimitas est spes cū lōga expectatione bonorū. Mititas, est q̄ mētis asperitas, seu amaritudo nō afficit. Māsuetudo, est animi tranquilitas, alteri[9] nō cedēs improbitati. Possunt ēt singula istorū singulis tollerandis quoquo modo appropriari, verbi grat. Patiēs dici pōt, qui dolores æquo aīo tolerat:

vt

Digitized by Google

vt Iob,& Thobias. Fortis est,quem tentationum certamina non eneruant,vt Ioseph. Constans est, quem labores & dolores pusillanimem non faciunt, vt Machabæi. Magnanimus est,qui ardua & difficilia aggredi non pauescit,vt Dauid,& Ioan. Bap. Longanimis est, quem lõga expectatio a spe desiderij non frangit, ut Abraham. Mitis est qui odientium iaculis nequaquam irritatur,vt malũ pro malo retribuat vt Moyses. Mansuetus est,qui corde trãquillus est,& ĩ motib. suis tractabilis,vt Io. Euãg. Valet aũt virtus patientiæ ad multa. Primo tolerabiliora reddit vitæ præsentis incommoda, quia aduersitas cũ impatientia auget incõmodum,dum extrinsecus homo affligitur,& intrinsecus per impatientiam amaricatur, & insuper mala conscientia rodit mentem pro reatu culpæ. Secundo patientia est magis mentis refectio, Prouer. 15 quia sicut corpus pascitur conuiuio,ita mens virtutum dapidus saginatur,iuxta illud Prouerb. Secura mẽs quasi iuge conuiuium. Tertio magna ædificatio est proximorum,& tanto est maior, quanto rarior, plures videmus castos,abstinentes,pauperes, seipsos humiliantes, eleemosynas facientes, vel orationibus instantes, bona dicentes,fide constantes,sed paucos admodum in cõtumelijs,& in detractionib. & despectationibus humiliter patientes: excusantes;nos & defendentes,ne forte alij scãdalizentur de nobis,putantes nos esse culpabiles si taceamus,cum ex hoc magis reprehensibiles iudicemur, qđ per impatientiam nos vindicamus,& mordentes nos acriter remordemus vnde Grego. Imitanti Dominum, gloriosius est iniuriam tacendo sustinere,quam respondendo superare. Quarto patientia purgat peccata præte-

Psalm. 93. rita,& præcauet a futuris. Quinto auget gratiam in præsenti virtutum,& spiritualium donorum. Quoniam dicitur in Psalm. Secundum multitudinem dolorum meo-

Luc. 6. rum in corde meo,consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Sexto meretur maximam gloriam in cœlo,vt dicitur in Luc. Gaudete & exultate, merces enim vestra multa est in cœlo. Septimo,singularis est retributrix passionis Christi. Talia enim studet reprehendere qualia ab ipso accepit, qui dolores nostros ipse portauit. Et hæc est lætitia Sanctorum in tribulatione patientium,& gaudentium,quod sic aliquo modo occasionem habent,& opportunitatem retribuendi Domino pro illa magna charitate,qua pro nobis animam suã posuit,saltem aliquid sustinendo,quia bonorum nostrorum non indiget, vt aliquid de nostro dare possimus. Cum ergo in iudicio veniens,ostendet indicia passionis suæ omnibus,magna erit confusio illis,qui nihil pro ipso pati voluerũt,& magna gloria illis,qui pro ipso multa & magna patienter sustinuerunt. Signum etiam spiritualis dulcedinis vel amoris videtur,cum tibi Deus dat aduersa pati,vt quasi impartiri dignetur partem oneris sui,portãdi. Sicut ille Symeon Cyreneus crucem dominicam portauit. Solent enim socij in via cum laxantur, rogaré eos in quibus plus confidunt,& quos plus diligunt,vt partem oneris sui pro se ad horam ferãt, vt hoc quasi indicium sit illis, quod maiorem habeant de eorum dilectione fiduciam,quibus onera sua portanda inferunt & imponunt, quam de illis, quibus formidant imponere,ne forte nolint æquo animo portare. Sic & Dominus,qui nobiscum est omnibus diebus,in via qua ambulamus,laxatus vsq; ad morẽ labore suæ passionis, quærit quis nostrum velit ei compati, & onus tribulationum suarum, quod adhuc in corpore suo mystico (quod est Ecclesia) sustinet, secum portare, quia hanc passionem quam caput in se,pro nobis sustinuit in carne,diuisit per omnia membra fidelium suorum, vt sicut oportebat pati Christum,& ita intrare in gloriam suã, ita & membra eius si capiti fideliter compatiantur, & conglorificentur, sicut socij passionis,ita & resurrectionis erũt,qui enim plus Christo compassus fuerit,etiam propius regnabit cum eo.

De gradibus siue profectibus patientiæ.
Capitulum. 25.

GRadus vel profectus patientiæ. Primus est, vt discat homo motum iræ & impatientiæ per pugnam prohibere & reprimere, ne erumpat foris in verba vel facta illicita,sicut ignis suffocatus fumo extinguitur,si autem non cohibetur crescit,& omnia quæ cõtingere potest cremabilia incendit. quatuor autẽ modis ignis solet extingui,perfusione,obstructione,dissipatione,defectu materiæ. Simili modo ignis impatientiæ deferuescere consueuit. Perfusione prudentium consiliorum,vt mature deliberet homo, quantum ei nocere possit impatientia,& quãtum patiẽtia ꝓdesse. quę quia superius de remedijs iræ latius dicta sunt, nunc ꝑtereo immorari. Obstructione oris,vel labiorũ,ne lingua prosiliat in verba falsa,vel ne manus erumpant in facta furibunda,iuxta illud Psalm. Pone Domine custodiam ori meo,&c. Dissipatione,vt ad alios actus,vel tractus homo se conuertat, quibus abstractus obliuiscatur materiæ,qua succensus est ad iram. Sicut cum ligna dissipãtur ab inuicem,ignis diuisus deficit defectu materiæ,ita homo abstrahit se ab illis negotijs & cupiditatibus,quę solent ministrare materiam impatientiæ, & occasionis. Vnde dicitur in prouer. sicut si defecerint ligna extinguitur ignis,ita susurratione subtracta iurgia conquiescunt. Susurratio est occulta suggestio, quæ hominẽ in stigat ad materias litiũ. Secundus gradus patientię est, cum ex longo vsu patiendi & impatientiam refrenãdi, homo didicit iam non terreri aduersis vel turbari, sed quasi in loco munito incõcussus adeo, & intrepidus aduersarios intuetur,ꝙ nihil sibi nocere posse confidit, Tãdiu aũt homo terretur aduersis quandiu aliquid diligit temporale in se,vel extra semetipsum,ꝙ timet perdere, vel dolet,vt corpus,res,honores,amicos,& propriã voluntatem. Quando autem ista inordinate non diligit,sicut nõ valde delectatur in eis,ita nec grauiter contristatur pro eis. Sicut qui vxorẽ non dilectam habet, nec de vita eius iucundatur,nec de morte conturbatur. Quid igitur potest tibi aduersarius nocere vnde turberis? Si oderit te in corde suo,malũ suum intra ipsum clausum est. Nihil tangit te pęna illius,tantum tu esto in pace apud te. Igitur in sinu alterius inclusus illum vrit non te. Si verbum dixerit contrà te, ventus sonans pertransijt aerem,non iaculum tibi infixit. Sicut ergo rideres, si iaculum contra te missum casso vulnere aerem feriret, & te non cõtingeret,ita facito ad verba màledicorum, Canis latrat contra te,& ridendo pertransis. Si detrahit tibi absens,non turberis,se læsit tibi non nocuit. Ipse prodit se esse inuidum & detractorem, & se apud intelligentes magis odibilem, vel contemptibilem reddit, & sic vindicauit te de seipso. Tace ergo & alij pugnabunt ꝓ te, & Dñs conteret aduersarium tuum. Si autem incipis cum eo remordendo contendere,qui tibi prius cõpassi sunt, stabunt,& aspicient vos compugnantes,sicut duos gallos,& ambos vos despicient & odient, & de impatientia & inuidia vos arguent. Si times detractori contra te credi, sustine humiliter, & patiẽtia tua tollet suspicionẽ,vel mitigabit præsumptionem de te in cordibus aliorum. Si autem cor tuum vritur intus ex rancore,deprime ex intuitu secuturæ felicitatis, aut vtilitatis. Sicut qui vritur,vel secaẽ pro aliquo Apostemate sanando, tolerat breuem dolorem, pro spe salutis obtinendæ. Et sicut oportet nos pati morsus pulicum & similium bestiolarum, sic etiam sustineamus cum patientia punctiones vilium detractorum. Inopes honoris non

Prudentes considerationes ad sapientiam comparandam.

poſſunt ſine inuidia pati laudes meliorum, quas cum ip
ſi habere non valeant, dolent ſe ſolos confundi, & vel-
lent ſecum habere ſocios miſeriæ pro ſolatio, & ideo de
trahunt alijs, ſicut deformis vellet alios ſibi eſſe ſimiles.
Corporis autem dolores & rerũ amiſſionem, & amico-
rum offenſas & confuſiones patienter tolerare, ſupradi
ctis remedijs diſcitur, & maxime vſu ſæpè talia ſuſtinẽ
di. Vix enim aliqd in hac vita tã aſperũ eſt, quod vſu &
ſtudio patientiæ, non fiat leuius ad portandum. Iux-
ta illud. Quod male fers, aſſueſce & feres. In iſto gradu
nec turbatur homo aduerſis, nec gaudet, ſed ſuſtinet &
tacet. Tertius gradus patientiæ, eſt gaudere in tribula-
tionibus, & gloriari cum adſunt, & deſiderare cum de-
ſunt. Sic famoſus & nobilis tiro gloriatur, cum debet ti-
Iob. 6. rocinium cõtra alium nobilẽ exercere, iuxta illud Iob.
Quis det vt veniat petitio mea, & qđ expecto tribuat
mihi Deus? Et infra. Et hæc ſit mihi conſolatio, vt affli-
gens me dolore, non parcat, nec contradicat ſermonib.
Cor. 21. ſancti, & Paul. ad Cor. Placebo mihi in infirmitatibus
meis, & contumelijs & neceſſitatibus, in anguſtijs pro
Deut. 33. Chriſto, & in Deut. Immolabunt victimas iuſtitiæ, qui
inundationem maris, quaſi lac ſugent, & theſauros ab-
ſconditos arenarum. Mare amarum eſt valde. Inũdatio
nem quaſi lac ſugent, qui excreſcente amaritudine cu-
juſlibet aduerſitatis quaſi lacte cõſolationis hilareſcũt,
& hi victimas iuſtitię immolant, quod ſecundum beatũ
Greg. Maioris eſt meriti aduerſa patienter tolerare, ꝗ
bonis operibus inſudare. Qui ergo ex deſiderio placẽ-
di Deo, ſibi ipſi aliquando aduerſa infert caſtigãdo cor
pus, & mentem quotidie in contritionis mœrore afficiẽ
do, cur etiam non ſufferat libenter, cum ab alio ei inſer
tur occaſio patiendi? vnde vel corpus affligitur, vel ani-
mus humiliatur cum maioris ſit meriti, hæc pati æqua
nimiter ab alio, quam à ſeipſo. Et qui ſemetipſum vilem
& reprehẽſibilem iudicat, cur non patiẽter accipit, quã-
do illud idem de ipſo ſentit? Nullius iudicium tam ti-
mendum eſt alicui poſt Deum, ſicut ſui ipſius. Conſciẽ
tia .n. cujuſlibet grauior in iudicio, quã omnium alio-
rum erit apud Deum. Hinc apparet, ꝙ rara eſt virtus p-
fecta. Vera .n. humilitas ſic gaudet ab alio humiliari, ſi-
cut à ſe. Et vera patientia ita humiliter ſuſtinet aduerſa
ab alijs illata, ſicut à ſe procurata, quãtum ſpectat ad ſe.

De *obedientia*. *Cap.* 26.

NVnc de obedientia aliquid dicendũ eſt. Obedien-
tia enim ex charitate & humilitate & patientia na
ſcitur, ideo de ea aliquid ad ædificationem breuiter vi-
deamus, quia in omni religione ſumme vtilis eſt & ne
ceſſaria. Obedientia propriæ eſt voluntatis ſubiectio,
arbitrio ſuperioris ad licita & honeſta. Obediendum
eſt autem ſoli Deo propter ſe, cuius ſerui ſumus pro-
prie, vel creaturæ rationali, vice Dei angelo vel homini,
in his quæ Deus requirit, & quę ad Deum conducunt.
Ratio obedientiæ triplex eſt. Prima quod omnis crea-
tura ita ordinata eſt a Deo, quod licet ipſe Deus omni-
bus & ſingulis ita præſit, vt ab ipſo ſolo accipiant quod
ſunt, & habent & poſſunt, tamen propinquiora ſibi non
loco, ſed ſimilitudine, plenius accipiunt ab ipſo, quod
inferioribus & ſibi propinquiorib. influant, & illa iterũ
ſuis inferioribus vſq; ad infimum, vt inferiora ſuperiori
bus ſubdita ſint, & ſuperiora inferioribus præſint, & ea
regant, vt ſumma medijs, & media pręſint imis. Sic
Angeli ſuperiores inferioribus præſunt, & cœleſtia ter-
renis, & irrationabilibus rationabilia, iuxta illud Gen.
Gen. 1. Faciamus hominem, &cæt. & præſit piſcibus maris, &
volatilibus cœli, & beſtijs terræ, & ad Rom. Omnis
Rom. 13. anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, &cæt.
Subſtantia enim diuina ita eleuata & ſegregata eſt ab
omni creato, quòd inferiora immediate motum eius ſu
ſtinere, vel ſuſcipere non poſſunt, niſi mediantibus ſu-
perioribus, cum tamen ipſe immotus in ſe, omnia ineſ-
fabiliter moueat & gubernat, ita vt nil ſit omnibus eo
principalius, & nihil incomprehenſibilius. Secunda ra-
tio eſt, quod cum non omnibus datum ſit eſſe docibiles
Dei, ne ignari errent a via Dei, per quam neceſſe eſt
eos peruenire ad gloriam cœleſtem, expedit eis, vt ſe-
quantur ducatum ductorum ſuorum, ſicut cęcus dat
manum ductori ſuo, ne cadat, vel impingat, vel erret.
Tertia ratio eſt, vt homo qui ſubeſſe noluit Deo peccã-
do, & ita ſuperbiendo, gratiam Dei perdidit, ſatisfaciat
ei, ſubijciendo ſe homini propter Deum, & ita per hu-
militatis meritum gratiam Dei recuperet quam amiſit.
Quantò maior autem & purior fuerit humiliatio &
promptior, tantò plenior erit gratię recuperatio, & glo-
rię remuneratio. Magnitudo humiliationis attenditur
in difficultate iniuncti operis. Puritas in ſimplicitate
intentionis. Promptitudo in alacritate executionis.

De *triplici obedientia*. *Cap.* 27.

EST autem triplex obedientia ſcilicet neceſſitatis, cu-
piditatis, & charitatis: neceſſitate obedit, qui co-
gitur inuitus, & libenter eſſet liber, ſi poſſet vel au
deret, vt aſinus & ſerui maleuoli & ſimiles. Cupidita-
te obedit, qui pro mercede terrena, vel commodo cor-
poris, vel conſolatione exteriori, libenter facit quod ei
iniungitur, vt canis, vel accipiter, vel mercenarius, & ſi-
miles illis. Quantò autem obedientia plus habet de
temporali proprio cõmodo vel ſolatio, tantò minus ha
bet de merito coram Deo. Merces prioris, eſt euaſio pę
næ, quam timet incurrere, ſi non obediat. Merces ſecũ-
di, eſt ſpes adipiſcendi quod deſiderat, obediendo pro
obtinendo munus, vel ſolatium temporale. Obedientia
charitatis eſt, quando ex charitate Dei, & propter Deũ,
& propter diuinam remunerationem obeditur, largè
ſumpto nomine charitatis, ſub qua tam timor pęnę, quã
deſiderium pręmij, quam affectus amoris Dei includi-
tur, quorum primum eſt incipientium, ſecundum pro-
ficiẽtium, tertium perfectorum. Item alia eſt diſtinctio
obedientiæ. Quædam eſt generalis. Alia generalior.
Alia generaliſſima. Itẽ alia ſpiritualis. Alia ſpiritualior.
Alia ſpiritualiſſima. Generalis obedientia eſt, qua oẽs
fideles in Eccleſia generaliter obligantur ſuis prælatis
obedire, Papę, Epiſcopis, & alijs in his, quæ canones prę
cipiũt, & iura pro oĩbus promulgata. Generalior eſt,
qua oĩs creatura ratione vtens, tenetur voluntatem pro
priam voluntati ſui conditoris conformare ex arbitrij
libertate, vt angelus & homo. Generaliſſima eſt, qua oĩs
creatura obedit ſuo creatori, ſiue naturali motu inſitæ
conditionis vt irrationabilia, ſiue impulſu potentiæ prę
ſidentis; vt dęmones & maleuolæ mentes, quę & ſi quã-
doq; volunt ꝙ Deus nõ vult, non poſſunt tamẽ, niſi qñ
vel ꝙ Deꝰ vult. Spiritualis eſt illa, qua clerici ſpecialiter
tenentur ad obedientiam ſuorum prælatorũ, in his, quæ
ad officium ſpectant & ordinem dominicalẽ, vt cõtine-
re, & tonſuram debitam deferre, & ſimilia ſacris canoni-
bus pro eis ſtatuta obſeruare. Spiritualior eſt illa, qua
propria voluntate obligat ſe aliquis certæ perſonæ, vel
religioni, ad obſeruantiam limitatã, & pro arbitrio vouẽ
tis determinatã, vt promitto tibi obedire in illis & non
in alijs, vel tãto tẽpore & non vltra, vel tali cõditione &
nõ aliter, vel in his, quæ regula tua iubet & nil amplius.
Spiritualiſſima obedientia eſt, qua ſine exceptione pro-
mittit aliquis obedientiam ad oĩa, quæ non ſunt contra
animam & regulã talem, vbi tam ad ea quæ ſunt regu-
læ, quàm ad alia, quæ iubentur, ſe obligat bona, quæ
conueniunt rationi, & liberi arbitrij ſubſunt poteſtati,
cum ad irrationabilia & impoſſibilia nemo debet co-
gi, ſicut ad illicita nemo debet obedire,

De gradibus & profectibus obedientiæ. Cap. 28.

PRofectus vel gradus obedientiæ quantum ad illa, in quibus obediendum est, colligi possunt ex præ dictis. i. obedire ad præcepta communia. Obedire etiam ad aliqua consilia obedientiæ etiam ad bona & possibilia. Quantum verò ad mentem, vel affectum obediẽtis, breuiter videamus, qui sint obedientiæ profe ctus. Quanto autem quis altius in obedientiæ virtute profecerit, tãtò ei Deus exorabilior, & omnis creatura ad obediendum homini ordinata, subiectior & obsequiosior erit. Infimus obedientiæ gradus est, ex timore supplicij obedire, sicut illi, qui tantum obediunt superiorib suis in his, quæ præceptoriè iusserint. Ad alia verò tepidi sunt & negligentes, nisi inquantum vel cõmunis cõsuetudo tangit, vel pudor humanus impellit, vel timor temporalis castigationis sufficit his, qui huiusmodi sunt, vt in mortale peccatum per inobedientiam non incidant, nec damnationem incurrant. Et tamen hoc est valde periculosum, in professis obedientiam regularem, quia prius quam discutiant an teneantur facere quod iubetur, forte mortalis inobedientiæ laqueum incidũ t aliquando, sicut qui nimis appropinquat percipitio, subitò dum non cautè circunspicit, in præceps labitur. Cum autem de Deo disputare velle, stultum est, & quasi velle conuincere eum, vt non debeat iudicare hoc esse peccatum mortale, quod nostra opinio non vult pro mortali habere. Sua extimatio est regula iustitiæ infallibilis, nõ nostra angulosa opinio, quam nostram conscientiam appellamus. Solis radius nunquam facit angulum, semper directè in opposita sibi ferit, siue in nobis appareat, siue aliter extimemus. In professione obedientiæ non exprimimus hanc exceptionem, vt nolimus ad ea teneri, nisi quando adiungitur hoc verbum præcipio, vel per obedientiam hoc tibi dico, vnde obediens tam studiose debet facere, quod iubetur simpliciter, cum constet suum prælatum tam plene illud velle, quàm si apponeret illud præcipio, vel per obediẽtiam iniungo hoc vel illud. Secũdus obediẽtiæ gradus est, pro spe præm j potius obedire. quà timore supplicij ad iniũcta volũtarie. Iste non disputat in quo teneatur, vel non teneatur obedire, quia siue teneatur siue non, confidit sibi esse meritorium, dũ modo malum non sit quod iubetur, et si mala intentione aliqua iuberet, quæ tamen mala nõ essent. s. pro odio illius cui iniungeret, vt eum sic tribularet, vel pro commodo proprio magis, quam pro obedientis profectu. Non solũ non nocet humiliter obediẽti, sed duplex meritum habet ex hoc. s. obedientiæ & insuper patientiæ. Sicut inobedienti magis nocet bona intentio præcipiẽtis prælati, & præcepti vtilitas, ex quib. dum ia ei⁹ pprẽ ditur ita bono, obedienti magis ad profectum prouenit indiscreti prælati præceps præcepti fulminatio, dummodo non fuerit contra Deum, vt si quis in ira, pauperi pro lapide massam argenti in gremium iactaret, pauper non indignaretur pro ira iacientis, sed iucundaretur pro argento taliter acquisito. Tertius gradus obedientiæ est, ex sola dilectione Dei, non tantum volũtariè sed etiam cum gaudio obedire, non solum ad facilia, sed et ad difficilia atq; dura, etiam vsq; ad mortẽ, sic Christus factus est pro nobis obediẽs vsq; ad mortẽ, &c. Pudeat Dei seruum, sic tali Domino pigre obedire pro Regno cœlesti, sicut est consuetudinis quibusdam. Cum sæcularium principum & nobilium serui, pro incerta & modica mercede, tot labores in bellis, tot pericula, tot penurias, tot et à Dominis opprobria & verba patienter sustineant, tot itinera longa in legationib. dominorum prõ ptè subeant, nec enim procrastinant, nec segniter exequuntur, nec difficultatem viarum, nec penuriam prætendunt, nec pactum pro labore præmittunt, sed incerti de præmio, in tenui spe omnia imperata perficiunt, gloriantes, quod præ ceteris conseruis ad tale negotiũ sint electi. Vide quam seduli sunt circa dominos, circunspicientes in quibus eis seruire, & placere possint. Et cum non tam verbum iussionis audierint, quã nutũ oculorum adnerterint, statim quasi præcipites exiliunt, & auidè auscultant quid eis placeat, & quid velint. Et quamuis seruorum Dei obedientia, quãtum ad affectũ ex seruore maiori procedat, tamen quò ad actum iste perfectior videtur, qui ita promptus & constãs esset ad omnia iussa implenda, sicut in seruis sæcularibus inuenitur. Sicut de sanctissimo Patre nostro legim⁹, & primis eius sociis, qui non solum ea quæ beatus patet eis verbo expressit, promptè adimplebant, sed etiam si aliquo modo eius beneplacitum poterãt cognoscere, studiosissimè perfecerunt, sicut ab ipso didicerant, patre sancto. Hac virtute Abraham obediuit, non tantum exite de terra sua & peregrinus esse in aliena, sed etiã vnicum filiũ suũ Isaac voluit immolare. Et pro hac Prophetæ & Apostoli, & alii Sancti exposuerunt se omnibus laboribus & periculis, exiliis, penuriis, & persecutionib. & morti pro Christo. de hac Dominus specialiter dicit. Si quis vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suã & sequatur me. Semetipsum abnegat qui sui iuris esse recusat, & totum se alterius arbitrio submittit propter Christum, sicut Christus non venit facere voluntatem suam sed patris. Matt. 16.

Phil. 2.

Simile.

De paupertate. Cap. 29.

COntemptus diuitiarum opponitur auaritiæ rerũ temporaliũ. Hic qnq; paupertas spiritus appellat. Quidã autẽ sunt pauperes reb. & nõ spiritu, sicut qui libenter vellent esse diuites, sed non possunt, vt pauperes mundi. quidam sunt pauperes spiritu & non rebus veluti qui diuitias non pro ipsarum amore possident, sed pro amore Dei: vt cultum Dei per eas amplificent & defendant, vel amore proximi in Deum, vt proximis inde subueniãt, sicut Abrahã, Iob, Lot, & Dauid Iosias, & similes, vel qui per obedientiam principatus & potestates, & dignitates, suscipiunt, vt beatus Gregor. Papa, & alij sancti Episcopi qui pauperes esse elegerant, sed iussu diuino aliter factum est, vt principes terræ constituerentur, & dispensatores rerum ecclesiastica rum pręaliis, sed in se paupertatis propositum non abijcientes, tanto laudabiliores paupertatis sectatores effecti sunt, quanto magis in diuitijs, ab eius amore nõ sunt separati. Quidã verò sunt pauperes spiritu & reb q nec habẽt diuitias, nec volunt habere etsi possent sine peccato. Hi tãto feliciores sunt quãto a laqueo cupiditatis elõgantur. Horũ sunt duo genera. Primi, qui nõ habentes diuitias fecerunt de necessitate virtutẽ, nolentes habere si possent. Secũdi qui potuerũt vel habuerunt diuitias, & abiecerũt eas, & recusant habere propter Deũ.

De triplici contemptu diuitiarum. 30.

COntemptus autem diuitiarum in duobus consistit. Aut cum liberaliter effunduntur in pauperes per opera misericordię, & ad cultum Dei largiter expenduntur, sicut sancti reges, & alij diuites fecerunt, turbas pauperum alentes, & monasteria, & Ecclesias ædificantes. Aut cum penitus respuuntur diuitiæ, sicut sancti fecerunt in mendicitate & inopia reti viuentes, vt sanctus pater Fráciscus, sanctus Dominicus, & alij Christi sectatores, euangelicæ perfectionis ęmulatores. Iuxta illud. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Quatuor aũt de causis consulitur diuitiarum contemptus. Prima, quia earũ amor retrahit ab amore Dei & patriæ cœlestis. Iuxta ipsius veritatis testimoniũ, nemo põt Deo seruire & mamonæ, idest diuitijs. sicut enim de pfundo terræ Matt. 19. Luc. 16.

terræ tolluntur, ita suo pondere ad infima terrę suos detrahunt amatores, hoc est in profundum inferni, vnde dicitur. Timo. 6. Qui volūt diuites fieri, incidunt in tentationes, & laqueum Diaboli, quæ mergunt homines ad infernum. Secunda causa est, quia retardant hominē a profectu virtutum. Sicut enim oneratus non potest velociter currere, sic mundanis curis oppressus, non potest in spiritu expedire proficere. si ergo vis festinate ad patriam, Si vis non teneri laqueo venantium. Si non apprehendi in via, & in captiuitate vnde euaseras non reduci, proijce auaritiam, & extrahe pedem de vitiosa cupiditate terrenorum. Ideo Iudæi tardi erant ad reditum de Babilone in Ierusalem, quia filios, vxores, & possessiones iá acquisierant in Babilone. Sic & religiosi tardius desiderant cęlestia, cum in terrenis cœperint dilatari. Tertia causa ratione meriti amplioris, quia quanto minus tibi de terrenis indulgeas, tanto magis recompensabitur tibi de cœlestibus in gloria sempiterna, iuxta illud. Matth. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cęlorum. Non portio aliqua gloriæ, sed tota gloria regni. Et ideo filius Dei dans nobis exemplum perfectionis, nihil possessionis voluit habere in terra, non agros, domos, vel reditus, præter solum vestitum, quem etiam permisit ante crucem sibi auferri. Vt doceret nos quòd omnia relinquere, non tantum consistit in non habere volendo, vel sponte omnia pauperibus tribuendo, sed impatienter amittendo. Quia si habita vi tollantur, plerunque maioris est meriti, quam pauperibus tribuisse, quia rarior virtus est illata æquanimiter perpeti, quam sponte bona operari. Cum igitur boni viri ob hoc solum, vel maxime substantiam terrenam habere debeāt, vt inde benefaciant, & ad meritum gloriæ, æternæ expendant, quia aliter bona non essent si terrena non pia intentione quærerent, & creaturam non propter creatorem diligerent, debent ea ratione non minus cum ipsam substantiam quocunque casu amittunt gaudere, quam si eam in vsus pios expendissent, eo quod eundem fructum meriti cœlestis in tam patienter tolerata amissione, quàm etiam in pia dispensatione consequi non dubitēt. Sicut mercator illas merces æqualiter diligit, de quibus æquale lucrum sibi prouenire confidit. Diuitias autem quærere, vt in malos vsus expendātur, scilicet in vanitates, in voluptates carnis, & oculorum, impium est, quia per beneficium creatoris largior ei contumelia irrogatur. Sed ad hoc eas quærere tantum, vt adhuc cumulatè seruentur, stultum est, quia tantum valet congeries lapidum sicut argenti, vel auri, si nulli vsui expendatur. Quarta, quia temporalis substantia contemptibilis est, multis considerationibus ex sui natura non est diligenda, cum terra sit ignobilius elementum inter omnia. Item qoia non multum necessaria. Modicus enim victus, & vestitus, & tectum sufficit homini pro necessitate ad viuendum, quod superest, superfluum est. Item multis est nociua, & occasio damnationis æternæ. Item multorum patet inuidiæ qui libenter eam auferret habenti per multas artes. Item multo labore & solicitudine acquiritur, & seruatur cum periculo vitæ. Item non satiat appetitum hominis habentis, sed quò plus habetur, eò inquietius sititur. Itē quia tam bonis quam malis datur, & ideò non sunt fœliciores, qui in ea abundant, immò frequentius infęliciores, quia est eis occasio multorum malorum. Item quia diu cum homine non perseuerat. Nam si aliter non ammittur, mors eam separat ab homine, & nihil potest homo post mortem secum deferre ex ipsis, nisi quod meruit, vel demeruit per ipsos. Sapientis ergo est, paruipendere ꝙ vile est, & non multum laborare pro eo, quòd parum est vtile, & fugere quod perniciosum est. Et liberaliter spargere quod conseruatum perit, & distributum fructificat, si in pauperes erogetur.

De gradibus in contemptu diuitiarum.
Capitul. 31.

PRimus autem gradus in cōtemptu diuitiarum est, nihil velle habere iniusti lucri, nec per se acquisitum, nec ab alijs datum, vel relictum, vel reddere omnibus debita pro posse. Et de iustis habitis eleemosynas facere. Et non abuti facultate propria ad peccatum lasciuiæ, superbiæ, gulæ, & aliorum vitiorum. tribus autem modis aliquis videtur iniustè bona habere. cum autem ipsa malè acquisiuit quocunque modo, aut ab alio datum, venditum, inuentum, vel relictum aliquid ei est ab illo, qui ius in eo non habuit, aut cum nocuit alteri in rebus iniustè, etiam si nihil de illis habuit. Inquantum enim teneor alteri restituere, in tantū mea non sunt mea, sed illius cui teneor, vnde siquis plus tenetur certis personis quā habeat, si dat alicui gratis de bonis suis, vnde scitur per accipientem impotens fieri ad reddendum, qui sic accepit scienter tenetur pro eo soluere tantum, quantum accepit, cū iste non sua ei dederit, sed quæ sunt aliorum. Secundus gradus est, nihil velle superfluum habere, sed solum necessarijs esse contentum, in victu, in vestitu, hospitio, vtensilibus, obsequētium famulatu, & reliqua habita pauperibus erogare, vel non recipere oblata, nec acquirere supra necessitatem, vt dicitur in Lu. Quod superest date eleemosynā, & ecce oīa munda sunt vobis. Luc. 11. Sic monachi Ægyptij & alij similes de labore proprio victū & vestitū habētes, reliqua pauperibus distribuebant, vnde dicitur in Pau. Habentes alimenta & quibus tegamur his cōtenti simus. 1. Tim. 6. Sed ne nimis latos faciamus terminos sufficientiæ, est sciendum ꝙ duplex est sufficientia. s. indigentiæ & concupiscentiæ, indigentiæ sufficit sustentare naturam, vt posit ad seruiendum Deo perdurare. Et hanc sufficientiam natura docet, sicut videmus in irrationabilibus, immò & in plantis quæ contētæ sunt naturali alimento, & amplius non requirunt. Sufficientia verò concupiscentiæ excedit mensuram, limites non habet nisi impossibilitatis, hoc solum relinquit ꝙ non sperat adipisci. Diues auarus in Euangelio cum vberioribus fructibus agri se vidisset ditatum, non dixit diues sum & abundo, non plus cupio, quia nō cupio, sed cogitauit horrea vetera destruere, & maiora facere, vt dicitur in Luca. Luc. 12. Prima horrea sunt iustæ necessitatis, hæc parua sunt & paruis implentur, sed auarus hęc destruit & maiora facit. i. horrea concupiscentię & superfluitatis, quę nunquam replentur, putat semper cum plurima habere cæperit, etiam ampliora facere disponit, atque iam non sufficiūt habita, nisi adijciat adhuc plurima, & sic procederent in infinitū. Cor auari est quasi fouea sine fundo, q̄ quo plus recipit plus consumit, vt nūquam videat impleta, iuxta illud Eccl. Eccles. 5. Auarus nunquam implebitur pecunia. Tertius est nil velle possidere in mundo, & in omnib. necessarijs multiplicem pati penuriam propter Deum. Hoc est efficacissimum contra auaritiam remedium, quę sicut ignis insaciabilis nunquā dicit sufficit, & nunquam melius intingitur, nisi cum nostra temporalis substātia penitus subtrahitur. Hoc remediū Christus docuit verus animarum medicus, qui in oīb. viam illam tenuit, quæ est aptissima ad doctrinam virtutum, & curationē vitiorum. Diuitiæ enim, honores sęculi, & voluptates carnis, sunt præcipua sanctitatis impedimenta, quæ magister virtutū & Dn̄s docuit viuendo declinare suos discipulos in exemplum, vt habetur in Matthæo. Matth. 19. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quę habes, & da Pauperib, & veni sequere me. Hæc quam vocat Apostolus. Altissimā paupertatem, primorū sanctorum in Eccl. qui omnia reliquerunt propter Deū, huic 2. Cor. 8. multæ virtutes & plurima dona gratiarū annexa sunt, quæ tamē a paucis capiuntur, eo quod licet multi sint,

qui

Digitized by Google

qui quasi nihil habeant in mundo, tamen admodum rari sunt in religione, qui non plus habere cupiant, uel pro se uel pro alijs. Omne quod est melius, est carius in hoc mundo. Qui pro se sollicitus est in temporalibus, relinquit prouisioni simpliciter. Similiter qui hēt alios prouisores relinquitur illis, qui uero omnem solicitudinē suam in Deum iactat, & omnem cogitatū, habet ipsum
Matth. 6. Dominum prouisorem, sicut dicitur in Matth. Primum quærite regnum dei, & hęc omnia adijcientur uobis, scilicet temporalia necessaria. Qui enim ex gratia vult donare cęlestia, cur non etiam ab eo speramus temporalia & parua? Aut ergo dabit nobis necessaria inquantum expedit, aut uires corporis ad sustinēdum penurias, aut spiritualem dulcedinem meliorem carnali, & insuper præmium cœleste.

De *sobrietate*. Cap. 32.

SObrietas est uirtus, qua corporis alimenta cū moderatione admittūtur in cibo & potu & somno. Sumitur etiam generaliter pro moderatione ab omni superfluitate, & intemperantia mentis & corporis, unde dicitur. Sobria mens & sobrius sensus, sed prout accipitur pro restrictione alimentorum, ista est quæ dicitur parsimonia, uel abstinentia, & opponitur uitio gulæ uel castrimargiæ, quæ est uentris ingluuies. Est autē alia sobrietas medicinæ, alia auaritiæ, alia hypocrisis, alia paupertatis, alia religiositatis. Medicinalis fit propter sanitatem corporis conseruandam, uel recuperandam. Auaritiæ ad parcendum expensis, hypocrisis pro laude humana. Paupertatis pro necessitate penuriæ. Religiositatis pro uirtute obtinenda, uel pro uitio calcādo, pro pęnitētia agenda, ꝑ ędificatione proximorū, ꝑ gloria promerēda, pro acuendo intellectu, & sapientia inquirenda. Nā sicut fenestra obturata limo, obtenebrat, ita ītellectus intus cibo obrutus, obcęcatur, sicut sæpius experimur. Sobrietas autem sicut omnis uirtus, tūc solū coram Deo est meritoria, cum Deus est causa prima & forma, id est si propter Deum principaliter fiat, & secundū Deū. Sicut enim Deus mundum gubernat, ita ut nec plus, nec minus ei adhibeat diligentiæ quam iustum est, omnem diligentiam suam ut ita loquamur, circa cœlestia impendens. Ita & homo cui minor mundus regendus commissus est, hoc est corpus proprium, sic debet ei prouidere prudenter, ut nec de necessaria prouisione aliquid delit pro posse, nec aliquid impendatur superflui, ut non deficiat ante tempus ex penuria uel labore, nec lasciuiet ex abundantia, uel quiete. Tota autem intentio debet esse circa optimum occupata, circa profectum animę in Dei notitia & amore, & his quæ ad hunc profectum conducunt, quia non propter corpus anima creata est, sed corpus propter animam, ut illi seruiat & cooperetur ad profectum prędictum. Anima uero propter Deum data, & creata est, ut ei inhæreat, & inhærendo suauitate ipsius perfruatur, & fruendo beata sit. Solius etiam Dei est occidere & destruere, cuius est creare & uiuificare. Ideo nisi eius iussu, uel permissu nihil nobis licet destruere eorum, quæ ipse fecit. Irrationales creaturas permittit nos occidere, sed non irrationabiliter. Rationabiles uero ꝓhibet occidi, id est homines, nisi secundum leges ab ipso promulgatas, unde iudices secundum leges diuinas iudicantes, non sua, sed Dei auctoritate malefactores occidunt, quia ipse præcepit. Qui hoc fecerit, uel hoc fecerit, tali pœna puniatur. Sicut autem non licet cuique alterum ocidere, ita nec semetipsum: semetipsum autem occidit, qui indiscrete per abstinentiam, & per alios labores debilitans, ante cogitur deficere quam requirat ordo naturę, licet aliquos deuotionis feruor, uel pura sim-
Rom. 12. plicitas excuset. Vnde dicitur ad Rom. Rationabile obsequium uestrum, &c.

De *tribus in quibus consistit sobrietas*. Cap. 33.

SObrietas in tribus cōsistit, in qualitate, quantitate, & modo. In qualitate, ut non delicata, & preciosa, & sumptuosa requirat, sed simplicia, quibus ualeat sustentari natura, & gula non prouocari, & quę de facili possunt haberi. In quantitate, ut non nimis quam decet, uel sæpius, sed temperate, ut sit refectio corpori non onus. Infirmi sunt liberi ab hac utraque lege, immo ut non importune requiratur, nec impetuose, & indisciplinate, & inordinate sumatur, sed modeste, mature, & religiose, sicut in priori forma nouitiorum tactum fuit. Sic enim sapit si ita sumamus, Sumitur commodius, reficit salubrius, minus grauat stomachum, & facilius digeritur, & minus peccatur, & est honestius, et religiosius. Valet autē sobrietas ad ista, quę superius tacta sunt: Valet etiam ad satisfactionem pro peccatis, ut sicut corporis voluptate peccamus, ita castigatione emēdemus. Itē ad carnis lasciuiam reprimendam, vt quę impinguata insolens facta est, macerata discat obedire, quoniam habe-
tur ad Cor. Castigo corpus meū, &c. Itē ad corporis sa- 1. Cor. 9.
nitatem, quia noxios humores desiccat, quos crapula et quies superflua generare consueuit. Item ad solicitudines mundanas abscindendas, quia qui modicis contētus est, modica habet prouidere. Item ad multarum virtutum habilitatem, sobrius enim est agilior ad bonum, castior est, & minus habet inuidendi materiam, magis cautus est in lingua, promptior ad deuotionem, & purior in affectu. Item ad sapientiam inquirendam, quia secundū Augustinum sensum magis vigilem facit, & subtilem, et memoriam tenacem. Item ad aliorum ædificationem, quia qui exteriora nostra ordinata vident, & temperata concipiunt, quod de interioribus extiment, quæ non vident nec intelligunt. Minus etiam sumus eis graues ad recipiendum ad mensam, videntes quod modicis contenti sumus, & quod facile nobis possunt satisfacere. Minus autem alijs mēdicis nociui sumus, quia quo plura ab hominibus petimus, eo minus aliquid mendicis
dandum relinquimus. Et hoc est quoddam genus rapi- Nota.
næ, quod a paucis aduertitur, cum aliquis vltra necessitem veram mendicat. Vnde alter mendicans magis patitur detrimentum, quia postea superueniens non inuenit quod iste præueniens præripuit. Item valet ad meritum gloriæ tam pro seipso, quam pro virtutibus sibi connexis, quia quo plus nobis hæc de voluptate subtraximus, eo magis & hæc spiritualibus, & illic cœlestibus diuitijs abundabimus.

De *gradibus sobrietatis*. Cap. 34.

PRimus gradus sobrietatis esse pōt, a crapula & ebrietate cauere, & debita tēpora & horas in comedendo seruare, ne ieiunia statuta leuiter frangantur, vel tempore incongruo epulis & potibus inseruiatur, & ne magis ad luxuriā, quam ad naturæ refectionē
edendo, vel bibendo studeamus, qa dicitur in Eccle. Vę Eccles. 10.
terræ, cuius Rex puer est, & cuius Principes mane comedunt, &c. Pecus quod solum ventri seruire nol. itur, seruat in edendo & bibendo naturæ modum conuenientē. Sic & homo debet qui regitur ratione. Alioquin melius esset ei carere ratione, quam nō regi ab ea, quia nec peccaret carens ratione. Secundus gradus esse pōt a quibusdā licitis abstinere, vt a carne, vino, lacte, piscibus, uel pigmētis, uel aspero uictu esse contentū, scilicet pane rudi, uel non condito, uel sępe ieiunare, & a delectabilibus abstinere, & quę magis appetunt, ut religiosi et deuoti solent, et pœnitentes, iuxta illud Apostoli ad Romanos. Bonum est non comedere carnes, et non bibere

Digitized by Google

vinũ,&c. Sicut Nazarei Rachab filij. Vnde dicitur in
Dan. 10. Daniel. Caro & vinum non intrauerunt in os meum.
Tertius gradus est domuisse gulam, & docuisse palatũ,
sic vt solum sit contentus his quæ extremæ necessitati
sufficiunt in qualitate, & quantitate cibi & potus, vt q̃-
tum simplicior victus, eo magis diligat. Et si delicata ali
quando sumere oporteat, non delectationem in eis, sed
solam necessariam refectionem requirat. Vt habetur ad
Rom. 13. Rom. Carnis curam ne feceritis in desiderijs. Posset &
alia distinctio dari de profectibus abstinentiæ, & sobrie
tatis. Primus gradus est carere patienter, cum nõ potest
haberi cibus, vel potus delectabilis, & non contristari
quando nõ habentur desiderata interdum, sicut quidã,
qui quandoque non habent in mensa quæ desiderant,
et contristantur vel indignantur, murmurant, verecun-
diam abijciunt, et non cogitant professionem suam. Et
quòd aliquando diuites non habent omnia quę cupiũt,
quanto magis pauperes, et mendici. Secũdus gradus ab
stinentiæ est velle carere pro Deo illis, quæ possent ha-
beri amore sobrietatis et boni exempli. Sicut boni et fi-
deles serui Dei sępe ditiores hospites prætereũt, et apud
pauperes hospitãtur, et lautiora fercula prohibẽt sibi da
ri, contenti simplicibus et paucis amore Dei, et pro ædi
1.Cor.6. ficatione aliorum, dicente Paulo. Omnia mihi licent,
sed non omnia ædificant. Quia licet secundum Euange
lium comedere liceat, quæ apponuntur, tamen magis
ædificat si lauta, et multa nobis apponi non permitti-
mus. Quia sicut recipientes decet liberalis hospitalitas,
ita decet nos religiosa frugalitas, quam etiã fortius con-
uenit nos defendere, quam illos suam sęcularem hone-
statem, quantum volunt nos abũde procurare. Quãuis
autem illa vice videantur contristari, quòd non permit
timus suæ deuotioni satisfacere multa ministrando, ta-
men apud se de nostra temperantia ædificantur. Et alio
tempore recipiunt nos hilares, quando non sumus eis
onerosi. Et vbi modo paucos receptores habemus, ibi
tunc plurimos habebimus, cum intelligent, quòd et pau
peres nos pascere commode valeant. Tertius abstinen-
tiæ gradus est, posse sine difficultate abstinere ab habi-
tis delectationibus, vel tantum inde sumere puram ne-
cessitatem, & hoc non amore delectationis, sed recrea-
tionis. Et quãuis quo ad paupertatem maior virtus sit,
non habere quod cupiat, tamen quo ad fortitudinem ab
stinentię maius est posse appetitum retrahere ab vsu, vel
delectatione præsentis voluptatis, quam absentem non
desiderare. Cautius autem est & securius fugere corpo-
rales delectationes, quia sępe victi sunt in certamine, qui
nimis voluerunt esse securi, & qui ex præsumptione si-
bi victoriam spoponderant, victi & confusi didicerunt,
quam stultũ est committere se periculis pręliorum, vbi
possunt oportune vitari. Facilius in littore non submer-
gitur, quam in gurgite aquarum.

Quod virtus consistit in medio, vitia in extremis.
Capitulum. 35.

SCiendum tamen, q̃ virtus medium vitiorum tenet,
& in vtroque latere tam a dextris, quam a sinistris vi
tijs est obstare. Et ita vt si modice a discretionis tramite
declinauerit, iam virtus nõ sit, verbi gratia. Parsimonia
vel abstinentia si metas suas excedat in superfluitate ali
menti, declinat in vitium gulæ. Si nimis modicum ad-
mittat de necessario alimento, vitium indiscretionis in-
currat, per quam vires corporis destruat, vigorem men
tis extinguat, naturam debilitet, & bona quæ promere-
ri potuit negligat, & vitia citius perimat, vel sensum per
dat, vel si vires recuperare debeat, tanto postmodum
studeat corpus reficere commodis & fomentis, quanto
prius indiscrete eidem eas subtraxerat. Similiter cõtem-
ptus diuitiarum, si vltra quam iustum est aggreget tem
poralium substantiam, in auaritiæ vitium cadet. Si ni-
hil temporalium velit ad vsum admitere, ex tali indiscre
tione necabit naturam fame, frigore & egritudine. Pa-
tientia si minus declinat in impatientiæ vitium, incidet
in torporem, vt zelum iustitiæ perdat, & dissimulet tam
in se quam in alijs vitia crescere, quæ debet persequi &
vlcisci. Humilitas si nimis timet, extollitur ex indiscreta
abiectione, perdit confidentiã salutis, vel profectus spiri
tualis. Charitas proximi si indiscrete teneat, facit proxi-
mo fauere in detrimentum salutis proprię, sicut qui per-
itura t amore proximi, & alijs modis. Castitatis amore a-
liqui sibi virilia amputauerunt, & dum voluerunt tenta
tionis ardorem temperare, periculosę proprię interfe-
ctionis exposuerunt. Agilitas boni operis sic quando-
que fugat pigritiam, vt quietem deuotionis extinguat.
Spiritualis lætitia sic acediam, vel tristitiam declinat, vt
quandoque in dissolutionem incidat, & vanam gloriam.
Taciturnitas, verba ociosa declinans, quandoque vtilia
& necessaria retinet in detrimentum proximi & sui. O-
bedientia indiscreta, sic fugit proprię voluntatis vitium,
vt obediat superiori ẽt ad peccatum, cum tamẽ obedire
magis oporteat prohibẽti omne peccatum, quam cuiuis
pręcipienti peccatum, & sic de alijs virtutibus faciendis.

De distinctione virtutum a vitijs. *Cap.* 36.

ET quia virtus tam nobilis est, & venerabilis omni
bus & præ omnibus, quòd vitiosi eam super om-
nia venerantur, ideo & vitia quandoque virtutes
se esse mentiuntur, & velamen virtutis assumunt, vt aut
securius dissimulentur & non arguantur, aut etiam lau-
dem virtutum assequantur. Vnde videmus ea quando-
que a quibusdam religiosis, & studiose exerceri, & au-
ctoritate quasi pro virtute defendi, ita vt vera virtus eis
& in alijs quandoque displiceat, & etiam pro vitio de-
spiciant & impugnent, & interpretentur esse vitium, qđ
pura virtus est, & e conuerso virtutem asserant, quod ve
re vitium est, sed virtutis colore velatum, verbi gratia
paupertas spiritus, id est voluntaria pro Christo pauper
tas, magna & uera virtus est, quam multi religiosi profi
tentur, & tamen uidemus plures sub prætextu necessita
tis, pietatis & honestatis diuitias desiderare, in pecunia,
prędijs & ędificijs, uestitu, & uictu, & libris, & alijs, quę
veræ diuitiæ reputantur, ita ut faciari nequeant, quia
si etiam quod cupiũt haberent, si quis plus offerret, plus
acciperent, usque ad magnam quantitatem, quia non di
cerent, sufficit, nolumus plus habere. Econuerso parce
uiuere & paucis cõtentum esse, tenacitas & auaritia nũ-
cupatur, quasi non audeat uti bis quæ habet. Silentium Discursus.
reputatur tristitia, maturitas amaritudo, & zelus iustitię
temerarium iudicium dicitur, quies deuotionis pigritia
uocatur, corporis castigatio, indiscretio censetur, simpli
citas stultitia creditur, timor Dei, litigiosa conscientia
ęstimatur, fugere publicũ singularitas uocał, cauere scã
dalum hypocrisis iudicatur, ecce quomodo proscribi-
tur & peruerse uitium interpretatur. Econuerso autem
plerunque dissolutio socialis iucunditas putatur, curiosi
tas ædificiorum, librorũ, & aliorum honestas habetur,
laxa conscientia libertas deputatur, corpus delicate fo-
uere discretio reputatur, garrillitas, affabilitas dicitur, in
uidia fraterna zelus iustitiæ dicitur, duritia & inclemen
tia rigor ordinis putatur, auaritia acquirendi fidelis pro
uisio nuncupatur, astutia prudẽtia nominatur, elatio au
toritatis offensio mõstratur, zelus & contentio ordinis
defensio appellał, iactantia de bonis proximi ędificatio
uult uideri, detractio, detestatio uitij alterius uult puta
ri, cõformitas uitiosa uult credi fuga singularitatis, tor
por negligentiæ uult humilitas uideri, altiora se nõ quæ
rere

Digitized by Google

tete pusillanimitas dr̃, inquietudo euagandi & negociandi, vult agilitas dici bene operandi, prodigalitas, vult largitas videri, & sic de aliis. Sciendum itaque est, quod discretio spiritus medium virtutis eligit, non declinat ad dexteram vel ad sinistram regia gradiēs via, non dicit malum bonum, & bonum malum ponendo lucem tenebras, & tenebras lucem, diuidens diem virtutis a nocte vitiorum, ne Angelum Sathanæ pro Angelo lucis recipiat. Verum a falso distinguens, & quod bonum est bonum tenens.

De castitate. Cap. 37.

CAstitatis est sobrietati simillima, & nutritur ab ea, sicut è conuerso, luxuria nutritur a ventris ingluuie. Membra n. genitalia sub ventre posita ex eius [Exemplū.] redundantia in libidinem resoluuntur, sic è econuerso ventris exinanitio humorem luxuriæ arefacit, sicut cum fons obturatur, riuus ex eo profluens desiccatur, vnde pro generali regula, a bonis spiritualibus hactenus obseruatum est, qui castus esse desiderat, studeat sobrietati, quia sine illa non diu castitas est secura. Et cum iam proficiente proficit, & cum decrescente decrescit. Licet quidam sine ea, modo sibimet aliud, nescio qua præsumptione, promittant, omnia autem laus in fine canitur, nec credo tot & tantos virtutum inquisitores, qui dictam secuti sunt regulam in sua extimatione deceptos, vnusquisq. n. in arte sua sapiens est, & studiosi virtutum fuerunt in earum exercitiis sapiētes, studiosi vero diuitiarum, vel delitiarum sæcularium efficiuntur in earum prouisione prudentes, vt Lucas ait. [Luc. 16.] Filii huius sæculi prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua. Castitas est virtus origine cœlestis, hāc ipsi Angeli sancti ab ipso Domino omniū virtutū fontali principio primit⁹ didicerūt, & indeclinabiliter seruauerunt, & hanc sūmus & vnus magister noster, qui est in cœlis, Angelorum magister Christus Dn̄s, nobis de celesti schola ad terram publice docendo attulit, & Matrem gloriosam virginem perfectam primāq. post se huius disciplinæ magistram, in cathedram virginalis munditię cæteris mirandam & imitandam pręficit.

De quatuor vtilitatibus castitatis. Cap. 38.

CAstitas quatuor facit in præsenti. Corpus mundificat, sicut econuerso luxuria inquinat, ita quod si non merces alia castitatis quam præsens munditia foret, nec aliud luxuriæ supplicium quam eius fœditas, castitatis honestas esset amplectenda, & luxuriæ turpitudo horrenda. Item mentem liberam facit & expeditam, quia nec pro vxoris prouisione, nec pro filiorum educatione sollicitum reddit, nec affectus dilectionis ad cōiugem & ad filios ligat, nec spiritus zelotipiæ castum exagitat, nec solicitus est quomodo vxori placeat, vel qualiter hæredes diuites faciat, nec quærit generos, vel nurus, nec est seruus affinium per vxorē, soli sibi viuens, & pro se solo solicitus in seipso quiescēs. Multa sunt, de quibus oportet coniugio ligatos esse solicitos, ita quod illa carnis delectatio nullo mō est eis tam iocunda, quā anxietas variarum curarum quas patiuntur, erit postmodum amara, quam Apostolus tribulationem carnis appellat, a quibus casti sunt liberi & exonerati, a.t.n. [Cor. 7.] Volo vos sine solicitudine esse, &c. Item conscientiam lætificat, quia gratum Deo p̄stat obsequium, qui pro Christo carnis dulcedinem respuit quam mundus pro magno bono concupiscit, lætificat, quia Deū placat & Deo proximare facit, & Dei offensam cauet in delectatione carnali, & premiū celeste meretur, & deum auctorem munditiæ per castitatem imitādo sequitur, cum sit gloria magna sequi Dn̄m, qui nos præcessit in munditia castitatis, virgo virginis filius & virginum sponsus. Item tam hominibus, quam Angelis amabilem, & spectabilem facit, quia tam boni, quam mali venerantur eam Angeli, quia cū naturaliter omne animal diligat sibi simile, Angeli castos homines familiarius diligunt.

De his quæ valent ad castitatis profectum. Cap. 39.

AD castitatis autem acquisitionem & profectum, ac obseruationem, valent ea quæ supra posita sūt de remediis luxuriæ, s. Alienatio, & separatio feminarum a viris, & consortium contubernale castorū, quorum exemplo castitas doceatur. Item deliciarum fuga, quæ nutriunt carnis illecebras. Item exteriorum sensuum custodia, vt non videat, vel audiat, vel tangat vnde tentetur. Item ocii deuitatio, quod est ianua omniū vitiorum maxime carnalium. Item custodia internarum cogitationum, & affectionum cordis, per quas coluber caput venenatum ingerit. Item orationis frequentia, qua obtinetur auxilium a Deo contra omnes impugnationes.

De gradibus & profectibus castitatis. Cap. 40.

PRofectus vel gradus castitatis plurib. modis distinguitur. Est enim castitas coniugalis, vidualis, virginalis. Est etiā alia castitas in actu, alia in affectu. Quidam enim casti sunt corpore sed non mente, & quidā casti mente, licet corpore oporteat eos debitum reddere coniugale Sed de castitatis gradibus sicut religiosis conuenit uideamus. Primus gradus est continentia ab actu carnali cum proposito manendi, & omnib. illēcitis motibus consensum negandi. Iste gradus adhuc vicinus terrenæ voluptati propter conuersionis nouitatem, quia vapor tangit eum carnalis tentationis, quasi fœtor Sodomæ ardētis. Ne igitur quasi vxor Loth, retro aspiciens pereat, festinet ad montē, & sublimioris castitatis gradum laboret attingere vt saluetur, ne pereat in scelere ciuitatis, in peccato luxuriæ quo pleni pereunt Primus iste gradus est adhuc in labore pugnæ, & in incerto victoriæ, dum sola voluntas cū adiutorio gratiæ pugnat contra quatuor hostes carnis pruritum, affectionis appetitum, mundi prouocamēta ad libidinem, & dæmonum suggestionē. Et ita sunt quatuor contra duos. Confidat tamen voluntas bona, & inhæreat ei fideliter, qui dicit. In mundo pressurā habebitis, sed confidite, ego vici mundum. [Ioan. 16.] Qui ēt diabolo fortiorem alligauit, & spolia eius distribuit, & cito inimicos eius conuertet ad pacem, & subiiciet exactores suos, carnis libidinosum pruritum & affectionis illecebrosum appetitum. Scd̄a gradus est cum maceratione carnis, & per alia studia spūalia affectus mūdatur, & caro ita spiritui subiugatur, vt rarius tētet, & mitius. Vt quis adhuc plene non careat concupiscentiarū stimulis quasi spinarum aculeis, & Iebuseus adhuc intra eius terminos lateat, tn̄ ita depressus & imminut⁹, vt facili labore sedetur eius commotio, & imperando magis quam reluctando insurgentem compescat, nisi forte ex propria negligentia & desidia uires sumere, & grauius impugnare permittatur. Sic filiis Israel Dn̄s comminatur, vt hr̄ in Iudic. Qn̄ propter negligentiam [Iudic. 2.] hostes sibi ut subiectos noluerūt a facie eorū delere. Vt per quæ peccauerunt, per hæc et punirentur. Vn̄ postea sæpius ab eis sūt grauius tribulati, & subiugati. Si hostib. igitur vitiorum fideliter resisteremus, quando nos impugnare incipiunt, nō solū nō vinceremur ab ipsis illa vice, sed ēt ita debilitarētur, ꝙ postea rarius auderent nos impetere. Sed si impeterent, facile vincerentur, donec penitus delerentur, quod vix auderent mutire. Sed tepide reluctando damus eis uires, & ausū sæpius & acrius nos deinceps impugnandi, sciendū tamen,

men, quod aduersarius quando fortiter vincitur aliqñ diu expectat, quod de eodem vitio non expugnat, do
Hostiū in nus rabies nunquam cessat, nec interim dissuescat homo impugnare. Et ex tunc subito irruit, vt improuidos tanto securius prosternat, quanto ad repugnandum inuenit imparatos. Exemplum de illo qui super hostem irruit, cū iam arma deposuit, & se ad quiescendum composuit, vel adiutores
Simile. suos post prælium a se dimisit, quia imminentis pugnę suspitionem non habuerat, vt hr̄ in Mach. Hostes Iu
1. Matt. 2. da bellum constituerunt die sabbato, populo in quiete & ocio existente: & ita plurimos occiderunt. Semp ergo simus parati hostibus viriliter resistere, quia ipsi quiescunt nos impugnare, dum videntur quiescere. Quia hoc ipsum cessare ab impugnatione, impugnare est, quia illud cessare non eorum clementiæ est, vel lassitudinis, sed astutiæ, & fraudis. Hæc quatuor dixerunt hostes nostri, nesciant & ignorent, donec seruia-
Prou. 26. mus in medio eorum & interficiamus eos, & in Prou. Intelligit inimicus, cum in corde tractauerit dolosqȝ submisit vocem suam a subiectione cessando, ne credideris ei, quoniam septē nequitiæ sunt in corde illius, qui operit odium fraudulenter, reuelabitur malitia ei', &c. Tertius castitatis gradus est, ita edomitas habere carnis concupiscentias, quod vix rarissimè, & tenuissimè sentiantur. Et ex affectu talem induisse se castitatis amorem vt horreat, & ita detestetur omnes carnales motus, ꝙ quasi nauseam inde patiatur, nec possit audire tractari de operib. carnis, nisi cum horrore cordis, & extorsione. Si vero pro vtilitate aliorum de matrimonii calib. aliquid tractandum occurrerit, ita quietos motus suæ carnis sentiat, ac si de luto vel lapidib. vel similib. tractaretur. Et cum per soporē somni, humoris abundantia naturaliter se resoluit, ita quiete & insensibiliter profluat, vt nec turpium phantasiarū imaginationib. illudatur, nec in sensu fœdæ delectationis titilletur. Ista est perfectę castitatis descriptio prout in hoc peccati corpore potest haberi, a uiris perfectissimis obtinetur. Vt autem stabiliter in hoc gradu, & continuè perseuerēt, puto ad hoc requiri priuilegium singulare, eo quod supra possibilitatis naturalis metas esse videatur in carne viuere, & carnis uitia non sentire. Frigidi tamē ex natura, vel ex debilitate corporis, carnis motib. carere plerunque possunt, sed mentis castitatem cum prædicta carnis puritate, ex sola uirtute cum Dei gratia possidere. Vnde & Propheta, hæc quasi prodigium miratur, cum dicit. Venite & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram, auferēs bella vsque ad fines terræ, s. tentationum carnalium, vsque ad terminos mortis, & sequitur igitur; Vacate
Psalm. 45. videte quoniā ego sum Deus, &c. Vacatio notat quietem, visio intentionem, quia bellis vitiorum sopitis, & hostibus subiugatis mens vellet iam in se quiescere, & Deo intendere & intelligere, quoniam ipse est Deus qui tam potenter potuit, & tam piè voluit impetus tentationum, & vitiorum comprimere, & pacem facere, quam se per scripturas sæpè promittit homini bonæ
Leuit. 26. voluntatis donare, iuxta illud Leui. Dabo pacē visceribus vestris, dormietis, & non erit qui exterreat, auferā malas bestias, &c. Qui Deo vult intendere, necesse ha
Psalm. 54. bet vacare, & se supra se leuare, & Psal. Elongaui fugiēs,
Trenor. 3. & mansi in solitudine. Expectabam eum, qui saluum mē fecit, &c. & in Tren. Bonum est præstolari cum silentio salutare Domini, sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se super se. Vacandum est a concupiscentiis, a perturbationib. ab occupationib. mundanis. Ista maxime impediunt vocationem spūalem. Qui aūt nihil concupiscit in mundo pro se vel pro charis suis, iā non habet unde perturbetur, quia nihil timet amittere commodi, honoris, vel rerū, & si exuitur se a factis alienis, vt nec curiose discutiat, nec temere iudicet ea,

nec occupetur cogitando, et tractando, pōt se tanto liberius ad interiora transferre inuenienda, quanto ab exterioribus est magis expeditus. Nā qui vult in superioribus intēdere, debet ab inferioribus liber esse. Auis si habet pennas ligatas, vel infectas, aut pōderosas, non pōt se in alta volādo subleuare. In spiritualibus illa superiora q̄ interiora sunt, quo ad experiētias spūales.

DE SEPTIMO processu.

In quo spiritualis vitæ perfectio consistit, diuiditur in cap. 23.

De Christianæ perfectionis recapitulatione. Cap. 1.



NVnc de septimo gradu, siue profectu religionis est aliquid dicēdū. Et quia de voluntatis profectu supra tractatum est, qui consistit in ordinata dispositione affectionū, in qua attenditur actiuæ vitæ perfectio, nunc ad contemplatiuæ uitæ profectum appropinquare considerationis passib. studeamus, eo ꝙ uolētib. in spiritu proficere, istud nō inutile videat. In cōtemplationis pfectu septimus status uitæ religiosæ, scilicet processus sapientiæ cōsistit, habens intelligentiæ lumen, et suauitatis internæ saporem Sapientia secundum nomen eius, est sapida sciētia. Dictū est autem supra, & quod perfectio spiritualis uitæ in tribus consistit principaliter, s. in rationis illuminatione, in uolūtatis rectitudine, et in memoriæ jugi circa Deū occupatione. memoria ut in Deū intēdere iugiter assuescat, eiq; inhæreat, quinq; uias terrere, et frequētare addiscat, q̄ sunt, lectio, collatio, me- Quib. exer
ditatio de Deo, oratio, et contemplatio, lectio, et col- ceatur mēs
latio bonæ sunt, quasi semina et materia bonæ medi- ad sapiētiā
tationis. Vnde qualia vis tibi meditanti, uel oranti oc- cōparādā.
currere in cogitatione, talibus colloquiis, lectionibus, aut negotiis, prius occupare stude memoriā. Quia qualis liquor uasi infunditur, talem redolebit. Et quales herbas in horto cordis plātaueris, talia semina germinabunt. Collatio spiritualis instruit intellectum, affectum inflammat, memoriam bonæ et sanctæ cogitationis prole fœcundat. Econuerso, ociosa confabulatio tempus perdit infructuose, affectum infrigidat, inutiles cogitationes cordi inserit, conscientiam rodit, profectum spiritualem impedit, pęnam meretur. Lectio talis frequentetur, de qua postea non sit inutile in oratione cogitare, quæ illuminet ad Dei notitiā, accendat ad eius amorem, et mores bonos instruat. Animet ad tollerandum aduersa, mundi contēmptum īgerat, et desiderium patriæ cęlestis doceat discernere inter uitia et uirtutes, et uincere tentationes, et alia vtilia ad salutem doceat procurare. Lectionem sæpè interrūpat oratio, sicut alias actiones ut semper mēs ad Deum eleuetur, à quo nobis bonū influere necesse est.

De motu intentionis. Cap. 2.

INtentio nostra aliquando mouetur pro Deo, aliqñ ad Deum, aliqñ in Deū, pro Deo mouetur in actione, quam pro ipso principaliter facimus, licet de ipso interim non cogitemus. Ad Deum mouetur in lectione, et collatione, et aliqua meditatione, quando de Deo est, quia tūc mente versamur quodāmodo circa Deum, licet in ipsum quasi ad secundā personam mē

tis

Digitized by Google

tis intuitũ non dirigamus. In Domini moueamur oratione, quando mens ipsum cogitat, & ipsum alloquitur, ipsum cõplectitur, eiq; effectu deuotionis adheret. Quod aũt horũ vtilius sit simpliciter. Sciendum, ꝙ illud quod magis vnit hominem cũ Deo, est oratio, cũ tota beatitudo hoĩs sit in Deum transformari. Alia tñ quo ad aliquid vtiliora sunt, quandoq. vt cum propter obedientiam, vel charitatẽ proximi intermittitur oratio, & operibus charitatis insistitur, vel cum discernitur in quo magis ad beneplacitum Deo seruiatur.

De tribus modis orandi. Cap. 3.

ORãdi tres sunt modi. Vnus vocalis per verba cõposita & vsitata sicut cum psalmos, hymnos, collectas, & alias orationes, vel laudes cõpositas, ad exercitandam deuotionem, vel soluendũ debitum recitamus. Triplex aũt est attentio, vna superficialis tantum, vt. s. attendat quæ dicit, quem psalmũ interim dicat, vel quam antiphonam, vel orationem. Fructus attentionis huius est, ꝙ nõ cogitur repetere cum sciat se dixisse. Pro labore etiam corporis, quem bona intẽtione Deo orando obtulerit, quo se cogit seruire Deo, mercedem qualemcũque merito expectabit. Alia attẽtio est literalis, qua homo sensum literalem tãtũmodo attendit, quid exterius verba sonant, hunc dat fructũ, vbi aliquid in superficie sonat deuotũ, vt in Miserere mei Deus, & in similib. locis, vbi etiam ab illiteratis si tantum verba intelligerent, aliqua deuotio caperetur. Sed illis verbis pertrãsitis, vbi intellectus mutatur verborũ, & deuotio refrigescit. Qualis n. deuotio habetur

Psal. 103. ex literali sensu istis verbis. Qui emittis frontes in cõuallibus, inter medios mõtes pertransibunt aquę. Quę tñ omnia facta sunt iuxta intellectum spiritualem. Tertia attẽtio est spiritualis, vel intellectualis, quando ex verbis psalmodiæ quæritur sensus Spiritualis, vt cũ historia exitus filiorum Israel ex Aegypto, & plagarum Aegypti refertur ad spiritualem nostram ereptionem de peccato, vel de sæculo, & ad peccatorũ submersionem in fletibus cõpũctionis, & dæmonum cruciatus, & multa alia. In tali attentione est maximus fructus, quia & erudit animam per spiritualẽ intelligentiam, & afficit eam per deuotionis affectum, & iste est præcipuus orationis fructus. Alius modus orandi est sępe efficacior per verba. s. ex proprio motu formata, vt cũ homo. Deo familiariter confabulatur verbis suis, vel etiam vtitur verbis alterius, affectui suo cõsonãtibus, quasi coram Dei præsentia, cor suũ effundẽs & vel necessitates suas ei cõquerens, vel peccata confitens, & misericordiã postulans, & gratiã & auxilium implorãs cõtra tentationũ pericula, & tribulationũ grauamina, vel quascunq. suas vel suorũ necessitates. Hic modus orandi magis requirit opportunitatem silentii, vel solitudinis circa se & ocii, & quietis quo plenius, & securius se in Deũ effundat affectus. Maior est etiam labor in eo capiti corpori, ideo non potest ita frequens esse & durabilis, sicut prior in prima & secunda attẽtionis specie, maxime debilib. & corpore, & aliqui eã frequentantes destructi sunt, vnde tales sępe & frequẽter sic orent & leuiter, vt ex frequentia à Dei familiaritate non elongentur, & ex leuitate & breuitate non destruantur.

Optime declarat 7. petitiones, quas Dñs in oratione sua expressit.

De formatione, diuersarum vocum & personarum in oratione. Cap. 4.

SEcundũ autem diuersas cãs orandi, hic modus diuersarũ personarũ format affectus, & voces in oratione & diuersarum personarũ imagines in eo qđ orat. Aliquando. n. homo personam rei assumit coram iudice astans, cum tremore orans, sed dicens Deo. Noli me condemnare. Item. Non intres in iudicio cũ seruo tuo. Item Domine ne in furore tuo, & his similia, hæc oramus cũ dicimus. Sed libera nos à malo, scilicet damnationis æternę. Aliquando quasi obsessus tentationum, & tribulationum pericula nõ valens per se effugere. Insuper timens se Deum offendisse, & propter peccata sua meruisse, vt tradatur hostibus, inuocat auxilium potentis orans ne memor iniquitatis eius derelinquat eum, & dicens. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum. Item ne proiicias me a facie tua. Iosu. 1.
Item in Iosue. Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorũ tuorũ, cito libera nos. Conuenerunt enim aduersum nos omnes reges Amorreorũ. Præter enim finalem damnationem nulla ira Dei grauior, quã non defendere a peccato. Hanc maxime meretur superbia & ingratitudo & incuria, vt homo profundius cadere ꝑmittatur. Hoc est quod oremus. Et ne nos ĩducas in tẽtationem, scilicet peccati. Inducere Deus dicitur, cum non custodit, ne inducamur. Sicut ĩdurare dicitur cor peccatoris, cum per gratiam non emollit internæ vnctionis. Hoc maximè in pugna tentationis & tribulationis onere timendum est, ne suo põdere nos opprimat, & in peccatum deiiciat. Alioquin optanda esset tribulatio non horrẽda, quia animã purgationẽ redderet, & maioris esset meriti viriliter tolerãti. Aliquando quasi seruus, qui gratiã Domini peccando perdidit, supplicat sibi dimitti peccata sua, & negligentias quas commisit omittendo debita, & perpetrãdo illicita, vel ea, quæ debuit negligentius & purius persoluendo, dicens, secundum multitudinem miserationũ tuarum, &c. Item propter nomen tuum Deus propitiaberis peccato meo, multum est enim, & similia. Hoc petimus, dicẽdo, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib. nostris, quia ea benignitate debemus dimittere in nos peccantibus quolibet modo, quo desideramus nobis dimitti quod peccamus. Aliquãdo quasi mendicus & pauper coram diuite patrefamilias procumbens, & inopiam suam ostendẽs, flagitat panem gratiæ amplioris, quo confortetur, cõsoletur, & sustentetur ad resistendum malis. Triplici autẽ pane indigemus, quam nobis ab amico cõmodati instãter petere debemus, hoc est, celesti, spirituali & terrestri. Cœlestis, est corpus Christi iuxta illud Ioãnis. Ioan. 6.
Pater meus dat vobis panẽ de cœlo verum. Spiritualis est verbum Dei, & gratia interna, mentem ab interiori inedia virtutum, & donorum alimento inficiens teste Psalm. qui ait. Panis cor hominis confirmet, Terrestris est victus & alimentũ, quo corpus hoc sustẽtari necesse habet. Hunc poscimus dicendo. Panem nostrum quotidianũ da nobis hodie. Sine quo nullo die subsistere valemus. Omni enim hora Dei gratia indigemus, & ideo semper eam postulare iubemus ad oĩa aggredienda. Aliquando quasi filius patri per omnia parere, vel placere affectans patrem deuotè orat, vt eũ à uoluntatis suæ beneplacito in nullo discrepare patiatur, in actibus, voluntatibus, ac moribus eũ sibi ita cõformem faciẽs, ut nihil in eo paternos oculos offendat, hoc solũ sibi reputãs solatiũ, et super omnia desiderans, vt pater celestis tantum in eo uoluntatẽ suã perspiciat, siue exercendo in aduersis, siue consolãdo in prosperis, siue deprimẽdo, uel quocunque modo sibi magis placet. Vere filialis et fidelis affectus est, nulla quæ sua sunt quærere, non commoda, nõ honores, nõ cõsolationes sed solũmodo beneplacitũ sui patris. Hæc est magnum à Deo petere, et magnũ obtinere, ut tales nos ĩ hoc peccati corpore faciat, et illi summę ueritati placeamus, et ab eius directionis regula nõ deuiemus. Nihil melius uel utilius in hoc mundo posset nobis conferre etiã sũmus pater, quam tales nos faceret

reut

Psal. 142. se vt ei per omnia placeamus. Vnde Psalm. dicit. Domine ad te confugi, doce me facere voluntatem tuã. Hoc petimus cum dicimus. Fiat voluntas tua sicut in cęlo & in terra. Vt sicut illi superni ciues ad voluntatem tuam sunt dispositi, ita & nos hic pro modulo nostro, ad voluntatis tuæ beneplacitum disponamur. Aliquãdo aĩa quasi spõsa de in ipso vnico dilecto suo quiescere desiderans, & eius frui solis amplexibus ardenter sitiens, pro cuius amore omnia ei inferiora uiluerũt, quia sitim suã aliter temperari non sperat, nisi tota illuc transeat, vbi eũ facie ad faciem irrepercussa viderat acie. Flagitandu precatur, hoc citius adimpleri, cũ Apostolo

Phil. 1. dissolui cupiens, & esse cum Christo, quia multo melius, & securius est tam iucũditate fruitionis Dei, quam securitate & euasione omnis mali, & quia magis esset ad placitũ summæ veritatis, quam possit in hoc corpore, quantumcunq. proficiẽs fieri, quia dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino, & in multis offendimus omnes, ita vt si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus & veritas in nobis non est. Cum enim peccatũ dicat auersio a summo bono, & ad bonum inferius cõuersio. Inquantum inde auertimur, in tantum peccato non caremus, & qui magis auertit magis peccat, & qui minus, minus. Nihil enim inde auerti, non est peregrinantium, sed est permanẽtium, quia & si voluntati intentio vtrunque ei adhæret, effectus tamen sæpius hinc indè distrahitur. Memoria in multis aliis occupatur, & intelligentia cæcutiens ipsam veritatis lucem purè non intuetur. Ee his fit, quod aliquando in illis inferioribus impingimur & impellimur, vt cadamus, nisi Dominus suam manũ supponat, vt non collidamur. In Psalm. Dauid gemẽs dicit. Sitiuit anima mea ad te fontem viuum, quando veniã, & apparebo ante faciem Domini. Et hoc oramus cum dicimus. Adueniat regnũ tuũ, ac si dicamus, põdere peccati corpore pręgrauati nõ valemus adhuc volare, adueniat igitur regnum tuum, & nos celeriter hinc assumas, vt ab ista miseria liberemur. Interim operare nobis tibi regnum in iustitia, & pace, & gaudio Spiritussancti. Aliquando quasi inebriatus spiritu immemor suimet homo, Deo deditus, & ei per amorem inhærens, super omnia ipsius honorem & gloriam ꝓmoueri, & eius notitiam ad omnes dilatari desiderans, tam pro ipsius, quã pro ipsorum salute orat patrem, vt sanctificationis suæ gratiam & notitiam omnib. manifestet, infideles ad cognitionis suæ lumen vocando ꝑ fidem, & fideles ad satisfactionis suæ gratiam conuertendo per amorem, rebelles per ostensionem suæ potentiæ viriliter contundendo, & quamuis non possit, vel nolit sine aliis cœlesti gaudio frui, anhelat tamen & satagit plures secum trahere, orando, docendo, bono exemplo præcedendo, prædicando, & quocunque alio modo honorem Dei & proximorum salutem, & profectum spirituale promouendo, & tali affectu videtur loqui Apostolus cũ dicit. Tristitia est mihi magna & dolor cõtinuus cordi meo, optabã.n. ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, &c. Moyses quoque eodẽ affectu videtur orasse dicens. Aut dimitte hanc noxam populo tuo, aut si non facies, dele me de libro tuo quem scripsisti. Non ꝙ Apostolus vellet à Christo separari, vel Moyses deleri, sed quia affectũ quem ad proximorum salutem habebãt, euidentius exprimere non valebant, quasi non reputantes sibi esse plenum gaudium, introduci ad epulas cœlestes, illis quos diligebant, & pro quibus mori optabant, foris fame cruciatis. Hoc oramus cũ dicimus. Sanctificetur nomẽ tuum, vt nominis tui sanctificatio plenius in nobis innotescat, quo te perfectius agnoscere & amare & reuereri possimus, & sanctitatis tuæ similitudinem induẽdo, tibi patri, sicut veri filii cõformemur, vt vnus tecum spiritus efficiamur in tuam transformati claritatem, hanc orationis formam Christus docuit, & his septem petitionibus omnia petẽda conclusit, & omnes orationum effectus cõprehẽdit, sicut parere potest diligenter intuenti. Dignitatis autem ordinem in petẽdis seruauit, & ideo quæ vltima hic ponitur, illam ipse Deus primam ponit. Quid autem plus pati potest, nisi liberari à malo futuræ damnationis, custodiri in discrimine præsentis tribulationis, peccata nobis ignosci, gratiam augeri & infundi, & vt ad volũtatem Dei viuamus & regnũ eius consequamur, & honorem nominis eius videamus, & omnes illuc peruenire, & sanctitatem eius ab omnibus agnosci, & imitari siue sigillatim siue commixtim? Quicquid oramus ad aliquod vel ad aliquem prædictorum respicit, quia aliquando pro vno obtinendo oramus singulariter, aliquando duo, vel plura simul petendo proponimus, & sicut orãtes solent coram principibus (vt petitio eorum sit efficacior) modo commendare ipsorum clementiã quos rogant, modo proprias aggrauare miserias, vt ad misericordiam citius flectantur, modo aduersarii accusãre fraudes & malitias, vt sibi sit in auxilio, hosti vero in odio, sic & nos in oratione facere debemus coram Domino, sicut scriptura docemur.

Margin: 1. Cor. 5. Iacob. 3. 1. Joan. 1. Peccatum quid. Psalm. 41. Rom. 9. Exo. 32. Quomodo Paulus voluerit esse anathema, et Moyses de lib. deleri.

De gratiarum actione. Cap. 5.

SVnt adhuc duæ species orationis, s. gratiarũ actio & vox laudis largè sumpto nomine orationis, secũdum ꝙ oratio dr̃ pia mentis intentio in Deũ. Gratiarum actio est, omnia bona à Deo data scire, & pro eis ipsum laudare corde, voce et opere. Gratias agimus, cum bona quæ accipimus, gratiæ Dei nõ nostris meritis ascribimus. Laudare Deum, est Deum laudabilem intelligere, et eius magnificentiam cum exultatione, et admiratione extollere, vel pro eo, quod in seipso est, vel pro his quæ facit, gratias agimus Deo, cũ de bono qđ ab ipso nobis profluit, eius bonitatem cõmendamus. Ad gratiarum actionẽ pertinent beneficia quæ accepimus, diligenter recolere, subtiliter intelligere, fideliter confiteri, studiosè conseruare, beneficium diligere, eius offensam cauere, & gratiam acceptam non ociosè negligere, sicut ille piger seruus, qui abscondit pecuniam domini sui, sed ad id quod datur eam exercere, et inde non insolescere, vel extolli.

Margin: Orõ quid. Matth. 25.

De septemplici consideratione ad gratiarum actionem attinente. Cap. 6.

AD gratiarum actionem accedit septuplex consideratio, triplex circa ipsum beneficium, duplex circa benefactorem, et duplex circa eũ cui præstatur beneficium. Beneficium commendatur, si est notabile et pretiosum in se, est vtile accipienti, si est multiplex et sæpius iteratum. In benefactore duo considerãda sunt, nempe si sit magnæ dignitatis et si magno effectu dat beneficium. In eo cui præstatur beneficiũ, duo similiter consideranda sunt. Si vilis est et contemptibilis, si indignus et immeritus, qui non meruit, sed demeruit vt tale beneficium perciperet à tali. Hæc omnia in diuinis beneficiis excellentissimè reperimus. Ipse dator est summus omniũ, et immensę dignitatis, a quo magnũ est, si dignetur etiam cogitare de nobis. Tãto affectu et tãta beneuolẽtia dat beneficia sua homini, quod si modica daret, gratãter essent recipiẽda. Charitas.n. eius supereminet oĩ sciẽtię, ita ꝙ a nullo sensu potest æstimari. Ipsa beneficia eius, quibus in nobis operatur salutem tã preciosa sunt, ꝙ nullo precio sunt condigna. Quid.n. potest condignũ gratiæ Spiritussancti

Digitized by Google

tus sancti ex cogitari, quā dat fidelibus suis vel corpori Christi, & sanguini, gloriæ cęlesti, pręter alia absq; ęstimatione & numero, quę ab eo percipimus? Quāta vtilitas nobis ex his donis proueniat penset, quid valet iustificatio à peccato, gratia sanctitatis, adoptio filiorum Dei, consolatio interna, defensio à periculis, consortium Angelorum, & beatitudo corporis & animæ ex fruitione visionis Dei. Istæ & aliæ sunt vtilitates beneficiorū Dei, in his omnibus fœlicitas consistit. Quam sæpe nobis ista cōferat attende, quoties enim perdimus per peccatum gratiam Dei, toties nobis reddit offerendo si volumus recipere. Item quoties abutimur donis eius, vel negligentes sumus in eius seruitio, vel ingrati, vel elati de donis eius, toties meremur ea amittere, siue sunt spiritualia, siue corporalia, siue temporalia, & quoties non aufert cum demeremur, toties dat. Quibus autem tanta beneficia præstet tantus Dominus, in promptu patet. Quid enim sumus, nisi puluis & fumus, miseri & inopes, repleti multis miserijs, & expositi omnibus periculis, & sumus penè nihil. Adde q̄ ista vilitate Deo Optimo rebelles sumus, & pro dilectione & beneficijs reddimus ei contumelias & contemptum, inobediētes, negligentes, ingrati, & elati. Quāta est ergo pietas Dei illis tā affectu, & studio, sic bene facere, qui nec beneficia eius agnoscere, nec conseruare, nec regratiando dignè recipere student? Benefacere promerēti iustū est, benefacere nihil promerēti, sed tamen humiliter petēti, piū est, benefacere nihil ꝓmerēti, nec desiderāti, magis est piū, pijssimū autē, & nō nisi diuini cordis est, benefacere cō temnenti & aduersanti, & hoc vili & seruo pigro, & figmento suo. Gratiarum actio meretur bona accepta conseruari, & augeri, & ad maiorem perfectum conuerti, & maiorem fructum inde prouenire, v.g. Qui dono sapientiæ gratus fuerit, quod accepit conseruatur in eo, ne perdat, augetur vt plus & plus sapiat, & vt maior inde vtilitas proueniat, tam in proprio merito, quàm in aliorū ædificatione. Econtra, ingratitudo meretur amittere quod habet, nec alia accipere, & quæ retinet infructuosè tenere, & fraudari pręmio, maius supplicium mereri pro negligentia, & contemptu. Cui enim plus donatum est, plus repetietur ab eo. Ex semetipso potest quisque perpendere, quam detestabile vitium sit ingratitudo, cū hoc omnes odio habere soleant in alijs, quibus benefecerunt, si nullas vel paruas ab eis tamen gratias receperunt, vel amorem. Et iō nō indignationis est, sed clementiæ in Deo quandoque negare petita ingratis, ne fortè grauioris culpę reatum incurrant, si pluribus beneficijs acceptis, plus fiant ingrati.

De laudatione Dei. Cap. 7.

Laudatio Dei dignissimus est affectus, & nascitur ex cōsideratione diuinæ bonitatis, & ex admiratione profundæ sapientiæ Dei, & ex stupore altitudinis diuinæ potentiæ & immensitatis. Maiestatem quidem ipsius intelligimus, vel per doctrinam fidei, vel per operum eius vestigia colligimus, vel per illuminationem inspirationis internæ puro mentis intuitu cōtemplamur. Omnia quæ de Deo cogitare vel dici secundum veritatem possunt, vel sentiri, nō nisi laus est, eo quod in Deo nihil sit nisi summè laudabile, & admirabile, & venerandum. Et quantò perfectius cognoscitur, tantò verius laudatur, & ardentius amatur. Diuinæ laudis amplissima est materia, quia tam ipse Deus, quàm omnia opera eius docent eum super omnia laudabilem esse. Laudare Deum, est eum laudabilem agnoscere, vel ostēdere, vnde sancti Dei omnes creaturas nō tantum rationales, sed etiam irrationales & insensibiles, ad laudem Dei inuitant, quia omnia opera eius eū ostēdunt laudabilem in se, & in omnibus laudabilis agnoscitur eius virtus, potentia, & prouida sapientia, eius clemens misericordia, benigna patientiæ eius tolerantia, iusta meritorum retributio, larga remuneratio, & incōprehensibilis super omnia eius dignitatis exaltatio, secūdum ista septem intelligimus septemplicem diuinæ laudis materiam, cui omnia quæ laudem Dei sonant, possunt includi, sex enim sunt principalia Dei opera ad quę omnia alia reducunt, septimo vero non est opus, sed ipse operans Deus in se quiescens, & ab omnibus operib. suis supra omnia elatus. Horum figura sunt opera primorum sex dierum, in quibus Deus omnia fecit, quę in seipso vel in septimo perfecit, & compleuit quæ fecerat sex diebus. Sed cum omnia fecisset Deus sex diebus, & nihil in septimo legitur addidisse, quod perficeret, sed potius ab omni opere cessasse & requieuisse, quomodo ea perfecit si nihil eis addidit? nisi quia per hoc datur nobis intelligi, quod omnis creatura de se imperfecta est, & ipse Deus est omnium operum suorum perfectio, & in ipsum reflectitur omnis creatura, à quo fluit sicut in primam causam, ex quo omnia per causam formalem, per quem omnia per causam efficientem, in quo omnia per causam finalem. Et hoc fuit propter glorificationem rationalis creaturæ, in qua clauduntur omnes aliæ creaturæ, cum propter rationalem creaturam omnia reliqua creata sint, & ipsa sit capax omnium per intellectum, & naturę similitudinē, & hoc maximè in homine, cui ad seruiēdum omnia ista visibilia sunt creata.

Figura notabilis.

Primum opus Dei potest dici creatio in quo laudabilis apparet eius mira virtutis potentia, quòd tam magna, tā multa, tā varia, tam solida, tā notabilia, virtute plena potuit, sic facile, sic subito, sic decenter ex nihilo producere, & sic naturaliter locare, cum extra medium nihil sit, supra quod mundi moles quasi super basim collocetur. ideo dicit Sap. Si virtutem & opera eorum, i. visibilium & factorum mirati sunt, intelligant ab ipsis, quoniā qui hæc constituit, fortior est illis.

Sex opera Dei ipso solo Deo digna.

Sap. 13.

Secundum opus Dei est vniuersorum gubernatio, in quo euidenter apparet laudabilis sapientia prouidentiæ Dei, quia nihil omnium quæ sunt à maximo vsque ad minimum, latent eius sciētiā, sed oīum nouit proprietates, virtutes, opationes & singulorū multiplices rōnes naturales, & causales, quare singula sint, sicut sunt, & non aliter, & hæc omnia sic ꝓordinat, vt quasi naturaliter, vel causaliter videātur fieri, & tamen ista liberata sunt in eius prouidentia, vt nūquam excedant dispositionum eius limites, & omnia bonis cedant in bonum per eius prouidentiam, & malis in malū per eius æquitatis iustitiā, & licet in his & in aliis specialiter dicatur laudabilis videri eius potentia & prouidentia, vel alia in Deo laudabilia, tamē in singulis eius operibus omnia similiter intelliguntur, sed causa breuitatis transeo. Tertium opus Dei, est humani generis redemptio, in qua specialiter apparet laudabilis eius clemens misericordia, qui nostræ miseriæ compatiens, decreuit nostram naturam assumere, & debitum satisfactionis nostræ pro peccato nostro moriens exsoluere, & sic de mortis debito nos eripere, & in pristinam restituere dignitatem. Quid clementius? Quid misericordiosius cogitari posset? quam dominum summum pro vili seruo fieri minimum, innocentem pro reo liberando se morti tradere, pro inimicis glorificādis ingloriosum fieri, & ab ipsis pro quibus patitur se occidi permittit? Quartū opus Dei, est opus iustificationis nostrę, in quo laudabilis apparet benigna diuinę patientię sustinentia, qua peccatores non solum patienter tolerat, sed & benignè à peccato iustificat & defendit & gratiam merendi donat, & occasiones merendi prouidet, & sacramenta quasi vasa gratię instituit, vt per ea infundatur aqua gratiæ à peccato iustificantis, & Spiritum sanctum dat fidelibus ad compunctionem et consolationem, et ad varias

Digitized by Google

rias virtutes & gratiarum operationes, faciens de inimicis amicos Dei, & filios & hæredes, liberum arbitrium ad bonum promouens, nec tamen libertatem auferens, in voluntarios non cogendo, sed inspirando, & omnes occasiones procurãdo. Quintum opus Dei, est iusta meritorum retributio, quo ad reprobos, in qua laudabilis apparet eius iustitia, qua detestatur omne vitium, & peccatum, & omne bonum diligit, & cõgaudet quasi sibi cõdecenti bono. Laudatur etiam eius iustitia, qua malum impunitum nõ patitur, & secundum meritũ suũ locat in peccato perseuerãtem, & quo se spoliauit peccator, priuat eum fructu operum suorum, & facit eum in tormentis gustare, & laudatur eius sapientia, qua scit de malis elicere bona, & cogere sibi seruire in pęna, qui volebant ei subesse in culpa, & ordinat omnia cedere malis in pœnam, quæ hic conuertant in peccatũ, vt corpus, tempus præsens, intellectus, & alia quæ data eis fuerant vel oblata ad occasionem merendi, & gloriæ meritum augendum, quę ipsi conuerterunt ad peccandi instrumẽtum, sed Dei iustitia conuertit ad pęnæ cumulum, vt corpus per quod hic peccauerunt, illic in pęna recipiant & per hoc amplius crucientur, intellectum ad temporalia conuerterunt, & per hunc inexcusabilius accusabuntur. Tempus quod ad Deo seruiendum acceperant, in peccato consumpserunt, & ideo sine fine punientur, sicut hic non posuerunt finem in peccato, vt qui peccant in suo æterno hic, puniãtur in ęterno Dei illic, & qui in Deum in infinitum peccauerunt, in infinitum quo ad durationem pœnarum crucientur. Laudatur etiam Dei bonitas, qui hanc malorum pęnam ordinat ad beatorum lętitiam, quod talia per Dei gratiam euaserunt. Ita autem ornat Dei iustitiam reproborum damnatio, sicut eius bonitatem beatorum saluatio. Sextum opus Dei est gloria bonorum, in qua laudatur eius larga & mirifica remuneratio, qua pro paruo & breui merito, æternam & ineffabilem sanctis dat in cęlo gloriam & lętitiam, & fęlicitatem, & omnia eis ordinat in bonũ tam bona, quàm mala, & propria & aliena, & non solũ mala pęnę, sed etiã mala culpæ, vt de bonis propriis glorietur, & de alienis congaudendo delectentur. De malis proprijs gaudent quia euaserunt, & de alienis, quia in similia non inciderant. Gaudent de propria fęlicitate, quæ est multiplex, gaudent de omni electorum gloria, tam multipliciter, quàm multiplex est omnis simul gloria, tam in numero, quam in multitudine & magnitudine, & de quolibet sicut de se gaudent, qui tantum diligunt illum habere quæ habet, quod nollent ea habere, vt alter careret eis, sed de gloria Dei tantò plus super omnem & suam gloriam, & sanctorum gaudent quanto plus eum diligunt supra seipsos & supra omnes alios, maxime cum gloria Dei sit infinita, & ideo super omnem mensuram debet esset gaudium de gloria eius, licet creatura non valeat infinitè diligere & gaudere, & adhuc gaudet quisque sic diligi ab omnibus sicut diligunt seipsos, insuper gaudent se diligi à Deo inextimabiliter, quam à seipsis, & omniũ gaudia sibi gaudent esse communia, & ad plenè participandum expositа, vt hauriant de omnibus quod capiunt, & capere possunt, sicut proprium. Ibi erit gloria spirituum & corporum, ibi videbitur Deus secũdum diuinitatem facie ad faciem, & secundum humanitatem gloriosam, in quam desiderant Angeli prospicere. Sicut autem sunt certi electi se gloriam habere, ita certi sunt, quod nunquam possunt eam amittere, ibi est facietas sine fastidio, & desiderium cum desiderati plena adoptione, ibi pura & plena laus resonat, dum omni corde suo laudant Deum pro tam magnifica bonitate eius, quę eos ab ęterno ad hanc gloriam prædestinauit. Posset qui vellet hæc sex opera Dei in quibus est omnium operum eius consumatio & referre ad primorum sex dierum significationem, vt

Pro quo æterno, et infinito dãnati ęterna liter, et in infinitum cruciãtur.

opus creationis assignetur primæ diei, in quo post omniũ materialem creationem, facta est lux distinguens noctem & diẽ, quia spiritualis creatura à corporea est distincta luce intelligentiæ rationalis. Opus gubernationis significatur per opus secundæ diei, in quo aquæ superiores interpositione firmamenti, distinguuntur ab inferioribus, quia cęlestia quantum situ distant à terrenis, tantum & qualitate, & tanto nobiliori modo diuinas influentias recipiunt, quibus iuxta modum sibi congruum gubernantur. Opus redemptionis significatur opere tertiæ diei, in qua aquis inferioribus segregatis, terra apparuit arida, & fructifera, quia peccatis totũ genus humanum occupantibus semotis ab Ecclesia, apud infideles remanentibus, Ecclesia diuersis gratiarum actionum generibus fęcundatur. Opus iustificationis significatur opere quartæ diei, in qua luminaria cęli facta sunt, quia per solem charitatis, & lunam fidei, et stellas aliarum virtutum, corda fidelium illuminantur, et vitæ ordinem, et meritorum vigorem, quasi pro luce, et vigore syderum consequuntur. Opus iustificationis bonorum et condemnationis reproborum, iuxta meritoriam retributionem, significatur opere quintæ diei, in qua ex aquis natantia, et volatilia facta sunt, quia ex eodem genere hominum, alij secũdum sensum eleuantur ad cęlestia per gratiam, alij relinquuntur in reatu damnationis, in qua nati sunt, per demeritum culpę originalis, et actualis. Opus glorificationis significat per opus sextæ diei, in qua homo ad imaginem Dei factus omnibus mundanis præficitur, quia per gloriam fit homo deiformis, et illi vnitur sicut membrum capiti, cum omnium sit verus Dominus, principaliter Iesus Christus Dominus noster. Septimæ diei non est opus, sed operũ Dei cõpletio per quietem in Dũ, quia Deus quiescit in se, et nos in Deo, vnde et sabbatũ appellatur, id est requies, quia per requiem in Deo proficit omnis rationalis creatura, qui est causa et forma omnis rationalis creaturæ, cum semper ad hoc omnis ratio conetur, vt rationalem doceat mentem, se et Dominum suum agnoscere, et ei ad hoc seruiat, vt eam ad Domini seruitium admoneat, et ad eum laudandum accendat. Qui hoc sabbatum quiescendo non celebrat, pactũ Dei cum homine violat, qui super omnia vult hominẽ in se quiescere, et sibi per amorem tenaciter inhærere. Ipse summa est suæ laudis materia, quem nulla operum suorũ magnificẽtia valet docere laudabilem sicut est: Sicut opus mutum nescit artificis sui peritiam vocaliter enũciare, sed tacendo innuit, quam sit laudabilis qui talia voluit, sciuit, et potuit tam faciliter operari, vnde dicitur in Eccl. Maior est omni laude. Septem autem visitatorijs verbis Ecclesia vtitur ad laudandum Deum, quasi septem iubileorum tubis mysticis, his septem materijs quasi conuenientibus, laudare, benedicere, magnificare, et confiteri, honorificare, et superexaltare, ac glorificare.

Conferũ sex operi Dei, cum sex illis primordialibus.

Eccl. 43.

De tertio modo orandi. Cap. 8.

Tertius modus orandi est mentalis, cum tacito ore mẽs sola sua desideria Deo pandit, et affectum cordis Deo effundit, vt cum intus per amorem amplectitur, vel cum reuerentia adorat, et veneratur, tanto latius se in Deum diffundens, quanto plura valet affectus compræhendere, quam lingua exprimere, dicens Deo. Domine ante te omne desiderium meum, et gemitus meus à te non est absconditus. De hoc Dominus dicit. Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu, et veritate. Spiritus est Deus, et qui adorant eum, in spiritu oportet adorare, et hæc oratio magis videtur propria, cum Deus magis cor attendat, quam verba

Psal. 37.

Ioan. 4.

ba oris, sed verba ideo apponimus, vt cum mens pigra est ad se eleuandu in Deum, per verba orationis sustēta ta eleuetur, vt memoria Deo inhæreat, intellectus sensum attendat, affectus per deuotionem inflammatus gustet, quam suauis est Dominus ex intentione sacræ orationis afflatus. Deus.n.qui creauit nos, scit quid nobis necesse sit, antequam petamus eum, & ideo nō indiget, vt per orationem insinuemus ei quid desideramus. Itē qui ad hoc fecit nos, vt benefaceret nobis gratuito propter semetipsum, oratione nostra non indiget flecti ad miserendum, quod ante dispofuerat facere, sed ampliorē nobis in hoc profectum procurat, cum gratis nobis benefacit, sicut ab æterno dispofuit. Et tamen orationis nostræ studium ad multiplicem nobis vtilitatē conuertit, atque oratio nostra non est causa eius beneficentię, sed nostræ, vt si non propter illam, tamen per illam nobis misereatur.

ante donare disposuit, sed vult vt nos plus orando mereamur per fidem, inquantum credimus orandum, quē non videmus, per spem qua obtinere confidimus petita, per charitatem per quam exauditiunem amplius amemus. Iuxta illud. Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ. Item per humilitatem, qua in supplicatione perseueramus. Item per desiderium, quo bona adipisci cupimus, maxime virtutes, vnde Deo placeamus. Oratio etiam quasi speculum clarius facit semper hominem agnoscere defectus suos, vel profectus, quia conscientia lucidius ibi se sibi repræsentat, & vel ex profectus cōsideratione in fiduciam spei erigitur, vel ex defectus consideratione confunditur. Oratio quoque magis mentem a terrenis eleuat & elongat, quam cæteræ actiones, quia cum illæ negociantur cum Martha circa frequens ministerium in seruitijs, ista tamen cum Maria pedib. Domini inhærens, eum solum sibi proprium esse exorat.

De multiplici vtilitate orationis.
Capitulum. 9.

MVltiplex est.n.orationis vtilitas, in quibus etiā
alias bonas actiones oratio excellit. Prima quia
per eā facilius & citius impetramus quæ a Deo
desideramus, ita vt quandoq; citius aliquis obtineat,
quod diutius ieiunijs, & alijs laborib. & pijs operibus
vix obtineret, licet alia bona opera ad hoc aliquatenus
suffragētur, vnde in omni casu, in omni periculo, in omni
ni desiderio semper inuenimus sanctos, principaliter
ad orationis studium refugisse, quasi inde promptius
Matth. 21. quod petebant, consecuturi, in Matthæ. Omnia quæcunque
Orationis cunque petieritis in oratione credentes, accipietis.
efficacis effectus. Quid.n.non potest oratio efficere? Oratio iram Dei placat,
cat, in Exo. Orauit Moyses dicens, &c. Placatusq; est do
Exo. 32. minus ne faceret malum quod locutus fuerat, &c. Ve-
Ma.18.et 6 niam peccatorum impetrat in Matt. Omne debitum di
Nume. 11 misi tibi, quoniam rogasti me. Item dimitte nobis debi-
Exo. 17. ta nostra. & in Nau.9. Dimisi iuxta tentationis impetū
& alibi. Orauit Moyses & absortus est ignis. De Ama-
lech notatur in Exod. Item vitia cordis expellit iuxta il
Psalm. 58. lud. Disperges illos in virtute tua, & depones eos prote
& 49. ctor noster Deus. In periculo liberat. Psal. Inuoca me in
Isa. 37. die tribulationis. Item vigilate & orate, &c. De hostib.
vindicat. Orauerunt Ezechias, & Isa. aduersus Senache
rib. Difficultates planat. Vociferante populo, muri Ieri-
cho corruerūt. Dei familiaritatem confert in Ps. Prope
Iosue. 6. est Dominus omnib. inuocantib. eum & Isa. Clamabis
Psal. 144. & dicet. Ecce adsum. Item sanctorum angelorū pręsen
Isa. 58. tiā donat in Psal. Præuenerunt principes coniuncti psal
Psalm. 67. lentibus. Bernardus. Credimus Angelos, &c. Impetrat
dona Spiritussancti vt in Act. Repleti sunt omnes Spiri
Act. 2. tusancto & in Luc. Pater vester dabit spiritum bonū pe
Luc. 11. tentibus se. Item dat donum sapientiæ in Iac. Si quis in-
diget sapientia, &c. & in Eccl. Quæsiui sapientiam palā
Iaco. 1. in oratione mea. Gratiam prædicandi, de hoc Paulus,
Eccles. 51. Orantes pro me, vt detur mihi sermo in operatione oris
Ephesi. 6. mei. Item reuelationem secretorum in Iere. Clama ad
me, & annunciabo tibi grandia & firma. Item potestatē
Ierem. 33. quorumcunque miraculorum in Iac. Elias orauit vt nō
plueret. Item pro puero suscitando in 3. Reg. Item tem-
Iac. 5. poralia subsidia confert, Psal. Oculi oīum, &c. vt pacem
3. Reg. 17. & aeris temperiem. Item quarumcunque aduersitatum
subleuationē. Fames si oborta fuerit, aut pestilentia, &c.
Ibidem. 8. Item quorumcunque vtilium, & necessariorum donationem,
tionem, vt Paulus dicit. Nam quid oremus &c. Item vi-
Rom. 8. tam æternam ad Rom. Omnis quicunque inuocauerit
Ibidē. 10. nomen Domini saluus erit. Breuiter omnia contraria sa
Psalm. 14. luti reprimit, & necessaria confert, & conseruat, & perfi
cit. Vult enim Dominus non tam orari vt donet quod

De multiplici respectu Dei ad orantem.
Capitulum. 10.

MVltis autem modis affectus orationis, Dei respe
ctum sibi repręsentari sentit. Aliquādo videtur
sibi, quod ante aspectum Domini oret quasi
Deus, nec audire dignetur, nec attendere. Iuxta illud. Psalm. 29.
Auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus.
Item Iob. Ecce clamo ad te & non exaudis, sto & non Iob. 30.
respicis me. Inde oritur aliquando tædium orandi, qua-
si vana sit oratio quam Deus non dignatur acceptare. I- Vbi supra.
tem aliquando quasi iratus apparet & implacabilis, &
inde conscientia confunditur, & timore cōturbatur, iux
ta illud Iob. Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia
manus tuę aduersaris mihi. Vnde Propheta orat. Ierem.
Non sis mihi tu formidini, spes ea in die afflictionis, & Ierem. 17.
Psal. Non intres in iudicium cum seruo tuo, & Isa. Mul
titudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum con Psal. 141.
tinuerunt se super me. Quanta sit animæ illa tribulatio, Isa. 63.
& mæror, ille nouit qui propter hoc ab instantia suppli
candi non desistit. Nō propterea a pręce cessandum est,
quia Deus non acceptat, sed eo instantius orandum est,
quia Deus probat per hoc orantis constantiam, & pur-
gat humiliantis se conscientiam, remunerat afflicti pa-
tientiam. Bernar. Obsecrationib. insistendum est, sed in
omni humilitate & patiētia, quia non referunt fructum
nisi in patientia. Qui enim cœlum desuper sentit æneū,
dū nullā deuotionis vel roris cęlestis scintillā pulsando
in oratione percipit, & terram cordis sui ferream, dum
nullo psalmorum vel orationum irriguo ad fructum cō
passionis emollitur, sed veluti mulier Chananea, auer-
sum a se Deum æstimat, peccata sua quasi catus immun
ditiam filiæ suę sibi exprobari reputat, & pane filiorum
se indignam arbitratur, sed tamen prudenter aduerten-
dum est, quòd ista pauida mentis imaginatio, qua durū,
& austerum sibi proponit deum, qui mitis & benignus
est, & in charitate pius & misericors est, vt est deceptæ
mentis propria confictio, qua format sibi idolum pro
eo quod non est ipse, aut est dispensatiua permissio
ad terrendum & humiliandum, & corrigendum, vel
purgandum animam quo postmodum suauius sapiat
ei benigna Dei respectio, sicut post expertam amaritu-
dinem, desiderabilior fit dulcedo. Aliquando quasi alijs
occupatus, orantis affectum Deus non curare videtur
quasi videat, & orantem tranquille sustineat, sed non re
spondeat ei alijs intentus. Hoc videtur Propheta sen-
sisse cum dicit. Exaudi Deus orationem, & ne despexe- Ps. 54. & 5.
ris deprecationem meam, intende mihi & exaudi me. I-
tem Verba mea aurib. percipe Domine, &cæt. Aliquā-
do videtur quasi benigne oranti intendere, sed tacendo

non

Iob. 96. non annuere vt preces illas suscipiat cum affectu, vnde
dicit Iob. Cum inuocantem exaudierit me, non credo
q exaudierit vocē meā, idest nescio si exaudierit me. A-
liquando videtur & benigne orantem respicere, & cle-
menter eius orationibus assensum præbere, & fauorabi
liter annuere desiderio obsecrantis, & hæc deuotæ men
tis confidentia solet indicium exauditionis esse, de qua
dicit Dominus. Qui non hæsitauerit in corde suo sed
Mar. 11. crediderit, quia quodcunque dixerit fiat, fiet ei. Omnia
quæcunq; orantes petitis, credite quia accipietis & fiet
Iac. 1. vobis. & Iac. Postulet autem in fide nil hæsitans, qui. n.
hęsitat, non ęstimet q aliquid accipiat. Nec tamē statim
diffidendum de exauditione, quando non pro voto suc
cedit oranti, sed perseuerare debet orando & pulsando,
donec amicus quasi victus importunitate orantis, det ei
quod postulat. Quandoque nāque cum petitio nostra
vno modo formata hæsitationem, facit quasi nō debeat
admitti, si aliter formetur, fiduciam exauditionis repor
tat. Aliquando enim orans formam assumit serui, Do-
minum & iudicem suum humiliter & timorate ad mise-
Luc. 18. ricordiam prouocādo, sicut Publicanus ille, qui oculos
non audebat ad cœlum leuare, sed percutiens pectus suū
dicebat. Deus propitius esto mihi peccatori. Aliquando
assumit formam familiaris amici, & domestici, & cum
fiducia & reuerentia rogat, & quasi a latere cōsulit Deo
Genesi. 18, vt hoc faciat, vel hoc, exponens errores & causas quare
Exod. 32. sic debeat fieri, vel expediat. Sicut abrahā orans pro So
domitis. Et Moyses orans pro populo dixit. Ne quæso
dicant Aegyptij, callide eduxit eos, vt interficeret in
montibus, & deleret de terra. Quiescat ira tua & esto
Nume. 14 placabilis, &c. Item alibi. Ne audiant Aegyptij, quod
occideris tantam multitudinem quasi hominem vnum,
& dicāt. Nō poterat eos introducere in terram pro qua
iurauerat, idcirco occidit eos in solitudine. Aliquando
quasi filius confidens de dilectione paterna, non tam ob
secrat, quam quasi imperat patri, vt exaudiat eum, exper
Exo. 33. et tam erga se beneuolentiam patris allegās. Sicut Moyses,
34. cum dixeris noui te ex nomine, et inuenisti gratiam
coram me. Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, o-
stende mihi faciem tuam, vt sciam te & inueniam gra-
tiam ante oculos tuos, respice populum tuum gentem
hanc. Item si inueni gratiam in conspectu tuo Deus, ob
secro vt gradaris nobiscum, & auferas iniquitates no-
stras atque peccata, nosque possideas. Item obsecro
Exod. 32. Deus, peccauit populus tuus peccatum maximum. Aut
dimitte ei noxam hanc, aut si non, dele me de libro tuo
in quo me scripsisti. Magna fiducia hominis ad Deum,
non rogat se deleri de libro Dei, sed ea fiducia qua præ-
sumit non delendum de libro vitæ, petit illud re-
mitti non dubitans se exaudiendum. Vnde quod petit,
impetrauit.

Quod oratio multipliciter delectat Deum.
Capitulum. 11.

VAlde autem delectatur Deus in hoc, vt frequen-
ter oretur, propter multiplicem orantis vtilitatē,
scilicet vt Deo indesinenter inhæreat, quod sum-
me homini est vtile inter omnia, Iuxta illud. Maria opti
Luc. 18. mam partem elegit. Item vt beneficia Dei multiplicius
experiamur, per multarum precum exauditionem. Itē
vt abundanti affectu deuotionis in amorem Dei excre-
scat, ideo benigne prouidet nobis plures orandi occasio
nes quibus ad orationem sæpius stimulemur, siue pro
ipsis, siue pro alijs orando, aut pro malis euadendis &
bonis assequendis, vt cum affectus deuotionis tepescit
ad vnum, in alio recalescat, sicut ignis subijciendo ligna
Nota figu vt non deficiat restauratur, vnde dicitur in Leuit. Ignis,
ram Leu. 6 in altari semper ardebat, quem nutriebat sacerdos, subij
ciens mane ligna per singulos dies imposito desuper ho
locausto. Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficit
in altari. Tu ergo Dei sacerdos idest sacris deditus, cum
per noctem negligentiæ deprehenderis ignem deuotio
nis in altari cordis tepuisse, mane, idest apparente prima
lucis agnitione, ligna deuotionis diuersis occasionibus
quasi adiacentibus nata, si vis collecta subijce, ligna ex
magna silua supplicationis materia ministrantia, sunt
peccata quotidiana & antiqua. Magna silua negligē-
tiæ nostræ, & miseriā, & defectus virtutum, & gratiarū,
& vitia tam spiritualia, quam carnalia, & tentationes, &
varij euentus quibus pulsamur, & incommoda quæ pa-
timur, & timemus, & pro quibus dolemus, tam pro no-
bis quam pro alijs, quorum miserijs compatimur. Li-
gna magnæ siluæ sunt omnia quæ desideramus habere,
pro quibus oramus vt impetremus, similiter omnia be-
neficia nobis collata, pro quib. gratias agere debemus.
Item pro defunctis exorare, vt a peccatis soluantur, &
pro gloria sanctorum Deum collaudare, multam deuo
tionis materiam, quasi perpetui ignis nutrimentum sub
ministrant, quo suppositi operis holocaustum odorem
reddat suauitatis. Affectus enim amoris Dei, & sancti
timoris, cum feruore bonæ voluntatis, in spiritu hu-
militatis, & motu pietatis, & gaudio spei nunquam de-
bent in corde serui Dei extingui. Ista nanque sunt, in
quibus virtus deuotionis maxime consistit. semper. n.
debet mens Deo deuota per aliquam piam occasionem
assuescere se ad Deum erigere, orando, supplicando, gra
tias agendo, laudando, pro diuersis causis se omni tem-
pore offerentibus. Iuxta illud Lucæ. Oportet semper o- Luc. 18.
rare, & nunquam deficere, &cæt. Item sine intermissio- Orandi fre
ne orate, in omnibus gratias agite. & Psalm. Benedicam quentia q
dominum in omni tempore. Quantò frequentius quis sit vtilis, et
orat, tanto oratio fit ei delectabilior & efficacior, & necessaria.
quanto rarius orat, tanto insipidior fit & tædiosior, si- 1. Thes. 5.
cut experientia sæpe docet. Quandoque nanque sęcula Psalm. 33.
res videmus adhuc in statu peccati positos, ex multo o-
rationis vsu, magna deuotionis plerunque perfundi dul
cedine, quæ licet ex vera charitatis radice non perfluat,
ostendit tamen Deus per hoc, quantum sit paratus in-
stis gratiam infundere, si non negligant quærere, quib.
adhuc in peccato positis, sed tamen per studiū orationis
eius se familiaritati quoquo modo applicantibus, suæ
dulcedinis experientiam non abscondit. Quid erit fide-
libus amicis, si sic dulcem, quandoque se Deus exhibet
adhuc inimicis? vt habetur in Neem. Manna tuum non Neem. 9.
prohibuisti ab ore eorum, de quibus præmittit, quod fe
cerunt sibi vitulum & adorauerunt. Quam ergo excusa
tionem habent religiosi prætendere, qui diuinæ laudis
inexperti sunt, quam etiam sæcularibus si studiosi sint,
non negare videamus? Bernard. Arguit nos de peccato
negligentiæ, & inopiæ, & incuriæ, & ipsa inopia nostra,
sicut fauus sine melle, & murus absque temperamēto, &
cibus absque condimento. Ita vita religiosi sine studio
internæ deuotionis, quamuis plurimi istis temporibus
non solum non sentiant, sed nec quærant, non desiderēt,
nec curent, imo nec credant, sed irrideant & persequan-
tur in alijs deuotionis gratiam. Tamen scire debent, qd
omnis religio arida & imperfecta est, & ad ruinam pro
nior, quæ spiritum diuinæ suauitatis non quærit, q̄ pręce-
cipuum conamen ad orōnis studium, & internæ purita
tis non impedit, in qua expressissime Spiritus sanctus te
stimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filii Dei.
Austeram vitam corporalis exercitationis, quasi ad mo
dicum vtilē despicimus & ardua pietatis opera actuali-
ter nō habemus, sicut olim sancti, qui pro fratribus ani
mas posuerunt, & similia magna gesserunt. Item subli-
mia virtutum exercitia pauci habemus, vt sunt sanctæ
obedientiæ, perfectæ patientiæ, humilitatis præcipuę,
& paupertatis extremę. Si ergo istis caremus, & adhuc
oratio-

Digitized by Google

orationis studium postponimus, in quo gloriari de nr̃a
religione poterimus, nisi forte de solo nomine, & exte-
riori habitu, & verbis scripturæ quæ in folijs, & in ore
magis, quam in affectu & in opere gestamus. Sed nisi a-
Matth. 5. bundauerit iustitia vestra (aiꝫ Deus) plusquam Scriba-
rum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorũ.
Pharisæi in exteriori apparentia, & nomine religionis tã
tum gloriabuntur, Scribæ autem in verbis scripturæ si-
bi laudem & nomen magisterij acquirebant, qui autem
verba tantum sectatur, nihil habebit. Et qui omnia ope
ra sua facit, vt videatur & laudetur ab hominibus, mer-
cedem non habebit apud Patrem, qui in cœlis est. Qui
orationis studio vult intendere, assuescat primò aliquan
do orationi vacare, deinde sæpius ad orationem recur-
rere, deinde diutius in oratione persistere, tantum fre-
quenter quantum licet orationi incumbere, nec pro fa-
stidio vel leuitate desistere, nisi quando corporis debili
tas, vel vrgens necessitas, vel rationis vtilitas inde auo-
cet, & iterum reuertatur in idipsum, ne per diutinam ab
stractionem redeat in dissuetudinem orandi, & refrige-
scat affectus quoque ad singulos modos orandi & di-
uersis modis petitiones formet, & diuersas petitiones at
tentet, vt tandem in aliqua specie deuotionis affectum
cõcipiat, & illi quãdiu sapit, inhęreat. Si autem debilitas
capitis, vel corporis impedit, tũc breuius & sępius oret,
& euagationes mentis suo voto cohibeat, & sensus ex-
teriores sub disciplina retineat, & Dei auxiliũ ad singula
humiliter inuocet, & patiẽter (si pro suo voto nõ succe-
dit) assidue sustineat. Ipsa quoq; retardatio proficiendi
est via profectus dum humiliamur. Et per hæc melius
a superbia defendimur, quia sępe nimia proficiendi secu
ritas, extollendo mentem deijcit, & feruor continuatus
vires corporis exhaurit. Et ideo Deus pie cursum tem
perat nostrum, vt longius procedat.

De tribus retrahentibus a profectu & salute.
Capitulum. 22.

TRia sunt quæ maxime a profectu retrahunt, nõ so-
lum perfectionis, sed etiam salutis, sicut in pluribus
experimur. s. remissa voluntas, horror difficultatis, diffi
dentia de auxilio gratiæ Dei. Remissa voluntas vult bo
num, sed sine conatu laboris, & ideo consuetudo leuita-
tis retrahit eam a proposito perfecte proficiendi. Ideo
pigra uoluntas seipsam rationis instinctu cogere de-
bet, & quasi pigrum animal, stimulis timoris Dei, & spe
præmij agitare & violentare. Horror difficultatis per
discretum & assiduum mitigatur vsum. Gratia Dei si-
cut adest incipientibus, ita non deerit proficere studen-
tib. & vtilius est nobis semper timere, ne forte subtra-
hatur nobis, vt tanto studiosius eam conseruare labore
mus, quam si certi essemus, quod nũquam perderemus,
quia tunc negligentius eam recuperaremus, & minus
proficeremus. Timor. n. facit solicitum & agilem, & se
Figura. curitas plerunque desidem & torpentem Dominus no-
luit dare filius Israel manna in tanta quantitate, vt plu-
ribus diebus sufficeret, sed singulis dieb. colligerent, ex-
cepto sabbato, designans, ꝙ quotidie panem gratiæ ci-
bum animæ petere debemus, dicentes. Panem nostrum
quotidianũ da nobis hodie. Et qui dat hodie, cras quo-
que dare paratus est, tantum non negligamus petendo
colligere, quantum sufficit ad salutis profectum. Cum
in oratione te sentis exauditũ, & illud quod petieris im-
pletum esse, noli extolli, quasi pro tua sanctitate te Deus
exaudierit, & pro tui dilectione fecerit qđ rogasti. Sed
cogita, ꝙ pro sui bonitate illud facere pro se disposue-
rit, vel aliorum bonorum potius præces attenderit. Et
gratias age Deo, qui te suæ dispositionis cooperatorem
habere, & aliorum amicorum suorum orantium te in
hoc participem facere dignatus est, vt in orationis actu
& pietatis affectu merearis exaudiri, & exauditionis fi-
ducia cõsoleris, & ex petitiunis tuæ impletione lętifice-
ris, & ex his crescas in amorẽ Dei, qui benigne procurat
nobis occasiones quib. ad orationis ꝓsidiũ cõpellamus,
vt imminentes molestias euadamus, vel bona desideria
inspiret, quæ orando impleri postulemus, vt dum ro-
gatus exaudierit, magis ametur a nobis, & tanto sollici-
tius eius voluntati parere studeamus, quo eũ nostris de
siderijs, & prompte fauere, & pie obedire videmus.

De causis quare non exaudimur orantes.
Capitulum. 23.

CAusæ autem quare non exaudimur orantes, plu-
res sunt, nempe. Aut ex multis demeritis culparũ
orantis, dicente Isa. cum multiplicaueritis orationem, Isa. 1.
non exaudiam, & causam subiungit, dicens. Manus ue-
stræ sanguine plenæ sunt. i. peccato, & Io. Scimus quia Ioan. 9.
peccatores Deus non exaudit, & iterum dicit, Isa. pecca Isa. 56.
ta vestra absconderũt faciem eius, ne exaudiret, Aut ex
tẽpore orandi, quia nõ feruenter & deuote oramus iux
ta illud. Orabitis, & exaudiam vos, cum quæsieritis me Ierem. 29.
in toto corde vestro, q. d. non aliter. Aut quia non perse
uerat orando, donec obtineat sicut dicit Luc. Si perseue Luc. 11.
rauerit pulsans, propter importunitatem surget, & dabit
ei. & in Iudith. Scitote, quoniã exaudiet preces vestras, Iudith 4.
si permanseritis, &c. Aut ex diffidentia exauditionis, vt
habetur in Iac. Si quis vestrum hæsitat, non existimet Iac. 1.
quod aliquid accipiat, & in Eccl. Ante orationẽ præpa- Eccles. 18.
ra animam tuam, & noli esse quasi homo q tentat Deũ.
s. si velit exaudiri, aut quia nociuũ vel indiscretum est Matt. 20.
qđ petitur, sicut filij Zebedei in Matt. Nescitis qđ peta- Iaco. 4.
tis, & in Iac. Petitis & nõ accipitis, eo ꝙ male petatis, & Deut. 1.
in Deut. Cum ploraretis corã domino, non audiuit vos
neq; voluit acquiescere voci vestræ. Aut vt magis ad pe
tendum prouocet. Greg. Sancta desideria dilatione cre-
scunt. Aut vt tanto caustodiatur acceptum, quid diffici
le impetratur, & Chrys. Deus adhuc beneficium suum
protrahit, vt nobis non sit vile, quod præstat. Aut humi
liter orans dum tardius exauditur, & sic duo bona pro-
ueniunt, vt insolens reprimatur elatio, & tamen petitio-
nis non cassetur effectus. Aut in aliud tempus exauditio
differtur magis congruum, aut vtile petenti. Sic Moy-
ses gloriam Dei sibi ostendi petijt, quam non tunc sed
post meruit videre. Aut etiam aliorũ suffragijs quærat
iuuari, quia forte ardua petitio, velut præsumptio repri
matur. Sic Ezechias misit ad Isa. vt oraret pro se & po-
pulo. Et Iosias ad Holdam prophetissam, vnde dicitur Rom. 15.
ad Rom. Obsecro vos, vt iuuetis me orationib. vestris,
vt liberer ab infidelib. qui sunt in Iudæa, & in Matth. Si
duo ex vobis consenserint, &c. Aliquando & si nega-
tur vnum quod forte minus expedit, pro eo datur aliud
vtilius & melius, vt Paulo cui stimulus carnis non est a-
blatus, vt virtus in infirmitate perficeret, vtilior sępe est
exercitatio tribulationis, quam quies prosperitatis, licet
hanc plus optemus. Ex his per contrarium potest aduer
ti, quę valent ad exauditionem orationis. s. culpæ remo
tio, feruor & instantia, & fidei confidentia, humilitas, &
aliorum suffragia, & acceptæ gratiæ, & gratiarum actio
nes, studiosa conseruatio, vt & ea tantum petantur a do
mino, quæ ipse nouit magis expedire, & quando.

De specialibus orationibus. Cap. 24.

DE specialib. autem orationib. quas solent habere
quidam. Vtrum expediat eas dici certis horis, vel
dieb. nota, ꝙ quibusdã expedit magis, quibusdã minus.
Insipiẽtib. n. & affectu deuotionis nondum imbutis ma
gis expediunt, ut saltem consuetudo moueat ad oratio-
nis studium, ne semper uagi circa exteriora, a Deo fiant
alieni,

Digitized by Google

alieni, & frigidi torpeant, & nunquam aliquo deuotionis igne calescant. Deuotionis autem affectu imbuti, & amplioris cum Deo familiaritatis gratia subleuati, si nimis psalmorum, & similium orationum multiplicationi intendunt spiritum obruunt, deuotionem impediunt, cordis libertatem quasi quodam pondere prægrauant, & melioribus ablatis, minus pro illo tempore utilibus occupantur, scrupulosius inhærent. Vtuntur tamẽ & ipsi plerunque huiusmodi orationis subleuamento, quasi quodam afflatu, donec flamma deuotionis accensa, uerborũ follib. nõ indigeat, purius p se flagrans, & trãquillius in sublime attollens. & iste modus uidetur expeditior, ut speciales orationes tunc ex bona consuetudine ruminẽtur, quando maior non habetur deuotio. Quando uero superuenit melior deuotionis infusio, uel utilior, uel plus urgens occupatio, consuetę intermittantur orationes, ad quas quis non tenetur, donec tempus redeat opportunum. Quales autem orationes sunt utiliores, puto super hoc uniformem dari non posse regulam, sicut de cibis corporis, diuersis diuersa conueniant, & modo hoc, modo illud, magis delectet edentem, sed hæc uidetur tunc fructuosius, quod orantem magis secundum Deum delectat, & quod deuotionis spiritum promptius excitat, & mentis fiducia erigit in Deum.

Orationis scopus. Omnis ergo orationis fructus, & finis est Deo adhærere, & vnus cum eo spiritus fieri per liquefactionem purissimi amoris, & speculationem serenissimæ cognitionis, & absconsionem in Dei vultu ab omni mundanorum strepitu pèr excessum quietissimæ fruitionis, vbi omnes vires animæ & potentiæ a suis dispersionibus simul collectæ, & in vnum verum & simplicissimum, & summum bonum fixæ, in quandam Diuinæ confortationis & æternæ stabilitatis similitudinem transformantur. Sunt autem quidam gradus inferiores, quasi scalares ascensus, quibus paulatim proficit anima, & illi sibi appropinquat. Primo assuescit dispersiones memorię, quibus per diuersa mundi oblectamenta, & implicamenta distracta vagabatur, per vsum orandi colligere, & in vnum bonum defigere, quod est finis omnium desideratorum & delectabilium, sed quia adhuc memoria lubrica & instabilis est, eo quod multis, & multiformib. reb. diu adhæsit, quærens in quibus delectaretur vel curiose occuparet. Nã videtur nõ stabiliter inhęrere diuinis, vel propter euagandi consuetudinem, vel propter tenuẽ spiritualium notitiam. Ideo vtitur sustentaculo verborum in oratione, quæ Spiritus Sanctus ad hoc inspirando hominibus ministrauit, vt per ea more paruulorum, quasi baculis sustentati, assuescant assurgere, & erigere se ad Deum. Et hoc fit, cum homo conatur verbis orationum & psalmorum intendere, & intellectum ex eis spiritualem elicere, & deuotionis affectum exprimere, sicut qui ex duro silice & ferro ignem excutit, qui illuminat & accẽdit, sed per assiduum vsum orandi cum adiutorio gratiæ Dei, quę studiosis proficiendi semper subuenire parata est, memoria aliquando stabilitur, ita quod iam sine graui difficultate valet orationi intendere & euagationes mentis facile cohibere, iuxta illud.

Psal.146. Aedificans Hierusalem Dominus, dispersiones Israelis congregabit, intelligentia ẽt, quæ prius quasi cęcutiens fuit exteriorib. &, visibilib. inuoluta, incipit dilatari

Simile. & illustrari ad videndũ, quæ prius nõ videbat, velut qui cubiculum deforis veniens subintrat, & primo quasi nihil vidẽs, impingit in parietes & scabella, deinde paulatim incipit cognoscere grossiora, & tandem etiam videt clare minima, ita quod etiam miratur superuenientem, quod nec plane videre potest omnia, quæ sibi iam manifesta apparent. Ex hac illustratione dilatatur mẽs ad multa cogitanda, & alia colligit ex ratione, aut intelligit ex spirituali illustratione, alia discit ex diuina reuelatione, & confert illa cum his, quæ apprehendit ex humana eruditione, & imbibit ex sacra lectione. Et consolatur non modicum, quod videt alios eruditos & sanctos eadem sensisse, quæ ipse Spiritusancto illustratus, intellexit. Ex quo securus redditur, q̃ non ab alieno spiritu, vel a proprij sensus vtibili opinione seducatur, cum eundẽ spiritum sentit in se esse locutũ, quẽ & in priorib. sanctis. Caute tamen & humiliter est agendum, ne forte ex præsumptionis culpa homo decipi mereatur, & pro spiritu veritatis, sequatur spiritum erroris, credens Spiritum sanctũ loqui, quod est proprij cordis opinio, vel immissio per Angelum malum, qui sæpe trãsfigurat se in Angelum lucis, persuadens falsa sub veritatis colore, iuxta illud Io. Nolite credere omni spiritui, sed probate spiritus si ex Deo sint. 1.Ioan.14 Et nihil recipiendum est, quod ab ecclesiasticorum doctrina magistrorum, & approbatorum theologorum traditiune discordat. Nec reuocandum in dubium, quod ab eis vniuersaliter cum testimonijs sanctorum patrum fuerit rationabiliter diffinitum, quia veritate reperta, qui curiose per superuacuam subtilitatem altius perscrutando fodere nititur profunda scripturæ, quasi noui aliqd inuenturus, qđ ab alijs non fuit inuentum, vanitatem diligens, quærit mendacium. Et quia Deus summe suauis & bonus est, & omnia quę ab ipso fluunt sunt sapida & bona, ideo cum intellectus cœperit in agnitionem veri dilatari, statim gustus animę, hoc est interior affectus, incipit quodam spirituali sapore in cognitis delectari, & sic quod in solo intellectu fuerat scientia, accedente sapore affectus dicitur sapientia, id est sapida scientia ex cognitione veri, sapientia ex adiuncto amore boni. Licet enim omnes animę affectiones suos habeant proprios sapores, id est motus sibi cõuenientes, amor tamen quasi principalis suo motu omnes alios informat, maxime cum ipse ad summum & verum bonum debitu modo fuerit conuersus, qui natus est nihil solidius amare quam summum bonũ. Omnia alia quæ propter illud non diligit, tentando magis, quã in eis quiescendo diligit, & ideo cito ei per sacietatem in fastidium vertũtur. Et rursum alia quærit si forte vel in illis quiescat, sed non inuenit; nisi forte attingat summum bonum, quod cum attigerit, quasi in debito fine suo quiescit, & tunc reliquæ affectiones debitos motus suos exercent, iuxta ipsius amoris mensuram.

Quantum enim amas quodcunq; bonum, tantum gaudes de eius adeptione, & tantũ speras vel cupis illud adipisci, quantũ times vel odis id quod posset illud quod amas auferre, & tantum doles, de non habito, quantum pudet de econtrario, si quod diligis sit honestum. Quã diu autem amor contrarios sentit affectus, id est timoris, doloris, pudoris, & odij, tunc minor & debilior est in se, quasi distractus, & nondum in se totus collectus, etiam dum adhuc spei locus est, nondum potest esse perfectus, dum non habet quod amat in fruitione, sed tm̃ in expectatione. Et quanto expecṫatio incertior, tanto & amor tepidior. 1.Cori.13 Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est, quia fruitionis gaudium perfectum erit, cum amor quod cupit, iam tenuerit, nec amittere vltra timuerit, nec de cõtrario aliquid sibi inesse senserit, vel quod pudendum sit, vel dolendũ. Perfecta enim charitas foras mittit timorem, cum iã in se nullam habuerit materiam odij, vel causam erubescẽtiæ vel doloris. Quanto ergo charitas magis augetur, tanto aliæ virtutes & virtuosæ affectiones amplius purificantur, quousque omnes in eam solam transformentur, vt iam non sit timor, vel dolor, spes, vel pudor, sed tantum summo gaudio feruens amor, & illi bono tenaciter inhærens, quod solum sufficit animæ desiderium implere, ipsum amorem eius in se potenter transformare, vt iam cognoscat sicut & cognita est, & amet sicut amata est, quamuis nulla creatura tantum potest amare Deum, sicut amata est ab ipso, sed tantum sicut accipit.

Digitized by Google

accepit. Deus.n. ſicut eſt cauſa omnium cauſarum, ita &
diligit omnia in ſeipſo, & propter ſeipſum, & ideo ſicut
eius cognitioni noſtra non approximat, ita & amor no-
ſter eius amori non poterit comparari, nec in patria quã
to minus in via, vbi multipliciter affectus vix, vel nun-
quam poteſt ſe colligere ad ſe, vt totus ſimul feratur in
Deum. Proficit autem homo Deo deditus in ſtudio in-
hærendi Deo, ſic vt primo cum labore mentis euagatio
nes comprimat, & ad Deum colligat, deinde ex vſu ſtu-
dij iſtius, facilius iam cor ſuum cohibere, & ſecum habi
Exod. 16. tare diſcit. Iuxta illud Exo. Maneat vnuſquiſq; apud ſe-
metipſum, nullus egrediatur oſtium domus ſuæ die ſab-
bati, & ſabbatizabit populus,. tandem faciliter non ſolũ
ſed etiam delectabiliter Deo valebit inhęrere, vt auulſio
ab huius quiete ſit ei tribulatio non modica, ſed ſemper
vellet ſi poſſet talib. delitijs inhęrere. Vnde ſcriptum eſt.
Deut. 35. Amantiſſimus Domini habitabit in eo confidẽter, qua-
ſi in thalamo tota die commorabitur, & inter humeros
eius requieſcet. Sunt tamen gradus & profectus in hac
commoratione, vt primo delectabiliter Deo inhęreat, &
inuitus ab eo elleuetur ſicut paruulus a patre blandien-
te, vel famelicus inuitus ſeparatur a cibo. Nec mirum,
ſpiritualis.n. iucunditas non ſolum delectabilis eſt fruẽ-
do, ſed & pulcra, & honorifica habendo & promerẽdo,
delectat, honeſtat & locupletat. Suauis eſt guſtus cœ-
leſtium delitiarum. Honorabilis amicitia Dei, & ciuiũ
familiaritas ſupernorum. Fructuoſa charitas & merito-
ria ſublimium præmiorum. Omne quod petitur, pro-
pter aliquod iſtorum trium deſideratur, vel quia puta-
tur delectabile, vel honorabile, vel vtile, ſed in quo om-
nia ſimul conuenire non inueniuntur, niſi in fructib. cœ
leſtium & ſpiritualium delitiarum. Alia.n. delectant,
ſed turpia ſunt & nociua, alia honeſta vel vtilia, ſed diffi
cilia & laborioſa. Virtutis autem affectus & ſapientiæ
guſtus & diuinæ ſuauitatis fructus dulcis & venerabilis
conſcientiam lætificat, aſſecurat & magnificat. Sed tamẽ
ſi ſponſi amplexib. omnia deuota inhianter inhæret, inci
pit inter eius brachia aliquo modo conſopiri, ſicut pota-
tus nobili vino in ſoporem reſoluitur, vt non ſolum de-
lectabiliter, ſed & tenaciter Deo inhæreat, & quaſi vino
quodam abſtrahatur ab omni viſibilium ſenſu & memo
ria, ſic tamen temperate, vt nec plene ſuimet oblita, nec
Pſalm. 67. tamen vere compos ſit ſui. Iuxta illud Pſal. Si dormiatis
inter medios cleros. i. inter medios terminos mundi &
Cant. 5. cœli. Item Cant. Ego dormio, & cor meum vigilat. Eſt
n. talis iſte ſomnus ſicut illorum, qui incipiunt dormita-
re, & tamen videtur ſibi, ea quæ circa ſe fiunt, aliquo mo
do ſentire & intelligere ſed præ ſopore non aduertunt,
niſi velint ſibi uim facere, vt ad ſe plenius reuertantur.
Amor enim Dei cũ pura intelligentia cognitus, inebriat
mentem, & ab exterioribus abſtractam, ſuauitate Deo
conglutinat, & coniungit. Et quanto amor vehemen-
tior & intelligentia lucidior, tanto validius in ſe mentem
rapit, quouſque tandem omnium quæ ſub Deo ſunt ple
ne oblita, in ſolo diuinæ contemplationis radio libere
figatur, licet breuiter, quaſi in quodam coruſco luminis
cœlitus emicantis, quia corpus quod corrumpitur, ag-
grauat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum,
multa cogitantem. Senſus.n. hominis per ſe pauca po-
teſt, & vix tenuiter cogitare, ſub leuatus autem affla-
tu ſuperni luminis tanto plura inde intuetur, quanto ſu
pra ſe ſublimius eleuatur. Sed corruptio terreni corpo-
ris, & variæ huius vitæ occupationes deprimunt animã,
& reuocant ad ſeipſum, vt gemẽs clamare cogatur cum
Rom. 7. Apoſtolo. Infelix ego, quis me liberabit de corpore hu
Pſal. 119. ius mortis. Item Pſalm. Heu mihi quia incolatus meus
prolongatus eſt. Quanto minus mens ſolicita eſt ad iſta
inferiora & humana cogitanda & tractanda, tanto plus
a ſuperioribus & cœleſtibus, per deuotionis intuitum
elongatur. Et quanto feruentius ab inferiorum memo
ria, affectu & intellectu ad ſuperna ſuſtollitur, tanto per
fectior eſt deuotio, & purior eſt contemplatio, quia ſi-
mul non poteſt perfecte vtriſque eſſe intenta, quæ ab in
uicem ſicut lux & tenebræ ſunt diuiſa. Qui Deo inhæ-
ret, in lumine verſatur. Qui inhæret mundo in tene-
bris eſt.

Quæ eſt in vita hominis ſublimior perfectio.
Capitulum. 15.

HÆc eſt hominis in hac vita ſublimior perfectio,
ita vniri Deo, vt tota anima cum omnib. poten-
tijs ſuis & viribus in Deum collecta, vnus ſpiri- Sũma hominis in hac vita perfectio.
tus fiat cum eo, vt nil meminerit niſi Deum, nil ſentiat
et intelligat niſi Deum, & omnes affectus in amoris gau
dio vniti, in ſola conditoris fruitione ſuauiter quieſcant.
Imago enim Dei in anima, in his tribus potentijs ex-
preſſa conſiſtit, videlicet in ratione, memoria, & volunta
te. Et quandiu iſtæ non ſunt ex toto Deo impreſſæ, non
eſt anima deiformis. Forma enim animæ Deus eſt, cui
debet imprimi, ſicut ſigillo ſignatum. Hæc nunquam
plena eſt, niſi cum ratio perfecte iuxta capacitatem ſuam
illuminatur ad cognitionem Dei, qui eſt ſumma veritas,
& voluntas perfecte afficitur ad amandum ſummam bo
nitatem, & memoria plene abſorbetur ad intuendam &
fouendam & tenendam ſummam fęlicitatem. Et quia
in horum conſumata adeptione conſtat gloria beatitu-
dinis, quæ perficietur in patria, licet, quòd iſtorum per-
fecta inchoatio, eſt perfectio viæ in hac vita. Quamuis
autem omnes virtutum conatus ad hanc perfectionem
tendere videantur, tamen ſpecialiter orationis ſtudium
ad hoc nititur, vt anima toto affectu & intellectu & me
moria in Deum feratur, quia alijs poſtpoſitis, anima ſo-
li Deo inhærere deſiderat cum orõne. Vnde omnis per
fectio eſt, cum anima illud obtinet, ad quod orando ten
dit, vt tota ab infimis abſtracta ſolis iũgatur diuinis, nec
volens, nec valens aliud ſentire niſi Deum, vbi vere quie
ſcit anima, ibi delectatur in ſplendore lucis & amenita-
te diuinæ dulcedinis, & in ſecuritate pacis. Hæc autem
ſpiritualis amenitas, non poteſt per aliquas imaginabi-
les deſcribi ſimilitudines, nec per ſenſibiliũ depingi cõ-
parationes, quia pure ſpiritualia tantum differunt a ſen-
ſibilibus, ſicut ſpiritus a corpore. Spiritus vero rationa-
lis nec corpus eſt, nec corporis ſimilitudo. Circa vero
hunc contemplationis exceſſum, ſunt diuerſæ deuotio-
num ſpecies, quas breuitatis cauſa prętereo, quibus ſcri
ptura, vel tractatores ſcripturæ diuerſa nomina impo-
ſuerunt, vt iubilus, ebrietas ſpiritus, ſpiritualis iucundi-
tas, liquefactio, quæ expertis & vacantib. explananda re
linquo. Aliqua tamen breuiter tangam iſtorum. Et Iubilus quid.
quia iubilus vſum non habet a ſcriptura, videtur quòd
iubilus ſit quoddam ſpirituale gaudium, cordi repente
ex aliqua deuota cogitatione vel collocatione infuſum,
quod totum cor concutit ex ſui vehementia. Quoſdam
tremore commouet, & delectabiliter cruciat, quia mo-
tus gaudij conſolatur, ſed ex impetu fortitudinis corpus
debilitatur, & aliquando per riſum, aliquando per quoſ
dam clamores, aliquando per alios geſtus & ſingultus,
quaſi euaporando erumpit, nõ valens ſe intra ſe tacitus
continere. Greg. Iubilum nanque dicimus, quando in-
effabile gaudium mens concipit, quod nec abſcondi po
teſt, nec ſermonibus aperiri, & tamen quibuſdam moti-
bus proditur, quamuis nullis proprietatibus aperitur.
vnde Pſalm. dicit. Beatus populus qui ſcit iubilatio- Pſalm. 88.
nem. Non ait, qui dicit, ſed qui ſcit, quia ſciri quædam
iubilatio poteſt, ſed dictu non exprimi valet. Ebrietas
ſpiritus dici poteſt, quælibet amoris & gaudij deuo-
tio, ex qua quaſi ex vini fortitudine feruor Spritus
ſic exhilareſcit, quòd ſe intra ſe cohibere non valet.

Vnde Apostoli Spiritussancti feruore æstuantes, musto
Iob. 32. pleni dicebantur: & Iob ait. En venter meus quasi mustũ absq; spiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit. Nouas dicis non veteres, vel quia veteribus cordibus non infunditur talis deuotio sed nouis, idest in nouitate vitę ambulantibus, vel nouas dicit, propter fortitudinem spiritus, quæ si nouas dirumpit, quanto magis veteres, idest fragilia corda & infirma? vel nouas dicit, qa talis feruor spiritus, nouis & nondum exercitatis mentib. nuper infusus, minus valet sese cohibere, quin erumpat per inusitatos gemitus, vel voces vel singultus. Sic nouum vinum in vase ebullit, quod inueteratum quiescit. Qñque etiam corpus quasi obrigescit, & membra inhabilia & inflexibilia sunt ex subita feruoris & suauitatis influentia, & hoc põt esse, quia spiritus oẽs distenduntur corde inflammato, quia extensione neruorum & obstructione viarum spiritualium, membra amittunt habilitatem officiorum suorum, vt lingua loquelę, manus operationum, & pedes, & crura gradiendi, quousq; feruor iterũ remittatur, & vitæ spirituum apertæ fiant vt prius, nec mirum, si hæc diuinæ affectiones possunt efficere, quarum virtus fortior est, cum etiam humanæ affectiones hic interdum valeant, vt subitus terror, & subita & immoderata lætitia, & subitus dolor, & odium immensum & immoderatus amor, sicut sępe compertum est, & in extasim vel stuporẽ, vel phrenesim aliquos ex huius modi raptos feruore esse, & membra in rigorem vel tremorem versa, vel ẽt febres ex vehementi molestia incidisse. Quid ẽt mirum si ex magna spiritus hilaritate, quam Spiritussanctus infundit cordi, aliqñ erumpit in aliqua aperta hilaritatis indicia, vel si qñque singultibus, & affectibus apertis imperare non valeat, & huius internæ deuotionis motus abscondere, cum videamus sæpius aliquos ex stulta lenitate a risu & insolẽtibus cachinnis non posse se cohibere, etiam vbi pudor humanus imperat disciplinam. Et aliquando ex humana tristitia oborto fletu non possit homo, quamuis libenter faceret, imperare. Cum enim scriptum sit, Deus noster ignis consumens est, & Deus charitas est, quid mirum si feruor diuinæ charitatis cordi infusus totum hominem commouet, sicut si vitro fragili & vasi fictilli bullientem liquorem, vel ignem ardentem infundas, trepidationis fragorem concutit. Cor namque diuini amoris gaudio,
Simile. vel diuino fruitionis desiderio inflammatum, in se dilatatur & extenditur, & quasi intra angustiam pectoris se capere non sufficiens, quodammodo erumpere conatur, nisi flamma, quam intus patitur, foras eructet, & ardoris sui refrigerium qualecunque inueniens euaporet. Quod cum non potest, vel ex humano pudore non audet, mirabiliter in semetipso cruciatur, & corpus valde ex talibus motibus debilitatur, quia virtus diuinæ dulcedinis intolerabilis ex imbecillitate terreni corporis, sicut si ignem vitro immittas, vnde legimus sanctos ex diuinis visitationibus & reuelationibus corruisse, & vi-
Dan. 10. ribus emarcuisse, de quo legitur in Dan. Visionem hanc grandem vidi, & non remansit in me fortitudo, & emar
Tren. 1. cui, nec habui quicquam virium, & iacebam consternatus super faciem meam. Item in Tren. De excelso misit ignem in hostibus meis, & crudiuit me. Ideo Spiritussanctus in igne super Apostolos venit, quia virtus diuini amoris sicut ignis illuminat & inflammat. Spiritualis iucunditas dici potest quoddam gaudium, quod a Spiritu sancto infunditur, quo gaudio animus in Deo quiescit, siue pro perceptis diuinis beneficijs vel promissis. Et licet aliqui putent spiritualem esse lætitiam, cum aliquando religiosi inter se iucundi sint, tñ sciant, quòd spiritualis lætitia sicut caret amaritudine tristitiæ
Lætitia spiritualis duplex. sæculi, & acedię torpore, ita & dissolutionis leuitate. Spiritualis.n. lætitia dupliciter accipitur, scilicet specialiter & generaliter: specialiter, & tunc est motus spiritualis gaudij in Spiritu sancto, ex intuitu beneficiorum Dei, & futuræ gloriæ, & bonitatis diuinæ. Generaliter, & tunc est quædam mentis hilaritas, a bona confidentia ad Deum & bonæ conscientiæ testimonio, reddens hominem beneuolum & deuotum, ad omnia agenda et sufferenda pro Deo, & omnia quę Dei sunt diligenda et Phi. 4.
promouenda. Ideo bis dicit Apostolus. Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete, primo generaliter, secundo specialiter. Liquefactio autem animæ aliud non videtur esse, nisi quædam emollities a duritia sua, per q̃ flexibilis redditur, & voluntaria ad amandum se amantem Deum, & liquescens ad recipiendum diuinæ virtutis impressiones, vt sicut liquor liquori, ita spiritus Dei spiritui hominum influens misceatur, & vnus fiat anima spiritus cum Deo.

De generibus compunctionum & deuotionum. Cap. 16.

CVm aũt multa videantur deuotionum genera vel compunctionũ, possunt tamen in 7. distingui differentias, iuxta singularium affectionũ varietates. Aut.n. surgit deuotio ex timore, aut ex dolore, aut ex deside- Spũalis cõpũctionis variæ cã
rio, aut ex amore, aut ex compassione, aut ex gaudio, aut ex admirationis stupore. Ex timore, vt cum quis compungitur timore futuri supplicij, vel cum timet a Deo derelinqui propter demeritum peccatorum suorum, dicẽs Deo. Ne pijcias me a facie tua, &c. ne derelinquas Psalm. 50.
me Domine Deus meus. Ex dolore, vt cum dolet se offendisse Deum, & gratiam eius amisisse, vel cum dolet se tam parum profecisse, & tam parui esse meriti apud Deum, & in tantum Dei oculis displicere, vt dicat cum
Psal. Auerte faciem tuam a peccatis meis. Ex desiderio, Psalm. 50.
cum suspirat & anhelat ad gratiam ampliorem virtutũ, & ad familiaritatis diuinæ suauitatem, vel ad Christi p̃sentiam in cœlo, vel ad sancta desideria adimplenda, &
dicat cum Psal. Domine ante te omne desiderium meũ, Psalm. 37.
& cum Isaia. Domine nomen tuum & memoriale tuũ Isa. 26.
in desiderio animæ meæ. Anima mea desiderauit te in nocte. Ex compassione, cum Christo passo pie compatitur, & gladius illam animam Deo fidelem transuerberat & vulnerat, qui Mariæ matris animam totaliter pertransiuit, aut cum proximorum incommodum, aut animarum periculis cõpatitur, & zelus domus Dei, & iniuriæ Deo illatæ comedunt eam, nec sinunt eam dormire somno dissimulationis, quin contristetur ad singulorũ calamitates, adeo vt dicat cum Iob. Flebam super eo, Iob. 30.
qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Ex amore diuino, cum recollit quã benigne secũ egerit, & quanta sibi beneficia indigno et immerito contulerit, vel cum pensat generalia beneficia omni generi humano impensa, et incarnationis, et passionis beneficia, et sacramẽti altaris et Spiritussancti sacrosancta charismata, vel cum ipsius Dei ingenitam intuetur benignitatẽ, quæ tanta est, sicut immensitas et æternitas, quæ mẽsuram non habet neq; finem. Et ideo sine mensura et sine fine diligendus est. Amore Dei nihil potest esse delectabilius, vel honorabilius, vel vtilius, per hanc affectione dilectionis Dei, singulariter Spiritussanctus testimoniũ reddit spiritui nostro, q̃ sumus filij Dei, de hoc spe-
cialiter dicitur. Qui diligit Deũ, hic cognitus est ab eo, 1. Cor. 8.
et ego diligẽtes me diligo. Cognosci a Deo et diligi, est ab eo approbari. Amor Dei est omnium affectionũm bonarum condimentum, et tanto plus sapiunt Deo cæteræ virtutum affectiones, quanto plus de hoc habuerint condimento, nec potest esse virtus vel deuotio, quę ex amoris radice non pullulat. Ex gaudio surgit deuotio, cum exultauerit in Deo, memor beneficiorum eius, ut cum in spe gratiæ eius confidit se esse de numero saluandorum, vel congratulatur saluti et profectui proximorum,

morum, vel cum in exultatione spiritus eongaudet gloriæ beatorum, & mente perambulat cœlestis patriæ varias mansiones, ex quibus omnibus vel singulis cor exhilaratur, & quasi iucūda volucris, q̄liq; clauso pectore ludit in iubilo, & affectu exultationis & laudis quasi ḡrat, exire de angusto pectore, & cū Psal. dicat. Cor meū Psalm. 83. & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Ex admirationis stupore, cum illuminato intellectu fulgore sapientiæ stupet magnitudinem potentiæ Dei, & profunditatem sapientiæ, & suauitatis & benignitatis eius, vel districtionē iudiciorum eius, vel abyssum claritatis & incomprehensibilitatem immensitatis eius, vel quicquid est de natura diuinitatis & gloriæ maiestatis, vel quorūlibet operū eius admirabili ratione. Vnde dicitur in Iob. Iob. 36. Magnus fortitudine & iudicio & iustitia Deus, et enarrari non potest, ideo timebunt eum viri. Aliquando cōmixtim ex diuersarum affectionum motib. deuotio cōflatur, vt timor cum dolore, amor cum gaudio et admiratione, compassio cum desiderij ardore iungatur. Et quasi aromata simul contrita, liquore supernæ vnctionis compacta, et calore ignis diuini decocta, pigmentū salutare efficiunt, ad sanandum animarum languores efficax et salubre, sicut illi qui pigmenta sanitatis conficiunt, aliquando de singulis, aliquando de pluribus et modo de illis, modo de illis compositionem faciunt pro varijs remediorum causis. Cum autem deuotio sit piæ affectionis pinguedo, et magis se habeat ad affectum quā ad intellectum, sicut videri potest in simplicibus, deuotis, et literatis pluribus indeuotis, perfecta tamē non est deuotio sine lumine intellectus, sed aliter se habet intelligentia simplicium deuotorum, et aliter literatorum. Literati n. sciunt subtiliter loqui de quacunq; re spirituali materia, et verbis proprijs exprimere quæ volunt, et pulchre diuidere, et distinguere, et causas, et cōgruas rationes assignare, et sermone composito persuasibiliter et ornate ,ponere: Et ex paruis quandoq; longum texere tractatum, et ea quæ plana sunt et nota per se, uerbis artificiosis inuoluere, ut rudib. de intimis philosophiæ medullis extracta uideantur. Deuoti autem simplices, clarius uident ueritatem in se, et profundius de ea sciunt cogitare, et pondus eius pensare, et saporis intimi uenas per gustum affectus scrutari, et per puræ intelligentiæ gradium quęcunq; lucidius discernere, vt licet nesciāt uerbis expressis proprie distinguere, tamen ex ipso saporis gustu naturalis uirtutis differentias cognoscere, magis Exemplū. quā per argumentorum coniecturas arte, sciunt. Exēplū de quolibet mechanico artifice in sua arte perito, et de Exemplū aliud. subtili philosopho, quorum alter scit de arte pulchre disserere, et alter proprie operari. Vel exemplum de medico theorico, et practico, quorum alter magis nouit artem per scientiam, alter per experientiam.

De reuelationibus, visionibus, imaginationibus, & demonstrationibus. Cap. 17.

Dicto de illis quæ ad spiritualium profectū spectāt, videndū est breuiter, de his quę in spiritualib. experientijs magis pertinent ad intellectum, vt sunt reuelationes secretorum, & visiones & imaginariæ demonstrationes, in quib. quidam de veritate aliquando eruduiuntur, & plurimi deluduntur, his autem tanto minus immorandum est, quanto frequentius eis innitentes decipiunt, & quantum est minor profectus in talib. etiam cum vera sunt, licet a rudibus & spiritualium charismatum ignaris, magnæ sanctitatis & sapientiæ virtus in his consistere existimetur.

De generibus visionum. Capit 18.

Qvatuor sunt genera visionum, & totidem sunt genera reuelationum, quamuis etiam visiones dici possint reuelationes, quia in eis aliqua secreta reuelantur. Quædam visiones dici possunt corporales, quæ vigilanti corporaliter ostenduntur, vt Moyses vidit Dominū in rubo ardenti. Et patres sępe Angelos visibiliter susceperunt. Ad hāc pōt referri quorumlibet sensuū experiētia, vt auditus, gustus, odoratus & tactus, qa visus pro quolibet sensu solet poni. hinc in Exo. dicitur. Videbant voces & lampades, & sonitum buccinæ, &c. Voces nanque & sonitum buccinæ, non visu, sed auditu percipere potuerunt. Aliæ sunt imaginarię visiones, quę vigilanti non corporaliter, sed imaginarie ostenduntur, siue in somno siue in excessu mentis rapto, vt visiones Ezechelis, Danielis, & aliorum sanctorum in nouo & veteri testamento. Aliæ sunt imaginariæ quæ dormientibus ostenduntur, ut Iacob vidit Dominum innixum scalæ. Et Pharao, & Nabuchodonosor somnia uiderūt præsagia futurorum. Illæ omnes uisiones conueniunt si mul in hoc, quòd non solum bonis, sed etiam malis ostenduntur. Item quandoque ueræ sunt, & per eas eruduuntur aliqui ad ueritatem, & quandoque deceptorię, & aliqui ex his deluduntur. Vnde in Ezech. Vidistis uisionem cassam, & diuinationem mendacem locuti estis. Item, quòd nec faciunt sanctum nec ostendunt. Alioquin Balaam sanctus esset, & eius asina quæ uidit Angelum, & Pharao qui uidit somnia præsagia futurorum. Item, q̄ etiam si ueræ sunt, tamen per se meritoriæ non sunt, & qui multa talia uidet, non est melior, et qui nulla, non est minor, sicut est de miraculis alijs. Item, quòd pluribus sæpe magis nocuerunt talia quam profuerunt, quia inaniter inde gloriantes extollebantur. Multi etiam putantes uisiones uidisse, quæ non uiderant, seducebant se & alios, uel ad quæstum auaritiæ retorserunt. Multi finxerunt se mendaciter uidisse uisiones, ne aut haberentur inferiores cœteris, aut ut præ cęteris honorentur quasi sanctiores, quibus secreta Dei ostendantur. In quibusdam etiam solēt huiusmodi uisiones esse ludia insanię, quia cerebro cōfuso & fumo ipsum obnubilante, uisus oculorum confunditur, ut putent sibi apparere aliquid ueraciter, quod phantasti cum est & falsum, iuxta illud Eccles. Sicut parturientis, cor tuum phantasias patitur, ne dederis cor tuum in illis. Alia est uisio intellectualis, qua illuminatur mentis oculus luce ueritatis purę, quia ipsam ueritatem in se contemplatur, uel intelligit in uisione imaginaria ueritatē, quę in illa significatur. Sicut cum Paulus raptus in Paradisum uel in cœlum tertium, uidit inuisibilia & audiuit uerba ineffabilia, quę non corporearum rerum imagines, sed ipsius ueritatis splendorem, pure intuitus est. Similiter & Ioan. Euangelista, licet sub figuris corporearum rerum describat Apocalipsim, creditur tamen omnia pure didicisse & intellexisse, quę ibi figuraliter descripsit, uel propter capacitatem aliorum, quibus ipsa pura ueritas pro sui splendore imperceptibilis fuit, uel magis propter mysteriorum reuelationē, quę non passim omnibus propalanda sunt, ut exerceantur digni, et excludantur indigni a sacratorum mysteriorum intelligentia, sicut & a reliquarum sanctarum scripturarum uelaminibus sunt operta. Hoc significabat uelum ante sancta sanctorum expressum, intra quod non licebat populo, sed solis sacerdotibus introire. Similiter sanctuarium inuolutum, in profectione Leuitis imponebatur portandum, quod anteq̄uam inuolueretur, non licebat alijs quam sacerdotibus contingere uel uidere, hoc significante Spiritu sancto, quod profunda scripturæ mysteria perfecti aliquatenus uident. Alij autem inuoluta portare debent, dum sunt in hac uita uelamine figurarum. Ipse enim imaginarium uel corporalium uisionum figuræ, cum ueræ sunt secundum spiritualem significantiam, non sunt ueræ secundum rei existentiam. Non enim uerum est

Exod. 3.

Exod. 26.

Ezech. 13.

Eccles. 34.

substantialiter, esse boues in celo, vel leones, vel aquilas, et alia quæ in Apocalipsi et alijs prophetarum uisionib. describuntur, sed ibi sunt celestes uirtutes, quorum merita uel officia istarum bestiarum, uel aliarum rerum ꝓprietatib. figuraliter designantur. Credimus Christum glorificatũ corporaliter in celo, nec ultra ẽm suæ substãtiæ ueritatem nasci de uirgine, lactari, uel pati, uel alia quæ Euangelica docet, eum fecisse hystoria cum corporaliter cum hominib. in terra conuersabatur. Et tamẽ sic sæpe refertur, aliquib. sanctis apparuisse in visione, uel nascens, uel matris ubera lactans, uel extensus in cruce, non ꝙ ita secundum ueritatem fieret, sed ꝙ illis propter aliquam singularem considerationem, & deuotionis e-
Rom. 6. xercitationem, uel propter aliquam spiritualem significationem, sicut apparet, per Pau. cum dicit. Scimus enim ꝙ Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, et mors illi ultra non dominabitur. Sic nec ultra corporaliter lactabitur, uel nascetur. Ita de alijs sanctorum uel angelorum apparitionib. est tenendum. Non uidetur autẽ pretermittendum, ꝙ quidã decepti a seductorijs spiritibus uel proprijs falsis opinionib. putant sibi apparere in uisione uel ipsum Christum, uel eius gloriosam genitricem, & non solum amplexib. et osculis, sed etiam alijs indecentiorib. gestibus et actib. ab eis demulceri, ut sicut spiritus ipsorum interius ab ipsis consolatur spiritualiter, ita et caro exterius sibi congruo oblectationis sensu, sensibiliter demulceatur, & carnaliter consoletur, qđ non solum est falsum & seductorium, sed etiam blasphemia grauis esse comprobatur. Spiritus sancti visitatio, sicut contra omnia vitia reprimenda & detestanda infunditur, ita & singulariter contra carnales illecebras opponitur. Et vbi spiritus mundiciæ suo iubare resplenduerit, continuo omnes prauæ voluntatis motus euanescere, & velut tenebras supueniente lumine disparere necesse est. De his vero qui cum aliquando dulcedinem spiritualẽ sentiunt, continuo etiam carnalis delectationis prurittu illecti fedantur, nescio quid iudicem, nisi ꝙ potius eligo illis carere floribus, quos de luti fordibus legere deberẽ. Et sicut illos damnare non audeo, qui inuiti quandoque in huiusmodi spiritualibus affectionibus, carnalis fluxus liquore maculantur, ita etiam excusare nescio, qui tali fluxu ex consensu cum delectantur, qualiscunq; eorum intentio videatur.

De pluribus modis reuelationum. Cap. 19.

Verissima & vtilissima doctrina, contra superstitionem iudiciariam.

Reuelatio secretorum, vel futurorum plurib. modis fieri videtur, in quib. sicut in visionib. prędictis plurimi seducuntur, putantes spiritum esse, quod proprius sensus finxerit, vel spũs erroris suggesserit, & ideo vaticinijs iam vsq; ad fastidium repleti sumus de Antichristi aduentu, de signis appropinquantis iudicij, de destructione religionũ, de persecutione Ecclesiæ, de regni desectione, & varijs mundi pressuris, & alijs plurib. quibus etiam viri graues & deuoti plusquam oporteat creduli extiterunt, de scripturis Ioachimi & aliorũ vaticinantiũ varias interpretationes extrahentes, quæ etiam si vera essent & autentica, tamen religiosi plurima inuenirent, in quib. fructuosius occuparentur, cum & Christus in Apostolis tales curiosas temporum inquisitiones repres-
Act. 1. serit, dicens. Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Reuelatio aliquando fit per vocem & verba expressa, vt Petro, Ioanni, & Iacobo in monte cum Iesu. Vox de nube dixit. Hic est fi-
Reuelatio multipliciter contingit. lius meus dilectus, vnde Petro dictum est. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus cœlestis, &c. Vel sicut Samueli primo fer no Dñi factus est in Silo. Aliquando fit per somnum, vt Ioseph viro Marię dictũ est in somnis, vt acciperet Mariam & fugeret in Aegyptum & rediret. Et magis similiter dicitur in somnis, ne redirent ad Herodem. Et in alijs pluribus locis simile inuenitur. Aliquando fit per spiritum Angelicum, vigilanti intrinsecus, vt patet in
Zach. 4. Zach. Angelus qui loquebatur in me dixit ad me. Nunquid nescio, quid sunt hæc? &c. Aliquando fit per spiritum interius in mente, iuxta illud Psalm. Audiam quid
Psalm. 84 loquatur in me Dominus Deus, &c. Et hoc duob. modis, vno modo cum inspirat menti aliquid agendum, vel dicendum, vel de proprijs docet vel alienis. Sicut prophetas inspirauit quid facerent, vel dicerent, vel cum futura eis, vel absentia, vel abscondita reuelauit. Secundo modo cum non de speciali facto illo vel illo, sed generaliter ad plura per mentis illuminationem ostendit, quid secundum veritatis iudicium sit melius vel non melius. Sicut docet omnes iustos declinare a malo, & facere bonum, & per spiritum consilij vel scientiæ, vel sapientiæ beneplacitum Dei agnoscere, & eligere potiora. Est & alius modus reuelationis per spiritum sanctum, cum homo ex Dei inspiratione orat Deum pro alia speciali causa, vel propria, vel aliena, & per affectum deuotionis, & fiduciam exauditionis intelligit se exauditum in hac petitione. Sed licet confidat ꝙ illud pro quo orauit, habiturum sit prosperum successum, nescit tamen sæpe qua via habebit processum. Econuerso cum non sentit sibi infundi fiduciam exauditionis, hic colligit non habiturum effectum suæ petitionis, licet non sit in hoc omnino certus, quia nescit an hoc sit defectus deuotionis, vel indicium negatæ petitionis, hoc tamen reuelationis genus est specialiter deuotę mentis familiare. In hoc tamẽ aliquando quidam deuoti inueniuntur recepti sicut & interna inspiratione. Et hoc taliter fieri posse videtur. Cum homo deuotus Deo, aliquando intendit orationi, & per magnum deuotionis affectum confidit Deum sibi esse fauorabilem, optat sibi vel alteri, vel orat illud vel illud quod tunc desiderat euenire. Et cum fuerit iam in affectu deuotionis, & fiducia, diuinæ propitiationis antequam illud optaret, accedente modo optatæ rei desiderio fit affectus feruentior, & fiducia ad Deum ex feruore constantior. Et quia præsumunt spiritum sanctum hanc deuotionem operari, cum spiritus malignus non possit affectus deuotionis infundere, quem nunquam habet, confidit se non decipi, & in con cepta spe desiderij sui non confundi, quem testimonijs adauctæ per Spiritum sanctum deuotionis & confidentiæ credit approbare: sed in hoc potest esse deceptio, ꝙ spiritus hominis ex desiderio rei quam diligit, cum de illa studiose cogitat hilarescit, etiam cum in nulla prius erat deuotione ad Deum, ita ꝙ aliquando pro desiderio illius rei uel euentu, facile prouocaretur ad lachrymas, maxime si est res quæ spectat ad deuotionem qualemcunque, sicut sæpe etiam cum pro vana gloria quis optat gratiam prædicandi, vel prophetandi, vel miracula faciendi, vel aliud simile, vnde cor delusum huiusmodi fantasmatibus hilarescit, & per vanam gloriam, vel lætitiam pinguescit. Quãto ergo magis cordis affectus exhilaratur & deuotior efficitur in se, cum cogitat & optat quod desiderat, non ex leuitate vel vanitate, sed ex maturitate & charitate, dum interim est in aliqua spiritus consolatione, quæ facili occasione potest ad ampliora deuotionis incitamenta subleuari. Et quod tunc confidentia proprij sensus loquitur, putat loqui Spiritum sanctum, dum non subtrahit deuotionis gratiam quam dedit, immo dilatato cordi per desiderij sui appetentiam eo copiosiorem gratiam infundit, quo cordis exhilarati capacitas locum ampliorem in se gratiæ præparauit. Cor enim beneuolum & beneuolentia iucundum, est aptius ad deuotionis gratiam, quam tristitia & amaritudine constrictum, quia Spiritussanctus amor est, & beneuolentia & iucunditas patris, & filij,

Digitized by Google

filij,& similia similibus magis congaudent naturaliter. Lætitia est cœlestis patriæ proprium. Mœror tristitiæ est huius exilij negotium: Amaritudo desperationis est infernale supplicium.

De cautela in visionibus habenda, & de sensibili dulcedine. Cap. 20.

IN omnibus igitur reuelationum & visionum generibus magna cautela habẽda est, ne falsa pro veris, noxia pro salutarib. exigua pro eximijs, & incerta pro certis recipiantur. Solus autem Spiritus sanctus per donum consilij, & per gratiam discretionis spirituum scit hominem expedite & certum reddere, quid in illis recipiendum sit vel respuẽdum, & quomodo eis vtendum, sicut & prophetas & sanctos docuit, quibus non solum vera ostendit, sed etiam per veritatis testimonium, quia vera essent interius demonstrauit. Alijs autem videtur securius esse, talia non quærere, oblatis nõ cito credere, & deceptionis foueam timere. Aliquando etiam oblata velut minus fructuosa paruipendere, vt si vera sint, se habeant indifferenter ad ea, si falsa non innitantur eis, ne decipiãtur, & si velint aduertere, quærant super his consilium sapientum solum & paucorum, & ad illa se studiose exerceant, q̃ sunt secura, meritoria & fructuosa, quæ sunt vitia extirpare, & virtutum studijs fideliter insudare, sacræ scripturæ sanum scrutari intellectũ, & per orationis vsum mentem accendere ad deuotionis affectum, hæc sunt salubria, & secura & fructuosa studia religiosorum, & quanto quis in illis se exercuerit, tã to maioris meriti & maioris gloriæ apud deum erit.

Sensibiles consolationes qũo discernẽdæ.

Sunt etiam quædam sensibiles dulcedines & suauitates experiẽtiæ, quæ deuotis quandoq; infundtur, vt mirabilis fragrãtia odoris, ineffabilis suauitas saporis, & hymnidicæ melodiæ vocũ & sonorũ, & tactu perceptibiles, experientiæ indicibilium suauitatum, quę cum verę sũt, a Deo, possumus exstimare, ꝙ aut dentur quibusdam nouis & rudib. qui spiritualia nondum lucide intelligũt, vt saltem per sensibilia consolentur in Domino, qui ueritatem pure spiritualium non cognoscunt, in quib. maior vis est, & certior veritas, & fructuosior profectus, & purior perfectio. Aut ꝙ ideo dentur etiam perfectioribus in spiritu sensibiles consolationes, propter redundã tiã interioris dulcedinis, vt sicut anima cõmunicat corpori suo quasi comiti & socio vitæ passiones suas, ita & communicet ei consolationes. Tristante.n. anima interius, etiam corpus tabescit exterius. Sicut ergo corpus conlaborat spiritui & compatitur in merito, ita digne comparticipat & conremuneratur ei in præmio, non solum futuræ gloriæ, sed etiam præsentis gratiæ, sicut domini in conuiuio epularum seruis suis transmittunt reliquias ferculorũ; vnde dicitur. Sicut socij passionis estis, ita & cõsolationis eritis.

2. Cor. 1.

Et hoc est ex superfluenti mensura, quæ datur electis, cuius redũdantia ne effusa depereat, excipitur a corpore, quod particeps fuerat in labore. Sed sicut de visionib. & reuelationib. ita & de huiusmodi sensibilib. experientijs est sciendum, ꝙ aliqui seducuntur in eis, putantes esse a Deo, quod forte est phantastica deceptio. Et aliqui putant esse aliquid magni, qđ in se nullius est meriti. Et aliqui extolluntur de talibus apud se, & iactant se, quasi de singularis gratię sanctitate. Habent etiam hoc proprium diuinę dulcedinis experientiæ, maxime cum frequentiori vsu & valentiori motu influunt, vt spiritum reficiendo corpus debilitent, & ita quodammodo delectando affligant. Sicut rusticum cibis grossioribus assuetum, delitiosa fercula sæpius sũpta, alterando tabescunt & dissoluũt. Ignobile namq; corpus & corruptibile, sicut pecus brutalibus sic est assuetum terrestribus & vilibus iuxta illud Gene. Comedes herbam terræ, & hoc post peccatum.

Gen. 3.

Consilium de his, qui sunt debilitati causa deuotionis. Cap. 21.

QVęrunt aũt deuoti aliquando ex deuotionis vehemẽtia corpore debilitati: Vtrũ sit melius debilitatẽ corporis subire, & spũm p deuotionis studiũ cũ Deo roborari, & gratiã oblatam non abijcere, aut pro nimia debilitate a deuotione se subtrahere, & spũm extinguere, & exteriorib. occupationib. se dare pro corporis reuelatione. Ad hoc (saluo meliori iudicio) videtur consulendum nimis debilibus, ꝙ interdum possunt se vtiliter subtrahere a studio deuotionis, & conatu proprio non adhoc instare, ne quasi extorquendo exprimant deuotionis affectum, quia tales uiolenti conatus debilitant etiam ualidiores. Si autem sine laborioso conatu offert se gratia, & ingerit se illis non quæsita, nec abijciant eam ex toto, nec omnino totos se immergãt ei, maxime si uehementer ex hoc debilitari se sentiant, sed temperate & in quadam spũs libertate superficialiter inhęreant. Iuxta illud Prouer. Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi, quod satis est iuxta uirium tuarum mensuram. Vtilius.n. est ad horam habere temperantius gratiam deuotionis, quam omnino exhaustis uiribus, & destructa uirtute naturali, totaliter eã perdere, & irrecuperabiliter ea carere, quia sic destructi postea nimis incipiunt sibimet compati, & ut recuperent uires amissas per indiscretionem, non solum delicatius, sed etiam dissolutius, quam expedit se habere. Exhaustis nanque uiribus capitis maxime & cordis uix audent etiam ad studium deuotionis per moram aliquam aspirare, quia retrahit eos continuo molesta debilitas. Et quo magis uolunt contra illam conari, eo minus possunt. Et ideo consultius uidetur consolationes diuinas moderatius quærere, cum debilitas corporis obsistat, vt diuturnius eis frui possint, & auctas ualeant tolerare, quam ad breue tempus in eis ita idiscrete delectari, ut eas postea fugere oporteat, & sine spe recuperandi amittere propter uirium defectionem. Vase enim contrito liquor effunditur, unde dicitur in Psalm. Defecit caro mea & cor meum, quia cũ corporis uirtus omnino deficit, cordis etiam uigor a deuotione languescit. Fit etiam plerunque studiosis deuotionis, ut dum magis conantur habere deuotionis gratiam, minus habeant, & cum uehementius instant, aridiores & duriores corde fiant, sicut in summis festiuitatibus & deuotis temporibus passionis Christi & natiuitatis, & similibus, & maxime cum se ad sanctam communionem student solicite præparare, Et multi ex hoc sępissime contristantur, & ex ista parte turbatis, ex cordis pusillanimitate interpretantur, quod forte sunt indigni uisitatione diuina, & quòd non placeat Deo, ut sic indigni & indeuoti ad sacram communionem accedant, & sic sæpe se subtrahunt a cibo uitæ & medicina salutis, sed cum homini incertum sit, an sit dignus amore uel odio, secundum rationem dispositionis, & merita singulorum soli Deo sint nota, non possumus secundum ueritatem unicuique consulere, quid sentire in hoc debeat et facere, tamen quare Deus tunc subtrahit bonis & studiosis deuotionis gratiam, cum eam libentius haberent, et instantius quærunt; possunt enim super hoc rationes assignari. Prima humiliatio, quia magis humiliatur homo, cum non habet tunc deuotionẽ quam allo tempore, & magis confunditur in seipso. Sicut sæculares plus confunduntur, si in Pascha non communicant, cum solitum est communicare cæteros, quam toto reliquo tempore. Secunda purgatio peccati, quia forte per alia exercitia minus purgatus est, uel aliqua habet delicta, quæ non recolit, et ut dignus accedat ad Eucharistiam, et amplius purgetur a pec-

Optimam pro deuotis cõsiliũ.

Proue. 25.

Psalm. 72.

Eccles. 9.

Cur Deus subtrahit consolationis gratiã, quinque rationes.

catis, et in hoc punitur in quo magis dolet, & qun dolor grauior eo purgatio efficacior, & maxime, quia forte alio tempore minus studiose quæsiuit deuotionis gratiã, vel oblatam negligentius receperit, nec dignas pro ea gratias retulit, punitur modn in quo peccauit, vt tunc illa careat cum desiderat, quam ante neglexit cum habere poterat, & cautior de cætero in hac parte fiat. Tertia, vt ex hoc eruditior in gratia fiat, quod a Deo fit non abhomine, cum non potest homo pro voluntate sui arbitrij habere, sed Deus qui dat ex se, quando vult infundit, & quando vult subtrahit, prout sibi placet, & prout accipienti iudicat conuenire. Item quia ex gratia sua dat, nõ pro meritis hominis, quia si daret semper cum quęritur, & non daret nisi quæreretur, putaretur iam tantum dare secundum merita requirentium, & nõ secundum gratię liberalitatem. Ideo quandoque studiose quęrentibus negat ex iustitia, & non quærentibus quandoque dat ex gratia.

Duę tentationes inexpertorũ

Duæ enim sunt tentationes deuotorum satis consuetæ maxime nouis & imperfectis, hæsitatio, & elatio, hæsitant.n. sæpe an a Deo sit talis gratia, vel homo per se istos motus a suo conatu procuret, & est satis importuna tentatio. Aliquãdo etiam videtur homini, ꝙ forte possit esse dæmonis illusio, & fit perplexior, ꝙ quandoque studium deuotionis cogitat omnino postponere, & simpliciter vocalibus orationibus & actionibus solum intẽtus esse, quasi in illis sit securior, quam in studio internæ deuotionis. Et hoc pręcipue patitur, cum deuotionis gratia subtrahitur, & sic dupliciter tribulatur, de subtractione gratiæ, & de hęsitatione, si fuerit a Deo gratiã quam habebat. Sic discipuli ante plenam. s. immissionẽ, sæpe vacillabant in fide Christi, dum modo visis miraculis eius & excellenti doctrina, credebant eum esse verum filium Dei, modo visis eius passionibus pro nobis susceptis, titubantes hæsitabant, sicut eo passo, antequã certi essent de eius resurrectione, dixerunt. Nos autem sperabamus, ꝙ ipse esset redempturus Israel, quasi dicerent. Ab hac sępe frustrati sumus. Sic & post resurrectionem suam viso eo gaudebant & dubitabant, donec per multa augumenta de veritate eius certificati sunt, maxime post ascensionem ipsius, & Spiritussancti emissionem. Ita & deuoti Christi fideles, modo gaudent de consolatione internæ gratiæ, modo dubitant & tristantur. Ideo varie operatur in eis Spiritussanctus. Nunc illo modn postea alio modo iam infundit eis consolationem & viam subtrahit, donec pluribus indicijs experiãtur veritatem & vtilitatem suæ visitationis, pręsente gratia gaudent de consolatione, & securi sunt de veritate. Absente ea vtriusq; muneris solatio carent. Sapiens autẽ in die malorum, non immemor studet esse bonorum, quorum recordatio reuocat eum a pusillanimitate spiritus & tempestate. Et hoc valet ei contra istam primam tentationem hæsitationis. Rursum in die bonorum non immemor studeat esse malorum, per quæ humilietur, & timore ab elationis tumore comprimatur, & sic secunda tentatio sanatur.

Deuoti quadrupliciter extolluntur.

Extolluntur vero deuoti quadrupliciter, quia aut gloriantur se deuotionis gratiam præcedentib. studiis & laboribus meruisse, aut præ cęteris qui hãc gratiam non videntur habere, se a Deo dilectos, aut maiorem sibi gratiam esse datam, quam tamen sit in veritate, aut se meli⁹ ea scire vti, & gratius recipere, & fructuo sius impendere, & minus negligere quam alij, qui simile donum gratiæ acceperunt. Contra priorem tentationem hæsitationis valet constans fiducia credulitatis, ꝙ a Deo sit ista gratia & diligens consideratio ipsius gratiæ si semper sit motus eius ad bonum tantum. Et humilis consolatio vel consultatio super illa apud aliquem peritum & exercitatum in talibus, & prompta volũtas acquiescẽdi, qualiter in gratia debeat se habere, & supplex oratio ad Deum ne permittat hominem decipi a sensu proprio vel spiritu alieno. Contra alteram tentationem elationis valet diligens cognitio propriæ indignitatis, & torporis, & negligentiæ & ingratitudinis & inanis gloriæ, & timida expectatio reddendæ rationis de gratia collata & neglecta, & pauida suspicatio subtrahendæ gratiæ, & derelictionis a Deo propter vitia prænotata, quia iamdiu causa correctionis tolerata sunt, & inemendata, & studiosa consideratio aliorum qui in gratia, in virtutibus, & in omnibus bonis studijs incomparabiliter nos præcellũt. Quarta ratio deuotionis subtractæ, cum quandocunq; studiosius queritur, quia aliquando ex impetuoso cordis conatu, libertas mẽtis obruitur, dũ quasi per violentam extorsionem accelerat affectum deuotionis exprimere, & si nõ iuxta desiderium cordis statim potest elicere gratiam quæsitam, contristatur, & amplius ex hoc induratur, & quo impetuosius cupit se ad deuotionem cogere, minus proficit, & amplius arescit. Sicut qui botros in torculari vel oliuas in prælo subito & nimis vehementer cõprimit, liquor magis turbidus et insipidus fluit, ꝙ si paulatim & moderatius compressisset. Quo.n. liberior, eo pinguior est deuotionis affectus. Ideo alio tempore sæpe est homo deuotior, quia tunc spiritus suæ libertati relictus, se sponte eleuat in sublime. Violenta nanq; acceleratio præfocat spiritum in corpore. Morosa autẽ respiratio cordis refrigeratio est. Quinta ratio potest esse meritum maioris gratiæ, & gloriæ, dum desiderium non adimpletum affligendo purgat animam, & patientia desolationis, & humilis sufferentia mœroris, quasi lima reddit animam clariorem & magis susceptibilem splendoris, scilicet diuinæ, & amplioris gratiæ gloriæque capacem vultus enim Dei & fulgor claritatis Dei non omnibus æqualiter semper fulget, sed quãto purior est anima & a vitio liberior, magis capax lucis est, & illuminationis desuper effluentis, sicut vitrum clarum vel metallum bene limatum, & politum radios luminis amplius recipit, & splẽdidius efficitur: quia igitur afflictio lima est animæ, quæ rubiginem vitiorum abradit, vel deterso peccato, quod sua obscuritate radios diuini luminis & fulgoris velut obex animæ excluserat, lucem gratiæ recuperet. Purgat Deus aliquando corda deuotorum per subtractionem illius consolationis, cuius carentia maxime est eis afflictio, vt sic purgati, aptiores fiant abundatioris gratię percipiendæ in præsenti & gloriæ in futuro, etiam si hanc afflictionem specialis culpæ merito non contraxit. Si vero desiderat aliquis experiri vtrum melius sit sæpius an rarius corporis Christi suscipere sacramentum? videtur mihi quod non possit super hæc omnibus dari regula vniformis. Varia enim sunt hominum merita, diuersa operum studia & differẽtiã desideria, & multiplices sancti spiritus operationes in singulis, & diuersi etiam status in religione.

An communionis frequentia sit laudabilis.

Et ideo sicut ęgrotantibus non potest vna forma obseruari in dandis medicinis corporis, siue propter diuersitates complexionum, aut virium, vel loci, vel temporis seu dietæ, vel aliarum considerationũ, pro quibus aut rarius aut sæpius, aut in maiori, aut in minori quantitate eadẽ medicina datur: ita & de medicina quę est corpus spũalit Christi intelligendũ est. Mundialib. enim curis occupati rarius possunt sese ad illud recipiendũ expedire, quam qui tantum spiritualibus curis & studijs sunt intenti. Et alij magis, alij minus sunt circumspecti in custodia vitæ suæ, & morum, & conscientiæ suæ puritate. Alij etiam ardentiori desiderio trahuntur ad illius cibi salutarem perceptionem. Alij vero quodammodo terrentur, cum debent accedere, & nisi conscientia vrgeret, & consuetudo religionis induceret, vel timor maioris a Deo elongationis impelleret, valde raro accederent ad illud mirificum sacramentum. Vix tamen aliquis ita religiosus videtur esse, & sanctus exceptis sacerdotibus, quin semel in hebdomada sufficiat ei ex consuetudine communicare, nisi specialis causa quandoque & raro plus

suadeat,

Digitized by Google

suadet, vt infirmitas superueniens, vel singulariter solénis festiuitas, vel insolitatæ deuotionis seruor & intemperata desiderij sitis fit pro illius susceptione, qui solus sufficit ardorem animæ se amantis refrigerare. Et quia talis ardoris impetus nō nisi a spirituſancto infunditur, ideo legib. humanæ consuetudinis & statutis mortaliū non arctatur, sicut aliquos q̃nq; vidimus, licet paucos quib. viuere Christus erat, ita vt si non frequentius pane vitę reficerentur sacramentaliter, quasi videatur vita corporis velle iam deficere plurib. indicijs prodentib hunc defectum. Et qui ante tā debiles erant; ꝙ nec incessum debitū hr̄e poterant, post receptionē illius sacri in tātū cōfortabantur, quasi nullā ante senserint debilitatē Ioa.6. apparētē manifestē iuxta illius sniæ veritatē. Caro mea vere est cib. & sanguis meus verè est potus, quia nullus cib. materialis vel potus posset sic celeriter & efficaciter nō solū corpus, sed etiam animā recreare. Salubre & vtile est tamen, ꝙ homo sępe se ad illius medicamēti susceptionem pręparet, & quāta deuotione valet, illud percipere studeat, & post perceptionem in studio deuotionis se conseruet attentius, maxime religiosi, & qui se obtulerunt Deo ad ei perpetuo seruiendum. Sic.n. erūt in maiori custodia vitæ suæ & conscientiæ, dum & ante & post eucharistię perceptionem ob reuerentiam ipsius student magis innocenter viuere, & studio deuotionis frequentius intendere. Et licet aliquādo tepide, tamen cōfidens de misericordia Dei, fiducialiter accedat, quia si se indignum reputet, cogitet quod tanto magis æger necesse habet requirere medicum quanto magis senserit se ęgrotum. Non est enim opus valentib. medicus. Nec ideo quæris te iūgere Christo vt eum sanctifices, sed vt sanctificeris ab ipso. Nec propterea pręter mittenda est sacra communio, si q̃nq. non sentit homo specialem deuotionis gratiam, cū se ad illam præparare studet, uel cū in ipsa pręparatione vel post forte minus deuotum se sētit q̄ vellet, quia forte ex aliqua prædictarum causarum rōne solet illis euenire. Circa sacerdotes aūt, pōt hæc forma teneri, vt nec nimis raro, nec semper continue & impretermisse sacram hostiam studeant immolare. Nimis enim continue celebrare, aliquam videtur notare irreuerentiam, cum vix aliquis tā deuotus sit, ꝙ semper eadem deuotione serueat, quod semper illud cum debita reuerētia faciat & cordis ardore, quin aliquando tepeat quātulūcūq. Nimis etiā rarò celebrare, q̄uis ex reuerentia soleat aliqn̄ fieri & humilitate, tn̄ q̃nq. torporem nutrit, quia minus circumspectus est homo in omnibus, quasi non indigere videatur sui custodia, cum non proponit accedere ad mensam Christi. Humilitas etiam nō est vsquequaq; secura, propter quam diu sesubtrahit, qa sicut non est dignus sæpe corpus Christi percipere, ita nec semel. Ideo nō recipimus illud, quasi qui digni sumus, sed vt illo nos sępe visitante, & habitaculum cordis, & corporis nostri subintrante, magis ac magis digni Nota. efficiamur. Quo.n. introierit bn̄dicet Deus, sicut olim domū Obed edom benedixit propter arcam domini, in qua manna seruabatur, propter hoc Dauid voluit eam reducere cum benedictione, & in Sap. dicitur. Proposui Sap.8. hanc adducere mihi, sciens quoniam cōmunicabit mecum de bonis suis. Quę bona prętereo, quia in scripturis pluribus inueniuntur.

De diuersis affectionibus quibus trahimur ad communicandum. Cap. 22.

DIuersis aūt affectibus & intentionibus diuersi ad communicandum trahuntur, vel ad celebrandum. Aliquos trahit amor Dei, vt dilectum ad se sæpius inuitent, eūq; in semetipsis delectabiliter amplexentur. Aliquos proprię infirmitatis intuitus, vt eū quasi medicum ad se vocent, per quem ab oī infirmitate currentur. Aliquos conscientia delictorum suorū, vt per eum quasi per hostiam placationis, ab oib. peccatis expiati purgentur. Aliquos pressura alicuius tribulationis vt per eū qui oīa potest, ab oī aduersitate citius liberentur, & tutius protegantur. Aliquos desiderium alicuius gratiæ, vel beneficii impetrandi per eum, cui pater nihil negare potest, pro se intercedentem. Aliquos gratiarū actio pro beneficiis diuinis, cum nihil dignius habeat reddere Domino pro omnibus, quæ nobis tribuit, quā calicem salutaris, i. Iesum accipere. Aliquos laus & honor Dei, & sanctorū, cum nō habeamus maius quo possimus Deū vel sanctos pro sua dignitate laudare, q̄ Christum immolare Deo patri. Aliquos charitas & compassio proximorum, cum pro salute viuorum & requie defunctorū nihil efficacius interpellat, quā sanguis Christi pro nobis effusus; hoc est summum auxiliū nostrū, cum oramus Deum & illum intercessorem inuocamus, qui nos patri reconciliauit, & semper interpellat pro nobis. Posce quod ignoscat Deus malis, aut bona det, aut mala tollat, & pro concessis tibi gratis dando, vigil sis.

De his quæ petuntur in oratione. Cap. 32.

MVltis de orationis studio & virtute omissis, quæ studiosius orās melius per experientiam discet homo, hoc in fine dicendū, ꝙ omnia quæ petimus sunt ista, aut oramus pro malis quæ fecimus ignoscendis, aut pro malis, quæ petimus ammouendis, aut pro bonis quę cupimus adipiscendis, aut cū gratias agimus pro acceptis, vel pro promissis, quę nobis cōcedat Deus. Qui viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS

In remedium defectuum religiosi.

PRAEFATIVNCVLA.



Implicissimo aīo hesterna luce ad me accedebas frater Roberte, & quomodo Deo placere posses, supplicíter expostulabas. Consolabar verbo serioso, zeloso, & operoso, satisfacere voto tuo. Cum ergo creuissent verba, creuit deuotio tua sancta. Tribus horis elapsis me fatigato & lingua cessante respondebas. Dic pater. Ego libenter audio. Vsus ego admonitionis & discretionis remedio, largam reportaui lachrymā & eiulatum magnum, obedientię q; meæ necessitatibus cōstrictus, visitationis opus prosequi cogebar. Omnino cōturbatus discedebas. Media autem nocte (vt solitus sū) misereri mihi Deū creatorem meum intimis pręcordiis flagitabam, occurrit mihi textus Matthæi, vt non offerrem Deo laudes matutinas, quin prius reconciliatus tibi, te consolarer secundum gratiam à Deo datam. Matth.5. Breue ergo hoc verbum tibi obligno, quo consolatus & perfecte conuersatus, tibi proficuus, & aliis exemplaris efficiaris. Hoc aūt breue verbum toti huic congregationi pro remedio defectuum, & incremento profectuum derelinquo. Quod & in tredecim partes distinguo.

Capitulum Primum.

PRimò studeat frater quilibet, quantum pōt se vilissimum reputare, & indignum omni beneficio Dei, ipse sibi displiceat, soli Deo placere cupiat, ab alijs velit vilis & nō humilis reputari. Et ꝙ ipse sit vilis, ex summa Dei clementia recognoscat, gratias agens, qđ Primū remediū contra defect' est se vilem reputare.

tam vilẽ hominẽ & promptũ ad oẽ malũ,& tardũ ad oẽ bonũ,dignatur sibi in seruũ sumere & quod maius est, in filiũ adoptare. Nõ ergo repures magnũ, ꝙ Deo seruis sed maximũ reputa, ꝙ ipse dignat̃ te habere seruũ suum.

Capitulum 2.

Secũdũ de solo peccato dolendũ & in oĩ tribulatione gaudendũ.

SEcundò, De nullo nisi de peccato & ad peccatũ inducente,& a bono retrahẽte frater doleat, imò de quacunq; alia tribulatione,iniuria & afflictione gaudeat, tribulantes instantissimè diligat,& spẽlem orationẽ pro ipsis faciat, Deo indè copiosas gratias referat, & ad hoc se insufficiẽtem esse recognoscat,quia quẽ Deus diligit, castigat,nã ipsę tribulationes ad Deũ nos ire cõpellunt.

Capitulum 3.

Prouer. 3. Hebr. 12. & Apo. 3. Tertiũ. Nihil tpaliũ ꝑter necessaria appetẽdum.

TErtiò. Nihil de tpalibus nisi strictam necessitatem requirat,aut quocunq; modo appetat,sed Christo Domino in omni delectione corporalis cõsolationis se conformare studeat. Et hoc maximum debet reputare, ꝙ Rex regum & Dominus Dominantium Christus,sic vilem seruum suis ornamentis dignatur induere ,& sibi lutum fędum assimilare. Ideoq; quanto videt se ditiorẽ & pluribus corporis consolationibus abũdare , tantò debet intimius & profundius contristari, cernens se eo magis a Christi similitudine elongari.

Capitulum 4.

Quartũ in bonis,& in differẽtib. alterius voto potius ꝙ proprio parendum.

QVartò in bonis & indifferentibus,alterius quã suã potius studeat adimplere volũtatem,imò sp in exterioribus actionib. studeat abnegare, aliorũ beneplacita affectãs cũ oĩ vigilantia in licitis adimplere:& hoc circa oẽs,maximè circa suos superiores studeat obseruare.

Capitulum 5.

Quintum. Nemo despiciẽdus.

QVintò. Nullum quantũcunq; miserũ despiciat, sed potius erga oẽs materno moueat̃ affectu,vt sic oĩbus cõpatiat̃ intimè, sicut mr̃ cõpateret̃ vnico filio suo. Oẽs eorũ miserias reputet suas , & oĩb. sicut sibijpsi(si põt) subueniat:omnes.n.pauperes vt patronos reuereri dẽt,nã ipsi sunt,qui alios recipiũt in ęterna tabernacula.

Luc. 16.

Capitulum 6.

Sextũ. Nemo de peccato iudicandus.

SExtò. Nullum iudicet de peccato,cũ ignoret,quid diuina gratia in aĩa operetur. Si aũt aliquem per signa euidentia conuincit peccatorem, plus de peccato illius doleat,quam si corpori proprio mors immineret. Recogitet aĩam sic lætaliter vulneratã, præciosiorem corpori bus vniuersis: & ideo sicut corpus meum a morte , sic, immo magis deberem proximum meum cum omni diligentia custodire,& a peccato retrahere oratione,exhortatione, & exemplo.

Capitulum 7.

7. Bonum proximi vt propriũ diligendum.

SEptimò. Bonũ proximi diligat vt suum : & sicut mater in bonis filij iucundatur, sic ipse bonis oĩum iucundari debet,& maximè de spiritualibus,& ad spiritualia inductiuis. Sicut etiam sua,sic & aliorum bona procurare debet, & procurata promouere. Sẽper deproximo plura bona credat, quam intueri valet.

Capitulum 8.

8. Deus super oĩa diligendus.

OCtauò. Nihil præter Deum diligat,vt in omnibus Deus syncere sine socio diligatur, nec alliciat quãtacunque sanctitatis alicuius,aut beneficiorum immensitas,vt aliquem diligat amore singulari, sed diuina charitate oĩum bona,& omnes in Deũ referat , & pp Deũ meliorem plus diligat . Potest tamen beneficia beneficijs rependere, orationes ad Deum fundendo.

Capitulum 9.

9. Deus in corde semper memoriter retinendus, & pre oculis habendus.

NOnò quicquid egerit , quibuscunque etiam negocijs implicetur, Deũ in corde suo semper memoriter retinere studeat, & honorem Dei semper omnib. anteponat, sed ad hoc præcipuè nitatur, vt Deum sic præsentem cogitet, ac si ipsum qui essentialiter,potentialiter, & præsentialiter vbique est, in sua essentia videret: licq; eum timeat,& reuereatur,& intenso amore in ipsum referatur,& sic eo (vt potest) in via fruatur,vt in eo,& non in alio requiescat.

Capitulum 10.

10. Beneficiorũ Dei memoria.

DEcimò. Si dicta assequi põt, maxima Dei beneficia esse cognoscet, reminiscatur nihilominus cæterorum Dei beneficiorũ , primò ꝙ eum sua insigniuit imagine, secundo quod naturam humanam assumpsit , & pro ipso mori dignatus est,tertio quòd in præsenti se præbet in cibum,& in futuro in premiũ . Quod vt percipiat in via, aspiciat ipsum in crucis patibulo, & sic ei compatiatur , ac si Christi vulnera in suo corpore sustineret,præcipuè autem doleat, tot animas tam immenso beneficio frustrari. Sic igitur Christum cogitando ardenti amore,dicat orationem sequentem. Matri etiam Christi omnem quam potest,exhibeat reuerentiam, & dicat. Dulcissimè Iesu dignare donare mihi misero peccatori , matri tuæ dignè seruire.

Capitulum 11.

11. Oratio.

DOmine Iesu Christe meũ cor vulnerib. tuis sauccia,& tuo sanguine inebria mentem meã;vt quocunq; me vertã, semper te videam crucifixũ , & quicquid aspexero,mihi appareat sanguine rubricatũ , vt sic totus in te tendens,nihil præter te valeam inuenire, nihil nisi tua vulnera valeã intueri. Hæc sit mihi cõsolatio Domine mi,tecum mori,& tibi compati . Hæc intima mea affectio continuè meditetur. Non quiescat cor meum nisi in te bone Iesu , quia mihi semper mala erunt sine te,tu enim es virtus omnipotentis.

Capitulum 12.

12. Admiratio.

MVltum mirari debemus, quõ homo semel degustans dulcedinem Dei, põt aliquatenus ab eo separari : quõ non obliuiscatur omnium ex ebrietate vini cęlestis , quõ possit comedere, bibere, & dormire,&c.quõ possit aliquid aliud nisi suũ benignissimũ Dominũ intueri , & in eo summa dulcedine oblectari,dum ipsum in oĩb. valeat inuenire, vt in oĩb. requiescat ipsum contemplando, & amando . O .quàm bonus Israel Deus, his qui recto sunt corde . O quàm suauis est spiritus tuus in eis . O quanta amaritudine repleri deberet animus, qui etiam ad momentum a tanta dulcetudine sequestratur.

Psal. 72.

Capitulum 13.

13. De prædestinatione quõ sit diabolo respõdendũ.

SI de prædestinatione aut præscientia Dei diabolus tibi aliq̃ tentationem immiserit,sic ei rideas. Quicqd sit de me,certũ est te esse dãnatũ,si aũt & ego dãnabor, & post hãc vitã Deũ meũ hr̃e non debeo , habebo per totũ tps vitæ præsentis,& tãtò ardentius, quãtò breuius nouerõ me habiturum . Momentum igitur tpis non omittam , quin secundum posse meum totaliter fruar ipso , & semper in ipso delectabor, ex quo in futuro sua præsentia priuabor, & tu diabole si tecum esse oportet , scias quod tandiu in Dei seruitio perseuerabo corde,ore,opere,oĩ membro,oĩ momento, quandiu possũ. Quod si quis sic Deo adhereret , cæteras consolationes reputaret absinthium. His ergo præmissis,inferas te nõ dãnari,quia omnino sua iudicia contrariantur dãnationi,vt patet in omnibus regulis sancti Euãgelij , Obseruatis

uatis enim prædictis impossibile est me damnari. Aut certe ibo ad matrem,& magistram misericordiæ virginem Mariam, quæ non misereri non potest, & petam ab ea, vt filium inclinet ad parcendum peccatis meis. Ná ipsa pp peccatores mater Dei effecta & ipse filius Dei propter peccatores redimendos voluit esse filius hominis. Vnde proprium est amborum misereri,& parcere; nec propter me tam nobiles proprietates derelinquunt. Quod si prædestinatus sum,& æternam vitam cum angelis possidere debeo, ex nunc angelicam vitam ducam

Psalm. 72. & cantabo. Pars mea Dominus, propterea expectabo eum. Hæc enim pars dignissima perditur per vnum vilissimum mortale peccatum, ideo fortissimo studio hæc sunt custodienda. Sic ergo conclude diabolo. Quicquid futurum est, non desistam a Dei seruitio,& væ tibi qui non vis tanto Domino ministrare.

SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS OPVSCVLVM.

De perfectione vitæ ad sorores.

PROLOGVS.

Psalm. 93. Beatus homo quem tu erudieris Domine & de lege tua docueris eum. Neminem censeri sapientem fateor, nisi eū solum quem Spiritussancti docuerit vnctio. Ille.n.(teste Dauid Propheta) solus vere beatus est, solus vere sapiēs, cuius mentem Dominus erudierit. Lex enim Domini

Diuinæ legis perfectio. sola est immaculata, sola irreprehensibilis, sola conuertens animos ad salutem. Huius autem legis doctrina siue eruditio, non foris tantum quærenda est in litera, sed potius per deuotæ mentis affectum. Est autem desideranda in spiritu,& in virtute, vt ille videlicet intus doceat, qui solus nouit exteriorem legis asperitatem in

Quid diuina lex doceat. interiorem dulcedinem commutare. Docet autem lex Domini quid agendum, quid fugiendum, quid credendum, quid orandum, quid desiderandum, quid timendū. Docet immaculatum esse & irreprehensibilem. Docet seruare promissa, deflere commissa. Docet enim cor totum, animam totam, mentem totam in solum conuertere Iesum Christum. Ad huius doctrinæ comparationē, omnis mundana sapientia est stulta & fatua. Ber. Dicat quicunque vult, ego non dicam sapientem, dum non timebit Deum, neque diligit. Qui huius doctrinæ auditor non obliuiosus, sed factor fuerit studiosus, hic vere sapiens erit,& beatus. Beatus ergo homo ille, quem tu erudieris Domine,& de lege tua docueris eū. Tu itaq; Deo deuota, dilecta mihi, reuerenda soror rogasti me, vt de cordis mei penuria aliquid dictando scriberem, in quo tuum animum deuotionis gratia valeas pro tempore erudire. Sed certe fateor pro insufficientia mea huiusmodi eruditione me potius indigere, præsertim cū apud me nec vita foris resplendeat, nec deuotio intus ardeat, nec scientia suffragetur, tuæ tamen deuotionis prouocatus desiderio,& sicut cum humilitate suppliciter postulasti. Rogo autem beatitudinem tuam soror sanctissima, quatenus magis penses intentionis affectum, quā operis effectum, magis dictorum veritatem, quam sermonis venustatem,& vbi tuo non satisfeci desiderio propter breuitatem & occupationem, ipsum mihi benigne indulgeas & ignoscas. Vt aūt facilius possis inuenire qd

Cap, tulorū omniū summa. quæris, ideo singulorum capitulorum præmisi titulos: Et primo agitur de uera suijpsius cognitione. Secundo de humilitate. Tertio de perfecta paupertate. Quarto de silentio. Quinto de studio orationis. Sexto de passionis Christi memoria. Septimo de perfecta Dei charitate.

Quomodo homo peruenit ad cognitionem suijpsius. Cap. 1.

AD perfectionis vitæ fastigium sponsæ Christi cōscendere cupienti, primū necesse est, vt à seipsa incipiat, ita ut omnium exteriorū oblita, ingrediatur in secretum conscientiæ suæ, ibiq; omnes defectus suos omnesq; consuetudines, omnes affectiones, omnes operationes, omnia peccata tam præsentia quam præterita diligenti consideratione discutiat, examinet,& inspiciat,& si quod minimum peccatum apud se inuenerit, statim defleat in amaritudine cordis sui. Et vt ad hanc Omnia peccata trifariam committimus.
cognitionem dilecta soror melius possis venire, scire debes, quòd omnia peccata nostra & mala, aut committimus per negligentiam, aut per concupiscentiam, aut per nequitiam,& circa ista tria debet omnium malorū tuorū uersari recordatio, alioquin ad suijpsius cognitionē perfectam nunquam poteris peruenire. Si igitur te ipsā cupis cognoscere, considera mala commissa & ea deplāge. Primo debes cogitare si aliqua in te sit vel fuerit negligentia. Debes (inquam) cogitare, qualiter cor tuum custodias, quam negligenter tempus tuum expendis, quam malum finem operi tuo imponis. Hæc enim tria Tria cū summa sunt diligētia obseruanda.
cum summa diligentia obseruanda. s. vt cor tuum bene custodiatur, tempus vtiliter expendatur,& consumatur,& finis bonus & debitus in omni opere præfigatur. Item debes cogitare quam negligens fueris in oratione, quam negligens in lectione,& in operis executione. In his.n.trib. debes diligentissime teipsam exercitare & excolere, si vis fructum bonum facere & dare in tempore suo, ita vt nequaquam vnum sufficiat sine aliquo istorū. Item debes cogitare, quam negligens sis vel fueris ad pœnitendum, quam negligens ad resistendum,& quam negligens ad proficiendum. Debes.n.cum summa diligentia deflere mala commissa, repellere diabolica tentamenta,& proficere de vna virtute in aliam, vt possis peruenire ad terram promissionis. Sic debet circa negligentiam tuam versari cognitio. Si autem melius teipsam cupis cognoscere, debes secundo cogitare, si in te viget, vel viguerit concupiscentia voluptatis, curiositatis, aut vanitatis. Certe tunc viget concupiscentia voluptatis in religioso homine, quādo appetit dulcia, videlicet saporosa, qñ appetit mollia. s. vestimenta delitiosa, quando appetit carnalia, videlicet oblectamēta luxuriosa. Certe tunc viget concupiscentia curiositatis in Dei famula, quando appetit scire occulta, quando appetit videre pulchra, qñ appetit habere rara. Certe tunc viget concupiscentia vanitatis in Christi sponsa, quando appetit hominum fauoré, Quādo viget in religioso cupiscētia.
quando quærit humanam laudem, quando desiderat humanum honorem. Ista omnia debet ancilla Iesu Christi tanquam uenenum fugere, quia istæ sunt radices omnis mali. Item si certam & perfectam vis habere notitiam, debes tertio recogitare diligenter, si in te uigeant uel uiguerint nequitiæ, iracundiæ, inuidiæ,& acediæ. Audi quod dico solicite. Certe tunc in religioso homine viget iracundia, quando vel animo, vel corde, vel affectu, Quādo iracundia viget.
vel signo, vel facie, vel verbo, vel amore quantumcunq; modicam indignationem,& ex corde rancorem proximo suo ostendit. Tunc autem in homine regnat inuidia, quando gaudet de proximi aduersitate,& tristatur de proximi prosperitate, quando lætatur de malis proximi,& tabescit de bonis ipsius. Tunc aūt acedia regnat in religioso quando fuerit tepidus, somnolentus, ociosus, tardus ad chorū, negligens in cantando, remissus in excutiendo torporem, dissolutus in colloquio, indeuotus in missa, tristis in facie,& tediosus in cella. Hæc omnia debet

Digitized by Google

debet sponsa Christi detestari, fugere tanquam venenū mortiferum, quia in his consistit corporis perditio & animæ. Si igitur Deo amabilis famula, ad tui ipsius perfectam vis euenire notitiam, & cognitionem, redeas ad te

Quid discutiendū.

ipsam introrsus ad cor tuum, & discas scopare spiritum tuum. Discute quid sis, quid fueris, & esse debueris, qd esse poteris. Quid fueris per naturam, quid modo sis per culpam, quid adhuc esse poteris per gratiā. Audi adhuc soror audi Prophetam Dauid, quomodo se tibi in exemplū proponat, cum dicit. Meditatus sum (inquit) nocte

Psal. 76.

cum corde meo, exercitabar, & scopebā spiritum meū. Meditabatur ille cum corde suo: meditare & tu cum corde tuo. Scopebat ille spiritum suum, scopa & tu spiritum tuum, exerce agrum istum. Attende ad te ipsam, absque dubio insistens huic exercitio inuenies thesaurum nouum & absconditum preciosum: ex hoc. n. exercitio crescit auri copia, multiplicatur scientia, augmentatur sapientia: ex hoc exercitio cordis oculus mundatur, ingenium acuitur, intelligentia dilatatur. Nihil recte æstimat qui seipsum ignorat, qui conditionem suæ dignitatis nō pensat. Nescit omnino, nescit de spiritu, quid de Angelo, quid de diuino sentire debeat qui spiritum suum primo non cogitat. Si nōdum idonea es redire ad te ipsam, si nondum digna es intrare tabernaculum primum, qua fronte præsumes ingredi tabernaculum secundum? Si cupis eleuari ad secundum & tertium cœlum, sit tibi transitus per primum, i. cor tuum & qualiter hoc possis vel

Bernardi doctrinam aduerte.

debeas facere, ecce iam satis docui te superius. Audi tamen qualiter beatus Bernar. optime te informat dicens, integritatis tuæ esto curiosus explorator, vitā tuam assidua discussione examina, & cogita diligenter, quantum proficis & quantum deficis, qualis sis in moribus, qualis in affectib. quam similis Deo, & quam dissimilis, quam prope, & quam longe. O quam magni periculi res est in homine religioso multa velle scire, & seipsum nescire. O quam prope ille religiosus est perditioni & interitui, qui in cognoscendis rebus est curiosus, in iudicando aliorum conscientias solicitus, seipsum autem ignorat & nescit. O Deus meus vnde in religioso est tanta cæcitas? Ecce in promptu ratio est, quia mens solicitudinib. distracta, non intrat ad se per memoriam, quia phantasmatibus est obnubilata, nō redit ad se per intelligentiam, quia concupiscentijs illicitis illecta, ad se nequaquam reuertitur per desiderium suauitatis internæ, & lætitia spiritualis, ideo totaliter in his sensibilib. iacens, non potest ad se tanquam ad Dei imaginem intrare, & sic totus miser se ignorat, & nescit. Omnibus ergo postpositis, tuijpsius habe memoriam, & notitiam. Hoc etiam beatus Bernar. orabat dicens. Deus det mihi non aliud facere, & scire, quam vt meipsum cognoscam.

De humilitate & quibus gradibus peruenitur ad humilitatem. Cap. 2.

VErum qui vult defectus proprios cordis oculo cōtemplari, necesse est vere humiliari sub potēti manu Dei. Ideo te famulam Christi admoneo, vt cognitionem tuorum defectuum adepta, valde humilies spiritum tuum, & tibijpsi vilescas. Humilitas. n. virtus

Humilitas quid sit,

est (vt dicit Bern.) qua homo verissima suijpsius cognitione, sibi ipsi vilescit. Hac vilitate viluit pater noster Franciscus, hanc amauit, & exquisiuit ab initio religionis suæ, vsque ad finem, per hanc mundum reliquit. Hāc virtutem maxime a filio Dei, soror Deo deuota discere

Matth. 12.

debes, quia ipse dicit. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Qui enim virtutes sine humilitate congregat, in ventum paleas mittit, vt dicit Beatus Greg. Sicut enim principium omnis peccati est superbia, sic fundamentum omnium virtutum est humilitas. Disce autem veraciter esse humilis, non fallaciter, sicut qui nequiter

Ecclesi. 19.

se humiliat, vt hypocritæ. De quibus dicit Eccl. Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo.

Triplex vera humilitatis semita.

Verus. n. humilis (vt dicit Ber.) semper vult vilis reputari, non humilis prædicari. Si igitur soror dilectissima ad perfectam humilitatem vis peruenire, oportet te per triplicem semitam incidere. Prima semita, est consideratio

Prima.

Dei. Debes. n. considerare Deum vt auctorem omnium bonorum, ideo debes tibi dicere. Omnia opera nostra

Isa. 26.

operatus es in nobis Domine. Et quia talis est, iō debes sibi omnium bona attribuere, & nihil tibi: considerans ꝙ non fortitudo tua, aut robur manuum tuarum fecit bona quæ habes, quia Dominus fecit nos, & non ipsi

Psalm. 99.

nos. Et talis cogitatio destruit totam superbiam eorum

Deut. 32.

qui dicunt. Manus nostræ excelsa, & non Dñs fecit hæc

Ezech. 28.

omnia. Hæc superbia exclusit a gloria cœli Luciferum. Non considerabat se Lucifer de nihilo factum, sed potius aspiciebat suum decorem, suam pulchritudinē, qualiter omnis lapis pretiosus operimentum eius, & extulit

Prou. 29.

cum superbia cordis sui, & quia superbiam sequitur humilitas, ideo statim eiectus est de sede nobilitatis suæ in locum extremæ vilitatis, & qui fuerat inter Angelos excellentissimus, factus est inter dæmones miserrimus. O quanti sunt hodie Luciferiani, & imitatores Luciferi, filij & filiæ superbiæ, quos patienter tolerat Dominus. Cum aūt tolerabilior sit superbia in diuite, quam in paupere, vt dicit Ber. super Cant. oportet ergo ancillam Christi semper valde humilem inueniri, quę debet intrare in locum Angeli repudiati, humilitas enim sola placet Deo, siue in homine siue in Angelo. Non credamus, ꝙ virginitas placeat Deo sine humilitate: certe nec Maria mater Dei fuisset effecta, si superbiā habuisset in se. Propterea dicit Be. Sine humilitate audeo dicere, nec Maria Deo placuisset, & ideo est virtus magna, sine cuius obtētu non solum virtus non est, sed etiam in superbiam erumpit. Secunda semita est rememoratio Christi. Reme

Secunda semita.

morari debes, ꝙ Christus humiliatus fuit vsque ad vitu

Philip. 2.

peratissimum genus mortis, & intantum factus est humilis, vt quasi leprosus reputaretur. Vnde dixit Isa. Pro

Isa. 53.

pheta. Reputauimus eum quasi leprosum & a Deo humiliatū, imo in tantum fuit humiliatus, vt tempore ipsius nihil vilius eo reputaretur. Vnde idē Isa. dicit in humilitate iudicium eius sublatum est. Ac si diceret. Tāta eius humilitas fuit, tantū se deiecerat, vt nullus de eo daret rectum iudicium, vt a nullo crederetur Deus esse. Si ergo ipse Dominus & magister noster, ita vilis & contēptibilis reputatus est, & non est seruus maior Domi

Matth. 10.

no suo, & discipulus non est super magistrum, si ancilla Christi es, si discipula; vilis & contemptibilis esse debes, & humilis. O quam abominabilis est ille religiosus Domino, qui vestem sumit humilem & cor superbum. O quam inutilis, est ille Christianus, qui Dominum suum videt humilem, & despectum, & ipse exaltat cor suum, & ambulat in magnis, & in mirabilibus super se. Quid amplius detestandum in sponsa Christi? quid grauius puniendum in ancilla Christi? quam ꝙ postquam summus factus est imus, immensus paruus, & homo, putredo, & vermis apponat se magnificare? De talibus dicit Beatus Aug. O pellis morticina quid extenderis? O sanies foetida quid inflaris? Caput humile & membrum superbum?

Tertia semita.

q.d. Non decet. Tertia semita per quam debes incedere si vis ad perfectam humilitatem peruenire, circunspectio tui est. Tunc teipsam charissima soror circunspicis, quando cogitas vnde veneris, aut quo vadis. Considera ergo vnde ueneris & scias, quia de massa perditionis, de puluere & limo terræ facta es, & in peccatis conuersata, & exul es de beatitudine Paradisi. Et hæc consideratio spiritum tumoris abijcit & excludit, intantum vt clamare incipias cum tribus pueris in Daniele.

Digitized by Google

niele. Sumus hodie humiles in vniuersa terra pp peccata nostra. Considera ēt quo tendis, tēdis.n. ad corruptionem & incinerationem, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Quid igitur superbis terra & cinis? Si hodie
Gen. 3. es, cras, non eris. Si hodie sanus, cras infirmaberis forte.
Eccl. 10. Si hodie sapiens, cras fortè stultus eris. Si hodie diues in virtutib. cras forte mendicus eris & miser. Quis ergo miser ille Christianus est qui audeat superbire, cum tantis miserijs & calamitatibus vndiq; se videat circūdatū? Discite igitur ò virgines sacrę humilem habere spiritū; humilem incessum, humilem habitū; sola.n. humilitas est, quæ diuinam mitigat iram, quę diuinam inuenit gra
Eccl. 3. tiam. Quanto enim magnus es, humilia te in oīb. dicit in Eccl. & coram Deo inuenies gratiā. Hoc modo Ma
Luc. 1. ria inuenit gratiā apud Dominum, sicut ipsa testatur dicens. Respexit humilitatem ancillæ suæ. Nec mirū, quia humilitas charitati locum præparat, mentem a vanitate euacuat. Propter qđ dicit Aug. Quantò sumus a timore superbiæ inaniores, tanto sumus dilectione pleniores. Et sic vt aqua confluit ad viles, sic gratia Spiritussancti confluit ad humiles, & sicut aqua quātò fortius fluit, tātò magis descendit, sic qui toto corde humiliatus, procedit, magis propinquat ad Dominum, & impetrat gratiā.
Eccl. 35. Propterea dicit Eccl. Oratio humiliantis se nubes pene
Psal. 144. trat, donec appropinquat ad altissimum nonconsolabit, quia Dominus timentium se faciet voluntatem, & deprecationem eorum exaudiet. Sitis ergo ò famulæ Dei ancillæ Christi humiles, ita vt nunquam superbiam in cordib. vestris permittatis, quia magistrum habuistis humilem. f. Dominum nostrum Iesum Christum. Et quia dominam habuistis humilem. f. virginem Mariam
Ad humilitatem exhortatio. Reginam omnium. Sitis humiles, quia patrem habuistis humilem. f. Beatum Franciscum. Sitis humiles, quia matrem habuistis humilem. f. beatam Claram, humilitatis exemplar. Sic tamen sitis humiles, vt testis vestræ humilitatis sit patientia. Virtus enim humilitatis per patientiam perficitur, neq. enim est vera humilitas, cui non est adiuncta patientia. Et hoc bene testatur beatus Augustin. dicens. Facile est velum ante oculos ponere, vestes
Eccl. 2. viles & despectas habere, demisso capite incedere; sed verum humilem probat patientia iuxta illud. In humitate tua patientiam habe. Sed (vt cum dolore loquar) multi sumus, qui superbire volumus in claustro, qui certè non nisi humiles fuimus in mundo. Vnde beatus Ber. dicit. Video de quo multum doleo quosdam post spretam sæculi pompam, nonnullos in schola humilitatis superbiam addiscere, ac sub alis mitis humilisque magistri grauius insolescere, & impatientes magis fieri in claustro, quam fuissent in sæculo, quodq; magis peruersum est, plerique in domo Dei non patiuntur haberi cōtemptui, qui in sua non nisi contēptibiles esse potuerūt. Consulo ergo tibi ò ḋdilecta soror, consulo & virginib. Deo sacratis, vt virginitatem in humilitate & humilitatem in virginitate conseruent, est enim humilitas mixta virginitati, sicut gemma auro superaddita. Propterea dicit beatus Bern. Pulchra permixio virginitatis cum humilitate. Non mediocriter placet Deo ista anima, in qua humilitas commendat virginitatem, & virginitas humilitatem exornat. Audi deniq. consilium fratris tui, audi soror, & placebit tibi. Fuge superbas famulas velut viperas, sperne superbas virgines tāquam dæmones, contemne societatem superborum, velut virus mortife-
Superbi ꝓprietates. rum. Et quare hoc? Audi quare. Quidam sapiens describit superbiam dicens. Oīs superbus intolerabilis, habitu superfluus, in incessu pomposus, ceruix erecta, facies torua, oculi truces, de loco superiori decertat, præferri se melioribus affectat, sentētias, & verba, & facta iactat, reuerentiam in obsequio non seruat. Propterea debes famula Dei, sponsa Christi, virgo Domini fugere superborum consortia, ne & tu eis similis efficiaris. Dicit enim Eccles. Qui communicat superbo, induet. Eccl. 13.
superbiam.

De paupertate religiosorum. Cap. 3.

EST etiam paupertas virtus ad perfectionis integritatem necessaria, in tātum, vt nullus omnino sine ea possit esse perfectus, teste Domino, qui dicit in Euangelio. Si uis perfectus esse, vade & vende omnia quę Matth. 19.
habes, & da pauperibus. Cum enim summa euangelicæ perfectionis consistat in excellentia paupertatis, credat se non apprehendisse perfectionis apicem, qui nondum imitator perfectus factus est euangelicæ paupertatis. Ait namque Hugo de Sancto Victore. Quicquid perfectionis in religiosis reperiri poterit nec tamen æstimetur, perfectionis integritas, nisi diligatur paupertas. Sunt autem duo, quæ quemlibet religiosum hominem mouere debent ad amorem paupertatis. Primum est diuinum exemplum, quod est irreprehensibile. Secundum est diuinum promissum, quod est in æstimabile. Primo dico, quod famulam Christi primò mouere debet ad amorem paupertatis amor Domini nostri Iesu Christi. Ipse enim fuit pauper nascendo, pauper conuersando, pauper moriendo. Vide quale exemplū paupertatis tibi reliquit, vt suo exemplo efficiaris amica paupertatis. Pauper fuit Dominus Iesus Christus intātum, vt non haberet hospicium, nec vestimentum, nec alimentum, sed pro hospicio habuit stabulū, pro vestimē to vilem panniculum, pro alimento lac virgineum. Item Apostolus hanc paupertatem considerans, suspirans exclamauit. dicens ad Cor. Scitis gratiam Domini nostri 2. Cor. 8.
Iesu Christi, qui cum esset diues, pro nobis egenus fact' est, vt eius inopia diuites essemus. Et beatus Bern. dicit, Bonorum omnium æterna affluentia supetebat in cœlis, sed paupertas non inueniebatur in eis. Porro in terris abundabat, & superabundabat hæc species, & nesciebat homo precium eius. Hanc itaque filius Dei cō cupiscens, descendit vt sibi eam eligeret, nobisque sua æstimatione faceret pretiosam. Præbuit etiam se nobis in exemplum paupertatis Dominus noster Iesus Christus conuersando in mundo. Audi virgo beata, audite omnes, qui professi estis paupertatem, quam pauper filius Dei extitit, Rex Angelorum dum vixit in mundo. In tantum fuit pauper vt aliquotiens hospicium habere non potuit, sed cum suis discipulis extra ciuitatem & villas dormire oportuit. Propterea dicit Beatus Matthæus Euangelista. Circumspectis omni- Matth. 14.
bus cum iam vespera esset, exijt in Bethaniam cum duodecim. Super hoc verbo dicit Glo. Circumspectis, si quis eum in hospitio susciperet, qu ia tantę erat paupertatis, & ita nulli adulatus, vt in tanta vrbe hospiciū non inueniret. Et Matthæus dicit. Vulpes foueas habent Matth. 8.
& volucres cęli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Non solum Dominus Angelorum fuit pauper nascendo, & conuersando; verum etiam, vt nos ad amorem paupertatis accenderet, fuit pauperrimus moriendo. O vos omnes, qui vouistis paupertatem, attendite & videte quam pauper ille diues Rex Angelorum & cœlorum propter nos fuerat tem- Mar. 15.
pore mortis suæ. Fuit enim spoliatus vestibus, quando diuiserunt vestimenta sua, & super vestem suam miserunt sortem. Fuit etiam spoliatus corpore & anima, quando accerbissima mortis passione anima ipsius de corpore, eiecta fuit. Fuit etiam spoliatus diuina gloria, quando ipsum, non sicut Deum glorificauerunt, sed tan Iob. 18.
quam maledictum tractauerunt, sicut ipse Iob. conqueritur. Spoliauerunt me gloria mea. De tantæ paupertatis exemplis loquitur beatus Bern. dicens. Vide te pauperem Christum natum sine hospicio, iacentem inter bouem & asinum in præsepio, inuolutum vili panniculo,

Digitized by Google

niculo, fugientem in Aegyptum, sedentem in asino, pendentem nudum in patibulo. Quis igitur miser Christianus, quis ille despectus religiosus qui adhuc diuitias amet, qui paupertatem detestetur, cum videat, & audiat Deum Deorum, & Dominum mundi, regem cœli vnigenitum Dei, tantæ paupertatis sustinuisse defectum? Magna vtique vt dicit Bernard. Abusio est, & nimis magna, ut diues uelit esse pauper, cū Deus Maiestatis & Dominus Deus Sabaoth voluit pauper fieri. Quærat diuitias Paganus, qui sine Deo viuit. Quærat diuitias Iudæus, qui terrenas promissiones accepit. Sed tu Christi virgo, ancilla Domini, qua mente quæras diuitias, cum paupertatē voueris, cū inter pauperes Christi viuas, cum patris pauperis Francisci velis esse filia, cum pauperis matris Claræ promiseris esse imitatrix? Supra modū soror charissima, tua ac mea cōfunditur auaritia, qa cū simus professores paupertatis, paupertatem in auaritiam commutamus quia non licet appetere, quæ regula prohibet, cum tamen filius Dei pro nobis egenus factus sit. Scio ꝙ ita sit, ꝙ quanto ferventiores professæ paupertatis fueritis amatores, & to perfectiores euangelicæ paupertatis fueritis imitatrices, tāto magis bonis, oībus tam temporalibus, ꝙ spūalib. abūdabitis. Si aūt vos ad contrarium conuerteritis, si paupertatem q̄ professæ estis contempseritis, oīum bonorū tam temporalium q̄ spūaliū egentes eritis. Illa .n. pauper genitrix pauperis Iesu Maria Dicit. Esuriētes impleuit bonis & diuites dimisit inanes, Hoc etiam testatur propheta ille sanctissimus dicēs. Diuites eguerunt & esurierūt, inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono. Nūquid non legistis? Nunquid non audistis Dominum Iesum loquentem Apostolis suis in Euangelio, & dicentem. Nolite soliciti esse dicentes, quid manducabimus? aut quid bibemus? Sit. n. pater vester, &c. Audi igitur iterum in Euangello Lucæ, quid dicit eis. Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt. Nihil. Si inter Iudæos duros, & crudeles pascebat dominus discipulos suos sine omni solicitudine, quid mirum, si pascat Fratres minores, & pauperes sorores paupertatis euangelicę imitatores, inter populos Christianos & fideles? Omnē itaque solicitudinem vestram proijcite in eum, quoniā ipsi cura est de vobis. Cum igitur sit tāta Dei patris circa nos solicitudo, tanta sit sibi cura de nobis, mirum uidetur, cur istis rebus curiosis, & defectibilibus tanta oecupatione solicitamur. Certe aliam causam non inuenio, nisi quia affectiones nostræ longe recesserunt a Deo salutari nostro. Alia causa non est, nisi quia feruor diuinæ charitatis refriguit, & congelatus est in nobis, certe si essemus bene feruētes, nudi nudum Christū sequeremur. Nam homines cum magnum æstum habent, consueuerunt se denudare & expoliare. Signum magnæ frigiditatis est in nobis, quia ita attrahimus nobis ista temporalia. O Deus meus, qūo possumus ita duri esse cōtra Christum, qui exiuit de terra sua. i. de cęlis, & de cognatione sua, id est de Angelis, & de domo patris sui, i. de sinu patris, & factus est pro nobis pauper, abiectus, & despect⁹, & nos nolumus pro eo miserum & fętidū mundū derelinquere? Corpore quidem relinquimus mundum, sed heu totum cor, & tota mens, totū desiderium nostrū occupatur & absorbetur a mundo. O beata Dei famula, recordare paupertatis Domini nostri Iesu Christi, imprime cordi tuo paupertatem pauperis patris tui Francisci, memorare matris tuæ Claræ, & toto studio, toto conamine inhære paupertati, amplectere dominā paupertatem, nec sub cęlo aliud pro nomine Dñi velis quā paupertatē, non honorē, non diuitias, sed paupertatē sanctā quā vouisti, eam firmiter obseruare. Diuitias. n. habere, & amare, infructuosum est, amare & non habere periculosum est: habere aūt & non amare laboriosum est. Igitur nec habere diuitias, nec amare, vtile est, securum est, delectabile est, & actus virtutis perfectæ & ideo tam cō filium Domini de paupertate, quam exemplum omnē Christianum mouere debet & accēdere ad amorē paupertatis. O quam beata paupertas, quam amabilē Deo, quam securum Deo in mundo reddis amatorem tuum. Qui. n. (vt dicit Greg.) nihil habet in mundo quod diligat, nihil est in mūdo quod pertimescit. Vnde legitur in vitis patrum, quod quidam pauper frater habebat vnā mattam, de medietate cooperiebat se in nocte, & alterā medietatem submittebat corpori, &c. Secundum, quod ad amorem paupertatis te accendere debet, est diuinum promissum, quod est inæstimabile. O diues in omnes, ò bone Dñe Iesu, quis poterit digne verbo exprimere, corde percipere, manu scribere, illam cęlestem gloriam, quam tuis pauperibus te daturū promisisti? Ipsi enim paupertate voluntaria merentur glorię conditoris assistere, ipsi merentur intrare in potentias Domini, in illa eterna tabernacula, in illas lucidissimas mansiones. Ipsi merentur fieri ciues illius ciuitatis, cuius artifex & conditor est Deus. Tu enim ore tuo benedicto promisisti eis dicens. Beati pauperes spiritu, &c. Non aliud est Domine Regnum cœlorum, nisi tu ipse, qui es Rex regnū, & Dominus dominantium. Teipsum debis eis in premium, in mercedem, & in gaudium. Ipsi te fruentur, de te gaudebunt & saciabuntur. Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt, &c.

Luc. 1.

Psalm. 33.

Matth. 6.

Luc. 22.

1. Pet. 5.

Comparatio.

Nota.

Exempl.

Secundum paupertatis motiuū quod est diuinum.

Matth. 5.

Psal. 21.

De silentio, & quod omnibus religiosis sit necessarium silentium. Cap. 4.

NOn mediocriter cooperatur ad perfectionem religioso homini virtus silentij, quia sicut in multiloquio non deerit peccatum, sic breuiter & rarò loqui ad hoc valeat, vt homo caueat sibi a peccato. Pro nimia loquela frequenter sequitur iniuria tam Dei, quā proximi, sic ex silentio nutritur iustitia, ex qua velut ex quadam arbore, colligitur fructus pacis. Vnde cum claustralib. pax sit summe necessaria, valde necessarium est eis silentium, per quod pax eis tam cordis, quam corporis, conseruatur. Propterea Isa. Propheta virtutem silentij considerans, ait: Erit opus iustitiæ virtutis pax, & cultus iustitiæ silentium, quasi diceret. Tantis est silentium, quod in homine conseruat Dei iustitiam, & inter proximos pacem nutrit & custodit. Nisi homo diligentem ori suo adhibeat custodiam, & bona gratuita quę habet citò dissipat, & etiam in multa mala corruit. Lingua quidem (vt dicit beat⁹ Iacobus in canonica sua) modicum membrum est, magna exaltat, & sequitur. Lingua nostra ignis est vniuersitas iniquitatis. Vbi dicit Glo. quod penè cuncta facinora concinantur aut patrantur in ea, vis audire, ò famula Dei, vis scire quanta mala ex lingua prodeant, si diligenter non custodiatur? audi & dicam. Ex lingua prodeunt blasphemia, murmurationes, dissensiones, periurium, mēdaciū, detractiones, adulatio, maledictio, conuitium, contentio, bonorum derisio, prauum consilium, rumor, iactantia, secreti reuelatio, indiscreta comminatio, indiscreta promissio, multiloquium, scurrilitas. In veritate magna confusio sexui fœminęo, & maximum dedecus est sacris virginibus, non habere oris custodiam, non seruare linguę disciplinam, cum cuncta mala per linguę inquietudinem committantur. Certe frustra audeo dicere, quod ille religiosus gloriatur de possessione virtutis in corde, qui dissipat disciplinam silentij per inquietudinem multiloquij. Si quis (teste scriptura) putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio.

Prouer. 10.

Isa. 32.

Iacob. 3.

Quot mala ex lingua prodeant.

Mariæ exẽplum.

Beata virgo cũ quatuor tantũ habuiſſe ſermonẽ, & ſeptem verba dixiſſe legitur.

ligio. O Ieſu Chriſti ſponſę, intuemini virtutum ſpeculum Mariã, & ab ea diſcite ſilentij diſciplinam. Quantę maturitatis fuerit beata virgo ſatis patet. Si enim ꝑcurras Euangelium, per pauca, & cum paucis eam locutã inuenimus. Cum quatuor tantum perſonis legimus eam habuiſſe ſermonem, & non niſi ſeptem verba eam locutam fuiſſe. Cum Angelo duo, cum filio ſuo duo, cum Heliſabeth duo, cum miniſtris in nuptijs vnum. In hoc confunditur noſtra loquacitas, qua proni ſumus ad multiplicationem verborum, cum tamen magna ſit vtilitas ſilentij. Vna vtilitas eſt, quia inducit compunctionem.

Luc. 1.
Ioan. 2.
Luc. 1.
Ioan. 2.

Silentij vtilitates.

Pſal. 38.

Homo cum tacet cogitat vias ſuas, & locum habet cogitandi, quam multiplex ſit ſuus defectus & ex hoc ſurgit compunctio. Item dicit Propheta David. Obmutui & ſilui a bonis, & dolor meus renouatus eſt. Alia vtilitas ſilentij eſt, quia demonſtrat hominem cęleſtem eſſe. Argumentum quaſi infallibile eſt, vt ſi ſit homo in teutonia & non loquatur teutonice videtur, ꝙ non ſit teutonicus. Sic qui eſt in mundo & mundana nõ loquitur, euidenter demonſtrat, ſe in mundo non eſſe. Qui.n. de terra eſt, de terra loquitur, vt dicitur in Euangelio Ioã.

Ioan. 3.

Nihil autem tantum in religioſo homine valet ad conſeruandum ſilentium niſi vt fugiat conſortium hominum, & ducat vitam ſolitariam. Ille. n. homo qui eleuatur iam ſupra ſtatum hominum, non debet habere conſolationem & conſolatorem, niſi ſolum Deum, & ideo debet eſſe ſolitarius: & tacere: ex quo. n. Deum habet ꝓ ſocio, non debet curare de humano conſortio. Propterea dicitur in Tren. Sedebit ſolitarius & tacebit, quia leuabit ſe ſupra ſe. Sedebit ſolitarius (inquã) conſortia hominum fugiendo, & tacebit de cęleſtib. cogitãdo, & meditando & leuabit ſe ſupra ſe, cęleſtem dulcedinem degustando. Et ſi omnib. religioſis neceſſarium ſit ſilentium ad perfectionem virtutum, maxime tamen virginib. dedicatis Ieſu Chriſto eſt neceſſarium, vt diſciplinam ſeruent ſilentij. Ita. n. earum ſermo deberet eſſe pretioſus, & ita deberent eſſe verecundæ in labijs, vt nunquã niſi magna neceſſitate loquerentur. Ideo beatus Hier. dicit. Sit ſermo virginis modicus, & rarus, nec tam eloquentia pretioſus, quam pudore. Hoc etiam conſuluit Philoſophus. Ad ſummam perfectionem volo te eſſe breuiloquum & ſubmiſſa voce. Audi verboſa famula, audi virgo clamoroſa & garrula, certe vt poſſis aſſueſcere ſilentio, debes facere ſicut fecit Agathon Abbas, de quo legitur in vitis patrum, ꝙ lapidem in ore ſuo per triennium mittebat, donec taciturnitatem addiſceret. Alliga & tu lapidem ad linguam, affige linguam tuam ad palatum: pone digitum ſuper os tuum, vt poſſis taciturnitatem addiſcere, quia magnum dedecus eſt ſponſæ Chriſti, vt cũ alio quam cum ſpõſo ſuo Chriſto Ieſu velit habere ſermonem. Loquere ergo raro, & pauca, & breuiter, cum timore & pudore, imo in tua cauſa vix loquere. Tege faciem tuam velo verecundiæ, conſue labia filo diſciplinę, & ſermo tuus ſit breuis, pretioſus, & vtilis: ſit modeſtus & humilis. Loquere famula Dei rarò, & parum, quia in multiloquio non deerit peccatum. Non loquaris verbũ ocioſum, quia de oĩ verbo ocioſo quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij. Verbum ocioſum eſt, (vt dicit Gloſa) quod ſine neceſſitate dicitur ꝓferentis, aut vtilitate audientis. Semper igitur melius eſt iacere, & vtilius quam loqui. Quia dicit ſapiens, locutũ me eſſe aliquando pęnituit, tacuiſſe vero nunquam.

Tren. 3.

3. Ethic. 4.

Exemplũ.

Proue. 10.

Matth. 12.

Verbum ocioſum quid ſit.

De ſtudio orationis, & qualiter orandus eſt Deus. Cap. 5.

SVpra modum cupienti etiam proficere ſpõſæ Chriſti eſt neceſſarium, vt aſſiduis orationum ſtudijs & deuotionibus animum ſuum exerceat, quia reuera religioſus orationem non frequentans aſſidue, non ſolum eſt miſer & inutilis, quinimo coram Deo fert animam mortuam in viuo corpore. Cum. n. tantæ efficaciæ ſit deuotionis virtus, vt ipſa ſola hoſtis maligni deuincat tentamenta, & verſutias Diaboli, qui ſolus famulam Dei impedit ne ſurſum ad cęlos aſcẽdat. Non. n. eſt mirum ſi tẽtationibus ſuccumbat frequenter miſerabiliter, qui ſtudium orationis non frequentat. Vnde Beatus Iſid. dicit. Hoc eſt remedium eius qui vitiorum tentamentis æſtuat, quoties quolibet vitio tangitur, toties ſe ad orationem ſubdat, quia frequens oratio vitiorum impugnationem extinguit. Et hoc eſt quod Dominus dicit in Euãgelio. Vigilate & orate, ne intretis in tẽtationem. Eſt autem tantæ virtutis deuota oratio, vt ad omnia valeat, & in omni tempore homo poſſit per eam lucrari in hyeme, in æſtate, in ſereno, & in tempore pluuiali, imo in quacunque hora lucratur homo oratione deuota, pluſquam valeat totus mundus, quia tali oratione acquirit homo regnum cęlorum. Vt autem cognoſcas quomodo & qualiter orare debeas, quantum mihi donauerit De⁹, te informabo, licet ego in hac parte & in hoc negocio magis indigeam informari quam tu. Scias itaque Deo digna famula, qđ ad perfectã orationem tria ſunt neceſſaria. Primum quando in oratione conſtituta fueris, tunc erecto corpore & erecto corde omnibus ſenſibus clauſis, debes ſine ſtrepitu ex amore & contrito corde de omnibus miſerijs tuis cogitare. ſcilicet præſentibus præteritis & futuris Primo debes ſiquidem ſolicite cogitare, quam magna & quam multa peccata omnib. diebus vitæ tuæ commiſiſti, quam magna & quam multa bona in ſæculo & in ordine omiſiſti, quam magnam, & quam multam creatoris tui gratiam frequenter amiſiſti. Debes etiam cogitare. quam longe facta es a Deo per peccatum, quæ olim fueras prope: quam diſſimilis facta es Deo, quæ aliquando fueras valde ſimilis: quam pulchra aliquando fueras in anima, quæ modo valde turpis es, & fœtida. Debes cogitare quo tendas per peccatum, quia ad portas inferni: quid tibi occurret, quia tremẽdus dies iudicij, quid pro omnibus his tibi dabitur, quia æternæ mortis incendium, & ſtatim pro his omnibus debes pectus tuum cum publicano tundere. Cum propheta Dauid debes rugire a gemitu cordis tui. Et cum Maria Magdalena debes lachrymis rigare pedes Ieſu, nec debes aliquem modum habere in lachrymis, qa ſine modo dilectum tuum Ieſum offendiſti. Et hoc eſt quod ait beatus Iſid. Quando cum Deo in oratione aſſiſtimus, gemere & flere debemus, reminiſcentes quam grauia ſunt quæ commiſimus, quam dura inferni ſupplicia quæ timemus. Et huiuſmodi lachrymoſæ cogitationes, meditationis debent eſſe principium. Secundum quod ſponſæ Dei in oratione neceſſarium eſt, eſt gratiarum actio, vt videlicet ſuo creatori cum omni humilitate grates referat, pro beneficijs iam ab eo receptis. Et hoc conſuluit Paulus Apoſtol. dicens. Orationi inſtantes, vigilantes in ea, in gratiarũ actione. Nihil enim eſt, quòd hominem ita dignum reddit diuinis muneribus, ſicut ſemper Deo gratias reddere, & agere pro receptis donis. Vnde beatus Auguſtu. ſcribens ad Aurelium dicit. Quid melius animo gerimus, & ore pronunciamus, & calamo exprimimus, quam Deo gratias? hoc nec dici breuius, nec audiri lætius, nec intelligi gratius, nec agi fructuoſius poteſt. Debes ergo in oratione poſita cum gratiarum actione meditari, quia Deus te hominẽ fecit, quia chriſtianam te fecit, quia innumerabilia peccata tibi induiſit, quia incidiſſes in multa peccata, ſi Dominus te non cuſtodiſſet, quia mori in ſeculo te nõ permiſit, quia ad altiſſimam & perfectiſſimam te religionẽ elegit, & quia ſine labore tuo te pauit, & paſcit, quia pro te homo factus eſt, circuncifus & baptizatus eſt, quia pro te pauper & nudus, humilis, & deſpectibilis, quia ꝓ

Matth. 26.
Mar. 14.
Luc. 22.

Orationis virtus.

Ad perfectam orationẽ tria requirũtur.

Luc. 18.
Pſal. 37.
Luc. 7.

Coll. 4.

te iciu-

Digitized by Google

te ieiunauit & eſuriuit, laborauit & fatigatus fuit, quia
propter te plorauit, ſudorem ſanguineum ſudauit, te ſan
ctiſſimo corpore ſuo cibauit & ſanguine potauit, quia
propter te colaphizatus eſt, conſputus eſt, deriſus & fla
gellatus eſt, vulneratus & crucifixus eſt: mortem turpiſ
ſimam & amariſſimam ſuſtinuit, quia ſepultus, reſurre-
xit, ad cœlos aſcendit, Spiritum ſanctum dedit & quia ti
bi & omnib. electis cęlorum regnum dare promiſit. Eſt
.n. gratiarũ actio ſupra modum vtilis in oratione, nec ſi
Ingratitudo quid. ne ea aliqua pôt valere oratio. Nã ingratitudo (vt dicit
beatus Ber.) eſt ventus vrens, & exiccans fontem pieta-
tis, rorem miſericordię, & fluenta gratię. Tertium quòd
ad perſectionẽ orationis neceſſario requiritur eſt, vt ani
mus tuus nihil aliud in oratione cogitet præter illud ſo-
lum quod pręcatur. Valde enim indecens eſt, vt quis cũ
Deo loquatur ore, & aliud meditetur corde, & dimidiũ
cor dirigat in cęlum, & dimidium maneat in terra, & ta
lis oratio nunquã exauditur a Deo. Vnde ſuper illo ver
Pſal. 118. bo Pſal. Clamaui in toto corde meo, &c. dicit gl. Diuiſũ
cor non impetrat quod petit. Debet .n. famula Dei tem-
pore orationis, cor ſuum ab omnib. exteriorioribus cu-
ris & mundanis deſiderijs, ab omnibus carnalib. amori
bus reuocare ad interiora: & illi ſoli in toto corde & to-
ta mente intẽdere, ad quem ſuam orationem dirigit. Et
hoc conſuluit tibi ſponſus tuus in Euãg. dicens. Tu aũt
cum oraueris, intra in cubiculum tuũ, & clauſo oſtio, i.
corde tuo, ora patrem tuum. Tunc cubiculum es ingreſ
ſa, quando omnes cogitationes, omnia deſideria, omnes
Matth. 6. affectiones tuas, in ſecreto cordis tui reuocaſti. Tunc
clauſiſti oſtium tuum, quando cor tuum diligenter cu-
ſtodis, vt per nullas cogitationes tuas phantaſticas poſ-
Orõ quid. ſis in deuotione impediri. Oratio .n. eſt (vt dicit beatus
Aug.) conuerſio mentis in Deum, per pium, & humilẽ
affectum. Audi ò beatiſſima ſoror, audi ò famula Ie-
ſu Chriſti, & inclina aurem tuam ad verba oris mei. No
li falli, noli decipi, non amittas magnum orationis tuæ
fructum, non perdas ſuauitatem, non fruſtreris dulcedi
ne, quam in oratione haurire debes. Oratio enim hauſo
rium eſt, quo Spiritusſancti gratia hauritur de fonte ſu-
Pſal. 118. pereffluentis dulcedinis illius beatiſſimæ Trinitatis. Et
hoc expertus erat ille deuotiſſimus Propheta Dauid, q
Quid ſit oratio. dicebat. Os meum aperui & attraxi ſpiritum. Os meum
aperui dicit, & hauſi. Nunquid iam non dixi tibi quid
ſit oratio? Audi iterum. Oratio eſt conuerſio mentis in
Deum. Vis ſcire quomodo debes mẽtem tuam in Deũ
conuertere? intende cum ſtas in oratione, te totam de-
bes in teipſam conuertere, & colligere, & cum dilecto
in cubiculum cordis tui ingredi, & cum eo ſola morari,
omnium exteriorum obliuiſci, & toto corpore, tota mẽ
te, toto affectu, toto deſiderio, tota deuotione debes te
leuare ſupra te. Nec debes ſpiritum tuum ab oratione re
laxare, ſed tam diu, per deuotionis ardorem ſurſum aſcẽ
dere, donec ingrediaris in locum tabernaculi admirabi
lis vſque ad domum Dei, & ibi vtroque cordis oculo di
lecto tuo viſo, & vtcunq; deguſtato quã ſuauis eſt Do-
minus, & quam magna dulcedo eius, in amplexus eius
ruas, impreſſis labijs intimæ deuotionis oſcula figas, vt
ſic tota à te alienata, tota in cœlum rapta, tota in Chri-
ſtũ reformata, & transformata, non valeas cohibere ſpi
ritum tuũ, ſed exclama cum propheta Dauid, & dic. Re
Pſalm. 76. nuit conſolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus
ſum. Vt aũt cor tuum ſoror chariſſima per deuotionis
orationẽ in ſublimius eleuetur, et feruentius in Deũ in-
Tribus de cauſis in mentis alienationem deducimur. flammetur nota diligenter, ꝙ tribus de cauſis in mentis
alienationem deducimur. Aliquando per magnitudi-
nem admirationis. Aliquando per magnitudinem deuo
tionis. Aliqñ per magnitudinẽ exultationis. Dico, ꝙ fit
aliquando per magnitudinem deuotionis, vt mens ſeip-
ſam non capiat, et ſupra ſeipſam eleuata in alienationẽ
tranſeat, quando tota igne cœleſtis deſiderij ſuccendi-
tur, vt omne quod foris eſt, vertatur in amaritudinem et
faſtidium, & amoris intimi flamma vltra humanum mo
dum excreſcat, quæ animam ad ceræ ſimilitudinem li-
quefactã in ſeipſa deficere faciat, ad inſtar fumi aroma-
tum, in ſuperna eleuat & ad ſummam patriam emittat,
& tunc cum Propheta exclama & dic. Defecit caro mea, Pſalm. 7
& cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æ-
ternum. Item aliquando fit per magnitudinem admi-
rationis quando diuino lumine mens irradiatur, & ſum
mæ pulchritudinis admiratione ſuſpenſa, tunc vehemen
ti concutitur ſtupore, vt a ſuo ſtatu funditus excutiatur,
& in modum fulgoris corruſcantis, quanto profundius
pro deſpectu ſui viſæ pulchritudinis reſpecta in ima deij
citur, tanto ſublimius tantoque celerius per ſummorũ
deſideriorum ardorem releuata, & ſuper ſemetipſam ra-
pta in ſublime eleuatur, & tunc cogitur clamare cũ ſan-
ctiſſima Eſther. Vidi te domine quaſi Angelum Dei, & Eſther. 15
conturbatum eſt cor meum præ timore gloriæ tuæ. Val
de enim mirabilis es Domine, & facies tua plena eſt gra
tiarum. Item aliquando præ multitudine exultationis,
quando intima illa internæ ſuauitatis abundantia pota-
ta, imo plene inebriata, quid ſit, quid fuerit, penitus ob-
liuiſcatur, & inſuper mundanum quẽdam affectum ſub
quodam miræ fœlicitatis ſtatu rapta transformatur, &
tunc cogitur clamare, & dicere illud prophetę. Quam
dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiſcit Pſalm. 83.
& deficit anima mea in atria Domini. Sic ergo famula
Dei debet exercere animum ſuum ex deuota in Deum
oratione, & ducere per frequentem orationis verſum,
per mundati, & purificati cordis oculum, per infatigabi
lem deuotionis ſpiritum quatenus efficiatur idonea ad
contemplanda diuina, & deguſtandam diuinę dulcedi-
nis ſuauitatem. Non enim decet animam inſignitã Dei
imagine, decoratam Dei ſimilitudine, redemptam Dei
ſanguine, capacem beatitudinis, volutari circa iſta tem-
poralia, ſed aſcendere debet ſuper Cherubin, & volare
ſuper pennas ventorum. i. ordines angelorum, & ad con
templandam ipſam Trinitatem, & Chriſti humanitatẽ,
& meditari gloriam & lætitiam ſupernorum ciuium. ſ.
angelorum & ſanctorum omnium. Sed qui ſunt hodie,
qui huiuſmodi meditationib. vacent? qui ſunt explora-
tores gaudij cœleſtis? qui corde & animo conuerſentur
in cęlis? Rari ſunt. Vnde bene poteſt dici de quibuſdam
religioſis, illud verbum, ꝙ beatus Bern. dicit. Quorum
ſtudium deberet eſſe, deuotione cęlos penetrare, mente
circuire ſupernas manſiones, ſalutare Apoſtolos & cho
ros prophetarum, martyrumque admirari triumphos,
omnibus his poſtpoſitis, turpi ſe mancipant corporis
ſeruituti, ad obediendum carni, & ad ſatisfaciendum gu
læ & ventri.

De paſſione Chriſti memoria. *Cap. 6.*

QVoniam deuotionis feruor per frequentem
paſſionis Chriſti memoriam nutritur, & cõ
ſeruatur in hoĩe, iõ eſt dicendũ conſequẽter,
vt ſp oculis cordis ſui Chriſtum in cruce tã
quam morientem videat, qui deuotionem in ſe vult
conſeruare inextinguibilem. Propter hoc Dñs dicit in
Leuitico. Ignis in altari meo ſemper ardebit, quem nu- Leui. 6.
triet ſacerdos ſubijciens ligna per ſingulos dies. Au-
di ſoror deuotiſſima Altare Dei eſt cor tuum: in hoc
Altari debet ſemper ardere ignis feruidæ deuotionis,
quem ſingulis diebus debes nutrire per ligna Crucis
Chriſti & memoriam paſſionis ipſius. Et hoc eſt ꝙ di-
cit Iſaias propheta. Haurietis aquas in gaudio, de fon- Iſaia 12.
tibus Saluatoris. Ac ſi diceret. Quicunque deſiderat
aquas gratiarum, aquas deuotionis, aquas lachryma-
rum, iſte hauriat de fontibus Saluatoris, i. de vulnerib.
Ieſu

Digitized by Google

Iesu Christi. Accede ergo tu pedibus affectionum tuarum ad Iesum vulneratum, ad Iesum spinis coronatum, ad Iesum patibulo crucis affixum, & cum beato
Ioan. 20. Thoma Apostolo, non solum intuere in manibus eius fixuras clauorum, non solum mitte manum tuam in latus eius, sed totaliter per ostium lateris eius ingredere vsque ad cor ipsius Iesus, ibique ardentissimo amore crucifixi in Christum transformata, clauis diuini amoris affixa, lancea præcordialis dilectionis transfixa, intimæ compassionis transuerberata, nihil aliud quæras, nihil aliud desideres, in nullo alio velis consolari, quam
Gal. 2. vt cum Christo tu possis mori in cruce. Et tunc cum Apostolo Paulo exclames dicens, Christo confixus sum cruci. Viuo iam nõ ego, viuit vero in me Christus.

Quõ Christi passio memoranda sit. Debes autem per hunc modum passionem Christi in memoria habere, vt cogites quoniam passio eius fuit ignominiosissima, acerbissima, generalissima, & & diuturnissima. Primum cõsidera Deo dignissima famula, quam ignominiosissima fuit mors Iesu Christi sponsi tui. Fuit enim crucifixus tanquam fur & latro. Nulli enim in veteri lege tali morte puniebantur, nisi pessimi, & sceleratissimi, & fures & latrones. Adhuc attende maiorem Christi ignominiam. Fuit enim in loco turpissimo, & vilissimo crucifixus, s. in monte Caluariæ, vbi multa ossa, & cadauera mortuorum iacebant. Iste siquidem locus erat morti damnatorum deputatus, & ibi decollabantur, & suspendebantur pessimi homines. Adhuc vide Christi maiorẽ ignominiam, quia inter latronos tanquam latro suspenditur, & in medio tanquam
Isa. 53. princeps latronum. Vnde dicit Isaia. Cum sceleratis reputatus est. Adhuc intuere sponsi tui ignominiam, quia aeri deputatus est, & inter cœlum & terram suspensus, ac si non esset dignus mori in terra, aut viuere. O digna indignatio & iniuria, Domino orbis totus negatus est orbis, vilius in mundo nihil estimatum est Domino mundi. Sic ergo mors filij Dei fuit ignominiosissima propter genus mortis, quia in patibulo suspẽsus, propter socios mortis, quia cũ iniquis deputatus & cõdemnatus, propter locum mortis, quia in monte Caluariæ fetidissimo crucifixus. O bone Iesu, ò benigne saluator, quia non semel sed multoties confunderis. Quanto quis pluribus locis confunditur, tanto ignominiosior efficitur mundo. Ecce tu domine Iesu, in horto ligaris, in domo Annæ alapa cederis, in atrio Cayphæ conspueris, in hospitio Hærodis illuderis, in via crucem baiulans in golgotha crucifigeris. Heu me ecce libertas captiuorum, gloria angelorum, vita hominum occiditur. O Iudæi miseri bene impleuistis quod promisi-
Sap. 2. stis. Dixistis enim: Morte turpissima condemnemus eũ. Beatus vero Ber. dicit. Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, vt subesset; Filius erat & factus est seruus, & non solum formam serui vt subesset accepit, sed etiam mali serui vt vapularet, vt pœnam solueret, cum culpam non haberet; & erat non solum seruus seruorum Dei, sed propter tria seruus seruorum diaboli factus seruiens infima peccata peccatorum expurgando.
Phil. 2. Nec hoc sufficit, sed mortem omni morte confusibiliorem elegit. Humiliauit enim semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, quæ ignominiosior est, vt dicit glossa. Secundo considera & attende virgo Deo deuota, passio Christi quam acerbissima fuit. Crux enim illa benedicta, membra extensa contrahi in dolore mortis non permisit, quod tamen solet esse quoddam leuamen & solatium cordis anxiati, nec habuit illud caput reuerendum diuinum vbi ad dimissionem animæ se inclinaret. Attende adhuc melius quam acerba mors Christi fuerit. Quantò quis tenerior, tanto patitur grauius, nunquam autem fuit corpus ita tenerum ad sustinendum passiones, sicut corpus saluatoris: Corpus enim melioris tenerius est quã viri corpus, caro aũt Christi tota virginea fuit, & de spiritu sancto concepta, & de virgine nata, igitur passio Christi fuit omnium passionum acerbior, quia omnium virginum tenerior. Si enim ad solam mortis recordationem, Christus in sancta anima sua præ teneritudine carnis tantum afflictus est, vt sudor corporis fieret sicut sudor sanguinis decurrentis in terram, quanto super additus est ei dolor, quanta cum afflixit pena in degustatione acerbissimæ mortis, & passionis? Ideo dicit beatus Bern. Angustias corporis tui Domine Iesu Christe, certissimè iudicabat sudor ille sanguineus, qui orationis tempore de tua sanctissima carne decurrebat in terram. Quid fecisti dulcissime puer, vt ita tractareris? Quid commisisti ò amantissime iuuenis, vt ita iudicareris? Ecce ego sum causa tui doloris, ego plaga tuæ occisionis. Adhuc vide diligentius quam amara Christi mors fuerit. Quanto quis innocentior, tanto pęna ad tolerandum grauior. Si enim Christus propter sua peccata sustinuisset, aliquantulum ei esset tolerabilior, sed ipse peccatum non fecit, nec in-
uentus est dolus in ore eius. Et hoc ipsum testatur Pila- 1. Pet. 2.
tus dicens. Ego nullam causam mortis inuenio in eo.
Ipse enim est candor lucis æternæ, & speculum sine ma- Ioan. 18. & 19.
cula Dei maiestatis & bonitatis, imago illius sicut dici-
tur in libro Sap. Considera adhuc plenius, quam pęna- Sap. 7.
lis fuerit mors sponsi tui Iesu Christi. Quanto genelior, tanto pœna acerbior; Christus autem sponsus tuus passus est in omni parte corporis sui, sic quod nullũ ita paruum membrum in eo esset, quin pœnam haberet; nullus ita modicus locus, quin repletus esset amaritudine. A planta enim pedis vsque ad verticem nõ fuit in eo sanitas. Vnde prę nimia doloris vehementia cla-
mauit, dicens. O vos omnes qui transitis per viam, at- Isa. 41.
tendite & videte dolorem meum. Reuera Domine Ie- Treu. 1.
su Christe nunquam fuit dolor similis tuo. Tanta enim fuit doloris tui effusio, vt totum corpus tuum sanguine aspergeretur. O bone Iesu, ò dulcissime Domine, non gutta sed vnda sanguinis ita largiter per quinq; partes corporis tui emanauit, de manib. & pedibus tuis in crucifixione, de capite in capitis coronatione, de toto corpore in flagellatione, de ipso corde in lateris apertione, mirũ videtur si quid sanguinis remansit in te. Dic quæso dilecte mi domine, dum cum vnica sanguinis tui gutta potuisset sufficere ad totius mundi redemptionem, cur tantum sanguinem de corpore tuo effundi permisisti? Scio Domine & verè scio, quia non propter aliud fecisti, nisi vt ostenderes quanto affectu diligeres me. Quid igitur retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Certè Domine quandiu uixero, memor ero laborum tuorum quos sustinuisti in prædicando, fatigationum in discurrendo, vigiliarum in oratione, lachrymarum in compassione, dolorum, conuitiorum, sputorum, colaphorũ, subsannationum, clauorum, vulnerum, alioquin requiritur a me sanguis, qui effusus est super terram. Quis igitur dabit capiti meo
aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, vt possim Hier. 9.
flere die ac nocte mortem domini mei Iesu Christi, quam non pro suis sed pro meis peccatis sustinuit? Vulneratus est enim propter iniquitates nostras, attritus
est propter scelera nostra, sicut dicit Isaias propheta. Isa. 53.
Vlterius considera, & attende diligenter, quia mors & passio Christi fuit diutina. A prima enim die natiuitatis suæ, vsque ad vltimum diem mortis suæ semper fuit passionibus & doloribus, sicut ipse testatur per prophetam dicens. Pauper sum ego, & in laboribus a iuuẽtute mea. Et alibi dicit. Fui flagellatus tota die, idest toto tempore vitæ meæ. Adhuc aliter considera, quam
morosa fuit passio Christi, vt pœna eius magis duraret, Psal. 87.
vt dolor non citò finiretur, vt mors protraheretur, & Psal. 72.
sic diutius cruciaretur, & fortius vexaretur. Ex his

omnib.

Digitized by Google

omnib.quæ dixi,colligere potes ò virgo Christi, o famula Dei, quam probrosa, quã dolorosa,quam vilis,q̃ morosa fuit mors & passio dulcissimi spõsi tui Iesu Christi. Et hæc omnia sustinuit,vt ad amorem suum te accẽderet,vt pro omnibus his toto corde, tota anima,tota mente ipsum diligeres. Quid.n.beneuolentius quam ꝙ Dominus propter serui salutem accipiat serui formam? Quid magis informat hominem in salutem, quam exẽplum tollendi mortem propter iustitiam & obedientiã diuinam? Quid vero magis incitat hominem ad diligendum Deum,quam tanta benignitas,ꝙ pro nobis Dei filius altissimus absq; meritis imo cum multis nostris demeritis, posuit animam suam? Hoc tantæ benignitatis est, vt nihil clementius, nihil benignius, nihil amicabilius cogitari possit Hæc benignitas tanto magis ostenditur maior quanto pro nobis grauiora & abiectiora sustinuit,vel pati voluit.

Rom.8. Deus.n.qui proprio filio suo nõ pepercit,sed pro nobis omnibus tradidit illum, qũo nõ cum illo omnia nobis donauit? Ex quo inuitamur ad ipsum amandum,& amatum imitandum. Væh ergo illis, qui tantæ benignitatis beneficijs sunt ingrati,in quorũ animabus nullum mors Christi habet effectum. Vnde inquit Bern. Vide caput Christi inclinatum ad te osculãdum,manus perfossas ad largiendum,latus apertum ad diligendum, totius corporis extensionem ad se totum impendendum.

Hebr. 6. Psalm.168. Veh iterum illis qui suis peccatis rursũ Christũ in semetipsis crucifigentes,super dolorem vulnerũ ipsius dolorem adijciant. Sed væh tertiò illis, quorum corda ad plãctum emolliri non possunt, neq; ad beneuolentiam prouocari.& ad boni operis virtutẽ inflãmare non valet tanti effusio sanguinis,effusio tanti pretij,tam ingens magnitudo. Certe isti tales inimici crucis Christi,plus Christum Dei filium hodie ad dexteram Dei patris in cęlis sedentem crucifigunt,quam olim fecerunt in crucis patibulo pendentem. Ad tales,& de talib. Dominus conquerendo per beatum Bern. loquitur dicens. O homo vide quid patior pro te,si est dolor sicut quo crucior,ad te clamo qui pro te morior,vide pœnas quib.afficior,vide clauos quibus confodior,& cum sit tantus dolor interior & exterior,plãctus est grauior, cum te sic experior. Caue tibi mater caue, ne tanto ingrata sis beneficio,ne tanto pro te dato indeuota sis pretio,sed pone istum crucifixum sicut signaculum super cor tuum,vt sicut sigillum in cera molli,sic Iesum sponsum tuum imprimas cordi tuo,& dicas cum Propheta.

Psalm.21. Cant.8. Factũ est cor meum tanquam cera liquescens. Pone eũ etiam vt signaculum super brachium tuum,vt videlicet nunquam desinas operari,nunquam fatigeris laborare pro nomine Domini Iesu,sed cũ operata omnia fueris, tunc primũ incipe,quasi nihil feceris Si autem aliquando aliquid triste,aliquid graue,aliquid tedij, aliquid amaritudinis acciderit,vel certe si forte aliquod bonum dissipuerit,statim recurras ad crucifixum Iesum pendẽtem in cruce. Ibi intuere coronam spineam, clauos ferreos, lanceam lateris. Ibi contemplare vulnera Christi pedum,& vulnera manuum,vulnera capitis, vulnus lateris,vulnera totius corporis:recolens quia qui sic pro te passus fuit,qui pro te tanta sustinuit, quãtum te amauerit. Crede mihi,quia statim tali intuitu omne triste lætum,omne graue leue,omne tediosum amabile,omne

Iob.6. asperũ dulce & suaue reperies:sic vt & tu incipias exclamare cum beato Iob,& dicere. Quæ prius noluit tangere anima mea,nũc propter angustias passionis Christi, cibi mei sunt,quam dulcia & delectabilia facta sunt mihi.

Exemplũ mirabile. Vnde legitur,ꝙ cum quidam conuersus fuisset ad religionem,in tñ factus est impatiens propter asperitatem ciborum,& cæterarum disciplinarum religionis,& cum ex nimia impatientia angustiatus fuisset, procidit ante imaginem crucifixi,& ibi replicari cępit cum multis lachrymis intolerabiles angustias, & labores ordinis, insipiditatem ciborum panis, & potus, & statim ex latere imaginis cępit sanguis emanare,& cum ille fortiter flens suas angustias replicaret, respondens imago Christi dixit. Quandocunque sentiret aliquam asperitatem in cibo vel in potu, vt intingeret in salsamẽto sanguinis Christi.

De perfecta Dei charitate. Cap. 7.

SVperius te famulam Dei prout Deus inspirauit,docui qualiter animum tuum exercere debeas,vt quasi gradatim ascendere possis, & de virtute in virtutem proficere. Nunc septimo loco restat dicendum de forma virtutum, i.charitate, quæ sola ducit hominem ad perfectionem:ad mortificandum.n. vitia,ad proficiẽdũ in gratia,ad consequendum omnium virtutũ perfectionem summam,nihil põt dici melius,nihil excogitari vtilius charirate põt. Propterea dicit Prosper in libro de vita contemplatiua. Charitas est vita virtutum, mors vitiorum,& sicut fluit cera a facie ignis,sic pereunt vitia a facie charitatis. Charitatis Laus. Tantæ siquidem virtutis est charitas,ꝙ ipsa claudit infernum,sola aperit cęlum, sola Deo amabilem reddit. Tantę uirtutis charitas est, ꝙ ipsa sola inter virtutes virtus noiata est, q̃ qui habet, diues est, & locuples,& beatus:quam qui non hẽt, pauper & mendicus est,& miser. Vnde super illo verbo ad Corinth. Si charitatem non habuero. dicit glosa. 1.Cor.13. Attende quanta sit charitas,quæ si desit, frustra habentur cætera,si autem adsit habẽtur oia,quam qui hr̃e cęperit,Spũm sanctum habebit. Et beatus Augu.dicit. Si virtus nos ad beatam vitam ducit,nihil esse oĩno virtutem affirmauerim, nisi tãtum summum amorem Dei. Cum igitur charitas virtus tanta sit prę cunctis virtutib. charitati est insistendum:& non cuilibet charitati,sed ei solum qua Deus diligitur super omnia,& proximus post Deum. Qualiter aũt creatorem tuum diligere debeas, ipse tuus spõnsus docet in Euangelio dicens. Diliges Dñm Deum tuum Matth.22. ex toto corde tuo,& ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Intende diligenter famula Iesu Christi dulcissima, quam dilectionem dilectus tuus Iesus requirat a te. Qũo Deus diligẽdus. Vult certe amantissimus tuus, vt amori suo des cor tuum, totam aĩam tuam, totam mentem tuam, sic vt in toto corde tuo, in tota mente, nullus omnino cum eo aliquam partem possideat. Quid ergo facies ut certè Dñm Deum tuum ex toto corde diligas? Quomodo ex toto corde? Audi beatum Ioan.Chrys.dicentem,Ex toto corde diligere Deum est, ut ad nullius rei dilectionem magis sit inclinatum cor tuum, quam Dei, vt non delecteris in spẽ mundi amplius quã Deo, non in honoribus aut parentibus, si autem in aliquo istorũ sit animus & amor cordis tui, iam non ex toto corde Deum diligis. Vnde Augu.dicit. Minus te amat,qui tecum aliquid amat. Si autem aliquid amas, ex cuius dilectione in amore Dei non proficis, iam nõ ex toto corde Deum diligis. Et si quid diligis, pro cuius amore ea quæ Christo teneris negligis,iam non ex toto corde diligis. Dilige itaque Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, non solum ex toto corde, verum etiam ex tota aĩa diligendus est dñs Iesus Christus. Qũo ex tota aĩa? Audi beatum Aug.docentem te. Ex tota anima(inquit) dominũ diligere est ipsum diligere ex tota voluntate sine contrarietate. Certe tunc ex tota anima Deum diligis,quando non quod tu vis,non quod mundus consulit,non qđ caro suggerit, sed quod dominum Deũ tuũ scis velle,sine contradictione libenter facis. Certe tunc Deum ex tota aĩa diligis, quando pro amore Iesu Christi aĩam tuam si necesse fuerit, morti libenter exponis, si autem in aliquo istorum negligens fueris, iam non ex tota anima Deum tuum diligis. Dilige ergo dominum Deum tuum ex tota anima tua, & conforma voluntа-

luntati diuinæ in omnibus. Et non solum ex tota anima sed etiam ex tota mente. Audi iterum beat. Augu. te docentem. Et tota (inquit) mente diligere Deum, est diligere eum ex omni memoria sine obliuione. Amen.

De finali perseuerantia. Cap. 8.

POstquam omnium virtutum adeptus est quis principium, nec tamen in cōſpectu Dei apparet gloriosus, nisi virtutum consummatrix adsit perseuerantia, quia nullus omnino mortalis quantumcunque perfectus, est laudandus in vita sua, nisi prius hoc totum qd inchoauit, bono & felici fine concludat. Vnde beatus Ber. dicit. Tolle perseuerantiam, nec obsequium, nec beneficium, nec gratiam, nec laudem fortitudo præstabit.
Perseuerātiæ laus. Parum.n.valet, hominē fuisse religiosum, siue fuisse humilem & patientem, fuisse deuotum, & continētem, Deū dilexisse, & cęlicas virtutes habuisse, nisi adesset perseuerantia. cum.n. omnes virtutes currant, sola perseuerātia accipit brauium. Quia non ille qui incipit, sed qui perseuerauerit, saluus erit. Vnde Io. Chry. dicit. Quæ vtilitas
Matth.24. feminum florentium, & postea tabescentium quasi diceret, penitus nulla. Si igitur Christi dilectissima, aliquas bonorum operum habes virtutes, imo quia multas habes, in his perseuera, in his profice, in his vsque ad mortem viriliter Christi age militiam, vt cum extrema dies finesq; vitę aduenerit, pro stipendio & mercede laboris,
Apocal.2. detur tibi corona gloriæ & honoris. Vnde Iesus Chri-
Beatitudinis cōmendatio. stus vnice tibi dilectus, alloquitur te in Apo. dicēs. Esto fidelis vsq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Hęc corona nihil aliud est quam præmium vitæ æternæ, ad quam adipiscēdam, inflammare te debet desideriū omnium Christianorum. est.n. tam magna, vt nullus omnino eam æstimare possit, sicut dicit beatus Greg. tā multa, vt nullus eam dinumerare queat, est deniq; tam longa & durabilis, vt nunquam terminari possit & finiri.
Ad hanc mercedem ad hāc, coronam inuitat te dilectus
Cant.4. Spōsus tuus, dilectissimus Iesus Christus in Canticis cāticorum dicens. Veni de libano sponsa mea, veni de libano coronaberis. Surge ergo amica Dei, sponsa Iesu Christi, columba sponsi æterni, veni & propera ad nuptias filij Dei, quia tota cęlestis curia expectat te, quia omnia parata sūt. Est.n. partus speciosus ferculus tuus, vt tibi seruiat, & nobilis cibus preciosus & delectabilis, vt te reficiat, societas dulcis, & preamicabilis, vt tibi congaudeat. Surge ergo, et ꝓpera festinanter ad nuptias, quia ibi est paratus ferculus speciosus, vt tibi seruiat, ille seruus nō est
Luc.12. alter, nisi cœtus angelicus, imo ipse æternus Dei filius, qui de seipso testatur dicens in Euangel. Amen dico vobis, quia præcinget se, & faciat illos discumbere. &c. O quam magna gloria tunc erit pauperib. abiectis, quando ministrum habebunt filium Dei, & summi regis, & totū conuentum exercitus regni cęlestis. Est etiam ibi paratus cibus preciosus & delectabilis, vt reficiat, ipse.n. Dei filius mensam proprijs manibus posuit, sicut ipse de se in
Luc.22. Euangelio testatur dicens. Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnū, vt edatis, & bibatis super mēsam meam in regno meo. O quā suauis & delitiosus
Luc.14. est cibus ille, quem præparauit in dulcedine sua pauperi Deus. O quam beatus est ille, qui in regno cœlorum panem māducabit illum, qui in clibano virginalis vteri coctus est igne Sancti spiritus. Siquis manducauerit ex hoc
Ioan.6. pane, viuet in æternum. Tali cibo, tali pane cibat & refi-
cap.17. cit suos electos Rex cęlestis in mensa sua, sicut in libro Sap. dicitur Angelorum esca nutriuisti populum tuum, & paratum panem de cœlo præstitisti ei sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem, & deseruiens vniuscuiusque voluntati. Ecce cetalis est refectio diuinæ mensæ. Et nihilominus parata est ibi societas dulcis & præamabilis, vt tibi congaudeat. Ibi.n. erit Iesus cum Patre, & Spiritusancto. Illic Maria cum florigero exercitu virginum. Illic Apostoli, Martyres, cōfessores, & omnium electorum cęlestis exercitus. Miserabilis prorsus, qui tam nobilissimæ societati non fuerit sociatus. Valde mortuum habet desiderium, qui huic societati iungi non desiderat. Sed tu o pręclarissima Dei famula, scio te quidem desiderare Christum, ad hoc te niti totis viribus, quomodo regis æterni possis iungi consortijs & amplexib. & nunc excita cor tuum, & animam tuam, & erige cor tuum, & cogita quantum potes. si.n. singula bona delectabilia sunt, cogita mente quam bonum sit illud delectabile, quod continet iucunditatē omnium bonorum, si bona est vita creata, quam bona est vita creatrix, si iucunda est salus facta, quam iucunda est salus quæ facit omnē salutem. Qui hoc bene fruetur, quid erit illi & quid non erit? certe quicquid volet hoc erit ibi, quicquid nolet hoc non erit. Ibi quippe erūt bona corporis & animæ, qualia nec oculus vidit, nec auris audiuit nec cor hominis intellexit. Cur ergo famu 1.Cor.2.
la Dei per multa vagaris, qrendo bona animæ tuę & corporis tui? Ama vnum bonum, in quo sunt omnia & sufficit, desidera simplex bonum, quod est omne bonum, & satis est. Ibi est quod amas mater mea, quod desideras virgo beata. Ibi est quicquid amas, quicquid desideras. Si te delectat pulchritudo, fulgebunt iusti sicut sol. Matth.13.
Si delectat longa & salubris vita, ibi est sana æternitas, Sapi.5.
quia iusti in perpetuum viuunt, & salus iustorum æterna. Si delectat satietas, satiabūtur cum apparuerit gloria Psalm.16.
Dei. si ebrietas, inebriabuntur ab vbertate domus suæ, si Psalm.35.
te delectat dulcis melodia, ibi angelorum chori concinunt alleluia laudantes, si te delectat amicitia, ibi sancti Apo.19.
diligunt Deum plusquam seipsos, & Deus diligit suos plusquam se ipsi, si cōcordia delectaris, omnibus illis erit vna voluntas, quia nulla erit ibi, nisi Dei voluntas, si te Isa.32.
delectat honor & diuitiæ, Deus ancillas suas, & seruos bonos & fideles supra multa constituit, imo filij & filiæ Matth.24.
Dei vocabuntur, & erunt ibi ipsi hæreditas Dei, illi qui & c.5.
dem hæredes Dei, cohæredes autem Christi. Quale autem vel quantum gaudium vbi tale ac tātum est bonū? Rom.8.
Certe Domine Iesu, nec oculus vidit, nec auris audiuit, 1.Cori.2.
nec in cor hominis ascendit in hac vita quantum amabunt te beati, & te gaudebunt in illa beata vita, quantumcunque.n. quisque Deum amat, tantum ibi de Deo gaudebit, ergo hic multum ama, vt multum gaudeas, crescat in te amor Dei, vt ibi plene possideas gaudium Dei, meditetur inde mens tua, loquatur inde lingua tua, amet illud cor tuum, sermocinetur os tuum, esuriat illud anima tua, sitiat illud caro tua, desideret tota substantia tua, donec intres in gaudium Dei tui, donec venias ad amplexus dilecti tui, & donec introducat te in thalamū dilecti sponsi tui. Qui cum Deo Patre, & Spiritusancto viuit & regnat Deus per omnia sæcula sæculorū. Amen.

PRIMA PARS TRACTATVS SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS.

Qui Stimulus amoris intitulatur.

Præfatio.

TRANSFIGE dulcissime Domine Iesu medullas aīę meæ, suauissimo ac saluberrimo vulnere amoris tui. Vulnera viscera aīę meę vera, & firma & Apostolica charitate, vt vere ardeat, langueat, & liquefiat aīa mea solo tuo amore, et desiderio

Digitized by Google

tui concupiscat,& deficiat anima mea in atria tua, cupiat dissolui,& esse tecum. Da vt anima mea te solum semper esuriat panem vitæ cœlestis,qui de cœlo descendisti,panem Angelorum,refectionem animarum sanctarum,panem nostrum quotidianum & supersubstantialem,habentem omnem saporem & omnem dulcorem et omne delectamentum suauitatis,in quem desiderāt Angeli prospicere. Te semper esuriat,te comedat cor meū, & dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ. Te semper sitiat fontem vitæ æternæ, fontem sapientiæ, fontem scientiæ,fontem æterni luminis,torrentem voluptatis & vbertatis domus Dei. Te semper ambiat, te quærat,te inueniat,ad te tendat,ad te perueniat, te meditetur,de te loquatur, & omnia operetur ad laudem, & gloriam nominis tui,cum omni humilitate,& discretione,omni dilectione,& delectatione,omni facilitate & affectu,omni patientia et pace perfecta,omni longanimitate,& perseuerantia vsque in finem. Vt tu solus semper sis mihi spes mea,gaudium meum,iucunditas mea, fiducia mea,diuitiæ meæ,dilectio mea,quies mea,tranquillitas mea,dulcedo mea,suauius mea,cibus meus, refectio mea,tutela mea,sustentatio mea, expectatio mea, refugium meum,auxilium meum,refrigerium meum,patiētia mea,protectio mea,responsio mea,locutio mea, meditatio mea,operatio mea,thesaurus meus,in quo solo fixa & firma,& immobiliter radicata sit semper mens mea & cor meum. Amen.

Quomodo homo debet libenter Christi passionem meditari. Cap. I.

CVrrite gentes vndique, & miremini erga nos ineffabilem Dei charitatem,& erga ipsum cęcitatem & miseriam nostram, ac damnosam periculosamque malitiam manifestam. Si enim clementissimus Dei filius dono sui amoris voluit non pro suo,sed pro nostro bono inseparabiliter coniungi naturæ humanæ,quanto auidius, pro nostra propria vtilitate,debet anima nostra sibi inseparabiliter amoris vinculo copulari. Si enim tantus Deus,& Dominus,tanto charitatis feruore, voluit tam vilissimos cineres sibi vnire,quanto libentius debet vnusquisque cor suum ad eum digne recipiendum totaliter aperire. Quæ est tam grandis vesania animæ nostrę,quòd hoc negligit facere, & currit iam non Deo suo, sed potius Diabolo vilissimis stercoribus adhærere? Nec enim Dei filius carnem assumpsit, vt carni etiam ad modicum adhæreret, nam ipse assistens in carne,carnem dire afflixit, carnalia semper contempsit,& anima eius semper adhæsit patri suo. Sic certe carnem nostram debemus ieiunijs & abstinentijs,vigilijs & laboribus mortificare,affligere,& domare,operibus charitatis & misericordiæ totis viribus insistendo mentes nostras ad diuina continue erigendo. O mirabilis cœcitas hominis, qui cum consistat ex anima & carne,tanquam ex nobili & ignobili,incorruptibili & corruptibili,totum tempus suum solum expendit in prouisione miserabilis suæ carnis, solum quæ sunt carnis cupiens & requirens,animam autem simpliciter negligit, nec de ipsa curat,ac si ipsa nihil esset. Non enim curat, vel studet ipsam pascere,potare, vestire, recreare, consolari,nec etiam in summo bono, & delectabili quietare,& breuiter non vult sibi in aliquo subuenire. Et tamen sine comparatione leuius est, dulcius, amabilius, suauius,iucundius & vtilius animæ quam corpori ministrare. Vbique enim & semper se offert homini Deus, & nisi suijpsius mortis filij pretium non requirit. Corporalia autem semper fugiunt, & nunquam in eodem statu permanent,nec cum tota hominis anxietate sollicitudine & labore,potest vix vna hora possideri ab aliquo in hoc mundo,nisi forte dicamus verius, quod ille plene omnia terrena possidet, qui omnia huius mundi plene despicit & contemnit. Sed mirabile est valde, & summe detestabile hoc quod facit sibi anima a carne aliquantulum inclinata,non tamen coacta, nam voluntarie se subijcit ipsi carni,& carnis mandata,& beneplacita nititur adimplere, Deo autem suo renuit subiacere, nec aliquo modo vult etiam in proprio suo bono, id est in propria vtilitate ipsius animæ, Dei facere voluntatē. Non enim mouetur exteriori exhortatione, non excitatur interna inspiratione,non allicitur beneficiorum donatione,non corrigitur aduersitatum inflictione. Nulla penitus re, nullo modo, nullo ingenio mouetur ad seruiendum Deo suo,sed in seruitio corruptibilis & miserabilis carnis, & ipsius Diaboli immobilis perseuerat. O fatuitas cæca. O cæcitas maxima. O iniquitas manifesta. Certe si anima non esset peior & irrationabilior omni bestia,Deum suum cuius similitudinem habet super omnia diligeret,& de cæteris simpliciter non curaret,cum ab ipso Deo tot & tanta beneficia receperit gratis data. Sed si o anima diligis solum carnem,nullam carnem aliam saltem diligas,nisi Christi. Hęc enim pro te et totius humani generis salute,super ara crucis fuit totaliter oblata,eius igitur dulcissimam & salutiferam tibi, sed sibi pęnosam, & crudelissimam passionem in corde tuo assidue retineas cum affectu. Nam venerabilis passionis Christi continua & deuota meditatio mentem tuam ab huius mundanis seculi,& carnalibus concupiscentijs sequestrabit cor tuum ad spiritualia, & cęlestia subleuabit,quid cogitandum sit,quid loquendum,quid respondendum,quid tacendum,quid vel qualiter agendum sit,tibi veraciter indicabit,te Deum ad ardua & difficilia incitabit,vt vilificeris,& despiciaris, & affligaris, summum desiderium tibi præstabit, te in cogitatu tuo, opere vel sermone perfectissime regulabit,& breuiter in cunctis necessitatibus tuis,tibi sufficientissime ministrabit. Nam si fueris pauper indeficiēti thesauro te ditabit, si in tenebris,te luce clarissima illuminabit. Si inscius,vel ignarus,te sapiētia verissima magistrabit. Si rigidus vel crudelis,te ad compassionem,& misericordiam dulciter inuitabit. Si debilis,te insuperabili fortitudine roborabit. Si pauidus,te vigore mirabili assecurabit Si aridus ratione suæ gratiæ,te vberius irrigabit. Si durus & asper, te compunctionis lachrymis mollificabit. Si anxius & amarus,te deuotionis pinguedine impinguabit. Si piger & accidiosus,te pietatis operib occupabit. Si frigidus, te diuini amoris igne inflammabit. Si fatigatus suauitatis requiem tibi præstabit. Si turpis vel deformis,te incredibili pulchritudine decorabit. Si sordib. maculatus,sui calidi sanguinis lixiuio te lauabit. Si tristis,flebilis seu męstus,te ineffabili gaudio lętificabit. Si saucius,& vulneratus,vnguento preciosissimo te sanabit. Si lubricosus vel lasciuus,castitatis & puritatis cingulo te firmabit. Si alicuius alterius peccati morbo infectus, perfectissime te curabit,& contra illud vitium & quæcunque tela ignea ipsius Diaboli,inuincibilis virtutis clypeo te armabit. Si exul a patria vel peregrinus,te simul ducens,viam eundi ad cęlestem patriam tibi clarissime demonstrabit. Quid plura? Ipsa nanque deuota & assidua memoria, & meditatio passionis Iesu Christi a malis omnibus te seruabit, bona singula tibi dabit, In presenti Dei gratia te ditabit, in futuro sua gloria te dotabit. O passio desiderabilis. O mors summe admirabilis. Quid enim mirabilius, quam quòd mors viuificet? Vulnera sanent,sanguis lauet,albefaciat & decoret,quid magis stupendum, quam quòd nimis intensissimus dolor, & vehementissimum dulcorem inducat, & apertio lateris cor diuisum coniungat,

Passioni Christi ditatio q vtilis fi

coniungat, Quis vnquam audiuit vel vidit, quòd sol obscuratus plus solito illuminet, & quòd passio ignominiosa glorificet, & extollat. O magnum misterium, & admirabile sacramentum. O magnum & obstupendum ineffabilis pietatis opus. Nam Christus iacens in cruce, nos eleuat ad superna. Christus sitiens in cruce, nos inebriat dulci potu. Christus nudus existens in cruce, virtutum vestibus nos induit atque ornat, manus in ligno conclauatæ crucis, a peccatorum vinculis nos absoluunt, Christi pedes in cruce confixi, faciunt sine mora ad cœlum nos currere, Christus inclinato capite in cruce emittens spiritum, nobis spirat vitam æternam, O amabilis, o venerabilis passio IESV CHRISTI quæ sui deuotum meditatorem, sic dulciter ac salubriter inebriat, & simpliciter alienat, vt iam ipsum non solum reddat angelicum, sed diuinum. Nam talis contemplator commorans in Christi passionibus, & tormentis per meditationem, seipsum etiam non videt, nec aliquid aliud nisi Deum. Semper enim & vbique intuetur Christum passum dulcissimum, & sic intuendo, deuotionis, & compassionis lachrymis vberius irrigatur, & lachrymando suauissime delectatur. Vult enim cum Christo crucem baiulare, ipse portat in corde cœlum & terram pugillo tenentem, & sic pro eo leuissime sustinet omne onus. Vult etiam cum Christo spinis coronari, & ipse ab eo corona gloriæ coronatur. Vult cum Christo nudus in ligno crucis frigescere, & ab eo nimio amoris ardore accenditur. Vult cum Christo acetum gustare, vt ab eo dulci poculo inebrietur. Vult cum Christo in manibus & pedibus cum clauis cruci affigi, & ipse ab eo soluitur a vinculis culpæ & pœnæ, quibus erat ligatus. Vult cum Christo in latere vulnerari, & a planta vsque ad verticem crudelissime flagellari, & ab eo omnis sua plaga sanatur, & cælesti medicamine solidatur. Quid plura? Vult cum Christo a cunctis maledicis exprobari, & ab omnibus derelinqui, & ipse a Christo & a suo patre benedicitur, ab Angelo honoratur, & a Virgine Maria in filium adoptatur. Cum Christo vult tristari, affligi, pati, in cruce pendere, & eum amplecti, & Christus ipsum summe delectat, plurimum iucundat, nimium consolatur, & ab ipso sustentatur, & dulcissime amplexatur. Secum enim vult faciem mortis pauore perfusam inclinare, & Christus suum caput eleuans, eũ iucundissime, & suauissime osculatur. O mors amabilis, o mors delectabilis, o mors venerabilis, & summe delectabilis. O cur non fui loco illius fœlicissimæ crucis illius sacratissimi ligni, vt sic fuissem Christo manibus, & pedibus inseparabiliter conculcatus? Certe omnino dixissem ipsi Ioseph ab Arimathia. Non auferas ipsum a me, sed me similiter sepelias secum in sepulchro. Non enim volo ab eo, etiam ad monumentum modo aliquo separari. Sed quia nunc hoc non possum facere corpore, saltem volo facere corde. Bonum mihi est enim semper secum esse. Et ideo in ipso volo facere tria tabernacula, vnum in manibus, aliud in pedibus, & tertium maius in latere suo, in quo volo quiescere, & dormire, bibere & comedere, legere & orare, & breuiter omnia singula mea negotia pertractare. Ibi requies mea in seculum sæculi, Ibi habitabo, quoniam sic elegi. Ibi dulciter loquar ad cor eius, & ipsum cum lachrymis & pijs præcibus exorabo. Nec dubito, quòd plene, & de facili quicquid voluero obtinebo. Sic enim faciens dulcissimæ matris suæ & meæ Virginis Mariæ, sequar vestigia, passionis filij gladius pertransiuit. Tunc secure ad ipsam ibo, & cum spe & fiducia alloquar vulneratus, & sic eam ad quæ voluero, ad plenum dulciter inclinabo. Et non solum sibi apparebo cum filio suo crucifixus, sed etiam per sæpe adiens, ibi cum eo iacebo paruulus super fœno, ad matrem pueriliter vagiendo, vt sic ibidem cum filio suo crucifixus, suis castis vberibus merear ablactari. Miscebo autem lac matris cum sanguine filij, & inde faciam mihi vnam salutiferam, & dulcissimam potationem. O sacratissima, amātissima, & dulcissima vulnera Iesu Christi. Nam cum quadam vice ea oculis meis subintrarem apertis, protinus vino & recenti sanguine oculi mei fuerunt repleti. Sicque vt nihil videns, cępi ire manu palpans donec perueni ad intima suæ ineffabilis charitatis. Quibus vndique circumplexus, reuerti nequiui. Ideoque ibi habito, ibi quiesco, & quibus vescitur cibis pascor, ibique delectabiliter inebrior suo potu. Ibi totus ardeo amoris feruore. Ibi totus perfundor iucunditatis dulcore. Ibi simpliciter fruor abundantia omnis boni, in tãtum, vt iam ubi nesciam, nec aliquo modo valeam, vel superficialiter explicare. O mirabilis diuinatio Iesu Christi. Nam qui prius pro peccatoribus iacuerat in virginali vtero, nunc dignatur me peccatorem maximum intra viscera comportare, Sed tamen timeo valde fratres, ne forte veniat cito partus eius, & ab illis summis delicijs tũc excidam, quibus nunc fęliciter fruor tota mente. Certe & si me pepereris, debebit vtique sicut mater lactare vberibus, me lauare manibus, portare brachijs, mulcere osculis, fouere gremio & voce dulcisona quietare. Aut certe scio, quid faciam, quando pariet me dominus meus Iesus Christus. Scio enim quod eius vulnera sunt aperta, & ideo occulte per ea adhuc in eius vterũ introibo. Quod si adhuc me pariet, ego ipsum iterum subintroibo. Et hæc totiens replicabo, quousque sibi inseparabiliter ero conglobatus. O cæcitas magna filiorum Adæ, qui per hæc paterna vulnera nesciunt introire, sed per suas vires in vanum laborant, & aperta sunt ostia ad quietem. An ignoratis stulti quid sit gloria beatorum? Cur ergo pigri corde, tardatis per Christi corporis foramina in tãtum gaudium introire? Quomodo sic insanitis miseri, quia beatitudo Angelorum patet, etiam circunstans paries est confractus, fenestræ apertæ, scala apposita & omnia necessaria sunt parata, & tamen ascendere negligitis & intrare? An forte expectatis, quòd prius resoluatur corpus vestrum, credentes, quòd in præsenti anima vestra in Christo valeat quietari? Sed crede mihi o homo, quòd si dulcissimum Iesum Christum, per hæc sua angusta foramina intrare studueris, perfectam quietem, & mirabilem dulcedinem sentiet, & gustabit non solum anima tua, sed etiam corpus tuum. Et quod carnale est, & ad carnalia tendit de sua natura, ex illorum & dulcissimorum vulnerum ingressu, fiet adeo spirituale, vt iam cæteras præter illas, quas ibi sentit delicias, reputet esse nihil. Imo si forte aliquando anima propter aliquam causam licitam, dictabit etiam esse ad tempus ab illis vulneribus recedendum, continuo fore ibi morandum, corpus asseret. Si ergo ita accidit de corpore nostro carnali & graui, quantum ipsam quæso credis animam perfundi dulcedine, quæ per gloriosa foramina intimus coniungitur cordi Christi? Exprimere tibi nequeo sed experire hæc & scito. Ecce enim aperta est apotheca paradisi omnibus aromatibus medicinalibus tota plena. Vulnerum igitur fenestras subintra, & ibi inuenies & accipies medicinam curatiuam, restauratiuam, conseruatiuam, & præseruatiuam. Ibi quascunque volueris species accipies. Ibi quæcunque delicata electuaria tua anima petierit, sume tibi. Si enim volueris suauitate melliflua delini, per illa intrare vulnera non postponas. Ecce aperta est ianua paradisi, & per Longini lanceam gladius versatilis est ammotus. Ecce lignum vitæ tam in ramis, quam in stipite perforatum. In quibus foraminibus nisi tuos pedes affectus, scilicet & manus posueris, non poteris capere fructus eius. Ecce apertus est thesaurus diuinæ sapientiæ & suauitatis æternæ. Intra ergo vulnerum aperturas, & gratis cum summa delectatione delicias

suauissimas obtinebis. O quam beata lancea illa, & quam beati claui illi, qui huiusmodi apertiooem facere meruerunt. O si fuissem loco illius lanceæ, quanta dulcedine fuissem perfusus. Nunquid de Christi latere exiuissem? certe nec exiuissem, nec exire modo aliquo potuissem, neque voluissem, sed dixissem, hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo, quoniam elegi eá. O stulti & tardi corde. Qui ad possidendum in breui aliquid vanum transitorium, & caducum magno sudore, periculo & labore, per inepta, & obscura foramina conamini introire, vnde multotiens egredi non valetis? tñ ad possidendum plene & semper dulcissimum & amabilē Iesum Christum, summū bonum, infinitū, eternū, delectabilem, & iucundum splendorem, & candorem lucis æternæ, a quo & in quo omnia bona possidentur, sine quo breuiter nihil habetur, nec haberi potest, per apertas, & patentes iam portas negligitis, immo contemnitis subintrare? O anima ad imaginem & similitudinē Dei facta, quomodo te potes amplius continere? Ecce sponsus tuus dulcissimus, pro te crudeliter vulneratus, & iam factus gloriosus, splendidus, & speciosus prę filijs hominum, te cupit videre, te in sponsam habere, te dulcissime amplecti, tibi secretissime loqui, oscula tibi mellislua dare, omniaque tibi bona donare, & tamen sic ad ipsum negligis festinare? Nam pro nimio tui amoris feruore, voluit lancea tuum latus aperiri, vt tibi demonstraret, quòd tibi tribuit cor suum. Sibi etiam plene voluit ꝓ te manùs & pedes clauis grossissimis perforari, vt cū ad ipsum perueneris, sic tuæ manus intrent in suas, & tui pedes in suos, vt sibi inseparabiliter coniungaris. Obsecro te o homo, vt iuxta consilium Apostoli omnia probes, hoc saltem experiri coneris. Et siquidem bonum tibi videbitur, hoc firmiter tene, & inde nullo tempore discedas. Non enim dubito, quòd si hoc fueris diligenter expertus, omnia præter hoc amaritudinem reputabis. Velles vtique libenter postquam ad cor dulcissimi Iesu Christi intraueris, illa vulnerum suorum hostia tibi penitus obserari, vt sic inde exire, vel trahi amplius non valeres. Admiraberis tunc valde tuam & aliorum super hoc diu habitam cęcitatem, Gaudebis tamen, & exultabis de tanta tanque admirabili dulcedine, quam tu senties vbicunque. Et in tantum etiam inflammabitur cor tuum, vt quasi nitens vellet de materiali corpore egredi, & solum in Christi vulneribus habitare, inebriabitur enim incredibili dulcedine & feruore, vt vix poterit ad aliud inclinari. O admiranda & veneranda vulnera Iesu Christi, corda saxea & ferrea mollificantia, mentesque congellatas inflammaotia, & pectora adamātina liquefacientia præ amore. O certe vita dulcedo, & spes nostra. Si autem per meditationem istius gloriosissimæ passionis perueneris ad dulcedioem de qua dixi, vel etiam ad maiorem, attende diligenter, vt non velis illam passionem meditari, propter aliquam dulcedinem temporalem, sed vt tui creatoris summum beneficium recognoscens, in eius feruentius accendaris amorem, & hæc debet esse tua deuota & continua oratio.

Oratio.

Domine sancte Pater omnipotēs æternę Deus propter tuam ineffabilem charitatem & tui filij dulcissimi qui pro me sustinuit mortem, eius Gloriolissimæ Matris excellentissimam sanctitatem, ac beati Francisci, & omnium sanctorum merita pretiosa, concede propitius mihi misero peccatori, omni tuo beneficio penitus indigno, vt te solum diligam, tuòque amore semper ferueam, tuum honorem semper faciam, beneficium passionis Iesu Christi filij tui continue in corde semper habeam, meam miseriam semper recognoscam, & ab omnibus conculcari, & contemni summo desiderio cupiam. Sicq; nihil me reficiat nisi tu, nihil me contristet nisi culpa mea, per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Quomodo homo debet compati Christo crucifixo. Cap. 2.

AD compatiendum Domino Iesu Christo pro te crucifixo. Primo studeas toto posse te totaliter sibi vnire per feruentem amoris affectum. Nam quanto ardentius eum amabis, tanto magis suæ passionis compatieris dolori. Et quanto plus fueris sibi compassus, tanto plus in eum tuus accendetur affectus. Vnde tandiu sic se mutuo augebunt dilectio & compassio, donec ad perfectum peruenerit, nisi forte remanserit ꝓpter aliquam negligentiam tuam vel miseriam. Omnem autem præsumptionem, diffidentiam, & negligentiam a corde tuo, summo studio propellas. Debet enim homo tam nobile opus aggredi humiliter, confidenter, & instanter cum quanta potest cordis sui mundicia. Et quamuis forte sibi merito videatur indignus, & nequā, nihilominus ab hoc penitus non desistat, sed cogitet, qđ propter peccatores præcipue Christus est crucifixus. Quod si sic sibi vniaris amoris feruore, vt tibi videatur cor tuum iam sibi non tibi coniunctum, quomodo tūc eius vulnera suauius non gustabis? Aut quas in suo corpore pasiones habebit, quæ non vberius persundant cor tuum? Studeas igitur quantum potes, vt cor tuum totaliter intret in ipsum, & te extra ipsum nihil esse reputa, ac de te siue extra te nihil esse putes, vel cures. Tota quippe cura & solicitudo tua vertatur circa dominum tuum passum. Nam eius es quicquid es. Nec debes quicquā alteri exhibere. Si ergo tu totaliter transferaris in ipsum, non possum credere quin eius vulneribus vulnereris, quin eius p̄cioso sanguine perfundaris, quin eius illusiones, & contumelias, flagella, & opprobria sentias in re ipso. Quantam autem tunc iucunditatem, & dulcedinem assequeris, Dominus Iesus per suam misericordiam te faciat vberius experiri. Male enim scirem hoc tibi calamo declarare. Quod si tibi ista nimia alta vidētur, nec potes ad hoc bene pertingere sicut velles. Tunc secundo te exercitare potes modo alio grosiori, debes enim cogitare quantam passionem sustineres, si excoriareris vt beatus Bartholomæus, aut assareris, vt beatus Laurentius, aut versis pedibus crucifigereris, vt beatus Petrus, aut capite truncareris, vt beatus Paulus, aut certe truncatis manib. & pedibus, vel cęteris membris cæsis, carnibus dentib. ferreis laceratis, & sale & aceto perfusis ossibus denudatis, & huiusmodi innumerabilibus cruciatibus & tormentis, patereris, sicut cæteri martyres passi fuerunt. Et cum ista omnia super te & in te cogitando diligentius conceperis, quidam horror de tot & tantorum crudelium tormentorum consideratione tibi venerit, tunc cogita, quod tuus Dominus Iesus Christus pro te vilissimo peccatore, multo intensiores, & acerbiores dolores passus fuit in cruce, quam tu patereris in omnib. tormentis prædictis. Tunc autem omnes & singulas angustias et afflictiones, et omnes et singulas pęnas et passiones, oīa & singula opprobria, vituperia & vulnera, quæ pro tuis peccatis patienter sustinuit Iesus Christus, in corde tuo diligenter, & sigillatim connumera. Connumerandoq; & per singula discurrendo vnumquodque tota attentione & consideratione præpondera. Et sic faciendo, omnia inseparabiliter, & singula applica cordi tuo. Considerando insuper qualis, & quantus amoris feruor fuit ille, qui sic Iesum benignum, ad patiendum pro te peccatore induxit. Et sic

medi-

Digitized by Google

meditando afficiatur totaliter cor tuum illis doloribus. ac si omnes in tuo corpore sustineres, amarissimis quoque lachrymis vberius perfundaris. Et tactus salubri dolore intrinsecus, gemitibus ac suspirijs diu noctuque affligaris assidue. Nec est dubium, quòd hæc omnia amara tibi, cito in mirabilem dulcedinem conuertentur. Quod si forte adhuc istud secundum tibi non valet, tunc tertio hoc materialius experire. Facias tibi vnũ flagellum multum afflictiuum, & non multum læsiuum, & in abscondito egregie te flagella, nec parces toto corpori, donec fuerit bene perfusum dolore. Et tunc cum illos sentis dolores, ad Christum passum tuum dirige cogitatum. Et meditare diligenter, quòd sponsus tuus dilectus amor tuus, desiderium tuum, & vita animę tuę, Angelorum solatium, beatorum præmium, Dominus Iesus Christus pro te vilissimo stercore, multo intensiores dolores & cruciatus sine comparatione, voluit in suo corpore vsque ad mortem patienter sustinere. Et non dubites, quòd iste modus tertius ad remedium tibi valebit. Nam per passiones proprias nos addiscimus compati patienti. Insuper ad prædicta addantur deuotæ, & piæ orationes, vt quasi continue depreceris Dominum Iesum Christum, vt suis vulneribus vulneret mentem tuam. Et tu ad ipsa vulnera & passiones semper dirigas cordis aspectum, vt sic propter tuam nimiam, & laudabilem importunitatem, a sua amabili largitate impetres quod intendis. Si autem (quod absit) nullum omnium istorum prædictorum remediorum tibi valet, tunc te ipsum quasi tertium abhorrens, contra duriciam cordis tui amarissime plores, & dicas heu heu, vsque quo cordis mei duricia nequissima præualebis aduersus Dominum tuum in Cruce passum, cuius vulnera vicerunt diaboli potestatem, veneficia primorum parentum superauerunt, portas inferi confregerunt, aperuerunt ianuas paradisi. Et in tantum abundat malitia cordis mei, vt non euincatur a tam excellentissimâ bonitate? In tantum crudescit duricia cordis mei, vt non frangatur, nec penitus emolliatur a tanto sanguine innocentis agni occisi? Ita congelatur frigiditas cordis mei, vt non liquefiat a tanto ardore feruentissimæ charitatis? Et quid nequius, quid durius, quid frigidius malitia cordis mei? Hei mihi quid faciam, quia in tantum sum infirmus, quòd salubre, & omnino mihi ad vitam necessariam, passionis videlicet Domini mei, nequeo recipere medicinam. Non cessent oculi mei a gemitu, & ploratu, sed sint mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, donec abundantia nimia lachrymarum, saltem emolliat duriciam cordis mei, saltem eius congelatam malitiam liquefaciat, & emundet. Væh Væh mihi infęlicissimo hominum. Quo ibo, quid faciam? Ex quo animæ meæ vitam nescio penitus inuenire. Est enim erga me summa diffusio domini mei, clementiæ Dei, & non valeo etiam quid modicum degustare. Sedebo certe in sterquilinio, & mentis meæ saniem testa radam. Affligam de cætero valde dire, & non parcam aliquatenus vitæ meæ, laborabo in gemitibus, & fletibus, & in suspirijs præ dolore, & recogitabo in amaritudine animæ meæ singulos annos meos. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Flagellabo vespere corpus meum, & in matutinis erit castigatio mea. Anticipabunt vigilias oculi mei & meditabor in nocte cum corde meo. Tristabitur anima mea vsque ad mortem. Caro mea & cor meũ deficient in dolòre. Renuam consolari animam meam, donec in afflictione inuenero dominum afflictorum. Sopabo spiritum meum a malitia sua, & exercitabor pro posse in Dei amore ignire cor meum, humiliabo in terra vitam meam, & collocabo me in obscuris foraminibus Iesu Christi. Anxiabitur spiritus meus super me, donec sic intrem in sanctuarium Dei. Vt intelligam prima, & nouissima mortis suæ. Tunc si forte potero, me eius sanguine inebriabo, & sua lancea scindam duriciam cordis mei. Et sic in isto modo cor meum exultabit in domino, & delectabitur in salutari suo. Tũc benedicam dominum in omni tempore, & erit semper laus in ore meo. Quod si cor meum nullam percipiat tam sanatiuis passionis dulcorem in vulneribus Iesu Christi, tunc certe deficiet in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus finientur. Et conturbabitur in ira oculus meus, anima mea & venter meus. Et cor meum iam non carneum, sed durius lapide & frigidius glacie, tanquam stercus vilissimum abhorrebo. Et dicam, o cor pessimum iam non humanum, sed diabolicum, vsquequo resistes immensæ largitati diuini amoris? Quare non magis delectaris in vulneribus Iesu Christi dulcioribus super mel & fauum, quam in delectationibus mundi, & carnis, omni amaritudine plenis? Cur non magis assistis Deo pro te patienti, & te ad cęlum trahenti, quam diabolo te ferienti, & abyssum te mergenti, Cur magis compateris pedi, vel vngulæ manus tuæ quã Christo capiti tuo? Vbi quæso stultitia maior, vbi prorsus malitia peior? O homo nonne videtur, quod illum vel illam rem plus diligas, cui plus compateris in dolore? si sic, ergo plus diligis pedem tuum, quam caput tuũ Iesum Christum, nam plus compateris pedi in modicã afflictione quam Christo in tam grauissima passione, & morte, & plus tendit cor tuum ad ligandum pedem tuũ, quam ad amandum Christum, plus ad condolẽdum pedi, quam compatiendum Christo. O cæcitas maxima, o malitia inaudita, o crudelissimi homines, venenosis, & mortiferis serpentibus deteriores. Nam serpentes in tantum compatiuntur capiti suo percusso, vt pro capite totum corpus exponatur flagello, sed certe videtur, quòd tãquam membra arida, & putrida, iam simus excisi a capite nostro Christo, quia ipso sic crudeliter vulnerato, eius vulnera penitus non sentimus. Heu heu Domine mi, quare me fecisti, si non debeo tibi capiti meo esse coniunctus, aut si sum tecum coniunctus, cur nõ tecum vulneratus? Pro me enim tu Domine vulneratus es, nõ pro te. **Et tu vulnera portas, non ego. Hoc vere non est æ**quum vel iustum. Ego quippe non tu deberem digne vulneribus esse subiectus. Quia certe ego sum qui peccaui, ego qui egi inique. Tu vero qui es agnus immaculatus, cur pateris? Tu qui es ouis innocens cur ad immolandum es ductus, vertantur obsecro hæc vulnera tua in me, & in domum patris mei. Redde nobis Domine redde vulnera nostra, ne tu qui innocens penitus es, & Sanctus videatis reus, & nocens, portando sic in te vulnera aliena. Quòd si non vis nobis reddere vulnera nostra, saltem tecum conuulnera corda nostra. Volo enim ego penitus mori nisi vulneres mentem meam. Abhorreo enim mi Domine videre cor meum, nisi vulneribus plenum, cum videam te saluatorem meum, sic crudelissime & vilissime pro me crucifixum. Aut ergo benignissime Iesu des mihi vulnera tua, aut vulnera me tecum, aut certe des mihi licentiam materiali gladio transuerberati cor meum. **Nolo enim Domine nec possum viuere sine vulnere, cum te vndique videam vulneratum.**

Quomodo homo debet se reputare indignum tanto beneficio, vt est in medio Christi passionis. Cap. 3.

SI forte hæc omnia prædicta non tibi valuerint, tūc excogita, & cognosce, quòd tam nobilissimo, & excellentissimo beneficio propter tua multa scelera es indignus. Et iam de cætero te non reputes hominem, sed bestiam vilissimam & ingratam, & sit amodo cū bestijs, & iumentis habitatio tua, quia sic indignus es consortio aliorum, forte si multū te humiliaueris sic faciendo, ille qui respexit humilitatem ancillæ suæ, respiciet humilitatem, & dolorem animæ tuæ, & dabit tibi cor nouum, & mutabit te in virum alterum, vt sic cognoscere possis Dominum tuum passum, sed o Domine Deus quando hoc erit? Nam tantum differre, mors mihi intolerabilis est, sed si plus expectaueris, forte desiderio liquefiam, & sic postmodum in liquido vulnera promouentia imprimi non valebunt. Nam anima mea Domine incipit iam languescere, etiam quasi ad nihilum redigor, desiderans toto corde in tuis vulneribus consolari. O Domine mi, vbi quæso est sapientia tua, an forte ignoras, quod melius est te habere creaturam vulneratam, quam ad nihilum redactam? Non ergo dulcissime Deus me tantum differas vulnerare, ne forte multa dilatione amittas, quem tuo pretiosissimo sanguine redemisti. Curre Domine curre velociter, & cor meum vulnera festinanter, ne forte de me nihil inuenias si expectas, sed heu mihi misertimo, quā vilissimus factus sum, quia tu, qui etiam inimicos diligis, videris me penitus odire. Nunquid plus quam inimicus sum ego? Nam vt inimicos liberares, voluisti te totaliter vulnerari. Et ecce miser quia iam quasi deficio, et simpliciter de me non videris curare, non enim peto benignissime Iesu, vt pro me amplius vulnereris, sed quod mihi iam mortuo solum applices tua vulnera, vt reuiuiscam.

Oratio.

O Domine Iesu Christe cor meum tuis vulneribus saucia, et tuo sanguine inebria mentem meā, vt quocunque me vertam, te semper habeam crucifixum, et quicquid aspexero, mihi appareat tuo sanguine rubricatum, vt sicut totus in te tendens, nihil præter te valeam inuenire, nihil nisi vulnera tua valeam intueri, hæc mihi sit consolatio magna, tecum mi Domine vulnerari, vel mihi sit intima afflictio, a te ad modicum separari, vel sub te aliquid mediari, non quiescat cor meum bone Iesu, donec te inueniat centrum suum, ibique terminet appetitum suum. Amen.

De planctu virginis iuxta crucem. Capitulum. 4.

STabat iuxta Crucem Iesu mater eius. O Domina mea, vbi stas? Nunquid iuxta crucem? immo in cruce cum filio cruciaris. Ibi enim crucifixa es secum, hoc solum restat, quod ipse in corpore, tu uero in corde es passa, necnon singula uulnera per corpus eius dispersa, in tuo corde generaliter sunt unita, quia nempe tuam ipsius animam gladius pertransiuit. Tu Domina in tuo corde es lanceata, tu amaris iclauis inclauata, tu de spinis coronata, tu illusa & exprobrata, tu contumelijs & a maledictis affecta, tu etiam felle & aceto potata. O Dulcissima Domina, cur iuisti immolari pro nobis? Nunquid non sufficiebat nobis Christi passio, nisi crucifigeretur & Mater? O suauissimum cor amoris, cur conuersum es in cor doloris? Aspicio charissima Domina cor tuum, & iam nō est cor, sed fel amarum, myrrhā, & absinthium video. Quero matrem Dei, & inuenio spinas, clauos, lanceam, spongiam, atque acetum. In cruce quoque quero Mariam, & inuenio sputa, ludibria, flagella, & vulnera, quia tota conuersa es in ista. O vere Maria, quia amaritudine plena. Quid fecisti? Cur vas sanctitatis fecisti vas pœnalitatis? Vas tripudij & amoris, fecisti vas contumeliæ & horroris? O castissima Domina, cur non eras solitaria in camera tua? Quare ad caluariæ locum venisti? Non erat tua consuetudo venerabilis Domina ad talia spectacula properare. Cur quæso, non te tenuit verecundia virginalis? Cur non te tenuit pauor muliebris? Cur non te tenuit horror facinoris? Cur non te tenuit turpitudo loci? Cur non te tenuit multitudo vulgi? Cur non te tenuit detestatio mali? Cur non te tenuit clamoris vehementia? Cur non te tenuit armorum frequentia? Cur non te tenuit stultorum vesania? Cur non te tenuit demoniacorum caterua? Sed hęc omnia non cōsiderasti Domina mea, quia cor tuum alienatum erat a te præ immenso dolore. Non eras quippe in te, sed in afflictione filij, & in vulneribus, vnigeniti tui in morte dulcissimi Iesu Christi. Non enim considerabas vulgus, sed vulnus, non pressuram, sed fixuram, non clamorem, sed liuorem, non horrorem, sed dolorem. Sed quæso te amantissima Domina. Iam reuertere ad locum pristinū, ne forte cum percussione pastoris te etiam irrecuperabiliter amittamus. Heu heu nobis orphanis. Cur vno tempore vtroque priuamur regimine? Vę nobis miseris, qui in hac lachrymarum valle vna hora vtroque orbamur parente. Reuertere tu saltem o Domina mea, nec nos in tanta miseria & dolore sic desolatos dimittas. Nam sine te penitus viuere non valemus. Nec enim pro te o amabilis Domina, hæc sententia promulgata est, nec etiam est consuetudo, mulieres tali morte damnari, sed (vt puto) o Domina hæc verba non potes audire, quia incredibili amaritudine es repleta. Totum enim cor tuum o chara Domina, versum est circa filij tui amarissimam passionem. O mira res, o stupendum prodigium. Tota quippe es in vulneribus Iesu Christi, & totus Iesus Christus crucifixus est in intimis visceribus cordis tui. Quid hoc mirabilius? Quomodo quippe est hoc, vt continens sit in contento? O homo vulnera cor tuum, si vis intelligere quæstionem. Aperi cor tuum clauis & lancea, & clare veritas subintrabit. Non enim intrat sol iustitiæ in cor clausum. Sed quæso te o misericordissima Domina, vulnera corda nostra, vt sic forte valeamus intelligere quæstionem. Vulnera dulciter corda nostra, & in mentibus nostris tui filij renoua passionem. O intima Domina, cor tuum vndique vulneratum coniunge cordi nostro, vt sic tecum tui intimi serui vulneribus pariter vulnerentur. Cur cor tuum Domina saltem nōn habeo, vt sic quocunq; pergam, semper tuo dulci filio videam te confixam? O pijssima Domina, si forte non vis mihi dare tuum dilectum filium crucifixum, nec etiam cor tuum vulneratum, saltem quæso mihi misericorditer tribue tui filij contumelias, vulnera, illusiones, opprobria & flagella, quia scio te sine dubio simpliciter habere ista, quę enim mater si posset non libenter a se, & a suo filio auferret toto posse passiones, infirmitates, & flagella, & in suo poneret seruo? Aut si forte, o Domina, sic inebriata existis vulnerib. nec vis à tuo corde vel a corpore filij tui separare, nec alicui ea dare? saltem quæso Domina illis ignominijs, & vulneribus indignissimum me coniunge, vt sic tibi & filio tuo solatium sit, sociū habere pęnarū.

O quam

Digitized by Google

O quam beatus essem, si possem vobis saltem vulnerib. sociari. Nã quid maius, quid dulcius, quid nobilius, qd vtilius homini? O Domina, quam libenter haberem cor vnitum cordi tuo perforato. Non ne cor tuum Domina plenum est dulcedine gratiarum? Et si apertum est quomodo illa superabundans gratia, non duceret cor meum taliter sibi vnitum in sua vulnera? & si filius tuus est gloria beatorum quomodo sic perforatus est? illius dulcedo gloriæ non emanabit in cor meum, nisi immediatius sit vnitum. Non enim intelligo hoc aliter posse esse, sed timeo valde, quia aliquando sumus multum a longe, & credimus esse prope. O carissima Domina, quare mihi quod peto non tribuis? Sic tu Domina offensa pro iustitia, cor meum vulnera. Vulnera obsecro cor meum o Domina mea, nec me permittas sine vulneribus stare. Vbi quæso Domina vbi pietas tua, Vbi est tua magna misericordia? O benigna Regina. O Mater misericordiæ, vbi pietas tua omni pietate plena, vbi est ineffabilis, & immensa clementia tua? Quomodo ergo pia Domina non exerces in me tuæ miserationis effectum? vere Domina mea tu es misericordiæ Regina, nec est in hac vita sic miser, cui non impetres misericordiam salutarem, si ad tuum declinauerit regimen. Certe Domina cum te aspicio nihil nisi misericordiam cerno, nam pro miseris facta es tristis, & in agonia. Pro miseris facta es mater Dei. Misericordiam insuper genuisti, & demum tibi meserendi officium est commissum, vndique misericordia tu vallaris, solum misereri appetere tu videris, nam multum es sollicita de miseris. Nos in filios tuos adoptasti, nos voluisti regere Domina, & ideo Regina misericordiæ debite tu vocaris. Si ergo misericordiæ plena, quis quod petierit non obtinebit? certe nescio nisi qui in se miserum non cognoscit, quia non subest tuo regimini nisi miser. Aut forte ille, qui etiam si se cognoscit miserum, de tua tamen misericordia non confidit. Illi ergo soli paueant, qui se existimant esse iustos, vel qui misericordiam tuam non requirunt. Nos ergo miseri tecum de cætero in vulneribus habitemus. Tecum ploremus, tecum clamemus, tecum pleni lachrymis, & singultibus vociferemus. Quo planctu plorabimus o plena dolotibus. Insinua nobis o plena lachrymis, præbe nobis regulam, o vulneribus plena. O Dulcissima Domina audio clamorem tuum, sed non intelligo vocem. Vox enim tua dulcis, sed plena est singultibus amarissimis. Quid nam dicis? Fili mi quid fecisti fili mi? O dulcis fili, o suauis amor, o cara spes, quæ nam est causa tanti cruciatus, o decor meus, o vita mea, o refugium meum, o baculum senectutis meæ, quare me dereliquisti, quare me sic desolatam dimittis o dulcis fili, o scintilla animæ meæ quo ibo sine te, quo declinam absque baculo? Vbi manebo? O infœlix fœmina sine filio meo, vbi inueniam mihi dilectum meum? Cur ista ante tempus non iudicasti mihi. Cur ista voluisti sustinere absque sinu matris tuæ? quare me non postulasti, vt tecum venirem crucifigi? Nolo enim absque te viuere, non ne tu vita mea, lux mea, consolatio mea, refugium meum, portio mea, dilectum meum, honestas, humilitas, benignitas, gaudium meum, & omnes delitiæ meæ? Viuere enim sine te mors mihi est. Tunc enim velle ligari, tecum alapis cædi, tecum flagellari, spinis coronari, & breuiter omni tuo vulnere vulnerari. Non possum sine vulnere stare. Te enim intuens o dulcissime fili, vulnerantur tota viscera mea præ nimio dolore, te video sic crudeliter vulneratum, te ab amicis derelictum, te facie liuidum, te in medio latronum. Heu fili mi, heu me dolentem, quid faciam? Quare me permittis stare iuxta Crucem, & te in Cruce? O chare fili. Quare non acquiescis petitioni infœlicissimæ matris? Quare vis sine matre stare? Nonne cor meum tecum est? Summe ergo & corpus meum, vt ambo in cruce moriamur. O fili amabilis. Quid est quòd mihi dicis matri tuæ? An forte oblitus es mei, vel de me non curas? saltem indica mihi causam tanti facinoris. Quæ nam fuit causa fili penarum, fili opprobriorum, fili sordium, fili clauorum, filij vulnerum, fili felle & aceto mixtis potate, fili lachrymarum? loquere, fili mi loquere. Aperi os tuũ dulcis amor, sonet vox tua in auribus meis. Indica mihi quid faciam, quomodo tecum moriar, quomodo in Cruce ascendam vt possim te amplecti, te osculari, te lachrymis meis abluere? O amara crux, quare sic me crucias? O crudelissimi claui ex quibus filius meus tollitur a me. Saltem nunc reddite mihi filium meum iam mortuum vt & ego moriar cum illo. Heu heu me dolens fœmina, infęlix fęmina, relicta fœmina, orbata fœmina, vulnerata fęmina, quò ab oĩbus sum derelicta & oblita. Nõ est qui consoletur me. Non est qui societur me in tanta amaritudine positã, sola maneo, sola sũ sedẽs in tristitia, sola plorãs filiũ meũ, sola lugens dilectum meũ. Fili mi dereliquerunt me amici mei spreuerunt me. Noti mei fugerunt a me. Oẽs. n. quæ sua sunt q̃runt, de filio meo nullus vt curare. O fili charissime, o fili benigne. An forte & tu dereliquisti me? Vel forsitan sine causa mortuus es? Quia nec mihi respondes, nec isti de te videntur curare. Quare factus es mihi crudelis, cui semper fuisti benignus? Quid est fili mi quod nihil respondes matri tuæ. An forte non me audis, quia longe sum forsitan a Cruce, vel quia nimis plane vocifero? Veniam prope, altius clamabo ad dilectum meum. Assumam planctum nouum, lamentum nouum, dolorem nouum, recentes lachrymas, & vulnera noua. Et sic semiuiua manens, ad te accedam, vt sciam causam, pro qua dilectus meus cruciatur. O Domina mea, sufficit sufficit. Noli vltra accedere. Noli altius clamare. Noli amplius lachrymari. Noli amplius tristari, ne forte amittamus matrem cum filio. Iam enim sufficit vobis. Iam nimis amaricata es. Iam lamentum tuum audio. Dolorem tuum sentio. Lachymæ tuæ mollierunt cor meum. Vulnera tua me incipiunt vulnerare. O Domina vulnerum, audi clamorem filiorum Adæ. Obsecro Domina mea ne vltra accedas, sed perfice in nobis quod incepisti. Tu enim vulnerata es, vulnera & cor meum vulneribus tuis amarissimis, vt tecum habitemus. Nam vita nostra tu es. O vita mirabilis, quæ mortuos viuificare conaris. Per te Domina viuificamur, per te illuminamur, per te a morte liberamur. O vita non senescens. Vita mortem non timens. Imo mortem expellens, mortales immortales constituens. O certe vita amabilis. Vita desiderabilis. Vita delectabilis. O vita carnales vitas ad nihilum redigens, & aborrens. O certe vita contra mundi vitam. Qui vult te habere, se affligat, delicias respuat, delicata quæque contemnat, quia qui amplius mortificatus fuerit, te amplius possidebit. O vita vulnerata, vulnera & mentem nostram, vt simul tecum in vulneribus habitemus. Non enim absque vita viuere possumus. Si vita nostra es, cur non semper in nobis es? Cur non vulnera tua nobiscum sunt? Audi vulnerata Domina. Audi benigna Domina, chara Domina, audi seruum plorantem? Quo vis ire o Dulcissima Domina? Noli vltra ad crucem accedere. Magna enim amisimus perdendo patrem, quare vis amittamus matrem? Nimis tristata es, nimis vulnerata es, nimis cruciata es. Noli Domina mea, noli quærere causam tanti cruciatus. Sine me inquirere vulnera, sine me clamare, sine me plorare. Tu enim derelicta es a filio tuo, ego a creatore meo. Tu a genito tuo, ego a Domino meo. Tu enim habes filium crucifixum, ego patrem. Tu prolem cruciatam, ego patrem & matrem vulneratos, tu quem genuisti, ego pro

quę voluit a discipulo tradi. Tu quem lactasti, ego pro quo voluit cruci tradi. Tu quem amplectebaris, ego pro quo voluit coronari spinis. Tu quem manibus nutriuisti, ego pro quo voluit crucifigi. Tu quem osculabaris osculasti, ego pro quo voluit vulnerari. Sine ergo Domina mea sine me flere, quia magis mihi licet quam tibi. Tu enim innocens es & absque peccato, ego sum nocens, & peccator, ipse vero quem ploras est ille, qui soluit meum peccatum. Ego qui peccando mereo pœnam. Ipse vero qui moriendo soluit culpam, & tulit offensam. Ego qui clausi cęlum, ipse qui aperuit cęlum, & spoliauit infernum. Si causam quæris o Domina mea, ego sum causa. Tu enim ploras, sed ego sum causa. Tu enim vulnerata es, sed ego non, qui debeo vulnerari. Si vulnera ergo tua magis debent esse mea, quam tua. Redde Domina redde quod debes, Quia mihi mea vulnera, mea dico, quia pro causa mea facta sunt. Nam tuum est corpus filij tui, quia illum genuisti, lactasti, nutriuisti, induisti, amplexata es, osculata es, & curam habuisti. Mea enim debent esse vulnera, pro cuius causa perpetrata sunt. Certe si parentes mei non peccassent, ista vulnera non fuissent. O fęlix culpa, quæ talia meruit vulnera. Nam vulnera debent esse mea, pro quo soluuntur culpę. Tolle ergo Domina mea, tolle quod tuum est, & da mihi vulnera mea. Sed certe si iuxta pietatem dixeris, quòd debent esse tua, quia filius tuus est, & quia de stirpe nostra est, pro quibus soluitur culpa, vel certe, quia ista magis mereris, quia dignior es, Nolo vltra tecum quærere rationem, sed societatem. Tu enim vulnerata es o Christi mater, vulnera & seruum tuum sina vulneribus miserum, & nil aliud præter vulnera postulantem. Non peto cœlum, non terram, non lunam, non sydera, sed vulnera. Nonne tu es Domina spes nostra? Nonne tu es Domina regis? Nonne tu es mater præmij? Nonne tu es, quæ nos exaltari desideras? Si ergo nos vis facere gloriosos, immo quia vis, quare negas nobis causam? Nam absque vulnere saluari non possumus. O Domina mea, O vita mea, O spes mea, O dulcedo mea, O bona Dña vulnera corda nostra. Non ne plus sine comparatione nos diligis, ac bona nostra procuras, quam mater carnalis? Quid enim aliud habes facere, quam corda nostra vulnerare? Non enim possumus sine vulnere filij tui fratris nostri stare. Verecundum enim nobis valde est, videre filium tuum Dominum nostrum sic vulneratum, & te dominam nostram sic crudeliter vulneratam, & nos peccatores serui vestri vilissimi, sic liberi pertransire, & illæsi. Certe dulcissima Domina scio quid faciam. Ad te pro omnibus incessanter clamabo, quæ non respuis lachrymantes, nec deseris miserorum præces. Quomodo non clamabo Domina mea sic orbatus? Nam orbatus a patre, videor derelictus a matre. Clamabo angustiatus miserijs infinitis oppressus. Clamabo corde anxius, stomacho vacuus, dolore acerbissimo percussus, clamabo autem, ne forte doloris immensitate percussa, videaris dereliquisse. Quare ergo obdormis o Domina? Exurge adiuua nos clamantes ad te. Quid ergo amplius moraris? Quare sic nos affligi permittis? Si multum tardaueris, vocem clamando amittam, & amplius vociferare nequibo. Heu mihi, quid tunc faciam, cum a te penitus fuero derelictus & destitutus. Tunc qd faciam, cum mihi non poteris tua vulnera ministrare? Cito cito Domina subuenias clamanti, ne in manibus deficiam inimici. Festina cara Domina, & tuum iniquissimum seruum ad te clamantem parcendo adiuua, & eripe de manibus, & periculis tui hostis, induere seruos tuos o bona Domina armis, scilicet vulneribus filij tui, ne deficiamus in prælio. Pugnamus enim cum hostibus tuis. Si enim aliud te Domina allicere non debet, nisi quia tuus hostis audet seruos tuos inuadere fraudulenter, deberes ad nos quam citius festinare. Curre Domina, curre & vulnera seruos tuos vulneribus sacris, ne vulnerentur ab hostibus tuis, vulneribus mortis. Curre ne glorientur in tuis clientulis dominari. Curre ne dicant, vbi est eorum Domina, de cuius auxilio confidebant. O Domina nostra, non mireris si clamamus, quia nimis impugnati, nimis elongati, nimium sumus a vulneribus tuis separati. O anima mea, cur nó es potius a corpore separata, quam a tua Domina sic vulnerata exaltata? Exules enim sumus a patria, exules a visione diuina, & non vt exules a gratia. O Domina mea, quare exul sum a societate diuina? Si exul sum a matre, certe & a Christo patre. Heu mihi cur sum in tam longum exilium relegatus? Cur in illa valle lachrymarum derelictus? Quare facta es mihi sic crudelis? Quare me sic desolatum relinquis? An forte non me audis? Eia ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Non dubito Domina, quòd si aspexeris intimos nostros dolores, non poterit tua miseratio retardare sua vulnera. Vulnera Domina vulnera seruum tuum clamantem, languescentem, & plorantem. O Domina mea. O fons pietatis. Laus sanctitatis. Flumen bonitatis, O Mater desiderabilis, quam beati sunt, quos aspiciunt oculi tui. Aspice Domina aspice in me & miserere mei, quia medicus & pauper sum ego valde. Nam tribulationes meæ multiplicatæ sunt, dolores mei circundederunt me, oculi mei languerunt præ nimia tristitia. Nam tantum differre, mors mihi est. Præbe Domina, præbe mihi vulnera tua. Attende Domina suspiria nostra. Audi dolores nostros, præbe aurem ad lamentum nostrum. Quis ergo Domina ad te non suspirabit amore, suspirabimus etiam & dolore. Vndique nos angustiæ præmunt. Quomodo ergò non suspirabimus ad te? Tu enim es solatium miserorum, refugium expulsorum, liberatio captiuorum, mater paruulorum, consolatio afflictorum, Domina vniuersorum, etiam inimicorum. Nec est qui voluntati tuæ possit obuiare. Sic ergo afflicti, sic miseri, sic lachrimosi, sic dolorati ad te Dominam suspiramus, suspiramus ad te affectantes tuum filium videre, suspiramus etiam desiderio vulnerum, tanquam paruuli ad tua vulnera anhelantes. O clemens Domina, o pia Domina, o Dulcis Domina, cur non acquiescis petitionibus meis? Conuerte Domina, conuerte oculos tuos misericordes, & vide tristitiam nostram. Non enim possumus sine vulnere a te recedere. Vulnera Domina, vulnera nos vulneribus tuis, quia nil aliud volumus, nil petimus nisi vulnerari. Quid est Domina, quod sic mihi de his vulneribus es auara, quæ semper cunctis fuisti, & es dulcis, liberalis, & larga? hoc solummodo quæro, hæc vulnera sine intermissione solummodo peto cum clamore, cum pijs lachrymis, cancellatis manibus, tuis prouolutus pedibus benigne & humiliter postulo, & postulabo, tunc desinam a ploratu, donec me sensero tuis vulneribus vulneratum. Et sic tandem, aut hæc vulnera mihi tribues, aut me percuties vt recedam. Et sic sine vulneribus non recedam. Quia tantum stabo ad tua flagella patienter sustinendo dolorem, donec a te ero vndique vulneratus. Si autem me volueris sine percussione blandiri, perseuerabo constans, & tua libenter recipiam blandimenta, & ipsæ tuæ blanditiæ meum cor amoris feruore dulcissime vulnerabunt. Si autem mihi dixeris, vel feceris mihi, tunc cor meum crudelissime vulnerabitur præ nimia tristitia, & dolore, & sic saltem a te sine vulnere non discedam. Hæc omnia dulcissima Domina ad te exclamando perficiam, nec cessabo donec sentias cor meum, tuis vulneribus vulneratum, vel a doloribus meis cruciatum. Sed si audire nolueris, vel certe non merear a tuis vulneribus, vel dolori-

doloribus meis vulnerari, sic afflictus, sic desolatus, sic lachrymosus, sic doloratus, sic anxius, sic a te semiuiuus relictus, ad crucem amplexatus dilectum filium tuum Dominum meum iterum sicut potero exclamabo, vt qui misertus est super latronem, in cruce ipsum confitentem, misereatur etiam super seruum crucis pedibus prouolutum, & dicam sic.

Oratio.

DOmine Iesu Christe vere amice, qui me sic dilexisti. O amantissime sponse fac lutum ex sputo, & line oculos meos, vt qui cæcus sum, videre valeam dolores tuos, & vulnera tua. Introduc me Domine, quamuis indignissimum famulum tuum, in gazophilacium veri templi, vt intueri valeam, quid quantúque in cruce obtuleris patri pro nobis. Fortasse anima mea, quamuis a te vero sponso multis iniquitatibus viduata, offeret tibi duo minuta. Respice me, quamuis prodigum filium, ad comedendum vitulum saginatum in cruceque assatum. O vere magister, doce me thesauros sapientię beatissimæ mortis tuæ. Iterum atq; iterũ Domine aperire digneris latus tuum mihi nequissimo seruo tuo, vt oculi qui deprædati sunt animã meam, in tuo latere inueniant prædam meam. O bone Iesu nimis. saxeum est cor meum, nisi emoliatur sanguine tuo, nimis dispersum est cor meum, nisi recolligatur in latere tuo. O dulcis pastor, nam ego sum illa ouis quæ perijt & errauit, pro qua in cruce posuisti animam tuam. Ecce ego sum, agnosce eam, & introduc me in foraminibus petræ, id est in causas vulnerum tuorum. En Domine in tua passione me diligenter custodias. Nam sine tua morte morior, sine tuis vulneribus ab inimicis vulneror, sine tuis flagellis virga non æquitatis, sed iniquitatis flagellor. Et quia nesciui perseuerare postulando, & amplectendo tuam dulcissimam passionem, iam quasi ad nihilum redactus sum. Væ mihi quia dimisi ignominiã crucis, factus sum omnium ignominiosissimus. O Domine quia dimisi stultitiam crucis, stultissimus & vanissimus factus sum, quia infirmitatem tuæ passionis neglexi, infirmissimus factus sum, quia in doloribus vulnerũ tuorum non intraui, spinis crudelissimis inimicorum confixus sum Quid dicam? nisi cor meum domine aperiatur a vulnerib. tuis & doloribus, quòd a nequissimis vitijs aperitur, nisi sciat latitare in vulneribus tuis a latronib. plagis impositis spoliabitur. Nam passio tua Domine perfectissima medicina est, sine qua nulla medicina nullum remedium potest inueniri. Per vulnera enim tua bone Iesu, omnia vitia ad nihilum deueniunt. Ipsa est quæ aures sepit, ne audiant vana vel praua, oculos claudit, ne aspiciant mortifera vel nociua, & breuiter omnes sensus meos custodit, edocet & dirigit. Ipsa. n. fouet mutuam dilectionem, auget internam deuotionem, eleuat ad supernam contemplationem. Hanc ergo Domine acerbissimam, & ignominiosam passionem da mihi in matrẽ, quandiu mater tua vulneret me, vel certe tu bone Iesu transfige medullas cordis mei tuis crudelissimis flagellis. Nũc venio & requiro eam. Obsecro Domine, ne mecum agas iuris rigore, sed tuæ clementiæ benignissima dispensatione, hanc ergo da mihi Domine, quia hanc amaui, hanc dilexi, & concupiui, hãc totis visceribus amplexari cupio. Da ergo Domine, da mihi vulnera tua. Ipsa sola mihi sufficiunt. Ipsa sola medullitus me nutriũt, & sufficiũt in hac vita, ipsa sunt vita mea, cõsolatio mea, delitię meę. Ipsa enim ò bone Iesu passio tua lux est & sapientia mea. Ipsa reducit, adducit & deducit me. Sine ipsa deuio, Sine ipsa erro, Sine ipsa a portu salutis declino. O care Iesu, nihil aliud a tę peto in hac vita, nisi vt perfecte crucifixus sim tecum in cruce. Certe dulcissime Iesu nolo viuere, nisi tecũ moriar. Aut ergo da mihi mortem corporalem, aut in corde meo imprime tuam mortem. Heu mihi miser quare natus, nisi dominum meum amplectar in cruce, & requiescam in vulneribus eius? Nunc autem magis eligo ad pedes tuos crucifigi, quam tecum in delitijs afflui paradisi. Hanc tuam beatissimã passionem volo, hanc peto, hanc totis internis medullis concupisco. Omnibus pro ipsa abrenuntio, & etiam me ipsum relinquo. Ipsa mihi sit anima & corpus meum, & omnes consolationes meæ. O dulcis samaritane vulnera me vulnerib. tuis, inebria me sanguine tuo pretioso. Scindant cor meum dolores tui. Quid est bone Iesu, quod me sic deseris esurientem? Sic spernis clamantem? Nam pro me fecisti cœlum, solem, lunam, & stellas, ignem, aerem, terram, & aquas, aues, pisces, bestias, & reptilia, arbores & olera, aurum & argentum, & vniuersa quę siue sursum siue deorsum ambitu continentur. Sed quis hæc de manibus tuis quæsiuit? sine petitione sine instantia, hæc nobis vniuersa dedisti. Et tota die ac nocte affligo animam meam, petendo vulnera tua dulcissima, postulando ignominiosam mortem tuam, esuriendo potari sanguine tuo pretioso, & vix vnam guttam non valeo impetrare. Scias Domine, quod mihi omnia viluerunt pro ipsa morte tua. Tolle Domine tolle vniuersa, omnia tibi restituo, & da mihi vulnera tua. Hæc super cęlum aspirant cor meum, super sidera mihi refulgent, illuminant intellectum meum super aerem, super ignem accẽdunt meum affectum, super aquas emolliunt animum meum. & super terram stabiliunt & fęcundant affectũ meum. Hæc super auibus, & piscibus vtiliora, fructibus suauiora, arboribus & oleribus amœniora, auro & argẽto, & margaritis pretiosiora. Immo certe hæc omnia nihil & vanitas sũt, respectu tuę beatissime passionis. Hãc volo, hanc peto Domine, hanc tribue mihi in matrem. Non peto Domine non peto mundi delitias, sed tuas angustias, nõ pulchritudinem, sed tuam crudelissimam mortem. Cito Domine Iesu cito tribue mihi causam, iam amplius noli differre. Nam infans sum & indigeo lacte. Non enim potest infans absque lacte viuere. Præbe Domine præbe vbera vulneribus tuis, ne forte deficiam exhaustus. Intrent cor meum vulnera tua, & ipsa intrent intima mea, & erit anima mea reficiata pinguedinis dulcedine, liquefacta amoris ardore, & exhilarata odoris suauitate. Sed quis sum ego domine, vt a te talem matrem audeam petere, quam solis amicis tuis & intimis proceribus tuis coniungis? Sed quamuis vanitas & detestabilis sanies sim, tamẽ semper de tua immensa clementia præsumo, & si non habeam puritatem & sanctitatem dulcissimæ matris tuæ, vt digne secum tibi compatiar, latronis tamen prauitatem habeo, vt secum ad latus tuum crucifigi debeam. Magis enim in hac vita desidero domine cum latrone tecum in cruce ascendere, quam cum Petro Iacobo & Ioanne in montẽ transfigurationis ascendere. Nam mihi magis placet ad præsens, oculo mentis te videre consputum, quam trãsfiguratũ. Et si non sim tanquam velum nobilissimum in templo, vt in morte tua scindar, sum tamen fœtidissimum monumentum, vt ad apertionem tui lateris aperiri debeã. Quid in me quæris Domine? Si in morte tua petræ scissæ sunt, ego sum durior petra. Si enim terra mota est, & ego terrenissimus sum. Quid ergo iniquitatis deest in me, vt non indigeam tua morte? Et si cœlestis non sum, vt tibi compatiendo nequeam cum Sole obscurari, tamen infernalis cõuersationis sum, vt in hoc triduo mortis tuæ a te debeam visitari. Non ergo te Domine retrahat iniquitas mea, quin mihi hanc nobilissimam matrẽ ignominiosam mortem tuam, inseparabiliter mihi eius desiderio æstuanti coniungas. Ipsa enim excellentissima om-

Digitized by Google

ma omnium gratiarum, & quas mihi tribuere possis. In ipsa fuit summa Dei dignatio, summa ad nos Dei diffusio. Ipsa sua sapientia & prudentia percussit superbiam nostram. Sua potentia animas de inferno transuexit in cęlum. Sua bonitate & humilitate placauit, immo & donauit Deum. Ad cuius fragrantissimum odorem sentiunt, & suscitantur mortui. Ad cuius suauissimum tactum roborantur infirmi. Pro cuius dulcissimo gustu reficiuntur & consummantur perfecti. Talis est o filij o filiæ Hierusalem sponsa mea, amica mea, mater mea & desiderium animæ meæ. Ipsa inimicum meum Diabolum superat, me a mundo alienat, & carnem meam castigat. Mihi ergo absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, in quo est salus, vita & resurrectio nostra, per quam mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Magna mihi quippe Domine gloriatio, quod pro me cęlum, terram, sidera, & alias inferiores creaturas fecisti. Sed multò sine comparatione mihi maior gloriatio, quòd pro me formam serui accipiens, factus es similis mei, me regens, me gubernaos, me nutriens, me cunctis animalibus præponens & exaltans. Pro me autem factus es esuriens, sitiens, itinerans & laborans, tantaque incommoda patiés, vt pene vniuersa mundi mala sustinueris. Tu dulcissime Domine omnia ista non mihi sufficiunt, nisi superaddes & vulnera tua. O bone Iesu. O cara spes. O dulcis amor nonne e cœlo es lapsus, vt me perditum quæreres, vt damnatum redimeres, vt me véditum tuo sanguine pretioso recuperares, vt me exulem a patria, tuis sacratissimis vulneribus ad propria remeares? O dulcis pastor. O cordium exhilarator quid retribuam tibi pro omnibus, quæ dedisti mihi? Certe nescio Domine Iesu quid tibi tradam, cum nihil sim absque vulneribus tuis. Quid a me postulas, o dulcis amor? A o forte vis cor meum, vt maneat tecum in vulneribus tuis? O quam libenter tibi dabo illud, dummodo eum vulneres. Tolle Domine tolle cor meum, & vulnera illud. O Domine quæ est ista locutio, quomodo ausus sum tibi velle dare cor meum tam prauum, tam iniquum, & sic inquietum? Et tamen omni die, & omni hora audio te clamantem.

Prouе. 13.

Fili da mihi cor tuum. Ex quo libenter tibi dabo illud.

Quod hõ cor suum Deo pbere debeat.

Domine tu te totum mihi dedisti, & a me solum cor meum requiris? O immensa clementia. O ineffabilis benignitas. O mira dignatio. O longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum charitatis diuinæ, vilissimum lutum sum, detestabilis sanies, & vilissima creatura. O quã magnum mihi est Domine, vt tu tã excellens Rex regũ & Dominus dominantium a me vilissimo & inutili seruo tuo, digneris postulare & velle cor meum. Certe si haberem cor ita magnum, quòd ipsum solum esset maius, quam omnia simul corda filiorum hominum, & quam affectus omnium Angelorum: Et vt mirabilius loquar. Si cor meum adeo esset magnum, vt plura corporalia & spiritualia simul actu contineret, vel continere posset, quam cęlum Empireum, quam montes, & colles, & omnes abyssi, ipsum certe totum & totaliter tibi darem, & dare deberem. Et adhuc tibi tanto Domino hoc totum munusculum paruũ esset, immo nihil esset. Quanto ergo magis illam modicam scintillam cordis quam habeo, tibi dabo, & libentissime & totaliter in te & in tua vulnera ponam? Hoc enim permaximum est, non tibi, sed mihi, vt cor meum digneris habere. Nonne ergo stultus essem, si illud de cætero alicui creaturæ applicarem, cum tu Deus & creator meus ipsum velis, & petis habere? Certe nolo etiam quod in me ipso amplius manet, sed volo quod ipsum tecum in te totaliter requiescat. Tu enim ipsum creasti ad te digne laudandum. Melius enim mihi est & cordi meo, ut ipsum remaneat tecum in cruce uulneratum, potius quam in iucunditate terrenorum omnium, potius in tuo latere, quam in æterna iucunditate & bonitate immensa, potius ad præsens in tribulatione, quam in diuina maiestate. Potius in tuo labore, quam in meo corpore. O quam melius mihi est stare in tua securitate, quam in mea fragilitate, potius in tua lamentatione, quam in mea iniquitate. Tolle Domine, tolle cor meum, & ure eum sancti spiritus igne. Vt te semper quærat, te sitiat, te amplectetur, & osculetur, tecum clamans doloribus uulneretur, tecum lugens misericordiam impetret, & tecum moriens uitam inueniat, qui es benedictus in sęcula sęculorum. Amen.

Quod homo propter cœlestium gustum, terrena abhorrere debeat.

Capitulum. I.

MVltum mirari debemus, immo non mirari meremur, quomodo homo semel degustans dulcedinem Dei, possit ab eo aliquatenus separari, quomodo non obstupescat omnia ex nimia ebrietate, etiam comedere & dormire. Et si aliquando aliud ante ipsum ponatur, quomodo potest aliud quam suum Dominum benignissimum intueri, etiam in eo summa dulcedine delectari, & cum ipsum sciat in omnibus esse, in omnibus ipse ualeat inueniri. O quam bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde. O quam dulcis, & suauis est spiritus eius in eo. O quanta amaritudine, quanta tristitia, quanta anxietate repleri debet animus, qui etiam ad momentum a tanta dulcedine sequestratur. Certe si homo esset bene inebriatus sui creatoris amore, nihil in omnibus quæreret, nisi quomodo suo creatori posset diligentius, & perfectius deseruire. Et propriam penitus quantum posset uoluntatem abscindens, solumque magis placere Deo studens, cum impetu animi ipsum assequi niteretur, & coniungi. Vt sic in omnibos & per omnia non quæ sua sunt quærere, sed quæ Iesu Christi. Obliuisceretur quodammodo sui, memor solius Dei. Hic talis & tantus pręfurore, & amoris immensitate non multum (ut credo) distingueret inter gradum & gradum, vitam & uitam, statum & statũ, personã & personam, tẽpus & tps, locũ & locum. Sed solum quocunque modo, & quacunque hora dicernere posset, suo creatori placere. Quid amplius, statim proficere conaretur, & toto animi affectu tendens in Deum omnia communicans. Quia quanto creaturæ ad Deum minus reducuntur, a se inuicem amplius distinguuotur. Et quanto ad Deum amplius reducuntur, tanto se mutuo amplius uniuntur. Omnia ergo communicans, id est, ad vnum vsum communem omnia reducens. Quod facit quis, cum nihil requirit in omnibus nisi honorificentiam Dei, ad quam sunt vniuersa, & ad hoc omnia ordinat, & in vno creatore coniungens, quòd verum est, cum vniuersa in Deum collocat, & solum Deum in omnibus intuetur, & in vno creatore omnia coniungens, in omnibus nihil nisi Deum videret, semper suspirans, semper anhelãs ad seruiendum in omnibus Deo suo. Nam totus accẽsus, totus ignitus, non considerat quid sibi suauius, quid dulcius, sed quid Deo amabilius. O felix talis, qui cum actiua contemplatiuam haberet, & sic Domino ministraret vt Martha, & tamen a pedibus non discederet: cum Maria. Sic se angelicis spiritibus niteretur conformare, qui nobis ministrando, a diuina contemplatione non vacant. Quid est aliud nisi cum ministrat sano, cum seruit infirmo, semper in eis Dominum intueri, & frui Deo, proximo assistendo, manum porrigit ad proximum & cor ad Deum, proximo seruit non vt homini, sed vt in homine Deo. Totum semper refert ad illum, qui dixit.

Psalm. 72.

Actiua vita cum contemplatiua mixta, plurimum ualet.

Matth. 25

Quod

Digitized by Google

Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Et ideo cum in lecto videt infirmum, videtur sibi, quod videat Christum suum, ac per hoc nihil sibi difficile, nihil abominabile, nihil ignominiosum facere pro infirmo, ac pro alijs videtur desolatis. Sed omnia dulcia, omnia suauia, omnia amabilia iudicat, cũ sic in proximo Christo ministrat. Credo sine præiudicio, quod qui sic vt dictum est, feruenter & diligenter Christo in proximo ministraret, pure per Christum & totaliter tendens in ipsum, quod plus mereretur, & virtuosius moueretur, & a Deo amplius approbaretur, quam si proprio Christi corpori ministraret. Et hoc patere potest. Vnus enim pessimus homo, si videret Christum in vno lecto, & bene cognosceret ipsum esse, credo nõ esse dubium, quod sibi diligenter ministraret. Sed sibi Christo in proximo eum tanto feruore, & diligentia ministrare non posset, non perfectus, vt credo, immo, vt ita loquar, plus quam perfectus. Et ideo toto animi conamine hanc gratiam nitamur habere. Quis enim de cętero abhorrebit leprosum, declinabit infirmũ, negliget desolatum, cum in eis videamus Christum? & plus possumus mereri, & Deo placere, vt probatum est, quam si ministraremus ipsi Christo. Cur anima tota die anxiaris post Christum? indicabo tibi quem diligit anima tua, o sponsa dilecti. Certe in infirmaria iacet, & ibi angustiatur, ibi torquetur. Curre & sibi ministra, sibi compatere infirmanti. Cur instas sponsa quotidie, vt sponsi osculo osculeris? accede ad leprosum & osculare eum, quia ibi iacet sponsus. Cur sponsa miserrima præ sponsi amore languere te dicis, & ipsum quotidie nudum, discalciatum, & afflictum ante te vides transire, & negligis, nec etiam compateris sibi? Et si non possumus fratres omnibus prestare obsequia, quia multi sunt semper indigentes, saltẽ omnibus cordis compassione doleamus, & in omnibus cõsideremus Christum. Credo firmiter, quod si ipsum neglexerimus in cęno, ipsum non habebimus in cęlo. Audi quid dicit, infirmus eram, & non visitastis me. Timeamus ergo fratres mei illam sententiam, quæ statim sequitur, scilicet, Ite maledicti in ignem æternum, &c. qui totiens neglexïmus eum. Non ergo de cætero interrogemus eum vbi iaceat, vbi cubat in meridie, quia iam nouimus locum, scimus quod in infirmaria iacet, non restat nisi præstare obsequium. Audite obsecro consilium meum, & non aspiciatis ad factum meum. Qui enim vult, vt dixi, cum actiua contemplatiuam habere vitam, vt suum Dominum in omnibus contempletur. Videtur, quod hæc via sit breuis & bona. Videlicet vt se totum recolligens, intret ad cor suum, & intima cordis ingrediens, se reuoluat in Deum, vt nihil nec videat nec sentiat nisi Deum, & sic tunc quodammodo deificatus, & transformatus in Deum, ad quodcunque se vertet, non considerabit nisi Deum, & quicquid operis facit, non iam homini, sed Deo facere existimabit, & sic in labore actiuæ, & contẽplatiuæ vitæ feruet. Et si contingat, immo quia continget ab hac nobili discedere forma, ad ipsam statim nitatur redire, & hoc totiens faciat, vt quasi in habitum ducat. Et hoc magis oratione, & diuina largitate, quam aliqua industria impetrare se credat. Et si hęc omnia nimis tibi difficilia videntur, saltem ad hoc conare, vt semper & in omnibus quæras facere, quod magis honorificum Deo sit, & conforme Christo, vtile tibi & proximo, afflictiuum & ignominiosum corpori proprio. Sed si hoc habere cupis tu contemplatiue, & toto corde desideras, a Deo confidenter postules, & desiderium animę tuæ tribuet Deus tibi, & tua non fraudaberis volũtate, sed mentem tuam eleuans, te præueniet in benedictionibus dulcedinis, & tanquam corona lapidis pretiosi a semetipso circundabit mentem tuam. Scias tamen, quod nullus perfecte poterit inuenire Deum, nisi qui perdiderit semetipsum. Nullus poterit cum Deo stare, qui suum affectum habet ligatum vel inclinatum alicui creaturę.

Infirmo seruiens, plus mereretur, quam si ipsi Xpo ministraret.

In infirmaria iacet inter infirmos Christus.

Matth. 25.

Ibidem.

Cantic. 1.

De diuina bonitate erga nos.
Capit. 6.

O Deus meus quomodo sum ausus te alloqui, vilissima creatura. Nam ego fœtidissimus sum, ego horribilissimum stercus, & vermis nequissimus sum. Tu autem Deus Deorum, rex regum, omne bonum, omne honestum, omne pulchrum & optimũ, omnis vtilitas, omnis amenitas, & omnis suauitas. Fons splẽdoris, fons dulcedinis, fons odoris, fons amænitatis, fons iucunditatis, Fons amoris, & intimæ dilectionis amplexus. Et tamen me rogas & ego a te faciem meam auerto? Me sequeris, & ego a duce fugio? De me o bone Iesu es solicitus, & de te non curo? Mihi semper seruis, & ego te semper offendo? te mihi tribuis, & ego te contemno? Me ergo miserrimum & vanissimum diligis, & ego te infinitum, & inenarrabile bonum sperno, & horrorem, fętorem, & mortalem dolorem, tibi colendissime, benignissime, amantissime sponse præpono? Nam plus me allicit creatura quam creator, vanitas quam æternitas, detestabilissima miseria quam fœlicitas summa, plus me inclinat sordes, quam eleuat pulchritudo, seruitus quã magnitudo, & amaritudo q̃ dulcedo. Nã & si meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis, tñ plus approbo & affecto fraudulenta oscula odientis, quam vulnera diligẽtis. Sed ne reminiscaris Dñe delicta mea, vel parentum meorum, sed pietatis tuæ viscera, & dolores vulnerum tuorum. Non quod ego, sed quod tu in me fecisti respice. Non quod ego egi, sed quod tu pro me sustinuisti considera. Si me vt ostendis diligis, immo quia me chare diligis, cur me mihi relinquis? Cur cor meum quod sic anxius quæris, vagari permittis? O dulcissime sponse, non me permittas a te elongari. Me tene timore, stringe amore, quieta dulcore, vulnera vulnere, inebria sanguinis potatione. Certe ego nequeo, nescio, nolo tibi seruire, nõ vult cor meum tibi adhærere. Immo vix particula cordis te amare. Hæc tamen in me operari tu potes, tu scis, hoc de me tu vis, & a me exigis. Quid ergo hospes animæ meę, deficiam ego in beneplacito tuo, vel meo; obsecro vt nõ præualeat homo, sed Deus, ò bone Iesu noli in hac cõtrarietate deficere, sed me reficere, noli succumbere, sed festinanter succurrere. Nunquid non sum totus tuus, non ergo te permittas prædari, non tibi iniuriari, non te tua intentione fraudari. Nam me totũ ad tuum honorem fecisti, vt tibi perfecte in præsenti obsequar, & te in æternum fruar. Non ergo indigneris Domine contra creaturam tuam quam plasmasti, & pretioso sanguine redemisti. Sed contra peccatum quod ego commisi, & inimicũ cui ego consensi, vt in me destruas & annihiles, & a me elonges omnem nequitiam, & immunditiam, quia vt destrueres opera Diaboli, in mundum venisti. Non inueniatur in me, nisi quod tuum est. Quæ ergo conuentio Christi ad Belial? aut lucis ad tenebras? Cur ergo Domine nobilissimum opus tuum Diabolica suggestione permittis fœdari? cur animum meũ iniquitati misceri? Curre ergo bone Iesu, festina, suscita amicum, immo totum hominem tuum, vincat sapiẽtia tua meam malitiam, & diabolicam astutiam subplantet, memor esto opprobrij seruorum tuorũ, immo opprobriorum tuorum. Memor esto quid pro me fecisti, immo quid pro me aliquando sustinuisti, & ne fraude ris tanto labore. Memor esto quam sedulo me quæsisti, & quasi gaudenter inuentum, in humeris tuis portasti. Sed heu Domine habita portione, quæ mihi contingebat, quia vnicuique das secundum propriam mensuram, abij in longinquam regionem, et viuendo luxuriose,

2. Corin. 6.

tiose, id est nimis me & creaturas tuas indebite & lasciue amando, & totam substantiam meam dissipaui. Núc tempus recognoscendi penuriam & miseriam meam, & famelico appetitui, ad paternæ misericordiæ viscera redeũtem, oculis tuæ pietatis ignosce, & dignare mihi gradibus tuæ gratiæ letabundus occurrere: Cum amplexibus pacis & quietis oscula largiaris. Certe Domine recognosco, quia in cœlum, id est totam curiam cœlestẽ, & Ecclesiam Romanam, immo in omnem creaturam
Psalm. 50. tuam, & coram te, te contemnendo, peccaui. Immo tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Et certe non sum dignus vocari filius tuus, non etiam mercenarius tuus, aut etiam seruus, aut aliqua vilissima creatura tua. Sed dulcis Iesu miserere mei in vulneribus tuis, & dele iniquitatem meã, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vin-
Psalm. 3. cas cum iudicaris. Quia dicunt animæ meæ inimici mei, non est salus ipsi in Deo eius. Obsecro Domine, proferatur & detur mihi charitatis stola, fidei feruentissimæ anulus, & calceamenta eleuantis, & firmantis spei. O bone Iesu, aperi cor meum ad vulnera tua, vt quantum me diligas cognoscam. Vt sic ebrius tuo sanguine, totus in tui resoluar amore. Intret dolor tuus in intima mea, & omnem amorem expellat alienũ, sim tecum crucifixus mundo, vt sic mortuus, vita mea sit abscondita tecum in Deo. O vita beata, vita felix, da mihi quod peto, vnum est mihi, & vnum solum peto. Abscedat ergo phantasmatum multitudo, vnus est dilectus meus, vnus est spõsus meus, vnus est amor meus Iesus Christus, Deus meus & spes mea in æternum. Nihil ergo sapiat, nihil alliciat nisi Iesus Christus. Nihil iudicet me scire, nihil amare, nihil affectare nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Sit nanque totus meus, vt sim totus suus, & fiat cor meum vnum cum ipso, & sic abscondita erit vita mea mundo, & associata ipsi Christo. Ergo bone Iesu recollige me visceribus, refice me vberibus, inebria me vulneribus. Eia ergo anima mea ad viscera compassionum vade, quibus plorauit in infantia super Hierusalẽ, super Lazarum, & in cruce super peccatum tuum. Respice anima mea, & vide quantum te dilexit spõsus tuus, quantum te quęsiuit, & humeris proprijs portauit. Vide quantum pro te lachrymatus est. Occurre anima mea, occurre obuiam sponso tuo, & associa teipsam pro pter quam plorat. Ablue te fluminis eo impetu egrediẽtis de tuo corde, & letificabis ciuitatem Dei tui. Si enim fluuius lachrymarum egrediebatur de loco voluptatis, i. de Christo, plenus delitijs, quanto magis debet egredi de loco iniquitatis, & omniũ spurcitiarum, id est de corde superbo & corde iniquo, odioso, menstruoso & nefandissimo? Ergo bone Iesu pro me summis delitijs plenus, plorasti. Eas igitur & anima mea ad verba instructionum, exortationum, & promissionum, quia Domine verba vitæ habes. Eas etiam ad vulnera exprobra-
Tren. 1. tionis, illusionis, occisionis & doloris, scilicet passionis & compassionis. Attendite (inquit) & videte, si est dolor similis, sicut dolor meus. Immo Domine attendam, & videbo, si est amor sicut amor tuus. Et ideo nihil nisi te, & propter te volo amare. Tu enim Domine me iniquũ & pessimum contemptorem tuum, sic chare amasti, sic intime dilexisti, vt tanta pro me dignareris sustinere & pati. Et ego infinitum bonum, & patrẽ pijssimũ tẽ sponsum dulcissimum omnis pulchritudinis & suauitatis, cur non tantum diligam, vt saltem pro te moriar mundo? Immo moriar mihi, vt totus tecum affixus, in quo nihil sentiam nisi te, nihil quæră nisi vulnera & opprobria tua, viuam iam non ego, viuat autẽ in me Chri-
Gal. 2. stus. Quid ergo retribuam Christo meo, quid Domino meo, quid sponso meo dilectissimo pro tot laboribus, tot necessitatibus, tot iniurijs, tot opprobrijs, tot flagellis, tot angustijs & vulneribus, quæ pro me sustinuit? O Domine quid tibi retribuam? Nihil habeo nisi peccatũ, non decet tanto Domino offerre malitiam, non superbiam, non aliquam fœditatem tantæ puritati. Sed quid retribuam tibi, nihil boni habeo. Sed da mihi Domine quid retribuam, largire mihi de thesauro tuo o bone Ie-
su. Porrige mihi vulnera tua, & sufficit mihi. Nam calicem salutaris accipiam, & nomẽ tuum inuocabo Domi- Psal. 115
ne. Accipe Domine sacrificium laudis, accipe hostiam immolantis. Tolle cor meum dulcis Iesu, tolle, & ne permittas amplius illud vagari. Nam omnia ossa mea exultabunt in Deo meo, quia totum me offeram salutari meo. Quiescet cor meum dulcedine bonitatis immensę, laudabo excellentiam summæ gloriæ. Sequar vestigia passionis acerbæ. Omnia abijciens, totus in te sitiens, nihil in te sentiens, resoluar in te, & in te requiescam, abscedat vanitas, accedat deitas, transformet charitas, & fiam totus diuinus. Aperiatur cor, aperiantur vulnera, iungantur intima, & sim vnus cum Christo. Amen.

Quomodo Deus permisit se vulnerari. & de recognitione tanti beneficij. Cap. 7.

O Domine ferrum creaturam insensibilem, voluisti tuum corpus vulnerando intrare. Et creaturam rationalẽ ad similitudinem tuã creatam imaginem, per iam facta vulnera ingredi non permittis? Quid est hoc Domine Deus? Nunquid cor meum vilius omni ferro? Aut forte times, vel cogitas ipsum fore durius, & crudelius? Sed tamen quid tibi oberit mea crudelitas, si ad te per aperta vulnera introibo, cum ammodo sis penitus impassibilis, & ab omni passione immunis? Si enim per tua vulnera intrem, quantumcunque per ipsa discurrendo, attingam & palpem cor tuum, & carnes tuas præ amore nimio manducem, tu tamen impassibilis permanebis. Et nihilominus ex hoc meus satiabitur appetitus, ita tamen vt semper in tui amore amplius intẽdatur. Et quid plus vocisero tota die? Tardas, & non venis, & iam ego lassus desiderio incipio insanire, quia me regit non quippe ratio, sed potius ardens amor. Qui me vident, me derident, & verum tui amore sim ebrius, non cognoscunt. De me inuicem colloquuntur, & dicunt. Vt quid iste insanus vociferatur tam fortiter in plateis? Et iam quantum sit desiderium cordis mei penitus non aduertunt. Ignorant enim, quòd amor intentus impedit totaliter visus sensus, & quòd qui feruenter te quærit, seipsum in te simpliciter derelinquit. Qui enim inquirit te sollicite & pleno corde, sic certe de extrinsecis parum curat, vt frequenter quid faciat, penitus non aduertat. Veni ergo bone Domine, & noli amplius tardare, ne forte nimio desiderio tui fiam simplex, & simpliciter sine sensu. Sed forsitan hoc requiris, vt cum ab omnibus fuero abstractus, purius intrem ad te per tua vulnera gloriosa, quibus tu es plenus. O cor amantis. Tunc certe clamabo voce quærula, & dicam. Heu mihi Domine mi, quomodo video te sic crudeliter vulneratum? Quanto dolore video te aggrauatum? Quis mihi tribuat, vt pro te moriar dulcissime Iesu. Te enim videns in tanto dolore, viuere non possum, nec sustinere. Te aspicere horreo supra modum. Te autem penitus liberari, mors mihi esset æterna. Et ideo uere angustię mihi sunt undique, & quid eligam ignoro, nisi tecum pariter crucifigi. Nam tuas angustias considerans, in me ipso quasi deficio, & iam exanimis efficior præ dolore, uidens, quòd pro me sustines tanta mala. Quid fecisti Domine mi? Quare pro me uilissimo, tu altissimus ascendisti in crucem? Et quid sum ego uilissimus uermis, & putre-
do ab-

do abhominabilis, pro quo tu Dominus omnium debeas sic affligi? O Domine mi cum tu sis summa sapientia Dei patris, quare talem commutationem fecisti, & facere elegisti, vt videlicet vitam dares pro morte, gratiam pro malitia, & gloriam pro miseria magna? Quis, quare hęc feceris, perfecte poterit cogitare? Nimis quippe magna fuit dilectio tua Domine mi. In hoc vere apparuit tuæ immensitas pietatis. Non enim in te video aliquam causam mortis, nisi superabundantiam charitatis immensæ. Si enim hæc mortis causa debeat dici, hanc certe in te plene fuisse fateor, & simpliciter confirmo, quia hoc non possum vere negare, si forte in hoc velles te excusare aliquo modo. Sed nonne melius erat bone Iesu, vt non essem creatus, quam creatus, te occiderem turpi morte? Cur vt sic te dure affligerem, me fecisti? Cur carnes meas non comedo præ dolore? Cur non totaliter lacero corpus meum? Aut quomodo me tantum sustines super terram, qui sui tota occasio tuæ mortis: Aut quomodo saltem omnis creatura in vindictam tui, non persequitur me in mortem. Nonne mirabile videtur cogitare, te benignissimum Dominum pro me sic vilissimo seruo crucifixum, & mortuũ tali morte, & non statim deficere præ dolore nimio, pariter & amore? Et quomodo meipsum tãtum sustineo, quin propria manu (si non esset contrarium voluntati tuæ) materiali gladio crudeliter me occidam, cum fuerim tota occasio tuæ pœnæ? Cum magna certe patientia me debeo sustinere, sicut etiam aliquem meum mortalissimum inimicum patienter coram meis oculis sustinerem, quem cum toto corde libẽtissime occiderem, si auderem. Sed nonne nequissimum, & penitus detestabile, & intolerabile est, q post tam admirabile, venerabile, amicabile, & fructuosum beneficium tuę sanctissimę passionis, non cesso te offend, re in conspectu oculorũ tuorum? Heu heu me miserum, quia huius talis & tanti beneficij penitus sum ingratus. Non solum enim tibi non seruio, saltem pauca bona faciendo, sed nec etiam tibi regratior, nunquam aut vix aliquando & tepide tuam passionem & mortem mihi ad memoriam reducẽ do, ac si passio tua breuiter nihil esset. Sed quod peius est, ingratus, tui immemor, & ingratus huius beneficij, non desino a peccato. O bone Iesu tu te mihi dedisti, & ego te renuo? Tu meas tenebras effugasti, & ego ipsas in curro? Tu mundum fecisti & odisti, & ego diligo ipsũ? An forte non vides clementissime, & patientissime Domine, quod ego semper nitor facere contraria tuæ perfectissimæ voluntati, vel bonitati, & in faciem tibi aperte resisto? Si enim dicis mihi, volo vt facias hoc, respondeo, nolo facere. Si autem dicis nolo, respondeo volo. Scio quippe, nec possum dubitare, te Deum meum summum bonum esse veraciter, vbi sum. Nec me deseris, quocunque pergam; & tamen ad te nolo nec dignor aspicere, ac si penitus ibi non esses. Immo ad te tantum curro attendere, ac si non esses alicubi, vel simpliciter nihil esses. Sed conuerto continue cordis & corporis faciem ad huiusmodi mundana & vana, & quandoque etiam ad talia, quæ incongruum & valde verecundum est, etiam nominare. Et in tantum frequẽter cor meum amoris vinculo colligatur eisdem, vt ad te, cuius est, nequeat eleuari. Et certe hoc est valde detestabile, & abusio Magna. Sed nunquid bone Domine voluisti pro me frustra mori in cruce? quem tu moriens sic chare emisti, frequenter pro nihilo perdidisti, dum frequenter me ipsum ad peccatum conuerti? Vt ergo de cætero non possis me amplius perdere, te benigne Iesu & misericors Domine ex intimo affectu cordis mei, cum amaris lachrymis & importunis precibus exoro, & postulo humiliter, quantum possum, vt me tecum statim occidas, me tuis vulneribus totaliter vulneres, & omnino me te cum pariter crucifigas, ne vnquam a te plus valeam separari. Sed possim fœliciter tecum viuere in æternum. Qui viuis & regnas per infinita secula seculorum. Amen. Quicunque voluerit supradictum beneficium facilius, & dignius impetrare, ad beatam & benedictam virginem Mariam Iesu Christi matrem, summe sibi & nobis compassam, cum tota affectione & deuota oratione & cum lachrymarum effusione currere nõ postponat. Et ipsam matrem Dei & peccatorum, tanquam bonus et deuotus filius in omnibus pro posse studeat imitari. Hoc enim semper habeas pro regula generali, vt eius scilicet virginis Mariæ semper vestigia simpliciter imiteris, cuius appetieris suffragia postulare, quia tunc procul dubio, te sibi tanquam matri veraciter exhibebis. Et ipsa te tanquam suum filium veraciter adiuuabit, et quæ digne ab ea petieris, tibi dabit. Et in omnibus tibi necessarijs ad salutem, simpliciter ministrabit: Et tandem in cœlesti gloria te apud se fœliciter collocabit. Amen. Hæc omnia supradicta o contemplatiue, debes etiã appetere hominibus vniuersis, et pro omnibus debes Deum solicite deprecari. Et quando videris aliquod bonum in tuo proximo abundare, de hoc sibi debes sibi mirabiliter congaudere, etiam si illud bonum non uideris esse in te. Quod si hoc non feceris, sed potius dolueris, tria maxima mala in hoc peccato commit tis. Primum est, quia honorem Dei, qui in bonis vniuscuiusque exultat, uideris odire. Secũdum est, quod passionem Iesu Christi, qui ad hoc passus fuit, ut unusquisque abundet in uirtutibus contemplationis, non recolis uel honoras, sed uideris penitus obliuisci. Tertium est, quòd charitatem, qua proximum tuum sicut teipsum debes diligere, et eius bonum sicut tuum proprium debes affectare, diuidis, laceras, et corrumpis. Multum ergo et solicite bonum proximi diligere procures, et pręcipue spirituale, et etiam cum necessitas incubuerit, temporale. Et sic faciendo, tibi Dominus spiritualia exhibebit, et tãdem te ad cœlestia conuocabit, ad quæ ipse nos perducat, qui pro nobis voluit crucis opprobria humiliter sustinere. Non cessat autem antiquus hostis, tanquam leo rugiens vndique circuire, vt viros præcipue contemplatiuos multiplicis deceptionis laqueo capiat, et deuoret in momento: et si forte non potest eos decipere in hoc vt velint alios iudicare, saltẽ nititur ad hoc eos deducere, vt quia vident se in multis operibus, quæ faciunt proficere: cæteros qui eisdem laboribus non vacant, existiment imperfectos. Aut certe illos etiam qui eadem qua ipsi, solicitudine et quiete, contemplatione et meditatione, deuotione et oratione, abstinentia et vigilantia seu cæteris virtutibus non vtuntur. Aut quippe etiam illos quos cernunt secundum suum proprium iudicium ociosos, vel etiam illos quos vident circa talia implicatos, in quibus ipsimet tales qui modo proficiunt, aliquando offenderunt, sed o error perniciosus, pessimus et occultus, qui sine exteriori conuersatione, vult deteriorem hominem iudicare. Nõ enim requirit ædificium spirituale, tantum languorem corporis quam cordis. Nam ante Deum secundum quidem sine primo semper, sed nunquam primum sine secundo aliquid nobis valet. Frequenter etiam quod vni erit perutile, alteri erit mortiferum et nociuum, et sic vt facies hominũ sunt diuersæ, sic modi viuendi, et in bono proficiendi diuersimode variantur, et ideo quando te videbis laudabilibus operibus refulgere, alios vero circa eadem negligentes, cogitare debes, q illi vel in occulto, vel saltem in cordis thalamo, Deo laborent opera delicata. Et quia Deus illos propter interiorem cordis sanctitatem diligit singulari amore, non curauit, nec voluit eos exterioribus laboribus aggrauare, ne forte tãtum sustinere possent, vt tam exterius quam interius laborarent. Debes ergo, ad istam tentationem repellendam, primo in corde tuo cogitare, quod non est consuetudo, vt filij regum

B. Virgo imploranda, vt Xpi vulnera vere meditemur.

Odiendi seipsum methodus non vulgaris.

Multiplex versutia dæmonis aduersus contemplatiuos.

gum ad lucrandum panem suum manualibus operibus quotidie se affligât, sed potius sine labore magno, quod delicate de regalibus diuitijs nutriantur : nam sicut est ad literam, quòd oportebit multoties vnum fratrem ad habendam vnam deuotionem, seu aliquam interiorem ordinationem & consolationem, multo & diutius laborare, alius vero in sola mentis suæ côuersione ad Deum illud idem vel melius obtinebit. Secundo debes cogitare, quod illud bonum quod vsque nunc laborasti habere, & modo de nouo incipis degustare, is iam diu in alijs vetetatum, & fortiter radicatum. Et fortassis ista est vna ratio, quia ipsi sicut tu circa bona spiritualia exterius affici non videtur, quia dulcedo spiritualis alicui de nouo adueniens, mutationem eidem inducit, sed nô sic (vt credo) illum immutat, qui iam longo tempore est mutatus, sed potius perficit & conseruat, & videris te quodammodo liquefieri præ amore, alios vero minime, cogitare debes, quod ad similitudinem solis naturalis, aliqui ad calorem spiritualem ipsius solis, in fine præ nimio amoris feruore adeo liquefiunt, vt exteriora mêbra vix aut nullatenus valeant sustinere. Alij vero desiccantur totaliter, non solum ab aquositate peccati, sed etiam ab humiditate reliquiarum peccati, & ita consolidantur in bono, & contra malum fortificantur, vt iam nihil a charitate quæ est in Christo Iesu, eos valeat modo aliquo separare. Aliqui vero ex nimia deuotionis dulcedine masurescunt in tantum, quod tam interius quam exterius sibi dulcissimi & melliflui videantur, & abolita omni mentis acerbitate, iam potius in patria quam in via habitare cernantur. Alij vero crescunt ad modum arborum, & quamuis tales magnam dulcedinê non degustent, tamen crescentes de die in diem, apud Deum fiunt maiores, & sic proficiunt, & fructum proferunt de suo. Aliqui vero putrescunt totaliter, sicut mali. Cum ergo aliquem istorum affectuum persenseris in te fore, debes firmiter credere fratrem tuum illo eodem affectu te perfectius resurgere, vel etiam effectu alio meliori, & magis Dei dilectio sit cum illo, siue ipse solus, siue cum fratribus commoretur. Et cogita te in amore Dei non modicum imperfectum, cum vix valeas te ad proximum conuertere quod multum offendas Dominum Deum tuum, & quòd vix aut nunquam te possis ad Deum conuertere, quin te oporteat a proximo sequestrari, quod certe imperfectionis est. Nam Angeli q sunt in charitate perfecti, ita bene mouentur in Deû cum sunt nobiscum, vel nobis ministrant, sicut quando solum asistentes Deo in cœlo Empireo commorantur. Hoc autem non ideo dico, vt credam sic totaliter posse esse in nobis, dum sumus viatores, & sic a nobis posset fieri dum sumus in via, sed tamen aliqualiter possumus eos sequi. Ad hæc etiam potes cogitare, quòd cum fratres tui quos iudicas imperfectos, sunt ab istis exterioribus sequestrati tanquam soli Deo vacantes, ita frequenter moueantur in ipsum, quòd propter nimiam intensionem & eleuationem mentis, corpus dissolui videatur, & ad maximam redigatur debilitatem, & ideo vt vires resumant, ne penitus deficiant, & ne etiam sua vtili præsentia ab alijs auertantur, se offerunt sæpius solatio proximorum, ad honorem tamen Dei semper hæc omnia facientes. Et ideo stultum est & summe periculosum, suum fratrem pro truffa qualibet iudicare, aut imperfectum quomodolibet reputare. Multi enim sunt honestissimi exterius & soliciti circa bona, qui tamê interius lasciui & pigri, nihil aut parum boni operis operantur. Multi econuersò sunt exterius dissoluti, qui in corde sunt pacifici, quieti, & fidelissimi amici Dei, aut certe (quòd peius est,) aliqui sunt hominibus odoriferi, qui coram Deo sunt fetidissimi etiam in hoc mundo, & iâ suæ exterioris sanctitatis suam condigne receperût mercedem. Aliqui vero econuerso apparent hominibus peccatores, quorum tamen interior conuersatio est in cœlis. Non tamen dico quin multoties, exterior conuersatio correspondeat interiori, sed quia hoc vel etiam côtrarium discernere non valemus, ideo omnes esse filios Dei salubriter iudicemus, & nos esse inferiores cæteris, humiliter reputemus. Nam de bonis proximorum, & eorum excellentia sanctitatis sumus ignari, sed de nostris defectibus & malitijs penitus sumus certi. Magna ergo immo maxima præsumptio est, si qui proximorû mores nobis non placent, velimus ex hoc limitare circa nos diuinæ influentiam bonitatis. Quid est vesanius, & arrogantius esse potest, quam velle diuinam complacentiam, secundum nostram placentiam regulare? Hoc tamen facimus manifeste, quando ea quæ in proximis sunt nobis non placent, Deo cuius est cuncta discernere & iudicare, suspicamus, vel etiam iudicamus penitus non placere. Quando etiam eos circa exteriora solicitos & intentos, cogitare debes, quòd hoc totum ad laudem faciant creatoris, & quòd magis in hoc circa Deum afficiantur, quam tu cum te recte conuertis ad Deum. Fortasis enim ibi sicut Deum diligunt, vehementer conantur & student eum quærere per singulas creaturas, cum ipsum nimis in omnibus & per omnia diligibilem, desiderabilem, & laudabilem non ignorent. Hoc sine dubio est maximum gaudium & lætitia in prædictis, quæ vident esse in rebus vilissimis & minimis diuinam potentiam, sapientiam, & clementiam magnifice commendandam. Et ideo forte illa vilia & minima sic per tractant, nec nobis curant auxiliari, cum nobis omnia sint nociua. Et fortasse quando credis eos esse ociosos, tunc inenarrabili lætitia spirituali interius perfruuntur, quamuis hoc tibi dissimulent sapienter. Aut forte, quia reputant se viles & peccatores, non præsumunt se sicut dignos, diuinæ faciei præsentare continue, sed se frequenter vilibus & minimis adiungentes, ipsum Deum nituntur reuereri in corde, ita tamen & taliter, vt aliquando eum immediate & delciter contemplentur. Et hæc est forte ratio, quare sic sæpe cum alijs iucundantur, quia videlicet oritur in eis lætitia magna ex hoc, quòd sic viles homines & peccatores, quos se existimant, possunt & merentur cum eis, quos filios Dei reputant, conuersari, & si dices mihi propter aliquos, ergo talis vel talis deberent cum melioribus conuersari, & cum sanctioribus habitare? respondeo eos rationabiliter excusando, quòd forte & digne illos apud Deum reputant meliores, qui apud homines minorem simulant sanctitatem, aut fortasis hoc est, quia esse cum illis non se reputant fore dignos, cum a conuersatione illorum nimis vita istorum dissimilis esse videatur. Et ideo eis sufficere videtur, si possunt cum illis Dei filijs conuersari, quos valent aliqualiter imitari. Sciunt enim, quòd in hominibus similibus facilior est transitus, aut forte volunt esse cum minus perfectis, ne bona sua intentio cognoscatur. Potes etiam cogitare, quòd hoc forte concesserit eis Deus, vt videlicet circa ista extrinseca implicentur, & cum fratribus conuersentur minus perfectis, quia sic est Deum difficilius possidere, quam si quieti & solitarij remanerent, & quanto cum maiori pugna & labore Deum obtinent & acquirunt, tanto talis acquisitio magis meritoria & laudabilior est in eis. Quis enim dubitat, quòd si homo implicatus negocijs actiuæ vitæ adeo perfecte possidet Deum, sicut ille qui solitarius commoratur, laudabilius & virtuosius hoc esset, ipso sic solitario implicato, & certe vbi est maior resistentia, ibi & frequentius magis incenditur actus amoris, & per multiplicem intentionem actus sui, facilius augetur substantia charitatis. In quo autem est maior charitas, in eo maius præmium rationabiliter debet esse. Cur ergo credis tales implicatos perdere? non certe perdunt aliquid, sed lucrantur,

crantur,

Digitized by Google

crantur,& cum eos existimabis inuenire in patria infimos, eos forte super te inuenies exaltatos, si tamen ibi fueris dignus esse. Multum enim est timendum nobis, vt sicut eorum humilitas profunda eos summe exaltat, ita magna superbia nostra nos miserabiliter deijciat in profundum, aut certe de talibus cogitat, quòd ipsi magis approbant se posse Deo seruire in his minimis, ad q̃ se inueniunt promptos, quam ipsi velint captare ardua, & ibi deficere vt tu facis. Multum enim vituperabile reputant, & debet summe incongruum reputari, sic defectuose agere, & seruire tanto ac tali Domino imperfecte. Aut etiam cogita, quod ipsi tam operentur in occulto quam in publico, & tam circa terrena, quam circa cęlestia occupantur, vt sic ab eis in omnibus inimicus humani generis impugnetur, & ipsi in omnibus mercantur, & ipsi forte plus merentur in vno solo motu interiori, quam tu forte non solum in multis, sed in omnib. merearis: & ideo eos nõ iudices te minores, sed lauda Deũ, qui te dignatus est eis misericorditer sociare, quorum fortassis meritis spiritualiter tu nunc viuis, & in gloria forte viues. Hæc autem omnia prædicta, dixi ad deprimendam diabolicam tentationem. Et quamuis sic sit aliquando, aut sic possit esse, & sic de proximo credendũ est, quod si sic est, tamen simpliciter magis placet mihi, & credo quòd Deo etiam magis placeat vita contemplatiua quam actiua, solitaria quam domestica, & magis mihi placet honestas quam dissolutio, & hanc credo esse magis ab omnibus eligendam, Nam licet actiua possit in Deum ordinari, & a sapientibus ordinetur, tamen quòd propinquius est fini, magis est eligendum, & magis ipse finis quam illud quod est ad finem, & sic se habent istæ duæ vitæ, actiua scilicet & contemplatiua. Tamen non est dubium, quòd personæ quantum ad istas duas vitas, possunt se habere sicut excedentia & excessa. Nam aliqui actiui possunt esse, & aliquando sunt maioris charitatis & meriti quam aliqui contemplatiui, & econuerso, etiam aliqui dissoluti, quam honesti, & econuerso. Quid tamen nos habemus, dummodo Deo placeamus, maximum erit nobis, quia procul dubio in tanta hominum multitudine pauci sunt, immo forte paucissimi Deo grati. Cuius rei causa, & pro nobis & pro ipsis debemus & habemus non modicum, sed multum & quotidie & quasi inconsolabiliter lachrymari, & cũ feruore maximo assidue Dominum deprecari, vt sua ineffabili pietate & infinita misericordia dignetur nos indignos & miserabiles facere sibi gratos, aut si sumus, dignetur nos vsque in finem in sua gratia conseruare. Quod ipse nobis concedat, qui pro hoc voluit incarnari, & crucifigi. Amen.

Contẽplati-
a vita ma-
is eligẽda

Qualiter homo debet se ad amorem Dei *excitare, & quantum potest ignire cor suum.* Capitulum Octauum.

Quia cor contemplatiui non cessat, seu cessare nõ debet inuestigare, quomodo sui creatoris amore amplius inardescat, proposui aliquid ad hoc balbutiendo perducere inductiuum. Primo enim agnosce ò homo, quòd nihil est, quòd ad eius amorem tantum te inflammet, sicut tot & tantorum beneficiorum donatio copiosa. Hoc enim ipso quòd sic eum recogitas tam promptum, curialem, liberum, & benignum ad largiendum tibi gratis, innumerabilia & ineffabilia dona, ipsum te nimio amoris feruore diligere recognosces. Et quid hodie magis excitat ad amorem, quam veraciter & perfecte diligi & amari? Hoc enim faciunt homines quantumcunque crudeles, quia videlicet diligũt se amantes, quemquam erga suum creatorem instigante serpente antiquo hoc negligunt adimplere. Cogita ergo ò homo quicquid velis, & inde creatorem tuum inuenies, non modicam materiam diligendi. Accede ergo ad ipsum per hunc modum. Debes enim non fictiue, sed veraciter cogitare de Deo tuo, quòd ita simpliciter ipse est vbi tu es, sicut ipse est in cęlo Empireo, & te cogita non tuum, sed suum esse. Nec dubites, quod quicquid non ad damnum, sed ad salutem animę tuæ ab eo petieris, simpliciter impetrabis. Hæc omnia certe sunt maxime incentiua amoris. Quomodo ergo non diligis summe illum cuius es, & qui paratus est omnia tibi dare? Nonne multum amas illum, qui aliquid præstat tibi? Nonne ergo super omnia illum debes diligere feruenter, qui omnia quæ possides dedit tibi? Qui tot & tantis beneficijs te ditauit? Qui non solum alia a se vel a te, sed se & te tribuit tibi ipsi? Si ergo te diligis, quomodo ipsum qui te fecit non diligis? Tu te destruxisti, & adhuc non desinis destruere, & te amas: Illum vero qui te fecit & refecit, construxit & restruxit, regulat & conseruat, non amas? Dic ergo Domino Deo tuo. Domine creatura tua sum, & opus manuum tuarum, & mihi teipsum negare non potes, sed antequam procedas, hæc quæ dixisti meditare, & accenderis præ nimio ardore amoris. Quis enim amplius se valeat continere, quin omnibus oblitis, saltem in Deum suum se totum proijciat non per partes, cum ipse Deus qui est summum bonum, gloria & delitię Angelorum, vita & præmium beatorum, ipsi homini peccatori misero, infirmo, & corruptibili, in tantum vt eius miseriam nemo possit exprimere, semetipsum præ nimia charitate non valeat denegare? Et quantumcunque sit homo infirmus & peccator, si tamen toto posse ad ipsum se conuerterit, & ipsum constanter petierit, ipsum proculdubio possidebit, hæc nos ipse desiderat petere & largiri, dum inquit, petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. Nescio igitur quid amplius laboremus, cur nos quotidie affligamus, cum creatorem omnium possidere fœliciter valeamus. Quid ergo amplius quærimus? Si enim omne bonum possumus sic de leui habere, cur nitimur vitam istam plenam cunctis miserijs, tam solicite & auide possidere? O Domine Deus meus quid tibi boni fecimus, quòd nobis indignis te summum bonum tribuis tam libenter? Nihil tibi confert, si te habeamus, & tamen sic nos intense diligis, quòd te esse nobiscum, delitias tuas dicis. Quare amantissime Domine nos peccatores in tantum diligis, vt libentius teipsum nobis tribuas, quam aliquid aliud quod petatur? Et certe nec ego volo de cætero aliud possidere, ex quo debita petitione habere valeo Deum meum. Ornabo me monilibus, & introducam ipsum in thalamum cordis mei, & de cætero ibi secum dulciter requiescam. Bene scio, quòd nihil aliud ipse petit, nisi intrare ad cor meum desiderat, & iam diutius est quòd pulsauit, doleo. n. valde, quòd tantum carui bono, dicam igitur ei. O dulcissime Deus meus scio pro certo, et video manifeste, quòd tu plus me diligis, quam ego diligam me metipsum. Quapropter de me amplius non curabo, sed solum tuis delitijs perenniter inhærebo, & tu mei curam habeto, non n. tibi & mihi intendere simul possum. Et ideo permittam te intendere infirmitati meę maximæ, vt ipsam subleues manu forti, & ego intendam tuæ ineffabili bonitati, vt fęliciter sic delecter: Et quamuis tecum multum lucret, & tu breuiter nihil mecum, scio tamen, quòd libentius mecum es, vt me promoueas & conserues, quam tecum sim, vt tua perfruar bonitate. Et vnde hoc bone Domine? Certe hoc est vt clare video, quia ego me ipsum

summe

Digitized by Google

summe odio, sed tu me diligis supra modum. Si enim vellē amantissime Domine discurrere per singula signa tuæ ardētissimæ charitatis, sine dubio deficerem in narrando. Quia nec bona naturæ, nec bona fortunæ, nec bona gratiæ, nec bona gloriæ, si linguis hominum loquar & angelorum, explicare etiam superficialiter valerem. Et ideo his tacitis & dimissis, in solum tuum dilectum filium pater æterne aliquantulum respirabo. Quanta fuit erga hominem tua ineffabilis dilectio, & singularis Deus meus? Qui tantum eum dilexisti, vt velles hominem esse Deum, & Deum hominem appellari. Quid enim sibi amplius facere potuisti, quam quod tibi eum inseparabiliter vniuisti? Quid dicam, de sexu fragili ipsum voluisti nasci, & qui erat & est tuus vnigenitus proprius filius, voluisti filium virginis nominari, multum quidem Domine secundum vtrunque sexum exaltasti genus humanum, qui æqualem tibi filium voluisti esse hominem, & filiū mulieris. Nam hoc dilectionis signum, voluisti gratis Angelis tuis ostendere. Nō enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ. Mirum est valde, quòd præ tui amore, corda filiorum hominum non scinduntur. Quid enim aliud habebas facere Domine Deus, quam cum peccauimus, tam cito nos sicut peccantes Angelos in inferni profundum deijcere, & aliam creaturam nobiliorem, si volebas, creare, & producere in instanti? Quanta fuit ista dilectio bone Deus, quod post lapsum dignatus es nos quærere tam solicite & benigne. Nec non post tantam nostram offensam voluisti nos amplius, quam prius misericorditer exaltare. Quid quæso fuit illud? Nunquid exaltationem meruit culpa nostra? Certe non. Sed ne amplius fugeremus te, humanitatem nostram tibi vnire inseparabiliter voluisti. Mira videtur tua valde dilectio Deus meus, qui cum sis summus, te odientes diligis sic intense. Quomodo igitur nos cęci, & miseri, te nō sic diligimus omne bonum? O cor lapideum meditantis, quomodo in tam excellenti dilectionis affectu non deficis præ amore? Quātum est enim nostri creatoris digna bonitas, qui tantum desiderat nos sibi per dilectionis vinculum indissolubiliter colligari? Quomodo potest aliud cor hominis cogitare? Vt nos sic exaltares Deus noster, voluisti humiliter paruus nasci, vt nos bestiales effectos per peccatum, cœlestes faceres, cœlum deseruisti, & inter bestias voluisti in præsepio collocari. O magna diuinæ bonitatis diffusio. O detestabilis nostrorum excæcatio oculorum. O glacies non cor, cur non liquesis ad hunc calorem? O lapis non caro, cur non scinderis præ amore? Heu heu mihi quia nescio, per quam viam Deus amplius nos requirat: ex quo per hanc penitus non habet nos. Sed quid dicam, Christus, qui est receptaculum expulsorum, voluit fugere in Aegyptum. Nunquid Domine qui vbique eras, fugere indigebas? Non certe, quia omnes inimicos tuos in tua potestate simpliciter habebis. Sed ideo fugere voluisti, vt hæc pro me patiens, tuum mihi monstrares amorem, & vt sic ad te fugerem persecutus. O Deus meus bene video, quòd tu totus es meus, & me vis totaliter possidere. Sed quid plura? Taceo suæ vitę processum, qui totus est dilectione plenus, & volo festinare ad alapas, & consputa. Cuius enim hominis cor hoc immensi amoris euidētissimum signum, sufficiat etiam toto vitæ suæ tempore perfectissime cogitare? O clementissime Deus meus, si nihil aliud mihi fecisses, nec facturus esses, ex hoc solum quòd tu summus Deus æternus voluisti pro me, & in mea natura assumpta, hæc opprobria humiliter sustinere, deberem totaliter tuo igniri amore. Quid.n. maius Deo? & quid vilius peccatore? & tamen Deus pro peccatoribus voluit illudi & conspui. O Deus meus quid fuit istud, quòd a creatura tam vilissima quam in momento delere poteras, &

Durius est lapide, qui contēplando passionē Christi non resoluitur in lachrymas.

penitus annihilare, tot & tanta turpia & vilia, ignominiosa & dolorosa, tam patientissime tolerabas? Et dicentibus te esse peccatorem, immo dæmoniacū, tam benignissime respondeas? O summa & ineffabilis tuę manifestatio charitatis, dum talia & tanta pro nobis a dæmoniacis sustinebas. Quid tibi bone Iesu tantum curæ erat de nobis, quòd te pro nobis omni opprobrio & pœnæ humiliter supponebas? O cor durius lapide, siue ferro. O cor iam non cor, cur non accenderis ex amore? Nam lapis calore soluitur, & in æs vertitur, & tu ad pœnitentiam tam feruentis & tanti caloris, immutabile perseueras? Vtinam ergo lapidea essent, & non carnea corda nostra. Et quid certe mirabilius, immo vituperabilius in homine posset dici, quam quòd caro sui cordis inueniatur durior & insensibilior omni petra? sed nōne dicit Deus, quòd auferet a nobis cor lapideum, & daret carneum? Vtique dixit, sed vtinam econuerso auferat carneum, & tribuat lapideum, ex quo lapideum citius & facilius, quā carneum immutetur. Ad verecundiam nostram hoc dico. O cor durissimum, cur sic fortiter te diligentem, non diligis toto posse? O cor immanissimum, cur mortifere sic te odis, ò cor nequissimum, cur sic letaliter te laceras & consumis, ò crudelissimum cor, cur mortem diligis plus quam vitam, ò cor non cor, cur non te offers tā sollicite te quærenti? Cur non aperis, ad te die noctuq; lamentabiliter propulsanti? Cur in te non recipis, tā dulciter te petentem? O lapides & saxa & cæteræ creaturæ insensibiles, flete vberius vesaniam mei cordis. Certe Domine Deus meus, si me simpliciter odisses, ex quo tu es Deus meus, & solus protector & gubernator meus, & totum refugium meum supra omnes diligere te deberem. Quanto ergo magis hoc debeo, cum tu me summe diligas, & tuis beneficijs sequaris me per deuia fugientem? Nam in tantum me diligis, vt teipsum pro me videaris odire. Nonne tu iudex & Dominus voluisti a seruis & peccatoribus pro me iudicari, flagellari, & occidi? Nōne a discipulo traditus, triginta argenteis voluisti vendi, a Iudæis cum gladijs & fustibus capi tanquam latro, vinciri vt malefactor? Annæ primo, deinde Caiphæ præsentari, per inuidiam mendaciter accusari. Ab Herode alba veste illudi, & vt fatuus reputari, a Pilato nequiter iudicari, a suis militibus flagellari, oculos velari, purpura indui, palmis percuti, flagellis cædi, contumelijs affici, sputis fœdari, colaphis obrui, clauis configi, pęnis affligi, spinis coronari, cum iniquis deputari, cruce damnari, corpore nudari, manibus perforari, pedibus confodi, felle & aceto potari, lancea vulnerari, sanguine perfundi, & sic tandem turpissimam, & crudelissimam mortemque amarissimam pro peccatoribus voluisti patientissime sustinere: semper conticuisti, semper siluisti, vt agnus mansuetissimus os tuum nunquam ad malum aperuisti, nullum impatientiæ signum ostendisti, non maledixisti, nō murmurasti, sed patrem pro tuis occisoribus dulciter exorasti. O summa patientia, o ardentis & feruentis amoris inaudita beneuolentia, ò suauissima dulcedo cordis, ò mellisflua suauitas amoris. O inextimabilis dilectio charitatis, ò immensa pietas Saluatoris, ò ineffabilis benignitas Dei nostri, pati enim & mori voluit creator pro creatura, Deus pro homine, pater pro filio, Dominus pro seruo, magister pro discipulo, innocens pro reo, sanctus pro peccatore, iustus pro iniusto, denique pius pro impio & indigno. O Deus meus quid mihi amplius facere debuisti, aut dic, quid mihi amplius facere potuisti? Certe si tot & tanta mihi fecisset vnus vilissimus rusticus, ipsum toto affectu deberem diligere in æternum, & ego te non diligam Deus meus? Absit. Certe enim non dico sanguinis effusio, quæ tota plena est charitate, sed solus tuus aspectus deberet me in tuo amore totaliter inebriare. Quanto ergo magis

Apost phe ad

Digitized by Google

magis tua grauissima passio sic penosa? Certe & clare video, quòd me totum voluisti, dum mihi te totum sic amorose & dulcorose totaliter tribuisti, & quis requirebat hoc de manu tua Domine mi? cur tibi tanta cura fuit de tam vilissima creatura? certe nihil aliud nisi tua nimia bonitas, & immensa dilectio hoc egit. Nam si omnino redimere me volebas, aliter certe quam per mortem tuam me poteras redemisse: sed ideo sic me indignũ redimere voluisti, vt me in tuo amore amplius inflammares. O amor & desiderium cordis, ò dulcedo & suauitas mentis, ò ardor & inflammatio pectoris, ò lux & claritas oculorum, ò aurium delectabilis symphonia, ò hostia odorifera Deo patri, ò mellisflua gustatio fluxus sanguinis, ò amantissima palpatio lateris, ò dulcissima osculatio pedum, ò suauissima amplexatio brachiorum, ò salutifera contractio corporis, ò reuerenda inclinatio capitis, ò anima mea, ò vita mea, ò viscera cordis mei, ò medulla ossium, vegetatio carnium, organorum significatio, intellectus inspiratio, ò tota & totalis delectatio & exultatio mea, suauitas & iucunditas mea, solatium & tripudium meum, iubilus & risus meus, gaudium & lætitia cordis mei, ò cur non sum totus in tuo amore cõuersus? Quare aliquid est in me nisi amor? Quomodo possum aliud loqui, possidere, appetere, vel meditari? Cur non sum illaqueatus & captus amore? Quid iucundius, quid plus vel amplius capit quam amor? O Deus meus vndique me tuus amor circundat, & tamen nescio qd sit amor, heu heu mihi, cur sic insensibilis maneo sine causa, cur vanitas plus quam veritas me abstraxit, cur creaturæ iniquitas, plus quam saluatoris & creatoris mei benignitas me allexit? Cur miserias & peccata plus quam redemptoris mei amorem, & beneuolentiam adamaui? O quantum dilexisti hominem Deus meus, qui non solum pro ipso in cruce pati & mori voluisti, sed etiam ipsum apud inferos visitasti, & ipsum tecum ad superos reduxisti. Non potuisti Domine mittere aliquem Angelorum, nisi eum extraheres per te ipsum? Cur vbique vis hominem sociare? Cur semper cum homine tu vis esse? Cur omni loco & tempore cum homine vis tam domestice habitare? Et in omnibus cum eo tam dulciter & amicabiliter conuersari? Quid habet quæso iste homo, nisi vilia & spernenda? Cur ipsum diligis sic intense? Postquam enim resurrexisti, voluisti etiam adhuc per quadraginta dies homini apparere, secum sic glorificatus, velut familiariter voluisti. Et pacem sibi donans te ei visibilem & palpabilem tribuisti. Sed bone Domine nonne sufficiebat homini, quòd pro ipso fueras crucifixus? & quòd demum ipsum extraxeras de inferno? videtur manifeste, quod tu in tantum dilexeris istum hominem, vt ab ipso non valeres te modo aliquo abstinere. An forte ignorabas, quod de tam excellentissimo tuæ passionis beneficio debebamus esse ingrati? Nam etiam quos speciales habueras, non tam ingrati quam increduli extiterunt. Quomodo ergo potuisti nos plus eis intueri? O quam admirabilis & ineffabilis est tua dilectio bone Domine, cum nullo modo possis ab homine separari: Nonne etiam, quia ascensurus eras ad dexteram Dei patris tui, potestatem homini dimisisti, vt cum velit te habeat in altari? Hanc quippe potestatem antequam mori inciperes, homini tribuisti, ne te per tuam mortem amittere formidaret. Sed cur hoc facere voluisti, cum spiritum sanctum ad hominem esses missurus? Cur igitur tam semper auide voluisti cum homine commorari? Sed vere vt video, nos tuo corpore glorioso incorporare totaliter voluisti, & tuo preciosissimo sanguine nos potare, vt sicut tuo inebriati amore, tecum semper vnum corpus & vnam animam habeamus. Quid enim est aliud tuum sanguinem, qui est potus animæ bibere, nisi nostram animam tuæ sanctissimæ animæ indissolubiliter colligare? Hoc est certe quòd vis, hoc est quod desideras Deus meus. Hoc Domine mi redemptor est, quod tanto tempore procurasti, & pro hoc semper à tua infantia laborasti. Hoc nobis quæso misericorditer concedas, qui pro nobis plenus amore, vberius tuum preciosum sanguinem effudisti. Amen.

Expressio maxima amoris Christi erga homines.

Quomodo homo perfecte se odiat, & Deum perfecte diligat. Cap. 9.

QVia ad dilectionem Dei habendam impedit dilectio sui, & quanto amor plus in vna re intenditur, tanto in altera apparet plus remissus. Ideo vt perfecte possimus Deum diligere, perfecte nos debemus odire. Tunc autem te odis perfecte, quando appetis pleno corde ab omnib. conculcari, & vilissimus reputari, flagellari, vilipendi, deijci, contemni, & quasi ad nihilum redigi in hoc mundo, & hæc oĩa reputas esse pauca. Item quando in tuis, seu tibi illatis iniurijs, & tribulationibus, te fore dignum putabis, hęc dico pro tanto, quia multi hodie sunt, qui aduersa sustinent, & appetunt sustinere, vt sic ab hominibus de corum tolerantia comẽdentur. Tales proculdubio non se perfecte odiunt, sed potius diligunt, & mercedem suam iam recipiunt in hoc mundo. Tunc etiam te perfecte odis, quando non solum cupis ab alijs conculcari, sed etiã te in teipso tantum abhorres, vt vix teipsum valeas tolerare, & efficieris nimis abominabilis tibijpsi. Et velles etiam à creaturis irrationabilibus, & insensibilibus simpliciter impugnari. Et cum propter tuam necessitatem aliquid delectabile, vel etiam non afflictiuum recipis, contra teipsum non modicum conturbaris, solum Deũ quæris, & omnia renuis extra ipsum. Ad hoc autem per maximum donum habendum, valebit, si confideretur & ex toto corde petieris hoc a Deo. Ex parte autem tua possunt esse aliqua inductiua, & dispositiua ad donum istud. Primo quidem considerare debes, quod in peccato fuisti genitus & conceptus. Et quod postquam fuisti à peccato originali sacro lauacro regeneratus, lauatus, & lotus, & iam vsum liberi arbitrij habere cœpisti, Deum tuum vsque ad hanc horam continue offendisti, immemor & ingratus primæ lotionis, quæ in te deriuauit à latere Iesu Christi; diuinam non reuerendo maiestatem, in cuius præsentia existebas, ac temetipsum lethaliter offendendo, plusquam aliquis tuus crudelissimus inimicus. Quomodo igitur si ista diligentius cogitabis, te simpliciter non odibis? Et quid nos odimus, nisi mala mortifera, & nociua fugiamus? Quid autem magis est mortiferum & nociuum, quam opponere te totaliter suo bono? Quid periculosius quam salutiferi sanguinis Christi euomere medicinam? Quid perniciosius homini, quam suæ animæ occisio procurata? Et tu tibi talis fuisti, & in omnibus prædictis maxime offendisti, etiam plusquam valeas cogitare. Debes secundo cogitare, quod quando ab extrinsecis magis molestaris, tanto magis tibi vndique præcluditur via, ne vagoris per deuia, & ne illicite affectuum tuum applices creaturæ, sed in solo creatore altissimo requiescas. quis ergo non odiet summe illius clausuræ apertionem, vnde quis existens cum Deo, possit ab eo egredi, & exire? Certe tali clausura talis aperitur, quando propria tribulatio non amatur, sed ab animo fugatur. Volens quippe talis homo potius quiescere in stercore, quam in Deo. Cogita ergo o homo, quòd soli Deo debetur reuerentia siue honor. Et ipse solus in se & in suis creaturis est à nobis simpliciter diligendus.

Et ideo si vere & perfecte Deum diligis, te diligis, & honorari ab hominibus, debes penitus abhorrere. Quomodo non merito abhorrebo illud mihi attribui, quod est Dei, immo potius oppositum affectabo, ne forte si vellem tenere medium, currerem in extremum. O quam vtiles sunt istæ afflictiones extrinsecæ. Nam certe per ipsas ad cognitionem nostræ miseriæ venimus, & per talem cognitionem nostri, magis cito & perfectius ducimur in cognitionem Dei. Nam quanto quis suæ fragilitatis, & vilitatis magis est cognitor, tanto magis est diuinæ maiestatis inspectator. Quis ergo renuet se odiri, & ab hominibus conculcari? certe nescio nisi stultus. Si ergo times o homo, illa quæ ab hominibus inferuntur, multo magis debes timere illa, quæ tibi a Domino infligentur, & si illa times, certe ista diliges & amabis. Nam istæ tribulationes suns viæ ad patriam, & sunt materia magni boni. Consolationes vero sunt viæ ad pœnas, & occasio magni casus: istæ, scilicet consolationes & honores, animas inficiunt & deturpant. Illæ autem, scilicet tribulationes, animas lauant a maculis, & purgant a scoria peccatorum. Vt sic dealbatæ & mundæ digne videant Deum suum. O Deus, quis non appetet hoc habere, nisi qui non appetit te videre, & ad tuam gloriam euolare? Et quomodo probabitur aliquis esse tuus verus amicus, nisi pro te aduersa voluerit sustinere? Nunquid vera amicitia tui, comprobatur in consolationibus, & honoribus huius mundi? Certe si sic esset, pauci inuenirentur mali, quia valde pauci sunt illi, qui non appetant consolari: sed certe illi tui filij concernuntur, quos flagellis corrigere non desistis. Nam semper cum talibus commoraris. Non ergo quis aduersa renuit, sed summe diligit, nisi forte ille miser, qui non vult tanquam spiritualis amicus, immo tanquam charissimus filius cum Domino habitare: hæc nos stimulant, vt festinemus currere, & proficere ad maiora, hæc nos faciunt conscendere in montana, vt contemplemur in cœlestibus Deum nostrum. Hæc sunt certe, quæ cæteris membris patientibus nos instruunt compati, & compatiendo nos cogunt, eis misericorditer subuenire.

Compati proximo, signum recognidi est. Hebr. 4.

Quomodo enim proximo meo iniurias, & damna, vel quæcunque aduersa patienti compatiar ego, qui hoc nũquam penitus sum expertus? Propterea Apostolus dicit de Christo. Non (inquit) habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris. Et hoc certe, quia ipse Christus eas in suo corpore expresse probauit, sicut innuitur ibidem.

Isa. 53.

Nam languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Si ergo exẽplo eius, nos hic in præsenti non compatimur proximo, quomodo regnabimus secum? Aut si compassionem ad inuicem non habemus, quomodo ad inuicem membra sumus? Et si forte commembra, nunquid viua? non certe sed mortua & insensibilia sumus. Quid igitur aliud restat, nisi vt de corpore excidamur? dicito adhuc mihi tu homo, quomodo ipsi tuo capiti Christo scies compati pro te passo, quando in teipso passionem nullatenus experiris? aut si Christo non compateris, quomodo potes ipsi tanquam capiti conformari? sed certe si solum istud & nihil aliud se moueret, deberet facere te auidum passionum. Quid peius & magis mortiferum, quam patientibus non compati, & tanti beneficij passionis Christi esse ingratum? aut quid fructuosius & suauius, quam ex corde plenam compassionem gerere illius amarissimæ passionis? hoc certe nullus perfecte potest facere, nisi forte qui iniurias est expertus, aut dic mihi tu homo quid nobilius & dignius, quam Dei filio assimilari? Quomodo ergo si per consolationes & honores fuerimus dissimiles in præsenti, poterimus in regno confratres sibi esse? minime certe. Quid enim abominabilius, quam pro me stercore videre Dei filium in assumpta humanitate, iniurias maximas & opprobria innumerabilia sustinere, mortem turpissimam & grauissimam tolerare, & me velle ab hominibus honorari, & flui delitijs huius mundi? O homo non homo, sed stercus & plusquam stercus, ipse actor & iudex tuus super se reflexit iudicium tuum, & pro iniuria quam sibi feceras, semetipsum ad mortem crudelissimam iudicauit: & tu qui adhuc non cessas sibi iniurias inferre, vis ab aduersis omnino pertransire immunis? Saltem infelix coram oculis sic pro te afflicto prætende mœrorem, & corde te offer sibi, ad consimilia pro eo libentissime patiendum. Certe ex quo ipse est sic pro te sufficienter punitus, si tu hæc quæ ipse sustinuerit, volueris iterum sustinere, & hæc toto corde appetieris, non sustinebis: quia ipse non vult quòd pro eadem iniuria bis passio inferatur: sed illud quod credis iniuriam, in honorem ipse conuertet: & quod credis tribulationem esse, consolationem videbis: & vbi esse damnum putabis, inuenies fructum multum. Et quanto iniuria fuerit maior, tanto honorabilior eris; & quanto passio acerbior, tanto eris charior Deo tuo: & quanto tribulatio & afflictio fuerit intensior & diuturnior, tanto magis te Deus consolabitur in mercede: & si omnia pro ipso amiseris, certe ipsum qui est bonũ omnia possidebis: et si omnes te fuerint persecuti, ipse nunquam te deseret, sed vbique & semper viriliter te iuuabit: si in hoc mundo a cũctis fueris expulsus, ipse te recipiet in suo regno: si autem honores petieris, a Deo e conuerso depriueris, si consolationes & delitias, tribulaberis & affligeris. Si temporalia vel diuitias mendicabis, & pauper efficieris. Quid plura? Si præter Deum aliquid appetieris, teipsum affliges, immo si te dilexeris, te occides. Si vero teipsum oderis, & solum Deum dilexeris, vita viues, & ipsum plane, & feliciter possidebis. Nam qui Deum diligit, Deum habet: & quanto perfectius eum diligit, tanto perfectius habet ipsum. O stultissimi homines, cur hic oculos vestros non ponitis, si vultis vos & omnia abhorrere? Certe cum videritis vos possidere omnium creatorem, & mens vestra fuerit in eo quietata, omnia ab eo reputabitis penitus vanitatem. Et corpora etiam vestra, dum adhuc sunt mortalia, abominabilia tanquam stercora sint vobis. Et sicut qui auferret stercus, vel aliud abominabile ab oculis vestris: sic qui vsque ad mortem affligeret corpus vestrum. Et sicut cum quis detestaretur illud, quod abhominamini, gauderetis: si cum quis iniurias, & opprobria testando, vobis dixerit vel fecerit, exultabitis. Nam nihil vobis poterit aduenire aduersi. Consolationes enim & honores, & quæque prospera, non poterunt vos decipere vllo modo, quia de ipsis non curabitis, immo contraria cupietis. Aduersa etiam vos non valebunt deijcere, quia ipsa summe desiderabitis in hoc mundo. Et quanto tribulatio erit maior, tanto maior consolatio erit vobis, eo quòd magis in hoc casu implebitur desiderium cordis vestri. Et si forte in aliquo sic non esset, deberet certe in eo penitus ita esse. Et quis non deberet gaudere, si separatur a vanitate, & coniungitur veritati? Nonne hæc omnia suns vanitas, vanitas vanitatum, & omnia vanitas simpliciter, præter Deum? Et quid est veritas, nisi Deus? Omnia igitur præter Deum, & quæ in ipsum non tendunt, suns a vobis simpliciter abhorrenda. Si enim sic esses ò homo, vt in solo Deo velles affici, & ipsius solius sitires honorem, te autem (vt dictum est) non diligeres, sed odires, & appeteres ab alijs conculcari, despici, & contemni; viam proculdubio ipsi Diabolo præcluderes in tantum, vt nullatenus ad te posset intrare. In hoc enim concordant omnes doctores, quòd omnis mali causa est timor vel amor, immo etiam ipsius timoris causa est amor sui ipsius. Quomodo ergo ex timore poteris peccare, quia desiderabis

Nota.

siderabis

Digitized by Google

siderabilis affligi, & contemni & ab omnibus simpliciter conculcari? Et quomodo amore tui peccare valebis, cum te perfecte odias, & diligas solum Deum? Hoc certe si habueris, & seruaueris, ad perfectam innocentiam & ad sanctitatis consummationem pertinges. Et qui aliquãdo fuisti seruus diaboli, efficieris nunc specialis amicus, immo amantissimus filius Dei tui, & in Regno suo reputaberis inter omnes. Cur ergo ista assequi sic tardamus? Quare negligimus tantum hanc mentis perfectionem, satis de facili obtinere? Nunquid hoc donum excellentissimum, nobis largitor omnium bonorum poterit denegare, si hoc ab eo voluerimus toto corde, cum instantia postulare? Certe non, de hoc .n. te certifico, sicut possum, quia non denegabit, sed libentissime tibi dabit. Non dico, quòd det tibi pati, quia hoc non omnibus concedit, sed tibi indubitanter tribuet velle pati. Et forte quòd etiam pati (si dignus fueris) dabit tibi. Et si fortassis dicis mihi non possum, nec possem tantum laborare, vt ad tantam sanctitatem venirem, quòd solum Deũ diligerem, & me exolum haberem super omnia, & quòd possem simpliciter appetere ab omnibus vilipendi. Ego tibi respondeo, quòd ad hoc non requiritur iste labor extrinsecus, aut corporis valetudo: sed potius solitudo, & requies corporis, labor cordis & quies mentis. Non requiritur inquam multus labor extrinsecus, quia per illum non vnitur, sed distrahitur, interior vero labor humilitatis & pietatis, ad hoc & ad omnia est vtilis, dum tamen homo mentis quietem custodiat in labore. Nec ét requiritur valetudo corporis, quia valetudini spiritus hæc repugnat. Requiritur autem omnino labor cordis in surgendo, & euellendo se totaliter ab istis infimis & caducis, & se ad cœlestia eleuando. Et dum sic ascendes in te, tunc requiritur quies mentis. Multum enim abhorret Deus illum, qui ipsum degustat, & ibi simpliciter non quiescit, sed potius, tanquam Deus non esset sibi sufficiens, recedit a Deo, & redit ad ista stercora amplexandum, & sic coinquinatus & infectus, ad amplexus Dei iterum vult redire, sed certe sic facere vni vili rustico, & timeremus & verecundaremur, & tamen ipsum Deum plus omni rustico vilipendimus, & quasi nihil de ipso breuiter iam curamus, & nihilominus volumus, quod ipse in omnibus nostræ satisfaciat voluntati, sed non sic debet esse. Sed si intrare adeo volueris sine repulsa hoc excellens, vel etiam aliud quodcunque donum, ad ipsum reuerenter conscendas, nec inde recedas, sed perenniter ibi quiescas, rogando eum instantius & deuote, vt ad vomitum non permittat amplius te redire, & si sic feceris, non dubito, quin ab eo suo lumine illustratus, tuas miserias recognosces, & super omnia te odibis, diuinam experieris bonitatem, & omnia mundi, velut stercora abhorrebis. Et sic tandem digne, & merito, immensi amoris vinculo coniungeris inseparabiliter soli Deo. Quod ipse nobis concedat, qui per cuncta sæcula regnat. Amen.

Quies mẽtis, magis nos vnit Deo, quã corporalis labor.

Quòd homo commutetur in Deum.
Capitulum. 10.

O Mirabilis mutatio dexteræ excelsi. Sicut enim apud homines temporalia diligẽtes, esset summe admirabile, si quis vnum stercus fœtidissimum, commutaret in omnes delitias huius mundi, vt puta, si quis pro vno vilissimo & fœtidissimo stercore, haberet huius mundi plenariam potestatem, & quantum ad temporalia ad modum Imperatoris, & quantum ad spiritualia sicut Papa, & nullam resistentiam posset pati, & insuper, quòd maligni spiritus suæ obtemperarent in omnibus voluntati, & quod non solum terra & quæ in ea sunt, sed & cœlorum sydera sibi parerent ad nutum. Item quòd posset mortificare, viuificare, infirmos sanare, & mortuos suscitare, cursum quoque naturæ simpliciter immutare. Et quòd haberet omnes diuitias & delitias, quas citra Deum posset excogitare, immo quas Deus posset producere, dum tamen in Deũ non ducerent. Sic certe. immo sine comparatione, multo magis est admirabilis, laudabilis, venerabilis & amabilis illa commutatio, qua quis se commutat in Deum. Nam maior est sine cõparatione, distantia inter Deum & hominẽ quã, inter quamcunq; vilissimam & infimam creaturam ad omnia, quæ citra se facere posset Deus. Tunc autem homo se commutat in Deum, quando eligit se odire, & diligere solum Deum, & circa aliud non vult, nec potest affici, nisi solummodo circa Deum, & in illum solum suum iacit affectum. Illi adhæret tantum, & de vlla re, nisi de Deo breuiter nihil curat: & semper & totaliter sitit, quomodo per se & per alios, honoretur simpliciter Dominus Deus suus. O commutatio dulcis & suauis, & summe desiderabilis. Nam talis homo suorum peccatorum plagas, in Christi vulnera commutauit. Suæ mentis fœditatem, in diuinam bonitatem, suam nequitiam in Dei clementiam, amaritudinem cordis, in summam dulcedinem creatoris. Nam totus factus est Dei, & nihil nisi Deum requirit. Cor suum plenum est ipso, & totus in eo est ipse Dominus Deus. Se exiuit, & Deum intrauit, & zelo Dei succensus, facit guerram sibi ipsi, tanquam suimet crudelissimo hosti. Si ergo talis est commutatio ista, sicut vere talis est: Cur serue nequam, infidele mancipium, creatura inutilis, hoc adimplere retardas, & te negligis immutare? Sed caue diligenter, ne cum torpore operis grauamine cordis, anxietate pectoris, in sensualitate mentis hoc studeas adimplere. Sed potius hoc facere intendas cum maxima auiditate animi, cum feruoris intensione, & cum immensitate amoris. Maxime cum nihil homini vtilius, nihil delectabilius, & nihil nobilius esse possit. Si ergo teipsum exiueris, & per hunc modum in Deum intraueris, caue cum omni diligentia, ne modo aliquo extra ipsum valeas amplius inueniri. Et si aliqua mentis infirmitate, aut negligentia, forte contigerit te exire, illuc statim cum fletu recurras, & Deum suppliciter depreceris, vt tibi indulgeat, & dignetur te seruum recipere fugitiuum. Et tunc proponas firmiter in corde tuo, ab eo amplius non exire. Non tamen tale propositum facias, vt ad nouam culpam te obliget & astringat, quia fragiles sumus, & ex nobis simpliciter incõstantes. Et si millies ab eo exieris, totiens studeas ad ipsum redire quam cito. Regula istius capituli bona est. Nullus enim bene poterit cum Deo esse perfecte, qui suum affectum habet ligatum, vel inclinatũ alicui creaturæ.

Abstrahi oportet ab amore proprio et vniuersæ creaturæ, vt charitatẽ Dei perfectam habeam'.

Regula.

De ordinatione ad proximum. Cap. 11.

DE proximo tuo accipe breuem doctrinam, vnum quenq; hominem mundi reputa temet ipsum. Si hoc bene cordi tuo impresseris, nõ est dubium, quod suum bonum diliges, sicut tuum. Et quod ad salutem suam spectare cognoueris, hoc tua oratione, & exoratione, aut alio modo, quo poteris, pro eo tanquam pro te, sollicite & fideliter procurabis. Et cum videris ipsum bona facere vel dicere, ita repleberis gaudio, ac si tu illa eadem verbo, vel opere adimpleres. Si autem scieueris ipsum esse in peccato, aut in aliquo spirituali defectu, tu sibi nimium condolebis, & ipsum a malo (pro vt poteris) releuabis, & ad bonum toto posse conduces. De miserijs autem corporis, sic compatieris sibi, ac si in teipso illas haberes, & ita libenter & diligenter seruies ei, sicut faceres

Proximo compatiendum plusquam nobis.

ceres tibi ipsi, immo multo lubentius sibi, quam tibi, quia tu cernes maius præmium esse tibi, cum etiam te debeas odire, & illum amare. Et si forte te offenderit dicto vel facto, tu non plus curabis, quam si tu tibi illa fecisses, vel tibi dixisses, immo eo tibi ipse magis placebit, quo cum eo maiorem materiam merendi videbis. Si vero tu aliquid boni dixeris vel feceris sibi, non plus de hoc eleuaberis in corde tuo, quam si alius in eisdem sibi, verbo vel facto seruiuisset. Et si tu aliquem defectum culpabilem feceris coram eo, de hoc tu plus non curabis, quã si in priuato (vbi nullus vidisset) fecisses. Inde etiam sequitur, quòd si vnumquemque reputaueris teipsum, proculdubio nullum proximum specialem habebis, quia omnes certe tibi singulares putabis. Nullum enim plus altero diliges, nisi inquantum ipsum noueris meliorem, et non inquantum sit tibi magis familiaris vel notus, nec etiam circa quantumcunque bonum debes simpliciter affici, sic solummodo circa Deũ, siue in se absolute, siue etiam inquantum isti vel illi, tot & tanta bona largitus est, possumus tamen pro illis magis orare, pro quibus sumus magis domino obligati. Nec tamen sic est orandum pro illis, vt alios penitus dimittamus, vel obliuioni tradamus, nihil autem appropries tibi, nisi tuas culpas, & tuos defectus. Te cæteris viliorem cognosce, & non solum propria, sed etiam aliorum peccata reputa esse tua. Et ꝑ ipsis, tanquam pro tuis veniam cum lachrymis a Deo implora, nec dicas, quomodo possum omnem hominem existimare meliorem, hoc te docebit facere perfecta charitas, qua te cum eis cõiungens, te faciat vnum eum eis, hoc inde clarius intuetur. Ad hoc autem faciendum mouetur de facili ille, qui cor suum in honorem Dei totaliter radicauit, nihil aliud, nec in se, nec in alijs appetendo.

Regula charitatis christianę. Vnde hæc est regula peroptima. Quòd qui vult Deum perfecte diligere, & proximum simul, nihil aliud nisi solum honorem Dei sitiat, & cum magna auiditate & sollicitudine cordis, solum Deum requirat, nihil aliud intendens in omnibus.

Quòd homo semper sit ordinatus in loquela, cogitatione, & operatione.
Capitulum. 12.

Prouidebã dominũ in conspectu meo semper &c.

SEruus Dei nunquam debet nec aliud nec aliter cogitare, loqui & operari, quasi si Deum suum facie ad faciem semper videret, nec est dubium, quòd sic vbique & semper est nobis præsens Deus, & nos & cuncta nostra ita videt, ac si iuxta sedem suam in Empyreo cœlo essemus, quamuis hic non sic influat, sicut ibi. Et ideo quamuis non videamus ipsum Deum, ex quo tamen indubitanter scimus, & certi sumus ipsum esse iuxta nos, immo etiam in intimis cordis nostri, non debemus aliquo modo plus vel minus, nec aliter cogitare, lo-

Exemplũ. qui aut facere, quam si semper & vbique eum clarissime videremus. Tantum enim timeret seruus Imperatoris, si sciret pro certo, se clare & totaliter ab Imperatore videri, quamuis ipse nullatenus videret Imperatorẽ, nec posset videre, quantum timeret, si manifeste ipsum Imperatorem videret, immo certe multo magis. Nullus enim seruus est, qui ex hoc proprie timeat, quando suum Dominum videt: sed potius ex hoc timet, & merito habet timere, quando a suo Domino diligentius obseruatur, & ab eo cognoscit pro certo se clare videri, vnde si seruus sciret pro certo, quòd suus Dominus non posset eum videre, nec scire illud quod facit, vtique sicut credo suum Dominum non timeret, sed tunc multum haberet timere, & merito timeret, quando pro certo sciret à Domino se videri, etiam si ipse suum Dominum penitus non videret. Quanto ergo magis debemus semper summe revereri cum magna deuotione & amore, cum immensa reuerentia & timore, cum maxima nostrorum scelerum erubescentia & confusione, ipsum dominum Deum nostrum, qui nobiscum vbique & semper est, & nos, & nostra continue intuetur, non solum illa quæ foris patent, sed etiam omnia intima, infima & secretissima cordis nostri? O vituperabilis, & execrabilis stultitia, immo malitia nostra. Quis ergo est tam magnus, & infimus peccator in mundo, qui furtum, adulterium, & quodlibet vis peccatum præsumeret patenter committeret, vbi & quando a cunctis posset videri & capi? Aut quæ nam est mulier tam mala, tam lasciua tam lubrica, tam adultera, tam meretrix sine fronte, vel quomodolibet vis peccatrix, quæ in medio platearum & in meridie, cunctis cernentibus, non summe erubesceret, ad fornicationem sui corporis præbere consensum, & quæ non valde timeret, quodcunque etiam aliud scelus committere in publico, vbi posset de facili comprehendi? Nonne omnis qui male agit, odit lucem, quærit latebras, fugit publicum, petit angulos & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius? O miserabilis cæcitas cordis nostri. Nam si videro & cognouero firmiter me ab hominibus clare videri, dum volo facere quicquam mali, statim præ verecundia vel timore desinam a peccato, etiam quantumcunque sim tentatus & auidus ad peccatum, & quantumcunque aliam oportunitatem habeã ad peccandum, & tamen coram Deo meo, in cuius conspectu sum, non erubesco, nec formido peccare, sed intrepidus & inuerecundus, multoties, & multipliciter multa, immo innumerabilia scelera, maxima, grauissima, turpissima etiam ad loquendum & nefanda, committo coram oculis eius. Nunquid forte nõ videt Deus quæ facio? Nunquid forte non audit quæ loquor. Nunquid fortassis non intelligit quæ cogito? Vtique videt, audit, intelligit & cognoscit, quia oĩa sunt nuda & clara oculis eius. Cur ergo infelix, nõ summe timui taliter, & tãdiu peccare? Cur miser non summe erubui, tot & tãta grauia & turpia, sine fronte & freno committere? O Deus meus quoties te offendi? O creator meus, quot & quanta in te peccata commisi? Mirum est, quomodo iandiu nõ demersisti me in profundum inferni. Summe mirabile est, quòd quando te primo offendi, non statim ꝓiecisti me a facie tua in tenebras exteriores, vbi est fletus & stridor dentium. In ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius, valde stupendum est, quòd tantum me peccatorem maximum & inimicum tuum mortalem sustinuisti, & adhuc patienter sustines super terram. Vnde hoc mihi a te? Certe ex dono tuæ ineffabilis pietatis. O magna inquitas mea. Sed o maior bonitas tua, o immensa malitia mei peccatoris, sed ò immensior clementia tui Saluatoris. Nam vbi abundauit meum delictum, superabundauit ibi gratia tua. Ego me ipsum perdidi a te recedendo, tu me inuenisti, ad te me reducendo. Ego meipsum vendidi in te culpas committendo, tu me redemisti pro me pœnas patiendo. Ego ad mortem me damnaui, te nimis offendendo, tu me viuificasti, pro me te occidendo. O inextimabilis dilectio diuinæ charitatis. O intolerabilis abominatio meæ iniquitatis: Heu miser & infœlix ego, cur non semper perfundor lachrymis? Cur non vbique affligor suspirijs? Cur non vndique flagellor verberibus? Et si non forte Christi amore, pœnarum saltem mei dolore culparum, peccaui enim crudeliter, lapsus sum fortiter, cecidi grauiter, corrui miserabiliter. Nullum inuenitur peccatum, cuius non sim ego sordibus coinquinatus. Nullus est morbus vitiorum, a quo ego non contraxerim contagium. Nulla sordium sentina extitit, quæ in me miserum non confluxerit, cur igitur saltem meipsum non plango die ac nocte?

Digitized by Google

ac nocte? cur non profusis vberius lachrymis, lauare studeo maculas mentis? Cur voce perfectæ confessionis os meum non aperio, simpliciter Deo meo dicens Peccaui, Deus meus miserere mei? Nunquid forte tu homo hæc facere erubescis, vel times? Sed miser & infœlix, quomodo times, Deum pœnitendo placare, cum non timueris ipsum offendendo turbare? Aut quo nunc erubescis lachrymis te lauare, cum tunc non erubueris per culpas te totum fœdare? Quid magis timendum, Deum culpa offendere, vel ipsum pœnitentia placare? Quid verecundius, seipsum peccatorum sordibus deturpare? illud simpliciter & præ timore, & verecundia fugiendum est, istud vero cum expedit, simpliciter est faciendum. Non vitasti primum, ideo prosequaris secundum, & cito dum tibi tempus præstitit Deus, expectat enim te adhuc ad pœnitentiam, quia non vult mortem tuam, sed magis vt conuertaris, & viuas. Tu male fecisti, cum grauiter offendendo, peius facis te defendendo, non humiliter de offensa pœnitendo. Sed pessime facies, de cætero te simpliciter non corrigendo. Pone ergo ammodo finem peccatis, pone legem nequitię, habeat culpa modum, habeat iniquitas terminum. Iam desine peccare. Et si forte non amore Dei, saltem præ eius verecundia & timore. Non enim potes te abscondere ab oculis eius, neque fugere manus eius. Si enim abstines a peccando præ confusione & timore humano, multo magis abstinere debes præ confessione, & timore diuino. Nunquid insensate magis verecundaris de homine mortali, & ipsum magis times quam Deum æternum? Nunquid magis creaturam, quam creatorem? Nunquid magis iudicem corporis, quam testem, & iudicem corporis & animæ, qui potest te totum mittere in gehennam? O immensa stultitia. O grandis vesania. O miserabilis excæcatio oculorum. Et vnde hoc? Certe quia excæcauit nos malitia nostra. Heu heu nobis. Quid faciemus? Certe nihil aliud restat nobis, nisi vt operti cinere & cilitio, procidamus in facies nostras coram Deo, præ culparum nostrarum verecundia & tremore, & ab eo ex corde & cũ lachrymis, veniam humiliter imploremus dicentes, miserere nostri domine miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione, quia peccauimus tibi. Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. O lux mundi illumina nos, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedemus. O lux vera in tenebris lucens, remoue tenebras, non tam ignorantię, quam summæ malitiæ nostræ. O splendor gloriæ, & candor lucis æternæ. Illustra nos, vt te & nos perfectissime cognoscamus. Inflamma nos, vt te solum in omnibus & super omnia feruentissime diligamus. Purifica nos, vt sic a peccato mundati te de cætero, saltem præ tui erubescẽtia, & timore nullatenus offendamus. Lætifica nos, vt tibi læta facie assistentes, potius amore quam timore, tibi digne & laudabiliter seruiamus. Fortifica nos, vt tibi indissolubiliter adhærentes, nunquam a te in perpetuũ recedamus, sed semper hic per gratiam, & in futuro per gloriam, te fœliciter perfruamur. Amen.

Quòd homo potest conseruari in statu.
Capitulum. 15.

MIrabile est valde fratres charissimi, quomodo sic modica scintilla, sicut est cor nostrum non absorbetur totaliter ab immensa bonitate diuina. Et quomodo seruus Dei, non semper amore tam amantissimi Domini inebriatus incedit, hoc certe penitus fieret si vellemus, & conaremur illi immensæ diuinæ bonitati, simpliciter applicare cor nostrum. Vnde de hoc non dubitet aliquis, quod quanto magis illi summæ bonitati vellet applicare cor suum, tanto melior & perfectior esset. Et qui in summo applicare posset, ita vt penitus oblitus omniũ, præter ipsum Deũ, toto animi conamine tenderet in eum, ibique aliquandiu quiesceret, non statim inde recedens, tunc credo, quod talis nimia absortus dulcedine, consumaretur in statu. Tunc talis inter consolationes & tribulationes, honores & vituperia, blandimenta & opprobria, & prospera & aduersa; insensibilis totaliter pertransiret, nihil penitus sentiens, nisi Deum suum solum honorare affectans. Tunc certe talis posset merito dici comprehẽsor potiusquam viator, beatus non miser, Angelus non homo, nõ peccator, sed sanctus, Et si ad hoc pertingere cupis o homo, hanc breuem regulam tene. Quicunq; vult esse consummatus in statu, debet de sua propria virtute totaliter desperare, & plenarie se dimittere in brachijs pietatis immensæ. Toto corde simpliciter confidat de ipsa in omnibus, fideliter agat, de contingentibus, quantum in se est, penitus nihil omittens in his quæ poterit cernere ad sui Dei pertinere honorẽ. Sed & hoc etiam obtinere, quod in perfecta regula scriptum est, est donum Dei per maximum. Et si quis ipsum cognouerit in se esse, hoc certe totum non a se, sed a suo Domino recognoscat. Sciens pro certo, quòd penitus est impossibile, ipsum ad tantum donum posse pertingere sua sola virtute. Et quòd nullo modo ad hoc donũ de se est aptus vel pronus, sed potius est talis de se ad digna mortis æternæ.

Regula notabilis.

Quòd homo in breui potest esse perfectus.
Capitulum. 14.

QVicunq; ad summitatem montis Domini per contemplationem cupit venire, hoc diligenter attẽdat, quod semper per mentis eleuationem in Deum ascendat, & nunquam quiescat dum vigilat, vt quiescat. Nam isto assensu mirabili non quiescere, est quiescere. Et qui quiescit necessario fatigatur, in tantum vt iam amplius non possit ascendere vllo modo. In ascensu etiam montis materialis, quia caro infirma est, quietem interpaulatim requirit. Sed ascensu spirituali, quia spiritus quidem promptus est, contrarium exigit vt scilicet non quiescat. Et quanto magis sic fatigatur, si tanto velocius & magis cito ascendet. Currendo quippe fortior & recentior fiet, & erit semper auidior ad maiora. Delectabilius & suauius, & dulcius gradietur. Et ipsum maius, vel magis currere, sibi letius & iucundius apparebit. Et ideo stulti sunt illi, & quid sit contemplatio simpliciter inexperti, qui causa resumendi vires, requiescunt aliquando, vel quiescere volunt. Habeant enim pro certo, quòd tunc in illa quiete non resumunt vires, sed potius vires dispergunt. Nam si contemplatiuus fortiter currat, tunc quiescere facit: & nisi intantum intendatur, vt in soporem degeneret, non auferret totaliter sensum suum particulariũ actuum, sed ad modum ebrij esse liberos non permittat: tunc quasi quicquid videris, reputabis quadam diuina gratia abundare. Et quamuis prima ebrietas summe suauis est ei. Si plane incedit, tũc valde incipit fatigari. Si totaliter quiescit, tunc totaliter vires disperdit. Et ideo nihil aliud contemplatiuo restat facere, nisi cum virgine in montana ascendere cum festinatione. Si quis autem hoc capere non potest, sed vult omnino aliquando quiescere, & tamen ascensum in desiderio habet, tunc sibi hoc restat remedium, quamuis ad ea quæ dicta sunt, non valeat adæquari. Videlicet vt saltem modum materialiter ascendentium non dimittat. Nam qui materialiter montem ascendunt, & in medio fatigatum quiescere volunt, non descendunt ad quiescendum in valle, quia sic nunquam possent ad summitatem attingere, &

Regula cõtemplationis continuandæ.

Luc. 2.

sic a cunctis merito stultissimi haberentur. Sic certe stulti reputandi sunt ab omnibus, & nunquam ad contemplationis cacumen peruenient, qui hodie per contemplationem modicum vel etiam multum ascendunt, & tamen finaliter affecti tedio hoc ascensu ad locum vnde venerant, siue ad statum a quo ascendendo recesserant, redeunt ad quietem, credentes quippe sic in peccatorum seu vanitatum vallibus, & in planitie imperfectionis delectabiliter quiescendo effici fortiores postea ad ascensum. Ignorantes prorsus, quòd sic non solum non fient fortiores, sed vix poterunt ad statum & locum ad quem prius ascenderant peruenire. Et ista est forte ratio sicut credo, propter quam hodie sic pauci contemplatiui supercilium montis attingunt. Sed si homo ascenderet hodie quantum posset, & ibi forte fatigatus quiesceret, non retrocedens aliquo modo, & cras inde se altius eleuaret, & ibi etiam figeret pedem cordis, & post cras iterum altius ascenderet quantum posset, & ibi staret penitus non descendens, & sic vltra procedendo faceret omni die. Dico vobis & firmiter credo, quòd iste talis plus in ascensu contemplationis proficeret in vno mense, quam alius in quinquaginta annis, qui continue retrocederet quiescendo. Et credo, quòd etiam iste in breui consumaretur in statu, & esset gloriosus coram Deo, & toti coelesti curiæ predilectus. Si autem contemplatiue ascendens in montem timueris in aliquo, statim curras ad cauernas lateris & sanguinis vulnerum Iesu Christi. Si vero nullo modo te potes abstinere a valle, quia ibi forte nutritus es, nec vis implere quæ dixi, hoc saltem facias, ut scilicet ad vallem miserabilem tuæ miseriæ, & etiam potius humani generis, per humilitatem tui, & per compassionem proximi salubriter condescendas dolendo summe, & lachrymando tam pro tuis, quam pro aliorum peccatis, & pro omnibus veniam a Deo suppliciter postulando. Quod ipse clementer concedat, qui est benedictus in æternum, & vltra. Amen. Vnde in breui regula hæc omnia prædicta comprælendere. Qui per contemplationis ascensum vult attingere verticem montis, nunquã quiescat. Et si paulisper quieuerit, vel quiescere voluerit, non retrocedat, sed iterum postea sursum ascendat, donec assecutus plene fuerit, quòd intendit, nisi forte descendere velit ad suorum, vel aliorum tristitiam peccatorum.

Notabile documentum.

Epilogus dictorum.

STIMVLI AMORIS SECVNDA PARS.

De decem requisitis ad spiritualem profectum, & primo.

Quòd homo studeat se vilissimum ostendere. Cap. I.

PRIMO studeat homo quantum potest, se vilissimum reputare, & indignũ omni beneficio Dei, sibi displiceat, soli Deo placere cupiat. Ab alijs velit vilis, & humilis reputari. Et ex hoc summam Dei clementiam recognoscat, quòd cum sit stercus vilissimum, ad immensæ maiestatis iniuriam promptissimum, & in omnibus fetidissimum dignatur eum Deus sibi in seruum assumere, & quòd maius est, in filium adoptare. Non ergo reputet magnum, quòd Deo seruiat, sed potius maximum reputet, quòd ipse Deus dignatur habere sic insufficientem & miserum seruitorem.

Decem documẽta spiritualis profectus.

Secundo vt de nullo, nisi de peccato & ad peccatum inducente, & a Deo retrahente doleat: immo de quacunque alia tribulatione, iniuria, & afflictione gaudeat, inferẽtes summe diligat, & specialem orationem pro eis Domino fundat, Deo inde copiosas laudes referat, & ad regratiandum Deo de tanto beneficio, se insufficientem penitus recognoscat, quia quos Deus diligit, corrigit, & castigat, & ipsæ tribulationes, quæ hic nos præmunt, ad Deum nos ire compellunt.

Quòd homo nõ doleat, nisi de peccato.

Tertio vt paupertatem & omnem penuriam propter Christum diligat, de temporalibus nihil nisi strictè suã necessitatem requirat, aut quocunque modo appetat. Sed Christo capiti nostro in paupertate, & omnis consolationis corporis deiectione, se studeat cõformare, et hoc debet maximum reputare, quòd Rex regum, & Dominus dominantium Iesus Christus, seruum sic vilissimũ, suis dignatur induere ornamentis, & sibi lutum fœtidissimum similare. Ideoq; quanto videt se ditiorem, & in pluribus consolationibus corporis abundare, tanto debet intimius & profundius contristari, cernens se magis ex his, fore à Christi similitudine elongatum.

De dilectione paupertatis.

Quarto vt in his bonis, & indifferẽtibus, alterius plus quam suam adimplere studeat voluntatem, immo semper suam in exterioribus actibus studeat abnegare, aliorum beneplacita affectans, cum omni vigilantia in licitis adimplere. Et sic hæc omnia, circa omnes faciẽs, suos superiores debet totis visceribus amplexari, & quæcunque dixerint honesta fieri velle, vel etiam signo aliquo intimauerint, debet suo posse, cum magno desiderio effectui demandare.

Quòd quilibet debet adimplere volũtatem Christi.

Quinto quòd nullum quantumcunque miserum despiciat. Sed erga omnes materno commoueatur affectu, & sic omnibus intime compatiatur, sicut ipse compateretur suo vnico filio prædilecto. Omnes aliorum miserias reputet esse suas. Et sicut ipse sibimet, ita si potest, debet omnibus subuenire, & quamuis in compatiendo & ministrando debeat erga nos materialiter se habere. Debet tamen omnes tanquam patres & dominos reuereri.

Quòd nullum despiciat.

Sexto quòd nullum iudicet de peccato, cũ ignoret quid diuina gratia in anima operetur. Sed si aliquem per signa aliqua manifesta coniecerit peccatorem, plus de peccato illius doleat, quam si in suo proprio corpore deberet mille mortis supplicia sustinere. Recogitet. n. diligenter, quòd pretiosior est anima quæ sic letaliter vulneretur, quam omnium corpora hominum, quam coelorum, inquantum corpora. Et ideo sicut corpus meum a morte, sic, immo multo magis deberem proximum meum cũ omni vigilantia custodire, & a peccato retrahere, oratione, exoratione, exemplo, & breuiter modis omnibus quibus possem.

Quòd nullũ iudicet.

Septimo vt bonum proximi diligat sicut suum. Et sicut mater de bonis filij iocundatur, sic debet de prosperitate omnium viuentium exultare, & maxime de his quæ spiritualia sunt, vel ad spiritualia inductiua. Et sic ac si sua essent, aliorum bona debet summopere, & solicite promouere, & semper plura & maiora bona debet de proximo credere, quam valeat intueri. Debet nihilominus etiam de bonis temporalibus proximo non modicum congaudere.

Quòd bonum proximi diligat.

Octauo vt nihil præter Deum diligat, aut non nisi pure propter Deum, vt sic omnia propter Deum, & in Deum, & ipse Deus in omnibus & super omnia solummodo diligatur, nec ad magis diligendum hunc vel illum, alliciat magis propinquitas, vel beneficiorum immensitas, seu quorumcunque bonorum commoditas temporalis, sed potius maior virtus, & sanctitas cuiuscunque, vt sic omnes in Deum referens & communi amore & charitate diligens meliori, & sanctiori charitatis vinculo strictius copuletur.

Quòd bonum proximi amet.

Potest

Poteſt tamen & debet pro beneficis, & propinquis, & præcipue parentibus coram Deo pro ſalute animarum orationem effundere ſpecialem.

Nono vt quicquid faciat vel dicat, & pro quibuſcun que negotijs implicetur, Deum ſemper actu in corde ha beat, & nihil aliud quam honorem ſuum in omnibus actualiter, vel habitualiter intendat. Sed ad hoc, præcipue nitatur, vt ſic ſemper Deum præſentem intelligat, ac ſi ipſum qui præſens eſt, in ſua videret eſſentia. Sicq; eum timeat, reuereatur, & intenſo amore in ipſo feratur, eoque prout poteſt in via fruatur, vt in ipſo & non in alio requieſcat.

Decimo, vt ſi prædicta omnia viderit ſe facere poſſe: ab eo maxima beneficia accipere recognoſcat. Debet quoque cæterorum Dei beneficiorum innumerabilium reminiſci, & præcipue quòd eum ad ſuam imaginem voluit inſigniri, ſeque noſtram naturam aſſumere: ſeipſum pro nobis morti tradere, in via ſe nobis in cibum, in gloria vero in præmium tribuere ſemetipſum. Et quia nondum ipſe homo Deum in patria eſt adeptus, eum ſaltem in via aſpiciat in patibulo, ſicque ſibi compatiatur: ac ſi eius vulnera in ſuo proprio corpore ſuſtineret. Et de hoc præcipue debet dolere, quòd tanto videt fruſtrari beneficio ſic immenſo. Cernat Ieſum denique in altari exhibitum ſibi in cibum & potum, omnis ſaporis ſuauitatem habentem. Et ſic in ipſo toto affectu delectans clamet, & dicat hanc orationem.

Oratio.

Domine Ieſu Chriſte tu qui es panis vitæ, me de te ſatiare digneris, vt nihil præter te ſciam, vel ſitiã. Tene Domine mentem meam, vt interueniẽte ver bo tuo a te vero ſole iuſtitiæ reparetur. Qui viuis, &c.

Matri Chriſti etiam omnem reuerentiam exhibeat & dicat ſic.

Oratio.

O Dulciſſime Ieſu dignare me infimum omnium pec catorum matri tuæ reuerentiam debitam exhibere. Et tu clemẽtiſſima Domina mihi indigniſſimo impe tra vt perfecte ſim ſemper tuæ deditus ſeruituti, & tibi omni tempore obſequar, pura mẽte & corde deuoto cõtinuè tuæ benignitati aſſiſtam. Amen.

Oratio.

Domine Ieſu Chriſte cor meum tuis vulneribus ſau cia, & tuo ſanguine inebria mentem meam: vt quo cunque me vertam, te ſemper videam crucifixum. Et qc quid aſpexero, mihi tuo appareat ſanguine rubricatum, vt ſic totus in te tendens, nihil præter te valeam inuenire, nihil niſi vulnera tua valeam intueri. Hæc mihi ſit conſolatio magna tecum mi Domine vulnerari. Hæc in tima ſit mihi afflictio ſub te aliquid meditari. Non quieſcat cor meum bone Ieſu, donec te inueniat centrum ſuum. Ibique ſuum terminet appetitum. Amen.

De prædeſtinatione. Cap. 2.

SI de prædeſtinatione, aut de præſcientia Dei tibi aliqua ſubrepat cogitatio, ſic reſponde diabolo talia propinanti. Quicquid ſit de mẽte certum eſt eſſe damnatum. Sed & ſi ego præſcitus ſum, & Deum meum habe e non debeo poſt hanc vitam: totis meis viribus laborabo, vt ſaltem ipſum habeam in præſenti, & ipſum poſſideam quãtum poſſum, ne in vtroque ſtatu caream tanto bono. Momentum igitur temporis de cætero non tranſibit, quin ſecũdum meum poſſe totaliter fruar ipſo, & ſemper in ipſo ſumma iucunditate delecter, ex quo æternam miſericordiam aſſequi non debeo in futuro. Nunquid ſumma veſania, eſſet, ſi certus ſum me æternalibus ignibus cruciandum, velle me inimicis tradere in præſenti, & ex nunc cum diabolo incipere conuerſari? Et nonne ſufficiet illa miſeria abſque hoc, quòd me nunc miſerum faciam ante tempus, immo certe plus prædeſtinatus me Deo meo, pro vt potero totaliter exhibebo, vt nihil ſit in me, nec cor, nec lingua, nec cætera membra quin ſit occupata in ſeruitio Dei mei, vt ſaltem dum poſſum, inquantum poſſum, habeam ſummum bonum. Sicut n. ſeculares, qui in quadrageſima non debent comedere carnes, volunt in carniſpriuio carnibus abundare. Sic certe de Deo deberet facere qui de ſua præſcientia eſſet certus. Et hoc præcipue faceret ſine dubio, ſi quã ſuauis eſt Deus, etiam ad modicum deguſtaret. Cæteras n. delitias abſinthium reputaret. Sed quantumcunque quod Deus præſciuerit me ſim certus, ſcio quòd ſeipſum negare non poterit. Vnde eum totis viribus amplexabor, & ipſum mentis viſceribus fortiter ſtringens, etiã ſi aurora apparuerit, niſi mihi bene dixerit non dimittã. Quod ſi benedixerit mihi, eum tunc etiam non dimittam, & ſine me recedere non valebit. Licitum. n. mihi eſt ſibi inferre violentiam in hac parte, cum ipſe commendet illos qui regnum cęlorum capiunt violenter. Aut cer te ſcio quid faciam. In cauernis. n. ſuorum vulnerum me abſcõdam vbi quietius latitabo, & ſic extra ſeipſum me non poterit inuenire. Quod ſi intra ſeipſum me inuenerit, eum me exire compellere non decebit, quia dixit, eum qui venit ad me non eijciam foras. Et ſic me condemnare non poterit, niſi ſe voluerit vindicare. Aut ad matris ſuæ pedes prouolutus iacebo, & q̃ propter peccatores mater Dei ſit effecta iuridice allegabo, & vt mihi veniam impetret, humiliter poſtulabo. Et ſic repulſam pati non potero ab ea, quia ipſa fons pietatis ab omnibus prædicatur. Ipſa. n. nõ miſereri ignorat, & miſeris ſatisfacere nũquam neſciuit. Nec credo quòd propter me nouam velit addiſcere lectionem. Ideoque ex compaſſione maxima, ante filium ſuum mecũ (ſi dici poteſt) miſera apparebit, & mihi ad indulgentiam quam citius potest rit, ſuum vnicum inclinabit, & ſic triplex habeo refugium, quod quaſi triplex funiculus difficile confringetur. Quòd ſi ego prædeſtinatus vitam æternam debeo cum Angelis poſſidere, certe debeo ex nunc Angelicam vitam ducere, non humanam. Totum illi me debeo exhibere in ſeruitium, qui ſe mihi totum in præmium præparauit, vt hac portione contentus nihil aliud ammodo mi hi liceat affectare. Iuſtus. n. eſt, & ſi aliud quam ipſum quærerem, contra me poſſet rationabiliter indignari. Et ſic quem viſurus ſum mihi beneuolum, cito meritò viderem iratum, & contra me non iniuſte, ſed indigne, & iuſte ſentẽtiam inferentem. Igitur in fine, diabolo ſic cõcludam. Quicquid de me futurum ſit, a Dei ſeruitio nõ deſiſtam. Et væh tibi quia non potes tanto Domino miniſtrare, & eius dulci præſentia iucundari.

Hæc ſunt, quæ ducunt hominem ad contemplationis quietem. Cap. 3.

SI ad contemplationis quietem volueris peruenire, tu intra te ſtudeas radicare hæc tria ſolicite obſeruando. Primum eſt, vt quantum & qualiter tuum creatorem offenderis, quantumq; ab alijs quotidie offendatur, conſideres diligenter, & diligenti conſideratione aſſidue mediteris, & de tuis ſceleribus ſumme dolens, alijſque intime compatiens, tanquam tibi die noctuque ſi potes abundantius lachrymeris, tuis lachrymis vberius irrigando cor tuum, ab omni macula abluendo, Deum tuum tuis ſceleribus offenſum cancellatis manibus, flexis genibus, lachrymoſis gemitibus & ſuſpirijs, ac importunis precibus tibi ad miſericordiam inclinando. Non enim ſumus in ſtatu lætitiæ, ſed mœroris. Et magnum eſt valde, ſi Deum noſtrum ſic noſtris delictis grauiter & frequenter offenſum, poterimus toto tẽpore vitæ noſtræ placare propalando. Et hoc ad magnam noſtram conſolationem debemus ſummopere Tria obſeruanda viro contemplatiuo.

eligere, in præsenti nostras videlicet & aliorum nequitias gemere & plorare, quia ipse benignissimus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & totius consolationis, animæ sic fideliter in amaritudine existenti: post gemitus & superbiam, & lachrymarum inundationem, exultationem infundit. Sicut.n. aqua in vtre putrefacta, & solis calore decocta in vinum conuertitur, sic imperfectè contritio lachrymæ amaræ, feruore charitatis decoctæ in vinum lætitiæ conuertuntur. Nec enim decet tantum Deum & Dominum, tam nobili dono in anima habitare, nisi ipsam mundissimam inuenerit, & cum omni diligentia ab omnibus peccatis, & maculis expiatam. Secundum est, vt nitaris quãtum potes, Christo compati pro te passo. Vbi enim & semper eius passionem & mortem sibi crudelissimam & pœnosam, sed nobis necessariam & dulcorosam, debes in corde tuo assidua meditatione pensare. Nisi.n. sibi compatiendo nouerimus nos compati, secum non poterimus iucundari. Si autem benè eius passionem fueris meditatus, & multum intraueris latus eius, certè peruenies ad cor eius. O felix cor quod sic cordi Christi dulciter colligatur. Cuius læua sub capite eius, & dextera amplexatur. Rectè tunc sponsus cum sponsa in cubiculo requiescit. Sed obsecro te ò anima, mihi narra dulcedinem quam tu sentis. Quæso te, mihi delitias quib. cum spõso tuo Christo affluis nõ occultes. Sed vt benè video me non audis, quia cor tuũ absorptum est nimio præ dulcore. Iam tui interpretis existentis in carcere es oblita. Cerno enim te, sic amœnitate nimia esse raptam, vt iam nõ sit tibi vox penitus, neque sensus. Quicunq; autem ad contemplationis quietem & dulcedinem, nisi per Christi lateris ostium voluerit introire, furem se reputet & latronem. Tertium, vt nihil possidere cupias nisi Deum, & quicquid præter Deum corde tuo oblatum fuerit, vel videris, vel audieris nominare, debes de huiusmodi tanquam de caducis folijs non curare. Ipsi soli stabilias mentem tuam. Ipsum solum omnibus relictis tu sequaris. Ipsi soli indissolubiliter colligaris. Tunc enim te suis brachijs sustentabit, & castis amplexibus te constringet. Tunc in auribus tuis melos suæ eloquentiæ resonabit, & tibi melliflua oscula exhibebit. Verè tunc præ delitijs te nõ poterit sustinere, quia nimia dulcedine absorberis. O felix anima quò abijsti, quòd sic nos in tanta amaritudine reliquisti? Nobis obsecro nuncia, si tibi sufficiunt illa bona? An vis, vt tibi de nostris delitijs & exenijs transmittamus? Sed vt puto nos reputas non exenijs, vel delitijs, sed potius stercoribus abũdare. Quid ergo tibi offeremus ò anima tanta taliq; iucunditate repleta, cum tu maxima nostra bona non solum recipere, verũ etiã nec pensare, audire, vel respicere non dignaris. Quare sic quæ diligimus, tu contemnis? Sed ut video nobis non loqueris, quia rapta es in cubiculum à dilecto. O amor ineffabilis, qui cor sic fortiter conglutinat suo fini. O mira benignitas Creatoris, qui se singulariter diligentem, dono visitat excellenti.

Contra superbiam. Cap. 4.

O Superbe homo, Luciferi imitator responde mihi. Nũquid cogitas te Deum esse. An omnia à Deo esse ignoras. Si enim à te aliquid esse protestaris, certè te Deũ esse fateris. Sed amplius vide, vt magis tua insania reprimatur. Nõne de alieno stultum est gloriari, cum ergo cuncta sint à Deo. Si gloriaris de aliquo, te manifestè comprobas esse stultum. Si autem hoc ignoras, non es dicendus homo sed bestia, carens penitus hominis ratione. Audi ergo insane. Si gloriari vis, & stultus apparere non vis, exclude quæ tua non sunt, & tunc de reliquo glorieris. Sed certè si omnia nõ tua à te excluseris, in nihilum penitus redigeris. Ergo de nullo glorieris, si non vis incurrere vanitatem. Si verò specialiter ad dona gratum facientia descendas, de illis gloriari non potes, quia te illa habere ignoras, immo si de illis gloriaris, eo ipso illa nõ habes. Sed etiam quod tu ipsa habeas supponamus. Qualiter illa possideas videamus. Nonne tibi infideli seruo proditori, Domini destructori, tibimet iustitiam quam tu possides, noster benignissimus Dominus tanquã pannum albissimum gratis dedit? Et tamen tu eum stillare non cessas sanguine menstruoso. Sed vesania plene, vtinam saltem meretricis mulieris frontem haberes. Quæso, quæ est meretrix sic corrupta, quæ de suo menstruo glorietur, immo quam velis inuenias meretricem, quæ de hoc non intimè confundatur. Nec etiam audeat spõsa, suo sponso amantissimo reuelare. Quid ergo ò stulte in malitia gloriaris? Si tamen semel in mense ad modum mulieris deficeret sanguis tuus, causam haberes forsitan gloriandi. Sed erubesce & dole, quia quotidianus est, & quasi continuus fluxus tuus. Si ergo à te tantum malum, & à Deo tantum bonum cernis esse, ĩ Deo glorieris continuè. Et de tua turpitudine coram diuinæ maiestatis oculis assiduè erubesce, quod videlicet sic deficere non desistis. Sed fortè dices, in me nolo gloriari de cætero, sed tamen ab omnibus commendari. Sed impie latro audi. Nonne stultum est & periculosum, largissimo Domino tuo, qui omnia quæ habes tribuit, abundãter furari illud, quod est ei carissimum; maximè vbi hoc videat, & cognoscat, sibique displiceat & nõ valeat sustinere? Sic certè stultus es, qui ab hominibus laudem quæris. Ideò cum vniuersa per semetipsum operatus sit Deus, omnes laudes, & omnia laude digna ad honorem referas Dei tui. In te ipso autem hoc cogita diligenter, quod ad hoc creatus es & redemptus, vt non tu, sed Deus tuus in tuis operibus commendetur. Tu ergo voluntatem Domini tui fideliter assequaris, vt laudari abhorreas. Deum autẽ ab omnibus gaudeas exaltari, & quanto magis ab aliquo commendatur, tantò in maius gaudium eleuetur. Et studeas quantũ potes omni tempore, omni loco Deum tuũ lingua & opere honorare. Semper actu soli suæ laudi intendas. Si enim benè diligeres Deum tuum, eiusque honorem appeteres vt deberes, malles quibuscunq; amarissimis semper pasci, & stercus etiam ab omnibus reputari, immo tanquam stercus ab omnibus abhorreri, ac tãquam lutum fœtidissimum ab omnibus conculcari, quàm quibuscunque delitijs abundare, quàm quomodolibet ab hominibus eleuari, quàm qualicunq; perfrui corporea sospitate, si indè Deus tuus amplius laudaretur. Supposito etiam quòd par esset meritum vtrobique, hoc tamen deberet gratissimum nobis esse vt altissimus Deus noster à nobis & de nobis aliquod laudis munusculum recipere dignaretur. Sed propter nostram miseriam, in contrarium vertimur tota die. Sed ò mira, ineffabilis, amabilisq; clementia Saluatoris, quæ tam benignissimè nostris miserijs condescendit. Quis illam poterit nunciare? O homo non sis quæso de tanta misericordia ingratus, sed gaude & mirare, de tam dulci Deo, gratias agere non desistas. O mi Domine, quid tibi contuli ego reus, quod me superbum & arrogantem, tã dulciter pertractas, & foues tua beninissima charitate. Qui & cuncta beneficia mihi tribuisti, & tribuis tota die. Et vnde est mihi tanta gratia, quam inueni, quod sic me antè te sustines etiam ad momentum. Certè hoc nõ mereor, sed dignus sum, cum inferis habitare, immo bone Domine, nec etiam inter creaturas tuas mereor nominari. Quid igitur tibi pro his faciam? Quam tibi satisfactionem persoluam? Quam tibi remunerationem rependam? Quid recompensare potero bonis tuis? O Domine immensitas bonitatis. O ineffabillis misericotdia, gratia, & charitas Saluatoris. Quid tibi

pro

Digitized by Google

pro tot tantisque beneficijs potero exhibere? Ego nescio, nec valeo satisfacere pro delictis, ne dum pro beneficijs laborare, nec etiam aliud tibi possum tribuere nisi tuum. Scio ergo quid faciam, quia me totum tibi totaliter exhibebo, & me totum tuum proijciam In te ipsum, & semper amore, timore, & verecundia plenus omni tēpore, omni loco, ex omnibus viribus meis, tibi quam potero, & sciuero reuerentiam exhibebo. Et si dignaberis, tibi pro posse libenter, ac fideliter ministrabo. Et si hoc parum est, sicut vere parum est, tamen quia feci quod sciui, & potui, non indebite acceptabis. Sed maximum mihi esset, si me dignaberis tecum in aer commorari. O quam dulcis mihi erit, tunc tua præsentia summe bona. Accedam tunc cum silentio, & discooperiam pedes tuos, vt sic me digneris tibi ad veniam in matrimonio copulare. Non quiescam certe, donec tecum tuis strictis amplexibus congaudebo, donec tuis mellifluis & castis osculis exultabo, donec inenarrabili dulcoris suauitate potitus, in tuis brachijs dulciter conquiescam. Tunc vere delitijs affluam, & admirabitur, & dilatabitur cor meum, quando tam mirabili iucunditate repletus, nihil nisi te cupiam habere, nihil præter te videre, audire, gustare, sentire, ne etiam cogitare valeam in hoc mundo. Attamen & nunc te obsecro amabilis Domine mi, vt nullo tempore, vel loco, meo regimini medearis, quia sum meæ animæ destructor, & crudelissimus homicida. Omnia autem bona quæ mihi dignaberis elargiri, sicut & tu clementer tribuis, ita ipsa misericorditer tu cōserues, vt tibi soli sit honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Alludit ad copulam Ruth cum Booz.

Quod tentatlones vtiles sunt. Cap. 5.

O Mirabilis benignitas altissimi, qui nos tentare pmittis, non vt capiamur, sed vt timentes ad te portum tutissimum capiamus fugam. More.n. bonę matris facis ò Domine, quæ ad horam aliquando suum paruulum dilectum filium a se elongat, quem semper tamen apud se habere desiderat videre. Cui sic elongato aliquando timorem terribilem incutit in occulto, vt sic puer timore perterritus, ad matrem confugiat, & discat in periculis ad matris gremium properare. Nam tunc mater brachia extendens filium ad se fugientem cum gaudio recipit, & amplexatur, sibi arridet & dulcia oscula elargitur: eum lætificat & confortat, sibiq; verba consolationis, prudentiæ, & doctrinæ pariter subministrat. O fœlix tentatio Deo permittente & prouidente, persequens in hoc mundo, quæ ad diuinos amplexus etiam in præsenti fugere nos compellit. O dulcis Domine qui sic te nobis tribuis refugium salutare, qui sic nos vndique effugari permittis, vt scilicet ad te tutorem citius fugiamus, & tecum omni tempore securi commoremur. Nun ergo ad damnum, sed meritum: non ad vitium, sed virtutum exercitium & augmentum, tentationes mundi te habere patiaris, ò homo. In omnibus tamen cum timore, solicite sobrie vigila, & labora. Et ne aduersarius tuus diabolus tanquam leo rugiens te circumeundo capiat per consensum, velociter ad Deum summum & solum refugium studeas currere posse. Ibique si tentare voluerit, residebis, Sin autem, capi poteris & damnari. Si autem a Deo te nimium elongasti, nec potes ad eum cito currere per lamentum pœnitentiæ, & laboris: saltem per augmentum feruentissimi amoris, & deuotissimæ contemplationis subintra totaliter cauernas vulnerum Iesu Christi, & in sui lateris puteo te abscondas, nec timeas, q te tunc inueniat inimicus. Hoc enim semper habeas pro regula generali, quòd quantumcunque Deum tuum altissimum ad te profunde volueris inclinare, in corde tuo porta vulnera Iesu Christi, & te eius consper-

Nota.

sum sanguine, patri suo, & tuo tanquam vnigenitum repræsenta. Ipse enim tanquam pater dulcissimus, tibi statim plenarie prouidebit. Accede ergo ad Christum & eum lachrymis depreceris suppliciter, vt ex quo ipsum non decet denuo vulnerari, dignetur in tuo sanguine sua vulnera renouare, teque totaliter suo sanguine rubricare. Et sic indutus purpura Iesu Christi, poteris securus introire palatium Dei patris. O tentate, hæc vulnera quotidie meditare, quia hæc semper tibi erunt in refrigerium & solamen. Nec dubites, quòd si ea bene in corde tuo expresseris, nullus tentationis aditus apparebit. Quis enim videns Donum gloriæ, non suis, sed nostris proprijs scelerib. sic grauiter vulneratum, auderet iterum scelera perpetrare? quis adeo impius & crudelis, pro ipsorum vulnerum Iesu Christi compassione, & reuerentia, non desisteret a peccato? saltem miser desistat, quia desistere habet timorem intolerabilis pœnæ sibi debitæ in futuro, quæ sine comparatione grauior & acerbior est, huius mundi pęnis omnibus simul sumptis. Si autem contra te Christum videris merito indignatum, tunc ad solam spem & fiduciam omnium peccatorum recurras, scilicet ad matrem Christi Virginem gloriosam. Et ipsi tanquam matri Dei omnem reuerentiam exhibeas, quantum potes, ac perfusis lachrymis eius auxilium postules incessanter. Et vere dico tibi, quod si ex corde, importunis & lachrymosis oculis, precibus ad eam toto posse pulsaueris, non quiescens ab ea, sine dubio, quod volueris, quàm citius impetrabis. Secum.n. creuit miseratio, & sibi satisfacere miseris ex officio est commissum. Vnde illud quod ipsa cum magna diligentia exercet communiter erga omnes, tibi soli nullo modo poterit denegare. Quod si nullo modo te senseris consolari, non tamen diffidas, vel desperes, sed crede & intellige tunc Deum tuum te diligere, qui ideo hoc facit & permittit, vt inde magis peccatorum tuorum profunditates videas, & cognoscas: & vt tuam miseriam non ignores. Et hoc est maximum donum Dei, non enim sibi placet præsumptio aliquorum, qui se iustos reputant apud ipsum, & ad ipsum altissimum tanquam ad familiarem amicum præsumptuose & irreuerenter quodammodo, & nimis domestice appropinquant. Vult enim, vt quilibet quantuncunque bonus, & iustus, vilem, peccatorem, miserum, & quasi nihil se reputet apud Deum, vel in seipso, & quod ad ipsum accedat cum magna reuerentia, & timore, cum magna verecundia & rubore de malis commissis, cum magna tristitia & dolore de bonis omissis, cum magna tamen spe & fiducia, omnem gratiam & misericordiam ab eo finaliter obtinendi. Et magnum est valde & ad maximum donum Dei, si hoc putet ipse homo, quantuncunq; bonus. Si Deus Deorum, Rex regum, & Dominus dominantium dignaretur, eum a longe etiam quid modicum intueri. Ideoq; homo pleno corde Dei magnitudinem, suamque paruitatem confiteatur, & dicat. Domine non solum non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed nec vt tibi appropinquare valeam vllo modo. Sufficit.n. mihi valde, si tuæ pietatis oculis me clementer digneris respicere a remotis. Dico autem tibi ò homo, quòd si in hoc perseueraueris humiliter non quiescens, non solum te videbit, sed ad sua secretissima introducet, quod ipse dignetur mihi & tibi facere, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Qualiter bomo ordinet cogitationes suas, ita quòd semper babeat Deum in corde. Cap. 6.

O Homo uis agnoscere quomodo tuum dirigas cogitatum? Semper enim vt humiliatio tua sit in medio tui, debes considerare diligentius temet-

ipsum

Digitized by Google

Considerationes veræ & deuotæ, ad verã humilitatẽ acquirendam.

ipsum, cogitando vnde veneris, vbi sis, & quo post hanc vitam miserabilem sis iturus. Item cogita & recogita infinitam Dei virtutem, eiusque ad te ineffabilem charitatem, qua ad suam imaginem de nihilo te creauit, & propter te totum vniuersum produxit, omnia subijciendo sub pedibus tuis, & cunctorum animantium te dominum statuendo. Item cogita, quomodo te perditum per peccatum, Deus misericors in hũc mundum veniens, solicite te quæsiuit, & pro tuis peccatis moriens, crudeliter super crucẽ suo preciosissimo sanguine te redemit, sicq; te de potestate, & seruitute Diaboli liberauit, & ad regna cœlestia te gratis, & dulciter inuitauit. Quid plura? Hæc & huiusmodi beneficia innumerabilia & immẽsa, tibi a Deo impensa cogita diligenter, & ipsum Deum, ac Virginem Mariam matrem eius, in omnibus, & per omnia, vbique & semper habeas ante oculos cordis tui: sicque coram ipsis existens, suamq; admirans magnitudinem, ac tuam miseriam recognoscens, quantum poteris resilies in teipsum admirans non modicum, quomodo Deus dignatur rem tam fœtidam & vilem corã suis oculis præsentari, & te etiam ad momentum in sua patitur præsentia commorari. Hoc faciens, sic de hoc dono maximo, & de omnibus alijs quantas poteris referas Deo grates. Et hoc etiam quòd regratiari sibi possis, tibi reputa magnum donum, & hoc donum, scilicet, q̃ dignatur te in sua pręsentia commorari, & alia omnia, quę tibi concessit, debes cum omni vigilantia diligentius custodire, & semper cum magna auiditate mens tua transeat ad maiora. Et si propter tuam miseriam, aut aliquã occupationem exteriorem, cogitatu tuo a sua præsentia absentaris, cum auiditate quam cito solicite reuerti studeas vbi eras, & hoc sic faciens, qualem processum habere debeas, cito te docebit. Hoc tamen pro certo habeas, quòd quicquid sit de alijs, semper te debes ad nihilum redigere, quantum potes, & omnium peccatorum te infimum reputare, & tam pro te, quam pro alijs debes à Deo tuo tibi præsente, cum omni humilitate veniam lachrymabiliter postulare, & tuam considerationem semper super hoc poteris dirigere in hunc modum. Nunquam enim debes cogitare, quòd alij peccatores adeo sint elongati, quin & si non continue, ad horam tamen ad Deum se vertant in corde, & quin tunc forte te intimius ipsum recogitent, & cognoscant, & quin maiori coram ipso assistant reuerentia, & maiorem considerationem suorum habeant peccatorum, & se sibi humilius repræsentent, quin etiam maiori affectu moueantur in præsentia tanti boni. Et si hoc pleno corde non poteris cogitare, hoc ipso debes te superbissimũ reputare, nec poteris de congruo huic tuæ superbiæ pręponderare concupiscentias aliorum. Nullum etiam quantuncunq; publicum peccatorum iudices, vel contemnas, quia nescis finem eius. Potens est enim Deus iustificare impium & malignum. Te ergo & non alios iudices in hoc mundo, quod si facere non potes, debes tũc firmiter præsumere, q̃ superbia sit illud vitium, in quo cæteros singulariter tu excedis, ex quo non potes tuam aspicere prauitatem. Et certe si hoc est verum, satis bene & digne potes te omnium infimum appellare, sed forte tua superba cogitatio dicet tibi, quomodo de infidelibus hoc potero cogitare, scilicet, vt sim infimus eis, cum ipsi nec Deum cognoscant? Sed audi superbia cæca, an ignoras quod si Deum cognoscis, ipsumq; credis te redemisse suo sanguine precioso, & contra ipsum cũ in superbia eleuaris, quòd longe grauius peccas, quam si hæc omnia ignorares? Nonne vbi cum peccato est maior cognitio, maior contemptus ibi esse probatur? Nullum ergo excipias ò infans te fore peiorẽ, sed pleno corde te humilia apud Deum, te viliorem & maiorem peccatorem cæteris recognoscens. Et si forte tunc (quod absit) tibi subrepat maligna cogitatio dicens. Ergo tu es a Deo reprobatus, hanc quam cito excludere debes, nec talem cogitationem tecum permittas modo aliquo cõmorari: licet enim timere habeas non modicum de peccatis, magis tamen ac magis sperare debes, & Dei altissimi super extollere pietatẽ, & considerare simpliciter in vulnerib. Iesu Christi, & in summa clemẽtia suę matris. immensa enim & infinita est misericordia Saluatoris, adeo vt si in te solo essent omnia peccata mundi, quæ facta sunt vnquam, vel possent de cętero perpetrari, adhuc in infinitum superexcederet misericordia Dei nostri, et tibi omnia peccata mundi si cum lachrymis & humiliter ad eum recurreris, propter suam pietatem largissimẽ condonabit. Si etiam tunc tibi veniat cogitatio, vtrum sis in charitate vel non? Timere proculdubio debes, & cauere, ne determinate in partem aliquam inclineris: fideliter tamen age, & de diuina misericordia semper spera, si enim hoc egeris, & tui consideratione te reputaueris peccatorem, die noctuq; obrutum in peccatis vndique, ac de tanta tenebrositate summe dolens, ad fontem pietatis Christum cum lachrymis deuote, & humiliter conuerteris mentem tuam, orietur nempe in tenebris istis lux tua, q̃ eleuaberis Dei nostri summi dulcissima pietate ad cœlestia contemplanda, & in delitijs abundabis: vt dicas merito cum propheta. Nox illuminatio mea in delitijs meis. Quod totum ipse præstare dignetur. Qui viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus. Psal. 138.

Quod anima inebriatur in amorem Dei.
Capitulum. 7.

O Altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incompræhensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Sed & si quis voluerit ascendere, per quam vtique viam ascendet, cum omnes inuestigabiles sint? Audi dilectionem, & vocationem tuam anima dilecta, & summe gaude, cum enim cũcta supra dicta omni vigilantia solicite studueris adimplere, tunc iam sic Deo incipies propinquare, vt vere nihil præter eum valeas cogitare, vt omnia præter eum tibi in fastidium, abominationem, & amaritudinem nimiam conuertantur, & quasi libentius velles animam a corpore separari, quã te a continua, vel quasi continua Dei meditatione, (& vt ita dicam) fruitione ẽt ad modicum temporis absentare. Quasi etiam tibi videbitur, vt etiam teipsum non habeas, nec aliquid aliud præter Deum. Quid tibi referam tunc de tuo dilecto, ò anima amore eius repleta, immo quasi in eius amorem conuersa? Ausculta, iste (inquam) dilectus tuus o dilecta, a quo non potes nec vis aliquatenus separari, seipsum paulisper subtrahet a tuo continuo cogitatu, ita vt cor tuum circa aliud incipiat deuagari & tunc tu videns a te eum quem sic fortiter diligis abscessisse, nimio & incredibili dolore repleta, anxia circunquaque discurrens, vndiq; solicite, & auide quærens, quomodo possit eum quem sic fortiter diligis inuenire. Omnibus creaturis breuiter nunciabis, immo ipse dilectissimus sponsus tuus se tibi quantotius præsentabit, tibi occurret, tibi obuiabit, tibi clare & sponte offeret semetipsum. O quanta tunc lætitia reuiuisces, o quanta dulcedine perfrueris: cum enim videbis amantissimum sponsum tuum, quem prius cum tanta auiditate quæsieras circunquaque, tunc eum nimio amoris eius dulcore repleta amplexaberis dulcius toto posse, tamen semper cum reuerentia, & timore. Quanta vero & qualis tibi aderit consolatio si bene sapiens fueris, fœliciter poteris experiri. Sed audi ò amantissima Deo tuo: cum enim te secu-

Rom. 11.
Psalm. 23.

ram

Digitized by Google

ram reddiderit, ſe à te iterum abſentabit, & tunc adhuc cum maiori ardore, quam prius ipſum requiſitum habebis. Quid dicam tibi? verè à te ſe toties abſentabit, donec ſic eum ſcis ſolicita cuſtodire, vt plus te non audeas reddere iam ſecuram, ſed omnia habeas iam ſuſpecta. Sed ò fœlix anima, audi dulciter, & auſculta quid tibi faciet dilectus tuus, quando ſecum incipies quietari, vino quippe dulciſsimo ſuauiter incipiet te potare, & tu eius melliflua dulcedine deguſtata, amplius incipies affectare, & tunc ipſe largiſſimus amplius tibi dabit, & quantò plus tibi dabit, tantò ab eo amplius poſtulabis, & ipſe benigniſſimus tunc tibi vberius miniſtrabit. Quid dicam tibi? Satiari nunquam poteris, donec inebriata fueris & perfuſa vndiq; ſuo vino vtrum autem poſt tam frequentem & nimiam inebriationem, ſoporem vel raptum conſequeris, ſi Deus tibi conceſſerit poteris experiri, largiſsimus enim eſt, & plus ſine comparatione quàm credi valeat, elargitur. hoc tamen ſemper debes habere in corde, quomodo tu es viliſsimus, fragilis, & peccator, & quomodo non es modo aliquo ad hoc aptus, ſed omni beneficio & gratia ſimpliciter es indignus, & per maximum donũ debet tibi videri & eſſe, ſi ipſe Deus dignatur tua peccata delere, etiam quantumcunque tibi in hoc mundo acerbitate pœnarum inflicta. Qui Deus ſemper ſit laudabilis in ſæcula ſæculorum. Amen.

Quando anima rapitur, diuerſimode inebriatur. Cap. 8.

De extaſi, & anagogicis exceſſibus.

QVia habemus in pluribus locis ſupradictorũ capitulorum, hominum duritiam diuina influentia poſſe inebriari, vt mens tua amplius eleuetur, volo vt differentiam illarum ebrietatum non ignores; debes enim intelligere quod verus contemplatiuus quamuis multas alias conſolationes habeat ſpeciales, tamen antequam veniat ad ſoporem & raptum, quos pauci attingunt, valet ebrietatem duplicem experiri. Prima eſt quædam abundantia iucunditatis in corde, & vehemens iubilatio mentis, quæ per intenſum deſiderium vitæ æternæ, aut per deuotam conſiderationem paſsionis Chriſti, aut per magnum feruorem ſingularis amoris in Deum, venit in mentem, ex quadam noua diuina irradiatione infuſa; & iſta lætitia tantum abundat in corde, vt etiam in corporis membra redundet, faciens cuncta præ gaudio arridere. & talis præ nimia exultatione ad modum ebrij, præcipitanter graditur quietem non ſuſtinens, & cunctas creaturas, quas inuenit ſui conditoris amoris magnitudine amplexatur; & bene potes credere, quòd cor talis non multum applicatur ad terram, quia etſi aliqua mundana vel terrena ſibi occurrant, omnia deſpiciens reputat eſſe vana. Alia dulcedo ebrietatis eſt, quando nimia ſuauitate repletur cor ex diuino conſortio, hæc venit per contemplationis quietem, & in tantum etiam iſta dulcedo abundat in corde, vt exterius in ſingula membra redundet, adeò vt totus homo, tam interius quàm exterius, mellifluus videatur, & ſicut prima ebrietas præ hilaritate non ſuſtinet quietem, & ſic iſta ſecunda præ nimia dulcedine quieſcere facit, & niſi intantum intendatur, vt in ſoporem demigret, niſi auferat totaliter ſenſum, ſeu particulares actus, ſed tamen ad modum ebrij liberos non permittit, & tunc quicquid videbis reputabis quaſi quadam diuina gratia abundare, & quamuis prima ebrietas ſit ex intenſione lætitiæ, & ſecunda ex intenſione dulcedinis, tamen non oportet dubitare, quòd etiam illa ſentit dulcorem, & iſta lætitia non priuatur, & quamuis non neceſſe ſit timere de prima, ſed potius ſit gaudendum de ſecunda, tamen quia conſiſtit in quadam admirabili dulcedine cordis, ſemper tutius eſt dubitare, eo quòd Diabolus trãſfigurãs ſe in Angelum lucis, conſueuit aliquando homini ſimilia procurare, non vt reficiat, ſed vt deſpiciat & inficiat hominem ſic occulte: vellet.n. Diabolus vt homo ſuperbiret, & ſe aliquid reputaret, vt ſic dum ſuperbe talibus deceptus frueretur delitijs, miſerabiliter, & digne auerteretur a Deo, hoc bene aliquando ipſe Deus permitteret euenire, cum.n. aliquando aliqui non veri contemplatiui nimis de ſe ipſis præſumunt, aliosq; contemnũt, & credũt ſe Deo eſſe proximiores, cum tamen ab eo nimis ſint ꝓpter ſuam ſuperbiam elongati, diabolus pater ſuperbiæ habet poteſtatem in eos, vt talibus delitijs decipere eos poſſit: & ideo cum ſumma diligentia eſt aduertendum, vt quandocunque tibi acciderit, quòd faciem tuę mentis in Deum dirigas, ne ab eo ipſo cor tuum vllo modo diſcedat, vt ſi delectari te oporteat, ſolum delecteris in Deo, & tunc ſi a Deo erit illa dulcedo, deberet intendi, ſi verò a Diabolo, deberet priuari, & annihilari, vel ſaltem remitti: quòd ſi Deus te voluerit aliquando conſolari, vt pro tuis aliorumq; peccatis amaritudine frequenter repleaaris, & in ipſo aliquando delitijs perfruaris, ſibi regratiari ſtudeas toto poſſe, & ad hoc tamen licitum eſt timere, ne præſumptionem incaute incurras. Potes autem cogitare ad humiliandum cor tuum ſuper hac dulcedine, quòd Deus pro paruo bono quod forte feciſti, quod tamen forte reputas eſſe magnum, fortaſſe nũc vult tibi in præmium dare iſtud, quia forte præmijs æternis te non reputat eſſe dignũ. Potes & timere & merito ne illud dulciſsimum vinum tibi adhuc ſpiritualiter febricitãti ſuauiter propinatum, æternæ mortis periculum pręſtet tibi, hoc eſt, ne te occaſionaliter faciat ſuperbire, ob quã ſuperbiam iudiceris poſtea digne æternis ignibus cruciandus: ideo pleno corde dum ſumus in hac valle miſeriç conſtituti, debemus magis appetere, pro proprijs peccatis cum Chriſto crucifixo affligi, quam periculoſis delitijs affluí in hoc mũdo, quia ſic quotidie peccaremus, immo quaſi continue ſuſtinere, vt ſic purgati poſtea ſemper cum Domino gloriemur, & ſicut nunc ſumus viliſſimi ſerui Dei, ſic debet nobis placere, immo debemus appetere a cunctis viliſſimi reputari: & ſicut ad honorem Dei facti ſumus, ſic in nobis & in alijs illud ſolum debet placere, quod ad Dei cedit gloriam & honorem, & illud ſolum diſplicere, quod in contrarium noſcimus peruenire: & de indifferentibus nullo modo debemus curare, niſi quia omnia debemus ad laudem Dei referre. Quod nobis ipſe concedat qui per cuncta ſæcula regnat. Amen. 1.Cor. 11.

Quomodo homo ferueat in amorem Dei, ad opera Dei. Cap. 9.

SI attenderes ò homo, quòd Deus ad ſuam imaginem te formauit, & pro te tot & tam nobiles condidit creaturas, & tuam aſſumens & exaltans naturam, tam chariſſime ſuo ſanguine te redemit, & non ſolum vt ipſum habeas in cibum in præſenti, ſed ſeipſum in futuro tibi in præmium repromiſit, tunc quoque te etiam & cuncta creata regit, & conſeruat ſua ineffabili gratia, quam infundit, & hæc omnia ad tuum facit honorem, ſi hæc (inquam) omnia bene attenderes, & in ipſum Deum tuum tenderes, vt deberes, eius quoque reuerentiam appeteres & honorem, certe pro eo quaſi tui oblitus, pro nihilo te nunc ſubijceres omni morti, & cuncta tam proſpera, quam aduerſa, æquo animo humiliter tolerares, imo quicquid honoris, vel conſolationis: quicquid iniuriæ vel tribulationis tibi quomodocunque contingeret, totum nihil, ac ſi nihil tibi accideret reputares: omnia tamen referres in laudem & glo-

Vera, pia, & ſalubris cogitatio.

riam

riam Creatoris, nec etiam quando aliquid ad Dei honorem, ad salutem tui faceres, vtrum illud esset difficile, deberes modo aliquo iudicare, sed quodam impetu mentis, nimio amoris diuini ardore ignitus, deberes toto nixu studere, cuncta laude digna effectui velocius demandare. Si n. bene Creatoris tui esses amore succensus ò homo, quomodo aliquid pro ipso tibi illatum, vel praeceptum, impositum vel iniunctum, iniuriosum aut onerosum, graue vel difficile reputares? omnia certe talia tibi leuia, amabilia, dulcia & suauia apparerent, & ita solicite & libenter haec omnia adimpleres, q cum omnia ea perfecisses, nihil quasi crederes te fecisse, immo potius defecisse, teque ex hoc tam exosum haberes, vt vix teipsum aliquatenus tolerares, & quomodo maiora posses facere solicite cogitares, vt saltem quae facta sunt perfectius adimplere, proponens in corde tuo, teipsum de male vel minus benefactis, grauiter flagellare. Nam certe doleres nõ modicum & erubesceres in teipso, tam altissimo Domino & benignissimo Deo tuo sic defectuose, pigre, & miserrime ministrare. Quid plura? quanto plus proficeres, tãto plus te deficere cogitares, & sic amplius erubesceres, & doleres, & nunquam cessares, sed semper maiori ardore succensus, maiora reincipere conareris. Nunquam certe de his, & in his, quae ad honorem Dei pertinent, tuus posset refici appetitus, semper. n. cupidus semper auidus semper famelicus appareres. O admirabilis & delectabilis calor amoris diuini, qui sic cito facit dirigere omne molestum, qui tam cito in dulce amarum conuertit, insipidum in sapidum, fastidiosum in appetibile, in facile difficile, onerosum in leue, & breuiter omne triste in suaue, & pulchrum, delectabile, & iucundũ, & tandem omnem laborem conuertit in praemium sine fine. Non dubito q tunc nimio amoris feruore ebulliret cor tuum, intãtum vt summe exosum haberes & omnino vitares, quicquid etiam ad momentum subtraheret te a tam fructuoso & suaui seruitio Dei tui, & semper tibi ipsi piger videreris, defectuosus, & negligens, in obsequio tanti Dei, alij autem serui Dei in comparatione tui, tibi promptissimi & feruentissimi apparerent, eorum tamen pronitas tibi esset ad gaudium, & tua pigritia ad moerorem. Accede ergo homo ad cor altum, & in tuis actibus exaltabitur Deus tuus, si enim haberis cor infimum, & terreum, minima seruitia maxima reputabis, & quae quasi nihil erunt, tibi difficilia apparebũt, & illa quae pro te, vel pro vno vilissimo amico tuo libenter faceres, pro Deo tuo altissimo eadem facere grauaberis vltra modum, dulcia & amabilia reputabis amara, & amarissima dulcia reputabis. Oculo infirmo irradiationem solis iustitiae abhorrebis, & ambulare in tenebris affectabis, de bonis aeternis & spiritualib. non curabis, sed ad transitoria & terrena, immo ad stercora cor tuũ miserabiliter inclinabis. In hyeme praesentis vitae applicabis manum per pigritiam sub maxilla, & ideo in egestate mentis mendicabis. Sed vae tibi miser, qui iam non poteris etiam bestijs comparari, vtinam iumentis similis factus esses, quae suorum subuehunt onera dominorũ. Quam ergo excusationem miser in extremo iudicio poteris inuenire, quando etiam bruta & irrationabilia animalia ad iudicium tibi erunt? Si ergo ad seruiendũ Deo manus & pedes habeas sic ligatos, ipse misericorditer te soluat, & custodiat, dirigat, & conseruet, cuius misericordia est plenus totus orbis. Amen.

Quod contemplatiuus non iudicet alios. *Capitulum.* 10.

Diabolus in malitia antiquatus, viros contemplatiuos cernens in coelestibus conuersari, vnde ipse propter superbiam est deiectus, nititur omni modo omnes quos potest secũ trahere ad inferna, & quia videt se eos non posse vincere in aperto, conatur saltem eos decipere in occulto, & quamquam diuersa mala, diuersis temporibus suggerat vniuersis, tamen praecipuè viros contemplatiuos contemplationis tempore per superbiam nititur grauiter molestare, vt scilicet ipse contemplatiuus de se quid magnum praesumat, & caeteros reputet vitiosos, Apostolicam inferens sententiam dicens. Omnia iudicat spiritualis homo. Sed 1. Cor. 2 ò pessima & mortifera pestis, imo mors grauissima & occulta, haec Deum fugat, praesumptionem nequissimam abhorrentem, haec fraternam lacerat charitatem, haec vescentem impium facit stercora amplexari, haec spirituali laetitia plenum, ad acediam ducit, haec cuncta ad honorem Dei referenda, facit diabolicae fraudi dare. Sed ò miser homo nunquid in altum contemplationis ascendisti, vt te faciens aliorum iudicem, debeas caeteris maius praecipitium sustinere? pone ergo te ò infoelix, consideratione tui in nouissimo loco, & tunc cadere non valebis, ò insensate commenda Dei opera, cum simpliciter sint perfecta, & commendaberis & tu. Attende ò homo in dulcis contemplationis cacumine constitute, & cognosce qualiter Deus propter sui honorem faciens creaturas, diuersis diuersa munera voluit misericorditer elargiri, vt sic non tantum ab vno simpliciter, sed à multis multiformiter honoretur. Voluit quoque sui immensi thesauri sapientiae & scientiae suae inestimabiles & ineffabiles diuitias propalare, vt ex hoc commendandi suam magnificentiam, materiam multiplicem habemus. Debes ergo primitus cogitare, quòd Deus est summè potens, sapiens, & bonus paterfamilias, ordinans ordinatissimè domum suam, pensat enim filiorum suorum potentiam, sapientiam, & bonitatem, & secundum suae praesentiae voluntatem, diuersis diuersa committit officia, & tribuit dignitates. Cogita ergo primò tu qui contemplationi vacas, quòd Deus benignissimus pater tuus, misericorditer egit tecum, dum sciens te ad omnia imbecillem, noluit te sibi in periculosis, arduis, difficilibus, ac implicatis operibus ministrare, sed ex dono suae immensae clementiae te tanquam infirmum per contemplationis quietem dulcius voluit consolari. Alios autem cernens in charitate feruentes & fortiter radicatos, voluit super periculosa, & difficilia ordinare, nihilominus eis quietem tribuens post laborem, & consolationem etiam non modicam in labore. Si ergo te videris spiritualibus inhaerere, caeteros autem circa alia laborare, non eos iudices, sed immensam Dei bonitatem, & profundam eius sapientiam inspice cum timore, pariter & amore. Te infirmum cognosce, & debilem, cum verecundia & dolore, alios verò feruentiores, & fortiores te considera in charitatis operibus & labore. Quomodo enim te valde debilem fortè poteris reputare, qui propter tuam nimiam infirmitatem etiam lecti molitiem similem contemplationis dulcedinem non vales diucius sustinere, quin omni quasi vento cuiuscunque tentationis ad modum arundinis, non modicum mouearis? Quid ergo faceres, si te oporteret vna manu aedificare, & hostes altera effugare? nempe solo pauore deficeres. Lauda ergo pijssimum Deum tuum, qui potens statuit in arduis, & aduersis sapientes intentos fecit studijs, clementes bonorum distributores temporalium ordinauit, tu autem ne deficeres, voluit quiescere, & iucundari, & refici per contemplationis dulcedinem degustatam, ne errares, noluit te curiosa & subtilia indagare, ne tua simplicitate malus dispensator esses, voluit te tanquam pauperem omnia temporalia abnegare. Non ergo in aliquo te exaltes caeteros vilipendens, sed potius econuerso cunctos te in omnibus meliores reputa, profundè humilians

milians temetipsum:non alios iudices,sed exalta , nec etiam a prædictis excludas eos quos videris ociosos, debes enim cogitare,ꝙ ipsi tanquam viri sapientes,& probi,thesaurum iam acquisitum intra se prudenter abscondunt,ne fures ipsum inueniant exterius,& furentur:cogita enim ꝙ ipsi laborabant in occulto,& in publico requiescunt. Aut certe pensa, ꝙ ille qui dedit pondus ventis,permittit tales aliquando deficere in istis manifestis, & minimis,ne de maximis quæ sibi occulte concessit,in superbiam eleuentur , & quamuis sic debeas facere de omnibus supradictis,tamen quia vides tales non sine periculo esse,debes tu qui in quiete existis,pro eis assidue, & feruenter orare , aut si potes debes eos allicere ad quietem. Debes quoq; secundo, omnia ad laudem reducere creatoris,quod quidē bene poteris facere per hunc modum,vel forte melius aliter,si hoc aliter Deus tibi dignabitur indicare. Cum enim videris aliquos in prælatione temporali,vel in dignitate aliqua constitutos,cogitabis hoc esse factum ad diuinam magnificentiam ostēdendam,&,sic in eis Dei potentiam collaudabis. Cū autem videris alios scientiæ insistentes, & non solum creatoris,sed etiam creaturarum occultissima inquirentes , & quemlibet versiculum curiosius ordinantes, hoc esse factum ad manifestandum diuinam sapientiam non ignores , & sic in eis Dei sapientiam commendabis . Cum vero videris alios temporalibus negotijs insistentes , in eis diuinam laudabis prudentiam,per tales quiescentibus prouidētem. Si aliquos videris cęteros iudicantes diuinum iudicium time,Si pœnas inferentes,diuinam iustitiam cogita. Si rigidos,diuinæ iustitiæ expauesce rigorem. Si reprehēsores & causarum discussores, futuri iudicij recordare. Si vero videris prælatos circa punitionem malorum remissos,in eis diuinam misericordiam commendabis . Si videris aliquos insistere operibus charitatis & pietatis,in ipsis laudabis diuinam bonitatem,& suam clementiam infinitam,se breuiter ad omnia diffundentem. Si calorem habueris,recogita erga nos Dei Patris nimiam charitatem,qua suum filium voluit incarnari,& pro nobis omnibus crucifigi . Si frigus habueris,ab omni æstu misęriæ refrigerium anhelabis , & sic per singula discurrendo omnia potes & debes reducere in laudem,& magnificentiam creatoris . Non enim debet esse aliqua creatura,quantumcunque tibi vilissima ac infima videatur , in qua tuum non honorifices creatorem,hoc enim ipso omnis creatura digna est omni laude,ꝙ a Deo condita est , & ab eo conseruatur in esse. Et hoc ipsum ergo dicitur creaturā esse Dei vel a Deo,si suum mirabiliter commendat auctorem. Hæc pauca,& quasi imperfecta exempla tibi dixi , vt ex istis viā habeas ad maiora , & illud est discretionis iudiciū, ad quod te Apostolus noluit inuitare in auctoritate p̄dicta,quam tu pessime exponebas. Nō enim vult innuere Apostolus quādo dicit. Spiritualis homo iudicat omnia,ꝙ ipse cæteros debeat condemnare,cum alibi ipse dicat. Nolite ante tempus iudicare. Et idem alibi. Tu quis es,qui iudicas alienum seruum? hoc ideo dixit Apostolus,carnalis homo non percipit sapientię diuinę secreta, sed spiritualis homo iudicat omnia , idest, in qualibet creatura discernit arcana potentiæ,sapientiæ,& bonitatis diuinę. Iudica ergo tu de cætero omnia, idest in omnibus diuinam sapientiam,potentiam,& bonitatem discernere,& inde omnium honorifices creatorem. Si autem aliquem probabiliter noueris peccatorem,caue diligenter ne propter hoc ipsum condemnes, nec etiam cōmendes ipsum,sed vitium tibi in eo displiceat,& compatiaris , quantum potes,personæ, laudabis etiam Deum tuum,qui non permisit eum grauius cadere in peccato, & qui te prohibuit ne illud vitium perpetrares . Nullo enim modo dubites,ꝙ si Deus ex dono suæ immensæ clemētiæ te non custodiret a malo;tu grauissima, & turpissima perduceres ad effectum . Deum etiam suppliciter exorabis,vt ipsum & quemlibet peccatorem releuet a peccato,& te ab omni malo liberet,& defendat . Nisi enim noueris peccatis compati proximorum,ad bonum indurabis cor tuum , & forte in malū irrues sine freno . Qui enim fideliter & solicite dum potest, oratione , vel exortatione,seu alio quocunque modo Deum proximo non procurat,non dubito,quòd talis a Deo merito elōgatur. Sed quanto magis credis ab his Dominum elongari,qui arridendo detractoribus,ac cęteris peccatorib. applaudendo,eos in malitia sua fouent,& ex hoc audaciam,& fauorem sibi tribuunt,his similia & peiora peccata iterum perpetrandi? Si ergo opportunitas se obtulerit malum argue,aut si non expedit tibi,saltem pręten de tristitiam faciei,vt sic peccator aliqualiter confundatur,nec attendas magnitudinem alicuius,sed illum reputa fore magnum,qui appropiat Deo tuo,& tanto maiorem,quanto charitatis,& cæterorum virtutum gradib. se amplius appropinquabit. Quæ enim cęca,& damnosa peruersitas est,timere seruum Diaboli, & eum maximum reputare,& cōtemnere Dei filium adoptiuum, aram iam cœlestis patriæ posidentem?certe hæc est vesania nimis magna,a qua nos custodiat sapientia Dei patris. Amen.

Omnia regata in creaturis reducere debemus in laudem creatoris.

Veros , & germanus Iesus Apostoli.

1. Cor. 4.
Roma. 14.

Non est respicienda psona hominis murmurantis , nec arridēdum est detractorib.

De paucitate bene viuentium. *Cap. 11.*

QVis dabit capiti meo aquam , & oculis meis imbrem lachrymarum , vt die ac nocte plorare valeam perfectorum statum,quasi ad nihilum iam redactum:nam terra culta diuinis consilijs,& Christi exemplis,spinas & tribulos germinat pro frumento. Certe quanto res perdita est nobilior , tanto debet esse dolor intensior de eadem . Sed vt de multis , aliqua pauca superficialiter videamus, De obedientia tanquam de religionis fundamento primitus pertractemus . Curre & disce ò homo,& vide diligenter,si forte possis ipsam obedientiam in sua perfectione in aliquibus saltem paucis quomodolibet inuenire:credo quippe,quòd vix aut nunquam in aliquo perfecte eam inuenies latitantem. Sed mirari potes merito , cum religiosi multiplicentur valde,& religio augeatur, quare obediētiæ perfectio in paucis,immo quasi in nullis valeat experiri? Certe hoc est,quia & si multiplicata sit gens vel religio extensiue, non tamen magnificata est, vel augmētata spiritualis lætitia,& charitas intensiua, Quæso vt mihi dicas,quis est ille hodie qui velit habere prælatum ad obediendum? nonne potius ad seruiendum?iam enim voluntati prælatorum nolumus obedire. Sed econuerso , nolumus vt ipsi voluntates nostras debeant in omnibus adimplere, & nobis si deest aliquid de his quæ volumus , iam plus de ipsis,quam de scutiferis murmuramus:eis gladio linguæ non parcimus detrahendo,vel clamosis quæstionibus eis proterue,& intrepide respondendo,& quod peius est,illud quod nobis alias foret gratū,fit nobis hoc ipso quod a prælatis præcipitur odiosum. Iam non cogitamus,quomodo eorum voluntatem possimus plenius adimplere , & nostram perfectius abnegare, sed potius quomodo possimus in omnibus eis resistere , & eos ad faciendum quod volumus coarctare , aut ad renuēdum quod iniungunt,nos excusatione aliqua paliare, aut diligēter inuestigamus,quomodo nō teneamur eis in hoc vel in illo,aliquatenus obedire, sed heu sic faciendo Luciferum imitamur,qui præesse voluit potiusquam subesse:timeo ne forte secum habitaculum habeamus,ad cōfusionem nostram appareat Christus passus , qui pro

nobis

nobis patiendo suo patri vsque ad mortem voluit obedire, nihil sibi penitus retinens, de his quæ propria voluntas in hominibus appetere consueuit, sed exinaniuit

Phil. 2.

semetipsum, formam serui accipiens in seipso. Hunc nempe imitati sunt patres nostri, qui cum prælati essent, se sponte subditos subditis faciebant: hoc enim sibi dulce, hoc delectabile, hoc amabile eis erat: videlicet in his quæ magis suæ voluntati contraria existebant, in his quæ ad exterioris hominis confusionem, afflictionem, exinanitionem spectabant, suis se infimis obedire. Non enim sicut moderni nunc, ipsi tunc librabant hoc melius esse illo, hoc securius, hoc laudabilius, hoc facilius sicut quidam nunc faciunt causa fugæ: sed cuncta quæ cernebant esse prælatorum suorum beneplacita voluntati, dummodo non essent contra Deum, quantumcunque ardua, & vilia forent, auiditate maxima adimplebant, tanta enim in eis vigebat charitas, & obedientiæ promptitudo, vt ad iussa implenda nequaquam timerent discurrere super aquas, nec etiam formidarent ire ad capiendum leænas, cum eis erat iniunctum. Et breuiter ad multa alia ardua & difficilia, quæ non sufficio enarrare,

Exēplum mirabile de obediētiæ promptitudine.

amore & nisu obedientiæ se simpliciter, alaciter, & viriliter, quamcitius exponebant. Non enim iudicauit infructuosum illud esse, qui obediens Abbati, cum labore quasi importabili, voluit per annum lignum aridum adaquare, & ex hoc apparuit obedientiæ celsitudo, quia quod mortuum fuerat & aridum, per obedientis meritum fecit fructum. Quid ergo de obedientia gloriamur? nunquid poterimus nos fortasse viri Apostolici nominari? timeo, quòd nec etiam christiani, sed potius tanquam imitatores Luciferi, merito possimus dæmoniaci appellari. Quomodo tu infœlix potes & debes christianus dici, qui corde, verbo, & opere Christo contraria niteris adimplere? nunquid Christus considerauit de seipso, quòd esset verus Deus, & secundum etiam humanitatem omni gratia & virtute plenus, qui tamē beatæ virginis gloriosæ & etiam ipsi Ioseph erat subditus

Luc. 2.
Matt. 17.

& subiectus, In soluendo quoque dragmam seruis dæmonum, voluit obedire: nos vero qui sumus pleni hypocrisi, & breuiter omni spurcitia peccatorum, tanquam sepulchra dealbata plena ossibus mortuorum, apparemus exterius humiles, & deuoti, & interius vento superbiæ vegetamur, renuentes manifeste superioribus obedire, allegantes fatue, quòd non sumus in seruitute, sed potius in libertate vocati. Ignoramus autem misereri, quod seruire Deo regnare est, & quod quanto magis nosmetipsos Domino Deo subijcimus in hac obedientiæ seruitute, tanto apud eum maiori honore efficimur

Obediētiæ effectus.

digniores. Et vide mirabilem virtutem obedientiæ in effectu, ipsa enim obedientia non solum reges nos constituet in futuro, sed si perfecte in nobis existit, facit nos creaturis omnibus dominari, hominem ad pristinum statum ducens, quia nihil contrarium nisi ad profectum animæ fuerit, nos molestare permittit, aduersa facit prospera, amara dulcia, grauia leuia: & breuiter cuncta huius mundi difficilia ardua vel acerba, ipsi vero obedientiæ filio in delectabilia & suauia conuertuntur; hominē quoque adhuc in carne mortali positum facit angelice se habere, nec sui Domini Dei facit honorem appetere cum feruore, quia omnibus postpositis, eius laudem, cum summa auiditate facit quærere in qualibet creatura, nec etiam momentum permittit transire a seruitio Dei sui. O virtus mirabilis, quæ sui facit hominem obliuisci: & semper in suum tendere Redemptorem, quæ hominem adhuc in terris corpore ambulantem, facit spiritu in cœlestibus habitare. Quid ergo de obedientia murmuras & superbis? cum enim Apostolus dicat, quod in seruitute non sumus vocati, sed in libertate,

Gal. 5.

innuit, quòd Deo & prælatis, non quidem timore serui si ad modum seruorum, sed amore liberali ad modum filiorum, debemus pro posse simpliciter obedire: absit enim quòd Apostolus voluerit dicere, vt de cætero non prælatorum, sed nostram potius debeamus facere voluntatem, cum enim dixerit Dominus. Qui vult venire post me, non dixit se vel suum beneplacitum sequi debet, sed potius subiunxit, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me, & tota sacra scriptura, hoc est tam vetus, quam nouum testamentum, obedientiam approbat, & commendat. Si enim cor rationale & nobile tu haberes, non certe renueres Deo, tam in se, quam etiam in quocunque prælato vilissimo obedire, sed potius dedignareris animam tuam nobilem subijcere alicui alteri creaturæ. Mirum est enim quod homo renuit, & dedignatur seruire Deo in prælato, & non dedignatur seruire die ac nocte vni libro, aut alicui alteri vilissimæ creaturæ, & totum tempus suum conabitur expendere circa nihil, ideoque vir commendatus rectus & iustus cernens, quod si faciens suam voluntatem animam suā plus cæteris offendit, & quæ contra Deum semper superbe egerit in vindictam Dei, & sui suam voluntatem nitetur simpliciter abnegare, & quia se ipsum abhorrens desiderabit ab omnibus conculcari, semper tamen ad honorem Dei sui omnia referendo. Quod ipse nobis clementer concedat, qui patri suo obediens pro nobis peccatoribus voluit crudeliter crucifigi. Amen.

Luc. 9.

Quæstio carnis, ad Deum Patrem de Christo. *Capitulum. 12.*

CAro contra Christum animam per contēplationem eleuantem Deo patri dure conqueritur, sic allegēs. Tibi (inquit) Deo patri iusto, ac tuæ misericordiæ infinitæ dure cōqueror, & de tuo filio Domino Iesu Christo, & peto humiliter & instanter, vt iustitia tua considerct diligenter violentiam maximam mihi factam a tuo filio prædilecto, & ex hoc tua ineffabilis misericordia ad concupita meæ summæ miseriæ citius condescendat. Ille namque tuus bonus filius plenus sapientia & virtute, me sua sapientia circūuenit & sua forti potentia magnam violentiam mihi fecit, ille tuus filius gloriosus a regalib. sedib. veniens, magnū ad terrā de cœlestibus saltum fecit, seq; sua magna sapientia & profunda sub carne mihi simili occultauit, nam exinaniuit semetipsum serui accipiens formam, & sic habitu inuentus vt homo, cum profundissima humilitate, & benignitate inenarrabili ad me callide subintrauit, omnibus fuit humilior, omnibus despectior, omnibus dulcior, omnibus benignior, omnibus amabilior & gratiosior in hoc mundo, ipse signis & portentis vndique mirabiliter corruscabat, ipse suo specioso aspectu, gratioso afflatu, virtuoso effectu, materno affectu, paterno profectu, ad sui beneuolentiam, & amorem placide, dulciter & benigne, cunctos tanquam filios charissimos inuitabat; & vt ardentius & feruentius in sui amorem igniret, & accenderet, vniuersas omnium necessitates assumpsit plenarie in seipso, & omnium infirmitates in suo corpore portauit pacifice & quiete: quod maius immo maximum charitatis signum fuit, ipse pro salute omnium voluit crudelissime crucifigi, voluit tam passione quam etiam compassione vehementer affligi, cordis sui feruentem amorem per lateris apertionem voluit demonstrare, inde quoque voluit sacramenta saluberrima in cunctorum remedium emanare. Quid plura? Gloriosum corpus suum in cibum saluiferum & in potum suauissimum; suum pretiosum sanguinem sub specie panis &

Phil. 2.

Matt. 11.

Digitized by Google

nis & vini sumendum fidelibus dereliquit: Et tandem seipsum omnibus daturum in præmium compromisit singulos sua præcepta seruantes, patres fratresq; vocabat. demum non solum in via sed etiam in patria firmiter asserebat, quòd præcingeret se, & omnibus ad tuam mensam transiens ministraret. Quid amplius loquor? Si enim linguis omnium hominum loquerer, & etiam angelorum, non possem aliquatenus explicare eius admirabilem sanctitatem, & suas ineffabiles virtutes, & gratias infinitas, nec etiam valerem, vel scirem aliquo modo declarare immensa & preciosa dona innumerabilia & inenarrabilia beneficia, quæ mundo contulit, & quæ magis in posterum promisit, scilicet fidelibus se daturum. His igitur omnibus, & his similibus, & maioribus, quæ nec scio, nec possum tibi etiam superficialiter enarrare, nimis, immo simpliciter sibi dulciter allexit dilectam animam, mihi in sociam deputatam: Et non solum allexit: sed intus suauiter intrans, eam ad se sua traxit virtute, & tunc intantum suis blanditijs eam sibi cõiunxit, & tam indissolubiliter suauissimi & ardentissimi amoris vinculo colligauit, vt iam de me penitus nihil curet, sed potius me spernat, deijciat, odiat, affligat, mortificet & conculcet, & simpliciter ad nihilum redigat vitam meam. Et quod grauius mihi esse videtur, Ipsa in grauibus iniurijs & offensis ab ea mihi illatis, nullatenus saciata procurat solicite & laborat, vt ab alijs talia, vel similia mihi crudeliter inferantur: inferentes summe diligit, & commendat, & pro eis orationem tibi porrigit speciale, si quod mortificor & non curat: in limo iaceo & exultat, iaceo a stricta ferro, pressa catenis, ligata vinculis, vincta compedibus, non desunt tormenta, nõ desunt cruciamenta, supplicia nunquam desunt, quotidie crudescit in me sæuitia, ipsa quotidie me flagellat, ipsa assidue nouis cruciatibus me lacerat: ipsa quoque vt cæteri dolores, doloribus meis dolores addit, ad hoc vt intensius doleam summe cupit. Quicquid breuiter crudele potest super me excogitat, vt sic moriar huic mundo: hæc etiã gloria sua videtur mihi, scilicet posse inferre iniuriam, contumeliam, pœnas, flagella, & quicquid vilissimum aut grauissimum dici potest, sicque me afflictam, & desolatam in mea continua miseria dereliquit, ipsa vero vult semper cum tuo dilectissimo filio commorari, a se me suam fidelem sociam procul pellens. Nunc enim cum tuo filio apparet parua in præsepe vagiendo, nunc vero secum Virginis Matris eius brachijs amplexatur, Virginis humeris deportatur, lacte virginis confouetur, nunc secum sitit & bibit, nunc secum esurit & cibatur, nunc secum fatigatur, & quiescit, nunc secum repletur tristitia, & lætatur. Sed quid plus? cum tuo tam nobili, & amantissimo filio vigilat tota die, de nocte vero dormiens, secum dulciter in suo cubiculo requiescit: & non veretur, nocte sibi tanquam propria & dilecta spõsa suæ cellulæ ianuam aperire, & ille tanquam sponsus ad eã ingreditur læto vultu: Tunc ipsa strictis, & castis amplexibus mox eam recipit gaudiose, & mellifluis osculis, ac ineffabilibus, & incredibilibus delectationibus eo continue & dulciter fruitur tota nocte. Nunc tandẽ, secum traditur, venditur, capitur, & ligatur, nunc secum ducitur, præsentatur, accusatur, maledicitur, blasphematur, nunc secum oculis velatur, colaphis cæditur, palmis percutitur, flagellis atteritur, vestibus suis exuitur, in faciem conspuitur, contumelijs afficitur, pœnis affligitur, purpura induitur, spinis coronatur, cruce damnatur, cũ iniquis deputatur, manibus perforatur, pedibus confoditur, felle potatur, lancea vulneratur, sanguine perfunditur, sicq; secum crudelissime flagellatur, patitur, moritur, & sepelitur. Nunc vero florida secum resurgit, in cælum conscendit, lætitia perpetua secum gaudet. Ipsa nẽpe prædilectum filium tuum, tanquam sponsa sponsum nunquam vult deserere, etiam ad momentum, vbi enim ille est, & ipsa secum est, & ibi assistit, ipsa quocunque ille perexerit, secum vadit. Quid plura? Ipsa nunquam sine ipso alicubi inuenitur, vbi ille & ista, ad nihil potest se vertere sine ipso, immo nihil potest appetere præter ipsum, sine ipsa necubi quærit esse, quia certe nimio eius amore languens, & capta, nullo modo potest viuere sine ipso. Quid igitur dicam tibi Deus pater de filio tuo dilecto, qui animam mihi deditam, sic suo inebriauit amore, vt à me sit facta penitus aliena? Quid referam tibi iuste Deus iudex fortis, patiens, & benignus, de Iesu Christo filio tuo, scilicet qui à me amabilem sociam meã sic rapuit violenter, & iam sibi sponsam propriam dedicauit? Si rapinam commisit filius tuus, quæro raptum restitui. Si appropriauit sibi quod forte suum non erat, iubeas reddi. Si à me ꝙ meum erat alienauit & rapuit, iubeas dari mihi, non enim parum mihi videtur, sic rapere vnicam meam sociam, iam meo corpori copulatam, sine qua esse vel viuere nequeo in hac vita. Cur enim anima mihi deputata, vnigenitum filium tuum diligit sic intense? Cur crudeliter sic me odit? cur simpliciter cætera derelinquit? Solius tui filij amore absorpta, graditur sine sensu. Iam nihil odorat præter cũ, videt nihil, audit nihil, gustat nihil, nihil breuiter sentit vel cogitat, nisi ipsum, secum ipsa delitijs abundat, secum cubat, nimio eius inebriata dulcore amoris. Nec ideo mirum est, si anima mea tuo dilecto filio sic adhæsit, quia ipsa certe nisi esset lapide durior & ferro insensibilior, ex quo tot & tanta sibi contulit, & confert continue natus tuus, aliter facere non deberet: immo si aliquo modo contrarium facere attentaret, omnibus ingrata, & fatua merito appareret. vbi enim est sic durus lapis, qui tanto ardoris amore non calesceret? non scinderetur? immo qui non liquefieret sicut cera? Quanto ergo magis creatura sensibilis seu sponsa igniretur, & quasi tota liquefieret præ amore, si a tali & tanto sponso sibi fierent supradicta: & ideo non conqueror tibi de anima mea pater benigne, quia certe quod debuit adimpleuit: sed de tuo carissimo filio conqueror in hac parte, quòd eam ad se suis immensis beneficijs sic allexit, & me in tanta miseria dereliquit.

Clementissimus Deus pater respondet carni.
Capitulum. 13.

QVia creatura mea ei, tibi iustitiam cum misericordia exhibebo: tu enim cum ancilla esses animæ tibi tanquam dominæ a me datę, semper tamen sibi dominari in omnibus voluisti, tu mala turpia & nefanda semper egisti, & animam tibi sociam hęc facere coegisti, tu semper male, superbe, inordinate, & nequiter te habuisti, & animam non mihi, sed tibi seruire fecisti. Tu cuncta mala eam docuisti, ad singula peccata eam pronã reddidisti, & ab omni opere bono eam simpliciter prohibuisti, & non solum ad cuncta scelera perpetranda eam turpiter inclinasti, sed quod peius est, ipsam ad imaginem meam creatam, seruituti diabolicę miserabiliter subdidisti, eam iumentis similem, imo viliorem & peiorem bestijs tu fecisti, eam immundam, fœtidam, & abominabilem exhibuisti, eam super omnem caliginem denigrasti, & tantum breuiter tua superbia, vanitate, concupiscentia, & cęterorum peccatorum turpitudine eam vndique fędasti, vt creaturam meam tam nobilem, ad similitudinem meam factam, cognoscere penitus non valerem. Quia igitur ipsa anima iam mihi facta dissimilis peccato, a meo amore simpliciter recesserat, & nimio inordinato amore adhęserat tibi carni, volui dilectum meum vnigenitũ incarnari, vt sic carne indutus, facilius

& con-

& conuenientius posset ipsam allicere ad nexum, & suum seruitium, & amorem. Et quia ipsa anima iã mortua erat, sibi carni miserabiliter adhærendo, ideo vt viuificaretur: volui dilectum filium meum incarnatum pro ipsa flagellari crudeliter, & occidi. nec fuit in hoc aliqua filij mei circumuentio, sed mea suaq; commendabilis dignatio, & ineffabilis dilectio charitatis. Et quia tu caro animam a suæ creationis principio decepisti, & semper cõtraria & nociua sibi intulisti, meus dilectus filius qui summe eam semper dilexit, compatiens valde sibi, exhibuit se totum sibi, cum mirabili dulcedine & amore, vt sic citius, & plenius eam merito alliceret ad seipsum, ideo mea iustitia exigit & requirit, vt animam qua semper abusa fuisti, dimittam ex nũc totam & totaliter nato, qui eam redemit, ornauit, allexit, & abluit suo sanguine pretioso, qui eam tanquam sponsam mirabiliter ditauit, & dotauit incorruptibili, & inextimabili thesauro iucunditatis, pulchritudinis, dulcedinis, & amoris. Et ideo dignum & iustum est, vt ipsa anima te velut stercus abhorreat, despiciat, & contemnat, atque merito cupiat, & procuret, te despici ab omnibus in hoc mundo. Sed quia tu a me in principio non solum iustitiam, sed & misericordiam humiliter implorasti, volo vt tu & in præsenti illa suauissima & admirabili dulcedine, quam ipsa anima in eo gustat filio, aliquando profundaris, & vltra hoc, in futuro te dotabo: & si bene animæ obedieris toto posse, ex nunc non solum a pœna æterna, sed & purgatoria simpliciter te absoluo. Qui viuo in æternum, & in sęculum seculi. Amen.

Ex diuina iustitia anima tota filio Dei debetur.



SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS,

Tractatus, qui Speculum animæ dicitur.

PRAEFATIO.

Matth. 7.

Totus hic tractatus, ad confessionem sacramentalem debite faciẽdam, dirigitur.

Psalm. 1.

ARBOR mala fructus malos facit dicit Dominus: secundum glosam interlinealem ibidem, mala arbor mala voluntas est, ex qua secũdum aliam glossam fructus malæ operationis procedit. Huius autem arboris folia mala verba sunt, secundum glosam in principio Psalmistæ super illud. Et folium eius non defluet. Per folia enim verba signantur. folia siquidem vanitatem & fluxibilitatem habent, quod est de natura verborum. Huius arboris rami sunt affectiones diuersæ, quæ ex volunrate procedunt, & secundum eius conditionem pensantur. Si enim voluntas mala est, ramis suis suam corruptionem immittit, secundum illud Apostoli. Si radix sancta, & rami, &c. Truncus autem istius arboris est voluntatis consensus. quoniã sicut radix ramos suos nisi mediante trunco non potest expandere, sic nec radix malæ voluntatis, ramos vitiorum non potest emittere, nisi mediante consensu. Siquidem secundum Grego. suggestione, delectatione, et consensu peccatũ perficitur. Radix autem istius arboris secundum Apostol. est cupiditas. Licet autem radix arbori præstet originem, tamen a fructu incipimus, per folia & ramos & truncum descendentes per ordinem ad radicem, vt iterum incipientes ab ipsa, qualiter procedant ascendendo monstremus. Sciendum igitur, quòd hæc radix, quæ cupiditas vel concupiscentia nominatur, secundum Bedam, ex corruptione seminis transfusa, per primos parentes ad posteros habet ortum, Sicut autem materialis radix humorem trahit & germinat; sic radix concupiscentiæ, secundum Greg. ab imaginatione suggesta, ab extrinseco sumit naturam, qua mediante germinat, cum delectatio ex imaginatione procedat. Tunc autem emittit virus cum ex delectatione cõsensus oritur, quia secundum August. est duplex cõsensus scilicet in delectatione & opere. Cum enim ex imaginatione, & delectatione morosa cum aduersione periculi, consensus in delectatione sequitur, etiam si opere non complendum decernat, mortale est. Et propter hoc secundum August. totus homo damnabitur, licet iste progressus peccati, qui dictus est potissime in peccato carnali locum habeat, & manifestius ibidem appareat; tamen & in omnibus alijs mortalibus locum habet. Si enim quodcunque peccatum mortale, mente per cogitationem, tenueris & delectationem consensus in seipsum sequatur absq; consensu in opus, si facultas adesset, nihilominus est mortale. Vt autem de radice ista pleniorem notitiam habeamus, & quomodo ex ipsa fructus malæ operationis procedat, quadruplicem actuum differentiam assignamus. Sunt enim quidam actus, qui de natura sui bonum dicunt. Sunt alij qui quantũ de natura sui esse indifferentiam habent, nec boni, nec mali, in genere moris dicuntur, vt leuare festucam, & huiusmodi. Sunt alij qui de natura sui malum dicunt & tamen aliqua de causa vel fine, bonitatem moris sortiri possunt: vt occidere hominem, quod quidem existente iustitia bonum fieri potest, licet de sui genere malum dicat. Sunt autem secundum August. alij, qui ita habent deformitatem annexam, quòd nullo bono fine, vel intentione possunt fieri, nec societatem excusare: vt fornicari, vel iniustitiam facere, vel adulterium committere, & huiusmodi. Hoc igitur circa istam materiam est sciendum, quòd secundum Ambro. Affectus nomen operi imponit, & ex intentione opera iudicantur. Quod quidem de duobus primis generibus actum intelligit Ambro. scilicet quando bonum est, vel indifferens. Si enim aliquis intentione inanis gloriæ pascat pauperem, vel ex contemptu festucam erigat, ex mala intentione procedit & rationem radicis sortitur. In alio autem genere actuũ, sola iusta intentio opus bonum facere potest. In quarto autem genere actuum, nulla intentio vel finis potest facere bonum actum. Quacunque enim intentione quis fornicationem, vel actum adulterij committat, nullatenus excusatur. Hoc etiam circa istam arborem est sciendum, quòd truncus istius arboris, rami, & fructus cum folijs, ex quibusdam circunstantijs quantitatem assumunt, sicut materialis arbor ex sterquilinij, & corruptionis iniectione in fructibus & alijs recipit incrementum, secundum quod dicit colonus ille in Luc. Hæ autem circunstantia hoc versiculo continentur, videlicet. Quis, quis, vbi, cum quo, quotiens, cur, quomodo, quando. Quo motu supple, vtrum ex tentatione graui, vel leui, vel nulla, si malitia vel infirmitate, vel ignorãtia. Quis, persona, prælatus, vel ordinatus, clericus, vel alius, vel alij in exemplum positus religiosus, vel huiusmodi, in quibus peccatum aggrauari potest ratione personæ. Vbi, si in loco sacro, vel communi, ita quòd malum possit esse alijs in exemplũ. Cum quo, si multos ad simile malum traxit, &cæt. Quotiens, si habuit in consuetudine. Cur, scilicet quo fine vel intentione, licet enim malum facere bona intentione non excuset a toto, tamen excusat a tanto. Similiter autem & peruersa intentione, aggrauat peccatum. Quomodo, si forte

Rom. 11.

1. Timo. 5

Simi[…]

Nota

Act[…] qua[…] plex[…] ren[…]

Luc. 1[…]

Circu[…] tarum plexio

modum

modum nouum, modum effrenatum peccati inuenit. Quando, vt si forte tempus sacrum, vel orationi deputatum, in peccato expendit. Sunt autem aliæ circunstantiæ, quæ specialem speciem dant peccato, vt cognoscere vxorem alterius, & similia, quæ nullatenus a confitente omitti debent, & plenius in arboris prosecutione patebunt. Quod autem vt iam supradictum est, secundum Apostolum, rami & fructus ex radice pensantur; satis de facili potest quisque perpendere, si peccatum eius radicem mortalem habet, & ponitur in exẽplum. Videre enim mulierem de se non habet rationem peccati, nec tangere, & tamen si de radice luxuriæ procedat directe, cuius mal' habitus latet interius, est mortale. Quando autem radix rationem mortalis habeat, in prosecutione, & formatione arboris poterit plenius pertractari. Hoc autem addo, quòd illud mortale de suo genere dicitur, quod directe est contra Deum, vel proximum, directe autem dico, quia sicut in materiali arbore ex trunco vel ramis, quędam pullulationes indirectę procedunt, quas adulterinas vocamus, ita ex radice malæ voluntatis, quam concupiscentiam nominamus, multa semina prodeunt; quæ directe cõtra Deum vel proximum non faciunt, sed aliqualiter indirecte, & talia venialia nuncupantur, vnde etiam aduertendum, quòd multa talia ponuntur in formatione illius arboris, quæ licet in se, & in suo genere mortalia non dicantur, tamen ad suam radicem relata, & eidem coniuncta possunt habere rationem mortalis, licet autem contingat interdum, quòd vnum opus, & idem a diuersis trahat originem, vt percutere, ex superbia, inuidia; & ita potest procedere, tamen idem actus in arbore nullatenus iteratur. Sed vere penitens arboris inspector diligenter aduertat, quibus ex causis & radicibus actus ille inueniatur in ipso, digna etiam deliberatione consideret progressum peccati, quomodo radix concupiscentiæ germinauerit in ipso & circunstantijs, de quibus superius est expressum. Et si de fructu vel folijs, vel ramis arboris se comedisse aduertat, per confessionem euomat, vt animæ recuperet sanitatem. Hæc est enim arbor, de cuius fructu mortifero, protoplasti parentes contra præceptum summi medici gustauerunt, & mortem experti sunt, quam ad posteros transmiserunt. Et
Matth. 3.
hæc est arbor, quæ secundum testimonium Matthæi excidetur, & in ignẽ mittetur, & ardebit. His ergo prælibatis, arborem imaginariam describamus, in cuius ra-
1. Tim. 6.
dice sit illa Apostoli auctoritas, Radix omnium malorum cupiditas. Truncus autem illius arboris taliter describatur, quòd ab imaginatione incipiat, & in delectatione morosa cum aduersione periculi sit eius mediũ, & in consensu triplici terminetur, scilicet in consensu, in delectatione, & in opere, secundum quòd progressus peccati superius est expressus. Quia autem omne peccatum vel cogitatione, vel locutione, vel opere perpetratur, & sicut supra probatum est, in ramo mala voluntas significatur, in verbo aũt foliũ, fructus in opere, ideo omnia peccata, quæ in progressu occurrunt, quæ ad cogitationem pertinent per modum rami, quæ vero ad locutionem per modum foliorum, quæ autem ad opus per modum fructuum in arbore describãtur. Sed hos ramos fructus, & folia, describamus huius arboris. Si quidem secundum Ioannis testimonium, tres rami
1. Ioan. 2.
principales ex radice concupiscentiæ prodeunt, quoniã omne quod est in mundo, aut est cõcupiscentia carnis, aut cõcupiscentia oculorum, aut superbia vitæ, quę concupiscentia honoris nominatur. Et de hoc vltimo primo est dicendum, tãquam de grossiori, & a quo plures rami, onusti fructu, & folijs mortiferis oriuntur, & primo de superbia.

De primo principali ramo, scilicet superbia. Cap. 1.

HIc igitur ramus, qui superbia nominatur, in genere suo mortale peccatum dicitur, quoniã directe est contra Deum, & eius reuerẽtiã, cum scilicet creatura vltra quod a factore accepit extollitur, & quasi vsurpare præsumit. Vnde & Gregor. 34. moralium dicit. Euidẽtissimum signum reproborum, est superbia. Per hoc patet, quòd illa superbia est mortalis, qua quis se vltra merita extollere appetit, & se melioribus anteponit, & hoc si ex deliberatione procedat. Sicut enim alia peccata carnalia motus habent, qui pręueniunt rationem, quibus ratio non consentit, sic & superbiæ motus quamplurimi in homine rationem preueniunt, quos ratio aduertẽs reprimit, vel saltem non consentit. Hic autem ramus superbiæ tres præcipue ramos habet, scilicet præsumptionem, Præsumptio quid.
contemptum, & inanem gloriam. Præsumptio in hoc consistit præcipue, quòd homo præsumit gratiam se habere, vel ex se, vel ꝓ meritis suis, vel falso, vel plus alijs, vnde versus. Ex se ꝓ meritis falso plus omnibus inflat. Et secundum hoc præsumptio quatuor ramos habet, secundum Gregor. in moral. Hi autem rami cum suis fructibus, & folijs habent rationem mortalis, eo modo quo de superbia est prædictum. Ex hoc autem vltimo ramo, scilicet plus omnibus, duplex ramus oritur. Hoc enim in gratuitis sicut in virtutibus, vel in gratis datis, scilicet in gratijs exterioribus potest intelligi. Ex quorum ramorum medio oritur elatio cordis inordinata, & confidentia de se, & inepta audacia. Ex ramo autem, qui est præsumptio de bonis gratuitis, oritur folium diuinæ tẽtationis, & fructus discriminis. Appellatur Dei tentatio, quando quis experimentum diuinæ potentiæ quærit, sicut petere absque necessitate. Discrimen autem dicitur quando quis se exponit periculo, in sola diuina virtute confidens, contempto humano adiutorio absque necessitate fidei, vel ecclesiæ, & habet rationem Deut. 6.
mortalis, vnde dicitur in Deu. Non tentabis Dominũ Deum tuum, dicit glos. Deum tentat, qui habens quod Contemptus quid.
faciat sine ratione se committit periculo. Secundus ramus superbiæ est contemptus, eo enim quo quis alios se præsumit supergredi, Deum cõtemnit & hominem, & secundum hoc hic ramus in duos diuiditur, videlicet in contemptum Dei, & proximi, qui plane habent rationem mortalis, quia cõtra caritatem Dei & proximi sunt directe. Ex ramorum istorum medio procedit ramus inobedientiæ, per quam a potestate alterius & subiunctione se eximit, nulli volens subesse. Ex primo autem ramo, qui est contemnere proximum, procedũt isti fructus, scilicet se a societate & verbo subtrahere, & gestu indignationem, vel contemptum ostendere, fòlia etiam ex ipso procedunt, quæ sunt verborum indigna- Irreuerentiæ peccatum.
tio, irreuerentia in verbo, quæ omnia sunt contra charitatem ad proximum, & mortalia sunt, secũdum quòd ex superbia & contemptu nascuntur. Est autem erronea alterius detestatio per contrarium. Derisio autem, & subsanatio differunt, quoniam derisio fit in voce, sed subsannatio fit in gestu, vel trahendo linguam, vel faciẽdo nutus, & similia, irreuerentia autem in modo loquẽdi. Cum hoc autẽ folio est Irreuerentia in facto, ex quorum medio procedunt isti fructus, s. irreuerentia facta parentibus, prelatis, principib. maioribus, senioribus, patribus spiritualibus, & sanctis viris, locis, & rebus sacris & temporibus, vt in violatione festorum contingit, & ꝑcipue sacramentis, maxime sacramento altaris. Qui enim excommunicatus, vel suspensus, vel interdictus, vel in mortali peccato solemniter in Ecclesia officiat,

vel ſacramentum adminiſtrat, vel recipit in mortali, vel irregularis, vel inconfeſſus poſt mortale, cum copia ſacerdotis celebrat, vel notorius peccator officium correctionis exercet, vel excommunicato ſcienter participat in diuinis, & hoc ſcienter faciat, & ignarus iuris exiſtat, irreuerentiam diuinis exhibet, & mortaliter peccat. Hoc etiam ſciendum eſt, quòd excommunicati vel

Nota pro excommunicatis.

interdicti, qui ſe ingeruntdiuinis, ſi hoc ſcienter faciant contra præceptum Eccleſiæ, mortaliter peccant. Alia etiam ſupra poſita, rationem mortalis peccati habere poſſunt, ſecundum quòd ex ramo contemptus procedunt. Secundus ramus, qui ex contemptu Dei & proximi oritur, eſt ſuperbia, quæ quidem reſpectu Dei manifeſte mortale eſt, reſpectu etiam maiorum quibus obe-

Roma. 13.

dire debemus, ſiue parentibus, ſiue prælatis rationem mortalis habet, ſi præcipiantur licita & honeſta. Vnde dicit Apoſtolus. Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinatio-

Roma. 1.

ni reſiſtit. Et parentibus non obedire, ab eodem Apoſtolo inter mortalia computatur. Ex medio autem ramorum inobedientiæ reſpectu Dei & proximi, procedit ramus impatientiæ ſimiliter bipartitus contra Deū, & proximum, & iſta quidem impatientia ex inobedientia oriri dicitur, quia cum a ſuperiori aliquid faciendum imponitur, quod peruerſæ diſplicet voluntati, in ipſa impatientia excitatur, quod nihil aliud eſt, quam immoderata animi perturbatio, ex dicto, vel facto alterius, quod perſonam ipſius tangit, & in quo ſe reputat grauari. vnde hoc laborat vitio, qui infirmitates, vel infortunium, vel onus impoſitum non ſuſtinet patienter, & habet rationem mortalis, cum vſque ad odium

Quomodo Deus odiri pōt.

Dei, & proximi ſe extendit. Et ſecundum hoc, ex hoc ramo impatientiæ procedit aliud, ſcilicet odium Dei, qui licet in ſe odio haberi non poſſit, tamen in affectibus ſuis odiri poteſt. Ex hoc ramo ſolium blaſphemiæ, & murmuris naſcitur, & manifeſte rationem habet mortalis. Ex ramo autem impatientiæ ad prælatum, oritur & murmuratio, folium ſcilicet vento ſu-

Murmurationis deſcriptio.

perbiæ agitatum. Eſt autem Murmuratio iniuſta querela contra ſuperiores, latenter multorum auribus inculcata, & habet rationem mortalis, ſecundum quòd ad alterius diffamationem anhelat. Cum hoc autem folio eſt fructus obſtinationis, & pertinaciæ. Eſt autem Pertinacia, perſeuerantia in malo propoſito, con-

Pertinacia quid.

tra voluntatem ſuperiorum. Ex qua oritur ſolium rebellionis apertæ, & fructum tranſgreſſionis ſecum habet, quæ omnia habent rationem mortalis, ſecundum quod ex Inobedientia oriuntur, cum fructu autem trāſgreſſionis ſunt excommunicationis, interdicti, & ſuſpenſionis ſententiæ, quas ſuſtinere procedit ex inobedientia, ſi debite infligantur. Item ex ramo inobedientiæ ramus infidelitatis procedit, ſecundum quam aliquis ſe ab obedientia Romanæ Eccleſiæ alienat. Et quidem hic ramus in hos ramos ſe diuidit, ſcilicet in heſitationem, dubitationem & errorem, & hos fructus habet, hæreſim, ſchiſma, ſortilegium, & diuinationis ſuperſtitionisque folia, quæ etiam fructus apoſtaſiæ, & idolatriæ ſecum habent. Et de ſingulis, quid ſint per

Heſitatio, quid.

ordinem exprimamus. Eſt autem Hæſitatio, mentis titillatio contra fidem, cum ſcilicet intellectus non perfecte conſentit his, quæ ſunt fidei, ſed dubitat, quod

Error qd.

etiam de ſuo genere eſt mortale. Eſt autem Error, quando iam tenetur contrarium fidei, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, ſed tamen multum intereſt, qui enim credenda nouit per fidem Eccleſię, & tenet contrarium, peccat mortaliter, qui autem ex ſimplicitate ignorat, ſi tamen intentionem, & voluntatem habeat generaliter credendi, quod credit Eccleſia, nullatenus iudicandum eſt mortale. Si quis ex ſimplicitate veritatem videre oculis corporalibus credat, non propter hoc contemnendus eſt, cum paratus ſit credere, quod credit Eccleſia indiſtincte. Vnde dicit Auguſtinus. Errare potero, ſed hæreticus non ero. Eſt autem hæreſis obſtinata affirmatio contra fidem. Schiſma autem a ſciſſione dictum eſt. Vnde ille ſchiſmaticus dicitur, qui ab vnitate Eccleſiæ ſe ſeparare intendit, licet eadem ſentiat, quæ tenet Eccleſia & fides catholica, ſecundum Auguſtinum contra Fauſtum.

Hereſis ſchiſma.

Sortileg

Sortilegium eſt, cum id quod futurum eſt inquiritur, & habet multas ſpecies, quæ per folia in arbore deſignantur, ſcilicet diuinationes per aſtra, per incantationes, per dęmonum conſultationes, per garritum auium, quod dicitur Augurium, per ligaturas nominum, temporum obſeruationes, & ſomniorum, quæ omnia prohibentur ab Eccleſia tanquam mala, & habent rationem mortalis, quia quod ſoli Deo competit, attribuitur creaturæ.

Augur vnde d tur.

Hoc tamen circa obſeruantiam temporum, & orationes debes aduertere, quòd ſortiuntur Sortilegij rationem, quando ſcilicet creditur, quòd magis valeant ad vnum effectum, quam ad alium, vel quando quis confidat in determinato orationum numero, vel effectum optatum, qui ſic fecerit, infallibiliter conſequi putat.

Apoſta

Quid autem ſit apoſtaſia, a fide vel idolatria plane patet. ¶Tertius ramus ſuperbiæ eſt inanis gloria, qua quis appetit ſuam excellētiam oſtendere, quæ habet rationem mortalis, inquantum quis gloriam ſibi appetit, quæ ſoli Deo debetur, quoniam ipſe fecit nos, & non ipſi nos. vnde qui gloriā non refert in Deum, vel ſic gloriam affectat acquirere, quòd ſi ex hoc aſſequatur, offenſam Dei non metuit, mortaliter peccat.

Inanis g ria qu

Vnde Auguſtinus in libro de ciuitate Dei, dicit hoc vitium inimicum eſt piæ fidei, ſi maior in corde ſit cupiditas gloriæ, quam Dei timor & amor. Si autem in bono proprio quis inaniter glorietur, ita tamen quod ibidem non ſiſtat, vel actu, vel habitu in Deum referat, nec vt hoc acquireret aliquo modo Deum vellet offendere, nullatenus eſt iudicandum mortale. Ex hoc inanis gloriæ ramo, quatuor rami oriuntur, ſcilicet Ambitio honoris, & fauoris humani appetitus, confuſionis timor, & laudis amor. Ex primo autem ramo inanis gloriæ, qui eſt ambitio, oritur fructus pompę, qui tres fructus habet, & vnum folium, ſcilicet faſtum in ſuperfluo comitatu, & apparatu, & faſtuoſo geſtu, & affatu, quæ licet modo talia non ſint ex ſuo genere, tamen prout oriuntur ex ramo ſuperbiæ, mortalia eſſe poſſunt. Ex ſecundo ramo qui eſt appetitus humani fauoris, eſt adulationis folium, quæ quandoque mortalis, & quandoque venialis. qui enim ad malum alium incitat, malum factum eius laudando per adulationem, vel alij occaſionem præbet, vt in peccato remaneat, vel vt vltra merita ſua efferat ipſum, ſcilicet falſo laudando, in tali adulatione eſt mortalis. Si autem ſola intentione placendi, & vt Dei gratia augeatur, quam in veritate ipſe commendat, mortalis nullatenus iudicatur. Et hoc Auguſtinus in ſermone de purgatorio iudicat veniale, ſ'm igitur hoc folium adulationis in tria diuiditur, qa aut adulatio eſt de bono habito, vel nō habito, vel de malo. Item ex ramo appetitus fauoris humani, oritur prodigalitatis fructus. fit enim homo prodigus, vt humanum fauorem acquirat. Habet autem prodigalitas rationem mortalis, ſecundum quod bona, quæ vtiliter in pauperes fundi debebant, inutiliter expenduntur, & in perſonis inhoneſtis non ſeruando modum, vel tempus, & quidem hoc vitium, malum eſt in perſona eccleſiaſtica, quorum bona vltra ſuſtentationem perſonæ, & ſtatus, debent pauperibus erogari. Secundum hoc autem prodigalitas quatuor fructus habet, quia nec perſonam cui dat, nec modum, nec tempus conſiderat, & incuriam ſecum habet. Eſt autem incuria, cum quis ſic curam

de bonis

Digitized by Google

de bonis suis abijcit, quòd bona eius depereunt, quę a Deo collata sunt, vt exinde sustententur pauperes Christi, hæc autem incuria non iudicatur mortalis, nisi secundum quòd ex aliqua radice mortali procedit. Quādoque enim ex contemptu temporalium procedit, tamen semper ad indiscretionem pertinet, & ex tanta negligentia procedere pōt, q̄ mortalis esse posset, vt si forte indigentiam manifestam pauperum viderit, & bona quib. eos iuuare posset, deperire permittit. Itē ex tertio ramo inanis gloriæ, qui est timor confusionis, hi procedunt fructus, mala scilicet verecundia, & falsa humilitas. Verecundia autem hos habet fructus secum, scilicet erubescentiam diuinorum, vt cum quis erubescit vel facere missam, vel orare. Item verecundiam paupertatis parentum, vel pauperum amicorum. Item in confessione, secundum quòd aliquis confessionem dimittit, vel non confitetur veritatem propter confusionis timorem.

[H]umilitas [fa]lsa quid.

Falsa autem humilitas est, cum aliquis se ipsum humiliat, ne per superbiam minus reputetur ab alijs. Item ex illo ramo, qui est timor confusionis, hæc folia oriuntur, videlicet veritatis negatio in iudicio, vel extra iudiciū, veritatis impugnatio, falsa excusatio, & peccati defensio. Ista autem quæ ad timorem confusionis pertinent, habent rationem mortalis, non ex genere, sed secundum quòd amor fauoris humani, amori diuino præfertur. Et eligit hoc magis contra Deum facere, quam confusionem humanam incurrere. Hoc tamen circa negationem veritatis in iudicio aduertendū est, quod ex suo genere mortale est, & quia superiori in iudicio obedire tenemur, & iustitiæ opponitur, si tamen aliquid superior interroget, quod secundum iuris ordinem interrogare non debet, potest appellari, sed nullo modo licet mentiri. Ex quarto ramo inanis gloriæ, qui est amor humanæ laudis oriūtur tres fructus, scilicet hypocrisis, ostentatio, singularitas, & iactantiæ folium, quod in quatuor est diuisum. Aut enim est de bono habito, vel non habito; aut de malo facto, vel non facto, & de his per ordinem videamus.

[H]ypocrisis.

Est autem hypocrisis (secundum Isidorum) simulatio boni non existentis, vnde est mendacium in signo, sicut enim mendacium omne non semper est mortale, sed quando est in detrimentum proximi, vel contra veritatem fidei vel morum, sic nec hypocrisis semper est mortalis, nisi quando fit intentione decipiendi sub specie bonitatis, sicut illi qui simulant sanctitatem, vt bona Ecclesię habeant quæ habere digni non sunt, & Ecclesiam per suam simulationem decipiunt. Quando autem fit intentione laudis, tunc de ea sicut de inani gloria iudicandum est, sicut superius est expressum.

[O]stētatio.

Ostentatio est, quando bonum quod quis habet, vel habere se putat, exterius ostendere nititur, vt laudem humanam exinde consequatur, nec est mortale ex suo genere, nisi secundum quod inanis gloria iudicatur mortalis.

[S]ingularitas.

Singularitas est, cum quis vult singulariter apparere, & secum habere fructus diuersos, secundum quòd in diuersis materijs inuenitur, cum scilicet communia, quis non dignatur facere, vel docere, vel modū singularem in factis satagit ostendere, & hoc quandoque rationem mortalis habere dicitur, secundum conditionem radicis, eo modo quo inanis gloria, quę propter hoc intenditur esse mortalis.

[I]actantia.

Iactantia quandoque mortalis, quandoque venialis. Cum enim quis se iactat de bono quod habet, vel se habere putat, vt inanem gloriam consequatur, tunc iudicandum est de tali iactantia sicut de radice ipsius. Cum de bono quod non habet, tunc est ibi mendacium, & tunc si tale est mendacium, quòd sit contra diuinam reuerentiā, vel proximi charitatem, habet rationem mortalis,

[L]uc. 18.

contra Dei reuerentiam se iactabat Pharisæus. Cum autem quis de peccato mortali quod non fecit, vel quod fecit, se iactat, mortale est, quoniam in peccato facto sibi complacet, & vnde confusionem meruit, quęrit gloriam, si factum suum in alios extendit. Item nota, quòd fructus singularitatis, qui procedit ex inani gloria (vt iam supra diximus) non solum per modum fructus in opere, sed etiam per modum rami, debet describi in arbore, ad significandum voluntatem singularem apparendi. Ex hoc autem ramo procedit ramus inuidiæ, sic autem ex voluntate singulariter apparendi procedit, quia dum quis videri singulariter appetit, si aliquem vidit in gratia pręeminere, qui eius offuscet gratiā, eidem inuidet, & est peccatum mortale.

Inuidia quid.

Est autem inuidia, tristitia de bono alterius secundum Damas. Circa quod notandum, quod hoc quatuor modis potest contingere, vno quidem modo, cum quis bonum alterius sibi esse damnosum aduertit, & cum quis de promotione inimicorum tristatur, & hoc rationem mortalis nō habet. Item secundum quòd quis bonum videt in alio, in quo defectum patitur, & ex quo dolet, non quidem, quia alius bonum habeat, sed quia ipse non habet, & non habet rationem peccati. Item alio modo dolet quis de bono alterius inquantum ipsum indignum videt bonis, quæ habet, & hoc etiam non habet rationem peccati in bonis temporalibus, quę homini quandoque proficiunt ad ruinam. Alio modo quis dolet de bono alterius, secundum quòd per bonum alterius gloriam suam putat diminui, & hoc est inuidia, quæ iudicatur mortalis, & quia ex ramo procedit superbiæ, & quia directe opponitur charitati, in qua vita animæ conseruatur. Sicut autem de superbia dictum est, quod quidam motus præueniunt rationem, quibus ratio non consentit, nec habent rationem mortalis, ita & de inuidia est dicendum.

De ramis, fructib. & folijs inuidiæ.

De ramo autem inuidiæ pręcipue exeunt duo rami, scilicet exultatio in aduersis, & dolor in prosperis, qui (sicut dictum est de inuidia) rationem habent mortalis. De primo autem ramo, scilicet de gaudio in aduersis, oriuntur hi fructus, machinatio, scandalum, insidiæ, proditio, suspicio, & iudicium. Inter hæc folia, discordiarum seminatio, secretorum & confessionis reuelatio signo, vel verbo, vel circunstantia, & falsum testimonium. de quibus sigillatim aliquid est dicendum.

Machinatio quid.

Machinatio, est mali occulta, & studiosa procuratio.

Scādalum quid.

Scandalum (secundum Augustinum) est dictum vel factum minus rectum, præbens alij occasionem ruinæ, cum scilicet aliquis alium in malum inducit, & est mortalis cum aliquis per consilium vel exemplum ex intentione inducitur in mortale.

Insidię q̄d

Insidiæ sunt (pro vt hic de insidijs loquimur) inuestigatio, & consideratio factorum alterius, vt accusari possit deprehensus in malo. Proditio est, cum aliquis amicitiam ad alium simulat, vt ipsum decipiat, de quo dicit Boetius, quòd nulla pestis efficacior est ad nocendum, quam familiaris inimicus.

Aduertenda Boetij sententia.

Suspitio, quid.

Suspitio est, cum quis facilis est, vt malum de alio suspicetur, vnde Tullius, suspitio est mala opinio ex leuibus causis, & hoc ex mala affectione inuidię procedit, & tunc habet rationem mortalis, alias autem non iudicatur mortalis.

Iudiciū p̄uersū q̄d.

Iudicium peruersum est cum quis ad alium male affectus, nō solum malum suspicatur in ipso ex causis leuibus, verumetiam diffinit in corde vel ore sententialiter, peccatum mortale committi ab aliquo. & hoc de suo genere est mortale, ex quacunque radice procedat. vnde glosa super illud ad Corinthios.

1. Corin. 4

Nolite ante tempus iudicare, suspitiones vitare non possumus, quia homines sumus, iudicia tamen, id est sententias diffinitiuas cauere debemus. Hoc autem iudicium semper est nimis graue peccatum, & procedit, cum quis ex sola suspicione ex

causis leuibus condemnatur. Item folia quæ de ramo
isto procedũt (sicut dictum est) sunt discordiarũ semi-
natio. Cum enim aduersitati quis congaudet alterius
Proue, 6. alios concitat contra ipsum, quod est peccatum morta
le, vnde in prouerbijs dicitur. Sex sunt, quæ odit Domi
nus, & vltimum ponitur tanquam peius, qui seminat
inter fratres discordias. Item secretorum reuelatio tũc
est peccatum mortale, cum tale secretum est quod in il
lius qui secretum commisit, potest verti detrimentum,
tunc autem maximum est peccatum, cum videlicet ad
reuelationem confessionis, verbo, vel signo, vel circun
stantia aliqua quis procedit. Secundus ramus inuidiæ
principalis, est dolor in prosperitate proximi quod (vt
supra dictum est de inuidia) habet rationem mortalis.
Ex hoc autem ramo procedit detractionis foliũ, quo
proximi prosperitas impeditur, hoc autem folium prin
cipaliter in duo diuiditur, quia qui detrahit, aut hoc est
eius bonum diminuendo, aut eidem malum imponen-
do. Primum folium quatuor folia secum habet, scilicet
bonum proximi tacere, dimittere, peruertere, & nega-
re. Ex secundo autem ramo hæc folia procedunt, Ma-
lum libenter audire, dissimulare, confirmare, aggraua-
re, addere, reuelare, & imponere, de quibus videamus
qualiter habeant rationem mortalis. Sciendum igitur
Eccl. 10. quòd est denigratio famæ alterius per verba occulta.
Vnde Salomon dicit. Si mordeat serpens in silentio, ni-
hil habet, eo minus qui occulte detrahit, habet autem
ex suo genere rationem mortalis. Cum enim (secundũ
Proue. 22. Sapientem.) Melius sit nomen bonum, quam diuitiæ
multæ, sicut mortale est rem inuito domino pertracta-
re, & qui hoc facit, ad restitutionem tenetur. sic etiam
alterius famam auferre, mortale est, & qui hoc facit, ad
restitutionem tenetur, hoc tamen circa istam materiã
est aduertẽdum, quod quodlibet breue verbum quod
in derogationem vergit alterius, non est iudicandum
mortale, maxime cum ex habitu inuidiæ non proce-
dit. Ad detractionem autem spectat (vt dictum est) bo
num proximi tacere, quod quidem mortale est, cum
videt aliquis iniuste famam alterius deperire, sicut.n.
in arcta necessitate tenemur proximo in rebus tempo-
ralib. prouidere, sic etiam & in necessitate famam eius
seruare. Diminuere bonum alterius est, cum aliquis cõ
mendationem alterius audire non potest, sed eam dimi
nuit, quod charitati opponitur, & si ex ramo inuidiæ
procedat mortale est, quandoque tamen absque morta
li contingit, vt cum quis audit commendari indignum,
vel vltra merita. & ex hoc potest oriri aliqua deceptio,
Eccl. 11. tunc non habet rationem peccati. Conuertere bonum
alterius, est bonum quod negari non potest, mala inten
tione factum asserere, vnde de tali dicitur. Bona in ma
la conuertens, insidiatur, & in electis ponit maculam.
Quod manifeste habet rationem mortalis cum pro-
cedit ex inuidia, tamen cum hoc ex falso procedit iudi-
cio, de hoc quandoque iudicari debet, sicut de malo iu
dicio est dictum. Cum quis bonum peruertit alterius
cum mendacio, tale mendacium cum sit pernitiosum,
rationem mortalis sortitur. Item negare bonum alte-
rius, quod scitur inesse, pertinet ad detractionem mor-
talem. Item de alio malum libenter audire, vel occasio
nem detractionis præstare, vel dissimulare cum possit
Rom. 1. corrigere, est mortale, vnde Apostolus. Detractores
Deo odibiles esse commemorat, dignos morte indicat,
non solum autem facientes, sed consentientes. Tamen
circa hoc debemus dicere, quòd si aliquis detractio-
nem alterius audiat, & non ex inuidia, sed ex verecun-
dia, vel aliquo timore humano ne offendat aliquẽ, non
est iudicandum mortale, nisi sit talis persona, quod ex
officio corrigere debeat, cui posset cedere in mortale.
Item malum auditum de aliquo confirmare, & additis
circunstantijs aggrauare, vel dicto alterius addere mẽ
daciter, vel veraciter, ad diffamationem intendendo,
est mortale. multum tamen interest, vtrum hoc proce-
dat ex inuidia, vel indiscreto zelo iustitiæ, quandoq;.n.
contingit mala aliorum facta ex quadam indignatione
vel leuitate loquendi, nec intentione diffamandi cõtra
aliquem malum recitari, vel etiam aggrauari, quod es-
set durum iudicare mortale. Hoc tamen a plerisq; ma-
gis dicitur, quòd crimen alterius etiam verũ extra cor
rectionis ordinem reuelare, mortale est. Ordo autem
correctionis fraternæ est à Domino institutus, qui ait. Matt. 18.
Si peccauerit in te frater, in te, id est te sciente, vade &
corripe eum, &c. Hic etiam circa istam materiam est
notandum, quòd crimen alterius detegere, vbi non po
test prodesse nisi ad diffamationem, est cõtra ordinem
correctionis fraternæ. Item ex medio duorum ramorũ
inuidiæ descriptorum, procedit ramus rancoris, cum
enim inuidus bonũ proximi non potest diminuere nec
eidem malum inferre, prorumpit in cordis rancorem.
Est autem Rancor, motus cordis grauius ex mala affe Rãcor qd.
ctione procedẽs in proximum. & habet rationem mor
talis si ex inuidia procedat, vel libera volũtate. Ex libe
ra autem voluntate dico, quia contingit interdum, quod
aliquis homo propter suam ineptitudinem, vel illatam
iniuriam, sine motu displicentię videri nõ potest, quod
quidem in multis magis habet rationem passionis, quã
peccati, dum voluntas libera non consentit. Ex hoc au
tem ramo rancoris procedit ramus odij, qui manifeste
habet rationem mortalis, quia rectæ charitati opponi-
tur, in qua vita animæ conseruatur. Hoc etiam aduer- Inimici, &
tendum, quòd non solum secundum præceptum tene- mali sũt di
mur diligere amicos, sed etiam inimicos & malos, vitiũ ligendi nõ
tamen in aliquo non tenemur diligere, vnde & si quis tñ
contra alium moueatur propter eius vitium, quãdoq;
non est vitium, sed virtus, licet quandoque zelus indi-
scretus circa hoc possit cõtingere, & sic oditur vitium,
quod aliquando redundat in personam. Debent autẽ
(secundum Augustinum in speculo) corrigi vitia homi
num, cum dilectione personarũ, & odio vitiorum. Ex Ira quid.
ramo autem odij oritur ramus iræ. Est autem Ira (vt
hic accipitur) inordinatus animi motus, ad nocendum
proximo sine causa, & cum sit cõtra charitatem habet
manifeste rationem mortalis. Hoc tamen notãdum est,
quòd quælibet ira non debet iudicari mortalis, secun-
dum enim Gregor. Est ira per zelum, & est ira per vi-
tium. Est autem ira per zelum, cum quis multum inten Duplex ira
se contra malum mouetur, & in punitionẽ tendit, quod describi-
quidem virtutis est, nisi zeli indiscretio interueniat, si- tur, scilicet
cut de odio immediate est prædictum. Ira autem per vi per zelũ &
tium est, cum quis contra proximum mouetur iniuste, per vitium
& ad eius pęnam intendit. Et quandoque (sicut de alijs
vitijs est dictum) talis motus præuenit iudicium ratio-
nis ex complexione, vel ex causa alia, & tunc non habet
rationem mortalis. Ex hoc autem ramo iræ procedit
ramus appetitus vindictæ, & fructus crudelitatis, & fo
lium discordiæ quę consistit in verbis. Circa appetitum
vindictæ intellige, quod aliquis vindictam de aliquo
dupliciter potest appetere, aut inquantum est in proxi-
mi nocumentum, & procedit ex odio, aut inquantum
per pœnam potest corripi proximus, ne de cætero ad
peccatum declinet, & hoc modo vindictam appetere
non est malum, licet autem vere puniens debet aduer-
tere, quòd quandoque mens sibimet mentitur, &
quod facit ex odio, ex bona intentione fieri, sibijpsi si-
mulat, & in hoc conscientiam suam mendaciter in-
format. Ex ramo appetitus vindictæ oriuntur hi fru-
ctus. Calumnia, vexatio, & damnificatio. Calum-
nia est falsi criminis impositio, & est manifeste mor- Calumnia.
tale, quia est pernitiosum mendacium, & procedit
ex odio

Vexatio. ex odio,& quia iniustitia inuenitur ibidem. Est autem vexatio, cum quis alium trahit ad iudicium sine causa, & ipsum in persona sua vexat, & in expensis damnificat, quod fit quandoq; per falsas literas, vel falso impetratas, vel non suas, sed alterius, vel iuris ordine prætermisso, vel ad impossibilia obligando, vt citando coram diuersis iudicibus ad loca distantia & iniuste, in quibus causis non solum quis peccat mortaliter, verumetiam ad restitutionem omnium damnorum, & expensarum tenetur. Item, Damnificatio est cum quis in temporalibus bonis damnificat, & est mortale. Hoc etiam potest fieri dupliciter. aut impediendo bonum habitum vel habendum, aut malum inferēdo. quod etiam fit pluribus modis, quæ per modum fructus in arbore describuntur, vnde circa hoc est notandum, quod quinque modis est quis reus damnificatione proximi, scilicet faciendo, præcipiendo, consulendo, iuuando, & dissimulando, scilicet cum prohiberi potest vel impediri damnum proximi, & voluntarie sustinetur, & quatuor casibus primo dictis, qui sic reus est, ad restitutionem tenetur, & in omnibus istis est peccatum mortale, quoniam hæc omnia directe charitati proximi opponūtur. Hoc tamen circa dissimulationem damni alterius est aduertendum, quod alterius damnum dissimulare non semper iudicandum est mortale, puta cum quis ex timore magis quam ex ira vel odio dissimulat, timens ne forte malefactores contra ipsum moueamus, & in damnum proprium, possit aliqualiter redundare, vel in casu vbi probabiliter credit, quòd sua correctio non prodesset, vnde Augustinus primo de ciuitate Dei. Si propterea quisque obiurgandis, & corripiendis mala agentibus parcit, ne deteriores efficiantur, non videtur esse cupiditatis occasio, sed consilium charitatis. Secundus ramus iræ est crudelitas, ex qua oriuntur hi fructus, scilicet, Incarceratio, percussio, verberatio, duellum, bellum, mutilatio, & occisio, de quibus aliquid videamus. Est autem Crudelitas (secundum Senecam) atrocitas animi in exigendis pœnis. Ex hoc etiam ramus feritatis procedit. Est autem feritas, cum quis sæuit in proximum absque aliqua culpa præcedente in ipso, & in hoc a crudelitate differt, quia crudelitas est excessus in infligendo pœnam pro peccato commisso. habet autem vtrunque rationem mortalis, quia opponitur charitati, si tamen excessus in puniendo, ex zelo iustitiæ quandoque contingat vt alij terreātur, nisi sit excessus notabilis, non esset de facili iudicandum mortale. Punire autem absque omni culpa, & causa, semper habet rationem peccati mortalis, absque autem causa dico, quia sine culpa quandoque quis punitur, non tamen sine causa, sicut patet in crimine læsæ maiestatis. Et quandoque etiam illi de terra alicuius inquantum sunt res domini offendentis, absque culpa propria in temporalibus puniuntur. De incarceratione autem, & verberatione, vel percussione, mutilatione, vel occisione proximi, clarum est quòd habent rationem mortalis, nisi fiant per iustitiæ auctoritatem, iuris ordine, & moderamine obseruato, vim vi repellendo, cum moderamine inculpatæ tutelæ, hæc enim opponuntur charitati proximi, & licet de suo genere mala sunt, tamen multum aggrauantur secundum radicem, si ex radice odij oriuntur. hoc tamen de percussione notandum, quòd parentum percussio specialius est peccatum. a quo simplex sacerdos non potest absoluere, & est contra præceptum diuinum de honore parentum, percussio autem clerici grauior est quam alia, & si grauius est ad solum papam pertinet absolutio. De bello autem notare debemus quòd ad iustum bellum tria specialiter requiruntur, sine quibus habet rationem mortalis, videlicet principis auctoritas. Vnde Augustinus contra Faustum, suscipiendi belli auctoritas, atque consilium, penes principes sit. Item iusta causa, vnde idem Augustinus. Iusta debent esse bella quæ vlciscuntur iniurias. Tertio requiritur intentio recti, vnde idem etiam Augustinus de verbis Domini. Apud veros Dei cultores, bella non crudelitate, aut cupiditate geruntur. Duellum autem nota quod secundum iura est prohibitum, & secūdum rationem habet rationem mortalis, & in appellatione, & in Domino, cuius auctoritate fit, & procuratoribus, & in pugilibus propter pecuniam. Et hoc patet cum manifeste habeat rationem tentationis diuinę, & a forti debilis per naturam vincatur. dicunt tamen quidam, quòd consuetudo excusat in hoc facto, cuius contrarium tenetur communiter a theologis, & iuris peritis. Tertium quod ex ramo iræ procedit, est discordiæ folium secundum quod consistit in verbis. Ex discordia enim animorum, etiam discordia verborum procedit. Hoc autem folium in huiusmodi folia est diuisum, quę sunt, irritatio, comminatio, contumelia, improperium, maledictio, procacitas, clamor, & irreconciliatio. Circa materiam istam in generali notandum est, discordia in verbis contētio dicitur, qua quis verbis alterius procaciter contradicit, vnde contentio duorum dicitur, dicit enim modum inordinatum, & contradictionem. Potest igitur inordinate aliquis contradicere proximo & falsum dicenti, & tunc ratione contradictionis peccatum non habet, sed in modo potest esse excessus, scilicet cum extendit modum negotij vel personæ, & potest esse mortale, cum quis ad confusionem anhelat alterius ex ira forte, vel odio, vel si tanta contentio quòd ex inde scandalum oriatur. Cum autem quis contendit cum aliquo, & veritati etiam contradicit, vel veritatem impugnat ex inuidia, vel ira, vel odio, tunc est mortalis contentio, & hæc est contentio, quæ inter opera carnis ab Apostolo numeratur. Qui talia agunt regnum Dei non possidebunt. Huiusmodi autem contentionis species est irritatio, quando aliquis proximo loquitur pungitiue, secundum quòd quandoque contingit quòd homo ex odio, quod habet ad alterum, libenter eum verbis stimulat & irritat, sicut de fratrib. Ioseph in Genes. dicitur. Oderant eum, nec poterant ei quicquam pacifice loqui, & sic est mortale peccatum, secundum quòd ex odio vel ira mortali procedit, vnde de hoc iudicandum est secundum rationem radicis. Item cum hoc folio est comminatio, cum scilicet aliquis alicui se malum facturum promittit, & sicut lædere proximum est mortale, sicut dictum est superius, sic malum comminari, quòd si fieret mortalis esset, peccatum mortale est, si sit deliberatio, & proponat facere quod minatur, vnde scriptum est. Ante sanguinem, maledicta, contumeliæ, & minæ. Sequitur videre de contumelia, improperio, & conuitio, & notandum, quòd contumelia est obiectio criminis perpetrati, improperium, est cum quis iniuriose reducit ad memoriam auxilium, quod contulit necessitatem patienti. Vnde ait Sapien. pauca dabit, & multa improperabit. Contra vitium autem est, cum defectus corporalis, vel aliud quodcunque crimen obijcitur ad confusionem personæ, & de his videamus quomodo habeant rationem peccati. Hoc igitur circa istā materiam est notandum, quòd cum (secundum Philosophum) voces sint signa intellectuum, multum considerandum est, quo animo verba dicantur. Contingit autem quandoque talia verba dici ex indiscreto zelo, vel zelo iustitiæ aut amoris, vel ex quadam surreptione & subito metu iræ; & tunc non esset iudicandum mortale, nisi tantus esset excessus, & verba sic inordinata, quod aliquis per talem cōtumeliam in diffamationem incurreret manifeste, tunc enim zelus iustitiæ nullatenus excusaret, quin peccaret mortaliter, sicut si aliquis aliquem ludendo interfice-

Margin notes: Damnificatio. — Credulitas. Feritas. — Simplex sacerdos nō potest absoluere pa rētum percussores. — Tria ad iustū bellū requisita. — Gal. 5. — Gen. 37.

ret per cautelam, tamen posset peccare mortaliter, Cũ autem quis alteri conuitium, vel contumeliam, vel improperium dicit, ad Proximi confusionem & dehonorationem intendens, tunc agitur contra charitatem

Matth. 5.

proximi, & peccat mortaliter, & sic intelligitur verbum Domini dicentis, Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehẽnæ ignis. Item folium discordię (vt dictum est superius) est maledictio, vt cum aliquis malum alij imprecatur optatiue, & manifeste habet rationem mortalis, quia est contra proximi charitatem, si tamen mente ita teneatur sicut ore profertur, Et hoc modo loquitur Apostolus cum dicit Maledici regnum Dei non possi-

1. Cor. 6.

debunt. Contingit tamen verbum maledictionis esse veniale, vel propter paruitatem mali optati, vel quia ludo, vel surreptione, vel zelo iustitiæ, vel non malo affectu verba dicuntur. Et hoc modo Augustinus in sermone de purgatorio, hoc iudicat veniale. De clamore autem verborum, & procacitate sciendum, quod quandoque contingit, quod licet intentione verborũ conuitia grauia nõ dicantur, tamen tantus clamor & procacitas potest esse, quod scandalum sequitur, vel etiam ex intentione proximus prouocatur, & tunc babet rationẽ mortalis, eo modo quo dictum est de contentione, si tamen ex deliberatione procedit, & ex ramo iræ vel odij procedit, alias autem non iudicaretur mortale. Item ad discordiam pertinet irrecõciliatio, cum scilicet quis proximum per contumeliam vel alio modo læsit, & ipsum pacificare contemnit. Sicut, n. rem alterius ablatam vel famam, tenentur restituere proximo, sic, & pacẽ, petendo veniam, vnde conuenienter dicit Augustinus in speculo, quod melior est ille, qui quamuis ira sepe tẽtetur, tamen ad impetrandum festinat, vt ei dimittat, cui se fecisse agnoscit iniuriã, quam qui tardius irascitur, & ad impetrandum veniam tardius inclinatur, vnde non pigeat ex ipso ore proferre prædicamẽta, vnde facta sunt vulnera, quod si quis contemnat facere peccatum com-

Matth. 5.

mittit. sicut patet per verbum veritatis dicentis. Si offers &c. secũdum glossam, munus nequaquam acceptatur talis offerentis, ante reconciliationem fratris. Et per hoc manifeste probetur, quod est ibi peccatum mortale, non. n. nisi per peccatum mortale amittit acceptationem diuinam, hoc tamen sane debet intelligi, cum scilicet talis fuit offensa, quod rationem mortalis habuerit. Qualiter autem contumelia rationem mortalis habeat, jam dictum est.

Concupiscencia diuitiarum. Cap. 2.

Auaritia quid.

SEcundus ramus qui ex radice concupiscẽtiæ, & ex trunco mali consecutus procedit, est concupiscentia oculorum, qui alio nomine auaritia nominatur. Dicitur autem auaritia, secundum quod est auiditas æris, id est, pecuniæ, ita quod per pecuniam omnia temporalia designantur, vnde auaritia est inordinatio animi circa temporalia habita vel habenda, quod duobus modis potest contingere, vel inordinate amando, vel appetendo, vel iniuste acquirendo. Circa hoc tamen aduertẽdum est, quod vtroque modo potest esse mortale, cum scilicet aliquis amorem diuitiarum præfert charitati

Rom. 1.

Dei vel proximi, vel cum iniuste præfertur, vel per rapinam temporalia acquiruntur. & sic auaritia ab Apostolo inter mortalia computatur. Sicut autem de alijs vitijs dictum est, quod sua venialia habent, dum scilicet rationem præueniunt, sic etiam auaritia quælibet non iudicatur mortalis, vt cum quis ad temporalia inordinate afficitur, tamen salua charitate Dei, & proximi, vel proximus in tam modico læditur, quod nullo modo iudicaretur mortale. Secundum hoc igitur, ex primo ramo auaritiæ tres rami principales procedunt, qui dicuntur, inordinatum desiderium habendi, inordinatus habiti amor, & inordinatus dolor amissi, & eo modo, quo dictum est de auaritia, est iudicandum de ipsis. Item ex primo ramo, qui est inordinatum desiderium habendi, procedunt hæc, scilicet solicitudo in mente, & iniustitia in opere. Hæc autem solicitudo potest habere rationem mortalis, scilicet cum propter solicitudinem rerum temporalium, dimittuntur necessaria ad salutem. Vnde ex hoc ramo Sabbati violatio oritur, cum scilicet contra præceptum diuinum vel Ecclesiæ, tempora non seruantur. Per hoc autem sabbatum, in lege nostra, dominica intelligitur, & festa alia ab Ecclesia instituta. Obseruatio siquidem diei dominicæ est de iure Exo. 20.

diuino, scilicet præceptum diuinũ, vt habetur in Exo. Memento vt diem sabbati sanctifices, Ex constitutione Ecclesiæ, & spiritussancti familiari consilio, propter solennitatem resurrectionis Dominicę, & propter quietem, quæ octauæ ætati respondet, succedit Dominica sabbato, & in ipsa cessare a seruili opere debemus, & vacare diuinis. Hoc tamen circa istam materiam est notandum, quòd obseruatio ista quantum ad aliquid est moralis & de iure diuino, quantum autem ad aliquid cæremonialis, & ad ius positiuum pertinet. quòd enim homo aliquod tempus habeat ad vacãdum diuinis, hoc pertinet ad morale præceptum, sed quod tali vel tali die, vel ab isto opere cesetur, vel ab illo, hoc ad ius positiuum pertinet. Igitur mandatum diuinum transgreditur, qui sic temporalibus negocijs occupatur, quòd nunquam vacat diuinis. Præcipue etiam festum vel dominicam violat, qui peccato operam dat, hoc est enim opus seruile, quia qui facit peccatum, seruus est pec- Ioan. 8.

cati. Vnde Augustinus de decem cordis. Melius faceret Iudæus in agro suo aliquid vtile, quam in theatro seditionis existere, & melius fœminæ eorum die sabbati lanam facerent, quam tota die in Neomenijs suis impudice saltare, quod tamen intelligendum est de ludis qui fiunt cum peccato mortali. Non enim intelligo sabbatum violari per peccatum veniale, quia secum compatitur obseruantia mandatorum. De operibus autem mechanicis, quæ seruilia dicuntur, sicut jam dictum est, ad Ecclesiam pertinet iudicare qualiter sit ab- Attende diligenter.

stinẽdum, vnde Ecclesia pro tempore necessitatis, quę legem non habet, dispensat, vnde in hoc casu præceptum vniuersalis Ecclesiæ particulariter, vel consuetudo generaliter approbata ab omnibus est obseruanda: vnde de mercatis, & quadrigatione, & negotiatione, & nundinis, & talibus, quæ quandoque fiunt in multis locis diebus dominicis & festiuis, vtrum sit mortale, vel non, a legislatoris interpretatione dependere videtur, si enim hoc ecclesia prohibeat sub virtute obedientiæ, constat trãsgredi esse mortale peccatum. Secundum quòd ex ramo inordinati appetitus temporalium procedit (vt dictum est) est iniustitia in opere, quæ in duos fructus principales distinguitur, quia aut est aperta iniustitia, aut occulta, quæ fraus alio nomine nuncupatur. Iniustitia autem aperta hos fructus secum habet, qui sunt, furtum, vsura, rapina, & iniqua sententia, de quibus aliquid videamus. Circa furtum nota, Furtũ q̃d.

quòd furtum est occulta rei alienæ contrectatio inuito domino, & habet rationem mortalis, inquantum est contra iustitiam, & opponitur charitati proximi, vnde lex diuina dicit. Non facies furtum, hoc tamen Exo. 20.

aduertendum, quod tam modica res posset esse, vel tam modici valoris, quod non haberet rationem mortalis, nisi forte adesset voluntas maius accipiendi, si facultas adesset, vel in illo modico esset alterius notabilis damnificatio, plus enim quandoque damnificatur pauper in paruo, quam diues in magno, vel nisi forte esset tanta necessitas, q̃ accipere rem alterius cogeretur, tunc enim potest aliquis rem alterius pro extrema. vel

vrgenti

vrgenti necessitate corporis accipere, quia in necessitate omnia sunt communia, & tunc furtum dici non debet, quia suum est, quod in necessitate accipit, vel etiam pro necessitate alterius, vnde Ambrosius. Esurientium panis est, quem tu detines, & loquitur de auaro. Huius autem furti quatuor sunt species, scilicet rei occulta acceptio, rei inuentæ detentio, sacrilegium, & proprietas in religiosis. Circa rei inuentionem nota, quòd quædam inueniuntur in littore maris vel aquę communis, talia enim cedunt In proprietatem inuenientis. Similiter & thesauri qui inueniuntur in terra, qui non fuerũt a tempore a quo sit memoria in bonis alicuius, tamen

Matt. 13.

secundum leges, dominus terræ debet habere medietatem, vnde in Matth. dicitur de inuentione thesauri absconditi, quòd emit eum. Illa autem quæ inueniuntur, quæ probabiliter fuerunt in bonis alterius, retinere est furtum, vnde Augustinus. Si quid inuenisti, & non reddidisti, rapuisti. Si autem possessor inueniri non possit,

Triplex sacrileg. spẽs

consuetudo terræ est seruanda. Circa sacrilegium nota, quòd sacrilegium est ratione acceptionis sacræ rei, vel in loco sacro, & secundum hoc triplex est species sacrilegij, vt quando aufertur sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro. Quarto circa

Notabile, pro religiosis.

furtum religiosorum in retentione proprij, notandum est, quòd dicit Augustinus de religiosis, quòd si quis rem sibi collatam celauerit, furti iudicio condemnetur, tunc autem intelligo hoc celari, & habere proprij rationem, quando sic celatur, quod si etiam prælatus in virtute sanctæ obedientiæ præciperet, quòd reuelaretur, etiam celaretur. Nec aliter intelligo mortale, nisi quando contra voluntatem prælati præceptoriam detineretur. Hoc etiam notandum de religiosis, & dispensatoribus, & filijs familias, & vxoribus, quòd furtum possunt committere, si notabiliter dominos rerum in dispensando damnificant, contra voluntatem & intentionem dominorum, cum autem intuitu pietatis etiam commune bonum procurando, nec mala intentione dant aliqua, vel dispensant, non est iudicandum mortale. Sequitur de rapina. Est autem rapina,

Isa. 61.

cum quis rem alterius manifeste per violentiam accipit iniuste, & habet manifeste rationem mortalis, sicut de furto dictum est, vnde in Isaia dicitur. Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam. Potest tamen esse veniale, vel etiam nullum, eo modo quo de furto dictum est, vel etiam in bello iusto, quando bona inimicorum rapiuntur. Quid autem requiratur ad bellum iustum, dictum est superius. Cum rapina autem sunt fructus alij, scilicet inductio nouę taliæ, vel consuetudinis exactio, extorsio, munerum acceptio & ludus

Notabile, pro principib.

alearum. Circa primum notandum, quòd nouas talias, vel leges, vel consuetudines constituere, ad extorquendum pecuniam absque iusta causa, habet rationem rapinæ. Item exactio est, cum quis debitum inordinate exigit, & potest habere rationem rapinæ, cum scilicet creditor videt damnum notabile debitoris, nec necessitatem patitur, sed commode potest expectare, tunc.n. posset lædi charitas, & posset esse necessitas, quòd exactio haberet rationem mortalis, vnde qui a subditis talias & seruitia isto modo exigunt, nec necessitati eorum quantumcunque sint pauperes compatiuntur, recte raptores dicũtur, vnde hæc quæ de exactione dicta sunt, contra illud præceptum morale sunt, quod poni-

Exo. 22.

tur in Exod. Si pecuniam dederis mutuo populo meo pauperi, non vrgebis eum quasi exactor. Tertius fructus rapinæ est extorsio, quod quidem est cum quis terrendo, vel adulando, vel violentis precibus extorquet ab aliquo seruitium, vel aliquod temporale, & tunc quidem potest habere rationem mortalis, cum tollitur ratio voluntarij arbitrij, ab illo cui infertur talis extorsio, & talis est qui minatur, vel rogat ab eo, qui potest nocere, & cuius offensa probabiliter timetur, nisi habeat qđ petit, & hoc modo extorsio violenta est, & sic est con-

Leuit. 6.

tra præceptum in Leuitico positum, vbi iubetur, nõ aliquid extorqueri. Quartus fructus rapinę est munerum acceptio, quæ quandoque non habent rationem peccati, scilicet cum pauper dat diuiti, reus iudici, creditori debitor. Suspecta tamen est talis munerum collatio, & receptio, ex intentione dantis vel recipientis cito posset inueniri ratio mortalis peccati, vnde cũ diuersa paupere recipit, vt ipsum secundum iustitiam tueatur, cum alias hoc facere teneatur, & iudex cui datur aliquid, vt peruertat iudicium, vel vt iustitiam consequatur, cum munus recipit, aut iudicium peruertit, aut iustitiam vẽdit, manifeste habet rationem mortalem. Creditor etiã, qui a debitore munus recipit, in rationem debiti videtur quòd accipiat, & si hac ratione non accipit, tunc habet rationem vsuræ. Quandoque tamen non habet rationem peccati, vt cum quis simpliciter recipit munus, absque mala intentione, nec habet rationem quare possit suspicari, quòd mala intentione donetur. Quintus fructus rapinæ est ludus alearum, seu taxillorum, qui prohibitus est tam a iure canonico, quam ciuili, vnde & de hoc dicunt quidam, quòd sit peccatum mortale, eo quòd sit contra ius canonicum & ciuile. Et quod ex ludo habet, nullo bono titulo possidetur, nec potest retineri, sed debet pauperibus erogari. Quia enim qui in ludo lucratur, iniuste lucratur, & q amittit iuste amittit, ideo qui lucratur, eidem a quo lucratur restituere non tenetur, nisi forte induxerit ad ludendum. Cum autem ludus satis videatur ex radice rationem habere mortalis peccati, quia scilicet ex auaritia videtur procedere, & quia ludo multa communicantur peccata, scilicet fraus, mendacium, periurium, blasphemia, scandalum, amissio temporis, & ita frequenter, ideo hæc causa probationis ludi esse videtur. Cum ludit aliquis causa recreationis, peccatis supradictis exclusis, nõ videtur habere rationẽ mortalis. Tertius fructus principalis iniustiæ ad proximum, quæ ex ramo auaritiæ

Vsura qd.

procedit, est vsura. Dicitur autem vsura ab vsu æris, sunt enim quędam res quarum vsus est rei cõsumptio, quarum dominium in accipientem transfertur, vt pecunia, & bladum, & vinum. vnde qui talium vsum vendit, vsurarius dicitur, & habet rationem mortalis peccati, & inquantum contra præceptum morale iustitiæ est, quia vendit alij quod suũ non est, cum iam sit translatum dominium. Vnde scriptum est. Qui pecuniam

Exo. 22. Psalm. 14.

suam non dedit ad usuram. Vsura enim in has species diuiditur. Est enim vsura in spe, cum quis non expresse contractum vsurarium facit, licet speret pro mutuo se aliquid accepturum, & hac intentione dat mutuum, alias non daturus, constat quod talis quãtum ad Deũ,

Luc. 6.

qui cor intuetur, vsurarius iudicatur, vnde Dominus. Date mutuum nihil inde sperantes. Item est vsura non solum intentione, sed & opere, cum quis debitorem ad amplius obligat quoquomodo, vel tacite vel expresse, tacite quidem mutuando speciem pro specie, vt bladum pro blado, & huiusmodi, vt ea recipiat tempore cariori, vel dando antiquum pro nouo, vt melius recipiat innouatum, in quibus casibus vsura committitur, cum proprium commodum non necessitas proximi ibidem attendatur. Tunc autem potest manifeste sciri corrupta intentio, cum solummodo præcluditur infra tempus, quo carius venduntur, cum quis autem huiusmodi intendit seruare, vsque ad tempus, quo vendatur carius, licet debitor in se periculum suscipiat, non tamen in creditore iudicatur vsura, si hoc faciat vt proximo subueniat. Itẽ tacita vsura est, cum quis ratione dilationis plus iusto vẽdit & accipit, & cum quis ratione mutui seruitium vel munus accipit, vt superius est expressum. Item est vsura tacita, cum quis aliquid com-

Digitized by Google

mune habet cum aliquo, quicquid sit illud, & periculum vel damnum non sit commune. Item est vsura manifesta, cum promissum ex pacto interuenit accipiendi amplius, vel etiam obligatio ex pacto ad simile mutuum faciendum. Secundus ramus principalis auaritiæ est iniustitia occulta, quę in contractibus multis modis contingit, scilicet vendendo, emendo, commutando, & hoc potest esse, quando circa spiritualia vel temporalia fit fraus in numero, pondere, & mensura, in valore, seu in quantitate, in defectus taciturnitate, cum scilicet notabilis est defectus & occultus rei venditę, & tacetur, & ita care venditur, ac si non esset ibi defectus aliquis. Item notabiliter care vendendo, vel propter necessitatem ementis, vel propter solutionis dilationem, vel propter simplicitatem ementis, qui rei valorem non nouit. Item in venditione suspecta locutio, plurima, scilicet rei falsa commendatio, periurium, execratio, verborum duplicitas, seu falsitas quæ omnino secundum quòd ad nocumentum proximi, vel deceptionem ordinantur, sic contra proximi charitatem sunt. Hoc tamen aduertendum, quod sicut supradictum est de furto, ita posset esse proximi tam modicum nocumentum, quòd quantum esset de ratione contractus, noo iudicaretur mortale, hoc tamen circa mendacium est notandum, quod sicut habetur super illud Psalm. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. triplex est mendacium, scilicet iocosum, officiosum, quòd fit propter bonum proprium, vel etiam proximi, & perniciosum, quod fit in nocumentum proximi, vel fidei detrimentum, & hoc vltimum de suo genere est mortale, vnde cum mendacium fit in proximi nocumentum in contractibus, patet quòd habet rationem mortalis. Hoc etiam circa periurium, & iuramentum est notandum, quòd iuramentum (secundum Hieronymum) tres comites habere debet, scilicet veritatem, iudicium & iustitiam, iudicio caret iuramentum absque discretione, & deliberatione factum, iustitia caret iuramentum illicitum, quod est indeterminatum salutis æternæ, veritate autem caret cum falsum iuratur. Circa iuramentum etiam est sciendum, quòd duplex est iuramentum, scilicet assertorium, & promissorium. Iuramentum assertorium est, cum falsum iuratur, vel quòd creditur esse falsum, ex suo genere est mortale, & contra præceptum diuinum, de non assumendo nomen Dei in vanum, hoc autem sic intelligendum videtur, cum quis ex deliberatione peccat, & se peccare aduertit. Circa iuramentum promissorium notandum, quòd cum quis promittit per iuramentum aliquid se facturum, & deliberatiue tenetur illud adimplere, aliter est transgressor præcepti, nisi forte ad implendum reddatur impotens, vel nisi iuramentum vergat aliquo modo contra Dei vel proximi charitatem. Dicit enim Isidorus. In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum. De verborum autem duplicitate, & falsitate, quando fit in proximi deceptionem, & nocumentum, sicut de mendacio iudicandum videtur, vnde dicit Isidorus. Quacunque arte quis iurauerit, Deus (qui conscientiæ testis est) illud accipit, sicut ille cui iuratur. Circa fraudes, quæ in emendo fiunt, notandum, quod quandoque in venditore est simplicitas, vel necessitas, & hoc modo contingit fraus in emptore, scilicet cum res emit vilius, vel ratione simplicitatis vilius vẽdit, vel necessitasis, vel ignorantiæ. Item peccata locutionis in emptoribus frequenter inueniuntur, cum scilicet res mendaciter vilipenduntur, & rationes q̃ circa venditores sunt dictæ, & eo modo quo dictum est de vẽditore, sic etiam de fraude in commutationibus est similiter iudicandum. Item (vt dictum est) non solum consistit iniustitia & fraus in contractu temporalium rerum, sed etiam circa spiritualia. Et quidem potest fieri, vel circa iudicia, & sic est fructus iniquæ sententię, vel circa beneficia, & sic simonia. Est autem simonia (secundum quod communiter diffinitur) studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquod spirituale, vel spirituali annexum. & habet rationẽ mortalis, quia manifeste est ibi iniustitia contra Deum, cũ spiritualia non possint cadere sub pretio temporali, & quia non potest quis vendere vel emere illud, cuius nõ potest habere dominium, spiritualium autem non sumus Domini, sed ministri, vnde Apost. ait. Sic nos existimet homo, & cætera. Item quia gratis accipiuntur, gratis conferri debent. Iuxta illud Matth. Gratis accepistis & cæt. Simonia autem tribus modis committitur, et secundum hoc tres fructus habet in arbore, committitur enim a manu, vt munera corporalia conferendo pro spiritualibus obtinendis. Item munus a lingua, vt per preces carnales & iniustas, spiritualia obtinendo. Item munere ab obsequio, vt cum quis per seruitium humanum, iniustum vel inhonestum spiritualia obtinet. Item nota alias species simoniæ, quia permutando, transigendo spiritualia beneficia absque superioris auctoritate contrahitur simonia secundum iura. Appellatur permutatio, cum fit mutatio dignitatum, vel quorumcunque beneficiorum Ecclesiasticorum, transactio autem est de quacunque re spirituali, non gratuita pactio. Hoc autem circa materiam generaliter est aduertendum, quòd spirituale dare vel accipere pro temporali, ita quòd spirituale cadat sub precio, est vitium simoniæ. Licet autem pro labore, & pro sustentatione secundum bonas cõsuetudines accipere seu dare. Item (vt dictum est) alius fructus iniustitię seu fraudis est ad proximum, scilicet iniusta sententia, & multos fructus mortiferos habet, qui sunt, iustitiæ peruersio, siue dilatio ordinis, iuris mutatio, falsum testimonium, iniusta aduocatio, literarum abusio, quę omnia habent rationem mortalis, secundum quòd cedunt in proximi nocumentum, & ex radice auaritiæ procedunt, vt pecunia emergatur. Circa quartũ scilicet de iniusta aduocatione nota peccata, quæ ibi inueniuntur frequenter, scilicet iniustum patrocinium, litis prolungatio, & iuris sophistica allegatio, iniustum consilium, scilicet de mendacio seu periurio in iudicio faciendo, quæ manifeste rationem mortalis habent, cum fiunt in proximi nocumentum. Circa quintum, scilicet literarum abusionem, nota etiã multa peccata, quæ committuntur hoc facto, scilicet iniusta impetratio, vt cum veritate tacita vel falsitate suggesta, literæ ad vexationem proximi impetrantur, iniusta extensio, vt cum quis habet literam ad aliquas personas specialiter, vel ad certum numerum personarum, vel ad certum negocium, & vltra literæ virtutem vel tenorem, extenditur ad negotia vel personas. Item additio vel diminutio per rasuram, vel fictio, cum quis bullam subtiliter raserit, vel bullam falsam facit, in quo vltimo casu, ipso iure maiorem excommunicationem incurrit. Tertius ramus principalis, qui ex auaritia procedit, est inordinatus amor habiti, & hoc ex ramo hi fructus procedunt, iniusta congregatio, immisericordia seu incompassio, restitutionis dilatio, irrecompensatio, illiberalitas, de quibus est vidẽdum quomodo habent rationem peccati. Circa primum de iniusta cõgregatione est notandum, quod iniusta congregatio est, cũ quis bona sua, seu fructus terræ congregat solo ardore habendi, vel vt carestia procuretur, & res seruatæ postmodum carius vendantur, & iterum precium reponatur, et hoc quidem rationẽ mortalis habere potest, dũ est tibi intentio ita congregandi, nec dispergendi loco & tempore, sed solo ardore habendi, & luxuriãdi in eis, & hoc exemplum patet in illo diuite de quo dicitur, qđ dicebat, anima mea habes, &c. cui responsum est. Stulte hac nocte repetent animã tuam scilicet dæmones, &c. ergo manifestum est, ꝙ inficiebat peccatum mortale.

Secun-

Margin notes (left): Iniustitia, in contractibus. — Mẽdaciũ. Psalm. 6. — Iuramẽtũ. — Exo. 20. — Iuramẽtũ accipitur, sicut ille cui iuratur, intelligit.

Margin notes (right): Simonia quid. — 1. Cori. 4. — Matth. 10. — Mun' a lingua simoniacum ẽ ficit.

Digitized by Google

Secundus fructus est immisericordia in effectu, cũ scilicet proximus in arcta necessitate videtur, & scitur hoc, & non subuenitur ei, cum tamen omnia in necessitate debeãt esse communia, & tunc potest esse mortale, & secundũ hoc mali iudicabuntur de defectu misericordiæ, sicut patet in Matth. vnde & sic intelligit Ambr. vbi dicit. Pasce fame morientem si non pauisti occidisti. Non solum autem est in præcepto proximum iuuare datione temporalium, sed etiam in alijs actib. misericordiæ, sicut patet in Matth. vbi supra. Tertius fructus est restitutionis dilatio, in illis. n. casibus in quib. non transfertur dominium, sicut in furto, rapina, & similibus, semper est detentor in mora, & peccat mortaliter retinendo, licet pœniteat accepisse, si tamen adsit reddendi possibilitas, vel opportunitas, vnde & Augu. dicit. Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatũ. In his autem in quibus dominium transit in accipientem, sicut in mutuo non est quis in mora, nisi secundũ conditiones appositas, & sic posset esse tantæ conditionis transgressio in proximi læsionem, quòd posset habere rationem mortalis. Quartus fructus inordinati amoris temporalium est irrecompensatio, cum scilicet quis multa bona accipit ab alijs, & ex inordinato amore temporalium, aliquid recompensare dimittit, q̃ manifeste est contra ius naturale. De hoc tamen secundũ radicem iudicandum est, scilicet vtrum hoc ex auaritia procedat, quæ habeat rationem mortalis: qualis autem auaritia radicem mortalis habeat, dictum est. Sicut autem de irrecompensatione, ita & de illiberalitate dicendum est, cum quis non est liberalis in dando.

Matt. 25.

Tertius principalis ramus, est concupiscentia carnis. Cap. 3.

Tertius ramus principalis, qui ex radice concupiscentiæ, ex trunco malæ voluntatis procedit, est carnis concupiscentia, secundum Ioannem in canonica sua, scilicet in quærendo delectationem, & vitando molestiam, & secũdum hoc in duos ramos principales iste ramus diuiditur. Primus autem ramus qui ex quæstu delectationum consistit, in duos ramos diuiditur, quia quædam est delectatio pertinens ad conseruationem indiuidui per actũ refectionis, alia est pertinens ad cõseruationem speciei per propagationem seminis. Quantum autem ad primum, specialiter peccatum gulæ consistit. Est autem gula, secundum quod habet rationem peccati mortalis, inordinatus appetitus vel vsus nutrimenti, rationem subuertens, & auertens a Deo, & hoc patet in illa gula præcipue, qua quis præcepta Dei non timet prætergredi, vt delectamenta ciborum sequatur, & illa in qua etiam ratio subuertitur, cum ex deliberatione seu aduersione rationis procedit, vt cum quis scienter se inebriat, vel naturam propriam grauat, vnde Gregorius trigesimo moralium sic loquitur de gula dicens, quòd dominante gulæ vitio, omne quod egerint homines, fortiter perdunt. Sicut autẽ alia vitia sua venialia habent (vt supra dictum est) ita etiam gula sua venialia habet, vbi circa actum nutritionis & desiderium, non est inordinatio contra Deum, nec auersio rationis, quia tales actus nõ sunt quandoque in potestate hominis. Ex hoc autem ramo præcipue tres rami exeunt principales, scilicet in continentia gulæ, immodestia, & delectatio. Circa primum scilicet de incontinentia gulæ notandum est, q̃ istos fructus habet secum anticipationem, frequentationem, & ieiunij fractionem. Anticipatio est, cũ quis horam comedendi anticipat, quod potest fieri tempore ieiunij, vel alio tempore. Si autem tempore ieiunij quod est in præcepto, cum hora comedendi secundum

1. Ioan. 2.

Gula quid

Notabile p religiosis pcipue circa ieiunium.

iura, & consuetudinem assignetur post meridiem, qui horam notabiliter anticipat sine causa, sola comedendi libidine, fraudem facit, nec tale ieiunium reputatur, vt si quis forte hora tertia comederet, & sic se impleret, quòd postmodum illa die non esuriet. Qui autem fraudem facit legi, committit in legem, vnde Calcedonense Concilium. Nullatenus iudicandi sunt ieiunare, qui ante comedunt, quã vespertinũ celebretur officiũ, quod tempore quadragesimali dicitur. Alias autem post nonam. Item ista anticipatio fit etiam alio tempore, vt multi qui volunt comedere statim quando de lecto exeunt, sicut bruta etiam quandoque absque aliquo appetitu ex praua consuetudine, quod est graue peccatum, & vix potest contingere, quin a radice mortali procedat. Secundus fructus est frequentia cibi vel potus, quod nisi cogat ætas, vel infirmitas, vel iusta necessitas, manifeste contra rationem est peccatum, quæ prohibet Apostolus, qui ponit comessationem inter opera carnis, de quibus dicit, qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt, per quod patet manifeste, quòd aliqua comessatio habet rationem mortalis, cum scilicet procedit ex gula, eo modo quo habet ratione mortalis, quando autem habeat rationem hanc, dictum est supra. Tertius fructus incontinentiæ gulæ, est fractio ieiunij ab Ecclesia instituti, quod fit in numero, & qualitate, in numero comestionum, pluries comedendo, in qualitate cibi, cibum vetitum comedendo, vt comedendo carnes, vel lacticinia, & huiusmodi in quadragesima. Et de hoc ieiunio est sciendum, quod quicunque hoc ieiunium non obseruat absque dispensatione superioris, iusta necessitate laboris necessarij, vel paupertatis notabilis, vel ætatis, vel infirmitatis, est transgressor præcepti, & sic peccatum mortale committit, vnde Hieronymus ad Lucinum loquens de ieiunio dicit. Vnaquæque prouincia abundat in suo sensu, & præcepta maiorum, leges Apostolicas arbitretur, per quod patet, ieiunium esse in præcepto. Secundus ramus principalis gulæ, est immodestia, scilicet cum in nutriendo corpus modus debitus non seruatur, & duos fructus habet scilicet auiditatem, & nimietatem. Est autem auiditas, inordinata in comedendo gulositas, & est peccatum, cum motus brutales & inordinatos debeat refrenare, & potest quandoque sine peccato esse, vt cum homo non subiacet suæ potestati, & quandoque est venialè, vt cũ non ita reprimat sicut decet, & potest esse mortale, si ex radice mortali procedat, sicut de frequentia dictũ est. Secundus autem fructus immodestię in cibo est nimietas, vt cum quis comedit in nimia quantitate, vel bibit. Ex hoc fructu nascitur corporis grauitas & infirmitas, mentis hebetudo & cęcitas, iudicij præcipitatio, incircunspectio, ebrietas, loquacitas, inepta lętitia, & dissolutio. Circa materiam istam notandum in generali, q̃ ille nimis dicitur comedere, qui vltra commoditatem naturę comedit, & bibit, & est contra rationem, & per consequens peccatum, cum actus nutritionis fit ad cõseruationem indiuidui, & per talem culpã fiat naturę subuersio. vnde patet, quòd ibi est abusio & peccatum, & tantum in grauamen naturę procedere potest, si ex deliberatione fiat, quòd habebit rationem mortalis, ex deliberatione autem dico, quia quandoque ex passione famis, vel pretextu ęstimatę necessitatis hoc potest fieri, quòd de facili non esset iudicandum mortale. Ex hoc autẽ fructu (vt dictum est) est corporis grauitas & infirmitas, quæ ex nimia cibi sumptione procedit, & hebetudo mẽtis, & cęcitas, quę licet magis rationẽ pęne quã culpę habeant, tamẽ causa peccati esse possunt, cũ quis ratione infirmitatis vel grauitatis carnis, iam non potest facere, nec implere id ad quod a natura ex precepto tenebatur, vel cum ex nimia sumptione cibi vel potus in talem hebetudinem vel cęcitatem mentis

Gala. 5.

Ieiunium.

Immodestia.

tis incidit, quòd necessaria ad salutem non cogitat nec dijudicat, & transgreditur, vel sententiam, vel verbum præcipitat in proximi nocumentum, & tunc manifeste non excusatur, quin talibus possit peccare mortaliter in talium commissione, cum factus sit ineptus ad talia exercenda, dando operam rei illicitæ. Et hæc intelligo, nisi amisisset totaliter rationem, vel forte corporis potestatẽ, eo modo quo de ebrietate dicetur.

Ebrietas. De ebrietate autem notandum, quòd si quis sciens vini vel liquoris fortitudinem, & aduertẽs quod ex eius nimia sumptione potest ebrietatem incurrere, nimis sumendo, peccat mortaliter, quia scilicet vsu rationis se priuat: & omniũ peccatorum periculis se exponit. vnde Ambrosius in libro de Patriarchis, vitandam discimus ebrietatem, per quam crimina vitare non possumus, nam quæ sobrij cauemus, per ebrietatem ignoranter committimus. Et

Gal. 3. Apostolus ad Gal. inter opera mortalia ebrietatem cõnumerat. Potest tamen ebrietas contingere absque mortali & etiam veniali, vt cum quis liquoris fortitudinem non agnoscit, vel liquorem inebriantem pro alio bibit, vel siti ducitur non aduertens, vnde & Augu. contra Faustum. Loth de ebrietate excusat. Cum autẽ quis ratione ebrietatis, vel occasione, peccatum mortale ignoranter postmodum cõmittit, si mortalis fuit ebrietas, non totaliter excusatur, tamen secundũ quod ratio voluntarij diminuitur, sic peccatum excusatur a tanto, licet non a toto. Si autem ebrietas absque peccato contingit, tunc a peccato mortali excusare potest, vnde

Loth excusatur ab incestu. Augu. Loth ebrium ab incestu excus t, dicens contra Faustum, Loth culpandus non quantum incestus, sed quantum ebrietas meruit. Tamen cum quis ad se redierit, debet de illo peccato dolere, (vt credo & etiam confiteri) quia ad superiorem pertinet iudicare, vtrum talis fuerit ebrietas, quæ peccatum valeat excusare. Item folium istius immodestiæ est loquacitas, quæ multa folia secum habet, scilicet, multiloquium, vaniloquium, stultiloquium, turpiloquium, de quibus cũ voces sint signa intellectuum, iudicandum videtur secundum rationem radicis. Vltimus fructus nimiæ commestionis est inepta lætitia & dissolutio, quæ sortiuntur rationẽ peccati secundũ radicem, & in aliquibus secundum scãdalum, seu occasionem scandali, quod tantum esse poterit, quòd habebit rationem mortalis. Tertius ramus principalis, qui ex gula procedit, est inordinata delectatio, & hos fructus etiam secum habet, scilicet. Solicitudinem in quærẽdo. Studiositatem in præparando. Multiplicitatem in diuersificando. Charestiam in emendo. Voracitatem in sumendo. quæ rationem peccati sortiũtur secundum rationem radicis, & personarum, & statuum, vel secundum quod in talibus sit ita nobilis superfluitas, atque sumptus. quòd pauperum indigentia, & necessitas, hoc faciat habere rationem mortalis, eo modo, quo superius de prodigalitate est dictum. Secundus ramus principalis, qui ex radice carnalis concupiscentiæ procedit, est delectatio inordinata circa actum, qui pertinet ad conseruationem speciei, vt dictum est supra, quæ luxuria appellatur, quæ quidem habet rationem peccati, inquantum repugnat rationi vel naturæ, & habet rationem mortalis, sicut patet ad Gal. Vbi

Luxuria. inter carnis opera computatur. Hic autem ramus cum

Gal. 5. præcedenti ramo conuenienter inseritur, quia ex gula procedit, & gula ei materiam administrat, quia semen secundum Philosophum est superfluum alimenti. Sicut autem dictum est de alijs peccatis, quod motus pro-

Semen qd. Inhonestus. prij & diuersi, qui præueniunt rationem, nec adhibetur consensus, non habent rationem mortalis, sic etiam de luxuria est dicendum. Ex hoc autem ramo tres rami speciales procedunt, qui sunt, inhonestas, carnalis affectio, & incontinentia. Inhonestas hos fructus emittit, quia est inuerecunda in verbo, in gestu. in facto, in habitu. Circa inuerecundiam hoc est aduertendum, quòd licet sit passio, tamen ex vitio oritur. Cum enim inuerecundia sit de turpi proprie, quia qui inuerecundus est, turpia videtur diligere, vnde de ipsa iudicandum est secundum rationem radicis. Neque enim quandoque est in potestate hominis, quando voluerit verecundari, quia huiusmodi passiones, vt frequenter complexionem sequuntur. Circa inhonestatem in gestu, vel facto, vel verbo, sciendum quòd multum ex affectu pensantur, vel secundum quòd ex hoc ratione tẽporis, vel loci, vel personæ potest oriri scandalum, & tunc ex aliqua circunstantia posset tantam præstare occasionem scãdali, quòd posset habere rationem mortalis: vt si forte persona religiosa, vel posita in exemplũ, choreas, vel tripudia duceret, vel si forte a quocunque in Parasceue talia exercerentur. Inhonestas etiam in

verbo, quæ scurrilitas dicitur: de qua dicit Apostolus, Ephes. 5. nec nominetur in vobis, ex affectu pensatur, vel secundum scandalum ratione personæ, vel secundum quòd verba talia alios ad malum incitant, cum & tali intentione dicuntur, & sic posset habere rationem mortalis. Et sic etiam de choreis, & cantilenis & lusibus intelligendum est, per hæc igitur quæ dicta sunt, patet quomodo histriones, saltatrices, & tales ioculatores, qui inhonestis verbis & factis, homines faciunt delectari, nõ pensantes quę verba vel facta proferant, dum tamẽ possint pecuniam extorquere, non sunt in statu salutis. Dare etiam talib. est in peccato fouere, vnde Augustinus super Ioannem. Dare res suas histrionibus, vitiosum est. Qui autem talia exercent officia absque inhonestate ad recreationem hominum (cum quandoque talis recreatio sit lætitia & virtus, etiam secundum Philosophum eutrapelia nominatur) non tales damnandi, nec talibus dare iudicatur peccatum, Circa inhonestatem

Inhonestas habitus. habitus, notandum; quod iste fructus quatuor secum habet, scilicet, superfluitatem, preciositatem, curiositatem, & inhonestatem. Superfluitas autem consistit in duobus, numero & mẽsura, vt cum habẽtur vestes plures, vel nimis latæ vel defluentes. Item curiositas in veste duobus modis inuenitur, scilicet in colore & modo facturæ. Inhonestas autem est cum modus facturę, vestium impudicitiam prętendit, & ad malum prouocat, vt preciosarum vestium, vel circa collum, & guttur, tale quod, Huius autẽ inhonestatis sunt fructus, vnctio, lotio, deceptio, compositio, multiplicatio, adinuẽtio, vt cum fiunt vnctiones vel lotiones ad acquirendum colorem, vel deceptiones in mutando capillos, vel fucando caput & huiusmodi. Item compositio, vt cũ nimis stricti sotulares, vel singularis modus in cõpositione seruatur. Item multiplicatio localium, & adinuẽtio noui modi in talibus, quę omnia, quomodo rationem peccati habeant, videamus. Circa ergo hanc materiam est notandum, quòd ista quatuor possunt habere rationẽ peccati, vel rationem peruersę intentionis, vel contrarię consuetudinis, vel conditionis personę, vel temporis, vel ratione radicis possunt habere rationem peccati, vel cum ista ex superbia oriuntur, & ad inanem gloriam ordinantur. vel cum ista fiunt intentione placendi, & ad luxuriam prouocandi, & si radix mortalis sit, & ramus mortalis erit. dicit enim Augustinus, quòd non solum appetere, sed etiam appeti velle, criminosum est. Hęc etiam ratione consuetudinis contrarię, possunt habere rationem peccati, vt cum quis quęrit habitum, qui consuetudini terrę non congruit, vel vnguentis vtitur, vel modo ornat, & incedit in scandalum proximorum, vt si vir veste muliebri vteretur, & econuerso, & huiusmodi. Et ita talibus tanta posset dari occasio scandali, quod posset iudicari mortale, vnde Aug. tertio confessio. Consuetudo vel lex terrę, nulla ciuis vel peregrini libidine violetur. Item ratione conditio-

nis

Digitized by Google

nis personæ,quia aliud decet clericum, & personas ec-
clesiasticas,vel prælatum & religiosum;aliud personas
laicas,aliud diuitem,aliud pauperem,aliud viduam, a-
liud coniugatam.In hoc igitur potest contingere ratio
peccati,secundum quòd quælibet persona suum statũ
in aliquo prædictorum excedit,vt si forte tot paria ve-
stium velit habere burgensis aliqua , quot Regina , &
sic de alijs.vnde sic potest in talibus excedere statum
suum,quòd oportet concludi,quòd ex aliqua mala ra-
dice procedat,& quod vergat in scandalum proximo-
rum.Quarto ratione temporis,vt cum quis vtitur tali
bus,& talia multiplicat tempore necessitatis pauperũ ,
& cum tanta est charistia,quod pauperes arctam indi-
gentiam patiantur,quòd deberent pauperibus erogari,
quæ in talibus superfluitatibus expenduntur , & tanta
posset esse ex vna parte superfluitas,& ex alia tanta in-
digentia,quòd posset habere rationem mortalis,eo mo
do,quo dictum est de prodigilitate. Secundus ramus
principalis luxuriæ est carnalis affectio , quæ duobus
modis contingit,vel secũdum quòd aliquis ad carnem
suam,seu corpus inordinate afficitur,vel etiam ad aliũ.
Rom. 13. Primum autem istorum,cura carnis vocatur,de qua di
cit Apostolus.Curam carnis ne feceritis in desiderijs.
Huius autem rami sunt multi fructus,secũdum diuer-
sa opera,in quibus consistit carnalis delectatio , & secũ
dũ hoc est mollities in vestibus,in culcitris,in lineis,in
sedilibus,& in lectis quies corporis. Item solicita cau-
tio aduersitatis,vel frigoris,caloris,famis,& huiusmo-
di,& ista licet de se non habeant rationem mortalis,ta-
men circa ista tanta potest esse solicitudo,quòd ista prę
ponuntur amori diuino , vel aliquod diuinorum præ-
ceptorum omittitur , vel aliquid contra Deum fit ,
vt talia habeantur . Item carnalis affectio quandoque
habetur,vt cum quis ratione eorum , quæ ad carnem
pertinent,inordinate diligit,potest carnalis affectio nũ
cupari . In hoc autem potest esse duplex excessus,scili-
cet in affectu & effectu.In affectu autem potest esse du
plex,vel secundum quòd caro sonat in naturam, secun
Eph. 5. dum illud Apostoli.Carnem suam nemo odio habuit,
vel secundum quod sonat vitium,secundum illud. Ca-
1.Cor. 15. ro & sanguis,Dei regnum non possidebunt.Primo mo
do est qñ est excessus in diligendo filios vel parẽtes,vt
eorum amor creatori præferatur,vt siquis Deũ offen-
dere magis eligeret quam amorem talium ammittere ,
vel eorum quodcunque detrimentum videre,quod es
Matt. 10. set peccatum mortale secundum verbum Domini dicẽ
tis.Qui amat patrem,aut matrem,aut filios plusquam
me,non est me dignus.Est autem alius amor carnalis ,
secundum ꝙ caro sonat in vitium , & ex corruptione
carnis nascitur,vt cum quis ad aliam personam sic quã
doque afficitur,ꝙ licet in actu peccati casus non inter-
ueniat , tamen ad actum illum talis affectio aliqualiter
ordinatur,quod ex eius fructibus comprobatur, cũ sci
licet ex mutua collocutione,vel societate: vel aspectu ,
Rom. 11. vel visu,carnis stimuli oriuntur.Constat autem secun-
dum Apostolum,ꝙ si rami sint mali, & radix etiã ma
la erit.Hoc etiam patet,ꝙ habet rationem peccati,quia
ex tali affectione ratio amittit dominium , & voluntas
etiam rationem quandoque sequi non potest, tali affe-
ctione ligata,cum scilicet affectus trahatur ad cogitan
dum de re amata,nec sit in potestate eius cogitationem
dimittere.Insuper & ad Dei delectationem eleuari nõ
potest,tali affectione depressa . Insuper & quandoque
corporis detrimentum incurrit.Cum igitur aliquis se
scienter inebrians , quia vsum & potestatem rationis
voluntarie ammittit , & in corpus proprium peccat ,
quia ex hoc deterioratur in corpore, multo amplius
videtur,quòd qui in talem affectionis seruitutẽ se sciẽ-
ter inijcit,cum non ita citò sicut ebrietas transeat, pec-
cat mortaliter,vnde & hoc videtur dicere Augustinus
in speculo,cum de talibus dicit,secundum quòd concu
piscentiam carnis alterutro declarãtur ardore, & inta-
ctis etiam ab immunda violatione corporibus,fugit ca
stitas ipsa de moribus.Sicut autem supra dictum est,ꝙ
quandoque ebrietas rationem mortalis non habet, cũ
aliquis fortitudine vini vel conditione decipitur,nõ ad
uertens,sic & si quis per contubernium personæ alicu
ius in talem affectionem incidat non aduertens,non iu
dicarem peccatum,immo potius passionem.Si inde ad
uertens,affectionis periculum fouet,affectionem & nu
trit,iam in talem affectionem consentit. Si autem ali-
quis talem affectionem sentiret & semper displiceret ei
dem,aut si esset vrgens necessitas,vel magna vtilitas cõ
uiuendi vel colloquẽdi,vel consolandi personas huius-
modi,non crederem iudicandum mortale, nisi per ta-
lem affectionem sentiret in se notabile spiritualium de
trimentum.Et si forte talis esset persona,quam oporte
ret actus spirituales exercere,& per hoc impediretur ne
posset implere officium competenter, tunc licet in so-
cietate personæ illius posset sequi vtilitas,tamen ex or-
dine charitatis tenetur occasionem vitare,cum damnũ
suum magis quam alterius vitare teneatur.Item ex af-
fectione carnali in effectu oritur acceptio personarũ ,
& peruersio ordinis charitatis & fauor mali.Circa pri Acceptio
mum,scilicet de acceptione personarũ notãdum,ꝙ Ac personarũ.
ceptio personarum est,cum alicui personæ aliquid vti
litatis impẽditur,cum tamen illud idem faciendi alteri,
maior ratio inueniatur, & hoc quidem ex affectione Deut. 2.
inordinata oritur & contra legem,iuxta illud.Non ac-
cipietis cuiusquam personam.Hæc acceptio personarũ
quadruplicẽ fructum habet,quia in beneficijs, electio
nibus,honoribus,& iudicijs.In beneficijs est duplici-
ter,vt cum dantur beneficia Ecclesiastica,vel tempora
lia.Circa collationem beneficiorum Ecclesiasticorum,
tunc intelligo acceptionem personarum habere ratio-
nem mortalis,cum beneficium ecclesiasticũ alicui indi
gno confertur,scienter dignis postpositis,siue sit intui
tu consanguinitatis,vel etiam beneficij temporalis,vel
affectionis spiritualis . Similiter autem & diuitem
eligere ad dignitatem Ecclesiæ,contempto paupere in
structiore,vnde Augustinus super illud. Nolite in per 1.Iacob.2.
sonarum acceptione,&c.Quis(inquit)ferat, si quis di-
uitem eligat ad sedem honoris Ecclesiæ,contẽpto pau
pere instructiore & sanctiore? Si autem sint tempora-
lia beneficia,sic in eis potest esse personarum acceptio
mortale peccatum,in necessitatis articulo, quãdo quis
tenetur beneficium conferre ex præcepto , & cum da-
tur beneficium illi,qui non indiget ratione particula-
ris amoris,& ille qui est in arcta necessitate contemni-
tur.In his autem,in quibus non tenetur quis dare,non
cadit acceptio personarum secundum illud Matt. Aut Matt. 20.
non licet mihi,quod volo facere.Circa tertium,scilicet
de acceptione in honoribus est notandum, quòd cum
quis solum ratione diuitiarũ honoratur absque ratio Iacob. 2.
ne virtutis vel status,peccatum est,secũdum illud.Qui
cunque diuitem propter diuitias honorat, peccat . In
hoc autem posset habere rationem mortalis,vt si quis
pauperes sanctos contemneret,nec eis ratione sanctita
tis honorem pręstaret,nec aliquem,nisi diuitem vel po
tentem honorare vellet,cum secundum Philosophum
Honor non sit aliud,quam testimonium virtutis. Cir Honor qd
ca quartum,hoc notãdum videtur,quòd qui sic perso
nam in iudicio accipit a vero iudicio deuiando, manife
ste facit contra iustitiam & proximi charitatem, & ita
non est dubium,quin peccet mortaliter,vnde & cõtra Deute.16.
legem est,quæ dicit.Non accipies personam, vt a vero
iudicio deuies . Circa secundum principale,quod ex
affectione carnali oritur, scilicet de peruersione ordi-
nis charitatis,hoc primo notandũ est,quod charitas or
dinata esse debet.secundum illud.Ordinauit in me cha
ritatem.

Digitized by Google

Cant. 2. ritatem. Quatuor autem sunt secundum charitatem diligenda per ordinem, scilicet Deus, nos, proximus, & corpus nostrum.

Ordo charitatis. Hic autem ordo est necessarius ad salutem respectu bonorum spiritualium scilicet, quod amor alicuius creaturæ Deo nullatenus præferatur. Itẽ quòd non faciat aliquis peccatum propter dilectionem proximi. Item quòd corpus proprium non tantum diligat, quòd ex hoc aliquo modo peccatũ vellet committere. Item quòd salutem proximi, proprij corporis dilectioni præponat. Tertius fructus affectionis carnalis est fauor mali. & hoc fit multis modis, quandoque enim ex familiari amore contingit, quòd peccatum alterius dissimulatur, & secundũ hoc, est incorrectio, consensus, procuratio seu adiutorium, & communicatio in casu illicito.

Correctio proximi. Circa primum notandum, quòd correctio proximi est omnibus in præcepto, cum tamen scitur vel creditur, quòd correctio peccatum impediat q alias fieret. Et licet sit omnibus in præcepto, illis tamen precipue, quibus incumbit ex officio, vt sunt Domini, Principes, Prælati, & magis ĩ hoc peccare possunt. Quod autem correctio sit omnibus in præcepto, patet per August. de verbis Domini. Si negligis corrigere, peior factus es eo, qui peccauit. Item procuratio peccati est consensus in peccatum, & adiutorium quodcunq; & participatio, si sint respectu peccati mortalis, erũt eiusdem generis secundum Apost. dicentem.

Rom. 1. Qui talia agunt digni sunt morte: non solum qui talia agunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Tertius ramus carnalis concupiscentiæ est, vt dictum est, Incontinentia, quæ præcipue circa actus venereos consistit. Ex hoc ramo procedit turpis imaginatio, motus carnalis, delectatio simplex, & morosa, aduersio periculi, cõsensus in delectationem, & consensus in opus, & deinde fructus operis malus. Circa materiam istam notandum est, quòd in consensu in delectationem primo mortalis ratio inuenitur. Sicut enim dicit August. si mente delectatio teneatur, & voluntate, cum aduersione periculi, & in delectationem huiusmodi consentit, etiam si in opus extrinsecum non interueniat, consensus nihilominus est mortale peccatum, & propter hoc totus homo damnabitur. De consensu autem in opus mortale, quin habet rationem mortalis, non est dubium, fructus autẽ operis per quinque sensus distinguitur, scilicet in auditu, visu, odoratu, loquela, & tactu. In auditu autẽ multiplex contingit peccatum luxuriæ, vt pro luxuria in ordinatam delectationem ducit: scilicet in curioso auditu rumorum, instrumentorum musicorum, cantilenarum scurrilium, & verborum inhonestorũ, quæ omnia videntur iudicanda secundum habitum, quo quis mouetur ad audiendum talia, scilicet secundum conditionem radicis. Visus etiam inordinatus pestiferos fructus habet. Aspectus pulchritudinum & visus delectabilium, cum inordinatione delectationis, & curiosus aspectus mulierum. Item aspectus, signa & nutus. Item aspectus factorum impudicorum, & motuum, seu carnalium peccatorum, de quibus dicit Augustin. in speculo.

Oculus nũcius est animi. Nec dicatis vos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos, quia impudicus oculus, impudici cordis est nuncius: & cum sibi mutuo aspectu corda nunciant impudica, & alterutro delectantur ardore. Intactis ab immunda violatione corporibus, fugit castitas ipsa de moribus. Secundum hoc igitur, satis potest patere, quoniam inordinati aspectus possunt habere rationem mortalis, cum scilicet ex malo consensu, periculum graue & probabile peccati mortalis, in se vel in alio aduertitur ex aspectu. Quoniam secundum Sapien.

Eccl. 3. Qui amat periculum, in illo peribit. De odoratu autem, iudicandum est secundum cõditionem radicis. De loquela autem secundum quòd ex carnali concupiscentia oriri videtur, multi prodeunt fructus, scilicet scurrilitas, de qua iam dictum est, cum de inhonestate verborum fecimus mentionem. Item incitatio, prouocatio ad peccatum, verbo vel scripto, vel nũcio. Item attractio per verba dulcia, quæ affectu pensantur. Circa tactum hoc aduertendum videtur, quod in tactibus multiplex peccatum inuenitur, secundum quod loca circa quæ tactus contingit, habent maiorem inhonestatem, & magis possunt ad luxuriam prouocare, vnde hoc circa istam materiam est tenendum, quòd libidinosi tactus, & oscula absq; etiam cõsensu in opus carnale, habent rationem peccati mortalis, secundum quòd in eis oritur delectatio carnalis voluntarie, & deliberatiue, vnde super illud, fornicatio & omnis immunditia, & cæt. dicit Glo. In osculis & amplexibus, de quibus dicit Apost. ibidem, quòd non habent hæreditatem in regno Christi & Dei. Hic autem tactus distinguitur. quia vel fit in personam propriam vel in aliam, & eodem modo habet rationem peccati. Cum tactu autem ponitur corruptio carnis, quę pollutio dicitur, quę duobus modis contingit, aut per actũ tactus, seu imaginationem delectationis morosæ, aut per actum carnalem. Si primo modo per tactum vel imaginationẽ, hoc contingere potest dupliciter. Aut dormiendo, aut vigilando. Circa pollutionem in somno hoc breuiter est notandum, quòd talis pollutio secundum se non habet rationem peccati, eo quod tunc liberum arbitrium victum sit, scilicet per comparationem. Potest autem contingere ex superfluitate cibi vel potus, vel ex turpi imaginatione in vigilia præcedente. Quod si causa mortalis fuit, puta quia vigilando consensit, vel actum gulæ mortalem exercuit, secundum hoc pollutio est signum grauioris, & tunc dictæ circunstantiæ sunt in confessione notandæ vel dicendæ. Cum autem talis pollutio illusione Diaboli, vel debilitate retentiuæ, vel virtute expulsiuæ contingit, nec adest complacentia, non habet rationem peccati. De pollutione autem vigilando sic distinguitur, quod si est procurata per tactũ, vel imaginationem voluntariam quoquomodo, vel per auditum vel visum, vel motum: omnis enim talis resolutio, si sit procurata, vel si consensus interueniat est mortalis quocunque modo. Et si semen extra vas naturale voluntarie emittatur, habet rationem mortalis peccati, quod etiam contra naturam est. Si autem in tactu sit sexus mutatio, etiam grauissimum est peccatum, & talia peccata nec nominari debent & ignominiosa dicuntur. Potest etiam huiusmodi pollutio cõtingere per actum carnalem, & hoc dupliciter, quia vel per actum matrimonialem, vel per actum mæchiæ. In actu autem matrimoniali potest contingere deordinatio, in modo, in tempore, & in causa. In modo quidem peccatum est, cum modus, qui naturæ non congruit inuenitur. In tempore autem, cum tempore menstruorum debitum exigitur, quod est contra legem, si scienter fiat, est peccatũ mortale. Item cum tempora orationi, honestati, & festiuitatibus sanctorum deputata, non obseruantur, quod tamen mortale non dico. Item in causa, cum in actu huiusmodi nõ proles, sed carnis delectatio quęritur, quod licet excusetur per matrimonium, tamen posset habere rationem mortalis, si vsq; ad hoc inordinatio extendatur, quòd imaginando alienam mulierem cognoscat propriam, vel si eo affectu cognoscatur, quòd etiam si vxor propria non esset, vellet nihilominus delectationem complere. Si autem per actum mæchiæ talis inordinatio compleatur, secundum hoc, huiusmodi peccati sex species distinguuntur. Simplex fornicatio, solutus cum soluta. Adulterium, ligatus cum ligata, vel altero ipsorum ligato, stuprum in defloratione virginum. Raptus, qui consistit in violenta mulieris cognitione. Item incestus, qui est cum cognoscitur consanguinea vel affinis. Item sacrilegium, cum s. Deo dicatę virgines

vel

vel viduæ cognoscuntur, vel in sacro loco talia exercē-
tur de quibus omnibus pertranseundum iudico, cum
absque hæsitatione habent rationem mortalis. Secun-
dus ramus principalis, qui ex carnis corruptione cōtin
git (vt dictum est supra) ɔst inordinatio in euitandis ad
uersis: & ex hoc ramo procedit vitium capitale, quod
Acedia qd acedia nominatur. Est autem Acedia secundum actū
proprie vt est vitium principale & capitale, tristitia quę
dam aggrauans, quæ ita deprimit animum hominis, vt
eidem nihil agere libeat, & maxime bonum aliquod spi
rituale, habet autem rationem peccati mortalis, inquā
tum quis per talem tristitiā bona spiritualia deuiat de-
liberatiue, nec placet ei, quod frequenter ex carnis cor
ruptione procedit, inquantum scilicet aliquis curā car
nis agens, spiritualia refugit, carne contra spiritum do-
minante, vnde a beato Gregori. 31. mor. inter capitalia
vitia computatur. Sicut autem de alijs est prædictū, nō
quęlibet acedia, nec quilibet motus acediæ, habet ratio
nem mortalis, sed oportet, quod ex deliberatione pro-
cedat. Ex hoc ramo procedunt secundum Isid. de sum
mo bono, & secundum Greg. 31. moral. Quę sunt pusil
lanimitas, torpor, euagatio mentis, instabilitas corpo-
ris, tristitia cordis, & desperatio. Circa primum, de pu-
sillanimite sciēdum, quòd ille pusillanimis dicitur, qui
animum pusillum habet, ad exequendum bona opera,
quæ faciliter operari posset, vnde sicut præsumptio ha
bet rationem peccati, quia per eam tendit homo ad ea,
quæ eius potestatem excedunt. Ita & pusillanimitas est
peccatum, dum recusat tendere in illud bonum, quòd
commensuratum est suæ personæ, & inde est, quòd ser
uus, qui accepit pecuniam Domini sui & fodijt in ter-
ra, nec operatus est ex ea propter quędam pusillanimi
Matt. 25. tatis timorem, punitur a Domino, vt patet in Matt. &
... 19. in Luc. Habet autem pusillanimitas rationē mortalis,
cum pusillanimitate dimittūtur necessaria ad salutem,
vt diuina præcepta. Posset nihilominus habere rationē
mortalis in casu, vt si quis detrimentum fidei vel dam-
num proximi spirituale, vel etiam temporale ex pusilla
nimitate defensionis, prędicationis, vel correctionis dis
simularet, vnde Greg. in pastoral. dicit, quòd illi, qui ꝓ
desse vtilitati proximorum refugiunt, si discrete iudicē
tur exemplo, tantis rei sunt, quantis venientibus ad se
prodesse potuerunt. Ex ramo autem pusillanimitatis
procedit timor seruilis, humanus, & mundanus, qui eo
dem modo (sicut de pusillanimitate dictum est) sortiū
tur rationem peccati. Est autem timor seruilis, cū quis
(vt seruus) dimittit malum facere, non propter dilectio
nem, sed propter pęnæ timorem. Timor autem huma-
nus dicitur, cū quis parcens carni suæ, spiritualia bona
refugit, quę carnis delectationibus aduersantur. Est au
tē timor mundanus, cum quis propter timorem mun-
di, personę (.s. alicuius) dimmittit bonum facere solum
modo. Primus autem timor semper cum mortali pecca
tum est, s. cum quis peccatum dimittit facere solummo-
do ratione pœnæ. Secundus autem timor & tertius ha
bent rōnē mortalis, cum propter huiusmodi necessaria
saluti dimittunt. Circa secundum de torpore notandū
est, quod tunc quis torpere dicitur, cum ad bene operā
dū inuenitur inefficax, sicut aqua tepere, seu tepida
esse dicitur, cum non est efficacis caloris, vnde tibi in
Apoc. 3. Apoc. dicitur. Vtinā esses calidus, aut frigidus, sed quia
tepidus es, incipiam te euomere de ore meo. Et talis tor
por ex displicentia boni videtur procedere, quæ tanta
esse poterit, quòd erit cū peccato mortali, vt cum quis
palatum animę sic corruptum habet, quòd in nullo bo
no spirituali complacentiā inuenit, & propter hoc quic
quid boni facit, tepide & indeuote facit. Vnde ex hoc
ramo procedit negligentia, cum quis negligit facere ꝙ
debet, vel si forte illud facit, absque diligentia facit.
Et secūdum hoc dupliciter potest habere rationē mor
talis, vno modo si dimittantur per negligentiam neces
saria ad salutē. Alio modo, vt si forte talia fiant, sic cū
contemptu fiunt, quòd quoquo modo fiant, nō curat
omnino, & sic intelligitur illud. Qui negligit vitā suā,
mortificabitur. Ex hoc autem ramo negligentiæ mul- Prouc. 19.
ti fructus oriuntur. s. omissio, ignorātia, obliuio. Circa
omissionem sciēdum, quòd multiplex est omissio, quę
multipliciter habet rationem peccati. Est. n. omissio
boni propositi, voti promissi, iuramenti debiti, vtilium
saluti. Circa omissionem boni propositi notandum, ꝙ
habet rationem peccati, secūdum rationem radicis, seu
causę, nec. n. de se habet rationem mortalis, nisi fuerit
propositū boni necessarij ad salutem. Circa secundum. Votū qd.
s. de omissione voti sciendum, quòd Votum est conce
ptio melioris propositi, animi deliberatione firmata, &
talem promissionem absq; causa vel dispensatione de-
bita omittere, habet rationem mortalis, vnde Dauid. Psal. 76.
Vouete & reddite, vbi dicit Glosa, quòd vouere est vo
luntatis, sed reddere est necessitatis. Circa tertium, s. de
omissione promissi notandum, quòd promissum non
complere, quando est simplex promissio, nisi complea
tur, peccatum est: nisi adsit impedimentum legitimum,
vel iusta causa dimittendi promissum, habet autem ra-
tionem peccati eo modo, quo & mendacium. Tunc. n.
impletur mendacium, cum non impletur promissum.
Patet igitur, quomodo potest habere rationem morta
lis, quoniam sicut mendacium, quod in damnum ver-
git alterius, habet rationem mortalis, sic & frustrare ꝓ
missum cum damnificatione alterius, vt si forte aliquis
promittat adiutorium alicui, in prosecutione alicuius
negotij, & postmodum ille succumbit, vel notabiliter
damnificatur in negotio, propter defectū promissi. Itē
circa hoc sciendum est, quod secundum iura est promis
sio, secundum quam competit actio in iure illi, cui fit
promissio, vt cum quis facto vel verbo, vel fide præsti-
ta coram bonis, se obligat ad implēdum promissum, &
tunc secundum iustitiam promissum tenetur implere:
Aliter directe faciendo cōtra iustitiam, peccatum mor
tale committeret. In promissis autem, quæ vergunt in
detrimentum salutis, non obligatur quis, vnde Isid. In
malis promissis rescinde fidē, in turpi voto, muta de-
cretum de omissione iuramenti, hoc idem dicendum,
quòd sicut qui in iuramento assertorie peierando, pec
cat mortaliter, si hoc deliberatiue faciat, & se iurare ad
uertat; ita etiam, qui iuramentum promissorum frāgit
sine causa, idem genus culpæ incurrit. Circa omissio-
nem verò iniuncti: notandum est, quòd pœnitētiam in
iunctam a discreto confessore contemnere, & sine cau
sa aliqua dimittere absq; dispensatione, videtur habere
rationem mortalis, vnde Augustinus in epistola. Nihil
aliud agit, qui vere pœnitet, nisi vt id quod male fece-
rat, impunitum nō sinat. Circa omissionem debiti hoc
est notādum, quòd homo debet aliqua de iure natura
li agere, & facere alij, quod sibi vult fieri. Aliqua de iu-
re diuino, vt præcepta decalogi, aliqua de iure positiuo
ex præcepto, vt semel in anno confiteri proprio sacer-
doti, id est illi q potest absoluere, & semel in anno. s. in
Pascha cōmunicare, nisi ex causa legitima dimittatur:
& ille qui est in sacris ordinibus constitutus, vel benefi
cium habet ecclesiasticum, tenetur ad horas canonicas
ex præcepto. Circa primum autem & secundum, s. de
omissione iuris naturalis & diuini, in prosecutone præ
dictorum dictum est. De transgressione seu ommissio
ne eorum, quæ ad ius positiuum pertinent, hoc scien-
dum est, quòd qui ius positiuum scienter omittit, si id
ius sit præceptorium, inobediens est, & peccat morta-
liter. vnde illa quæ ad ius positiuum pertinent, & ha-
bent rationem præcepti dimittere, peccatum mortale
iudicatur. De his verò, quæ ad officium diuinum spe-
cialiter pertinent, est notandū, quòd in hoc multiplici

ter

ter peccatur. s. dicendo officium inattente, indeuote, extra horam, corrupte, & diminute. inde tamen non facile est iudicandum mortale, nisi hoc proueniat ex contemptu. Simpliciter autem dimittere officium in ordinato in sacris, in religioso clerico, & professo, in beneficiato in ecclesia, mortale communiter iudicatur. Circa omissionem vtilium ad salutem, hoc notare possumus, quod quilibet vtilia saluti tenetur quęrere, maxime illa sine quibus non potest habere quis cogitationem illorum, quæ sunt necessaria ad salutem, vnde maximum est, quòd ille qui sermones & monitiones, et societatem bonorum euitat, hac intentione, ne. s. hac occasione moueatur ad bonum, vel vt cognitionem eorum non habeat, quæ necessaria sunt saluti vel vtilia, resistit Spiritui sancto & gratiæ Dei, & ex hoc mortaliter peccat, vtpote qui suam salutem contemnit. Secundus ramus, qui ex negligentia procedit (vt dictum est) est ignorantia, secūdum quòd potest habere rationem peccati. Nulla. n. ignorantia potest habere rationem peccati, nisi ex negligentia oriatur, vnde Augustinus de natura & gratia. Non tibi deputamus ad culpam, quòd inuitus vadis ad culpam, sed quòd negligis quęrere salutem. vnde qui de salute sua diligens est, per ignorantiam damnari non pōt, quia si in eo ignorantia esset, inuincibilis esset, quæ excusat omnino, ignorātia igitur quæ peccatum est, ex negligentia oritur, quæ multiplex pōt esse, scilicet ignorantia facti, & iuris. Circa ignorantiam facti notadum, quòd tunc dicitur esse facti ignorantia, quando aliquis facit factum malum ex genere, & ignorat, quòd tale factum faciat, de quo tamen nouit, quòd peccatum est, vt siquis credat interficere feram, & interficiat hominem, vel credit cognoscere suam, & cognoscit non suam. In hoc casu secundum modum negligentiæ, potest ibi esse peccatum. Si enim in hoc casu non apponit aliquam diligentiam, quam debet, ita poterit esse crassa negligentia quod nō excusabit a peccato. Vnde Lamech, qui putauit occidere feram, & occidit Caym, non excusatur. Contra ignorātiam iuris nota, quòd est ius naturale, diuinum, & positiuum. Circa ignorantiam iuris naturalis nota, quòd nullus excusatur, quin peccet, faciendo contra legem naturalem. Hoc autē ius naturale, seu lex naturalis appellat illud, ad cuius cognitionem, potest homo per naturalia attingere. Constat enim, quòd qui tale quid ignorat, hoc ei ex negligentia contingit. Circa ignorantiam iuris diuini. s. mandatorum decalogi, & articulorum fidei, notandum est, q̀ hæc ignorantia mortalis est, quia in potestate cuiuslibet est hoc scire, & a lege naturali deriuatur. Circa ignorantiam iuris positiui notandum, quòd quilibet illa, quæ pertinent ad officiū suū, & de iure positiuo sunt, scire tenetur, & taliū ignorantia est mortalis. Hic distinguendum videtur. Quędā enim sunt iura præceptoria, quædam monitoria, quędā consultatoria, vnde de iure præceptorio hoc intelligo, sicut dictum est supra de iure positiuo, vbi de omissione diximus. Licet aūt (vt dictū est) naturalis iuris ignorantia, seu etiam iuris alterius non excuset, tamen si cōtingat, aliquem multa peccata per ignorantiam commisisse, quorum non potest in modico tempore habere notitiam. In modico tempore possunt per contritionem generalem dimitti, sicut alibi diffusius tractari habetur. Item ex ramo ignorantiæ procedit error cōscientiæ, & eius transgressio & perplexitas & discrimē. Est autem error conscientiæ, cum conscientia dictat aliquid sciendum, ad quod non tenetur quis, vel quod facere non est peccatum. Qui enim facit contra conscientiam (secundum Gregorium) ædificat ad gehennam, & si sit conscientię iudicium, quòd omissio aliqua, vel trāsgressio sit mortalis, peccat mortaliter dimittēdo. Cum autem conscientia dictat aliquid faciendum necessario quod tamen peccatum mortale est, mortaliter peccat

Ignorātia multiplex.

Conscientia erronea.

dimittendo, & nihilominus faciendo, & tunc perplexitas est manente conscientia, quæ tamen dimitti potest & debet. Tunc autem discrimini se quis exponere dicitur, cum aliquid timet & dubitat esse mortale, & tamē id facit, & tunc etiam mortaliter peccat, quia discrimini se exponit. Hæc autem dicta sunt (vt frequenter) ex negligenti discussione conscientiæ procedūt, quæ negligentia tanta esse poterit, quòd mortalis erit, sicut de ignorantia iam dictum est. Tertius ramus, qui ex acedia procedit, est obliuio, quæ in duos ramos diuiditur. Est enim obliuio peccatorum, & beneficiorum Dei, & hominis, ex qua ingratitudo oritur & indeuotio. Circa obliuionem peccatorum est notandum, quòd peccata propria obliuisci ex negligentia, est peccatum, cum quis teneatur conteri & confiteri de peccatis suis, quod non potest facere, si obliuioni tradantur, & tanta circa hoc poterit esse negligentia, quòd habebit rationē mortalis, sicut de ignorantia est prædictum. Item beneficia Dei obliuisci, nec cōsiderare, & sic Deo esse ingratum, mortale est, vnde bene in quodā sermone de talibus dicit Bernardus. Quantos videmus, quasi oblitos sui, & peccatorum suorum: Dei quoq; & beneficiorum eius immemores, sic vt non redimere sed amittere tempus, vt de moribus & affectionibus suis vltima apud ipsos vix mentio fiat? Vltimus ramus qui ex acedia procedit, est omnium pessimus. s. desperatio, quia quis peccatorum suorum immanitatem cōsiderans, & de Dei misericordia diffidens, laxat frœnum peccatis. Et hoc quidem grauissimum est peccatum, quod dicitur in Spiritumsanctum, de quo dicit Dominus, non remittetur in hoc seculo, nec in futuro. Non quòd non possit dimitti, sed quia vix dimitti potest, vel quia ibi non est color excusationis, qui locum præstet diuinæ misericordiæ. Hoc autem peccatum conuenienter ex acedia oriri dicitur, quia (vt dictum est) acediosus complacētiam aliquam in bono non inuenit, & ideo a bono opere se subtrahit, spes autem ex merito operis prouenit, hic vero circa peccatum in Spiritumsanctum notandum est, quòd huius peccati sex species a sanctis assignantur, scilicet desperatio, de qua dictum est. Item præsumptio, cum quis in tantam prorumpit insaniam, quòd non cogitat iustitiam in Deo esse, sed qcquid faciat, ad gloriā sui prouenire credit. Impenitentia, cum quis proponit, quòd nunquā pęnitebit de peccatis suis. Et iuxta hunc ramum est alius, qui licet non dicatur peccatum in Spiritumsanctum, tamē peccatum mortale est. s. cum quis se cogitat esse in mortali peccato, & in offensa diuina, & non statim pœnitet, sed adhuc remanere in peccato intendit. Quarta species peccati in Spiritumsanctum est obstinatio, cum quis sic malo adhærere intendit, quòd nulla persuasione vel timore redire ad bonum intendit. Quinta est impugnatio veritatis agnitæ. s. cum quis impugnat fidei veritatem, vt licentius peccet. Sexta est inuidentia fraternę gratiæ, cum quis in tantam prorumpit malitiam, quòd gratiam Dei multiplicari in mundo & fidem crescere, videre non potest. Hæc autem peccata in Spiritumsanctum dicuntur, quoniam licet cōtra totam trinitatem sint, tamen sunt præcipue contra bonitatem diuinam, quæ Spiritui sancto appropriatur, sicut potētia patri, sapientia filio. Dicitur enim quis peccare in patrem, cum peccat ex infirmitate: In filium, cum peccat ex ignorātia: In Spiritumsanctum, cum peccat ex malitia, quod habet magis rationē peccati. Soli peccant in Spiritumsanctum, qui impęnitentes exilsūt vsq; ad mortem. Spiritus enim sanctus charitas est diuinitatis, est amor genitoris & genitæ veritatis, qui suā gratiam nobis tribuit, sui ipsius harram. Qui igitur peccat & gratiam suam recuperare non amat, & nunquam curat ab eo diligi, qui totus est amor & charitas, nec ad illud tendit vnde sumpsit harram, in Spiritum sanctum

peccat,

Obliuio duplex.

Peccatum in Spiritisanctum.

Matth.

Peccare in Patrem, Filiū, & Spiritum sanctum quid sit.

Digitized by Google

peccat,& nunquam post mortem(sicut neque viuens) cósequetur veniam. Sicq; nullus peccat in spiritum sanctum,qui fugit ad ipsum. Ecce radicem arboris malæ, truncum,ramos cum folijs,& fructibus plenis veneno mortiferò, secundum intellectus mei paruitatem descripsi. Sed sicut Dauid,cum dicebat. Delicta quis intelligit,&cæt. Neq; enim peccatorum grauitatem & códitionem me scire suppono,vnde & siquid in hoc opusculo scriptum lector inueniat,quod ei scrupulum dubitationis ingerat,peritoresq medicos consulat, securius sibi arboris fructú, & ipsius periculum valeant indagare. Neque intentionis meæ est,hic aliquid temere asserere, vel alicui præiudicium generare,vt autem ea quæ dicta sunt,planius innotescant, ipsa breuiter recapitulo eo modo & ordine, quo sunt in arbore describenda.

Epilogus ictorum.

Psalm. 18.

Epilogus prædictorum, vbi arbor describitur.

RAdix malæ arboris est cupiditas,secúdum Apostolum. Ex qua truncus malæ voluntatis procedit,qui incipit in imaginatione mala,& procedit in mala & morosa delectatione,& consúmatur in malo cósensu,qui duplex est,scilicet consensus in delectationem.& in opus. Sunt aliquæ circunstanniæ, quibus aggrauatur peccatum,quæ in hoc versiculo continentur. Quid,quis,vbi,cum quo,quntiens,cur,quomodo,quádo. Ex præmissa radice concupiscentiæ triplex ramus procedit,scilicet concupiscentia honnris,concupiscentia oculorum,& concupiscentia carnis. Ex primo ramo hi rami procedunt,scilicet præsumptio,inanis gloria,contemptus. Præsumptio hos habet ramusculos,ex se pro meritis, falso plus omnibus.& hos ramos habet præeminentia in gratuitis & gratis datis. Ex primo ramo procedit folium tentationis diuinæ,cum fructu discriminis. Ex præeminentia & gratis datis sunt hi rami, elatio mêtis,confidentia de se,de qua procedit fructus inordinatæ audaciæ. Ex ramo contemptus est ramus duplex,contemptus Dei, & contemptus proximi, & horum medius est inobedientia ad Deum & ad proximum. Ex contemptu Dei procedunt hi fructus, irreuerentia rebus diuinis exhibita,locis,personis,temporibus,sacramentis,sustinere interdictum,suspensiones, excommunicationem,recipere quodcunque sacramentum in mortali peccato,quodcunque sacramentum ministrare,vel Ecclesiam officiare, officium correctionis exercere,inconfessus sacramentum recipere,habita copia sacerdotis,in statu suspensionis, vel interdicti, vel excommunicationis,vel irregularitatis celebrare, item in excommunicatione se diuinis ingerere,vel interesse, item cum excommunicato in diuinis participare. Ex contemptu proximi hi fructus procedunt,subtractio a verbo,a societate,gustu,vel modo,indignationem ostêdere. Hæc sunt folia,indignatio verborum,ironia, derisio,subsannatio, irreuerentia in verbo. Ex inobedientia procedit ramus impatientiæ, cum fructu murmurationis,blasphemiæ,pertinaciæ,rebellionis, & trásgressionis.& hæc possunt esse contra Deum, & contra proximum. Item ex ramo inobedientiæ, infidelitatis ramus procedit,& hi rami ex ea exeunt,diuinatio, apostasia, idolatria. Item hęc folia prædicta,prout in verbis existunt,scilicet peruersum dogma,seu prędicatio, Secundus ramus superbię est inanis gloria,ex qua quatuor rami oriuntur,honoris ambitio, fauoris humani appetitus,confusionis timor,& laudis amnr. Ex ramo ambitionis oriuntur hi fructus,scilicet pompa, quæ in tres fructus diuiditur,scilicet fastum in superbo apparatu,& comitatu & gestu ex cordis affectu, & folium fastus in verbo, Ex appetitu fauoris, procedit folium adulationis, quod tripartitum est,quod aut est de bono habito,aut non habito,vel de malo facto. Item ex appetitu fauoris oritur fructus prodigalitatis quadripartitus, quia non considerat tempus,nec personam, nec modum, & incuriam secum habet. Ex ramo timoris confusionis,hi fructus procedunt,mala verecúdia, & falsa humilitas in verbo vel in facto. verecundia mala diuiditur,quia aut est de bono ope,vel de paupertate parentú. vel de naturali defectu,vel carentia grę gratis datę. Item in confessione hæc folia secum habet,népe excusationem,defensionem,veritatis negationem, in iudicio vel extra iudicium veritatis impugnationé. Ex amore humanę laudis hi fructus oriuntur,simulatio seu hypocrisis,ostentatio,singularitas. Item iactantię est folium, quod quadripartitú est,quia aut est de bono habito,vel non habito,vel de malo facto, vel nó facto. Ex singularitate procedit ramus inuidię, quę est secundum iudicium capitale. Inuidia verò in duos ramos diuiditur principales,qui sunt exultatio in aduersis proximi,& dolor in prosperis. De exultatione in aduersis oriuntur hi fructus,machinatio,insidię,scandalum,proditio,suspitio,iudicium. Item habet folia,discordiarum seminatio,secretorum reuelatio & maxime confessionis,verbo,signo,vel circunstantia. Item falsum testimonium. Ex secundo ramo,scilicet de dolore prosperitatis proximi,procedit detractionis foliú, & ramus rácoris. Detractio autem diuiditur, quia aut fit bonum alterius diminuendo,vel destruêdo, vel malum imponendo, Primum folium alia quatuor secum habet,scilicet bonum proximi tacere,diminuere, peruertere,& negare. Secundum folium hæc etiam secum habet. Malum libenter audire,dissimulare, confirmare, aggrauare,addere,reuelare,imponere. Ex ramo rancoris,procedit odium. Ex ramo odij procedit ira,quę est tertium capitale. Ex ira procedit fructus crudelitatis,& hi fructus, pcussio,verberatio,incarceratio, duellum,bellum,mutilatio,occisio. Ex folio discordię hi filij oriuntur, Irritatio,comminatio,contumacia, improperium,conuitium,maledictio,procacitas,clamor, irreconciliatio. Ex ramo appetitus vindictę oriuntur Calumnia,vexatio,damnificatio, Vexatio hos fructus secum habet,quia fit per falsas literas, vel falso impetratas,tacita veritate,vel suggesta falsitate, vel p nó suas, vel nó ad hoc impetratas, vel coram diuersis iudicibus ad impossibilia obligando. Damnificatio in duos fructus diuiditur,quia fit aut bonum impediendo habitum,vel habendum,aut malum inferendo:quod etiam multis modis fit,scilicet faciendo,precipiendo,consulêdo,iurando, dissimulando. Secundus ramus principalis,qui ex radice concupiscentię procedit, est concupiscentia oculorum,q̃ auaritia nominatur,& est quartú vitium capitale. Ex auaritia aût tres rami principales procedunt,inordinatú desiderium habendi,vel inordinatus amor habiti,& inordinatus dolor amissi. Ex inordinato desiderio habendi procedunt duo fructus,scilicet sollicitudo,& iniustitia. Ex sollicitudine autem procedit festorum violatio. Iniustitia autem diuiditur,quia aut est manifesta,aut occulta,quę fraus nuncupatur:iniustitia aperta hos fructus habet secú, scilicet furtum,rapinam,vsuram & iniquam sentêtiam. furtú in quinque diuiditur,qui sút, Occulta rei acceptio, rei inuentę detêtio, sacrilegium,& proprietas in religiosis, & mala dispensatio. Rapina hos etiam fructus habet,qui sunt nouæ taliæ,vel consuetudinis inductio,exactio,extorsio,munerum acceptio,& ludus alearum. vsura diuiditur,quia quędam est in spe,quædam in rei contractu. In contractu autem est multiplex vsura,scilicet in vêditione,emptione, mutua commutatione, ratione temporis,vel rei, vel periculi, vel obligationis,

vel

vel corruptæ intentionis. Item contingit fraus in contractibus, in emptione, & venditione, in numero, pondere, & mensura, in valore, in qualitate, in taciturnitate defectus. Item notabiliter care vendendo pro necessitate ementis, vel debitorũ solutioni t, vel pro simpliciter ementis. Item in fraude plurima mala locutionis stolia contingunt, mendacium, periurium, duplicitas. Ex ramo autem mali contractus oritur fructus simoniæ. Item ex iniustitia ad proximum (vt dictum est) oritur, iniqua sententia, & secum habet hos fructus, qui sunt iustitiæ peruersio, ordinis iuris immutatio, sententiæ dilatio, iniusta aduocatio, literarum abusio. Mala autẽ aduocatio, hęc folia secum habet, iniustum patrociniũ, iniustum consilium, litis prolongatio, iuris sophistica allegatio, literarum abusio: fit his modis iniusta impetratio, tacita veritate, vel suggesta falsitate, Iniusta extorsio, Additio vel diminutio, siue quæq; falsificatio, Secundus ramus principalis auaritiæ est inordinatus amor habiti, & ex hoc ramo hi fructus procedunt, iniusta congregatio, ad proximum incompassio, restitutionis dilatio, beneficij irrecompensatio. Tertius ramus principalis, qui ex radice cupiditatis procedit, est cõcupiscentia carnis, quæ in duos ramos diuiditur. In quærendo inordinate delectationem & vitando molestiã. Primus ramus diuiditur, quia aut est circa delectationẽ actus, qui pertinet ad conseruationem indiuidui scilicet circa actum nutritionis, aut est circa actum, qui pertinet ad cõseruationem speciei, scilicet circa actum generationis. Primus igitur ramus qui ex concupiscentia carnis oritur, est inordinata delectatio circa actum nutritionis, & quintum vitium capitale, quod castrimargia dicitur. Ex vitio autem gulæ tres rami principales procedunt, scilicet incontinentia gulæ, immodestia, & inordinata delectatio. Ex incontinentia gulæ hi fructus procedunt anticipatio horæ, nimia frequentia, fractio ieiunij. Secundus scilicet ex immodestia, auiditas & nimietas. Cum fructu autem isto, qui est nimis sumere, sunt hi fructus, corporis grauitas, infirmitas, mentis hebetudo, cæcitas, præcipitatio iudicij, incirconspectio, loquacitas, inepta lętitia, dissolutio, ebrietas. Loquacitas autem hæc folia secum habet, multiloquium, vaniloquium, stultiloquium, turpiloquium. Tertius ramus gulę est inordinata delectatio circa cibum, & hos fructus secum habet, scilicet sollicitudinem in procurando, studiositatem in præparando, multiplicitatem in diuersificando, caristiam in emendo, Secũdus ramus qui ex carnali concupiscentia procedit, est inordinatio circa actum generatiuum, qui luxuria dicitur, & est sextum vitium capitale. Ex luxuria tres rami principales procedunt inhonestas, affectio, incontinentia, inhonestas, hos fructus habet, inuerecundiã in verbo, in gestu, in habitu. Inhonestas in gestu habet choreas & tripudia, & corporis motus Item inhonestas in verbo habet scurilitatem & hystrionatum. Item inhonestas in habitu hos fructus secum habet, scilicet superfluitatẽ, preciositatem, multiplicitatem, curiositatem. Superfluitas in duobus consistit, in numero & mensura. Curiositas consistit in colore & modo fracturæ, & compositione corporis. Huius compositionis fructus sunt, adinuẽtio noui modi, nouorum iocalium. Item vnctiones, lotiones, fucatio, suppletio capillorum ex alienis. Secundus ramus luxuriæ principalis, est carnalis affectio, & iste est duplex, quia potest esse respectu sui vel pximi. Si respectu sui sit, hos fructus habet, primo curam carnis, quæ habet hos fructus, mollitiem in vestibus, in culcitris & talibus. Item nimiam sollicitudinem in euitando pęnam, frigus, calorem, sitim, famem & huiusmodi. Carnalis affectio ad proximum duplex potest esse, vel ad parentes, vel ad alios: potest etiam esse in affectu, vel in effectu. Ex ramo carnalis affectionis oritur acceptio psonarum, euersio ordinis charitatis, & fauor mali. Personarum acceptio est in beneficijs, electionibus, honoribus & iudicijs. Fauor mali hos fructus secum habet, dissimulationem, incorrectionem, consensum, adiutorium, & cõmunicationem. Tertius ramus principalis concupiscentiæ carnalis, est incontinentia, quæ per hos ramusculos procedit, qui sunt, turpis imaginatio, morosa delectatio; consensus in delectatione, & consensus in opere. Item hos fructus secum habet, id est quinque sensus, in auditu, visu, odoratu, gustu, & tactu. In auditu curioso, scilicet rumorum, canticorũ, instrumentorũ, verborum dissolutorum & scurrilium, in visu, in aspectu oculorum, pulchritudinum hominũ & mulierum, inhonestorum membrorum gestuum, spectaculorum. in verbo scurrilia dicendo, ad malum incitando verbo, vel in attrahendo. in tactu multipliciter, in oculis & tactibus libidinosis sui vel alterius, & ex hoc sequitur pollutio dormiendo, vigilando per naturalem actum in vase debito, vel contra naturam, per actum naturalem matrimonij actiue. Itẽ ex hoc per actum matrimonij vel mœchię. Per actum matrimonij modo inordinato, vel tempore illicito, vel intentione non recta. Mœchię aũt sex fructus ponuntur, fornicatio, adulterium, stuprum, raptus, incestus, & sacrilegiũ. Secundus ramus principalis concupiscentię carnalis, est inordinatio in pœnis euitandis, ex qua oritur vltimum vitium capitale, quod acedia nominatur. Ex acedia procedunt hi fructus, pusillanimitas, torpor, euagatio mẽtis, instabilitas corporis, tristitia cordis, & desperatio. Ex pusillanimitate procedit timor seruilis, humanus, mundanus. Ex torpore procedit negligentia, cuius fructus sunt, omissio, ignorãtia, & obliuio, omissio multiplex est, scilicet boni propositi, voti promissi, iuramẽti iniuncti, debiti vtilium saluti, pertinentium ad ius naturale, vel diuinum, vel positiuum. Ignorantia est multiplex, scilicet iuris naturalis, diuini, & positiui. Item facti, item affectata, crassa, & supina, & inuincibilis. Ex ignorantia procedit error conscientiæ, & eius transgressio. Obliuio est duplex, peccatorum & beneficiorũ & Dei, & hominis. Ex his oritur ingratitudo, & indeuotio. Vltimus fructus est desperatio, peccatum in Spiritumsanctũ. Peccati in Spiritumsanctum sex species distinguuntur, scilicet desperatio, præsumptio, impenitentia, obstinatio, impugnatio agnitæ veritatis, & inuidentia fraternę gratię. Siquis autem plenius de singulis velit habere notitiam, ad tractatum superiorem recurrat.

Ignorãtia multiplex.



SANCTI BONAVENTVRAE
SERAPHICI DOCTORIS,

Liber, qui dieta Salutis vulgo inſcribitur, cunctis religioſis, & precipuè Prædicatoribus maximè vtilis, & apprime neceſſarius.

AVCTORIS PROLOGVS.

HÆC eſt via, ambulate in ea, & non declinetis ad dexteram neq; ad ſiniſtrã,
Iſa. 30. ait Iſaias. Magnam miſericordiam facit, qui errãti viam oſtendit, maxime de nocte in terra hoſtium, & tempore guerrarum. Errantes ſunt peccatores, iuxta illud quod dicitur. Omnes
Rom. 3. n. peccauerunt, & egent grã Dei. Et Ioan. dicit. Si dixe
1. Ioan. 1. rimus, quòd peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Cum igitur omnes ſimus peccatores, ergo omnes ſumus errantes, ſicut dici
Iſa. 53. tur, Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſque in viam ſuam declinauit. Nox eſt peccatum inſtar niuis frigidum. i. infrigidans dilectionem, obſcurũ, i. obſcurans rationem, ineptum faciens ad bonam operationem. Ve
Ioan. 9. nit (inquit) nox quando nemo poterit operari. Terra
Iac. 12. hoſtiũ, eſt mundus, in quo principatur diabolus, vt teſtatur Dominus dicens. Nũc princeps mũdi huius eijcietur foras. Tempus guerrę, eſt tempus præſentis vitę, quia nunc caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiri-
Gal. 5. tus aduerſus carnem, vt dicit Apoſtolus. Quia igitur omnes peccatores & errantes ſumus, per conſequens extra viam veritatis imus, & in nocte, & in terra hoſtili, & in tempore guerræ mortales ſumus & exiſtimus. Ideo prędicator verbi diuini, maximam miſericordiam facit errantibus, in tantis periculis conſtitutis, quando viam ſalutis eis oſtendit. Vnde magnum meritũ apud deum & coronam acquirit. Ideo dicitur. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vię ſuę, ſaluabit animam eius a morte, & operit multitudinem peccatorum. Officium. n. prędicantis verbum Dei, eſt proprie errantes dirigere, & ad viam ſalutis reuocare. In cuius perſona verbum Dei promiſſum peccatorib. errantib. eſt autentice proclamatum, cum dicitur. Hęc eſt via, ambulate in ea. Quoniam aũt peccatores tripliciter poſſunt errare. ſ. malam viam aligendo, & in via errando, & a via diuertendo, ideo prędicator in verbis iſtis propoſitis, docet nos ſpecialiter tria de via iſta ſalutis. ſ. Salubriter eligere, viriliter incedere, & viæ ſalutis inſiſtere. Primò igitur docet nos viam ſalutis ſubtiliter eligere, cum dicit. Hæc eſt via. ſ. & nulla alia ad ſalutem eligenda. Secuudo docet nos per viam ſalutis viriliter incedere, cũ dicit, ambulantes in ea, quaſi diceret, ſtudete remanere in illa. Tertio docet nos, viæ ſalutis inſiſtere, cum infertur nec ad dexteram, nec ad ſiniſtrã, quaſi diceret nolite diuertere ab ea. Primò ergo docet nos prędicator viã ſalutis eligere, cum dicit, hæc eſt via. i. nõ erroris ſed veritatis, non periclitationis ſed ſalutis, non ad infernum ſed ad cœlum. Et nota, ꝙ hæc via ſalutis habet ſpeciali-
Nota nouẽ dietas. ter nouẽ dietis. Prima eſt a peccato, ad pœnitentiam, tãquam ad medicinam & remedium peccatorum. Secunda eſt a pœnitentia, ad præcepta. Tertia eſt a præceptis, ad conſilia. Quarta eſt a conſilijs ad virtutes, tanquam ad inſtrã ꝗ docẽt operari rectè. Quinta eſt a virtutib. ad dona Spirituſſancti, quæ docent operari faciliter & expedite. Sexta eſt a donis ad beatitudines, quæ docent operari perfecte. Septima eſt a beatitudinibus, ad fructus ſpiritus, qui docent operari delectabiliter & delicioſe. Octaua eſt a fructib. ad iudiciũ. Nona eſt a iudicio ad cœlum. Et ſecundum hoc in præſenti opere, quod dicitur via vel dieta ſalutis, ſunt decem Tituli.

In primo agitur de vitijs, a quibus eſt mouendum, & recedendum.
In ſecundo agitur de pœnitentia.
In tertio de præceptis moralibus, a Deo hominibus datis.
In quarto de conſilijs Euangelicis.
In quinto de virtutibus Theologicis & Cardinalibus.
In ſexto de ſeptem donis Spirituſſancti.
In ſeptimo de beatitudinibus Euangelicis.
In octauo de duodecim fructibus ſpiritus.
In nono de iudicio generali.
In decimo de inferno, & pœnis, nec non & de gloria Paradiſi.

TITVLVS PRIMVS
ET DIETA PRIMA
de peccatis.

Et primo de peccato in communi. Cap. 1.



PRimo igitur nota de peccato, vel vitio in cõi. Et eſt ſciendum, ꝙ peccatum eſt dictum, vel factum, vel cõcupitum contra legem Dei. Vt di- Diffinitio peccati.
cit Aug. Et eſt ſciendũ, ꝙ eſt vitandum ſpecialiter & pręcipue, ꝓpter tria, Primò, qa eſt deformitas, quã Deus deteſtatur: iniquitas, quam dæmon amplexatur, & infirmitas, qua mundus diſſipatur. Primo, peccatum eſt deteſtandum, quia eſt deformitas, quam Deus ſumme deteſtatur. Vnde nota, ꝙ nihil poſſet cogitare, quin Deus fecerit propter odium peccati, ipſe. n. propter peccatũ, ſemel fere diſſipauit omnia opera ſua. ſ. totum mũ-
dum per diluuium, vt patet in Gen. Alij aũt reges & Gen. 7.
potentes in præiudicium inimicorum depopulãt terras eorum. Deus autem diſſipauit terram propriam, qa peccatum intrauerat terram ſuam. Item non ſolum habet peccatum odio, ſed & qdquid peccatum tangit. Alij autem homines propter vinum corruptum, nõ proijciunt in mari vaſa aurea vel argentea, ſed ſeruant vaſa, & vinum effundunt: Deus autem non ſolum peccatũ, ſed etiam vaſa peccati, i. creaturas rõnales, ſ. animas ad ſuam imaginem factas, & ſuo precioſo ſanguine redẽ-
ptas, in odiũ peccati proijcit in oceano infernali, quia Sap. 14.
vt dicitur. Odio eſt Deo impius, & impietas eius Deus inſuper intantum peccatum odit, ꝙ propter peccata
mundi innocẽtem vnigenitum interfecit. Vnde dr. Pro- Iſa. 53.
pter ſcelus populi mei percuſſi eum. Et ipſemet Dei filius vt peccatum interficeret, vel occideret, tradidit in mortem animam ſuam, vt dr ſimiliter ibidem. Nullus aũt inuenitur, qui tam odiat inimicum, ꝙ in eius odiũ vellet interficere vnigenitũ propriũ, vel etiam ſemetipſum. Item Deus perſecutus eſt peccatum ab initio, intantum, ꝙ proiecit ipſum de cœlo, & videns ꝙ remãſerat in mundo, ipſe in propria perſona deſcendit in mũdum, vt de ipſo fugaret peccatum; & tandem in iudi-
cio ꝓijciet, & includet ipſum in inferno, quia dr. Proij- Mich. 7.
ciet in profundum maris oĩa peccata noſtra. Scđo, peccatum eſt iniquitas, quam dęmon amplexatur. Et nota ꝙ triplex eſt ſignum, ꝙ peccatum placet diabolo. Primum ſignum eſt, quia in nullo alio delectatur, quia ipſe non vult aliud balneum, non quærit aurum, non
amat argentum, quia in perſona eius dicitur. Da mihi Ger. 24.

Digitized by Google

Demõ tria appetit. animas, cætera tolle tibi. Sicut.n.auis rapax amat cor p̃
dæ, sic ipse cor hoīs, vt patet de illo qui interrogauit dia
bolū quid plus amabat, & diabolus rn̄dit, ꝙ tria preci-
pue.s.lunam primã, rotam solis, & ferrũ molle. Hoc est
cor, qđ cõponitur ex trib. literis, q̃ habẽt illas tres figu-
ras. Scđm signum ꝙ diabolus amat, peccatum est, quia
in procurando peccatum nunquam fatigatur. Etenim
sex milia annorum sunt, & amplius, ꝙ nihil aliud facit,
quam procurare peccata. Vnde quando Dominus in-
Iob. 1. terrogauit eũ, vnde venis? respondit. Circuiui terram,
& perambulaui eam, &c. Non licet.n.sibi capere cibũ
nec somnum, tantum est occupatus in negocio peccato
Iob. 30. rum: iuxta illud. Qui me comedunt, non dormiũt. Ter
tium signum, ꝙ diabolus amat, peccatum est, quia nun
quam potuit nec poterit peccato saturari. Iam.n.non
possunt numerari illa infinita millia hoīum peccatorũ,
quos absorbuit & deuorauit, & tamen est adhuc fame
licus, & sicut leo circuit quęrẽs quem deuoret, vt habe
1. Pet. 5. tur in 1. Petri. Adhuc ẽt est insatiabilis peccato non so-
Iob. 40. lum famelicus, sed ẽt sitibundus. Vnde dr̃. Absorbebit
fluuiũ & non mirabitur, & habet fiduciã, ꝙ influat Ior
danis in os eius peccatores cũ impetu currentes: in os
eius.i.in infernum, vocatur hic fluuius quem absorbet
Diabolus, & nõ mirabitur, iusti vero quieti & pacifici
dicũtur iordanis, qui interpretatur humilis descensus,
& tales summe diabolus desiderat absorbere. Exẽplũ ĩ
vitis patrum de capitulo dæmonũ, & singulis dæmoni
bus, de peccatis & malis quæ procurauerant reddenti-
bus rõnem, & de illo qui specialiter fuit laudatus, & ho
noratus a principe eorũ, & in cathedra collocatus, qa fe
cerat fornicari vnũ monachũ, quẽ in quadraginta an-
nis vix traxerat ad peccatum. Tertio, peccatũ est infir-
mitas qua mundus dissipatur. Et notã, ꝙ peccatũ est fe
bris tertiana ꝑꝑ triplicem concupiscentiam.s.diuitia-
1. Ioan. 2. rum, delitiarum, & honorum, de qua dr̃. Omne qđ est
in mundo aut est concupiscentia carnis, aut cõcupiscen
tia oculorũ, aut superbia vitæ. Quartana etiam est ꝑꝑ
Cant. 6. quadruplicem gradũ peccati.s.cordis, oris, & operis, &
cõsuetudinis, contra q̃ dr̃. Reuertere reuertere Sunami
tis.i.aīa misera, quater dicit reuertere, ꝑꝑ illa quatuor p̃
dicta. Est etiam febris quotidiana ꝑꝑ peccatũ superbię,
qđ est in omni peccato & cõtinue. Vel cõtinua est, qa
est valde periculosa. Nam sicut febris continua aliqñ
aufert vitam tpalem vel corporalem, & cõfert mortem
corporalem: sic peccati infirmitas aufert vitam, non so
lum tpalem, sed & aliqñ spiritualem, quia confert mor
tem infernalem vel ęternalem. Podagra pedum vel gut
ta est, propter peccatum acedię, paralisis manuũ est, ꝓ
pter peccatum inuidię vel iræ, hydropisis est propter
peccatum auaritiæ, dolor viscerum vel tortiones pro-
pter peccatum iracundiæ, squinantia, propter peccatũ
gulæ, lepra propter peccatum luxuriæ; & propter hæc
Isa. 1. omnia dicitur de peccatore: A planta pedis vsque ad
verticem capitis, non est in eo sanitas.

De *peccato in speciali.* *Cap.* 2.

SEcundò, nota de vitijs in speciali. Et est sciendum,
ꝙ septem sunt vitia principalia & capitalia. Quin-
que dicuntur spiritualia.s.superbia, inuidia, auari-
tia ira, & acedia, duo vero dicuntur carnalia.s.luxuria,
& gula, Vnde versus, dat septem vitia dictio saligia. In
qua.s.sunt tot literæ, quot sunt vitia capitalia, licet non
sit in vitijs & literis idem ordo. De quolibet vitio no-
ta præcipue tria.s. typum quem præfert, fœtum quem
profert, & damnum quod infert. Primo notandæ sunt
adaptationes peccati in communi. Et nota, quòd pecca
tum est sicut putredo in pomo, sicut.n.putredo aufert
pomo decorem, valorem, colorem, odorem, & saporẽ,
sic peccatum aufert animę decorem vitæ, & odorem fa
mæ, valorem gratiæ, & saporem gloriæ. Vnde dicitur.
Quasi putredo consumendus sum. Secundo peccatum
est sicut vulnus in corpore humano: nam recenter vul-
neratus, permittit se tangi, & vulnus premi & inuesti-
gari, sed post tertium diem, non sine magno dolore tan
gitur in vulnere: sic peccatum in sua recentia citò cura
tur, & post tertium diem est grauissimus dolor vulne-
rum. Vnde dicitur. Die tertia quando grauissimus do- Gene. 34
lor vulnerum erat, acceptis gladijs duo filij Iacob Sy-
meon & Leui fratres Dinæ, ingressi sunt vrbem confi-
denter, & Emor & Sichen pariter necauerunt, quia.s.
quasi intolerabilis est correctio vel sanatio peccati post
tres dies. Tres dies isti sunt peccati perpetratio, peccan-
di consuetudo, & peccati obstinatio. Nam post istum
tertium diem, peccator non permittit se tangi per cor- Proue. 18
rectionem, iuxta illud. Peccator cum in profundum
peccatorum venerit, contemnit. Dicunt.n.illud. Loqui Isa. 30.
mini nobis placentia, videte nobis errores, excæcauit
enim eos malitia eorum. Vnde etiam odio habuerunt
corripientem in porta, vt habetur in Amos, Tertio pec Amos. 5.
catum est sicut falsitas in panno. Nam sicut mercator
de falso panno non ostendit emptori medium, neq; fi-
nem, sed tantum caput, sic diabolus qui est mercator
peccati, ostendit fatuo emptori solum caput panni.i.de
lectationem culpę, non medium.i. remorsum conscien Isa. 34.
tiæ, vel finem.i.pęnam gehennæ. De hac mercantia di-
citur. Sicut emens, sic ille qui vendit, quia.s.tam pecca-
tor quam diabolus, in mercatura peccati est deceptus.
Quartò, peccatum est sicut taberna diaboli, in qua ven
dit vinum voluptatis in mundo pro precio animæ: &
sicut tabernarius ponit tres taxillos in taberna, quibus
occupantur ribaldi, sic Diabolus in taberna peccati po
nit pro ribaldis.i.pro amatorib. voluptatis, tres taxil-
los.i.tres concupiscentias mundanas, de quib. habetur
in Ioan. Concupiscentia carnis, concupiscentia oculo- 1. Ioan. 2.
rum, & superbiæ vitæ. Quinto, peccatum est sicut ludꝰ
aleatoris, qui vulgo dicitur ludus corrigię. Nam sicut
ille falsus aleator.i.corrigiator permittit illos hoīes in
principio aliquid lucrari, & finaliter aufert & recupe-
rat totum quod amiserat, & cum hoc lucratur ab eis
quicquid habent, etiam quandoq; vestes: sic diabolus
tanquam falsus aleator ꝑmittit peccatorem in aliquo
tpali ꝓsperari, sed finaliter aufert aīam, & corpus, gra
tiam & gloriam tpalem, & substantiam: Contra qđ Sa-
ra gloriabatur dicens. Nunquam cum dentib. miscui Tob. 3.
me.i.cum dæmonib. siue aleatorib. Sextò, peccatũ est si
cut rete, & sicut virga inuiscata, nam sicut piscis in reti
bus se agitando, se plus inuoluit, & auis plus ambulans
per virgam inuiscatam fortius se capit: sic peccator ma-
gis elõgatur a Deo, & strictius illaqueatur a Diabolo, Iob. 18.
quia de tali dr̃. Tenebitur planta illius laqueo. Septi-
mò, peccatum est sicut vinculum, quo ducitur porcus
ad macellum, & bos ad victimam, & quo ligatur falco
ad perticam, & simia ad truncum. Sicut enim carnifex
ducens porcum, non stringit nimis pedem eius ne cla-
met, sic Diabolus non stringit nimis peccatorem per
tpalẽ aduersitatem, ne clamet per confessionẽ vel ora
tionem, vt sic ducat eum liberius ad macellum inferna
le. Vnde dicitur. Ignorat, quòd ad vincula stultus trahi Proue. 7.
tur. Item, sicut bos ligatus, non sentit se esse ligatum,
quando ducitur ad macellum, nisi quando vult fugere.
Item, sicut simia non sentit se esse ligatam, nisi cũ vult
pilotam a se remouere: nec falco, nisi cum vult de perti
ca volare: sic peccator non sentit vinculum peccati,
dum perpetrat & in peccato perseuerat, sed tunc vincu
la sentit, cum anima infœlix a corpore recedit.

De Superbia. *Cap.* 3.

SVperbia est libido dñandi, vel appetitus proprię ex Superbiæ diffinitio sm Aug.
cellentię. De qua nota tria. typũ quẽ pręfert, fętum
quem profert, & damnum quod infert. Superbia igi-
tur, quę est primum & principale, ac capitale vitium,
habet multiplicẽ typũ in natura & in scriptura, cui con
grue

9. Comparationes superbiæ.

grue comparatur. Comparatur primo vento propter tria, quia ventus extinguit lucem, & exsiccat rorem, & exufflat puluerem: sic superbia extinguit lucem sapientiæ, exsiccat rorem gratiæ, exufflat puluerem vanitatis mundanę, & ideo cum homo sit puluis ex sua conditione, iuxta illud.

Gen. 3.

Puluis es, & in puluerē reuerteris: magis timendus est ventus superbiæ in alto q̄ in basso idest in statu p̄lationis, q̄ subiectionis: quia ventus si in alto puluerem inueniret, citius exufflaret, quia perflant

Psalm. 36.

altissima venti, vt dicit poeta. Secundo, comparatur superbia fumo, quia sicut fumus magis ascendendo deficit, sic superb. plus exaltatus, plus euanescit, iuxta illud. Mox vt honorificati fuerint & exaltati, deficientes quē admodum fumus deficient. Tertio, comparatur paleæ pp leuitatem, & inconstantiā, & defectum valoris, qa sicut torrens trahit paleas & ista leuia ad oceanum: sic torrens tentationis trahit secū vanos non humiles ad oceanum inferni. Quartò, comparatur stillæ aquosæ, q̄ inflatur & statim adnihilatur, & vesicæ quæ mox deficit dum tamen acu pungatur, sic superb. mox inflando deficit, & punctus modica febre, vel tribulatione adnihilatur. Quintò, comparatur araneæ, quia sicut aranea

Isa. 58.

se euiscerat texendo telam, vt muscas capiat; sic superb. pdit aīam, vt capiat laudē humanā, vñ dicitur. Telas araneæ texuerunt. Sextò, cōparatur feretro, qa sicut feretrū tunc solum ornatur, cū mortuus in eo ponitur: sic viri & mulieres præcipue tunc ornant feretrū corporis sui p exteriorū vestiū paraturam, cum aīa intus est mortua p superbiā. Septimò, comparatur superb. luctatori incauto. Nā si in lucta vnus de luctatorib. possit leuare pedē alterius, deijcit ipsum, sic si dæmon possit leuare pedē. i. hoīs affectionem per superbiam, deijcit eū in damnationem æternam, vñ dicitur.

Psalm. 75.

Deiecisti eos, dū alleuarentur. Octauo, cōparatur gallinæ, quia sicut gallina statim cantat, cum posuerit ouū: sic superb. statim vult videri, cū fecerit aliquod opus bonū. Nono, comparatur lupo. Dicitur. n. q̄ lupus vno mense viuit de vēto, sic superb. vno mense. i. mensura vitæ suæ, viuit, vel pascitur vento gloriæ mūdanæ, iuxta illud.

Oseæ. 12.

Effraim pascit ventum. i. gloriam mundanam, sequitur æstum tota die. i. superb. est semper famelicus laudis humanæ. Damna verò, quæ superbia facit in hoīe, sunt spāliter quinq;. Primum. n. hoīem aresacit, vt melius accendatur, i. illū sine humore gratię & sine cōpassione efficit,

Eccle. 6.

vnde dicitur. Non te extollas in cogitatione aīæ tuę, & sequitur ibi, vt non derelinquaris vt lignum aridum in eremo. i. in inferno, vbi cōcremabuntur arbores infructuosæ. i. peccatorēs. Scđo, hoīem consumit. i. omne bo

Iob. 18.

num hoīs adnihilat & perdit, iuxta illud. Cōsumit brachia ipsius. i. hoīs sūpbi, primogenita mors. i. superbia, quę est primogenita filia peccati vel diaboli. Tertio, homines infatuat & decipit, cuius signū est, quia superb. pciosa vilipendit. i. gratiam & gloriam, & vilia carē emit, idest gloriam trāsitoriam, iuxta illud.

Hier. 49.

Arrogantia, & superbia cordis tui decepit te. Quartò hominem præcipitat, & ideo hominem ad alta leuat, vt maior & grauior sit ruina, de qua dicitur.

Luc. 18.

Qui se exaltat, humiliabitur. Quintò, hoīem penitus facit infelicem, superb. n. ab eo est infelix, quia de bono semine malam messem colligit, q̄. n. sunt bona alijs, in malum conuertit. De sanitate. n. infirmatur, de vita morit, de medicamine vulneratur, a victo vincitur, a mortuo superatur, atq; occidit. Hoc tīa euenit superbo, qa de dono suo gloriatur, & sic de bono efficitur malus, & de virtute efficitur vitiosus, iuxta illud.

Psalm. 18.

Cōtritio & infęlicitas in vijs eorum, idest superborum. Filiæ vero superbiæ sunt septem, scilicet præsumptio, ambitio, inobedientia, irreuerētia, erubescentia boni, & irrisio bonorum, vel simplicium. Hæc autem peccata, quæ a superbia nascuntur, figurantur per septem annos, quib. filij Israel seruierunt Causantasathaim Regi Mesopotamiæ, Causantasathaim interpretatur tenebrosa iniquitas, per quā figuratur diabolus, qui ex iniquitate tenebrosus est, qui bene dicitur rex Mesopotamiæ. Vana gloria & hypocrisis, quæ dicitur eleuata per superbiam, quia ipsa est rex super omnes filios superbiæ, vt dicitur in Iob.

Iob. 41.

De inuidia. Cap. 4.

Inuidia quid.

INuidia est tristitia alienæ felicitatis, & in aduersitate lætitia. De inuidia nota spāliter tria. s. typū quē gerit, actū quē facit, & fętū quē parit. Inuidia. n. hēt multas similitudines odiosas, est. n. sicut vermis in ligno, rubigo in ferro, tinea in vestimēto. Nā sicut ista rodūt proprium subiectum, & consumunt illud plusquā alia, sic inuidia rodit inuidum, & plus inuidus nocet sibi, q̄ alijs. Scđo est sicut draco, quia sicut draco insidiatur elephantis partui, vt ipsum pungat, mordeat, vel comedat: sic inuidus bono alieno insidiatur iudicio prauę suspitionis, & postea mordet vel pungit aculeo murmurationis, & inficit veneno detractionis. Vnde de inuido dicitur.

Iob. 30.

Frater fui draconū, & socius struthionum. Tertio similis est leproso, Iudæ pditori, & diabolo. Leprosus. n. vellet q̄ nullus esset sanus, & diabolus q̄ nullus esset bonus. Vnde dicitur.

Sap. 2.

Inuidia diaboli, mors intrauit in orbē terrarū. Iudas cōtristatus fuit de effusione vnguenti super Christum, vt habetur in Matth.

Matth. 26

Sic inuidus instar leprosi, & diaboli, dolet de bono pximi, ēt ad modū Iudæ proditoris tristatur de bona fama fratris, & odore virtutis. Vñ magnā iniuriā faceret Dñs inuido, si eū poneret in paradiso, moreretur. n. præ dolore, vbi videret alios gaudere. Quartò similis est inuid⁹ oculo menstruatæ, nam sicut illa inficit speculū cū respicit eum, sic inuidus inficit proximū, cū respicit eius bonum, quoniam omni studio laborat ponere aliquā maculam in proximo. Vnde dicitur.

Eccle. 11.

Bona in mala cōuertit insidiator, & in electis ponit maculam. Quintò, similis est inuidus noctuæ & igni greco. Noctua. n. de nocte videt, & de die excęcat, & ignis græcus in aqua fortius inardescit, siue succenditur: sic inuidia in aquis gratiarū fortius exardescit, vñ deberet extingui & ad modū noctuæ a luce excęcatur, vñ deberet illuminari, sicut Hely, qui nō poterat videre lucernā, donec extingueretur, vt dicitur in lib. Regū.

1. Reg. 3.

Sextò, inuidus similis est aquæ & naui & candelæ serpentinæ. Nā in aqua virga recta apparet tortuosa. Et in naui existētib. cū ipsi fortiter descendunt, vr q̄ montes currāt velociter, & ad lucem cādelæ serpentinę oēs paleę vr̄ esse serpētes.

Cādela serpentina.

Fit aūt candela serpentina de cera tēperata in aqua, in qua serpens coctus est, & post cū candela illa facta de tali cera ardet, vr̄ hoīb. q̄ oēs paleæ & omnes alię cādelę q̄ ibi ardent, sint serpentes, sic inuidus ad modū aquę, recta facit tortuosa, & instar existentiū in naui, qa cum ipsi inuidi ad infernū descendunt, vr̄ eis, q̄ montes. i. viri sancti & stabiles ad damnationem currāt, & ad lucem candelę serpentinæ. s. inuidiæ innocentes & bonos existimāt serpētinos. Oīa. n. in malū cōuertunt, vt dicitur in Eccl.

Eccl. 11.

Bonum in malum conuertit insidiator. Septimò cōparatur inuidus Caym, de quo dr̄.

Gen. 4.

Quicunq; inuenerit me, occidet me, sic inuidū stes fiert oīs homo, quia aut videt bonum in hoīe, & tunc dolet, aut malū & sic gaudet, & sic in omni hoīe peccat, vel moritur p peccatū. Octauò, inuidus cōparatur acrisiæ Sodomorū. i. cæcitati, qua pcussit Dñs Sodomitas, vt dr̄ in Ge.

Gen. 19.

Acrisia aūt est passio, quę aufert iudicium, Et dr̄ ab a qđ est sine, & crisis, quod est iudiciū, quia inuidus non iudicat illa, quæ oportet videre & iudicare. Nono, inuidus similis est, nihilo, pro eo, q̄ dissimilis est tā creatori, quā omni creaturæ, sine bono creato: creator enim cōmunicat bona sua liberaliter, & creatura similiter. Nam videmus in sole, q̄ lumen suum cōicat omnibus creaturis & ignis calorem suum, & sic de alijs, sed in-

uidus non solum non cōicat bona sua, sed etiā (quantum in se est) adnihilat aliena, quia sibi valde displicēt, & ēt cum solus inuidus sit nihil, ita vellet, ꝙ nihil nisi inuidia esset. Dāna inuidiæ sunt specialiter quinq. Primū est, quia claduit viam salutis, & aditū paradisi, est n. blasphemia in spiritumsanctum, quæ non remittitur
Matth. 12 in hoc sæculo, nec in futuro, vt dicitur in Matth. Sunt autē sex peccata in spiritumsanctum, quorum inuidia est vnum. s. inuidentia fraternæ gratiæ, impugnatio veritatis agnitæ, præsumptio de impunitate, obstinatio mētis, desperatio, & finalis impœnitētia. Dicitur. n. peccata in spiritumsanctum. s. quia impugnant gratiā spiritussancti. Secundum est, ꝙ implet hoiem omni malo. Vnde vt plenū doliū vino (quod vulgo dicitur) est ple
Eccle. 14. num vsq; ad oculum: sic inuidus cuius signum est, quia
Matth. 20 malitia inuidi per oculum exit. Nā dicitur in Eccle. Nequam est oculus inuidi, & in Matth. An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Tertium est, ꝙ spoliant hominem omni bono, & causa est, quia odit & impugnat omne bonum. Alia nanq; vitia opponūtur vni virtuti, vt superbia humilitati, luxuria castitati, auaritia largitati, & sic de alijs: inuidia verò (vt dictū est) opponitur omni bono, vnde non tantum dicitur mala, sed
Gen. 37. pessima. Hęc est. n. fera pessima, q̄ deuorauit Ioseph, si
Gen. 4. cut dicitur in Gen. Quartum est, quia facit hoiem penitus immisericordē, sicut patet in Caym, qui ex inuidia non pepercit Abel fratri suo innocenti. Sicut patuit
Gen. 37. ēt in filijs Iacob qui inuidia stimulante, non pepercerunt Ioseph innocenti. Sicut patuit etiam in iudęis, qui non pepercerunt Christo innocentissimo, immo innocentiæ domino: cui⁹ causa fuit inuidia, vt patet in Matt.
Matth. 27 Quia Pilatus sciebat, ꝙ per inuidiam tradidissent eum. Quintum est, quia facit hominem penitus infęlicem, inuidus. n. de bonis aliorum affligitur, & de melioratione deterioratur, de ꝓfectu deficit, de pinguedine marcescit, de sanitate infirmatur, de vita moritur, & ipse amittere se putat, quod alij lucrantur. Et sicut diligentib. Deum omnia cooperātur in bonum, ita inuido oia cooperaotur in malum. Vnde quidam pulcherrime describens inuidū, ait. Pallor in ore sedet, macies in corpore toto, Non recta facies, liuent rubigine dentes: Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno. Risus abest, nisi quem visi mouere dolores: Nec fruitur somno, vigilantibus excita curis, Ingratusq; videt, intabescitque vidēdo: Successus hoium, carpitq; & carpitur vnat Suppliciumq; suum est, qñ fęlicia cernit. Duæ sunt filię inuidiæ. s. tristitia in prosperis proximi, & exultatio in aduersis. q̄ contrariantur specialiter charitati, cuius officium est, gaudere cum gaudētib. & flere cum flētib.
vt dicitur ad Rom. Istę duæ filiæ figurantur per Oola,
Rom. 12. & Ooliba, quod interpretatur tabernaculum meum, quia in persona diaboli dicitur, ꝙ assumpsit septem spi
Matth. 11 ritus nequiores se, & ingressi habitant ibi. s. in inuido.
Ezech. 23. De istis filiab. dicitur alibi. Duæ mulieres filiæ vnius matris fuerunt. s. inuidiæ, quę ipsas ex diabolo cōcepit. Vnde illæ duæ filiæ possunt valde proprie dici diabolicæ, imitantur. n. diabolum patrem suum, qui de bono
Sap. 2. dolet, & de malo gaudet. Ideo dicitur. Inuidia diaboli, mors intrauit in orbem terrarum. Imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius.

De ira. *Cap. 5.*

Iræ diffinitio. IRa est libido vel appetitus vindictæ. De ira nota specialiter tria. s. odiosam eius effigiem, eius ruinosā pniciem, & eius vitiosam propaginem. Ira plures habet adaptationes & figuras, inter quas primo comparatur igni, nam sicut ignis domum ligneam, & omnē materiam aridam accēdit: sic ira accendit præcipue aridos i. homines iracundos, qui carent humore gratiæ. Vnde homo iracundus est sicut homo habens domū ligneā, q mane est diues, & in vespere nihil habet, qa ignis iræ cōbussit sibi domum. i. conscientiam, & per consequēs abstulit sibi quicquid habebat. Scđo, iracundus est similis ollę bullienti, sicut. n. olla bulliendo emittit aquā, & omnia alia, sic iracundus ebulliendo per iram, emittit stultitiam & verba inordinata, iuxta illud. Os fatuo Prou. 15
rum ebullit stultitiā. Tertio, iracūdus similis est apro, nam sicut aper ex furore impingit, & currit contra gladium, sic iracundus currit ad pctm. s. contentionem, iniuriā, & homicidiū. De talib. dr. Pedes eorū ad malum currūt. Et Gre. in pastoral. Mētem impellit furor, quo Prou. 1.
nō trahit desideriū, & agit incommoda velut nesciens, quæ postea dolet sciens. Quarto, iracundus similis est insano, vel arreptitio, qui præcipitat se in ignem vel a- Luc. 9.
quam, sic iracundus in q̄cunq; malitiam. Vnde dr de illo arreptitio, ꝙ vbicunq; apprehendit eum, allidit eū, sic ira iracundū allidit, per impatientiam molestando, & spumat per clamores contendendo vel contēnendo, & stridet dentib. maliciam machinando, & arescit, odium & rancorē concipiendo. Hæc. n. sunt signa iræ & opera iracundiæ. Quinto, iracundus similis est calculo emittenti ignem. Nam sicut calculus pcussus malleo, emittit scintillam, sic iracundus tactus verbo, ostendit impatientiā suam, & sicut calculus non emittit ignem, nisi tangatur aliquo duro, sic multi reputant patientes, q tantum exardescunt in iram, tacti aliquo verbo contumelioso. Dr enim ꝙ lapis calore solutus, in æs cōuer Iob 28.
titur. Lapis, aius durus & lapideus, qui qñ soluitur calore iracundię, statim ad modum æris reddit sonū indignationis & contumelię. Sexto, iracundus similis est rāno. Rānus. n. est quidā frutex spinosissimus, habēs ita duras spinas, ꝙ ad impetū venti emittit scintillas (vt dicit Iosephus) sic iratus pp ventū indignationis emittit scintillas spinosissimæ cōtentionis. Vñ dicitur. Egredia Iudicū 9.
tur ignis de rāno, & deuoret cedros libani. i. superbos & potentes huius sęculi, q spāliter consueuerūt esse iracūdi. Septimò, iracundus similis est vasi vacuo posito iuxta ignē. Videmus. n. ꝙ si vas vacuū & terreū ponatur ad ignē frangitur, si aūt sit plenum aqua, in nullo lęditur, sic hō qui est de sua conditione terreus, si ponatur ad ignē aduersitatis vel tribulationis, statim frangitur p impatiētiam, si sit gra vacuus, si aūt sit gratia plenus nō læditur, & ideo dicitur. Vasa figuli probat for- Eccle. 27.
nax, & hoies iustos, tentatio tribulationis. Dāna irę sūt specialiter quinq;. Primo. n. excęcat rōnis oculū, nam di Psal. 6.
citur. Turbatus est a furore oculus meus. i. rōnis: & per consequens, nō pōt videre iratus quid iustum, vel iniustum, vnde dr. Ira. n. viri, iustitiam Dei non operatur. Iacob. 1.
Et Seneca dicit, ꝙ duo impediunt consilium. s. festinantia, & ira. Scđo, ira facit hominem pronum ad quodcunq; peccatum. Vulgò nanq; dicitur de hoie valde irato, vel accenso, ꝙ oia faceret. Et ideo dicitur. Qui ad in Proue. 19.
dignandum facilis est, erit ad peccandum procliuior. Tertiò, reddit hominem stultum & quasi rabidū. Vñ eo tempore, quo homo est iratus, perit ratio & humanitas in homine, & sic per consequens mutatur homo, & efficitur bestia. Nam homo est animal mansuetum Hō quid.
natura, vt dicit philosophus. De stultitia hoīs iracundi dicitur. Virum stultum interficit iracundia. Quartò, Iob. 5.
aufert homini seipsum, sicut vulgò dicitur, ꝙ hō turbatus vel iratus non est in seipso. Satis aūt damnificatur, Prou. 19
qui perdit seipsum. De tali damno dicitur. Qui impatiens est, sustinebit damnum, scilicet suijpsius. Sic econ Luc. 21.
trario patientia, seruat homini seipsum. Nam dicitur. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Quintò, aufert homini omnem misericordiam & compassionem: ideo dicitur. Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor. Vnde homo iratus fugiendus est, Prou. 27
sicut canis rabidus, & leo concitatus. Filiæ iræ sunt sex, scilicet. Odium, lis, guerra, incendium, homicidium,

Digitized by Google

Ezech. 9. dium, & rapina. Ista sex figurantur in Ezechiele eum
dicit. Ecce sex viri veniebant de via portæ superioris, i.
de superbia, quę est porta ad iram: quæ respicit ad aqui
lonem, i. aduersitatem, qui generat iram vel turbatio-
nem, & vnusquisque vas interitus in manu eius, quia
isti filij & filiæ iracundiæ sunt quasi sex vasa interitus,
vel mortis æternæ.

De Auaritia. Cap. 6.

Auaritiæ diffinitio. AVaritia est immoderatus amor pecuniæ acqui-
rendæ vel retinendæ. De qua nota specialiter
tria. s. Typum ridiculosum, & damnum pericu
losum, & partum perniciosum. Auaritia multas habet
comparationes. Primò enim comparatur auaritia mari
mortuo & inferno. Nam sicut mare nunquam redun-
Eccl. 1. dat, vt dicitur in Eccle. Sic auarus nunquā redundat dā
do eleemosinam, vel faciendo restõnem: licet ad modū
maris omnes fluuios mundi bibat. i. absorbeat oēs diui
tias per cupiditatem. Vnde ratione huius insatiabilita-
tis comparatur mari, & eodem modo morti vel Infer-
no, quia nunquam satiatur illa occidendo, & ille deglu
Abac. 2. tiendo. Vnde de auaro dicitur. Dilatauit quasi infern⁹
animā suam, & ipse quasi mors & nō adimplebitur. Se
cundo auarus similis est talpæ, in quatuor. Auarus. n.
ad modum talpæ est niger per nequitiam, cęcus p igno
rantiam, quot habet possessiones, tot habet tumulos, in
quib. sepelit seipsum per continuam sollicitudinē, quic
quid fodit, ponit supra se, quia de omnib. facit Deum.
Tertio, cōparatur sterquilinio, quia sicut sterquiliniū
congregatū corrumpitur & fœtet, dispersum vero fa-
cit agros fructificare: sic diuitiæ auari quādiu sunt con
gregatę, animam corrumpunt, sed dispersæ pauperib. ip
Luc. 17. sos nutriunt & diuitū peccata redimunt, iuxta illud. Fa
Ezech. 7. citę vobis amicos de māmona iniquitatis. De hoc ster-
quilinio dicitur. Aurum eorum in sterquilinium erit.
Quartò, auarus similis est rotæ molendini, quantum-
cunq;. n. & quotiescunque vertatur, semper tamen in
eodē loco inuenitur: sic auarus, qui nudus in mundum
venit, quantūcunq; laboret, nudus tamen de mundo
Iob. 1. recedit solum. Vnde dicitur. Nudus egressus sum de v-
tero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Quinto, aua-
rus similis est porco. porcus. n. nihil valet dum viuit,
sed quando moritur valere incipit: sic auarus non va-
let aliquid in vita, quia viuens non vult restituere, nec
eleemosynam dare, sed moriens qñque incipit liberalis
esse, de hoc quod non pōt secum portare: quia diaboli
habent animā, vermes corpus, amici diuitias, quia diui
tię deserunt eum, non ipse diuitias, sicut canis sequens
Simile. duos homines, in capite viarum ostendit, quis sit domi
nus eius, quia tunc sequitur dominum suum propriū;
& dimittit extraneum, sic diuitiæ in capite mortis se-
quuntur mundum, & dimittunt auarum. Nam dicit
1. Thim. 6 Apost. Nihil. n. intulimus in hunc mundum, nec dubiū
quia nec auferre quid possumus. Sexto, similis est aua-
rus pixidi perforatæ superius, quæ recipit pecuniam, q̄
nunquam potest reddere, nisi frangatur, sic auarus, &
præcipue vsurarius, pecunias & diuitias haurit, & con
gregat, sed nunquam, nisi morte frangatur, eas restitue
Isaia. 30. re curat. Ideo dicitur de auaro. Comminuetur, sicut cō
teritur lagena figuli, contritione pręualida. Septimo, a-
uarus similis est trūco arboris. Nam sicut dominus, q
habet truncū in horto, pōt inserere ramum cuiuscūq;
generis voluerit, sic diabolus qñ pōt in corde hominis
inserere auaritiam vel cupiditatem, omnia vitia inserit:
quia iam hēt omnium malorum radicem & principiū.
1. Tim. 6. Iuxta illud Apostoli, Radix omnium malorum est cu-
piditas. Octauo, auarus similis est gallinæ, nam gallina
naturaliter surda est in augusto vel æstate, sic auarus
in æstate, id est in statu meriti, vel in tempore gratiæ,
qñ debet colligere bonorū operum messem, ad modū
gallinæ surdus est, quia non vult audire prædicatores.
Vnde auaris dicitur in persona Domini. Vocaui, & re- Proue. 1.
nuistis, &c. Nono auarus similis est apostemati, quod
est proximum cordi, & rei quæ ponitur immediate su-
p pupillam oculi. Apostema. n. tunc est periculosum,
qñ est iuxta cor: sic diuitiæ tunc sunt mortiferæ, quan-
do diligūtur nimio amore. Vnde dicitur in Psa. Diuitię Psalm. 61.
si affluant, nolite cor apponere. Per eandem etiam ratio
nē cōparatur rei, quæ ponitur immediate super pupil-
lam oculi. Nunquam. n. res bene potest videri, quæ ni-
mis est propinqua oculo, ideo auarus male videt diui-
tias, quia nimis prope apponit mētis oculum, & nimis
diligit eas, ideo dicit idem Psal. Oculos suos statuerūt Psalm. 16.
declinare in terram. Damna auaritiæ sunt præcipue no
uem. Primo. n. facit hominem nudum. Vnde dicitur in
Apocalipsi. Dicis quia diues sum & locupletatus, & Apoc. 3.
nullius egeo, & nescis quia tu es miser & miserabilis, &
pauper, & cæcus, & nudus. Nota hic quinq; infortunia
auari: est enim miser, quia diuitias cum labore acquirit:
miserabilis, quia cum timore custodit: pauper, quia cū
dolore perdit: cæcus, quia nihil aliud respicit, & nudus,
quia nullum aliud bonum facit. Secundo auaritia facit
hominem seruum. nam diuitiæ non sunt auarorum, sed
auari sunt diuitiarum. Ideo signanter dicit Propheta ī
Psal. Viri diuitiarum, non virorum diuitiæ. Tertio aua Psalm. 75.
ritia facit hominem stultum: nam stultus nō præcauet
periculo quāuis sit propinquum, sic auarus non fugit
periculum inferni, cum sit ēt morti propinquus. Ideo Luc. 12.
dicitur auaro in Luc. Stulte hac nocte animam tuam re
petent a te, scilicet dæmones, hæc autem quæ parasti,
id est cōgregasti cuius erunt, quia thesaurizat impius, Psalm. 38.
& ignorat cui congregabit ea. Quarto auaritia facit ho
minem abominabilem, vnde dicitur in Ose. Facti sunt Osee. 9.
abominabiles sicut ea quæ dilexerunt. Non enim mi-
rum est, si Deus abominatur auarum, cum ipse tantū
Deum contemnat, quia plus diligit nummum, vel obo
lum quam Deum, cuius signum est, quia pro obolo a-
liquando non veretur mentiri, nec vult dare obolum
pauperi pro amore Dei. Quinto facit insatiabilem. Vn
de auarus comparatur hydropico, qui bibit & nunquā Ecclef. 5.
satiatur. Vnde dicit Ecclesiastes. Auarus non implebi-
tur pecunia. Sextò facit hominem insatiabilem, vel so-
litarium, sicut aues rapaces volant non congregatim,
sed solitariæ, sic auarus semper est solitarius, quia nun-
quam vult socium in pecunia. Vnde de auaro dicitur
in Ecclesiast. Vnus est, & secūdum non habet. Et ideo Eccle. 4.
sua est hæc maledictio, quæ ibidem scribitur. Væ soli
quia si ceciderit, &c. Septimo facit hominem obliuio-
sum proprię salutis, & in signum huius Manasses & Ef
fraim fuerunt fratres, vt habetur in Gen. Manasses in- Gen. 41.
terpretatur obliuio; Effraim fructificans, vel crescens,
& figurat auarum qui est crescens. Effraim, id est in di-
uitijs, & est Manasses, quia scilicet obliuiscitur ꝓpriæ
salutis. Octauo facit hominem angustiosum, nam dici
tur in Ecclesiast. Labor stultorum affliget eos, ideo di Eccle. 10.
uitiæ dicuntur spinæ in Luc. quia cruciant possidentes, Luc. 18.
sicut videmus, quòd spina in pede non sinit hominem
quiete dormire. Nonò facit hominem tempestuosum,
nunquam enim cupidus vel auarus potest habere, nec
in conscientia, nec in domo propria pacem. Vnde di-
citur in Prouerbijs. Conturbat domum suam, qui se- Prou. 15.
ctatur auaritiam. Est enim talis sicut canis, qui dum ro
dit os, irascitur omni appropinquanti sibi, siue sit ex-
traneus siue notus, quia vulgo dicitur, quòd canis non
vult socium in coquina. Filiæ autem auaritiæ sunt
duodecim, scilicet vsura, rapina, latrocinium, talliæ in
iustæ, fraus negociatorum, deceptio aduocatorum,
acceptio munerum, simonia pro promotione con-

Digitized by Google

ſanguineorum,peccata Anachoritarum,i. illorum qui
promouentur fauore & potentia principum,fraus mer
catorum,auaritia ſcientiæ,& iniquitas luſorum.Iſta.n.
peccata quę generat auaritia, figurātur per duodecim
Gene. 17. duces,quos Iſmael generauit,Iſmael.n. erat idolatra ,
Eph. 5. & figurat auarum.De quo dicitur ad Epheſ. Auaritia
eſt idolorum ſeruitus.Filij eius rectè dicuntur duces ,
quia fere totus mundus regitur & ducitur iſtis duode
Iſa. 56. cim peccatis,quę ex auaritia naſcuntur.Nam dicit Iſa.
Omnes in viam ſuā declinauerūt,vnuſquiſq; ad auari-
Hier. 6. tiam a ſummo vſque ad nouiſſimum.Et in Hierem. di
citur,quod a minori vſque ad maiorem omnes auari-
tię ſtudent.

De Accedia. Cap. 7.

Acedia qd & tria de illa notanda.

ACedia eſt paruus amor boni,cum tędio & in-
ordinati animi triſtitia,& impatientia rei diui-
nę.De acedia nota ſpāliter tria.ſ.typū turpiſſi-
mum,damnum grauiſſimū,& partum viliſſimum.Ace
dia habet multas figuras,& ſimilitudines deteſtandas.
Primò cōparatur acedia ſalicib.quę ſunt arbores infru
ctuoſę,& ſolū faciunt vmbrā,ſic acedioſi & ocioſi nul
lū faciunt fructū,ſed ſolum vmbram Diabolo, & refri
Iob. 40. gerium.Vnde dicitur de diabolo in Iob. Circūdant eū
ſ.diabolum,ſalices infructuoſę.Scd'o comparatur ace-
dia febri ethicę,vel pthiſicę , vel laſſę, vel paralyſi.Fe-
bris ethicæ vel pthiſicæ, fit ex conſumptione humoris
naturalis,ſic acedia fit,quia deficit humor diuinę dile-
ctionis,& deuotionis.Similiter febri laſſę comparatur,
nam febris huiuſmodi,vix aut nunquam curatur,ſic pi
ger vel ocioſus , cum ſit ſemimortuus,vix corrigitur.
Eccle. 10. Eſt.n.languor, de quo dicitur in Eccl. Languor proli-
xior grauat medicum. Comparatur ēt paralyſi, quę fa
cit membra arida & impotentia:ſic acedia facit pedes
impotentes ad ambulandum,manus ad operandum,&
membra omnia ad laborem pęnitentiæ ſuſtinendū.Vn
Pſalm. 13. de de talib.dicitur in Pſal.Manus habent,& non palpa
bunt,pedes habent,& non ambulabunt. Tertio cōpa-
Iud. 1. ratur Adonibezech,de quo dicitur . Quod amputauit
manus & pedes ſeptuaginta regib. Adonibezech.n.in-
terpretatur dominator egeſtatis,& ſignificat acediam,
quæ facit ſubditos ſuos egentes & inopes: nam dicitur
Proue. 10. in Prouerb.Egeſtatem operata eſt manus remiſſa,i.pi-
gra.Iſte Adonibezech amputat manus & pedes Regi-
bus,quia ad literam,Reges & p̄lati volunt viuere nunc
Eccle. 48. ocioſi,vel Reges dr̄ viri religioſi,iuxta illud Eccleſia.
Qui vngis Reges ad pœnitentiam. Religioſi quidem
deberēt ſe, & alios regere p vitam & doctrinam,ſed a-
Canis famelic⁹ acediosus. liqui habent manus & pedes amputatos per acediam.
Quarto comparatur ocioſus cani famelico,huiuſmodi
n.piger,& ocioſus ad modum canis eſurit,& omnes ſē
Pſalm. 58. ſus vniuerſalem famem patiuntur,iuxta illud Pſal. Fa-
mem patientur vt canes,os.n.eius eſurit cibaria delica
ta,lingua verba vana,manus vilia, cor honores , auris
Proue. 21. rumores,& oculi vanitates,ideo dicitur in Prouerbijs.
Deſideria occidunt pigrum.Quinto comparatur ocio
ſus vel piger ferro,terræ , & aquæ,& veſti,ſcholari ne-
gligenti,homini ſtanti & non ambulanti,iſtis.n.ſex ea-
dem ratione adaptatur.Ferrū quidem quod non tracta
tur,cito rubiginatur,terra quæ non colitur , malas her
bas generat:aqua q̄ non mouetur,citò corrumpitur:ve
ſtis quæ non portatur,de facili a tinea corroditur,ſcho
laris negligens qui nō addiſcit,de neceſſitate nihil ſcit;
homo ſtans qui non vadit,facilius cadit,quam ille qui
ſp.incedit,ſic acedioſus,quia non exercet ſe in aliquo
bono opere,ideo ſuccumbit vitijs,& vincitur tentatio
ne,vnde dicit Hier.ad Ruſticum monachum. Semper
aliquid boni facito,vt te Diabolus non inueniat ocio-
ſū,facilius.n.diabolus occupat illos,quos in bono ope
re non inuenit occupatos.Nā immundus ſpiritus cum
inuenit domū vacantem,ſcilicet per acediam , aſſumit
alios ſeptem ſpiritus nequiores ſe,id eſt vniuerſa vitia ,
& ingreſſi habitant ibi,vt dicitur in Matth.Sextò com
paratur ocioſus & piger Letargico , qui moritur dor- Letargic⁹.
miendo,ſicut Syſara,de quo dicitur φ ſoporē morti ſo Iunicū. 4.
cians,defecit,& mortuus eſt.Et ſicut vulgo dicitur φ
nimis fortiter & profunde dormit ,qui culcitrā ſibi ſu-
rari permittit:ſic piger nimis oppreſſus eſt ſomno ace-
diæ,qui permittit ſibi furari culcitram,id eſt quietē bo
næ conſcientiæ. Damna acediæ ſunt ſpecialiter ſeptem.
Primum eſt paupertas,quæ facit hominem egentem tā
corporaliter,quā ſpiritualiter,ideo dicitur in Prouerb. Pro. 10.
Egeſtatem operata eſt manus remiſſa,& in Matth.dici Matth. 25
citur de ſeruo pigro.Tollite ab eo talentum , quia vere
talentum gratię meretur amittere , qui illud negligit
multiplicare.Secundum eſt vtilitas , facit enim acedia
hominem vilem:vnde dicitur in Eccleſiaſtico.Io lapi-
de luteo lapidabitur piger.Lapis luteus poteſt dici pec Eccle. 22.
catum immūdum,ad quod acedia facit hominem pro-
num.Tertium eſt timor,vel puſillanimitas:facit n.ho-
minem pauidum & puſillanimem ad modum leporis,
vnde dicitur in Prouer.Timor deijcit pigrum.ſ.de ca- Prou. 18.
cumine virtutis.Quartū eſt ſpiritualis corruptio.cor-
rumpitur.n.ad inſtar aquæ non motæ,ideo dicit Hier.
Moab non eſt trāſfuſus de vaſe in vas.Moab interpre- Hiere. 48.
tatur acedioſus , qui de vaſe in vas non eſt transfuſus,
quia in bonis operibus non eſt occupatus. Quintum
eſt vitiorū accumulatio.replet.n.acedia hominem vni
uerſis vitijs.Nam dicitur in Prouer:Per agrum homi- Prou. 24
nis pigri trāſiui,& ecce totum repleuerant vrticæ. Vr-
tica rectè figurat acediam,nam vrtica habet molle fo-
lium,ſed in folio habet aculeum pungitiuum:ſic acce-
dia ad modum vrticæ , habet in mollicie remiſſionis
aculeum pungitiuæ tentationis,ſicut aſinus libenter pa
ſcitur huiuſmodi pungitiuis .i. cardonibus , ſic piger
libenter paſcitur huiuſmodi pungitiuis, ideſt delecta-
tionibus peruerſis,quaſi aculeatis.Sextum eſt expro-
brabilis accuſatio,facit enim acedia hominem expro-
bratione dignum,vnde dicitur in Prouerb. Vſquequo Proue. 24.
piger dormies?Et ideo ad confuſionem ſuæ negligētię, & 6.
mittitur ocioſus in ſchola formicæ ad diſcendum.Iux-
ta illud quod ſcribitur in Prouer. Vade ad formicam ò Prou. 6.
piger.Et ſatis eſt homini magna confuſio, φ oporteat
eū addiſcere a tam paruo & deſpecto magiſtro:Et no-
ta,φ pigritia vel negligentia eſt præcipue reprehenſi-
bilis in decem caſibus.Primo quādo eſt magnum iter,
& tempus breue.ſic nos habemus magnū iter.ſ.vſque
ad cœlum.Iuxta quod dictum eſt Eliæ.Grandis.n. re-
ſtat tibi via,& tēpus eſt valde breue.ſ.vita noſtra, quę 3.Reg. 19
eſt quaſi tranſitus vmbrę,vt dicitur in libro Sapientię. Sap. 2.
Secundò eſt reprehenſibilis negligentia , quando quis
expectatur a magiſtris,& pigritat venire,ſic nos pericu
loſe pigritamus,qui expectamur ab angelis, & ſanctis.
Tertio quando quis vocatur ad magna,ſic nos pigrita
ri eſt periculoſum,quia vocamur ad magna.ſ.ad regnū
cœlorum , Quarto quando multa impedimenta ſunt
in via,ſic nos nullo modo debemus pigri eſſe, quia viā
noſtram impediunt tentationes diuerſæ.Quinto quan
do res impignorata non redimitur in termino , ſic no-
bis periculoſum eſt,ſi negligamus animam redimere ,
quæ eſt impignorata diabolo per peccati delectatio-
nem . Sextò quando præſcriptio eſt prope terminum
ſuum, ſic nobis eſt valde periculoſum , cum diabolus
præſcripſerit hominem ſeu animam per peccata mul-
to tempore , ſi non inquiratur eius præſcriptio,ſci-
licet lachryma , confeſſione, & oratione , & hoc ante
terminum præſcriptionis, ſcilicet ante diem mortis ,
quia dicitur in Eccleſiaſtic. Ante mortem confite-
re, Et iterum. Viuus & ſanus confiteberis . Septimo Eccl. 17.
quando

Digitized by Google

quando quis cecidit in turpem locum, turpis.n.locus in quem cecidimus est peccatum, quod est quid turpissimum, & ideo non debemus esse pigri ad surgendum. Octauo quando magnum donum offertur, hoc donũ est diuina gratia, & si illud negligimus accipere, hęc negligẽtia est valde periculosa. Nono, quando quis est in magno periculo, nisi ei succurratur, est valde periculosum ei, sic negligentia valde periculosa est homini pigro, nisi cito animæ succurrat, quæ est in periculo infernalis præcipitij.

Cõparatio optima o-gatoria.

Decimo quando tempus est plantandi arbores, & non plantantur, putandi vineas, & nõ putantur, seminandi agros & non seminantur, metendi messes, & non metuntur, domandi animalia, & non domantur, curandi vulnera, & non curantur, lauandi vestes, & non lauantur, saliendi carnes, & non saliuntur. In omnibus istis valde periculosa pigri negligentia; & merito sunt reprehensibiles, qui in istis specialiter sunt negligentes: est.n. modo tempus ad omnia prędicta specialiter facienda, nunc enim est tempus plantandi per charitatis radicationem, putandi per peccatorum confessionem, serendi per eleemosynarum largitionem, metendi per bonorum operum accumulationem, domandi animalia per carnis mortificationem, curandi vulnera per pœnitentiæ medicationem, lauandi vestes per lachrymarum effusionem, saliendi carnes per continentiæ satisfactionem. Hæc.n. decem prædicta sunt, quæ

Apocal. 1.

oportet fieri cito, vt dicitur in Apocalip. Filiæ acediæ sunt quindecim. Tepiditas, mollicies, somnolentia, ociositas, dilatio, tarditas, negligentia, imperseuerantia, remissio, dissolutio, ignauia, indeuotio, tristitia, tædium vitæ, desperatio. Hæc quindecim peccata quæ nascuntur ex acedia, figurantur per quindecim cubitos, quibus ascendit aqua diluuij super mõtes vniuersos; sicut enim aqua diluuij submersit mundum, sic acedia suffocat ociosum: & sicut tunc quindecim cubitis super omnes montes effluxit aqua, sic ex acedia quindecim generantur peccata. Ideo nota ꝙ contra prædicta peccata, summum remedium est diuersitas occupationum.

Figura de q̃decim cubitis q-bus ascen-dit aqua diluuij super montes.
Gene. 7.

Remediũ cõtra ace-diam.

De Gula. Cap. 8.

GVla est immoderatus appetitus edendi, & potãdi. De gula nota specialiter tria. s. typum reprobandum, damnum lamentandum, & partum detestandũdum. Gula multis rebus detestabilibus comparatur. Primo est squinantiæ similis, nã squinantia est morbus gutturis, & citò suffocat hominem: sic gula, quę ad literam est gutturis vitium, faciliter strangulat hominẽ per peccatum, vnde dicitur in Ecclesiast. Propter crapulam multi obierunt morte quadruplici, s. morte naturę, culpæ, infamiæ, & gehenæ. Secundo comparatur morbo regio, nam ille morbus requirit magnas expensas, & inde dicitur regius, quia soli Reges & homines potentes, possunt specialiter sufficere ad expensas tã grandes; sic gulæ vitium est tam magnarum expensarum, ꝙ vix potest ei aliquid sufficere. Nã dicitur in Ecclesiast. Omnis labor hominis est in ore suo, id est, quicquid ex labore acquirit, ore suo gulose consumit. Tertio cõparatur bolismo, nam bolismus est caninus appetitus, qui interficit hominem gulosum, quia non potest satiari. sic gula maledicta, ad modum appetitus canini interficit gulosum, qui nũquam potest satiari: vnde dicitur in Prouerb. Venter impiorum insaturabilis. Quarto cõparatur gulosus sacco pertuso vel perforato in fundo, q quantumcunque ex vna parte accipit, tantum ex altera parte perdit, talis saccus est gulosus homo, qui ex vna parte habet coquinam ad implendum ventrem, & ex altera latrinam ad euacuandum: & satis est miser homo, qui semper est deditus tam vili officio. Vnde dicitur. Qui mercedes congregauit, & misit eas in sacco pertuso.

Squinãtia quid.
Eccle. 37.
Morb. regius.
Eccle. 6.
Bolismus quid.
Prou. 13.
Aggei. 1.

Quinto gulosus comparatur porco, nam porcus est animal deditum gulę, diabolus autem nutrit & impinguat porcos & Bachones suos, s. gulosos, vt postea ad fumum inferni ponit eos, vt in ęternum deuoret & pascatur. Vnde dicitur in Matth. Si eijcis nos hinc, mitte nos in porcos. i. in gulosos. Sextò cõparatur gula freno, nam sicut sessor ducit equum quocunq; voluerit, postquam ipsum infrenauit, sic gula ducit gulosum ad omne peccatum, ex quo homo vitio gulæ infrenari se permittit. Ideo de guloso dicitur in Psal. In chamo & fræno maxillas eorum constringe. Septimo gulosus cõparatur Esau, qui pro cibo lenticulæ vendidit primogenita sua, sic gulosi pro gula vendunt pręmia æterna. Nã dicitur in Trenis. Dederunt quęque pretiosa pro cibo. Octauo cõparatur pisci & aui, nam sicut piscis per guttur capitur cum hamo, & auis per collum cum laqueo tenetur, sic gulosus per guttur & collum capitur, gulæ vitio. Et præcipue inter aues, gulosus similis est auibus pinguibus propter tria specialiter. Primo quippe quia auis pinguis non potest multum alte volare, sic gulosus, nec cœlestia desiderare. Item auis pinguis, sicut sũt coturnices, in vindemijs quando sunt bene pingues, de facili capiuntur ab accipitre, sic homines dediti gulæ, facile vincũtur a tentatione. Item sicut auis pinguis s. accipiter, quando est bene satur, non vult venire ad manum Domini, quantuncunq; sibi ostendantur carnes, sic gulosi fugiunt manus Dei, quantuncunq; ostẽdat eis carnes rubeas. s. benedictę passionis Christi. Nã in Deut. dicitur de guloso. Incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum. comparatur gulosus cani, qui ducit cæcum in lutum. Nam canis ducens cæcum, propter id quod videt in luto, ducit cæcũ in lutum: sic gula ducit gulosum in lutum. i. in immunditiam peccati. Et ideo suadet sapiens. Post concupiscẽtias tuas non eas. Damna gulę sunt specialiter sex. Primum est mentis brutalitas quantum ad rationis defectum. Nam dicit Petrus. Hi, s. gulosi, sunt velut irrationabilia pecora, & etiam quantum ad defectum compassionis, nulla.n. compassione mouetur gulosus ad pauperem, & afflictum, ac si esset animal brutum. Vnde dr̃ in Amos. Bibentes Vinum in phiala, nihil compatiebãtur super contritione Ioseph, id est pauperis. Exemplũ de diuite epulone, qui non est compassus Lazaro, cui tamen compatiebantur canes, eius vlcera lingendo. Secundum est corporis infirmitas, Nam dicitur in Ecclesiastico. In multis escis non deerit infirmitas, & etiam mors triplex. s. naturę, culpę, & gehennę. Tertiũ est oris loquacitas, sicut patet de Herode, qui in conuiuio temere promisit, & iurauit saltatrici puellę, se daturum quicquid peteret, & ad petitionem eius pręcepit amputari caput Ioannis Baptistæ, vt dicitur in Marco. Quartum est inopia rerum, exemplum de filio prodigo, qui dissipauit omnia bona sua, quousq; fuit ita pauper, ꝙ cupiebat de siliquis porcorum satiari, quę idem sunt ꝙ furfur secũdum aliquos, & secundũ alios, cortices fabarum. Quintum est carnis luxuria, nam ex vicinitate mẽbrorum. s. ventris & genitalium, intelligitur confœderatio vitiorum. Ideo dicit Hieronym. Saturaui eos, & mœchati sunt. Sextum est cordis stultitia, vnde dicitur in Prouerbijs. Quicunque his delectatur, non erit sapiens. & Oseas dicit, quòd vinum & ebrietas auferunt cor. Filię gulę sunt duę, scilicet castrimargia, & ebrietas. Castrimargia est excessus in cibo: Et dicitur a castro & mergo, gis, ideo quòd omnia mergit in castro ventris. Ebrietas est excessus in potu, & dicitur ebrietas, quasi extra briam, nam bria dicebatur antiquitus calix vel poculum, qui erat mẽsura potus, nam vinum dabatur ad mensuram. Et istę duę filię sunt illę filię, de quibus dicitur in Prouerbijs. Sanguisugę duæ sunt filię dicentes: Affer Affer. Sanguisuga dicitur venter,

Matth. 8.
Psalm. 31.
Gene. 25.
Tren. 2.
Comparatio omniũ pulcherrima.
Deut. 32.
Eccle. 18.
2. Petri. 2.
Amos. 6.
Luc. 15.
Eccle. 43.
Mar. 6.
Hier. 5.
Prou. 20.
Oseæ. 4.
Etymologia, castrimargiæ, & ebrietatis.
Prou. 30.

quia ad modum sanguisugæ citius obruitur quam satiatur, vt dicit Bern. Huiusmodi ergo sanguisugæ scilicet ventris duæ sunt filiæ, scilicet castrimargia & ebrietas, dicētes affer affer. Nā castrimargia dicit affer cibū, ebrietas dicit affer potum, vna vult aliquātulum comedere post potum, & alia aliquantulum bibere post cibum, & sic in infinitum.

De *Luxuria*. Cap. 9.

LVxuria est immoderatus appetitus secundum tactum. De luxuria nota specialiter tria. s. ꝙ habet typum odiosum, damnum remorsiuum, & partū perniciosum. Luxuria habet multas figuras detestabiles, & similitudines odiosas. Primo. n. comparatur gehennæ: nam in gehenna sunt specialiter tria. s. ignis ardens, vermis rodens, & sulphur fœtens. sic in peccato luxuriæ est ignis concupiscentiæ, vermis. s. remorsus cōscientiæ, & sulphur. s. fumus infamiæ;. & ideo qui est in peccato luxuriæ, iā quodammodo est in supplicio ge-

Mar. 5.

henna. Vnde dicitur in Matth. Expedit tibi. s. o luxuriose, vt pereat vnum membrum. s. illud vilissimum, & innominandum, quam totū corpus tuum mittatur in gehennam. Secūdò comparatur luxuriosus fatuo mercatori, qui rem pretiosam dat pro vili pretio, sic luxuriosus dat pro vili pretio. s. pro peccato. Vnde dicitur in

Pro. 6.

Prouerbijs. Precium scorti vix est vnius panis, mulier autem preciosam animam viri rapit: & facit magnam iniuriam iste fatuus mercator Christo, qui charissime emerat animam eius. Debuisset. n. dixisse Diabolo, qui emit animas ad tam vile precium, non possum tibi vendere animam meam, quia alius. s. Christus satis maiori

1. Cor. 6.

pretio emit eam, Iuxta illud quod dicit Apostolus. Empti. n. estis pretio magno. Iste. n. fatuus mercator. s. luxuriosus, qui ita magnum forum fecit de mercib. suis, non est mirum, si cito amisit capitale suum. & ideo inter omnes peccatores, luxuriosus veniet ad iudicium pauperrimus, nam ipse vendidit & destruxit quidquid habebat, s. Deum & sanctos, animam, famam, gloriam, substātiam. & gratiam. Tertio comparatur luxuriosus

Pauperrimus inter omnes apparebit luxuriosus ī iudicio.

Gene. 7.

coruo, qui cadauerib. adhæsit, vt dicitur in Gene. Sic facit luxuriosus, quia dimissa arca continentiæ, & castitatis, adheret cadauerib. i. delectationib. immūdis. Quartò luxuriosus comparatur fatuo bellatori. s. inermi, qui vix cauet hostem suum, quando ipsum melius videt armatū. Arma nanq; Diaboli sunt mulieres, illæ. n. sunt balistæ Diaboli de longe infigentes. Tunc. n. fatuus est luxuriosus, qui non curat hostem suum fugere, sed attēdit pulchritudinem balistæ. Similiter mulier cōpta & pulchra cum suis ornamentis, est gladius Diaboli bñ scindens, & bene limatus. Luxuriosus est tantum infatuatus, & attentus circa pulchritudinem istius gladij, ꝙ non curat fugere ictū inimici sui. Similiter mulieres sunt castra in quib. diabolus ponit vexilla. i. diuersa paramenta. Luxuriosus nimis appropinquat ad castrum vbi videt arma diaboli: quia non cauet, percutitur & iaculatur, tantum tactus est pulchritudine vexillorum.

Mulier est arma, balista, gladi⁹ & castrū diaboli.

Iudi. 9.

Vnde bene figuratur luxuriosus p Abimelech, de quo dicitur. Quod veniens ad opidum Abimelech, appropinquauit ad turrim, & ecce vna mulier fragmē molæ de sup caput eius iaciēs, cōfregit caput eius, cerebrūq; effudit. Abimelech iste nimis appropinquās ad turrim, est homo luxuriosus, incaute appropinquas ad mulierē. Fragmē molæ qđ mulier iecit, & Abimelech interficit, est tentatio q̄ a muliere procedit, & miserum luxuriosum interficit. Quinto comparatur luxuria sagenæ; nā sagena oē genus pisciū capit, nec facit aliquā drīam, sed quicquid inuenit apprehēdit, sic peccatum luxuriæ fere totum mūdum inuoluit. Nam dicitur de diabolo,

Figura pulcherrima.

Abach. 1.

qui piscatur cum hac sagena. Totum in hamo subleuuit, totum traxit in sagena sua. Sexto comparatur luxuria igni Græco: Ignis. n. græcus horribiliter ardet, & aquas comburit, & vix pōt extingui. sic ignis luxuriæ, et in frigidis & mortificatis ardet, & fere omnia deuorat.

Ignis græcus.

Iob. 21.

Nam dr̄ de luxuria. Ignis est vsq; ad consumptionem

Ioel. 1.

deuorās. Et in Iohel. Ignis. s. luxuriæ, comedit speciosa deserti. i. pulchros viros & mulieres huius mūdi. Et nota, ꝙ ignis iste græcus, consueuit extingui cum duob. s. cū arena, & cum aceto, quia luxuria habet ista duo magna remedia, arenam. i. considerationem instuctuositatis huius mundi, & acetum. i. acrimoniam, & austeritatē pœnitentiæ. Septimò cōparatur luxuriosus equo: nā equus nihil valet sine calcaribus & freno, sic homo nisi habeat frenum continentiæ cum calcaribus pnīæ, efficitur inutilis ad modum equi non frenati, propter luxuriæ lasciuiā. Ideo dicitur in Psal. Nolite fieri sicut equus

Psalm. 31.

& mulus, &c. Octauo cōparatur luxuriosus naui, quæ a natura sine vllo gubernatore ducitur, sed solū aquæ fluxum sequi permittitur, Iuxta illud quod vulgo dicitur. Qui vadit ad votum suum, vadit ad dolorem suū. Nauis. n. nunquam per se ad portum ducitur, nisi recte a nauta ducatur, vel regatur. Caro nostra est nauis, & spiritus est nauta: sed nunquam caro veniet ad portū salutis, nisi a spiritu ducatur gubernaculo virtutis: immo sequeretur fluxum aquæ. i. impetum luxuriæ, & tādem præcipitaret hominem in mare Oceanū dānationis eternę. In figura huius dicitur in Matt. ꝙ nauicula

Caro nostra est nauis, spirit⁹ vero nauta.

Matth. 8.

operiebatur fluctibus, quia vere caro nostra mergeretur fluctibus tentationis, nisi adesset auxilium diuinæ virtutis. Nono comparatur luxuria stercori, & luto propter vilitatem, nam sicut porcus souetur in luto, & equus iacet in proprio fimo, sic luxuriosi perseuerantes Interdū moriuntur in proprio peccato. Et ideo dicitur

Ioel. 1.

in Ioele. Computruerunt iumenta in stercore suo. Sup quo dicit beatus Greg. Iumenta in stercore suo putrescere est luxuriosum in fœtore luxuriæ vitam finire. Damna luxuriæ sunt sex. Primo. n. hoīem ducit ad maximam paupertatem, aufert siquidem gloriam & gratiam, & propriam substātiam. Vnde dicitur, ꝙ filius

Luc. 15.

pdigus, p quem luxuriosus figuratur, dissipauit substantiam suam in meretricibus, viuendo luxuriose. Secūdo deijcit in pessimam seruitutem, facit. n. ꝙ turpior & vilior pars quæ est in hoīe, dominatur ei. Hęc seruitus figuratur per seruitutem Aegypti, quæ erat seruitus luti

Exo. 1.

& lateris, vt dicitur in Exo. per q̄ bene intelligitur luxuriæ, quę est seruitus lutosę delectationis. Tertio proijcit hominem in maximā vilitatem, quia hoīem (qui similis est Deo & Angelis) facit esse parem brutis. Vn-

Psalm. 48.

de dicitur in Psal. Homo cū in honore esset, non intellexit. s. ꝙ ad imaginem Dei creatus sit, cōparatus est iumentis insipientib. & similis factus est illis. Quartò luxuria priuat hoīem omni rōne, sicut animalia bruta turpiter infatuat, sicut patet in Salomone, q tātę fuit sapiē-

3. Reg. 11.

tiæ, & tñ de ipso dicitur, ꝙ deprauatū est cor eius pp mulieres. Quinto hominem acriter mortificat, occidit

Eccl. 7.

n. triplici morte. s. morte culpæ, morte infamiæ, morte gehēnę, & ideo dicitur in Eccle. Inueni amariorē morte mulierē. Mors. n. naturę simplex est & trāsitoria, sed mors luxurię multiplex est & sempiterna. Sexto hominem fortiter illaqueat, vnde dicitur etiam in Eccles. de muliere. Laqueus venatorum est, idest, Dęmonum, qui venantur animas peccatorum, sagena cor eius, vincula sunt manus illius. Et nota hic de muliere triplex genus capturę, scilicet. Laqueum quo capiuntur volatilia, sagenam qua capiuntur natatilia, & vincula quibus capiuntur animalia siluestria & terrestria. Luxuria vero capit volatilia, id est superbos, natatilia, i. delitiosos, & animalia terrestria, id est auaros, & sic fere nihil sibi euadit. Filiæ luxurię sunt quinque, scilicet fornicatio, quæ est cum muliere soluta, adulte-

Eccles. vt supra.

Triplex laqueus mulieris.

Filiæ luxuriæ.

rium,

Digitized by Google

Figura pulcherrima. rium, quod fit cum coniugata: stuprum, quod est cum virgine, vel religiosa, & incestus, qui est cum affine, vel consanguinea, & peccata contra naturam. 4. Reg. 6. Istis quinque filiabus habetur in figura in quarto Regum: vbi dicitur quod quarta pars cabi stercoris columbarum, quinque argenteis vendebatur: Stercus columbæ, quæ est auis luxuriosa, figurat immunditiam luxuriæ: quinque argentei quibus stercus emitur, vel venditur, sunt ista quinque peccata, quibus delectatio luxuriæ procreatur: & bene quarta pars stercoris emitur quinque argenteis, quia cum quatuor sint in peccato luxuriæ. s. cogitatio, delectatio, consensus, & operatio, vnum solum de illis, s. delectationem. s. quartam partem peccati præcipue emit, & procurat luxuriosus. Ab his omnibus vitijs supradictis nos clementer absoluat, & potenter eripiat, pater & filius, & Spiritus sanctus. Amen.

TITVLVS SECVNDVS SECVNDA DIETA.

De Pœnitentia, & eius partibus, & primo de ea in genere. Caput Primum.

POst tractatum de vitijs, sequitur tractatus de pœnitentia, quæ est secunda dieta salutis, s. a peccatis ad pœnitentiam peruenire. Et nota primo de pœnitentia spiritualiter tria, scilicet laudes multifarias, partes necessarias, & partes meritorias. Vel per alia verba: laudes eius figurales, eius partes integrales & eius partes virtuales. Laudes eius monstrat multiplex eius figura, & comparatio. Partes eius integrales sunt contritio, confessio, & satisfactio. Partes eius virtuales sunt ieiunium, eleemosyna, & oratio. Habet igitur pœnitentia laudes multiplices, secundum diuersas ipsius figuras, & comparationes. Comparatur autem primo specialiter tribus. Est enim pœnitentia sicut aqua calida contra canes, sicut clamor contra fures, sicut arma contra hostes. Est itaque pœnitentia sicut aqua calida contra canes, & maxime quantum ad contritionem, sicut enim cum aqua calida eijcitur canis de coquina, sic cum aqua lachrymarum feruentium, eijcitur Diabolus & peccatum de anima. In cuius figura dicitur in Gen. Anna inuenit aquas calidas primo in deserto. Anna qui interpretatur donatus, vel sanctificatus, signat pœnitentem, aquæ calidæ. i. lachrymæ, monstrant pœnitentis contritionem, solitudo vero in qua aquæ calidæ inueniuntur, designat vitam solitarij pœnitentis seu mundificationem, vel meditationem. De qua Amb. Lachrimæ lauant delictum, quod voce pudor est confiteri. Iste Anna, qui inuenit aquam calidam, cum pasceret asinos patris sui sacerdotis. comparatur aut pœnitens arbori, cuius radix est contritio, frondes confessio, & flores sancta deuotio, fructus bona opera, humor gratiæ diffusio. Vel dicuntur pœnitentes radicati in Christo per humilitatem, extensi per charitatem, operti cortice per austeritatem, dantes vmbram alijs per bona exempla, & consilia. Vnde dicitur in Apoc. Nolite nocere terræ, & mari neque arboribus. Hæ arbores sunt oliua, vitis, & ficus: oliua, actiui misericordes: ficus contemplatiui claustrales, vitis sancti prædicatores & in libro Iudicū dicitur. Ficus noluit regnare super ligna syluarum, i. super homines infructuosos. Est etiam pœnitentia sicut clamor contra fures quantum ad confessionem: nam sicut ad clamorem fugiunt

Pœnitētiæ laudes.

Gen. 36.

Figura pulcherrima.

Apoc. 7.

Iud. 9.

fures, sic pœnitentis clamosa confessio vel oratio, fugat dæmones. Vnde in figura huius dicitur in libro primo Machabæorum. Quod timore Iudæ, qui interpretatur confessio, repulsi sunt inimici eius. Est insuper pœnitentia sicut arma contra hostes, maxime quantum ad satisfactionem, nam satisfactio pœnitentis sicut ieiunium, & eleemosyna sunt quædam pœnitentis arma. Nam dicit Apostolus. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed supple carnem macerantia. De eleemosyna dicitur in Ecclesiast. Super scutum potentis, & super lanceam pugnabis aduersus inimicum tuum. Item pœnitentia est turbatiua instar maris, accensiua instar ignis, & conclusiua instar sepis. Est itaque pœnitentia sicut quædam maris turbatio, nam sicut mare non emittit immunditias nisi sit turbatum, sic anima mea non emittit peccatum, nisi in se habeat pœnitentiæ, & contritionis conturbationem & motum. Vnde de pœnitentia dicitur in Threnis. Magna est velut mare contritio tua. Est etiam pœnitentia sicut quædam ignis ascensio: nam sicut ignis producit fumum de viridibus lignis, sic virtus pœnitentiæ de peccatoribus educit fumum contritionis: & sicut ligna viridia reddūt aliquem humorem per virtutem ignis, sic peccatorum oculi, eructant virtute pœnitentiæ humorem lachrymosæ compunctionis. Nam dicitur in Psal. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Et sicut ligna viridia, quæ sunt bene accensa, fortius ardent, vel calefiunt, sic peccatores pœnitentes qui sunt igne pœnitentiæ vehementer accensi, fortius diligunt, sicut patet in Luc. vbi dicit Saluator. Cui multum dimittitur, multum diligit. Sed sunt multi qui non inueniunt ignem, sed aquam crassam, vt dicitur in secundo Mach. Tales sunt qui cogitant vitam suam præteritam, non ad contritionem sed ad delectationem. Est item pœnitentia sicut quædam sepis conclusio, nam sicut agricola cum eisdem spinis quas extrahit de vinea, claudit vineam contra porcos & bestias, & sic pœnitens cogitando peccata sua, debet claudere & munire cor suum, contra tentationes bestiales & immundas. Hæc est sepes de qua dicit sapiens. Vbi non est sepes, diripietur possessio: quia vere vbi non est sepes pœnitentiæ, quæ animam claudit contra recidiuū, facile dirumpitur possessio virtutum. Item pœnitentia est discrete imponenda, deuote assumenda, & perfecte adimplenda. Est enim pœnitentia discrete imponenda, nam sicut virus serpenti vitam conseruat, sed homini mortem propinat, & sicut ignis aurum probat, & virgulta incinerat, & sicut talpa moritur in luce, & sub terra viuit, & sicut ignis, (quem cætera animalia timent) salamandram nutrit, & sicut homo sub aqua moritur, vbi piscis delectatur, sic eadem pœnitentia non omnibus est imponenda, vel iniungenda, nec contra omnia peccata, sed diuersis diuersa. Nam sacerdos debet discernere inter pœnitentiam & pœnitentiam, & culpam, & culpam: sicut ex lege Domini debebat sacerdos, ex mandato Domini discernere inter lepram & lepram, vt dicitur in Leuit. Est etiam pœnitentia deuote assumenda, sicut enim miles non recusat onus, vel pondus armorum, sic pœnitens non debet recusare onus pœnitentiarum, & sicut auis non recusat onus pennarū, nec peregrinus onus baculi, nec equus onus quadrigæ, sic pœnitens non debet recusare onus pœnitentiæ. Vnde ille bonus pœnitens Dauid comparat se iumento, cum dicit in Psalm. Vt iumentum factus sum apud te. Est insuper pœnitentia perfecte adimplenda, vt non solum pœnitens peccatum vitet, sed peccati residuum, & germina importunitates omnes, quasi quasdam radices & germina peccatorum. Sicut enim herba falcata reuiuiscit, sed eradicata non, ita peccata de facili pullulant, si non fuerint radicitus euulsa. Ideo dicit Aug. Pœnitentia est causas peccatorum excidere, & eis aditū nō indulgere

1. Mach. 4.

2. Cor. 10.

Eccl. 29.

Tren. 2.

Psal. 118.

Luc. 7.

2. Mach. 1.

Eccl. 36.

Exempla pro Sacerdotibus.

Leuit. 13. & 14.

Pro pœnitentibus.

Psalm. 72.

Digitized by Google

indulgere. Item bonus & perfectus pœnitens fugit dia-
bolum, sequitur Christum, spernit mundum, & appetit
cęlum. Pęnitens itaque perfectus fugit diabolum, & cur
rit ad latibulum pęnitentiæ, sicut. n. auicula ponit se in-
ter spinas, vt possit accipitrem euadere, & eadem ratio-
ne, sicut lilium inter spinas crescit valde bene vt dicitur
Cant. 1. in Can. Sicut lilium inter spinas, sic anima mea inter fi-
lias, spinæ siquidem quibus lilium clauditur, prohibent
ne lilium tangatur. per hunc modum spinæ pęnitentiæ
custodiũt animam instar auiculæ a prædali accipitre: in
star lilij ab omni tactu delectationis immundæ. Bonus
Luc. 4. pęnitens sequitur Christum, & imitatur. Nam certe pę
nitentia fuit via, qua Christus ambulauit. Vnde post ba
ptismum statim intrauit desertum, vt dicitur in Luca.
Matth. 4. Pęnitentia etiam fuit prima doctrina, quam Christus
prædicauit: vt habetur in Matthæ. Pęnitens igitur si
est bonus discipulus, libenter intrat cum Christo pęni-
tentię desertum, contra simulatos pęnitentes, qui ad mo
dum vsurarij volunt esse discipuli Christi. sicut. n. vsura
rius vult esse illius socius, cui mutuat pecuniam in lu-
cro, & non in damno, sic multi vellent sequi Christum
in prosperis & non in aduersis, vellent cum Christo re
Matt. 20. gnare in cęlo, sicut filij Zebedæi, & non cum ipso certa-
re in stadio. Vnde dictum est eis illud. Nescitis quid pe-
tatis. Pęnitens nihilominus spernit mundi prospera, cõ
tra aliquos, qui sunt quasi simia, quando inuenit nuces
nouas, & recentes, propter exterioris corticis amaritu-
dinem, iudicat nucem esse amaram & spernit nucleum
interiorem; sic a multis repudiatur pęnitentia, quia vide
Hebr. 11. tur carni amara. Ideo dicitur. Omnis disciplina in præ-
senti non est gaudij, sed męroris. Pęnitens insuper appe-
tit cęlum, & sicut puer rumpit vellem veterem vt citius
habeat nouam, sic bonus pęnitẽs lacerat secum carnes,
vt citius animæ suæ acquirat stolam fęlicitatis æternæ.
Psalm. 39. Vnde dicitur. Conscidisti saccum meum, & circundedi
sti me lætitia.

De Contritione. Cap. 12.

NOta partes penitentiæ integrales, & nota quod
pęnitentia habet tres partes ipsam virtualiter in
tegrantes. s. contritionem cordis, confessionem
oris, & satisfactionem operis. Nota de pęnitentia, pri-
mo quantum ad confessionem, quæ est pars prima pęni
tentiæ. Nota, ꝙ contritio de peccatis specialiter debet es
se septiformis. Nam debet esse morosa & intenta non
perfunctoria, solitaria non publica, integra non diminu
ta, ordinata non confusa, propria non aliena, gemebun-
da non deliciosa, & iusta non simulata. Et hæc septem
Isaia. 38. sunt in verbo. Recogitabo tibi omnes annos meos in
amaritudine animæ meæ. Et iste versiculus debet esse
perpetuæ memoriæ illorum septem, quæ vera contritio
debet habere. Primo enim vt dictum est debet esse in
tenta, non perfunctoria: ideo dicit recogitabo, contra il
los, qui veniunt ad confessionem incogitati de pecca-
tis, quia nullam, vel modicam videntur habere solicitu
dinem, cum tamẽ hæc sint maiora debita & maiora ne
gocia, quæ homo habet, vel habere possit in hac vita.
Ista enim debita sunt decem milium talentorum, vt dici
Matt. 18. tur in Matth. Ista enim sunt negocia, pro quibus filius
Dei mortuos est, & pro quibus congregabit Angelos
Matt. 25. de cęlo, & sanctos etiam homines de mundo, & omnes
dæmones de inferno, vt dicitur in Matth. Bene autem
est fatuus, qui de his maximis debitis & negocijs nun-
quam est solicitus, vt dicit ille bonus pœnitens Dauid
cogitabo pro peccato meo, nõ dicit pro nummo vt aua
rus, nec de cibo, vt gulosus, nec de luto vt immundus,
nec de vento vt superbus, nec de mendacio, vt verbo-
sus, sed de peccatis meis ero dolens, & solicitus: quia vul
go dicitur. Quò dolor est dentis, versatur lingua do-
lentis. Secundo, contritio debet esse solitaria, non pu-
blica, ideo dicit tibi, quia debet esse solum in conspectu Psalm. 18.
Dei, iuxta illud. Meditatio cordis mei in conspectu tuo
semper. Infirmus non consueuit stare in platea, sed in
camera clausa, & consilia ardui negocij non tractantur Matt. 6.
in publico, sed in loco secreto, ideo dicitur. Tu autem
cum oraueris pro peccatis tuis intra cubiculum. s. cor-
dis tui. Tertio debet esse integra, non dimidia. Ideo
dicitur, omnes, modicum enim de liquore corrupto in-
ficeret vas, si remaneret in illo. Ideo dicitur. Effun- Tren. 2.
de sicut aquam cor tuum. Bene autem dicit sicut aquã,
quia alius liquor vix potest bene effundi, quin ibi re-
maneat aliquid de colore, vel de odore, vel de sapore.
Videmus enim, quòd post effusionem lactis remanet
in vase color, post effusionem vini, odor: post effusio-
nem mellis sapor. Debet igitur pęnitens effundere, non
sicut lac, ne scilicet remaneat color pristinæ conuersa-
tionis, nec sicut vinum, ne remaneat odor prauæ imagi
nationis: nec sicut mel, ne remaneat sapor immundæ de
lectationis, sed sicut aquam perfectæ & integræ contri-
tionis. Quarto debet esse contritio ordinata, non con
fusa. Ideo dicit annos. Annus namque distinguitur
per quatuor tempora, scilicet hyemem, ver, æstatem, &
autumnum. Debet igitur pęnitens, annos vel circulum
vitæ suæ distinguere per tempora, vt sua melius possit
inuenire peccata, & præcipue debet inuestigare pecca-
tor, si in vita sua inueniat hyemem, & frigiditatem tem
poris, id est torporis, & acediæ, ver autem, id est humi-
ditatem corporalis lasciuiæ, & æstatem, id est calidita-
tem indignationis & iracundiæ, & autumnum, id est
siccitatem cupiditatis & auaritiæ. Hæc sunt tempora,
quibus distinguuntur anni peccatorum. De quibus di-
citur. Anni nostri sicut aranea meditabuntur. Aranea
si quidem meditatur, & totum studium suum ponit,
vt ordinet telam vilem, & fragilem ad capiendum
muscas, talis est vita hominis fragilis & vilis, & solum
muscas capit. i. delectationes immundas. Vnde dici-
tur. Ipsi telas araneæ texuerunt. Quinto, debet esse con Isaia. 59.
tritio propria, non aliena. i. de peccatis proprijs, non
alienis, propter hoc dicit, meos. Vix enim homo pro-
speratur, qui dimissis negocijs proprijs, solicitus est
de alienis. Vnde dicit Saluator. Filiæ Hierusalem no- Luc. 23.
lite flere super me, sed super vos ipsas flete. Et sic vult
Christus, ꝙ nunquam fleamus, vel plãgamus mortem
suam benedictam, quousque luxerimus culpam pro-
priam, nihilominus non habet gratum, quòd nos iudi-
cemus culpam alienam, sed sicut vulgo dicitur. Quili-
bet plangit telam suam. i. damnum proprium. Iuxta il-
lud Apostoli. Vnusquisq; onus suum portabit. Sexto,
debet esse contritio gemebunda. Ideo dicit, in amari- Gal. 6.
tudine, non in risu. Risus signum est mortis, quando in
firmus ridet feruore infirmitatis, & maxime quandò
ægrotus affligitur & anxiatur, & viuaciter sentit ægri-
tudinem sicut crisim & terminum subsequentem: vn-
de dicitur. Ecce in pace amaritudo mea amarissima.
Contritio namque amara pro incursu diuinæ offensæ, Isa. 38.
amarior, pro damno supernæ patriæ, amarissima, pro
reatu pęnæ æternę, facit infirmum quiescere, & cru-
ciatum terminare, & ægrotam facit animam cretieare.
Septimo & vltimo, contritio debet esse intima, non fi-
cta: vel simulata. Ideo dicit, animæ meæ. Emplastrum
enim debet poni super locum doloris infirmi, sicut
collirium ponitur super oculum, non in calcaneo, &
ideo quia peccatum est morbus animæ, ipsa præcipue
debet contritionem peccati sentire. Vnde dicitur. Scin- Iohel. 2.
dite corda vestra, & non vestimenta vestra: contra il-
los, quorum pœnitentia est in vultu, non in spiritu:
in veste, non in corde: cum Hypocrates noster medi-
cus Christus animarum nostrarum, doceat pœni-
tentem

tentem faciem lauare, vestes componere, caput vngere,
Matth. 6. & cor pungere, vt dicitur in Matth.

De Confessione. Cap. 3.

Secundo, nota de penitentia quantum ad confessionem, quę est secunda pars, eam virtualiter integrãs. Et est sciendum, quòd septem sunt in confessione attendenda. Primo. n. debet esse festina, non tarda, contra aliquos, qui quanto plus possunt, differunt confiteri, nisi in infirmitate grauissima, & tales sunt similes latronib. quorum confessio aculeo, & quæstionib. extorquetur, quia talium confessionem torquet Deus per aculeum febris acutæ, vel grauis infirmitatis, cum tamẽ dicat Propheta. Præoccupemus faciem eius in confes-
Psalm. 94. sione, sicut ille, qui diffidit de iure suo, debet ante iudicium de pace, & compositione tractare, & diem suum præuenire. Secundo, confessio debet esse humilis & ve-
Rom. 6. recunda. Iuxta illud Aposto. Quem fructum habuistis tunc in illis, in quib. nunc erubescitis? Latrones. n. demisso capite, & rubore perfusi, scelera confitentur, contra aliquos, quorum sunt horrenda facinora, qui nec timent Deum, nec homines verentur. Latrones timẽt patibulum, cum sit tamen breue supplicium, & transitorium, & tales non timent infernum, & interminabilem cruciatum. Latrones verecundantur, & tamen parum, aut nihil prodest eorum verecundia: isti autem non eru-
Ier. 6. bescunt, cum tamen pars pœnitentiæ sit ipsa erubescentia. De talib. dicitur. Confusi sunt, qui abominationem Deo fecerunt, qui post confessionem non sunt confusi, & erubescere nescierunt, quia tales habent vtiq; erubescentiæ causam & meritum, & tamen habent vtiq; erubescentiæ signum. Tertio, confessio debet esse aperta, non palliata: & dicitur aperta cõfessio, in qua peccator se accusat, exprimendo omnes peccati differentias, &
Proue. 18. præcipue aggrauantes circunstantias, quia dicitur. Iustus prior est accusator sui, sic confitebatur Dauid qui
Psalm. 31. dicebat. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meã domino. non dicit pro me, se laudando, vel adulando,
Luc. 18. sicut faciebat Pharisæus, sed aduersum me, se accusando, sicut faciebat Publicanus, sicut dicitur in Luc. Quarto, debet esse confessio vera, non ficta, & dicitur uera confessio, quæ est cum proposito emendandi, non solù
Psal. 110. oris, sed etiam cordis. De qua dicit Dauid. Confitebor tibi Domine in toto corde meo contra aliquos, quorũ confessio est lupi, de quo narrat fabula, ꝙ semel confitebatur iniquitates suas, & interim erat multum solicitus, quia videbat oues recedentes, vnde dixit confessori suo, ꝙ cito eum absolueret, vt. s. posset sequi oues. sic confitentur aliqui in quadragesima, proponẽtes ad peccatum redire post Pascha. Quinto, debet esse confessio integra, non dimidia, parum enim valeret, si infirmus medico febrem reuelaret, & pestem febris celaret, & si nauta aliqua nauis foramina obstrueret, & aliqua non. Debet igitur pœnitens Deo integram offerre confessionem. Deus enim est rex nobilis, & in mensa regia
Ioan. 7. poni debent panes integri, non fragmenta. Deus enim non consueuit dimidiare veniam, ideo totum hominem sanum facit in sabbato, vt dicitur in Io. Et sicut magni mercatores, in grosso non obolatam, non denariatam vendunt, sicut pauperes mercatores, præ cæteris, quia mercatura dei. s. gratia & venia est res indiuisibilis, cum ipse sit summus mercator. Ista duo erũt indiuisibilia, instar margaritæ, vel alterius lapidis preciosi, qui totus emitur, vel totus dimittitur. Ipse autem
Matt. 13. est negociator margaritarum, qui quærit bonas margaritas, vt dicitur in Matth. Sexto, confessio debet esse flebilis, & lachrymosa, sicut Petri, & Magdalenæ, quia misericordia & lachrymæ ad inuicem sunt valde amicæ, & ideo vbi est lachryma, ibi est statim amica sua misericordia. Hæc est. n. aqua, quam Christus valde sitit, & nullus fons tantum eum delectat, quantum puteus lachymarum. In cuius figura, quieuit iuxta puteũ Samariæ, & petijt aquam Samaritanę, i. lachrymarum a muliere Samaritana. i. a peccatrice anima, vt habetur in Ioan: Septimo, & vltimo confessio debet esse obediens Ioan. 4.
& prompta, vt. s. pęnitens studeat suscipere, & obseruare sacerdotis mandata. Infirmus, qui nihil vult facere pro medico, vix aut nunquam curatur a morbo. Vnde obedire debet pęnitens non contemnere, sicut Dauid, qui dicebat. Vt iumentum factus sum apud te, ad iumẽ Psalm. 72.
tum nanq; non pertinent sibi onera taxare vel imponere, sed taxata & imposita portare. Nota ꝙ triplex est cõ Psalm. 31.
fessio. Prima est confessio peccati. De qua dicitur. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino. In hoc autem verbo tanguntur sex, quæ debet vera confessio habere. Primum est præmeditatio, quod notatur cum dicitur, dixi. Secundum est compunctio cordis, & oris: vt ore simul & corde fiat, quod notatur per confitebor. Tertium est, ꝙ sit accusans, non excusans, quod notatur per aduersum me. Quartum, ꝙ de malis, non de bonis, quod notatur per iniustitiam. Quintum, ꝙ sit propria. i. de peccatis proprijs, non alienis, quod notatur per meam. Sextum quod fit ad honorem Dei, & honestatem sui, quod notatur per Dominum, & talis confessio est vtilis. Vnde sequitur & tu remisisti impietatem peccati mei. Secunda est confessio laudis, de Eccle. 51.
qua in Eccl. dicitur. Confitebor tibi Domine rex & col Psalm. 74.
laudabo, & de his duobus dicit Psal. Confitebimur tibi Deus, confitebimur tibi. Tertio est confessio fidei. De Rom. 10.
qua dicit Apostolus Corde creditur ad iustitiam &c. Et nota, ꝙ confessio in qua sunt septem cõditiones prædictæ, comparatur violæ, in qua sunt septem cordæ. Vnde viola confessionis, quæ habet istam septuplicem cordam, reddit in aurib. Dei suauissimam & dulcissimam melodiam, nec est aliquod organum musicũ, quod ita libenter Deus audiat, sicut veram confessionem peccatorum: & ideo manus quæ sic tangit violam confessionis coram Deo, statim reportat salarium, id est veniam de omnibus peccatis. Vnde dicitur. Narra si quod habes, vt iustificeris. Et Dauid consulit omnibus nimis, Isaiæ 43.
i. peccatoribus pęnitentibus qui volunt in curia regis æterni introire, vt tangant eo modo violam confessionis, vt supra dictum est. Dicit enim Psalm. Introite portas eius in confessione. Psalm. 99.

De Satisfactione. Cap. 4.

Tertio nota de pęnitentia, quantum ad satisfactionem. Et sunt pręcipue septem notanda, ad hoc necessaria, vt sit perfecta pęnitentia & peccati medicina. Primo. n. ad satisfactionem requiritur abstinentia a peccato, sicut. n. prima lex quam medicus ponit infirmo, est abstinentia a cibo, ita primum, quod est necessarium pęnitenti, est dieta, scilicet abstinentia a peccato. Hanc legem imponebat hypocrates noster Christus ægrotis suis, quos habebat in cura, sicut patet in adultera, cui Christus dixit. Vade & am- Ioan. 8.
plius noli peccare. Secundo, requiritur ad satisfactionem pœnitentiæ restitutio rei alienæ, & hæc est sicut quædam minutio vel fleubotoma: minuit enim sanguinis substantiam, sed aufert febris materiam, & conseruat vitam: sic qui aliena restituit, pecuniam minuit, sed aufert cupiditatis & mortis æternæ materiam, & conseruat gratiam, & animæ vitam. Et sicut sunt quædam infirmitates, quæ non possunt sine fleubotomia curari: sic quædam sunt peccata, a quibus non potest quis sine restitutione curari, aut iustificari, sicut furtum, vsura, simonia, rapina, & huiusmodi: quia non dimittitur pecca-

peccatum, nisi restituatur ablatum, vt dicit Aug. Hanc
Luc. 19. floubotomiam faciebat sibi Zachæus, qui dicebat. Si
quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum: sed vti-
nam vsurarij modo redderent simplum. Tertio requi-
Simile. ritur ad satisfactionem cinis humilitatis: cinis enim &
aqua calida faciunt bonum lixiuium: sic cinis veræ hu-
militatis, & aqua calida lachrymarum faciunt pœniten
tiam purgatiuam. & sicut aqua quantumcunque cali-
da, nisi transeat per cinerem, non bene purgat sordes ve
stium: sic lachrymæ quamuis calidæ, nisi transeant per
cinerem humilitatis, non lauant sordes vitiorum. Ideo
Iob. 42. dicebat Iob. Ago penitentiam in fauilla, & cinere: in fa-
uilla deuotionis, & cinere humilitatis. Quarto requi-
ritur ad satisfactionem penitentis, cilicium mortifica-
tionis, hoc est proprium & speciale malagma, & empla
strum carnis repressiuum luxuriæ, & carnalis lasciuiæ.
& sicut emlapstrum temperat & reprimit dolorem la-
teris, sic cilicium mortificationis reprimit libidinem,
hoc emplastrum ponebat directe supra locum doloris
Iudith. 8. Iudith, de qua dicitur quod habens supra lumbos suos
cilicium, ieiunabat: cilicium contra luxuriam, & ieiu-
nium contra gulam. Quinto requiritur ad satisfactio-
nem penitentis ieiunium afflictiuum: quia ad literam,
panis & aqua est cibus, & vita infirmi, & præcipue pro
hibetur vinum infirmis. Vnde ille bonus medicus
Ephe. 7. Paulus dicit. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.
Sed nota, quòd omnia conceduntur infirmis, de quo-
rum salute dubitatur, & desperatur, sed alijs, de quibus
habetur spes, q curentur, subtrahuntur nociua, quan
Iohel. 2. tumcunque delectabilia, vt dicitur. Conuertimini ad
me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu.
Et sequitur ibi. Quis scit si conuertatur, & ignoscat
Deus? quasi diceret, ex quo Deus, qui est summus me-
dicus, ieiunare nos præcipit, nequaquam de nostra sa-
lute diffidit. Sexto requiritur ad satisfactionem peni-
tentis eleemosyna, & hoc est quasi salarium medici.
Fidelius enim laborat medicus, quando sperat bene se
remunerari. Et nota quòd salarium est taxandum me-
dico, secũdum quòd plus, vel minus laborauit circa in-
firmum, & quanto a maiori & periculosiori morbo li-
berauit ægrotum. Bene est igitur remunerandus me-
dicus noster Christus, qui tantum circa nos laborauit,
immo propter infirmitatem nostram animam suam
Isa. 53. morti tradidit, vt dicitur in Isa. Et etiam quia tam gra
ui, & multiplici infirmitate nos liberauit. Ipse enim, qui
sanat omnes infirmitates nostras, & redimit de interi-
Psal. 102. tu vitam nostram, vt dicitur in Psalm. Si enim bene re-
muneretur iste medicus, nequaquam de morte ti-
meat ægrotus. Debet enim remunerari, non in se, quia
bonorum nostrorum non eget, sed in hæredibus suis,
scilicet pauperibus. Reputat enim sibimet factum,
quod fit pauperibus amore ipsius. Vnde ipsa veritas di
Matt. 25. cit. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. De
Thob. 4. isto salario eleemosynæ dicitur, Eleemosyna ab omni
peccato, & a morte liberat, & non patietur animam ire
in tenebras. Septimò & vltimo requiritur ad satisfactio-
nem penitentis oratio deuota, sicut enim mater, pro fi-
lio ægroto facit candelam, & emittit votum, cum nul-
lum consilium, vel auxilium superest medicorum:
sic quando videmus spiritum nostrum periclitari gra-
ui morbo peccati, debemus Deo facere candelam bo-
Luc. 12. næ operationis, iuxta illud. Lucernæ ardentes in ma-
nibus vestris. & emittere votum deuotæ orationis: &
hoc genus Dæmoniorum, scilicet peccatum non eij-
Matt. 17. cietur, nisi in oratione, & ieiunio, vt dicitur in Matth.
Oratio namque pestes mentis curat, & ieiunium pe-
stes corporis.

De Oratione. Cap. 5.

TErtio nota partes penitentiæ virtuales, q̃ sunt
tres, s. oratio, ieiunium, & eleemosyna. Primo
specialiter de oratione est dicẽdum, quid est.
Oratio est petitio decẽtiũ in Deo, vel a Deo. Orõ quid.
Vel oratio est mentis eleuatio in Deum. Damasceno
authore. De oratione nota specialiter quinq;, s. typus
decens, virtus ingens, modus cõpetens, locus congruẽs,
& tẽpus conueniens. Habet igitur oratio typum decen
tem, & figuram elegantem. Comparatur aũt specialiter
tribus. Est enim oratio sicut incensum diuinæ misera-
tioni offerendum, sicut scutum diuinæ indignationi op
ponendum, sicut tributum diuinæ dominationi persol
uendum. Est ergo oratio primo similis thuri vel incen-
so, quòd diuinæ miserationi debemus offerre, sicut. n.
thus vel incensum super carbones positum, spirat sua-
uem & redolentem odorem, vel fumum. sic oratio in-
censa super carbone deuotionis, multum fragrat in con
spectu diuinæ maiestatis, & ideo dicitur. Dirigatur ora Psal. 140.
tio mea sicut incensum in conspectu tuo. Secundo, est
oratio similis scuto, quod diuinæ indignationi debe-
mus opponere, Nam sicut scutum prohibet ictum lan-
ceæ vel sagittæ, sic oratio seruat hominem a lancea, vel
a sagitta sententiæ & iræ Dei. Vnde dicitur de Aaron, Sap. 18.
quòd proferens scutum orationis restitit iræ. Tertio,
oratio est similis tributo, quod diuinæ dominationi de
bemus persoluere, sicut enim emphyteuta, vel feudata-
rius soluit tributum regi, pro emphyteusi, vel feudo,
quod tenet ab ipso, sic tributum laudis & orationis
soluendum est Deo pro emphyteusi corporis & animæ
quam accepimus in feudo, iuxta illud. Reddite quæ Matt. 22.
sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Item ora-
tio habet triplicem figuram, aliam valde pulchram, est
enim vir orans sicut homo regi portans encænium, si
cut a rege petens iudicium, sicut a rege petens succur-
sum. Est itaque homo qui orat, sicut ille, qui præsentat
regi magnum encænium & nobile, vt homo magnus,
vel nobilis domicellus, sic oratio est encænium adeo
nobile & magnum, quòd solum debet præsentari Deo
per hominem magnum, scilicet iustum. Hoc est enim
officium Christi hominis & mediatoris nostri, qui o-
rationes nostras, & opera nostra præsentat Deo patri,
quod figurat diaconus in Ecclesia, vel in missa, cum of
fert thuribulum sacerdoti: Hoc est officium Angeli,
qui nostras orationes similiter offert in cõspectu Dei,
sicut dixit Angelus ad Thobiam, quando orabas Thob. 12.
cum lachrymis. & sequitur ibidem; ego orationem
tuam offerebam Domino. Et sicut regi non offert,
qui sibi ministrat ferculum coopertum cum mu-
scis: sic qui orat, non debet regi regum offerre fercu-
lum cum muscis, id est cogitationibus vanis & immun
dis. Est etiam homo qui orat, sicut ille, qui a rege pe-
tit iudicium. sicut enim ille qui in iudicio loquitur, de
bet habere testes de his quæ proponit, alioquin non
crederetur sibi, vel audiretur, immo a iudice punire-
tur: sic oratio vocalis debet habere testimonium cor-
dis. sed tamen cauendum est, ne cor orantis sit falsus
vel corruptus testis, corruptione scilicet iniquitatis,
quia dicitur. Iniquitatem si aspexi in corde meo, &c. Psalm. 65.
Sed si conscientia bona, & testimonium fidele ferat
orans, iudicium pro se reportat. Nam dicit Apostolus 2. Cori. 1.
Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ no-
stræ. Est insuper orans, sicut ille, qui a rege in obsidio-
ne quærit, vel petit succursum, nam sicut ille qui te-
net castrum regis, si obsideretur ab inimicis reputare-
tur infidelis, nisi castrum regi denunciaret obsessum,
vel peteret succursum, vel nisi expectaret a rege auxi-
lium, vel si post auxilium redderet hostibus castrum:
sic cum

ſic cum hoſtes viſibiles & inuiſibiles obſident animam
tentationib. ſtatim debemus regi regum nuncium ora-
tionis mittere, & obſidionem denunciare, ſicut Prophe
Pſalm. 21. ta, qui dicebat. Conſilium malignantium obſedit me.
Deus enim non differt auxilium mittere: quia fidelis,
1. Cor. 10. & ſtatim faciet ſuccurſum, cum ad tentationem fuerit
prouentum, vt dicit Apoſtolus ad Corinth. Item qui
orat, debet clamare ſicut clamat paruulus, qui vult vbe
ra; ſicut clamat catulus, cum ſentit verbera; & ſicut cla-
mat populus, cum videt pericula. Eſt itaque homo qui
orat, ſicut paruulus volens vbera. Nam ſicut paruulus
clamat pro deſiderio lactis, ſic viri ſpirituales debent
emittere vlulatum orationis deuotæ pro vberib. con-
ſolationis diuinæ, iuxta illud quod dicitur. Meliora ſunt
Cant. 1. vbera tua vino. Eſt etiam homo qui orat, ſicut catulus
ſentiens verbera. Nam ſicut catulus ſentiens verbera,
clamat plus, cum plus percutitur, ſic plus debet clama-
re orando, qui a Domino tribulationis verbere caſti-
Pſal. 119. gatur. Nam dicitur. Ad Dominum cum tribularer, &c.
Eſt inſuper homo qui orat, ſicut populus videns peri-
cula: ſicut enim conſueuit populus clamare præcipue
propter tria, ſ. contra aquam, ignem, & hoſtes: ſic ho-
mo debet emittere clamorem contra triplex genus ten
tationis, ſ. contra carnalem concupiſcentiam, quæ per
ignem figuratur, contra concupiſcentiam terrenam ſeu
mundanam, quæ per aquam fluentem intelligitur;
contra diabolicam guerram, quæ propriè hoſtis appel-
Pſal. 114. latur. Hæc pericula timebat Dauid, qui dicebat. Pericu
la inferni inuenerunt me. Item in oratione debemus
corda aperire, ſicut reumaticus aeri, ſicut pulliculus ma
tri, & ſicut infantulus nutrici. Eſt itaq; orans, ſicut ho-
mo reumaticus, qui nares habet ſtrictas, neceſſaria eſt
enim ad reſpirandum apertio oris, ſic qui habet imper
Pſal. 118. fectum odoratum, ſ. deſiderij cœleſtis, debet aperire os,
& mittere vocem orationis. Nam dicit propheta. Os
meum aperui, & attraxi ſpiritum. Eſt etiam os aperien-
dum orationi, ſicut infans aperit os nutrici, ſicut nutrix
paſcere infantem non poſſet, ſi puer os non aperiret,
ſic ſi volumus nutrimentum vitæ ſuſcipere, orando ape
riamus os noſtrum ad nutrimentum vitæ æternæ, ſ. gra
Sap. 16. tiæ diuinæ, vt dicitur in lib. Sap. Eſt inſuper homo, qui
orat, ſicut pulliculus, qui quãdo ſentit venire matrem,
aperit roſtrum verſus cœlum: ſic cum frequenter viſitet
nos Deus per inſpirationem ſuam, quaſi ſemper debe-
1. Theſ. 5. mus habere os apertum per orationem deuotam, ſicut
dicit Apoſtolus. Sine intermiſſione orate. Et de viro iu
Eccl. 39. ſto dicitur. Aperit os ſuum in oratione, & pro delictis
ſuis deprecabitur. Item oratio eſt, ſicut armatura mili
tem ornans, ſicut lucerna viam demonſtrãs, & ſicut co
lumba oliuam portans. Eſt itaque oratio ſicut armatu-
ra. Nam ſicut miles non exit ſine armis ad bellum, ita
ſine armis orationis nullo modo debemus intrare ten-
Exod. 17. tationis conflictum. In cuius figura dicitur, quod Moyſe
eleuante manus ad orationem, vincebat Iſrael, & cum
remittebat manus ſuperabat Amalech. i. diabolus. Eſt
autem oratio, ſicut lucerna viam demonſtrãs, nam ſicut
lucerna eſt neceſſaria in tenebris, ſic oratio in rebus du
bijs. In cuius figura mulier illa Euãgelica, id eſt anima
deuota, accendit lucernam, & inuenit dragmam, vt dici
Luc. 15. tur in Luc. Lucerna eſt orationis inſtantia, dragma ve
ro eſt gratia diuina, quaſi perdita fuerit, reperitur cum
oratione deuota. Et ſicut lucerna dirigit greſſus, ſic ora
tio dirigit omne bonum opus. Vnde dicit Hieron. ad
Paulam. In principio cuiuſlibet operis boni, præmitte
ſignum crucis in frõte cum oratione Dominica. Eſt in-
ſuper oratio, ſicut columba, quæ reuerſa eſt ad arcam
Gen. 8. cum oliua, vt habetur in Gene. Nam ſicut illa denun-
ciauit pacem, & iam ceſſaſſe diluuium: ſic oratio denun
ciat pœnitentiam, reconciliationem, & veniam peccato-
rum: & ſicut columba illa portauit ramum oliuæ, ſic
oratio ramum diuinæ gratiæ, & ſicut columba habet
duplicem alam, ſic oratio habet duplices alas. ſ. ieiuniũ
& eleemoſynam. Vnde dicitur. Quis dabit mihi pen- Pſalm. 54.
nas ſicut columbæ, & volabo per orationem, & requie
ſcam per deuotionem.

De ieiunio. Cap. 6.

DE ieiunio nota ſpecialiter tria, quibus ieiu-
nium comparatur, quid in ieiunio reproba
tur, & quale ieiunium commendatur. Pri-
mo. n. comparatur ieiunium plurib. & ſpe-
cialiter tribus. Eſt enim ſicut parcitas ignis, vel lignorũ
ſub olla, ſicut agilitas in nauicula, & ſicut concauitas in
violla. Eſt itaque ieiunium ſicut parcitas ignis, vel li-
gnorum ſub olla, ſicut enim ſubtraendo ligna, vel ignẽ
de ſub olla, ceſſat eius bullitio, ſic corpori ſubtrahendo
cibaria, ceſſat tentatio carnis. Vnde verſus. Luxuriat ra Nota.
ro, non bene paſta caro. Vnde nota, quòd ancilla proui
da tripliciter impedit ebullitionem ollæ, ſ. ligna ſubtra-
hendo, aquam infundendo, & quæ ſunt in olla mouen-
do, ſic anima penitens, inſtar ancillæ contra ebullitionẽ
carnalis concupiſcentiæ, debet ligna ſubtrahere parce
comedendo. Vnde verſus. Subtrahe ligna foco, ſi vis
extinguere flammam. Debet aquam infundere, ad lite-
ram aquam, bibendo vinum bene limphatum. Debet
ollam mouere, ſe vtiliter occupando. Vnde dicit Apo- 2. Cor. 11.
ſtolus. In laboribus, in ieiunijs, in vigilijs, ſcilicet occu-
pemus nos. Nam caro noſtra ad flatum Diaboli, ſicut
carbo ignis accenditur, & ſicut ollæ ſuccenſæ, atque
feruentes. Vnde dicitur, Halitus eius prunas ardere fa- Iob. 31.
cit. Eſt etiam ieiunium, ſicut agilitas in auicula: nam ſi
cut auis macilenta eſt agilis ad fugiendum accipitrem
ad volatum ſublimem, ſic mens hominis ieiunantis &
abſtinentis, eſt habilis ad fugiendum accipitrem, id eſt
hoſtis tentationem, ad ſublimem volatum contempla-
tionis. De tali dicitur. Volauit ſuper pennas vento- Pſalm. 17.
rum, volauit fugiendo tentationem, & volauit ſe ele-
uando ad contemplationem. Econtrario vero eſt de
graui, & pingui, ſicut de coturnice tempore vinde-
miarum, quæ non poteſt accipitrem fugere, nec alte
volare: ſic homines carni dediti, nec bene poſſunt ten-
tationem diaboli vitare, nec bene cœleſtia contempla-
ri. Vnde in figura iſtorum Helias ieiunauit 40. diebus 3. Reg. 19.
& 40. noctibus, vt ſ. perſecutionem Iezabel euaderet,
& ad montem Dei Oreb celeriter perueniret, vt legi-
tur in libris Regum. Helias in figura ſignat animam
hominis abſtinentis: perſecutio Iezabel deſignat ten-
tationem carnis & mons Dei Oreb ſignificat ſublimi-
tatem contemplationis. Eſt etiam ieiunium, ſicut con-
cauitas in viola. Nam ſicut viola, niſi eſſet concaua,
& cordæ ſuperextenſæ, non eſſet ſonoroſa: ſic homo
niſi vacuus per abſtinentiam, & extenſus per rigidam
pœnitentiam, non reddit ſonoroſam diuinæ laudis
melodiam. Vnde in figura huius dixit Dominus Mo- Exod. 27.
ſi. Quòd faceret altare concauum, non ſolidum, ſed
inane. Concauum altare eſt cor pœnitentis, vbi de-
bet immolari ſacrificium contritionis, & ſacrificium
laudis, quod quidem non debet eſſe ſolidum, id eſt de-
litijs plenum, ſed inane, & concauum, id eſt pœni-
tentia & ieiunio attenuatum. Eſt etiam ieiunium
remedium ad expiandum morbum, bonum conſi-
lium ad effugiendum lupum, & certum ingenium ad
impugnandum caſtrum. Eſt itaque ieiunium reme-
dium valde ſanum ad curandum morbum. Nam ſi-
cut lex prima medicorum infirmantibus corporaliter
eſt dieta, ſic primum auxilium vexati febribus tenta-
tionis, eſt ieiunium & abſtinentia. Vnde ieiunium
ponitur primo inter opera pœnitẽtiæ, quæ ſuadet ſum-
mus

Digitized by Google

mus ille hypocrat. Deus in suis aphorismis, dicens, Iohel. 2. Cōuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, &c. Est etiam ieiunium valde bonum consilium ad fugandum lupum, sicut enim vulgo dicitur. Fames ejicit lupū de nemore, sic abstinentia & ieiunium fugant Diabolum ab homine. Mar. 9. Vnde dicitur. Hoc genus dæmoniorū non ejicitur nisi in ieiunio, & oratione. Nam oratio fugat pelles cordis, & ieiunium pestes corporis, vt dicit Aug. In figura etiam huius Iudith ieiunans occidit Ho Iudith. 3. loferuum, vt dicitur in Iudith. Iudith quæ confitens interpretatur, signat pœnitentem, qui peccata sua confitetur. Holofernes, quem Iudith ieiunans occidit, signat Diabolum, qui confessione, & abstinentia superatur. Est insuper ieiunium, valde certum ingenium, ad expugnandum castrum, sicut enim nō est adeo forte castrū, quod non possit expugnari, si possent ei victualia subtrahi, sic non est adeo rebellis spiritui, quin subtrahendo cibaria non valeat a spiritu subiugari. Caro siquidē nostra, castrum diaboli est, quæ semper rebellat se con Luc. 11. tra spiritum. De hoc castro dicitur. Cum fortis armatus, f. custodit atrium suum. Atrium Diaboli est castrū corporis immundi, tunc in pace sunt omnia, quæ possidet, habens. f. turres superbię, fossatum auaritię, rupes inuidiæ, habens pro muro defensionem culpæ propriæ, habens etiam portas conuersationis indisciplinatæ: habens pacem peruersam intrinsecus delectationis immundæ. sed tamen quantumcunq; muniatur, per ieiunium (vt dictum est) subtrahendo cibaria expugnatur. Item nota ꝙ quatuor in ieiunio reprobantur, f. cū ieiunans vacat culpæ, cum ieiunans inhiat famæ, cum ieiunans parcit bursæ, & cum ieiunans seruit gulæ. Est igitur reprobandum in ieiunio, cum ieiunans vacat peccato, qui enim ieiunat a cibo & non abstinet a peccato, similis est diabolo, cui esca non est, & malitia semper in Isa. 58. est, vt dicit Isido. De hoc ieiunio dicitur. Hoc est ieiunium, quod elegi. Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. Sed in eodem capitulo dicitur. Ecce ad lites & contētiones ieiunatis. Est etiam in ieiunio reprobandum, quando ieiunans quærit ex hoc laudem humanam, & gloriæ transitoriæ famam. Nam qui ieiunat propter humanam laudem, de hoc, quod subtrahit uni hosti, pascit duplicem hostem, quod enim vnico aduersario scilicet carni subtrahitur per ieiuniū, de hoc pascit alios duos, scilicet Diabolum & mundū, Matth. 6. talē erat ieiunium Pharisæorum, de quibus dicitur. Cū ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes, exterminant. n. facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes, &c. Est tertio reprobandum valde in ieiunio, quando ieiunans ideo ieiunat, vt parcat bursæ, talis enim nihil aliud videtur facere, nisi quod subtrahit sibi, & ponit in ore Diaboli, id est in bursa, quæ est os diaboli. Vnde auarus videtur multum diligere Diabolum, quando subtrahit ori proprio, vnde pascat & impinguet ipsum, tale ieiunium reputet sapiens infelicissimum, dicens. Eccl. 6. Vir cui dederit Deus diuitias, substantiam & honorē, & nihil deest animæ suæ ex omnibus, quæ desiderat, nec tribuit ei Deus potestatem, vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud, hoc vanitas, & magna miseria est. Est insuper reprobandum in ieiunio, quando ieiunans, ideo ieiunat vt Deo suo, scilicet gulæ seruiat & ventri, quod fit pręcipue tribus modis. Quidam enim sunt, qui ideo ieiunant, vt postea melius comedant. tales nihil aliud faciunt, nisi quòd solennitatem Dei sui, scilicet ventris præueniunt vigilia ieiunij detestabilis. Sunt etiam alij, qui tempore ieiunij quærunt magis delicata cibaria, & tunc volunt comedere splendidius & lautius, & tantum vna vice comedunt, quantum in duabus, quando non ieiunant. & tales talem gratiam solum faciunt Deo, scilicet, quòd duos obolos dent sibi pro vno denario, & eandem gratiam facerent iudæo vel saraceno. Sunt nihilominus aliqui, qui tribus diebus plus manducant pro vno miserrimo ieiunio, quod ieiunant. Nam die præcedenti dicunt cras ieiunabimus. Die sequenti dicunt, heri ieiunauimus. Die ipsius ieiunij dicunt, hodie ieiunamus. Et ita defraudant Deum, quia pro tribus obolis non soluunt, nisi vnum denarium. De talibus conqueritur Dominus. circumuenit me in negociatione sua Effraim. De Ose. 12. tali ieiunio potest intelligi illud. Nolite ieiunare, sicut Isa. 58. ad hanc diem. Item triplex ieiunium in sacro eloquio commendatur, scilicet bonum, melius, & optimum. Bonum est, quando quis ieiunat pro satisfactione peccati. Melius quando quis ieiunat ad honorem Dei. Optimum, quando quis ieiunat cum exercitio boni operis. Bonum igitur dicitur, quando quis iam post mortem peccati, per contritionem & confessionem resurrexit, & in charitate existit, & ieiunat pro peccatis, quæ fecit. si autem charitatem non habet, bonum amittit, quod habet, quia dicitur. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest, & offert quasi cadauer mortuum Deo, qui 1. Cor. 13. ieiunat in peccato mortali, cum debeamus Deo offerre corpora nostra hostias viuentes, vt dicit Apostolus Rom. 12. ad Romanos. Melius vero ieiunium vocatur quod ad Dei honorem & sanctorum suorum gratis & cum deuotione celebratur. De quo intelligitur illud. Tu au- Matth. 6. tem cum ieiunas, vnge caput tuū, scilicet oleo vnctuosæ compassionis, & faciem tuam laua, aqua lachrymosæ contritionis, vt dicit glosa, Deo ieiunat, qui pro eius amorē se macerat, & qui, quod sibi subtrahit, pauperibus elargitur. Optimum ieiunium dicitur, quando homo exterior ieiunat, & homo interior orat, vt dicit Isido. & quando quis ieiunat, ex vna parte ieiunando macerat corpus, & ex altera parte bona agere non cessat, contra aliquos, qui nihil possunt facere, cum ieiunant: immo tunc ludunt ad scacos, vt ieiunium non sentiant, & sic ociando, ocium viuant contra hoc, quod dicit Boetius, quòd pro ocio vitando, ocia sectari ridiculosum est. Ieiunium bonum significatur per ieiunium Moysi, vt habetur in Exo. Ieiunium melius significatur per ieiunium Heliæ, sicut dicitur in libris Regum. Exod. 24. Ieiunium optimum significatur per ieiunium Christi 4. Reg. 19. vt habetur in Matth. Matth. 4.

De eleemosyna. Cap. 7.

DE eleemosyna quatuor sunt specialiter notanda, f. Tempus elegans, motus stimulans, modus regulans, & fructus abundans. Habet ergo eleemosyna typum vel similitudinem elegantem, & specialiter triplicem, est enim eleemosyna, sicut lumen radiosum, sicut lumen copiosum, & sicut lumen fructuosum. Est itaque eleemosyna, sicut lumen radiosum, nam sicut lumen serenat aerem, sic eleemosyna serenat mentem, & sicut lumen fugat omnem tenebram, sic eleemosyna fugat omnem culpam, & sicut lumen debet portari, non post, sed ante hominem, sic homo prudens facit eleemosynam in vita sua, non post mortem. Qui autem eleemosynam non facit in vita sua: sed post mortem suam: similis est homini, qui post tergum vult portare lumen: id est lucernam. Dicit enim sapiens. Ante mortem benefac amico tuo Eccle. 14. id est animæ tuæ, vel Christo in suis membris. Est etiā eleemosyna sicut flumen. Nam sicut flumen manat ex influentia fontis, sic eleemosyna ex influentia pietatis: & sicut fons, vnde manat fluuius, per occultos meatus procedit a mari: sic pietas hominis, vnde manat eleemosyna, per occultam inspirationem venit ex gratia Dei, & sic eleemosyna venit a Deo, & datur

Deo.

Eccle. 1. Deo. Nam dicit Sap. ad locum vnde exeunt flumina
reuertuntur, vt iterum fluant. Et sicut flumen quan-
doque exit extra ripas, nec est contentum proprijs al-
ueis: ita interdum eleemosyna danda est bonis indiffe-
renter & malis, maxime tempore necessitatis. Sicut pa-
ter cœlestis, qui solem suum oriri facit super bonos &
malos: & pluit super iustos & iniustos, vt dicitur in
Matth. 5. Matth. Est insuper eleemosyna sicut semen. Et no-
ta quod sex sunt, quibus eleemosyna bene semini compa-
ratur. Primo, quia sicut semen debet abscondi, ita e-
Eccle. 29. leemosyna debet occulte dari. Nam dicitur. Conclu-
de eleemosynam in sinu pauperis. Secundo, quia sicut
semen videtur perdi, cum tamen potius renouetur, sic
eleemosyna videtur amitti, cum datur, quæ tamen tunc
optime seruatur, & thesaurizatur in thesauro Paradi-
Eccle. 29. si. Vnde dicitur sic Perde pecuniam propter fratrem.
Tertio, semen cum fœnore surgit, sic qui dat eleemo-
synam a Deo centuplum accipiet. Vnde super illud. Fe-
Prou. 19. neratur Domino, qui miseretur proximo (dicit glossa)
centuplum accepturus. Quarto semen, quòd est pre-
tiosum, sicut triticum in vno anno seritur, & in aliu me
titur, vile vero, sicut ordeum & milium, in eodem an-
no metitur, & seminatur, sic eleemosyna pretiosa est,
quæ hic in anno gratiæ seritur, sed fructus eius in aliu
anno, scilicet gloriæ, expectatur. Vilis vero respectu
huius videtur eleemosyna illa, quæ in præsenti remu-
neratur, quia dicit Saluator. Amen dico vobis recepe-
Matt. 6. runt mercedem suam. Pretiosa vero non solum in præ
senti, & temporaliter, sed etiam remuneratur æterna-
Thim. 4. liter, quia dicit Apostolus. Quòd pietas ad omnia vti-
lis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & fu-
turæ. Quinto sicut semen gelu pressum, & retardatum,
profert vberiorem fructum, sic eleemosyna, quam quis
facit, dum sustinet tribulationem, vberiorem est habi-
tura repromissionem, seu fructum, vel remuneratio-
Psalm. 25. nem. Vnde dicitur. Euntes ibant, & flebant, mittentes
semina sua. Venientes autem, &c. Sexto, semen susti-
net molestias multas, sicut gelu, grandines & pluuias,
sic homo, qui libens eleemosynam dat, cum cor ha-
beat compassione plenum, talis sustinet omnes neces-
sitates pauperum, & miserias afflictorum. In cuius per
Cor. 11. sona dicit Apostolus. Quis infirmatur, & ego non in-
firmor? Item eleemosynarius est, sicut arbor, quæ fru-
ctum facit, sicut nutrix, quæ puerum nutrit, & sicut
mercator, qui merces vendit. Est itaque bonus eleemo
synarius vt arbor, sicut enim arbor melius crescit, &
fructificant, cum ab ea resecantur superflua, sic diui-
tes melius proficiunt in gratia resecantes diuitias suas
scilicet dando eleemosynam, quæ est de superfluis dan-
Luc. 11. da, vel facienda, sicut dicitur. Quod superest, date elee-
mosynam. Et sicut agricola tolerat in vinea aliquas in
fructuosas arbores, quæ sustinent vites, sic summus a-
gricola Deus in vinea sua, scilicet in Ecclesia tolerat
multos diuites, qui cum eorum eleemosyna susten-
Mar. 12. tant pauperes. Vnde dicitur. Vineam pastinauit ho-
mo. In vinea siquidem non solum sunt vites, quæ fru-
ctificant, immo & paxilli aridi, sic in Ecclesia Dei sunt
peccatores & iniusti, qui vites fructificantes, id est iu-
stos, suis eleemosynis sustentant. Homo etiam elee-
mosynarius est sicut nutrix, quæ lactat puerum. Nam
sicut nutrices consueuerunt impinguari, vt abundent
in lacte, & bene nutriant pueros, sic Dominus impin-
guat diuites bonis temporalibus, vt abundent in lacte
compassionis, & nutriant filios, id est pauperes suos.
Psalm. 22. Vnde dicitur. Impinguasti in oleo caput meum. Tūc
enim Dominus oleo caput impinguat, quando men-
tem ad pauperes, oleo compassionis humectat. Est in-
super homo eleemosynarius sicut mercator industrius.
Nam sicut mercatores pecuniam suam non tradunt
eis, qui reddere non possunt, vel eis, qui ad nundinas
venturi non sunt: sic homo prudens non dat eleemo-
synam histrionibus, qui nihil habent, scilicet de gra-
tia Dei, & qui venturi non sunt ad nundinas Paradi-
si. Ideo dicitur. Benefac humili, & ne dederis impio. Eccle. 12.
Hoc vero in duobus casibus intelligitur, vnus quando
datur hystrionibus, non intuitu pietatis, sed ratione
histrionatus: alius est si credas, quod propter eleemosy
nam tuam, impius negligat iustitiam. Et sicut pedagiū
non petitur ab illis, qui transeunt vacui, sed ab illis, qui
sunt onerati, sic Dominus pedagium eleemosynæ non
petit a pauperibus, qui sunt vacui rebus transitorijs,
sed a diuitibus, qui sunt onerati diuitijs, & pleni tem-
poralibus bonis. Vnde dicit Apostolus. Diuitibus hu- 1. Tim. 6.
ius sæculi præcipue, facile tribuere, communicare, the-
saurizare sibi fundamentum in futurum. Et sicut Do-
minus terrenus mercatoribus, qui furantur pedagium,
aufert quandoque totum capitale, sic illis diuitibus,
qui pedagio eleemosynæ defraudant pauperem, aufert
Dominus non solum gratiam, immo interdum tem-
poralem substantiam: De tali dicitur. Tollite ab eo Matth. 25.
talentum & date illi, qui decem talenta habet. Aua-
ro siquidem tollenda est temporalis substantia, & dan-
da illi, qui miserando pauperibus, implet mandata Do-
mini. Secundo, eleemosyna habet motum stimulan-
tem & specialiter triplicem. Vnde nota, quòd ille, a
quo petitur eleemosyna, debet præcipue considerare
tria, scilicet. Quis petit, pro quo petit, & ad quid petit.
Primo igitur, quando pauper petit eleemosynam, de-
bet diues considerare, quis eam petit, quia Dominus,
pro cuius amore petit eam mendicus. Debet enim a-
deo diligere pauperes, quòd quicquid fit eis propter a- Matth. 25.
morē suū, reputat sibi factum. Nam dicitur. Quod vni
ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Petit ergo e'ee-
mosynam per pauperem suum ille, a quo diues petit
quandoque regnum, & ideo cum pauperi negat diues
modicum frustum panis, timere debet, quòd Deus nō
audiat eum, cum petit ab eo regnum æternæ fœlicita-
tis, quia dicitur. Qui obturat aures suas ad clamorem Prou. 21.
pauperis clamabit ipse, & non audietur. Debet secundo
considerare diues, quid petit Deus, quando eleemosy-
nam petit in suis pauperibus. Petit enim Deus non no-
strum sed suum; ideo valde ingratus est Deo, qui pau-
peri negat modicam eleemosynam, cum de bonis Dei
habeat abundanter ad mensam suam. Hoc considerauit
Dauid q. dicit. Tua sūt Domine omnia, & quæ de tua Paral. 29.
manu accepimus, dedimus tibi. Tertio, debet conside-
rare diues homo, ad quid petit Deus. Deus enim petit
non ad dandum, sed ad mutuandum, nec tantum ad
triplas, immo ad centuplas vsuras. Vnde dicit August.
Homo quid fœneras homini, fœnerare Deo, & centu-
plum accipies, & vitam æternam possidebis. Et ideo
nimis ingratus est, qui ad tales vsuras non vult como-
dare Deo: ad quales mutuaret Iudæo vel Saraceno.
Tertio, eleemosyna habet modum regulantem, & spe-
cialiter triplicem. Vnde nota, quòd in dando eleemo-
synam, debet esse modus iustus: modus gratus, & mo-
dus pius: iustus sine iniuria, gratus sine tristitia, & pius
sine superbia. Primo igitur, qui dat eleemosynam, de
bet habere modum iustum, vt scilicet det suum, & non
alienum. Sicut enim aqua munda lauat, & immun-
da coinquinat: sic eleemosyna munda, quæ scilicet
est sine peccato vsuræ vel rapinæ: dantem mundat: pau
perem lauat & Deum placat. Vnde dicitur. Honora Prou. 2.
Dominum de tua substantia: non de aliena: quia elee-
mosyna de alieno, vt de rapina, vsura, vel de furto, dan-
tem inficit, proximum lædit, & Deum offendit. Vnde
in figura huius dicitur. Omnis oblatio quæ offertur Leuit. 2.
Domino, absque fermento erit, scilicet vsuræ, furti, vel
rapinæ, vel cuiuscunque acquisitionis iniustæ. Secun-
do, qui dat eleemosynam, debet habere modum gra-
tum,

Digitized by Google

tum, vt ſcilicet oſtendat pauperi lætum vultum, dulce verbum, & promptam manum. Nam de læto vultu, dicit Apoſtolus.
2. Cor. 9. Hilarem.n.datorem diligit Deus. De dulci verbo, dicitur. Reſponde illi, ſcilicet pauperi
Eccl. 4. pacifice in manſuetudine, de prompta manu dicitur. Ne
Prou. 3. dicas amico tuo vade & reuertere, cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare. Tertio, qui dat eleemoſynam debet habere modum pium, & ſine omni ſuperbia, vel præſumptione, vt ſ.dando eleemoſynam, laudem non quærat, pauperem ne deſpiciat, ſeipſum ſine eleemoſyna non dimittat.
Matt. 6. Qui.n.dat eleemoſynam, laudem vitet humanam. Nam dicitur. Te autem faciente eleemoſynam, neſciat, &c. Debet etiam, qui dat eleemoſynam, non propter hoc pauperem deſpicere, quia dicitur.
Iſa. 58. Et carnem tuam ne deſpexeris. Nec debet ſeipſum
Eccle. 30. ſine eleemoſyna dimittere, qui vult alijs miſericors eſſe. Dicitur enim. Miſerere animæ tuæ, placens Deo. Et Augu. in Enchiridion. Qui vult eleemoſynam ordinate dare, a ſeipſo debet incipere. Sicut enim non deberet dici miſericors, qui extraneis faceret miſericordiam, & matri propriæ crudelis & immiſericors eſſet: ſic multominus dicenda eſt miſericordia, vel eleemoſyna, quam quis faceret alijs, anima ſua neglecta, & in
Eccle. 14. peccato dimiſſa. Vnde dicitur. Qui ſibi nequam eſt cui bonus? Et Aug. Quid eſt miſerius miſero, non miſerante ſibijpſi?

TITVLVS TERTIVS DIETAE SALVTIS.

De Præceptis diuinis, & primo in communi. Cap. 1.



POſtquam dictum eſt de pœnitentia, dicendum eſt de præceptis, quia hæc eſt tertia dieta ſalutis, ſcilicet a pœnitentia venire ad præcepta. Et ideo nota de præceptis diuinis ſpecialiter tria, ſcilicet qualiter ſũt deſcripta, qualiter diſtincta, & qualiter ædita. Fuerunt enim deſcripta indelebiliter, diſtincta rationabiliter, edita vniuerſaliter. Circa præceptorum deſcriptionem eſt notandum, quòd ad obſeruandum præcepta diuina, debet nos monere præceptorum ſcriptura tripliciter, ſi attendamus, quis ſcripſit, vbi ſcripſit, & quomodo ſcripſit. Primo enim ſi quæris quis ſcripſit, dicitur quòd digitus Dei, ſcilicet Spirituſſanctus. Scriptura enim magis eſt autentica & plus obſeruanda, quando per manum publici tabellionis eſt confecta. Iſte tabellio eſt Spirituſſanctus, ſcilicet qui ex nihilo fecit celum & terram, & omnia elementa, & corpus Chriſti formauit in virginali vtero, & de puluere formauit corpora noſtra: Item idem ſcripſit decem præcepta. Ille enim eſt notarius publicus, qui fecit inſtrumentum de matrimonio quod coniunxit Dei filius in virgine Eccleſia, & in noſtra carne, & ipſe ſcripſit teſtamentum, quod condidit Chriſtus in cruce, in quo legauit ſpiritum Deo patri, matrem Ioanni, & Paradiſum latroni, iſte tabellio ſcribet in die iudicij æquitatem diuinæ ſententiæ, iſte ſcribet electos in libro vitæ: & breuiter iſte ſcribet omnes cartas & ſcripturas & inſtrumenta diuina. Bene igitur obſeruanda eſt præceptorum ſcriptura. Vnde di-
Deut. 9. citur. Deus dedit Moyſi tabulas ſcriptas, vtraſque digito Dei viui. Secũdo, ſi quæras vbi ſcripſit, dico, quod in tribus locis, ſcilicet in lapidibus marmoreis, in profundo pectoris, & in pergameno humani cordis. De ſcriptura marmoris, nota quòd duo fuerunt paria tabularum; primæ poſt ſcripturam fuerunt fractæ, inſtar illarum fuerunt aliæ renouatæ. Primæ ſignificãt innocentiam, ſecundæ pœnitentiam, & ideo ſi contingat tabulas innocentiæ frangi, debent ſaltem præcepta in tabulis pœnitentiæ tranſcribi. Eſt enim mire cautum ꝙ ſi inſtrã vetuſtate, vel aliquo caſu conſumpta ſunt, per manum notarij exemplanda, eandem auctoritatem cum originalib. habitura ſint, quia pœnitentia reducit in gradum priſtinum, & omnes defectus reuocat ad perfectum, vt dicit Auguſt. in hypognoſticon. Vnde dicit Dñs Moy- Exod. 34.
ſi. Præcide duas tabulas lapideas inſtar priorũ, & ſcribam ſuper eas, quæ habuerunt tabulæ, quas fregiſti. De ſcriptura præceptorum in corde, nota, ꝙ in hac ſcriptura ſcriptor (vt diximus) eſt digitus Dei ſcribentis, cala- Pſalm. 44.
mus, lingua prædicantis: iuxta illud. Lingua mea calamus ſcribæ, & Spirituſſanctus ſcribens: pergamenum eſt munditia cordis, nam in pergameno lutoſo vel immundo, litera non bene formatur, nec apparet ſcriptu-
ra, immo oportet, ꝙ ſit album & mundum. Vnde dice- Pſalm. 50.
bat Propheta. Cor mundum crea in me Deus. Incauſtum huius ſcripturæ eſt gratia Spirituſſancti. Rubrica ornans totam ſcripturam, eſt ſanguis Chriſti. Continentia ſcripturæ eſt dilectio Dei, & proximi, quia fi-
nis præcepti eſt charitas, vt dicit Apoſto. ſcribens ad 1. Tim. 1.
Tim. Hæc ſcriptura, quia tam chara fuit, ideo intima, & ſecreta eſt. Ideo ſicut iocalia chara & pretioſa reponuntur cum magno ſtudio, in loco ſecreto & ſcrinio pretioſo, ideo &c. & de hac ſcriptura chara & intima
dicitur. Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in Ier. 31.
corde eorum ſcribam eam. De ſcriptura præceptorum in corde, nota, ꝙ in triplici parte corporis noſtri, quodammodo ſcripta ſunt præcepta Dei, quaſi pro ſempiterno, & continuo memoriali. Scripta enim ſunt in manibus, vbi ſunt decem digiti, in pedibus vbi ſunt decem articuli, & in quinque ſenſibus vbi ſunt organa: ſicut duo oculi ad videndum, duæ aures ad audiendum, duæ nares ad odorandum, duæ fauces ad guſtandum, duæ manus ad tangendum. per quod patet, ꝙ præcepta diuina debent in nobis dirigere greſſus affectionis, ideo ſũt decem articuli pedum, quaſi memoriale decem præceptorum. Debent etiam regere ſenſus affectionis, actus operationis, propter quòd ſunt decem digiti manuum, ad deſignandum decem præcepta, ſeu præceptorum mãdata. Debent nihilominus moderari ſenſus noſtræ conuerſationis, propter hoc in ſenſib. ſunt decẽ organa ad deſignandum decem præcepta. Hic eſt liber ſcriptus
intus & foris, vt dicitur in Ezech. Quia præcepta (vt di- Ezech. 2.
ctum eſt) debent eſſe ſcripta intus. ſ. in corde per dilectionem, & foris per operationẽ. ſ. in corpore. Tertio, ſi quæras quomodo ſcripſit, dico, indelebiter. Et nota ꝙ tria ſunt, quæ conſueuerunt delere ſcripturam, aqua, ignis & vetuſtas, ſic ſpiritualiter aqua tranſitoriæ delectationis, ignis afflictiuæ perſecutionis, vetuſtas defectiuæ conuerſationis. in aqua ſignificatur tentatio carnis inficientis, in igne tentatio hoſtis decipientis, in vetuſtate tentatio mundi deficientis. In quibuſdam.n. delet præcepta aqua, vel liquor carnalis delectationis: in quibuſdam ignis, vel feruor hoſtilis perſecutionis, in quibuſdam vetuſtas mundialis conuerſationis, & ideo cõtra iſta tria, Deus voluit præcepta ſua indelebiliter in lapide ſcribere, vt nunquam delerentur, nec carnali beſtialitate, nec mundiali proſperitate, nec hoſtili aduerſita-
te. Vnde dicitur. Cęlum & terra tranſibunt, verba autẽ Matt. 24.
mea non tranſibunt. Item nota, quot tres ſcripturæ ſũt ſpecialiter indelebiles & immobiles. ſ. leges Imperatorum, donatio inter viuos, & vltimum teſtamentum. Pręcepta autem Dei, ſunt leges Imperatoris ſummi, æditæ in conciſtorio Trinitatis, quæ leguntur a doctorib. per catholicam prædicationem, repetuntur a ſcholarib. per
bonam operationẽ. Vnde dicitur. Hic eſt liber mãdato- Baruc. 3.
rum

Digitized by Google

rum Dei,& lex quæ eſt in æternum . Sunt.n.præcepta
diuina æterna,ſicut donatio inter viuos,& irreuocabili
Matth. 19 ter donatur vita æterna illis, qui inter viuos.i.in ſtatu
gratię obſeruant mandata diuina,ideo dicitur.Si vis ad
vitam ingredi,ſerua mãdata.Bene autem dicitur dona
tio inter viuos & non inter mortuos, quia in ſtatu
culpæ non poteſt quis diuina præcepta obſeruare. Sũt
nihilominus præcepta diuina,ſicut vltimum teſtamen
tum. Nam primum teſtamentum fuit iudæorum ; qui
præcepta obſeruabant ex timore,& illud fuit reuoca-
tum.Secundum teſtamentum fuit Chriſti.ſ.tẽp.gratię,
in quo obſeruantur præcepta ex charitate,& illud fuit
in morte Chriſti confirmatum. Vnde Chriſtus dixit in
Ioan. 15. ſuo vltimo teſtamento . Hoc eſt præceptum meum vt
habetur in Io.

De *præceptis primæ tabulæ.* Cap. 2.

CIrca præceptorum ſecundam diſtinctionem,no-
tandum eſt primo in generali de omnib. Et nota
ſm Ioſephum,qui fuit doctor hiſtoricus, quòd
præcepta diuina fuerunt per aliquas partes in duas ta-
bulas diſtincta,qa quinq; fuerũt in vna tabula,& quin
que in alia.Sed ſecundũ Originem,& beatum Aug. &
alios doctores myſticos & morales.Prima tabula dici
tur continere tantum illa præcepta,quæ ordinant ho-
minem ad Deum,vel ad vitã contemplatiuã , quæ ſunt
tria,ſcilicet,Nõ habebis Deos alienos &c.Secunda aũt
tabula continet tantum illa præcepta,quę ordinant ho
minem ad proximum,quæ ſunt ſeptem.ſ. Honora pa-
trem tuum & matrem tuam.&c.Et hæc breuiter fue-
runt,ſicut Ioſephus narrat ad literam . Et nota hic ,ꝙ
Deus habitat in cælo , & proximus in mundo.Pecca-
tor igitur,qui non obſeruat præcepta primæ tabulę q̃
ordinant ad Deum , non meretur habitare in cęlo,vbi
Deus eſt,& qui non obſeruat præcepta ſecundæ tabu-
læ,quę ordinant ad proximum,non eſt dignus habita
re in terra vel in mundo,vbi eſt proximus,& ſic per cõ
ſequens relinquitur,ꝙ habitet in inferno, vbi eſt Dia
Matth. 22 bolus.Iuxta illud.Ligatis manib.& pedibus, proijcite
eum in tenebras exteriores.Prima tabula dicitur tan-
tum continere illa præcepta,quæ ordinant hominẽ ad
Deum,vel ad vitam contemplatiuam.Secunda,quę or
dinat hominem ad proximum,vel ad vitam actiuã. Se
cundo notandum eſt in ſpeciali,quod in prima tabula
ſunt tria præcepta,hominem ad Deum ordinantia in
vitam contẽplatiuam. Primum eſt,non habebis Deos
alienos.ſecundum eſt,non aſſumes nomen Dei in va-
num.& tertium eſt,memento,vt diem ſabbati ſanctifi
ces.Primum igitur pręceptum primæ tabulæ eſt . Non
Deut. 6. habebis Deos alienos,ſed vnum ſolum.ſ.Deum vnum
& verum,iuxta illud.Audi Iſrael Dominus Deus ve-
ſter,Deus vnus eſt.In hoc igitur præcepto prohibetur
omnis idololatria,& contra hoc faciunt,non ſolum in
fideles & pagani & hæretici,verumetiã omnis hõ , qui
amorem præcipuum,quæ debet ponere in Deo, ponit
in quocunq; bono creato,ſicut ambitioſus,qui ſumme
diligit honorem proprium,& auarus,qui ſimiliter dili
git nummum,& guloſus qui ſumme diligit ventrem
ſuum.Et ideo nota,ꝙ triplex eſt idololatria. ſ. pagano
Pſalm.113 rũ,auarorum,& guloſorum. idololatria paganorũ eſt
mala,quia colũt aurũ & argentum iuxta illud.Simula
chra gentiũ argentũ & aurũ,idololatria auarorũ eſt pe
ior,qa quaſi Deum adorant nummũ:Nam auaritia eſt
Eph. 4. idolorum ſeruitus ſecundum Apo.Idololatria guloſo
rum eſt peſſima, quia guloſi colunt Deum viliſſimũ,
ſ.ventrem ſuum,qui eſt latrina & immũditia,de quib.
Phil. 3. dicit Apoſt.quorum Deus venter eſt,& gloria in con-
fuſione ipſorum.Pagani comparãt Deum auro precio
ſo,auari nummo rubiginoſo,guloſi ventri ignominio-
ſo.Secundum præceptum eſt.Non aſſumes nomẽ Dei
in vanum.In quo prohibetur periuriũ, & blaſphemia,
& oẽ peccatum,vel inordinatio linguæ,maxime cõtra
Deum.Et nota tria hic ſpecialiter de periurio, vel bla-
ſphemia . Primò,quia periurus vel blaſphemus peſſi-
mus deſtruit animaam ſuam. Prouocat enim contra ſe
tres perſonas,quarum fauor valde eſt neceſſarius in iu
dicio,ad ſñiam obtinendam.ſ.iudicẽ,teſtes & aduoca-
tos.Qui.n.falsè iurat per Deũ,habet cõtra ſe iudicem,
ſcilicet Deum,qui eſt iuſtus,vt dicitur in Pſalm.Qui iu Pſalm. 7.
rat falſe per ſanctos,habet contra ſe aduocatos.ſ. ſan-
ctos qui ſunt aduocati noſtri,& ſpecialiter qui iurat p
virginem matrem Dei,nam de illa cantat Eccleſia.Eya
ergo aduocata noſtra.&c.Summum aduocatum pro-
uocat contra ſe,qui falſe iurat per Chriſtum,vel p cor
pus ſuum,vel altare ſacrum,quia ipſe eſt pręcipuus ad
uocatus nr̃.Iuxta illud.Aduocatũ habemus apud pa-
trẽ Ieſum.&c.Qui vero falſe iurat, p ſancta Dei Euan 1.Ioan. 2.
gelia,fidẽ vel cõſcientiam ſuam,hẽt cõtra teſtes. Nam
ſancta Dei Euãgelia ſunt teſtimonia veritatis,& fides ,
& conſcientia nr̃a ſunt teſtes noſtri,iuxta illud. Gloria 2.Cor. 1.
nr̃a hęc eſt.&c.Qũo ergo blaſphemus,vel periurus fa
ciet,qui veritatẽ,iudicẽ,aduocatũ & teſtes cõtra ſe hẽt.
Per q̃ viã incedet in extremo , & iuſto iudicio Dei , v-
bi vix iuſtus ſaluabitur,quia qñ credit pro ſe ſñiam ha
bere,hẽt contra ſe? De talib.cõqueritur Dñs dicens. Iu Iſa. 52.
giter tota die nomen meum blaſphematur. Non mire
tis ergo ſi periurus & blaſphemus damnentur,qui no-
men Dei glorioſum aſſumunt in vanum,virginem glo
rioſam,fidem ſuam,& conſcientiam ſuam,ſancta Euan
gelia,& Chriſtum,& oẽs ſanctos, & oẽ bonũ aſſumũt
in vanũ,& oĩa(vt vr̃)habent ,p nihilo.Nõ erit inquam
mirum,ſi à Deo,& virgine,& ſanctis oĩbus in iudicio
illo tremendo procul repellentur. Tertium pręceptum
eſt.Memento vt diem ſabbati ſanctifices . Et nota, ꝙ
tranſgreſſores huius pręcepti videntur ſpecialiter me-
moriam amiſiſſe,vnde iſtis ſolum dr̃,Memento,&c.Pri
mo igitur tales videntur memoriam amiſiſſe, quia nõ
reminiſcuntur eorum, quę vident in natura, nec eorũ,
quę legunt,vel audiunt in ſcriptura. Videmus.n. in na-
tura,ꝙ oĩa quietem appetunt poſt laborem. Herbę nã
que & plantę,ſegetes & arbores fructificant,& ſuo mo
do laborant,ſ.in vere,autumno,& ęſtate,& quieſcunt
in hyeme,& quodammodo ſomniant. Legimus aũt in Gen. 1.
ſcriptura,ꝙ Deus fecit cœlum,terram & oĩa,quę in eis
ſunt in ſex diebus:tñ in die ſeptima requieuit.Apoſtoli
& martyres & alij ſancti laborauerunt in hoc mundo,
& tñ nunc requieſcunt in cęlo,ſolus verò Diabolus nũ
quam quieſcit,nec illi qui ſunt in inferno. Tranſgreſſo
res ergo huius pcepti,ſunt illi,qui laborant per totam
illam ſeptimanam,nec quieſcunt,nec ceſſant in diebus
dñicis,nec in alijs feſtis.Non.n.ſunt(vt patet) ſimiles
Deo qui requieuit ſeptima die,nec creaturis,q̃ requie-
ſcunt in hyeme,nec ſanctis,qui requieſcunt in cęlo,ſed
sũt ſimiles Diabolo,& damnatis,quia nũquam requie
ſcunt ſed ſp laborant & laborabunt in inferno.Nam de
damnato dr̃ . Laborabit in ęternum,& viuet adhuc in Pſal. 4.
finem.Secundò tales vñr memoriam amiſiſſe, quia in-
tentio fuit Dei,vt in die feſto vacaremus diuino cul-
tui,tales autem faciunt totum contrarium . Nam die-
bus feſtiuis vadunt ad mercata & nundinas & ſimilia,
& dimittunt ſermones & miſſas , & fugiunt a Deo ,
& vacant mundo,& quod peius eſt,pctõ.Tales.n. sũt
ſimiles cancro,q ſp vadit,& ſerpit ex tranſuerſo retro-
gradiendo.Tertio tales vñr perdidiſſe memoriam,quia
Dñs mandat ſanctificari ſabbatũ,& illi polluũt ſabba-
tũ,& ꝙ peius eſt, quaſi ſanctificant ſeptimanã: vacant
n.in ſeptimana operib.licitis & ĩ ſabbato, vel die feſto
ebrietatib.& immundicijs, ſordib.& peccatis p totam
ſeptimanam dant corpus victui miſero ,& in die fe- Ezech. 22.
ſto dant aĩam diabolo. De his cõqueritur Dñs dicens.
Sanctuaria mea ſpreuiſtis,& ſabbata mea polluiſtis.

Digitized by Google

De præceptis secundæ tabulæ, & primo de honore parentum. Cap. 3.

DE præceptis secundæ tabulæ, est notandum, quod septem sunt in vniuerso. Primum est, honora patrem tuum, & matrem tuam. Secundum non occides, tertium non mœchaberis, quartum nō furtum facies, quintum non falsum testimonium dices, sextum nō concupisces rem proximi tui, septimum non desiderabis vxorem proximi tui. & de istis septem, primū est affirmatiuum, & alia sunt negatiua. Præcepta autem affirmatiua ligant semper, sed non ad semper, sed pro loco, & tempore, negatiua vero ligant semper & pro semper. Primum ergo præceptum secundæ tabulæ est. Honora patrem tuum & matrem tuam, & est affirmatiuū.

Nota. Et nota, quod triplex est ratio, quare honorandi sunt parentes. s. quia nos genuerūt, nutrierunt, & instruxerūt, quia per ipsos sumus geniti, debemus eis corporale obsequium: quia per ipsos sumus nutriti, debemus temporale nutrimentum, vel subsidium, & quia per ipsos sumus instructi debemus eis imitationis exemplum. Prima ergo ratio honorandi parentes est, quia ipsi nos genuerunt. Vnde dicitur. Honora patrem tuum & gemi-

Ecc. 7. tus matris tuæ ne obliuiscaris meditando, quia nisi per illos nō fuisses, & propter hoc (vt dictum est) debemus eis corporale obsequium. s. corde debemus eos diligere, contra illos qui eos contemnunt, & desiderant mortem eorum, maxime quando senescunt. Lingua debemus eis reuerenter loqui & benedicere, cōtra illos, qui non benedicunt, sed maledicunt. Auribus debemus eis obedire, contra illos, qui eorū præcepta paruipendunt. Manib. debemus eis seruire, contra illos, qui eos percutiunt. Secunda ratio honorandi parentes est, quia ipsi nos nutrierunt, & pp hoc debemus eis temporale nutrimentum, vel subsidium. Tertia ratio honorandi pa-

Prou. 1. rentes est, quia ipsi nos instruxerunt. Vnde debemus eis imitationis exemplum, s. in bonum, quia dicitur. Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. Vnde vide salarium. Filius bonus est benedictio patris & matris, quia in eo benedicuntur pater, & mater, sicut vulgo dicitur de bono filio. Benedicatur

Luc. 1. pater tuus & mater tua. Sicut illa bona mulier dixit saluatori nostro, Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Et econuerso pro salario mali filij, patris, & matris dicitur de malo filio. Maledicatur pater, qui te genuit, & mater quę te lactauit. Exemplum de Lincio, de quo narrat Boetius in libro de disciplina scholarium. Item nota, quod triplex est pęna eorum, qui non honorant parētes suos. Prima est filiorum suorum inobedientia, nam eandem falsam dabunt eis filij sui, quam

Luc. 6. ipsi dederunt parentib. iuxta illud. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Secunda pœna est infamia. Nam secundum canonica & legitimas sanctiones, maligni parentib. infames sunt, & ex eorū malignitate potest testamentum & donatio reuocari, & possunt omni facultate & hæreditate priuari paterna, & vltra hoc tales frequenter mala morte moriuntur in hac vita, & interdum horribiliter puniuntur vel

Exod. 20. perimuntur. Tertia pęna est breuis vita sicut præmiū honoratum est vita longa, vt dicitur. Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt sis longæuus super terram. Nec est mirum si tales reputantur indigni vita æterna, qui etiam reputantur indigni, vel iudicātur in hac vita misera & transitoria, & istis vita subtrahatur, cum alijs peccatorib. conceditur ad pœnitentiam faciendam.

De non lædendo proximum, vel occidendo.
Capitulum. 4.

SEcundum præceptum secundæ tabulæ est Non occides. s. iniuste. Nam istis trib. modis vel actu mortē inferendo, vel lingua, mortem procurando, vel corde proximum odiendo, homicidium perpetratur. De

1. Ioan. vltimo. n. de quo minus videtur, dicitur. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Item nota specialiter, quod tria sunt homicidarum genera. Sunt. n. quidā qui interficiunt seipsos pro peccatis, & secundum Aug. illi inter oēs sceleratissimi homicidæ sunt, de his dicitur. Qui fa-

Tob. 12. cit peccatum & iniquitatem, hostis est animæ suę. Sunt alij qui spiritualiter interficiunt proximum per scandalum & malum exemplum, quod figuratur in morte primo

Exo. 12. genitorum Aegyptij, vt hr in Exo. Tunc. n. moriuntur primogeniti in Aegypto, quando maiores præstant minorib. materiam peccati vel ruinæ, suo malo exemplo. Sunt et alij, qui procurant abortum. s. qn bonum ppositū in se extinguūt, quod eis misericorditer inspiratur ex qua per gratiam impregnantur, sicut in persona ipsorū

Esa. 26. dr. A facie tua Dñe concepimus, & peperimus spūm salutis, mali vero concipiūt, sed non parturiunt, quia suf-

Esa. 37. focant conceptū. De his dr. Venerunt filij vsq; ad partū, & virtus non est pariendi. Itē nota, quod triplex est homicidarum pęna. s. exilium, patibulum & irregularitatis impedimentum. Homicidæ. n. exulātur, qn aūt possunt capi, suspendūtur, sic qui occidunt se vel alios per peccatum, exules sunt a gratia, & patria. Homicidæ aūt suspendūtur, quando possunt tāgi, in patibulo iudicis, sic spiritualiter homicida suspenditur in patibulo inferni, qn morit. Homicidæ etiā non possunt ad sacros ordines promoueri, sic aīæ homicidarum non promouebunt ad ordines angelorū, sed erūt in inferno, vbi nullus ordo, sed sēpiternus horror inhabitat, vt hr in Iob.

De prohibitione concubitus illiciti. Cap. 5.

Tob. 12. TErtium præceptum secundæ tabulæ est. Non mœchaberis, vbi prohibetur oīs concubitus illicitus, & actus carnis inordinatus, tam contra ordinē naturę, quam contra ordinem scripturę & grē. Et notandum quod triplex est ratio, quare prohibet mechia vel luxuria. Primo, igitur quia mœchia est huiusmodi mundi qua si vilis infirmitas, quia fere totus mundus tabescit & ægrotat vel moritur isto peccato, & est morb. ita contagiosus, quod solo aspectu inficit hominem. Vnde saluator noster, phibuit aspectum illicitū dicens. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo. Mulier namq; adultera (sicut basiliscus) solo aspectu interficit hoīem, pp quod nos non debemus nimis ppinquare, vel familiares esse eis, sicut nec

Matth. 5. infirmis qui laborant morbo contagioso, quia dr. De vestimentis procedit tinea, & a muliere iniquitas viri. Secundo, quia mœchia est maior mercatura Diaboli.

Eccles. 42. In alijs etiam peccatis lucratur Diabolus vnum peccatorem, p vno peccato, sed in mœchia, vt vulgo dr, lucratur p vno peccato duos, imò tres, & interdū plures, s. adulterū & adulterā & vetulam, q̄ procurat peccatū, qui et Diabolus in hoc magis multiplicat vsuras suas, idō huic mercaturæ vel negocio plus intendit, immo nō curat dormire, vel comedere, tantum est intentus huic

Iob. 30. pessimæ mercaturæ. Dicitur. n. Qui me comedunt. s. tentando, nō dormiūt. s. a tentatione cessando. Tertio, quia etiam mœchia est cōior via inferni, hoc est, strata publica magis lata, quia plures ambulāt per eam. Alia peccata vendicant sibi specialia hominum genera, sed luxuria nulli parcit, & fere ad omne genus hominū

Exemplū se extendit. Exemplum de Diabolo, qui secundum fabulam habuit vxorem, & ex illa habuit septem filias, & maritauit eas. Superbiam dedit mulierib. quæ totum studium suum ponunt in vanitate, & speculo, pectine, & crinib. & monilib. & ornatu capitum &c. Vsuram dedit burgensib. Rapinam militibus & magnatibus. Symoniam clericis & prælatis: Hypocrisim religiosis. Et luxuriam vniuersis. De hac via dicitur, Lata

Matth. 7. est porta & spaciosa via, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam.

De pro-

De probibitione furti. Cap. 6.

QVartum præceptum secundæ tabulæ est. Non furtum facies. In quo probibetur furtum, rapina, & symonia, & omnis illicita contractio rei alienæ. Et nota ꝙ furtum cum suis comitib. est contra triplicem legem. Est. n. primò contra legem naturę, secundum quã omnia debent esse communia. Fures autem & sui comites non solum retinēt sua propria, imò vsurpant aliena,
Tob. 4. contra illud præceptum naturę, quod scriptum est. Qđ ab alio oderis tibi fieri, vide ne tu alteri aliquando facias.
Exo. 20. Est contra legem scripturæ, vt dicitur. Non furtũ facies. Est etiam contra legem gratiæ. Nam charitas
Luc. 6. quæ est secundum præcepum legis gratiæ, non quærit sua, sed aliena. Charitas præcepit dare dicens. Date & dabitur vobis, communicando. Hæc autem potius nititur auferre. Charitas aũt coniuncta, facit nos similes Deo, qui non solum, & sua & æterna, sed etiam seipsum
Ephe. 5. pro nobis dedit, vt habetur ad Ephes. Fures, raptores, & vsurarij auferendo alijs, sunt similes morti & Diabolo. Nam mors nititur furari & auferre corpus, Dia-
Isa. 28. bolus aũt animam. De talib. dicitur. Percussimus fœdus cum morte & cum inferno. i. Diabolo fecimus pactum, qui furatur animam. Et pręcipue vsurarij, fures, vel raptores, qui auferunt sua pauperibus sunt similes morti, qui auferũt pauperib. victum suum necessarium
Eccles. 34. & per cõsequens vitam suam. Nam dicitur. Panis egentium vita pauperis est, qui defraudat illum homo sanguinis est.

De non docendo falso testimonio, & de peccatis linguæ. Cap. 7.

QVintum præceptum secundæ tabulæ est. Non falsum testimonium dices. in quo prohibetur omne peccatum & omnis inordinatio linguæ, & specialiter contra proximum. Sunt autem, secũdum doctores, 22. peccata, vel deordinationes linguæ, & omnes ꝓhibentur. s. blasphemia, murmur, defensio peccati, periuriũ, mendacium, detractio, accusatio, multiloquium, verbũ ociosum, scurrilitas quæ ad rem non pertinet, indiscretio, conuicium, contentio, bonorum derisio, prauum consiliũ, seminare discordias, maledictio, adulatio, peccatum bilinguium, rumor, iactantia, & secreti reuelatio specialiter. Et nota, ꝙ falsus testis tribus personis est obnoxius (vt dicit Isid. de sũmo bono) est. n. obnoxius Deo, quem contemnit, & iudici quem decipit, & proximo, quem lædit. Mendax est sicut denarius falsus, vel potius sicut falsus monetarius, qui fabricat falsam monetã, & talis de iure punitur morte æterna, iuxta illud.
Psal. 5. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Detractor similis est cani, qui lambit in homine, non carnē suam sed vlcera & saniem. Murmurans autem, similis est rotæ deteriori carri, q̃ plus est quam aliæ garrulosa, quia s. non est vncta oleo, sic isti deficit vnctio Spiritussancti. Iactans similis est cuculo, qui nescit nunciare, nisi de seipso. Adulatores similes sunt canib. qui, cum obuiant sibi inuicem, osculantur se in loco immundo. Bilinguis vel reportator verborum, similis est serpenti, qui habet linguam bifurcatam, sic tales loquuntur ad duas partes. Qui stulte promittit, similis est arbori, quæ habet lata folia, sicut vitis, quę cito folia defluit, vt dr̃ in Psal. Qui loquitur scurriliter, similis est porco, qui vbicunque ponit pedem, non veretur ponere os. Qui peccatũ defendit vel excusat, similis est adę, qui retorsit culpam
Gen. 3. suam in Deũ, dicens. Mulier quam decisti mihi sociam, dedit mihi de ligno & comedi, &c. Qui maledicit, similis est hystrioni, vilior imo vilissimus est inter omnes, qui vulgo dr̃ ioculator, sic de maledicente, qui multis est odiosus. Qui multum loquitur, est sicut fatuus mercator. qui sine numero pondere & mẽsura vendit merces suas, & ideo non est mirum si interdum defraudetur. Qui indiscrete comminat̃, similes est cani, qui plus latrat & minus facit. nobilis. n. canis sicut leporari⁹, vix latrat. Qui conuitiatur, est sicut canis macelli, qui sp os portat sanguinolentum. Qui contendit vel contentionem incipit est sicut ille, qui a Diabolo mutuum recipit: qui in contentione recontendit, Diabolo vsuras soluit. Qui praue consulit, est sicut serpens, qui inficit quicquid lingua eius tangit. Qui rumores multos narrat, similis est lupo, qui (vt dr̃) vno mense viuit de vẽto. Qui loquitur verba ociosa, est sicut vlmus & aliæ arbores, quæ nullum fructum ferunt, sed folia tantum. Qui bonos deridet, est sicut cęcus, qui spuit & nescit vbi, sed spuit aliqñ super vultum alicuius, qñ credit spuere sup terram vel lutum. Qui seminat discordias, est sicut serpens ignominiosus, quia talis vomit ignem & incendit rancorem. Qui secreta reuelat, est sicut saccus sine fundo, & sicut vas sine opertorio. De blasphemo & periuro dictum est supra in c. 2. Et propter hoc per talia quę a lingua procedunt. vocatur vniuersitas iniquitatum Zach. 5.
in Zacharia.

De probibitione concupiscentiæ. Cap. 8.

SExtum præceptum secundæ tabulę est. Non concupisces rem proximi tui. Septimum præceptum est. Non desiderabis vxorem eius. In primo prohibetur concupiscentia oculorum. In secundo concupiscentia carnis. Et nota ꝙ triplex est ratio, quare specialis ista concupiscentia carnis duplex prohibetur, tum quia est quędam aĩæ labes, quæ citò maculat, & vix potest tergi, tum q̃a est quidam aĩæ ignis qui subito inflammat, & vix potest extingui, tum quia est quædam anime sitis, quæ semper cruciat & vix potest satiari. Primò igitur hæc duplex concupiscentia est aĩæ labes, quæ vix potest tergi. Vna istarum. i. concupiscentia carnis est sicut aqua ꝑꝑ labilitatem transitorię delectationis. Altera. s. concupiscentia oculorum, est sicut terra ꝑꝑ ariditatem terrenæ affectionis. Sicut ergo ex aqua & terra fit lutum materiale, ita ex hac duplici concupiscẽtia fit lutum spirituale, quo anima sordidat̃ & ꝑ consequens fętet, & displicet in conspectu dei ad modum vilissimi Psal. 17.
luti. Vnde dicitur in Psal. Vt lutum platearum delebo
eos. Secundò ista duplex concupiscentia est aĩæ ignis, Iob. 31.
quæ vix potest extingui. De quo dicitur in Iob. Ignis est vsq; ad perditionem deuorãs. Inflamat. n. animam, & inflamando incinerat, & tunc tertia soror earum. s. superbia vitæ, quæ est sicut ventus, insufflat in animam sic redactam in cineres, & dispergit eam in ventum, & Psal. 1.
per consequens adnihilat. Et ideo dicitur in Psa. Quod impius est sicut puluis, quem proijcit ventus à facie terræ. Tertio ista duplex concupiscentia est animæ sitis, quæ vix potest satiari, cuius duæ sunt sanguisugæ filiæ dicentes, affer, sicut dicitur in Prou. Concupiscentia o- Proue. 30.
culorum dicit affer diuitias, concupiscentia carnis dicit affer delitias. Vna non cessat congregare, alia non Aggæi. 1.
cessat effundere. Vnde dicit Aggeus. Qui mercedes congregauit, misit eas in saccum pertusum. Homo mundanus diuitiarum & delitiarum sitibundus saccus dicitur pertusus, & ideo non est mirum, si nunquam potest satiari, quia nũquam potest impleri ad modum sacci pertusi.

De præceptorum editione ac promulgatione. Capitulum. 9.

DE præceptorum editione vel promulgatione notandum quòd sunt vtiliter edita & sub triplici pęna, & primo sub pœna corporis & animæ Lex. n.

Digitized by Google

imperàtoris editur ſub pœna corporis tantum , ſed lex
creatoris ſub pęna animæ & corporis,vt dicitur in Mat
Matth. 10 thæ. Nolite timere eos, qui occidunt corpus , animam
autem non poſſunt occidere. Secundo præcepta diuina
edicuntur,vel mandantur ſub pęna bonorum mobi-
lium,bona mobilia dicuntur bona gratiæ,quia poſſunt
perdi & recuperari , bona immobilia dicũtur bona glo
riæ,quia ſemel habita nunquam poſſunt amitti. Tranſ
greſſores ergo præceptorum diuinorum,bonis gratiæ
& gloriæ priuantur,ideo obſeruantibus datur gratia in
Pſalm. 83. præſenti,& gloria in futuro,iuxta illud Pſal. Gratiã &
gloriam dabit nobis Dominus. Tertio pręcepta diuina
edicuntur ſub pœna patiboli infernalis,tranſgreſſor er
go diuini præcepti,iam eſt in via qua ducitur à Diabo
lo ad patibulum inferni. Et nota,quòd tria ſunt quæ
Tria notã fiunt latroni quando ducitur ad patibulum. Oculis ve
da quę fiũt latur,manib. ligatur,& veſte nudatur,ſic peccatori qui
latroni. ducitur ad infernum , velantur oculi rationis,ligantur
manus bonæ operationis,denudatur veſte honeſtę con
uerſationis. Sic ergo præcepta diuina edicuntur ſub
Pſalm. 118. multiplici pœna. Ideo dicitur in Pſalm. Tu mandaſti,
mandata tua cuſtodiri nimis.

Quod tranſgreſſores præceptorum inſtar Pharaonis decem mulctantur plagis.
Capitulum 10.

NOta,quòd ſicut decalogus eſt decem præcepto
rum Dei,ſic ſunt decem trãſgreſſores decalogi,
qui figurantur per decem plagas Aegypti, quæ
fuerunt ſanguis , ranæ , cinifes , & muſcæ , animalium
peſtis & veſicca,grando & locuſta,tenebrę & mors pri
mogenitorum. Et per iſtas decem plagas Ægypti figu-
rantur(vt dictum eſt)tranſgreſſores decalogi. Nam ſi-
cut plagæ illæ vaſtauerunt Aegyptum,ſic plagæ pecca
torum corrumpunt mundum iſtum. Prima ergo plaga
Aegypti fuit ſanguis,omnes enim aquæ Aegypti verſę
fuerunt in ſanguinem,& hoc ſignat ſanguinem, & cor
ruptionem luxuriæ. Secunda plaga fuit rana,tota enim
Aegyptus bulliuit ranis,& ſignificat loquacitatem &
peccata linguæ. Tertia plaga fuit cinifes,cuius aculeus
amarus quaſi inuiſibiliter pungit,& ſignificat aculeũ
inuidię Quarta plaga fuit muſca grauiſſima,& hoc ſi-
gnificat indignationem & peccatum iræ. Quinta plaga
fuit peſtis animalium,& hoc ſignificat languorem, vel
peccatũ acediæ . Sexta plaga fuit veſica turgens & am
puloſa,& hoc ſignificat inflationem,& peccatum ſup-
biæ. Septima fuit grando,& hoc ſignificat perſecutio-
nem,& peccatum iniuriæ , quia ex ſuperfluitate naſci-
tur iniuria vel malitia. Octaua fuit locuſta,quæ deuo-
rauit quicquid reſiduum fuit in grandine,& ſignificat
voracitatem,& peccatum gulæ. Nona plaga fuit palpa
bilis tenebra,& hoc ſignificat cęcitatem ignorãtiæ. De
cima,& vltima fuit mors primogenitorum , & hoc ſi-
gnificat ſcandalũ vel notam infamiæ,quãdo.ſ. maiores
præbent occaſionem peccandi vel materiam ruinæ.
Hæ fuerunt plagæ Aegyptiorum ad literam , & iſtæ
ſunt myſticę plagę peccatorũ tranſgreſſionis decem p̃
ceptorum,vnde ſicut Aegyptij poſt plagas iſtas fuerũt
ſubmerſi in mari rubro,ſic homines mundani poſt pla
gas iſtorum peccatorum,ſi non fuerunt per pœnitentiã
loti vel ſanati,ſubmergẽtur in inferno cum Pharaone,
& ſuis curribus.i.cum Diabolo & Angelis ſuis. Qui au
tem fuerit tranſgreſſor diuini pręcepti,non erit immu
nis a plagis peccatorum,& a gutture tormentorum,qa
Eccle. 8. dicitur in Eccleſ. Qui cuſtodit præcepta non experie-
tur quicquam mali.

TITVLVS QVARTVS
DIETA QVARTA.

De conſilijs Euangelicis.

Et primo de Religione. Cap. 1.



POST tractatum de præceptis , di
cendum eſt de conſilijs Euange-
liorum: Hæc eſt.n.quarta dieta ſa
lutis.ſ.de pręceptis ad cõſilia euan
gelica , ſicut a minus perfectis ad
magis perfecta peruenire, & quo-
niam iſtam dietam ambulant viri
perfecti ſicut religioſi,ideo dicẽdum eſt hic de religio
ne in communi. Vnde in nomine Domini de religione Tria de re
vel congregatione nota ſpiritualiter tria.ſ.typũ cui cõ- ligione.
paratur,ortum , vnde deriuatur,votum quo ligatur.
Habet ergo religio typũ multiplicẽ, qui ipſam reddit
commendabilẽ. Vñ nota qđ tria cõmendãtur in religio
ne vel religioſis.ſ.pondus maturitatis,amor cõitatis,&
fuga proprietatis. Religioſus ergo debet habere põdus
maturitatis,ſicut verus trapezita vel cãpſor, cognoſcit
meliores denarios ad pondus,ſic abſque dubio, in pon
dere maturitatis cognoſcitur religioſus. Nam in Pſ.dr. Pſalm. 34
In populo graui laudabo te. Religioſus debet amare
cõitatẽ,& hoc multiplici exẽplo. Videmus.n.q̃ plures
homines,qñ ſunt congregati incedũt ſecurius, reſiſtũt
fortius, ſolaciantur iocundius. Vñ dr in Eccle. Melius Eccle. 4.
eſt duos eſſe ſimul quã vnũ. Videmus inſuper econtra-
rio,q̃ auis ſola ſingularis,vel eſt rapax, vt accipiter,vel
amiſit ſocium , vt turtur, ſic religioſus ſingularis, vel
eſt rapax detrahendo,vel iudicando patrem vel proxi
mum vel amiſit ſocium.i.Chrm̃,quia dr etiam in Ec Eccleſ. ib
cle. Vę ſoli. Ideo in oblatione Dñi in tẽplo,fuit par tur dem.
turũ,non ſola turtur,vt dr in Luc. Videmus.n. q̃ ſola Luc. 2.
candela per ventum extinguitur, ſed non ita de facili
qñ cũ alijs ardet,ſic plures cõgregati vinculo charita-
tis,iũcti melius lucent per exemplum, vehementius ar
dent per deſideriũ diuinum. Vñ dr in Pſal. Congregate Pſalm. 49.
illi ſanctos eius. Videmus.n. præterea , q̃ non ſolus de-
narius,ſed plures faciunt theſaurum,non vnus miles , Exempla
ſed plures faciunt exercitũ,non vnus ſcholaris,ſed plu exquiſita.
res faciunt ſtudium,non vnus bos,ſed plures trahũt iu
gum,non vnum membrum ſed plura faciunt corpus
vnũ,non vna apis,ſed plures componunt fauum,nõ v-
nũ granũ,ſed plura faciunt aceruum,non vna ſpẽs , ſed
plures faciunt electuarium,ſic cum plures ſunt vniti p
amoris vinculum,eſt in eis abſque dubio maior abun-
dantia meritorũ. Vnde in figura huius non vnus ſolus
diſcipulus,ſed plures diſcipuli receperunt Spiritũ ſan-
ctũ,vt dr in Act. Religioſus debet inſuper fugere & ca Act. 2.
uere proprietatem , ſicut.n. veſpertilio bibit oleum in
Eccleſia,vbi laudant alij Deũ,ſic religioſus proprieta- Notabile
rius,inſtar veſpertilionis, bibit,& furaĩ bona monaſte pro religi
rij,vbi alij vacant laudib.& Dei ſeruitio,ſicut Iudas , ſis.
q ſolus inter Apoſtolos pecuniã furatus eſt,vt dr in Io. Ioann. 12.
Itẽ nota q̃ tria ſunt reprobata ſpãliter in quolibet reli-
gioſo.ſ.indeuotio,diſſolutio,& vagatio. Nã religioſus
indeuotus,eſt ſicut cirpus,vel iuncus , aut mergus,q in
terius eſt aridus,q̃ tñ ſtat in aqua vel loco aquoſo. Itẽ
ſicut piſcis q ſp bibit aquã,& cum aperiĩ venter,inueni
tur vacuus,talis iuxta panem moriĩ fame,iuxta fontem
moriĩ ſiti,iuxta ignem moritur frigore. Et de talib. dr
in Pſa. Diuites eguerũt,& eſurierunt. Eſt etiã reprobã Pſalm. 33
da in religione diſſolutio vitæ,& inhoneſtas in cõuerſa
tione. Nã ſecularis inhoneſte viuens,ſolũ infamat ſeip
ſum,religioſus verò inhoneſtus,& diſſolutus, infamat
totum

totũ monasterium & ordinem suum. Nam sicut q̃ñ vinum proclamatur in villa, per vinum ꝗ portatur in cypho, iudicant hoĩes de toto vino ꝗ est in dolio: sic mũdus per conuersatiõnẽ quam videt in vno religioso, iudicat omnes alios qui sunt in monasterio, vel in ordine suo, & hoc tam in bono, quam in malo. Vnde dicit Apost. Spectaculum facti sumus mundo. 1. Cori. 4. Est insuper religioso valde reprobanda vagatio, sicut.n. piscis non diu viuit extra aquam, sic religiosus vagabundus citò moritur per culpam. Vnde dicit Hier. Ocium mihi carcer est, & solitudo paradisus. Item nota quod religiosus debet se castigare non interficere, prælato obedire nõ contradicere, & semper in bono proficere non retrocedere. Religiosus itaq; debet corpus proprium non occidere, sed disciplinare, & disciplinam cum ratione regulare, & interdũ disciplinam remittere, sicut Aquila retrahit alas, vt melius extendat, & balistarius remittit, vel distendit arcum, vt fortius postmodum trahat, sic interdum remittenda & temperãda est disciplina, vt postea cõualescat. Nam dicit Apost. Rationabile sit obsequiũ vestrum. Roma. 12 Religiosus etiam suo prælato debet obedire humiliter, & non resistere, sicut.n. membra iudicantur paralitica, quæ non mouentur ad imperium capitis, sic peruersus est religiosus subditus, qui non sentit motũ & imperium patris spiritualis. De talib. dicitur in Exo. Exo. 15. Fiant immobiles quasi lapis: & sicut omne humidum (sicut dicit Phũs) male terminatur termino proprio, & bene alieno, sic religiosus bene regitur, si obseruet plãti præceptum, male verò si sequatur propriæ voluntatis votum. Nam dicit Ber. Tolle propriam voluntatem, & infernus non erit tibi. Religiosus insuper debet semp proficere & non retrocedere, & ideo à latiorib. incipere debet, vt proficiendo ad altiora valeat peruenire. Nã dicit Greg. In via Dei non proficere, deficere est. Sicut in ædificium in fundamento fit latius, & postmodum construendo fit strictius: sic religiosus talem perfectionem debet incipere, ꝗ ad illam valeat addere, & in ea perseuerare, ne dicatur illud euangelicum verbũ cõtra ipsum. Luc. 14. Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consumare, vt dicitur in Luc. debet ait super oĩa in religione pseuerare, quia dicit saluator. Nemo mittens manũ ad aratrum, & aspiciens retro aptus est regno Dei. Idem. 9. Sicut n. stultus est qui tempore tẽpestatis exit de naui, & ꝓijcit se in mari, ita summa stultitia est, tempore tentationis nauem religionis dimittere, & ad submergendũ se in mare seculi præcipitare. De talib. aũt dicitur in Actis. Act. 27. Nisi in naui manseritis, peribitis. Item nota, quòd religiosus debet in disciplina nutriri, & informari tripliciter. s. sicut paruulus in domo, sicut plantula in horto, & sicut virgula in virgulto. Debet itaque religiosus ad modum pueri in disciplina diligenter enutriri & educari. Vnde nota, ꝗ dẽt habere duas obstetrices in processu, duas nutrices in progressu, & duas collaterales in ꝑfectione vel statu. Debet igit habere duas obstetrices scilicet obedientiam, quæ liget sibi manus & pedes, & inuoluat eum in panniculo paupertatis, & humilitatẽ, quæ inclinet eum in præsepio & in cunabulo claustri, cum freno temperantiæ & capistro cilicij. Istæ sunt duę obstetrices Hebræorum, id est Religiosorum, quæ cõseruabant mares, id est perfectos religiosos & perfectè viuere volentes, vt habetur in Exo. Exo. 1. Debet & habere duas nutrices in progressu. s. veritatẽ, quæ doceat eum loqui, iuxta illud Petri. 1. Pet. 4. Siquis loquitur, quasi sermones Dei: & honestatẽ, quæ doceat eũ ambulare, iuxta illud qđ dicit Apost. ad Thes. 1. Thess. 4. Præcipimus vobis, vt honestè ambuletis ad eos, qui foris sunt. Debet nihilominus habere duas collaterices in perfectione & statu. s. charitatem ad Deum & ad proximum, nã dicit Apost. Heb. 13. Charitas fraternitatis maneat in vobis, & austeritatem ad seipsum: iuxta illud eiusdem Apostoli. 1. Cor. 9. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Religiosus instar plãtulæ, debet nutriri in disciplina vel in religione. Vnde notandum est, ꝗ hortulanus fodit sæpe circa plantulas q̃ sunt in horto suo, quæ spiritualiter debent fieri nouo religioso. plantulæ vero de vno loco eradicantur, & in alio transplantantur, clauduntur, rigantur, purgantur, fodiuntur, & coluntur: sic nouicius debet instar plantulæ, de mundo radicitus euelli, & in religione transplantari & in sancto proposito radicari, circunspectione claudi, deuotione rigari, cõfessione purgari, & exercitio & occupatione fodi, & excoli, & tales sunt sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua, vt dr̃ in Psalm. Psal. 43. Religiosus insuper, sicut virgula in virgulto debet educari in disciplina. Vñ nota, ꝗ agricola quando habet virgulam vel surculum generosæ vel fructuosæ arboris, prouidet ei in multis. s. ꝗ habeat radicem, stipitem, frondes, & folia, flores & fructus: sic virgula spiritualiter. s. neophitus, vel nouitius in virgulto religionis, dẽt habere ista sex. s. Radicem profundæ humilitatis, stipitem rectæ intentionis, frondes syncerę dilectionis, folia honestę locutionis, flores pulchræ conuersationis, & tandem super oĩa fructus bone operationis, quia ꝑ fructus eorum cognoscit eos Deus, sicut dicit saluator in Matth. Matth. 7. De talib. virgulis generosis & fructuosis dicitur in Psalm. Psal. 127. Filij tui sicut nouellæ oliuarum, in circuitu mensæ tuæ. i. religionis sanctæ. Habet etiam religio ortum primordialem valde laudabilem. Vnde nota, ꝗ oĩs religio & omnis spiritualis congregatio, vel fraternitas, habuit primò ortum à Samuele, qui congregauit cuneum prophetarum, vt dicitur in primo Regum. 1. Reg. 10. Et ita dicit ibidem magister historiarum. Secundò habuit ortum, ab Elisæo, cum quo habitauerunt filij prophetarum, vt dicitur in quarto Regum. 4. Reg. 4. Tertio habuit ortum a Ioanne Baptista, qui congregauit discipulos, vt dicitur in Ioan. Ioan. 1. Quartò habuit ortum a Christo, qui congregauit discipulos & Apostolos, vt dr̃ in Matth. Matth. 4. Quinto habuit ortum ab Apostolis, quib. adhæserunt multi discipuli, simul habitantes post missionem Spiritus sancti, sicut dicitur in Act. Act. 4. Quia nemo quicquam eorum, quæ possidebant, aliquid suum esse dicebat, sed oĩa illis erant cõia. Sextò habuit ortum à Marco Euangelista, qui apud Alexandriam discipulos vitæ mirabilis habuit, vt habetur in Ecclesiastica historia. Li. 1. c. 26. Inde ꝑcesserunt monachi, quorum fuerunt tria genera. s. cœnobitarum qui in cõi viuebant, aliorum qui dicebantur Remoboth q bini & trini habitabant, & Anachoretarum, qui soli in deserto viuebant, quorum auctor fuit Paulus lustrator nihilominus princeps Ioannes Baptista, vt dicit Hierony. Epist. 48. Habet insuper religio nodum regulantem valde notabilem, qui ipsam facit valde laudabilem. Est.n. in ipsa triplex nodus valde laudabilis. s. nomen religionis, obedientię subiugantis, paupertatis alleuiantis, & castitatis decorantis. Obedientia aufert religioso propriam voluntatem & ꝑ cõsequens infernum, iuxta illud Bern. Tolle propriam voluntatem, & infernus non erit tibi. Paupertas aufert ipsi terrenam cupiditatem, & per consequens omne malum. Iuxta illud verbum Apostoli. 1. Tim. 6. Radix omnium malorũ, est cupiditas. Castitas aufert homini carnalem fœditatem, & per consequens facit eum Angelum, iuxta illud Matth. Matth. 22 Neq; nubent neq; nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in cęlo. De hoc triplici nodo per ordinem est dicendum. Et primo de obedientia.

De obedientia. Cap. 2.

De obedientia nota spẽaliter tria. s. ꝑconia quib. commendatur, auxilia quib. adiuuatur, & officia quibus occupat. Hẽt ergo obedientia multa præconia q̃ ipsã laudãt. Vñ nota, ꝗ obediẽtia est schola saluatoris, nobile genus martyrij, palma triũphalis, & scala paradisi.

Primò ergo obedientia eſt ſchola ſaluatoris. Vnde no-
ta, ꝙ ſaluator exemplo ſuo docuit obedientiam tripli-
citer, ſ. ad mundũ veniens, in mundo manens, & de mũ
do tranſiens. Ad mundum veniens obedientiã docuit,
Ioan. 6. vt dicitur in Io. Deſcendi de cœlo, non vt facerẽ volun
tatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me, patris.
Phil. 2. Obedientiam docuit in mundo manẽs, vt dicit Paulus.
Factus eſt obediens vſq; ad mortem. Obedientiam do
Matt. 26. cuit de mundo tranſiens, nam in paſſione dixit patri.
Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Eſt etiam obedientia
quoddam nobile genus martyrij & palma triũphalis,
1. Regũ 15 quia decollat hominem & amputat ei propriæ volun-
tatis caput. De hoc martyrio dr̃ in primo Reg. Melior
eſt obedientia, quam victimæ. Eſt aũt obedientia ſcala
paradiſi, cuius ſeptem ſunt gradus, quos aſſignat Bern.
Act. 9. Primus gradus obedientiæ, eſt obedire libenter ſine re
calcitratione. Exemplũ de Paulo, qui dicit in Act. Do-
mine quid me vis facere? Secundus gradus eſt obedire
Pſalm. 72. ſimpliciter ſine ſimulatione, exemplum de Dauid qui
dixit in Pſal. Vt iumentum factus ſum apud te. Tertius
gradus eſt obedire hilariter ſine murmuratione, exẽ-
plum de Simone Cirenæo, qui portauit in angaria, i. in
Matt. 27. dolore crucẽ Chr̃i, vt habetur in Matth. Quartus gra
dus eſt obedire velociter, ſine recraſtinatione, exẽplũ
de Petro & Andrea, qui ad vnam Dñi vocẽ relictis re
Idem. 4. tib. omnib. ſecuti ſunt eum, ſicut ẽt dr̃ in eodem Matt.
Quintus gradus eſt obedire viriliter, ſine æſtimatione,
Luc. 22. exemplum de Petro qui dixit. Dñe paratus ſum tecum
in carcerem, & in mortem ire. Sextus gradus eſt obedi
re humiliter ſine elatione, exemplum de diſcipulis qui
Idem. 17. bus dixit Saluator, Dũ feceritis omnia quæ præcepta
ſunt vobis, dicite quia ſerui inutiles ſumus. in eodem
Phil. 2. Luc. Septimus gradus eſt obedire perſeuerãter, ſine di
ſcõtinuatione, exemplũ de Chriſto, de quo dicit Apoſ.
Factus eſt obediens vſque ad mortem. Iſti ſeptem gra-
Geneſ. 28. dus erãt ſpũaliter in ſcala Iacob, de qua habet̃ in Gen.
Quæ ſignificat obedientiam, tum quia Angeli deſcen-
debant & aſcendebãt per illam, per quod intelligitur,
ꝙ obedientia eſt vita angelica, tum quia ſcala iſta tãge
bat cęlos, in quo innuitur, ꝙ vera obedientia eſt cœle-
ſtis vita. Item nota, ꝙ obedientia eſt nauis ad cęlũ tran
ſiẽs, clauis cęlũ aperiens, & auis ad cęlũ aſcendens. Eſt
itaq; obedientia ſicut nauis, nã ſicut qui eſt in naui sẽ
per procedit, & tñ ipſe quieſcit: ſic qui eſt in naui obe-
dientiæ, ſemper proficit in mundo, dormiendo, vigilan
do, comedendo, abſtinendo, ambulando, quieſcendo,
quia inſtar nautæ non mouetur motu proprio, ſed alie
no. De hac naui habetur in Prouerbijs. Facta eſt quaſi
Prou. vlti. nauis inſtitoris. i. mercatoris. Per eandem rõnem obe-
diens comparatur equitanti, nam ſicut equitans quie-
ſcendo procedit, quia non mouetur motu ꝓprio, ſed
equi, ſic bonus obediens quando pauſat meretur, quia
non innittitur motui voluntatis ſuæ, ſed maioris ſui.
Vnde dr̃ in Can. Equitatui meo aſſimilaui te amica
Can. 1. mea. Eſt etiam obedientia ſicut clauis paradiſi, ſicut. n.
inobedientia clauſit paradiſum, vt habetur ex Gen. Sic
Gen. 3. obedientia paradiſum aperuit. Et in figura huius Chri
ſtus dedit Simoni, qui interpretatur obediens, claues re
gni cęlorum, vt dicitur in Matt. Et ſicut Dominus ma
Matt. 16. ledixit primo homini inobedienti, dicẽs maledicta ter-
ra in opere tuo, ſic benedixit obedienti Symoni Domi
nus dicens. Beatus es Symon Bariona. Eſt etiam obe-
dientia ſicut auis ad cęlum aſcendens, nam ſicut auis
cum duab. alis volat ad ſublimia, ſic obediens cũ dua-
bus alis. ſ. cum ala paupertatis, & cũ ala caſtitatis ſcãdit
ad cęleſtia. Hoc eſt quod dicitur in Apo. Datæ ſunt mu
Apoca. 12. lieri duæ alæ, vt volaret in deſertum locũ, mulier iſta
põt dici obedientia, duæ alæ poſſunt dici duo illa vota,
ſimul coniuncta. ſ. caſtitatis, & pauptatis volũtariæ. Itẽ
nota ꝙ obedientia eſt ſumma in merito, vicina Deo, &
proxima cœlo. Eſt itaque obedientia in merito ſupre-
ma, & in figura huius Chriſtus Apoſtolis prępoſuit Sy
monem obedientem. Vult enim creator ꝙ omnia obe-
diant obedienti, nec mirum, ſi vult ꝙ obediẽti obediãt
cæteræ creaturæ, quia etiam ipſe Deus voluit obedien- Ioſ. 10.
ti obedire. Exemplum de Ioſue, de quo dicitur. Non
fuit ante & poſtea tam longa dies, obediente Domino
voci hominis. Eſt etiam obedientia Deo vicina, in cu-
ius figura Dominus recubuit in domo Symonis, vt di-
citur in Lu. Et omnes qui erãt in Bethania diligebat, vt Luc. 7.
dicitur in Io. Bethania quippe domus obedientiæ dici- Ioan. 12.
tur. Eſt etiam obedientia ſcala cęli, & Deo proxima, &
in figura huius, Dominus aſcendit in cęlum de Betha-
nia, ſicut habetur in Lu. Habet etiam obedientia auxi- Luc. 24.
lia, quæ ipſam iuuant. Vnde notãdum eſt, quòd ſex sũt
quæ iuuant obedientiam. ſ. humilitas flectens, conſue-
tudo frequens, dilectio feruens, affectus terrena cõtem
nens, gratia interius vngens, & prælatus modeſte præci
piens. Obedientia igitur iuuat, & facit hominem obe-
dientem; humilitas, reddit hominem flexibilem, ſicut
n. gracilitas & ſubtilitas virgæ facit virgam faciliter in-
clinare, ſic gracilitas humilitatis facit homines faciliter
obedire. Ideo dicit Apoſ. de Chriſto. Humiliauit ſemet Phil. 2.
ipſum, factus obediens vſq; ad mortem. Iuuat etiam o-
bedientiam conſuetudo, nam ſicut equus aſſueſcit cir-
cũuolutionib. vt ſciat ſe ad omnem partem flectere, ſic
aſſuefactio obedientiæ facit homines ad nutum obedi
re. De tali equo bene ductili dicitur in Prou. Equus pa Prou. 21.
ratur ad diem belli, Dominus autem ſalutem tribuit. Iu
uat tertio obedientiam dilectio Dei nam ſicut ignis fa-
cit ceram mollem & tractabilem, ſic amor Dei ignitus
facit hominem obedire. Vnde dicitur in Luc. Ignem ve Leuit. 12.
ni mittere in terram. i. animã deuotam, Iuuat nihilomi-
nus obedientiam contemptus mundi, & ſeparatio volũ
tatis ab omni re corporali, ſicut. n. pellis eſt tractabilis a
ligno ſeparata, quæ tamen eſt rigida, quandiu eſt ligno
affixa, ſic anima cum inſtar pellis a terrenis ſeiungitur,
ad obediendum facile inclinatur. In cuius perſona dicit Pſal. 118.
Pſal. Paratus ſum, & non ſum turbatus. Iuuat ẽt obediẽ
tiam vnctio gratiæ interius, ſicut. n. corium vnctum fit
molle & tractabile, qđ tñ ante vnctionem erat durum
& rebelle, ſic homo facilis eſt ad obedientiam, qñ aĩa in
tus eſt vncta per gratiam. Hæc eſt vnctio de qua dicit
Io. Vnctionem quam accepiſtis maneat in vobis. Tãdẽ 1. Io. 2.
iuuat obedientiã modeſtia præcipientis. Exemplum de
Deo, qui vnum ſolum lignum prohibuit, & oĩa alia cõ
ceſſit dicens. De oĩ ligno paradiſi comede, de ligno au-
tem ſcientię boni & mali ne comedas. Habet etiam obe Gen. 2.
dientia officia, quæ ipſam occupant. ſ. tria genera pręce
ptorũ. Vñ nota, ꝙ debet quilibet obedire præceptis iu-
dicis per naturam, quæ ſcripta ſunt a Tobia dicẽte. Qđ Tob. 4.
ab alio oderis tibi fieri, vide ne tu aliqñ alteri facias, &
in Matt. Omnia quęcunq; vultis ne faciant vobis homi Matt. 7.
nes, ea nolite facere eis. Vel debemus obedire præceptis
iniunctis per ſcripturam quæ ſcripta ſunt in Exo. Vbi Exod. 20.
ponuntur decem præcepta. Non habebis Deos alienos,
&cęt. Debemus etiam obedire præceptis inſpiratis per
gratiam, vt de dilectione Dei & proximi, quæ ſcripta
ſunt in Matt. Horum expoſitionem quære ſupra in ma Matth. 22.
teria de præceptis, & in materia de charitate.

De *Paupertate*. *Cap.* 3.

DE paupertate nota ſpecialiter tria. ſ. quòd
paupertas eſt cęleſte preciũ, cum quo paupe
res mercantur, cęleſte prandium, ad qđ pau
peres inuitantur, & cęleſte ſoliũ, in quo pau
peres locantur. Primo igitur paupertas eſt cœleſte pre-
ciũ a quo pauperibus emitur cęlum, ſicut dicit Aug. Re
gnũ (inquit) cęlorum paupertate emitur. Et nota ꝙ re-
gnũ cęlorum iure emptionis conuenit pauperibus, quia
ipſi proprie ſoluũt preciũ, quod taxauit Chriſtus dicẽs

Omnis.

Digitized by Google

Matth. 19 Omnis qui reliquerit domum, aut agros, &c. Secundò paupertas est cœlestè prandium, quo pauperes reficiun tur, sicut. n. videmus, q̃ q̃n clamatur ad eleemosynam, vel paradisum, soli pauperes veniunt & accelerant, sic prādium celi, ad quod Christus inuitat, soli pauperes in
Luc. 14. trant, quod figuratur in Luc. vbi dicitur. q homo quidam fecit cœnam magnam, &c. Et nota quod tria gene ra hominum ad illam cœnam venire noluerunt, sed ex cusationes friuolas allegauerūt. s. auari diuitijs in crassa
Deut. 23. ti, immundi, impinguati, superbi, ditati honorib. iuxta illud Deut. Incrassatus impinguatus dilatatus, dereliquit Deū factorem suū. Auari figurantur per illū qui quinq; iuga boum emerat. Immūdi, per illum qui vxo rem duxerat. Superbi, per illum qui villam comparauerat, & iō omnes isti à cœna illa proprie sunt exclusi, & soli pauperes intromissi. Nā dicitur ibidem. Voca pau peres & debiles, & introduc. &c. Tertio paupertas est
Matth. 19 celeste solium, in quo pauperes sedent, sicut dicitur in Matth. Vos qui reliquistis oīa, & secuti estis me, &c. & sequitur. Sedebitis & vos super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Sed nota, q sicut qui esset supra ce lum, totam terram reputaret quasi centrū, sic pauperes totam terram reputant rem minimam, & vilem, quia
Phil. 3. in cœlo (vt dictū est) habent sedem & mansionem suā. Nam dicit Apost. in persona eorum. Nostra conuersatio in celis est. Item nota q pauper habet tria bona. s. vitam securissimam, mentem quietissimam, & vestem nobilissimam. Primo igitur pauperes sunt in vita securissima securi, quia per paupertatē non mouentur lites, non timētur fures, non formidantur rerum tempestates, sed diuites huius mūdi sustinent omnes istas tribu
Tremulū caput Caim quid figurat. lationes. Vnde in figura huius, Caym qui interpretatur possessio, habebat caput tremulum, & significat diuitum curam, & solicitudinem auarorum. Secundo pauperes mente, sunt quieti, & a spinis diuitiarū minime lacerati, & ab earum pondere liberi, & ab earum inquinatione mundi nam diuitiæ faciunt ista tria mala, bona siquidem temporalia possessa onerant, amata inquinant, & amissa cruciāt, vt dicit Bern. Vnde in figura spiritualis quietis, quam habent pauperes & anxietates, quæ cōmunicant diuitias, Israel à Deo, accepit sabbatū i. quietē, & Aegypti j anxietates, & curas, vt dicit Greg.
Hebr. 4. Propter hoc dr ad Heb. Relinquitur sabbathismus po pulo Dei. Tertio sunt pauperes veste decori. i. honesta
Eccles. 11. te conspicui, iō Sapiēs iūgit ista duo. Paupertas (inquit) & honestas a Deo sunt, quia in semitis pauperū relucet
Luc. 2. spiritualiter Christi signum, de quo dr in Luc. Et in signum cui contra dicetur. Et nota, q triplex fuit signū Christi cui contradicitur a diuersis amatoribus mūdi. Primum fuit paupertas, cui contradicitur ab auaris, secundum fuit castitas, cui contradicitur ab immundis, & tertium fuit humilitas, cui contradicitur à superbis. Item nota, q paupertas alia tria bona habet. est. n. pau pertas summe Christo copulata, bonis summe cumulata, & c lis summe coæquata. Primò igo paupertas est summe Christo copulata, habet. n. Deus pauperes qua si familiares & domesticos & diuites quasi ignotos & extraneos. Vnde in figura huius Christus in ortu suo prius vocauit pauperes quam diuites, piscatores, quam mercatores, pastores quam reges, pauperes de prope, &
Exemplū. diuites Magos ab oriente. Secundo paupertas est summe coæquata cęlo, & causa est, quia est summe elonga ta a mundo, pauper. n. summe celum appropinquat, qa omnia mundana conculcat, sicut videmus, q ille qui vult alte attingere, scabellum construit sub pedib. loca re, sic pauper manu tangit cœlum, quia de omnib. terrenis contemnendo & conculcando, facit sibi quasi sub
Deute. 11. pedib. scabellum, iuxta illud Deut. Omnis locus quem calcauerit pes vester, vester erit. Tertio paupertas est summe cumulata omni bono, optime. n. scit thesauriza re, propterea. n. dimittit terram talpis. i. auaris, fimum porcis. i. immundis, puluerem serpentibus. i. superbis. Iuxta illud Esa. Serpenti puluis panis eius. Ipsa. n. dedi- Isa. 65.
gnatur fimum stabuli habere loco thesauri, fimus stabuli sunt diuitiæ huius mundi, quia mundus est stabu lum. i. locus iumentorum, & hominum bestialium. Ipsa. n. bona immobilia retinet, i. cœlestia, & dispergit bona mobilia, id est omnia terrena, quòd figuratur in Gē. Genes. 25.
Vbi dicitur, quòd Abraā dedit Isaac omnia quæ possi debat, & filijs concubinarum largitus est munera.

De Castitate. Cap. 4.

De castitate nota specialiter tria. Castitas. n. est flo rens, sicut lilium inter spinas, habet lilium incor ruptibile, habet precium impreciabile, habet folium insuperabile, habet precium inter gemmas, & tenet folium super stellas. Primo ergo castitas est florens sicut lilium, nam dicitur in Canticis, Sicut lilium inter Can. 2.
spinas, sic amica mea inter filias. Et nota, quòd in lilio sunt sex folia niuei coloris, & sex grana aurei coloris. sex folia niuea, significant carnis pudicitiam, & sex grana aurea, significant mentis munditiam. Primo ergo in lilio sunt sex folia, in quibus figurantur sex ad pudicitiam necessaria. Primum foliū est cibi & potus sobrietas, vnde dicit Hieronymus. Virgo fugiat vinum, vt venenum, nam viuum in adolescentia, est duplex incendium voluptatis. Vnde in prou. dicitur. Luxuriosa res Proue. 20.
est vinum, & in Gen. dicitur, quod Loth propter vinū Genes. 19.
perpetrauit incestum. Secundum folium, est habitus asperitas. Vnde dicit Ber. Memento, quòd asperior cardo pannum facit leniorē, sicut asper habitus facit carnem castiorem. Et per contrarium filij Israel fornicati sunt cum mulieribus Moab, quia ornatæ erant vestib. delicatis, vt dicitur in Numeris. Tertium folium, est la Num. 25.
boris strenuitas, & per contrarium ignauia & ocium sunt summum luxuriæ nutrimentum, quia vt dicitur in Ezech. Hæc fuit Sodomæ iniquitas sororis tuæ, su- Ezech. 16.
perbia, saturitas, abundantia panis, & ocium. Dauid in domo ocians, commisit adulterium, vt habetur in se cūdo Regum. Quartum folium, est custodia sensuum 2. Reg. 11.
& maxime quo ad visum & auditum, quia curiositas videndi & audiendi, via est ad peccatum. Cuius exemplum patet in Dina filia Iacob, quæ ad videndum mulieres regionis illius egressa, a Sichē filio Emor fuit cor Gen. 34.
rupta, vt dicitur in Gen. Quintum foliū est modestia verborum, & maxime immundorum, quia maxime ex citatur luxuria, per verba dissoluta & inhonesta, Nam 2. Cor. 15.
dicit Apost. Nolite seduci inanib. verbis. Corrunpunt n. bonos mores, colloquia praua. Sic inquit Hierony. Sermo virginis prudens, modestus, & tardus vel rarus, vt tā eloquentia preciosus, q̃ pudore. Item, sit in re nota grauitas immutabilis. honestas stupenda, verecūda vita, pudicitia virginalis, incessus & veræ prudentię habitus, sermo semper modestus solum suo tempore pro ferendus. hæc ille Sextum folium, est fuga occasionū, & oportunitatum, & maxime mulierum. Dicitur. n. in Gen. 19.
Gen. Nestes in omni loco circa regionem. Videmus. n. q animalia siluestria pulchriorem pellem habent, quā domestica. Legimus. n. in secūdo Reg. Quòd Thamar 2. Reg. 13.
ab Amō fratre suo fuit corrupta, quia in thalamo fuit sola cū solo. Vñ Bern. dicit. Virgines quę vere virgines sūt, semper debent esse pauidæ, & nunquā securę, vt & nō timenda securæ etiā pertimescant. Sunt etiam in lilio sex grana aurea, in quib. figuratur triplex modus diligendi Deū, & triplex causa dilectionis. Primò ergo est triplex modus dilectionis, quem debet habere animus castus. est enim diligendus Deus prudenter, ne decepti, ab amore eius discedamus, dulciter, ne elati, ab

amore eius abscindantur, fortiter, ne oppressi ab amo
re Dei euellamur; vt dicit Ber. sunt aũt tres causæ præ-
cipuæ, in quibus debemus Deum diligere, Est.n. diligẽ
dus toto corde, quia creator: tota anima, quia redem-
Matth, 21 ptor, tota mente, quia remunerator, vt dicitur in Mat-
th. Secundo castitas habet ingẽs precium super omnes
Eccles. 26, gemmas, quia dicitur. Non est digna ponderatio conti
nentis animæ. Et nota, quòd castitas est thesaurus cum
Matth, 13 valore charitatis, ideo summe amãdus, & ideo dicitur.
Simile est regnum cœlorum thesauro abscon. &c. est
1. Corin. 4. thesaurus in vase fragilissimo, & ideo summe conseruã
dus, nam dicit Apostolus: Habemus thesaurum istũ in
vasis fictilib. Vnde maioris virtutis est, in carne corru-
ptibili seruare castitatem. est thesaurus cum malignissi
mo hoste, & ideo summe timẽdus, sicut videmus, quod
valde est laudabile, castrum debile defendere cõtra ho
stem fortissimum. Tertio castitas habet excellens soliũ
super omnes stellas, quòd figuratur per thronũ de ebo
3. Reg. 12. re grãdem, vt dicitur in libris Reg. Et nota quòd ebur
est frigidum & solidum & candidum, frigidum contra
concupiscentiam, solidum per firmam perseuerantiam:
candidum per meram innocentiam. Item nota, quòd
quando ebur in suo panno lineo mũdo inuoluatur, ser
uat pannum ne incendatur, in quo signatur, quòd in-
Trip. fru- terior castitas mentis seruat corpus exterius, ab incen-
ctus casti- dio libidinis. Item nota, quòd castitas habet Fructum
tatis. vberrimum, cursum celerrimum, & seruum pulcherri
mũ. Primo ergo castitas habet vberrimum, fructum. &
nota ꝙ triplex est fructus euãgelicus. s. tricesimus, quẽ
habet castitas coniugalis, sexagesimus, quem habet ca-
Matth, 13 stitas vidualis, centesimus, quem habet castitas virgina
lis. vt dr̃ in Matth. Secundo castitas habet celerrimum
motum, castitas. n. consequitur Deum tripliciter. s. cur
rendo, notando, & volando, currit. n. castus per bonam
operationem, natat per internam deuotionem, volat p
supernam contemplationẽ, & sic sequitur agnũ quocũ
Apoc, 14. que ierit, vt dicitur in Apoc. Tertio castitas habet pul-
cherrimum seruũ, non. n. solũ habet aureolam præmij
accidentalis, sed ẽt aureolam præmij essentialis, & nota
ꝙ triplex est aureola. s. virginum, martyrum & docto-
rũ. virginum florea, martyrum gemmea, doctorum au
Cantic, 4. rea. Aureola igitur virginum est florea, de qua dicitur.
Veni de libano sponsa mea, veni coronaberis. s. aureola
castitatis, quia in scriptura castitas flos dr̃, merito castis
corona de florib. datur, & nota, ꝙ castitas instar floris
solo tactu marcescit, quia tactus impudicæ delectatio-
nis, castitatem omnino corrumpit, sicut. n. flos sole præ
sente decorem suum ostendit, nam flos (vt videmus) de
nocte clauditur, & oriente sole rursum expanditur, sic
homo vere castus de castitate tantum corã Deo nõ co
1. Corin. 1. ram hominib. gloriatur, dicente Apostolo. Gloria no-
stra hęc est, testimoniũ conscientiæ nostrę. Aureola ve
Psalm, 20. rò martyrum est gemmea, nam dr̃. Posuisti super caput
eius coronam de lapide precioso. Aureola doctorum
Eccles. 45. est aurea, de qua dr̃. Corona aurea super caput eius. Itẽ
nota, quòd castitas indiget studiosa clausura. Castitatẽ
decet preciosa cinctura & in ea lucet speciosa pictura.
Primò ergo castitas debet habere clausuram studio-
Can, 4. sam, nam dicitur. Hortus conclusus, soror mea sponsa.
Et nota, ꝙ in horto bene clauso, non potest quis intra
re, nisi de alto, sic in homine casto, qui habet clausurã
continentiæ, nullum desiderium debet intrare, nisi cęle
ste tantum, si tamen ortus conclusus bestijs esset ple-
nus, Clausura parũ proficeret, immo plus noceret, quã
prodesset, ita quando bestiales motus libidinis strepũt
in mẽte, parum aut nihil valet clausura castitatis in car
Car. 4. ne. Et ideo sponsę dicitur. Non solum ortus conclusus,
sed fons signatus, ortus conclusus, propter castitatẽ car
nis, fons signatus propter puritatẽ mentis. Secundo ca
stitas debet habere cincturam preciosam, quia dicitur.
Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in ma- Luc. 12.
nib. vestris. Et nota, ꝙ Daniel vidit virum accinctum Dan 10.
renib. auro obrizo, quòd est aurum preciosum valde,
vt dicitur in Daniele. & Ioannes vidit filium hominis
præcinctum ad mamillas zona aurea, vt dicitur in A- Apocal. 1
poc. ꝙ scilicet ad duplicem castitatem refertur. Nam
zona aurea, vel cinctura renum, significat corpus ca-
stum, zona vero aurea inter mamillas. significat cor mũ
dum, quia (vt dicit Philosophus lib. de animalibus) cor
hominis est inter mamillas, aliquaotulum declinans ad
partem sinistram. Tertio castitas debet habere picturã
speciosam. Sicut enim candor materialis vel albedo, est
caput & fundamentum aliorum, vt dicit Philosophus,
sic castitas est quasi caput & fundamentum aliarum
virtutum, & bonorum operum, vnde dicit Gregor.
Quod non est opus bonum sine castitate.

TITVLVS QVINTVS
DIETA QVINTA,

De virtutibus Theologicis, & Cardinalibus & primo,

De virtute in communi. Cap. 1.



Ost tractatum de præceptis, & consi-
lijs dicendum est de virtutibus, do-
nis, beatitudinibus, & fructibus. Ista
quatuor sunt quędam specialia incẽ-
tiua ad operandum diuina præcepta
& consilia euangelica. Differunt au-
tem ista quatuor per hunc modum,
quia virtutes faciunt operari recte, dona faciunt opera
ri fideliter, & faciliter expedire, beatitudines faciũt ope
rari perfecte. fructus faciunt operari delectabiliter, seu
deliciosè. Et nota, quòd virtutes sunt septem, s. quatuor
Cardinales, & tres Theologicæ. Theologicæ sũt fides,
spes, & charitas. Cardinales sunt, prudentia, fortitudo,
temperantia, & iustitia. Differunt autem, quia Theolo
gicæ habent Deum, vel bonum increatum pro fine, vel
pro obiecto. Virtutes Cardinales habent bonũ creatũ
pro obiecto. Præterea virtutes Theologicæ respiciunt
magis vitam contemplatiuam, & ordinant hominem
ad Deum. Cardinales vero pertinent ad vitam actiuã
& ordinant hominem ad proximum, & ideo illæ dicun
tur Theologicæ. i. diuinæ, à theos, quòd est Deus, & lo
gos quod est sermo, quia principaliter sunt ad Deũ, sed
cardinales dicuntur à cardine, in quo vertitur ostium,
quia principaliter respiciunt vitã actiuam, quæ tota est
mobilis super cardinales virtutes, vñ tres virtutes theo
logicæ pertinent ad Mariam, quæ intendit circa vnum
i. circa bonum increatum, quod nõ aufertur ab ea, nec
mutatur, quatuor vero cardinales pertinẽt ad Marthã,
quę intendit circa multa, & turbat erga plurima. s. bona
creata. Sunt vero loca scripturæ, vbi reperiuntur virtu-
tes, dona, beatitudines, & fructus, virtutes theologicæ
ponuntur, iuxta illud. Nunc autem manent, fides, spes, 1. Cor. 13
charitas tria hæc. Quatuor vero virtutes cardinales po
nuntur secundum illud. Sobrietatem, prudentiam, Sap. 8.
iustitiam, & fortitudinem, quibus nihil vtilius est in
hac vita hoĩb. Dona vero Spiritussancti sunt septem. s.
Donum sapientiæ, intellectus, cõsilij, fortitudinis, pieta Isa. 11.
tis, scientiæ, & donum timoris. Ista aũt dona ponuntur
iuxta illud. Et requiescet super eũ spiritus sapientiæ, &
intellectus, spiritus fortitudinis, & consilij, spiritus sci-
entiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Dñi.

Beatitu-

Beatitudines autem sunt octo, scilicet Paupertas, mititas, vel mansuetudo, luctus, esuries, misericordia, mun-
Matth. 5. ditia cordis, pax, et iustitia. Istę ponuntur in Mattheo. Fructus Spiritussancti sunt duodecim, scilicet charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continētia, & castitas.
Gal. 5. Isti ponuntur ad Galathas. Virtus sic diffinitur in libro de spiritu & anima. Virtus est habitus mentis bene institutæ. De virtute in communi nota specialiter tria, scilicet, Eius preciosam comparationem, virtuosam ope-
Virtutis diffinitio. rationem, & gratiosam procreationem. Comparatur ergo virtus tribus specialiter, scilicet ligno fructuoso, lapidi precioso, & cœlesti paradiso. Primo comparatur ligno fructuoso, homo enim absque virtute, est sicut arbor sylvestris, vel vinea, quę profert labruscas. i. delectationes carnales, vel glandes, quę sunt cibaria porcorū, i. hominum immundorum. Sed si ramus virtutis, tali arbori fuerit insertus, totam arborem trahit ad naturam suam, & facit eam ferre fructus optimos, qui lætificant
Luc. 15. Deum & Angelos Dei. Iuxta illud. Gaudium est Angelis Dei, super vno peccatore, &c. Hæc est illa arbor pulcherrima, cuius fructus nimius, & esca vniuersorum in
Dan. 4. ea, vt habetur in Daniele. Secundo comparatur lapidi precioso, sicut enim virtus, quę est in viro iusto, facit eū
Eccl. 16. prævalere multis peccatoribus, nam dicitur. Melior est vnus timens Deum, quam mille filij impij, de hoc lapi-
Eccl. 6. de precioso dicitur. Quasi lapidis virtus probatio erit in eis, scilicet operibus bonis, tamen hodie multum vilipenditur, in tautum, quòd si esset venalis, à paucis emeretur, sicut gallus, qui inuenit in sterquilinio margaritā & granum putridum, inspecta margarita, elegit granū putridum, sic homo mundanus spreta virtute, appetit bonum temporale transitorium, & ratio est, quare vilipenditur virtus, quia nescit homo precium eius, vt dici-
Iob. 28. tur in Iob. Et propter hoc dicit Saluator. Ne mittatis
Mat. 7. margaritas ante porcos, i. homines immundos & mundanos, quia plus volunt furfur carnalis & immundæ delectationis, quam margaritas gratiæ vel virtutis. Tertio comparatur paradiso tam cœlesti, quam terrestri, comparatur in tribus. s. in situs eminentia, in fructus opulentia, & in fontis affluentia. Est enim primo paradisus locus altissimus, ita, quòd aquæ diluuij, vsque ad illum locum non peruenerunt, sic viri religiosi, vel virtuosi, vitam habent eminentem, instar paradisi, ita, quòd nunquam submerguntur diluuio peccati. vnde dicit Sap in
Eccles. 15. persona viri iusti. Exaltasti super terram habitationem meam. Est secundo paradisus locus fructibus opulen-
Gene. 2. tus, producit enim omne lignum pulchrum visu, & ad vescēdū suaue, vt dr̄ in Gen. Sic vir iustus vel virtuosus, omne lignum pulchrum visu producit, per honestam cōuersationem, ad vescendum suaue, per bonam operationem & internam deuotionem. Vnde dicitur in per-
Eccles. 24. sona viri virtuosi. Flores mei fructus honoris & honestatis. Est nihilominus paradisus terrestris locus aquis
Gen. 22. irriguus, nam dicitur, quòd fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigādum paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Paradisi fluuius virtus est vel gratia, quia de fonte diuinitatis oritur, quatuor capita sūt, quatuor principales virtutes, vel cardinales, quæ a gratia deriuantur. s. iustitia, temperantia, prudentia, & fortitudo, iustitia habet locum in rebus certis, nō enim potest esse iustitia, vel iusta sententia, nisi in rebus certis, prudentia habet locum in dubijs, temperantia habet locum in prosperis, & fortitudo in aduersis. Comparatur autem virtus paradiso cœlesti, in quatuor, est enim paradisus celestis, habitatio Dei, locus gaudij, locus lucis, & locus ordinati amoris. Talis est anima viri iusti & virtuosi, nam ibi est habitatio diuinę gratiæ, ibi est gaudiū bonæ conscientiæ, ibi est lux veritatis, ibi est amor cha-
Eccles. 40. ritatis, de tali paradiso dicitur. Gratia sicut paradisus in benedictionibus. Econuerso anima peccatoris non dicitur paradisus, sed potiꝰ infernus, habet enim quatuor mala opposita bonis supra dictis, ipsa enim est habitatio, non Dei, sed Dæmonum, ipsa nanque loco gaudij habet remorsum cōscientiæ, loco lucis habet tenebras ignorantiæ, loco amoris ordinati, habet ignem concupiscentiæ. Vnde de tali inferno dicitur. Quia non infer- Isa. 38.
nus confitebitur tibi, id est anima peccatoris, est quasi locus infernalis. Item virtus vel gratia comparatur alijs tribus. s. signo vel caracteri, precio vel pignori, oleo vel vnctioni. Virtus enim est signum vel caracter prædestinationis sicut enim pastor signat oues ligno, quo distinguit oues proprias ab extraneis, sic Deus, qui est pastor animarum nostrarum, vt habetur in Ioan. Ponit in oui- Ioann. 10.
bus suis signum gratiæ & virtutis, quo distinguit oues ab hædis, de hoc signo dicitur. Nolite contristare spiri- Ephe. 4.
tum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis. s. gratiæ virtutis & veritatis, & debemus considerare quatuor signa, quibus electos suos signat Deus. Est enim virtus pignus vel precium saluationis, sicut enim qui habet preciū, rem potest emere, & sicut qui habet arram vel pignus sufficiēs, certus est de solutione, sic q habet virtutem, vel gratiam gratuitam, securus est de ęterna saluatione. De hoc pignore habetur. Signati estis Eph. 1.
spiritu promissionis sancto, scilicet gratiæ, qui est pignus hæreditatis nostrę. Est nihilominus virtus gratuita vnctio regalis promotionis, sicut enim Reges, qui promouentur ad regna terrena vnguntur, sic Deus electos suos vngit vnctione gratiæ, ad obtinenda regna cœlestia, & terrena, de hac vnctione dicitur. Vnctionē 1. Ioan. 2.
habetis a sancto, & nostis omnia. Nota, quòd electi qui habent vnctiones virtutis vel gratiæ, reges debent dici triplici ratione, tum quia Deus regnat in eis per gratiā, tum quia futuri sunt Reges per gloriam, tum quia eis in hoc mundo seruiunt omnia per obedientiam, omnia nanque eis cooperantur in bonum, scilicet tam bona, quam mala, tam prospera quam aduersa vel peruersa, vt dicit Apost. Item virtus vel gratia tribus alijs com- Rom. 8.
paratur, scilicet armaturæ forti, præbēdæ nobili, & optimæ possessioni. Virtus enim est armatura tam fortis, ꝙ omnia vincit, & nunquam vincitur vel superatur. Homo autē sine virtute, est sicut homo inermis in medio hostium suorum, id est inter prospera & aduersa, & ab vtrisque læditur, & superatur, nam ipsum decipiunt ꝓspera & aduersa, propter quod monet Apostolus dicēs. Rom. 13.
Induamur arma lucis, id est arma virtutis, vt dicit Gl. Virtus est præbenda nobilis, quod patet ex duobus, scilicet ex parte dantium & ex parte recipientium, seu ex parte dantis, & ex parte recipientis. Sicut enim Papa & alij prælati consueuerunt sibi retinere collationem pinguem, vel præbendam nobilem vel nobilium, ita Deus collationem huius nobilis præbendæ. s. virtutis vel gratiæ retinuit ad manum suam, iuxta illud. Gratiam & Psal. 83.
gloriam dabit Dominus, nullus enim alius habet has ꝑbendas conferre. Ex parte. recipientis patet nobilitas huius nobilis prębendæ, quia prębenda virtutis vel gratię, nunquam conferūtur, nisi amicis & charis, alia nāq; bona naturalia & temporalia, quasi viles præbendę, vel communes, dantur indifferenter inimicis & amicis, vnde dicit Augustinus de ciuitate Dei. Interdum abundāt plus in talibus inimici quam amici, id est peccatores, ꝗ iusti. Est nihilominus virtus vel gratia quasi possessio optima, sicut enim bene sedet possessio, quæ est prope ciuitatem, melius, ꝙ eę est iuxta muros ciuitatis, sed optime, quæ est intra muros, propter securitatem clausuræ, vel habitationis, sic peroptime sedet virtus, quæ est in secreto cordis, vnde narrat Seneca de quodam Philosopho, quòd vxore capta & liberis, cum solus ex incendio euasisset, interrogatus a Tyranno, quid amisisset, Nihil (inquit) perdidi: nam bona mea mecum sunt.

Bona

Bona nanque interiora, ficut funt virtutes vel gratia,
non poſſunt auferri, vt vulgo dicitur, nec vanto, nec
Pſalm. 44. gelu, & ideo dicitur in Pſal. Omnis gloria eius filia Re-
gis ab intus, filia Regis eſt anima fidelis, cuius tota glo
tia eſt de interiori poſſeſſione virtutis,

De Charitate. Cap. 2.

Charitatis diffinito. CHaritas eſt dilectio, qua diligitur Deus pro-
pter ſe, & proximus propter Deú, vel in Deo,
vt habetur in lib. 3. ſententiarum. diſ. 27. De
charitate nota ſpecialiter tria. ſ. eius typú figu
ralem, eius actum virtualem, eius fructum finalem. Cir
ca primum ſciendum, ꝙ multiplex eſt typus vel figura,
cui charitas comparatur, primo. n. comparatur auro ꝓ
bato, ferro ignito & vino condito, nam ſicut aurum in
valore excedit omnia metalla, ſic charitas excedit om-
1. Cor. 13. nes virtutes, & omnia bona opera. Maior autem horú
Apo. 3. eſt caritas. De hoc autem auro precioſo dicitur. Suadeo
tibi emere aurum ignitum & probatú, vt locuplex fias.
Charitas autem eſt ſicut ferrum ignitum, quod eſt mol
le & ductile, frigidum vero durum et rebelle, ſic anima
ſine charitate, eſt dura & rebellis per malitiá, ignita ve-
ro charitate, eſt ductilis per obedientiam, & mollis per
miſericordiá, vnde charitas de corde lapideo, facit cor
carneum. i. dulce & pium, vt dicitur in Ezec. Charitas
Ezec. 36. nihilominus eſt ſicut vinum cõditum, quod dicitur ne
ctar, nam vinum nectaricum vel conditum eſt dulce, a-
cutum, & forte, in his tribus, quæ habet vinum conditú
innuitur triplex modus diligẽdi Deum. Diligẽdus eſt
n. fortiter, prudenter, & perſeueranter, vt dicit Bern. in
hoc autem excedit charitas vinum, quátumcunque dul
ce vel conditum, quia charitas eſt adeo dulcis, ꝙ omne
Cant. 8. amarum dulceſcit cum vino charitatis. hoc eſt vinú, de
quo dř, Dabo tibi poculum ex vino cõdito. Deus enim
potat animam conditam vino charitatis, & inebriat eá
nectare ſui dulcis amoris. Item charitas cõparatur alijs
tribus. ſ. aui prædam rapienti, naui in mari nauiganti, &
morti carnem perimenti. Charitas. n. eſt ſicut auis gene
roſa, quæ viuit de ꝑda ſicut Accipiter, & Falco, & Aqui
la, iſtæ nanque aues nobiles, vix vel nunquam tangunt
terram, niſi quando rapiunt prędam, ſic homines chari
tatem habentes, bona iſta tranſitoria non tangunt, vel
terrena per affectum, niſi quærendo ſolummodo ſim-
1. Timo. 6. plicem victum, in quorum perſona dicit Apoſtol. Ha-
bentes alimenta, & quibus tegamur, his contẽti ſimus,
ſicut etiam aquilá, nulla auis effugit, ſic charitatem nul
lum bonum opus euadit, hęc eſt aquila grandis magna
Ezech. 10. rum alarum, de qua dicitur. Alę eius ſunt duę. ſ. dilectio
Dei & proximi. Charitas etiá eſt ſicut nauis maris, ná
ſicut illa non vadit, niſi quo ducit eam flatus venti, ſic q
habet charitatem nauigando per mare huius mundi, ſo
lum ducitur flatu Spiritusſancti, ſicut illa cœleſtia ani-
Ezec. 1. malia, de quibus dicitur, quòd vbi erat impetus ſpiri-
Proue. 31. tus, illuc gradiebantur. Hæc eſt nauis de qua dicitur. Fa
Can. 8. cta eſt quaſi nauis inſtitoris, ideſt mercatoris, vt dicit Pa
pias. Charitas nihilominus eſt ſicut mors, vt dicitur. For
tis eſt vt mors dilectio, nam ſicut mors perimit carné,
ſic charitas carnalitaté, & ſicut mors auſert ſenſú mor-
tuo, ſic charitas facit hominem inſenſibilem mundo,
& ſicut mors facit vt puluis. i. corpus reuertatur in ter-
ram ſuam, ſpiritus redeat ad Dominum ſuum, qui fecit
Eccle. 12. illum, vt dicitur in Eccleſiaſte, ſic charitas facit conſide
rare propriæ carnis fragilitaté, & facit deſiderare ſempi
ternam ſpiritus fœlicitatem. Item nota, quòd charitas
tribus alijs comparatur: eſt. n. charitas ſicut funis bene
tortus, ſicut canis bene doctus, & ſicut later bene co-
ctus. Charitas. n. comparatur funi bene torto, ná ſicut
funis bene tortus, eſt valde fortis, ſic charitas eſt in-

diſſolubilis, quia dicit Apoſ. Quis nos ſeparabit a chari Rom. 8.
tate Dei? quaſi dicat, nihil: & hæc charitas fortior eſt oĩ
fune, non eſt enim aliquis alius funis, quem non valeat
rumpere ignis, vel gladius, charitas autẽ nunquam po-
teſt rumpi, nec igne tribulationis, nec gladio mortis,
iſte funis charitatis indiſſolubilis, componitur ex tribus
funiculis. ſ. de corde puro, & conſcientia bona, & fide
non ficta, vt dicitur ad Timo. hic eſt. n. ille funiculus 1. Tim. 1.
triplex, qui difficile rumpitur, vt dicitur in Eccleſiaſti. Eccl. 4.
Charitas etiam comparatur cani bene docto ad vena-
tionem, ſicut. n. canis ſequens prædam, non ſentit ſpi-
nam, ſic qui charitatem habet, & ſentit odorem paradi
ſi, quaſi non ſentit ſpinam, id eſt tribulationem huius
mundi, in perſona talis poteſt dici, illud Prou. Verbera
uerunt me, ſed non dolui, traxerũt me, & ego nõ ſenſi Prou. 23.
Comparatur nihilominus lateri bene cocto, ſicut enim
later bene coctus, facit ſolidum fundamentum, & ſi ma
le ſit coctus, facit ruinoſum, ſic homo bene coctus per
charitatis incendium, habet optimú & virtuoſum fun-
damentum, de quo dicit Apoſt. In charitate radicati & Ephe. 3.
fundati, ſed later male coctus, id eſt homo tepidus, &
charitatis modicæ, cito diſſoluitur, & conuertitur in lu
tum carnalis concupiſcentiæ, tales lateres male cocti,
ſunt lateres Aegypti, qui ſola palea dicuntur eſſe cocti,
vt legitur in Exod. Item charitas alijs tribus compara- Exo. 4.
tur. ſ. arbori vel ligno, oneri vel iugo, glutino vel cemen
to. Charitas enim eſt ſicut arbor vel lignũ fructuoſũ,
in quo pendent fructus pietatis, flores honeſtatis, folia
veritatis, & ſicut de arbore reſecantur ramuſculi, vt ar-
bor melius creſcat & proficiat, ſic reſecandi ſunt amo-
res inordinati, vt amor Dei fortius inualeſcat. Vnde bo
nus agricola vel hortulanus, purgat palmitem ferentẽ
fructum, vt fructum plus afferat, vt habetur in Ioann. Ioan. 15.
Charitas etiam eſt ſicut onus leue, & iugum ſuaue. Eſt
enim onus leue & alleuiant, ſicut in auibus ala, & ſicut
in equis quadriga, nam ſicut auis cum onere alarũ, vo-
lat velocius, & equus cum onere quadrigæ, portat du
plum facilius, ſic onus pœnitentiæ & tribulationis, faci
lius eſt, & per duplum portatur, cum alleuiatur in one-
re charitatis, ipſa. n. eſt iugum ſuaue, & cauſa huius ſua
uitatis eſt, quia Chriſtus in cruce ſubijt illud iugum,
& adhuc ſub eo vult eſſe nobiſcũ, vnde ipſe portat qua
ſi totum pondus, vel maiorem partẽ ponderis, & ideo
nõ eſt mirum ſi iugum charitatis eſt ſuaue, propter qđ
dicitur. Iugum. n. meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Math. 11.
Charitas nihilominus eſt ſicut glutinum, vel cęmentũ,
nam ſicut glutino iunguntur aſſeres, vel cæmento lapi-
des, ſic charitate vniuntur fideles. Hoc glutino vel bitu
mine linita fuit ſpecialiter arca Noe, vt habetur in Gen. Gen. 6.
Vnde ſi arca Eccleſie non vniretur virtute huius gluti
ni, eſſet in periculo ſubmergendi. Hoc. n. virtuoſo cæ-
mento vniuntur lapides in ſpirituali ędificio, & cũ iſto
cæmento fit murus Eccleſiæ fortiſſimus, ſine quo eſſet
Eccleſia, quaſi aceruus lapidum, ruinæ propinquus; ſi-
cut dicitur. Hieruſalem in aceruum lapidum erit. Item Hiere. 26.
charitas eleganter & proprie tribus alijs comparatur. ſ.
fonti naturali, veſti nuptiali, igni virtuali. Charitas qui-
dem eſt ſicut fons naturalis, ſicut. n. aqua fontis natura
lis, in hyeme eſt calida, ſic charitas feruet in tribulatio-
ne, & ſicut aqua fontis eſt frigida, vel frigeſcit interius,
cum calor inualeſcit exterius, ſic enim interius tepeſcit
amor Dei, cum inualeſcit exterius amor mundi, de hac
aqua fontis mũdani dicitur. Omnis qui biberit ex aqua
hac, ſitiet iterum, quia vt vulgo dicitur, talis aqua inflat Ioan. 4.
& non ſatiat, ſed de aqua fontis diuini, dicitur ibidem.
Aqua quá ego dabo fiet in eo fons aquæ ſalientis in vi
tam ęternã. Charitas. n. eſt ſicut veſtis nuptialis, de qua
habetur. Quod ille, q ea caruit, fuit eiectus de nuptijs, Matth. 22.
ſic qui nõ habet charitatis tunicam, non venit ad cenã
eternã. Et nota, quòd charitas dicitur veſtis nuptialis,
quia

quia tegit turpitudinem peccatorum, quia protegit a frigore tentationum, quia ornat munere donorum, iux
Psalm. 34. ta illud. Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato, &c. Quia in malitia satiati sunt, vidit hominem. i. totum cętum malorum, non vestitum veste nuptiali. i. fidem non habentem, siue charitatem. Et nota, quòd vestis charitatis a quatuor precipue commendatur, a quibus consueuit commendari vestis nuptialis, s. ab artificio, a materia, a calore, a fragrantia. Commendatur ergo vestis charitatis ab artificio, quia magno studio cóponitur a Deo, iuxta illud. Annunciate inter gentes stu
Psal. 9. dia eius. Hæc. n. sunt studia diuina, vt componat in nobis charitatis indumenta. Commendatur etiam hęc vestis a materia, nam aliæ vestes sunt vel de velleribus animalium, vt vestis lanea, vel de corticibus herbarum, vt vestis linea, vel de visceribus vermium, vt vestis serica, vestis autē charitatis fit ex gratia Spiritussancti, & de
Rom. 13. visceribus Christi. vnde signanter dicit Apost. Induimini Dominum Iesum Christum. Commendatur autem hec vestis a colore, est autem duplex color huius vestis s. byssinus, & purpureus, & sicut rubeus color optime sedet super byssinum, sic charitas optime
Proue. 31. stat super hominem castū, vnde dicitur. Byssus & purpura indumentum eius. Commendatur autem hæc ve-
Can. 5. stis a fragrātia, iuxta illud. Odor vestimētorū tuorum, sicut odor thuris, & ideo qui portat hanc vestem mœ-
Gen. 27. retur benedictionem, sicut Iacob, vnde dicitur. Statim, vt Isaac sensit vestimentorum eius fragrantiam, benedicens ait. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quę sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia suf-
1. Cor. 13. fert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, charitas nūquam excidit, vt dicit Apost. Item vestis charitatis habet duas pecias, quatuor sagittas, & sexdecim fimbrias vel crepas, est. n. partita sicut tunica nobilis domicelli, duę pecię eius, sunt dilectio Dei & proximi, in parte dextera est pecia dilectionis Dei, in parte sinistra, est pecia dilectionis proximi, vna est de bysso, alia de purpura. In indumento eius quattuor sagittæ ponuntur, iuxta illud. diliges Dominum Deum tuum ex toto cor
Luc. 10. de, &c. Sexdecim fimbriæ vel crepæ ponuntur sicut supra dictum est, charitas patiēs est, &c. Charitas comparatur igni in decem. Nā primo ignis est virtuosior omnibus elementis, sic inter omnes virtutes efficacior est vir
Lucæ. 12. tus charitatis, vnde dicitur. Ignem veni mittere in terram: in hoc aūt charitas excellit ignem, quia aqua extinguit ignem naturalem, sed aquæ multæ non poterunt
Can. 8. extinguere charitatem, vt dicitur in Can. Secūdo ignis ardet & lucet, sic charitas in homine ardet per affectū, & lucet per exemplum, sicut Ioannes Baptista, de quo
Ioan. 5. dicitur. Ille enim erat lucerna ardens & lucens. Tertio ignis frigidum ferrum accendit, & etiam carbonem extinctum, sic incēdium charitatis expellit ab homine gelu auaritiæ, & etiam mortem culpæ, & facit viuere sicut
1. Ioan. 3. carbonem extinctū, vt dicitur. Translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Quarto ignis incinerat, sic virtus & incendium charitatis redigit ho-
Genes. 18. minem in cinerem humilitatis, vnde dicebat Abraam. Loquar ad Deum meum, cū sim puluis, & cinis. Quinto ignis semper tendit sursum, sic charitas facit ascendere sursum, vel ad cœlum per desiderium, vnde dicebat
Phil. 1. Apost. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Sexto ignis semp est in motu, sic charitas semp est in aliquo bono actu. Nam sicut dicit Grego. Amor Dei nunquam est ociosus, operatur enim magna si est, si autem operari renuerit, amor non est. Septimo ignis aufert rubiginem a ferro, sic charitas tollit rubiginem peccati. Vnde dici-
Deu. 4. tur. Deus autem ignis est, vsque ad consumptionem devorans, s. peccati rubiginem, per suam ignitam dilectionem. Octauo ignis scintillas emittit, sic charitas mentē deuotam scintillas cœlestium desideriorum emittere facit, sicut legitur in Dā. Vir desideriorum es. Nono ignis Danie. 10.
facit ollam feruere, & ollæ feruenti non incidunt muscæ, sic mens, quæ per charitatem feruet, muscas tentationis non timet. Diabolus autem propter infestationem tētationum, inter alia nomina sua vocatur Beelzebub, qui interpretatur Deus, vel pater muscarum, vt habetur in Luc. Decimo ignis seruat lāpades a mure, mus Luc. 12.
nanque cum lampadem extinctam conspicit, mox bibit oleum, sed ipsum non audet sugere, quandiu conspicit lampadem ardere, sic charitas ardens in animo, oleum gratiæ custodit a spiritu maligno. Hoc oleū volunt prudentes virgines in suis lampadib. habere, vt cum sponso valeant ad nuptias intrare, sicut dicitur in Matth. Matt. 25.

De Fide. Cap. 3.

Fides est virtus, qua ea quæ ad fundamentum religionis pertinent, firmiter creduntur, vt habetur in tertio sententiarum. De fide nota specialiter Fidei diffinitio.
tria, scilicet eius typum speciosum, eius actum virtuosum, & eius fructum generosum. Primo dico, quòd fides habet typum speciosum, vel figuram multiplicem, eleganter, vel strenue vel congrue comparatur. Et primo comparatur tribus, s. arcę testamenti, stellæ firmamenti, & petræ fundamenti. Fides quidem est sicut arca testamenti, Nam dicitur. Propiciatorium non excedit arcam, sed arca propiciatoriū, sic per fidem, & nunquam sine fide habetur propiciatio peccatorum. Fides Exo. 25.
etiam est sicut stella firmamenti, & precipue dicitur stella maris, quia nauigantibus ostendit portum gratiæ siue salutis. Dicitur etiam stella matutinalis, quia præuenit solem iustitiæ. Dicitur nihilominus stella orientalis, quia ducit Reges spirituales, & facit eos Christum adorare, sicut illa, de qua scribit Matth. Fides etiam est Mat. 2.
sicut petra fundamenti, nam sicut ædificium est solidum, quod est supra petram fundatum, vel locatum, sic structura virtutum, & omne spirituale ædificium optime locatur supra fidei fundamentum, vnde dicit domi nus Petro. Super hanc petram ædificabo Ecclesiam Matt. 16.
meam. Item fides alijs tribus bene & congrue cōparatur. Figuratur. n. per mundum speculum, per dextrum oculum, & per sponsæ annulum. Fides nanque comparatur speculo mundo, quia sicut turris magna in modico speculo cernitur, sic maiestas, & magnitudo diuina in speculo fidei repræsentatur, bene ipsa est speculum sine macula, vt dicitur in lib. Sap. Fides etiam compara- Sap. 7.
tur oculo dextro, sinister oculus est ratio, quæ solum de naturalibus iudicat, dexter vero est fides, quę omnia tam naturalia, quam miracula determinat, & intellectū in obsequium Christi captiuat, vt dicit Apost. Et sicut 2. Cor. 10.
qui amisit oculum dextrum, inutilis est ad bella, quia scutum operit sinistrum, & sic nullum habet oculum, quo videat ferire, vel cauere aduersarium, sic qui non habet fidem, inutilis est ad pugnam spiritualem, vnde Naas dicit hominibus vel viris Iabez Galaad. In hoc feriam vobiscum fœdus, vt eruam omnium oculos dex-
tros, vt habetur in libris Regū. Naas interpretatur serpens, vel coluber, & signat serpentem antiquum, i. Diabolum, qui nititur eruere oculum dextrum, id est fidē, vt ad bellum spirituale hominem reddat inutilem. Ipse enim est corsus infernalis, qui cum cadauera inuenit, primum oculum inuadit. Fides insuper comparatur annulo, quia sicut in subarratione sponsæ, annulus in digito ponitur ad orationem, sic fides ornat rationem, quia per digitum intelligitur, quia discernit, & sic anima a Deo spiritualiter desponsatur. Nam dicitur sponsabo te mihi 1. Reg. 11. Ose. 2.

te mihi in fide. Annulus iste argenteus potest dici, eo q́ fides instar argenti, luceat per veram cognitionem, &
Rom. 10. resonat per perfectam confessionem, quia dicit Apost. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Item fides comparatur alijs tribus. s. signo vexillari, scuto militari, & radio solari. Fides enim est sicut vexillum Regis, nam sicut vexillū Regis monstrat, quòd rex est præsens in acie, maxime vt terreantur hostes, sic fides est signum, quòd Rex regum, s. Deus præsens est in pugna, vel tentatione, vt fugiāt dæmones. Et
1. Pet. 5. ideo dicitur. Cui resistite fortes in fide, sicut enim vexillum Regis in signum Dominij ponitur in arcem vrbis, sic fides locatur in arce mentis. i. in eminentia rationis, de hoc vexillari signo dicitur. Leuabit Dominus signū
Isa. 11. in nationes. i. fidem sub credentes. Fides etiam est sicut militare scutum, nam sicut scutum ponitur ad sinistram partem, sic fides præcipue armat hominē contra aduersitatem, & sicut scutum portatur a parte cordis, quod est in sinistra parte hominis, sic fides est armatura mentis, & sicut scutum est triangulum, ita fides credit Deū
Ephe. 7. trinum & vnū. De hoc scuto dicit Apost. In omnibus sumentes scutum fidei. Fides nihilominus est sicut Sol, vel solis radius, nam sicut Sol videtur solū proprijs radijs, non torchijs, vel candelis, sic Deus videtur solum radio fidei, qui solum innititur luci primæ veritatis, non torchijs. i. lumine naturalis rationis, vnde dicit Ambr. in his quæ fidei sunt, piscatoribus creditur, non dialecticis. De hoc lumine, vel radio fidei potest intelligi, quod
Eccles. 11. dicitur. Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solem. Tamen nota, quòd Sol non videtur in propria rota, nisi ab aquila, sic Deus non videtur in propria essentia, nisi ab anima valde deuota, & pennis contemplationis eleuata. Item cæcus non videt Solem, sed tamen credit videnti, non videt viam, & tamen credit cani docenti, nec videt locum profundum, & tamen credit baculo frangenti & tentāti, ita simplices, qui per se sacramenta non vident, videntibus. i. prælatis, & pastoribus suis se committere debent, sicut cæcus committit se ductori, & sicut ouis committit se pastori. Tamen summum periculum est, quādo ipsi pastores vel ductores cæci sunt
Matth. 15 & ignorātes, quia dicit veritas. Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. Item fides tribus alijs comparatur. s. columnæ sacramentali, auroræ spirituali, & luci primordiali. Fides nanque est sicut columna illa, quæ præcedebat populū Israel in exitu de Aegypto, nam illa ex parte Israel erat lucida, & ex parte Aegyptiorum tenebrosa, sic fides credentibus lucet, & infidelibus est obscura, quia ipsi sunt rebelles lumini, vt di-
Exo. 14. citur in Iob. Fides etiam est sicut aurora, nam sicut illa est exosa latronibus, sic fides odiosa est dæmonibus qui
Iob. 24. sunt latrones animarum. De ipsis enim dicitur. Si subito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis. Fides autem nihilominus est sicut lux primo creata, nam sicut illa primum opus in maiori mundo, sic fides prima virtus in minori mundo, hoc est in corde humano & ideo cum sit primogenita, specialiter benedici meretur, sicut antiqui primogenita benedicebant, vnde di-
Gal. 3. citur de talibus. Qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraam. Item nota, quod fides ad hoc, quòd sit cōmēdabilis, debet habere tria. s. veridicam cōfessionem, magnificam deuotionem, & catholicam probationem. Primo ergo fides debet habere veridicam confessionem. s. vt verum dicat, ne aliud dicat, aliud credat, aliter viuat, vt. s. fides sit viua non mortua, vera non ficta, res enim mortua, proprie nō est res, nisi æquiuoce, sicut homo mortuus non est homo, res etiam ficta, non est proprie dicenda res, sicut leo pictus, non est leo verus, nec denarius falsus, sicut ille qui est de auricalco, qui debet esse de auro, non est verus denarius, tales sunt falsi, & fi-
Tit. 1. cti Christiani de quibus dicitur. Confitentur se nosce Deum, factis autem negant. Tales sunt sicut chimera, quæ est res tantum ficta, & tamen nihil est in rerum natura. Fides veridica est, quæ verum dicit, sic viuendo sicut credit, sic credendo, sicut dicit. Talis est moneta vera ad emendum paradisum, & vera arbor, & generosa ad producendum frondes diuinæ dilectionis folia salutiferæ confessionis, flores honestæ conuersationis, & fructus bonæ operationis. Secundo dēt habere deuotionem magnificam, & est notandum, quòd fides ostenditur esse magnifica in tribus. Primo vt in solo Deo confidat, etiam si naturalis ratio contradicat. Talem fidem habuit Abraam, qui vetulus de vetula & sterili, contra omnem rationem credidit Deo promittenti, quòd haberet semen, in quo benedicerentur omnes gentes, vt di-
citur. Credidit Abraam Deo, & reputatum est ei ad Gen. 15.
iustitiam. Talem fidem nō habuit Thomas, qui noluit credere, quòd Christus resurrexisset a mortuis, nisi oculis videret, & manibus contrectaret. Tales sunt illi, qui nolunt credere vel mutuare, nisi sub bono pignore, de tali modica fide, dicit Gregor. Fides non habet meritū, cui humana ratio præbet experimentum. Secundo fides est magna, si in aduersitate non sufficiat, sed tunc
plus inualescat, de qua dicit Saluator. Si habueritis, fidē Matt. 17.
sicut granum sinapis, &c. Granum sinapis quanto plus teritur, tanto fortius viget, talis fuit fides Martyrum, qui per fidem vicerunt regna, ludibria, verbera, insuper
vincula, & carceres, De hac fide dicitur. Hæc est victo- 6. Ioan. 5.
ria, quæ vincit mundum, fides vestra. Talem fidem non
habuit Petrus, qui vidēs ventum validum, timuit & sta Matt. 14
tim veritus fuit, cui dixit Saluator. Modicæ fidei, quare dubitasti? Sic multi infideles ventum validum tribulationis videntes, statim titubant, & merguntur in mari tentationis, vel desperationis, quod est mare mortuum, in quo nihil potest viuere. Tertio fides est magna, si homo propter dilationem, petere non desistat, quousque obtineat. Talem fidem habuit mulier Chananea, quæ quantumcunque fuisset a Christo repulsa, non quieuit a prece, quousque fuit exaudita, vnde dicit ei Saluator.
Mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut petisti, ga vt Matth. 15
vulgo dicitur. Quod differtur, nō aufertur. Item fides debet habere professionem catholicam. Et notandum, quòd catholica professio Christiana, cōtinet duodecim articulos fidei, qui in symbolo Apostolico continētur,
scilicet Credo in Deum, &c. Sunt autem duodecim ar- Simbol. A
ticuli, quia duodecim sunt Apostoli, quilibet autē duo postolorū
decim Apostolorum, posuit in symbolo suum articu- expositio.
lum. Petrus autem dixit. Credo in Deum patrem, etc. Iste articulus pertinet ad patrem. Et est sciēdum, quod aliud est credere in Deum, & aliud credere Deo. Credere Deo est credere, q́ vera sunt, quæ dicuntur de Deo, & sic possumus credere, & credim' Petro, & Paulo. Sed credere in Deum (vt dicit Augu.) est credendo amare, credendo in eum per amorem ire, & in eum vel eius mēbris incorporari. Nota de isto articulo, cum dicitur patrem omnipotentem, quia ipse est Deus Pater, non de-
est sibi bona voluntas, quia Omnipotēs, non deest sibi Psal. 134.
potestas implendi, quod promittit, quia dicitur. Omnia quæcunque voluit fecit. Andreas dixit. Et in Iesum Christum filium eius vnicum Dominum nostrū. Iste articulus pertinet ad diuinitatē Filij. Et nota quòd specialiter Christus dicitur Dominus noster, quia proprie dominatur nobis duplici iure. s. iure creationis, quia nos creauit & fecit, & iure redemptionis, quia nos magno
precio. s. sanguine suo redemit, vt ait Apos. Empti e- 1. Cori. 6
nim estis precio magno. Iacobus maior dixit. Qui cōceptus est de Spiritusancto, natus ex Maria Virgine. Iste articulus est primus, qui pertinet ad humanitatem. Et nota, q́ Maria mater Dei caruit in conceptione culpa, & ideo dr Christus de Spiritusancto conceptus, quia sine culpa fuit, q́ Spiritussanct' fecit in natiuitate Filij.

Caruit

Caruit etiam pęna,& ideo dicitur Christus de Virgine
natus, qui a nullam pœnam sentijt,nec damnum susti-
nuit,quia virgo peperit,& post partum virgo perman-
sit,& in hoc Christus dedit exemplum filijs omnibus,
vt nullũ damnum nutricibus,vel progenitoribus suis in
ferrent. Ioannes dixit. Passus sub pontio Pilato,crucifi-
xus,mortuus & sepultus. Iste articulus pertinet ad hu-
manitatem. Et nota quatuor in hoc articulo, pro qui-
bus,& in quibus,non solum grati esse debemus Redẽ-
ptori nostro,sed etiam specialiter in his quatuor ipsum
imitari. Christus.n.est passus,vt nos patiamur.s.haben
do patientiam in aduersitatibus, & tribulationibus no
stris. Christus etiam crucifixus est, vt nos per pœniten
tiam crucifigamus carnem nostram, cum vitijs,& con-
cupiscentijs. Christus etiam mortuus est.s.in cruce, vt ĩ
cruce pœnitentiæ,vsq; ad mortem perseueremus. Chri
stus nihilominus sepultus est,vt nos terram nostrę mor
talitatis consideremus,& cum cinere nostræ mortalita
tis(ad modum carnis salsæ)superbiam condiamus:quia
carnes cito putrescunt & corrumpuntur, nisi sale con-
diantur. Thomas dixit. Descendit ad inferna. Iste.n.ar
ticulus & tertius pertinent ad humanitatem, descendit
autem Christus ad inferos secundum animam,vt extra
heret suos de limbo. Nota etiam magnam peruersitatẽ
nostram, quia nos vix volumus sequi Christum ad cœ
lum,quantuncunq; sciamus,quòd Christus secutus est
hominem vsq; ad infernum.s.ad eum liberandum. Iaco
bus minor dixit. Tertia die resurrexit a mortuis. Iste est
quartus articulus,pertinens ad humanitatem. Et nota,
ꝙ Christus resurrexit tertia die,vt nos a peccato resur-
gamus,in tertia die.s.pœnitẽtia,confessione, contritio-
ne,& satisfactione. Phillppus dixit. Ascendit ad cœlos
sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, inde ven-
turus est iudicare viuos, & mortuos, Iste articulus est
quintus,pertinẽs ad humanitatem. Et nota,ꝙ hæc duo
quæ sunt in isto articulo.s.ascensus Christi ad cœlos, &
aduentus ad iudicium; magnam fiduciam nobis inge-
rũt,quia scimus,quòd causam nostram frater noster iu
dicabit. Bartholomęus dixit. Credo in Spiritumsanctũ,
& sanctam Ecclesiam.i.credo,quòd Spiritussanctus est
in se,& in electis suis,& quòd nõ solum est sanctus, sed
etiam Ecclesiam facit sanctam. Et iste est primus articu
lus,qui pertinet ad Spiritum sanctũ & sunt tria in pſẽnti
ptinẽtia ad Spiritumsanctum & duo in futuro. Primũ,
quod ad ipsum pertinet in præsenti, est sanctificatio:nã
primus eius articulus(vt diximus)Credo in Spiritũsan
ctum,& sanctam Ecclesiam. Credo, quòd Spiritussan-
ctus,qui in se sanctus est,ipse sanctificat Ecclesiam, per
gratiam & bonitatem suam,quia ipse bonitas est. Mat
thæus dixit. Sanctorum communionem. Iste articulus
pertinet in præsenti ad Spiritumsanctum,quia Spiritus-
sanctus pertinet ad sanctorum communionem.i.vnio-
nem membrorũ in corpore Ecclesię,ad caput.s.ad Chri
stum,& alia membra in corpore naturali.i.fidelium ad
inuicem, sicut spiritus bonus vnit membra in corpore
naturali,sic Spiritussanctus vnit membra spiritualia.s.fi
deles in corpore mystico,quòd est Ecclesia. Vnde sen-
sus huius articuli est, credo sanctorum cõionem.i.cre-
do,quòd sancti.i.fideles,tãquam vnius corporis Eccle-
siæ membra,communicant.i.vniũtur sibi:& capiti suo,
& hoc per Spiritumsanctum. Et nota,quòd triplex est
cõio,quam fideles debẽt habere ad inuicem.s.cõionem
vnius corporis,quia faciunt vnum corpus,& commu-
nionem societatis,ex qua societate venit, ꝙ quilibet,q
est de corpore Ecclesiæ,partẽ habet in omnibus bonis,
quæ fiunt in Ecclesia. Tertia communio est mutuæ sup
portationis, quia vnus debet supportare onus alterius,
Gala. 6. scilicet mala,per patientiam, & bona communicare per
eleemosynarum largitionem. Vnde dicitur. Alter alle-
rius onera portate. Simon dixit. Remissionem peccato
rum.s.credo. Iste est tertius articulus,pertinens ad Spiri
tumsanctum, per Spiritũsanctum.n.qui est benignitas
ipsa,in baptismo & in pęnitentia remittuntur peccata.
Et nota,ꝙ peccata remittũtur,lauantur,& tolluntur,re
mittuntur quantum ad culpam, lauantur quantum ad
maculam,tolluntur quantũ ad pęnam. Iudas Thadęus
dixit. Carnis resurrectionẽ. Iste est quartus articulus,
pertinens ad Spiritumsanctum in futuro, quantum ad
remunerationẽ corporis. Et nota,quòd in seruitio Re-
gis,qui potest reddere,vel restituere equum, si contin-
gat eum mori in bello,potest miles secure exponere eũ
pro ipso Rege,& Duce suo, sic nos equum nostrum,id
est corpus proprium, secure possumus exponere pro
Christo,quia ipse potest equum reddere.i.corpus resti
tuere.i.resuscitare. Mathias dixit. Vitam æternam amẽ.
Iste.n.est quintus & vltimus articulus,pertinens ad Spi
ritumsanctum in futuro,quantum ad remunerationem
animæ,vel etiam vtriusque. Et nota ꝙ quia si solicitus
est homo ad prouidendum huic miseræ vitæ transito-
rię,multo magis debet esse solicitus ad prouidendum il
li vitæ,quæ nunquam poterit finem habere. vnde scien
dum est,ꝙ tribus modis prouidetur huic temporali vi
tæ.s.meditando,laborando,& mutuum accipiendo. Ibi
.n.non est locus mendicandi, sicut patet de diuite epu-
lone,qui voluit mendicare guttam aquæ,& non potuit
obtinere,vt habetur in Luc. Ibi etiã non est locus labo Luc. 16.
randi. Ideo dicitur. Venit nox quãdo nemo potest ope- Ioan. 9.
rari. Ibi nihilominus non est locus mutuum accipiẽdi,
vel emendi,vt patet de fatuis virginibus, quę voluerũt Matt. 25.
mutuo habere,vel emere oleum,& non potuerunt ha-
bere, Et ita,qui non vult hic prouidere per bona opera,
egestatem æternam patietur in illa vita æterna. Ideo di Matt. 6.
cit Saluator. Primum quærite regnum Dei,& iustitiam
eius,& hæc omnia adijciẽntur vobis,&c.

De Spe. Cap. 4.

Spes est futuræ beatitudinis certa expectatio & Dei Spei diffinitio.
gratia,& ex meritis proueniẽs, vt habetur in libro
tertio sententiarum. De spe nota præcipue tria.s.ty
pum comparationis,fœtum generationis, & fructum
operationis. Primo ergo spes comparatur tribus, est. n. Spei cõparationes.
sicut columna domũ firmãs, sicut galea caput armans,
& sicut anchora nauem seruãs. Spes itaq; est sicut colũ
na,quæ domum sustentat,nam columna debet esse soli
da,& de forti ligno,non fragilis,& vacua,vt arundo,sic
spes,quæ est in Deo,quia est solida, est quasi de forti li
gno,& facit ędificium solidũ;sed spes,quæ est in mũdo,
est fragilis & vacua,& quasi de arũdine,& ideo facit ę-
dificiũ ruinosum. Nam dicitur. Qui confidit in diuitijs Pro. 11.
suis,corruet. Sic superuacua & fragilis spes, & fiducia
annorũ,& amicorum,quia dicitur. Maledictus homo Hiere. 17.
q confidit in homine,& ponit carnem suam.i. carnalẽ
hominem brachium suum, id est fiduciam vel auxiliũ,
quod est in solo Deo collocandum. Spes etiam est sicut
galea,nam sicut galea est munimentum capitis, sic spes
est armatura intẽtionis. Vnde dicit Apos. Induite galeã 1. Thes. 5.
spem salutis. Spes nihilominus est sicut anchora,nam si
cut anchora seruat nauem contra procellas fluctuum,
sic spes mentem contra tentationis impulsum. Et ideo Hebr. 6.
dicitur. Confugiamus ad tenendam propositam spem,
quã sicut anchoram animę habemus tutam & firmam.
Item spes tribus alijs comparatur. Est.n.sicut arbor fru
ctuosa,sicut gẽma pretiosa,& sicut mola virtuosa. Spes
ergo est sicut arbor fructuosa, nam sicut arbor profert
vberes fructus,quæ habet irriguum aquarum viuẽtiũ,
sic spes profert fructus bonorum operum,quæ sita est,
& plantata iuxta irriguum aquarũ, vnde dicitur. Ego Psalm. 51.
aũt sicut oliua fructifera in domo Dei, speraui in mise-
ricordia Dei mei. Spes.n.est sicut margarita,vel gẽma:
nam

nam sicut gemma est grata, sic spes est Deo placita, si-
cut gemma habet valorem magnũ, sic spes facit homi-
nem pretiosum, & sicut gẽma est perlucida, sic spes est
Proue. 17. quodammodo dyaphana, quia per eam vidẽtur, & spe-
rantur loca cœlestia. De ipsa dicitur. Gemma gratissi-
ma expectatio præstolantis. Spes nihilominus est sicut
mola. Et nota, ꝙ duæ sunt molæ spirituales. s. timor sup
plicij, & spes præmij. Timor est mola superior, quæ pre
mit animam, ne euanescat per elationem. Spes est mola
inferior, quę animam sustinet, ne deficiat per desperati o
nem. Istas duas molas debet penitens coniungere, sicut
Psalm. 55. Dauid, qui dicebat. Ab altitudine diei. i. a die iudicij ti
mebo, ecce mola superior. Ego vero in te sperabo, ecce
mola inferior, vnde vna sine altera non valet. Et ideo in
Deute. 24. figura huius dicitur. Nõ accipies loco pignoris, inferio
rem & superiotem molam, id est spem & timorem non
subtrahas peccatori. & īter istas duas molas, fit optima
molitura tritici, id est perfecta contritio peccati.

De prudentia. Cap. 5.

PRudentia est appetendarum rerum, fugiendarũq;
sciẽtia, vt dicit Tullius in libro de officijs. De pru
Prudentiæ diffinitio. dentia nota specialiter tria. s. typũ decentissimum,
actum vtilissimum, & partum nobilissimum. Habet au
tem prudentia typum multiplicem & elegantem. Com
paratur autem specialiter tribus. s. assessori iudicis, qua
tuor etiam minimis, & astutię serpentis. Prudentia qui-
dem, est sicut assessor iudicis, vel Regis: nam sicut asses-
sor iudicando dirigit iudicem, vel Regem, sic prudentia
rationem, sicut assessore absente, interdum peruertitur
iudicium Regis, sic cum abest prudentia, peruertitur iu
Proue. 28. dicium rationis, vnde dicitur in Pro. Dux indigens pru
dentia, multos opprimet per calumniam. Prudentia e-
tiam comparatur quatuor minimis terræ. De quibus
Proue. 30. dicitur, Quatuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapien
tiora sapientibus. s. formica, lepusculus, stellio, vel lacer-
tus, & locusta, nam & prudens dicitur formica, ratione
prudentiæ. Et nota, ꝙ formica habet decem laudabilia,
& a uiris prudentibus imitãda. Formica est animal par-
Formicæ prudentia. uum, vel modicum, in quo laudatur humilitas. Grano
pascitur, in quo docet honestas, socios adiunat, in quo
laudatur charitas, sollicita est, in quo laudatur pruden-
tia, nunquam est ociosa, in quo commendatur occupa-
tio, grana detruncat, ne germinent, vel putrescãt, in quo
mõstratur carnis afflictio, tempore imbris grana abscõ
dit, in quo docetur fuga tẽtationis, tempore sereno gra
num soli exponit, in quo laudatur virtus orationis, põ
dus portat maius quam ipsa sit, in quo monstratur ze-
Prou. 6. lus compassionis. De ipsa dicitur Prou. O piger, vade
ad formicam, & disce sapientiam, quæ cum non habet
ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æsta-
te, & congregat in messe cibum sibi. s. in messe gratię, ci
bum gloriæ sempiternæ. Item prudentia comparatur le
pusculo ratione confidentiæ quam homo prudens ha
bet solum in Deo, sicut lepusculus locat in petra cubile
Proue. 30. suum, vt dicitur in Pro. ita homo in Christo. Petra au-
1. Cor. 10. tem erat Christus, vt dicit Apost. Prudentia etiam com
paratur stellioni. Nam stellio, vel lacertus, quia alas nõ
habet, vnguibus, vel manibus vtitur, quo diligentia o-
perationis laudatur, nam in viro prudente, diligentia in
operatione, supplet defectum naturę. Prudens nihilomi
nus comparatur locustæ, nam sicut locusta habet vola-
tum recidiuum, volat. n. ad alta, & statim cadit in ima,
sic prudens volat ad alta per desiderium patriæ celestis,
& cadit ad ima per considerationem propriæ fragilita-
Psal. 110. tis, iuxta illud. Ascendit vsq; ad cœlos, & descendit vsq;
Nota. ad abyssos. Prudentia tertio comparatur astutiæ serpen
tis. Et nota, ꝙ quinque astutijs vtitur serpens, quas vir
prudens imitatur. Prima astutia serpentis est custodia
capitis, nam caput summe custodit, pro quo seruando,
totum corpus exponit, sic sancti Christum, qui est ca-
put nostrum, summe custodiunt, & pro ipso omnia alia
exponunt, sicut Apos. qui dicebat. Quę mihi fuerunt lu Phil. 3.
cra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta.
Secunda astutia serpentis, est depositio pellis, ponit. n.
se in arcto foramine, vbi renouatur, deposita veteri pel- Eph. 4.
le, sic sancti in arcto pniæ seipsos incarcerant, vt veterẽ
conuersationem deponant, sicut monet Apo. De poni-
te vos secundum pristinam conuersationem, veterem
hominem, qui corrumpitur secundum desideria erro-
ris. Tertia astutia serpentis, est delusio incantatoris. De
ludit. n. incãtatorem, obturando vnam aurem cum ter-
ra, & aliam cum cauda, vt dicitur. Sicut aspidis surdę, & Psal. 57.
obturantis aures suas, sic viri sancti & prudentes delu
dunt incantatorem. i. tentationem diaboli, quia vnã au
rem obturant cauda. i. memoria mortis, iuxta illud. Me Eccl. 7.
morare nouissima tua, & in æternum non peccabis, &
aliam obturant terra, id est consideratione propriæ fra
gilitatis, quia dicitur. Puluis es, & in puluerem reuerte Gen. 3.
ris. Quarta astutia serpentis, est insidiatio pedis, insidia
tur. n. calcaneo, non capiti. sic viri sancti superant deside
ria carnis, attendentes, quis finis delectationis. s. mors
immortalis, vel infernalis, iuxta illud. Finis illorũ mors. Rom. 6.
Quinta astutia serpentis, est fuga mulieris, nam sicut ꝓ
pter inimicitias eius fugit, & latitat sub spinis, sic etiam
viri sancti propter inimicitias fornicationis, fugiunt cõ
sortium mulierum, & latitant sub spinis pęnitentiæ, se-
cundum consilium Apostoli. Fugite fornicationem. Ad 1. Cor. 6.
imitandas istas serpentis astutias dicit Saluator. Estote Matt. 10.
prudentes sicut serpentes, quas habent cum mulierem
fugiunt & latitant. Et ne serpentis astutia fiat virulen-
ta, temperat eam simplicitas columbina, vnde addit, &
simplices sicut columbæ.

De temperantia. Cap. 6.

TEmperantia est nihil appetere vnde sit penitẽ Tẽperãtiæ diffinitio.
dum, in nullo modum vel legem excedere, sub
iugo rationis cupiditatẽ domare, vt ait Macro
bius. De temperantia nota specialiter tria. s. ei9
typum nobilem, eius partum fertilẽ, & eius actum vti-
lem. Habet aũt temperantia typum multiplicem, vel fi-
guram, Comparatur autem temperantia specialiter tri-
bus, scilicet freno, quo equus regitur, bysso quo caro te
gitur, & muro quo castrum cingitur. Est itaq; temperan
tia, sicut frenum equum regens. Nam sicut a sessore, me
diante freno, ducitur equus, sic caro a spiritu, freno tẽ-
perantiæ gubernatur. Maxime. n. frenandus est equus
iuxta aquam, iuxta ignem, iuxta præcipitium, sic fre-
num temperantiæ necessarium est carni, contra aquam
transitoriæ delectationis, contra ignem concupiscentiæ
carnalis, & contra præcipitium æternæ damnationis.
De hoc freno dicit Apos. Sobrie & iuste & pie viuam9 Tit. 2.
in hoc seculo. Nam quilibet debet viuere sobrie quan-
tum ad seipsum, iuste quantum ad proximum, pie quã
tum ad Deum. Est etiam temperantia sicut byssus car-
nem tegens. Nam byssus (vt dicit Papias) est genua linĩ
candidissimi, quod crescit in Aegypto, & inde fit tela,
quæ vulgo dicitur serica. De hac tela byssina fit cami-
sia nobilis & delicata, per quam figuratur castitas & tẽ
perantia, & sicut ista camisia nobilis est immediate car
ni contigua & coniuncta, sic castitas & temperantia, est
carni præcipue necessaria, & ei inseparabiliter coniun-
genda. Et ideo dicitur de muliere forti. Byssus & pur- Proue. 31.
pura indumentum eius. In bysso figuratur castitas, quę
est præcipuum ornamentum mentis, in purpura figu-
ratur temperantia, quæ est sicut aurifrigium vesti appo-
situm ad decorem. Est nihilominus temperantia sicut
murus castrum cingens. Nam sicut castrum muratur
præcipue ab ea parte, quæ magis est infirma, sic tem-
perantia

perantia munit castrum hominis ex parte magis infir-
att. 26. ma.ſ.ex parte corporis.Dicit.n. Spiritus quidem prom
ptus eſt,caro autem infirma. Item temperantia eſt qui
dam honor Deo aſſimilans, quidam valor mentem ma
gnificans,& quidam dolor hoſtem mortificans. Eſt.n.
temperantia honor quidam Deo aſſimilãs. Deus.n.eſt
an.4. Spiritus,vt dicitur in Io.Temperantia vero,eſt quaſinu
trix ſpiritualis,q̃ ablactat filios Dei,& facit de carnalib.
p.6. ſpirituales,& ſic aſſimilat Deo iuxta illud.Incorruptio
facit proximum Deo.Eſt.n.temperãtia valor quidam,
mentem magnificans.Nam ſicut valor magnificat au-
cl. 26. rum,ſic temperantia magnificat & impreciabilem facit
hominem,temperatum et caſtum,quia dicitur.Non eſt
digna ponderatio animæ continentis.Eſt igitur tempe
rantia dolor quidam,hoſtem mortificans,Diabolus.n.
b.4. libenter quieſcit & dormit in locis humentib. i. volu-
ptuoſis hominibus,vt dicitur in Iob.Temperãtia vero
ponit ipſum in arido pęnitentiæ,vbi nõ inuenit requiẽ,
att. 12. & ſic interficit,vel fugat hoſtem,quia dicitur. Cum im
mũdus ſpiritus exierit ab homine,ambulat per loca ari
da,quærens requiem,& nõ inuenit.Loca arida ſunt ho
mines ſobrij,in quibus requiem non inuenit,quia in ta
libus non ſternit lectum voluptuoſum peccati.

De Fortitudine. Cap. 6.

FOrtitudo eſt firmitas animi enntra moleſta ſecu
rtitudi- li,vt dicit Gloſa ſuper Matt. De fortitudine nota
is diffini ſpecialiter tria.ſ.typum valde pulchrum,partum
o. valde dignum,& fructum valde bonum.Primo igitur
virtus fortitudinis,habet typum multiplicem, & ſimili
tudinem elegãtem. Comparatur autem ſpecialiter tri-
bus.ſ.Fornaci,quæ probat aurum,radici,quæ portat li-
gnum,& loricæ,quæ vetat ictum. Eſt itaque fortitudo
ſicut fornax aurum probans.Nam ſicut fornax reddit
aurum lucidum, ſic fortitudinis virtus facit hominem
honeſtum & decorum,nam de talib.dicitur,fortitudo,
& decor indumentum eius.Et ſicut fornax, quædã me
ro.31. talla reddit ſolida,& quædam liquida, ſic virtus forti-
tudinis,corda facit nunc ſolida contra tentationẽ,nunc
liquida per compaſſionem,nunc rorida per deuotionẽ.
an.5. Nam dicitur.Aĩa mea liquefacta eſt,dilectus meus lo-
cutus eſt.Et ſicut in fornace eſt magn' flatus folliũ, &
magnũ ignis incendium,ſic ignis fortitudinis ſolum eſt
in illis,in quibus eſt flatus diuinæ inſpirationis, & vehe
mẽs incendiũ charitatis.Et in figura huius aduẽtus Spi
ritusſancti ſuper Apoſtolos,vbi fuit eis datus ad robur
ſpiritualis virtutis,fuit tanquam adueniens ſpiritus ve-
ct.2. hementis,vt dicitur in Actib.Apoſtolorum.Eſt etiam
fortitudo ſicut radix,lignũ vel arborem portans. Nam
ſicut radix portat pondus arboris,& frondes,flores,fru
ctus & folia, ſic virtus fortitudinis,ſuſtinet omnia bo-
na opera,& merita noſtra.Vnde dicitur.Confortare,&
ɔſuæ 1. eſto robuſtus.Eſt nihilominus fortitudo ſicut thorax,
vel lorica ictum vetãs.Nam ſicut thorax,vel lorica,ſer-
uat corpus ab ictu gladij, ſic virtus fortitudinis cuſto-
dit animam a tentatione diaboli, & cuiuſcunque aduer
ſarij.Totus.n.mundus non vinceret vnum hominem,
in quo eſt fortitudo Dei,ſicut patet,ꝙ puellæ virgines,
puta,Catherina,Cecilia,Agnes,Lucia,Agata,Barbara,
beata Clara,& cæteræ virgines, Reges & tyrannos,&
omnia tormentorum genera ſuperabant. Nec mirum,
quia fortitudo illa non hominis,ſed Dei erat, vnde di-
Mach. 5. citur.De cęlo fortitudo eſt.Item fortitudo trib.alijs cõ
paratur.ſ.virgæ quę non incuruatur,ferro quod non ſu
peratur,& petræ,quæ non perforatur.Eſt itaque forti
tudo ſimilis virgæ inflexibili, & talis virga vel baculus
eſt valde neceſſarius ambulantib.& certantib. & labo-
rantib.ſic fortitudo,eſt quaſi baculus & virga inflexi-
bilis,quæ valde eſt neceſſaria,quia locus in quo ſumus,
eſt locus certaminis,locus itineris,& locus laboris. Et
hæc tria hominum genera,indigent ſpecialiter baculo
vel virga.Ideo dicitur. Virga tua & baculus tuus ipſa Pſalm. 22.
me conſolata ſunt.Eſt etiam fortitudo ſimilis ferro in-
domabili. Nam ſicut ferrum non domaſur,ſed commi
nuit omnia metalla,vt dicit in Dan.Sic viri fortes mori Dan. 2.
poſſunt,vinci vero non poſſunt,imo ipſi omnia aduer-
ſa,& proſpera vincun ,& quod plus eſt,regnum cęlorũ
violenter rapiunt.Nam violenti rapiunt, illud, vt dici-
tur in Matt.Eſt nihilominus forti udo ſimilis petræ in Matt. 11.
frangibili,qualis eſt Adamas.Nam ſicut qui Adaman-
tem percutit,ipſe magis percutitur, ſic qui virum fortẽ
moleſtat,magis lęditur,quam lędit,et ſicut Adamas nõ
frangitur violentia,ita vir fortis nulla frangitur impa-
tientia,& ſicut Adamas ſcinditur ſanguine hirci,ſic vir
fortis memoria paſſionis Chriſti, propter iſta de viro Ezech. 3.
forti dicitur. Vt Adamantem & ſilicem dedi faciem
tuam.

De Iuſtitia. Cap. 8.

IVſtitia eſt vir us,ſua vnicuiq; tribuẽs, vt dicit Aug. Iuſtitię de
de lib.arbi.Iuſtitia eſt rectirudo voluntatis propter finitio.
ſe ſeruata,vt ait Anſelm.De iuſti ia nota ſpecialiter
tria.ſ.typi figuralis elegantiam,partus filialis abundan
tiam,& actus vir ualis efficaciam.Primo ergo, iuſtitia
typum habet mul iplicem,& figuram valde elegantem
Comparatur etiam tribus ſpecialiter,ſicut recta ſemita,
ſicut recta regula,& ſicut recta linea.Eſt autem iuſtitia
ſicut recta ſemita.Nam ſicut illa eſt rectiſſima viarum,
ſic per viam iuſtitiæ citius peruenitur ad brauium ſem-
piternum,imo omnis alia via eſt deuium. Nam dicitur Pſal. 106.
in Pſ.Errare fecit eos in inuio,& non in via.Vnde dici-
tur ibi de iuſtis,deduxit eos in viam rectam, vt irent in
ciuitatem habitationis.De iniuſtis vero dicitur alibi.In Pſalm. 11.
circuitu impij ambulant.Eſt etiam iuſtitia ſicut recta
regula.Nam ſicut recta regula eſt rectiſſima menſura-
rum,ſic iuſtitia eſt optima menſurarum, & certiſſima
menſura ad donum operandum. Hæc eſt.n.regula di-
uina,quæ dirigit opera noſtra.Vnde dicitur.Dominus Pſal. 145.
diligit iuſtos.Et ſapiens ait.Qui ſequitur iuſtitiam,dili
gitur a Domino.Eſt nihilominus iuſtitia ſicut recta li- Proue. 25.
nea.Sicut.n.recta linea eſt pulcherrima linearum, vt di
cit philoſophus,ſic iuſtitię rectitudo facit hominem,in
intentione & conuerſatione pulcherrimum & decorũ.
Nam ſicut ſtatura humani corporis,eſt pulchrior inter
omnes,quia eſt recta ad cęlũ, ſic ſtatura cordis eſt pul-
cherrima,cum per iuſtitiam eſt recta ad Deum. Vnde
ſponſæ dicitur.Statura tua aſſimilata eſt palmę.De hac Can. 7.
rectitudine dicitur.Solummodo hoc inuenit, ꝙ Deus Eccle. 7.
fecit hominem rectum. Item iuſtitia multum proprie
tribus alijs comparatur.Nota, ꝙ triplex eſt iuſtitia ge-
neralis,quæ dirigit hominem in omni bono, a qua dici
tur homo factus bonus,iudicialis,q̃ corrigit, vel coer-
cet ab omni malo,& iſta corrigit delicta propria vel a-
liena. Carnalis vel moralis,quæ reddit vnicuique pro-
prium bonum.Eſt itaque iuſtitia,ſicut gemma in ſerto
aureo, ſicut ſtella in polo artico, & ſicut dea in noſtro
microcoſmo.Eſt igitur iuſtitia ſicut gemma in ſerto au
reo.Nam ſicut gemma ſerti aurei eſt ornamentum, q̃a
totum ſertum ornat,& facit precioſum, ſic etiam ſer-
tum aureum dicitur gratia,eo ꝙ in illa, & per illam co-
ronatur opera noſtra. Nam etiam opera bona, quę
fierent extra gratiam, nunquam coronam mereren-
tur. In hac corona aurea,vel ſerto aureo, inſertæ ſunt
quatuor gemmæ valde precioſę, vel quatuor virtutes
principales.ſ.prudentia,temperantia,fortitudo, & iuſti
tia.Gemma prudentiæ ponitur in anteriori parte coro-
næ,quia ad prudentiam pertinet, non ſolum præſentia
diſponere, imo & futura præuidere.Gemma temperan
tiæ

tiæ locatur a dextris, quia temperantia facit hominem
iustum, & sobrium in dextera prosperitatis. Gemma
fortitudinis inferitur a sinistris, quia fortitudo facit
hominem robustum in sinistra aduersitatis. Gem-
ma vero iustitiæ incastratur in posteriori parte, sicut
Episcopus in fine processionis, sicut Rex in fine acici,
sicut nauta vel gubernator in cauda nauis, sicut sen-
tentia iusta profertur in fine causæ, sicut etiam post la-
borem certaminis, datur victori corona triumphalis.
Vnde ab ista, tanquam a principali gemma determina-
2. Tim. 4. tur corona. Dicit.n. Apost. Reposita est mihi corona
Sap. 8. iustitiæ. Aurifex in cuius aurificina fabricatur hæc præ
ciosa corona, est sapientia increata. De qua dicitur. So-
brietatem & prudentiam docet, & iustitiam, & virtutē.
i. fortitudinem, quibus nihil vtilius est in vita hominib.
Istę quatuor virtutes (vt dictum est) tanquam quatuor
gemmæ preciosæ, in aureo gratiæ sunt incastrata. Est e-
tiam iustitia sicut stella Artici poli. Nam circa ipsam vo
luitur cœlū, & sicut ipsa non mutat locum, sic volubili-
tas vitæ nostræ mira volubilitate vertitur, iustitia ve-
ro nullo accidente mutatur, siquidem vita nostra, tota
est volubilis sicut rota, tunc.n. hominem eleuat hono-
Psal. 106. re, quem paulo post humiliando occultat. Iuxta illud.
Ascendunt vsq; ad cęlos, &c. Interdum econuerso ho-
minem humilitate deprimit, quem postea ad honores
Psal. 112. attollit, quia dicitur. Suscitans a terra inopem, & de ster
core, &c. quandoque hominem a læua mutat in dexte-
ram, s. ab aduersis in prospera, interdum a dextris in læ
uam. i. a prosperis in aduersa. Iuxta illud quod Abraam
Gen. 13. dixit ad Loth. Si ad sinistram ieris, ego dexteram tene-
bo, si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam.
Sed vir iustus in omnib. his semper manet immobilis.
Nam ipsum humilitas non deprimit, ipsum honor non
Psalm. 14. ambit, ipsum aduersitas non frangit. Vnde dicitur. Qui
facit hæc, non mouebitur in æternum. Est nihilominus
iustitia sicut dea nostri microcosmi. i. minoris & infe-
rioris mundi, sicut.n. Deus in suo megacosmo vel ma-
iori mundo, disponit omnia in numero, pondere & mē
Sap. 11. sura, vt dicitur in lib. Sap. Sic iustitia ī suo microcosmo
præsidens, tanquam Deus facit, in omnibus meritis &
operibus nostris, sic numerus bonæ operationis, pon-
dus sanctę affectionis, & mensura intentionis. Vnde isti
Deæ nobilissimæ sacrificium iustitiæ debemus offerre,
Psal. 4. sicut dicitur in Psal. Sacrificate sacrificium iustitiæ.

TITVLVS SEXTVS

SEXTAE DIETAE

De septem donis Spiritussancti. & primo de dono timoris, Capitu. 1.

POST tractatum de virtutib. sequitur
de donis Spiritus sancti. Et hęc est sex
ta dieta salutis. s. a virtutibus ad dona
Isa. 11. Spiritus sancti peruenire, quia (sicut
diximus) virtutes docent recte opera
ri, sed dona expedite. Cum autem sint
septem dona Spiritus sancti, quæ scilicet enumerātur,
scilicet spiritus sapientiæ & intellectus, consilij & forti
tudinis, scientiæ & pietatis & timoris Domini, a sapien
tia autem non peruenitur ad timorē Dñi, sed potius a ti
more ad sapientiam, tanquam ab inferiori gradu ad su-
Psal. 110. periorem, iuxta illud quod dicitur. Initium sapientiæ ti
mor Domini. Ideo de timore Domini, nota specialiter
tria. s. quam multipliciter figuratur, quā virtualiter ope
ratur, & quam rationabiliter mercatur. Primo ergo ti-
mor Domini habet multiplices figuras elegantes, & cō
parationes conuenientes. Comparatur autem specialiter
trib. Est.n. timor Domini, sicut ostiarius custodiens in
gressum, sicut iustitiarius puniens maleficum, sicut ter
rarius vel speculator euigilans exercitum. Primo ergo
timor Domini est sicut bonus ostiarius, qui diligenter
custodit ostium cordis, ne intret inimicus. i. diabolus,
& sicut ostiarius tendit baculum, vel gladium ad timo-
rem intrantium, sic timor Dei, ne permittamus Diabo-
lum ad cor intrare, portat clauem pęnæ æternæ, gladiū
ex vtraq; parte acutum. s. æquitatem diuinæ sententiæ,
quæ condemnabit improbos in anima & corpore. Vn- Matt. 10.
de dicitur. Timete eum, qui potest corpus & animam
perdere in gehennam. Secundo timor Domini est sicut
bonus iustitiarius, qui perimit maleficos & suspendit.
Nam sicut illi, qui tenent iustitiam, ponunt in monti-
bus & locis patentibus patibulum vel furcas ad expa-
uētaculum latronum, ita timor Domini ponitur in cor
de hominis, propter expauentaculum peccatorum, &
sicut iste iustitiarius crucifigit latronem, sic timor Do-
mini nititur crucifigere carnem, tanquam pessimum a-
nimæ latronem. Vnde dicitur. Confige timore tuo car- Psal. 118.
nes meas. Tertio timor Domini est sicut bonus terra-
rius, vel speculator, qui euigilat exercitum. Nam sicut
speculator, tempore belli maxime, nō sinit dormire mi-
lites, sic timor Domini, cum sit modo tempus belli &
guerræ mortalis contra carnem, mundum & Diabolū,
non permittit dormire spiritum per delectationem vel
consensum. Vnde dicitur. Beatus est homo, qui semper Prou. 28.
est pauidus. Non solum autem tempore belli debet ho-
mo esse pauidus, imo etiam tempore pacis debet esse ti
morosus, sicut videmus, quod magni Reges & sapientes,
quamuis actu non sit guerra, muniunt tamen & custo-
diunt castra sua. De incautis dicit Apostolus. Cum di- 1. The.
xerint pax & securitas, tunc repentinus superueniet in
teritus. Et Ecclesi. Qui timet Deum nihil negligit, quia Ecclesi.
nec bonum, nec malum, quia per timorem Domini ma
lum euitat, tanquam nociuum, & bonum formidat, &
nescit si est gratū. Vnde dicit Iob. Verebar omnia ope- Iob. 9.
ra, sciens quia non parces delinquenti, maxime autem
tempore guerræ, iste vigil vel speculator mandat custo
diri portas sensuum, quia ibi est quasi totum periculū,
sicut ad literam illi, qui sunt in munitione summe cu-
stodiunt portas, cum vident castrum ab hostibus obses
sum, sic spirituales viri, qui habent timorem Dei, cu-
stodiunt portas. s. quinque sensuum, ne intrent inimici,
timentes, quod dicitur: Ascendit mors per fenestras no
stras. Item timor Domini alijs trib. comparatur, est.n. Hie. 9.
sicut medicina infirmorum, sicut disciplina puerorum,
& sicut officia religiosorū. Primo igitur, timor Domi-
ni est sicut infirmorum medicina, nam sicut medicina
bene temperata repellit omnes morbos nociuos, & om
nes nociuos humores, sic timor Dei omne peccatum,
& omnes peccati occasiones expellit, sanguinem luxu-
riæ, fleumā acediæ, & melancoliam iræ, & coleram su-
perbiæ. Vnde dicitur. Timor domini expellit pecca- Eccle. 1.
tum. Secundo timor Domini est sicut puerorum disci-
plina, nam sicut virgę disciplinæ castigatur puer, instrui
tur, & informatur, sic per timorem Domini omnis mo
tus sensualis & puerilis, sub isto pædagogo ad ratio-
nem reducitur, & puerilis extirpatur, iuxta illud quod
dicit Sap. Stultitia colligata est in corde pueri, & virga
disciplinæ fugabit eam. Et nota quòd secundum Be- Prou. 22.
dam quatuor mala sunt propter peccatum nobis inin
cta, & nobis colligata, quæ sunt omnis mali peccati ma
teria. s. impotentia, ignorantia, concupiscentia, & mali-
tia. Vnde quidam peccant ex impotentia, & isti parum
peccant, & maximam habent excusationem, nisi illa im
potentia per culpam eorum sit introducta. Alij peccāt
ex ignorantia, & isti plus peccant, & minorem habent
excusa-

excuſationem,quia ex ignorãtia non excuſantur à to-
to,ſed à tanto:maxime ſi ſit ignorantia affectata,quæ
non excuſat,ſed peccatũ aggrauat,& augmentat. Vn-
de de hoc dicit Ambroſius.Si ignoras,grauiſsime pec
cas'. Alii ſunt,qui peccant ex cõcupiſcẽtia, & iſti plus
peccant,& quaſi nullã habent excuſationem,maxime
ſi ſit deliberata.Alii ſunt,qui peccãt ex malitia,& cer-
ta ſcientia,& iſti maximè peccant,& nullã habent ex
cuſationem,immo tales dicuntur peccare in Spiritum
ſanctum,quia Spiritui ſancto bonitas, quæ eſt malitiç
Peccata in ſpũm ſanctum. contraria,appropriatur.Sciendum eſt autem,vel notã
dum diligẽter,ꝙ ſex ſunt peccata in Spiritum ſanctũ,
ſcilicet impugnatio veritatis agnitæ,inuidentia frater
næ gratiæ,præſumptio de impunitate,obſtinatio,de-
ſperatio,& finalis impçnitentia. Et iſtæ ſunt ſex bla-
ſphemiç in Spiritum ſanctum,quæ nõ remittuntur in
Matth.12. hoc ſæculo,nec in futuro,vt dicitur in Matt. Tertiò ti
mor Dñi eſt ſicut officina religioſorum,maximè eſt ſi
cut quoddã capitulum,ꝙ eſt factum præcipuç ad cul-
parũ correctionem,nam ſicut in capitulo increpatur,
& recognoſcitur,& punitur culpa,ita in hoc capitulo
timoris Dei,corriguntur peccata, quia vt dicitur in
Prou.8. Prouer. Timor Dñi odit malum,& ſicut religio nulla
eſſet,ſi correctio capituli deficeret,ſic ſi timor in capi
tulo cordis non eſſet totũ veritatis ædificiũ deperiret,
Ecc.28. quia dicitur in Eccl.Si non in timore Dñi tenueris in-
ſtãter,citò ſubuertetur domus tua.Et nota, ꝙ in Dei
capitulo culpabilis quatuor facit.Primò genu flectit,
ſecundo culpã recognoſcit, tertiò ſpoliat ſe & veſtẽ
deponit,quarto diſciplinam accipit:ſic timor Dñi, fa-
cit primo hoĩem penitentem humiliter genu flectere,
Iſa.45. quia dicitur in Iſa.Mihi curuabitur omne genu. Secũ
do facit humiliter culpã propriam recognoſcere,ſicut
Pſal.50. Dauid qui dicebat.Qm̃ iniquitatem meam ego co-
gnoſco.Tertiò facit hoĩem veterem, ſicut veſtem tur
Col.3. pem ſpoliare,ſicut Apoſtolus dicit. Expoliantes vos
veterem hoĩem cum actibus ſuis,veterem conuerſatio
nẽ cũ vitiis & concupiſcentiis.Quarto facit hoĩem di-
ſciplinam accipere.i.carnẽ laſciuam macerare & caſti
1.Cor.9. gare,ſicut Apoſtol' faciebat,qui dicebat: Caſtigo cor
pus meum,& in ſeruitutẽ redigo. Item timor Domi-
ni,eſt ſpecioſus ſicut hortus, virtuoſus ſicut ventus,
& ſpecioſus ſicut theſaurus.Primo, timor Dñi eſt val
de ſpecioſus,inſtar horti paradiſi.Habet.n.amçnitatẽ
ſicut paradiſus,dulcedinem,& delectationẽ. Vnde in
Pſalm.30. Pſal.Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Dñe, ꝙ
abſcondiſti timentibus te.Habet fertilitatem & vber
tatem ſicut paradiſus,ſicut dicit idem Pſal. Nõ eſt in
Idem.33. opia timentibus eum.Habet nihilominus ſecuritatem
ſicut paradiſus.Vnde dr̃ in Eccl.Qui timet Deum,ni
Eccl.34. hil trepidabit.Et Philo. Qui timet Deum,omnia ti-
ment eum,qui vero non timet Deum, timet omnia.
Vnde Cain perpetrato homicidio fratris ſtatim ha-
buit caput tremulum & ait.Omnis qui viderit me,oc-
Gen.4. cidet me,vt dr̃ in Gen. Igitur timor Dñi propter amç
nitatem,vbertatem,& ſecuritatem eſt ſicut hortus cõ-
Cant.4. cluſus vt dr̃ in Can.eſt ẽt ſicut paradiſus,vt dr̃ in Ecc.
Eccl.40. timor Dñi ſicut paradiſus benedictionis. Secundo ti-
mor Dñi eſt ſicut ventus virtuoſus,& ſpecialiter ſicut
ventus aquilonaris.Nam ſicut ventus aquilonaris plu
uias diſſipat, nubes fugat,aerem ſerenat,reptilia exter
minat,& aquam congelat, ita timor Domini diſſipat
pluuias carnalium delectationum, fugat nubes carna-
lium imaginationum,ſerenat mentem per amorẽ pu-
ritatis,exterminat reptilia.i.mortificat vitia carnis,con
gelat aquas.i.reſtringit fluxũ mundanæ proſperitatis,
ita vt poſſit hõ timens Deum ambulare ſuper aquam
Matth.14. ſicut Petrus de quo legitur in Matt. Ille eſt ventus de
Dan.3. quo dr̃ in Dan. Angelus Dñi fecit medium fornacis,
quaſi ventum roris flãtem, quia fornax omniũ deſide
riorum carnaliũ temperatur, & refrigeratur per Dei
timorem. Tertio timor Dñi eſt precioſus ſicut theſau
rus,nã ſicut theſaurus qui eſt res ſpecioſa,facit hoĩem
ſp ſolicitum de cuſtodia,ſic timor Dei de ſe,& virtu-
tib.ſp eſt ſolicitus,& de Dei gratia,cũ hr̃,de pdita ut
recuperetur,& de recupata ut a recidiuo conſeruetur.
Vñ dicit Ber. ſuper Can.Cum adeſt gratia,time ne in
digne opereris ex ea,amplius time ſubtracta gratia,ꝙ
relinquat te cuſtodia tua,ſi redierit gratia,multo am-
plius timendum,ne forte contingat pati recidiuum.
Recidiuare.n.quam cadere peius eſt,quia dr̃ in Ioan.
Ecce iam ſanus factus es,noli amplius peccare,ne de- Ioan.5.
terius aliquid tibi contingat. Iſte igitur theſaurus eſt
precioſus,& ideo ſummè cuſtodiendus. Vñ dr̃ in Iſa. Ti- Iſai.33.
mor Dñi ipſe theſaurus eius. Secundo timor Dñi vir-
tualiter operatur, Vñ nota, qđ timor Domini hẽt ſe-
ptem nobiles effectus. Primo nanq; timor Dñi curat
hoĩem a culpa perpetrata,eſt.n.ſufficiẽs medicina cõ-
tra oĩa peccata.Et nota,qđ ſicut medicus ſapiens vo
lens purgare ægrotum,primo dat ſyrupum præparati
uum,poſtea potionem,vel antidotum purgatiuum,ſic
timor Domini inſtar ſyrupi,præparat peccatorem ge
nerando attritionem,iuxta illud Ecc. Qui timent Deũ
præparabunt corda ſua.Secũdo inſtar antidoti,purgat Ecc.2.
omnes peccati feces, generando perfectam contritio-
nem,quia dr̃ in Eccl. Timor Dei expellit peccatum,et
eſt differentia inter contritionem,& attritionem,quia
attritio eſt dolor de peccato,non tamẽ perfectus,quia
adhuc eſt in propoſito peccandi de futuro. Secundo
timor Dei cuſtodit hominem a culpa futura,ſicut.n.ſa
piens medicus infirmo quem habet in cura,nõ ſolum
dat antidotum ad expellendum morbum, ſed etiam
miniſtrat curato aliquod electuarium cõtra recidiuũ,
ſic timor Dei inſtar electuarii cõſeruatiui cuſtodit ho
minem ab omni peccato recidiuo. Vnde dr̃ in Exod. Exod.20.
Vt probaret uos uenit Dominus, & ut timor illius eſ
ſet in uobis,& non peccaretis. Tertio timor Domini
abiicit tpalia uel terrena,quæ ſunt ſæpe peccandi ma-
teria,ſicut.n.videmus,ꝙ nautæ vidẽtes naufragiũ im
minere, merces quæ sũt in naui proiiciunt in mari,vt
euadant piculũ naufragii, ſic timor Dñi bona tpalia fa
cit abiicere,vt poſſit ab æterno naufragio liberari.Et
ppea dicebat Iob Sp quaſi tumẽtes ſuper me fluctus Iob.31.
timui Deũ,& pondus eius ferre non potui. Quarto ti
mor Dñi contemnit & ſuſtinet tpalia mala,ut euadat
æterna,nam ſicut infirmus ſuſtinet cauterium,& adu-
ſtionẽ,ut poſſit euadere mortẽ,ita timor Dñi facit ſu
ſtinere cauteriũ tpalis uitæ, vt poſſit hõ euadere mor
tem,vel ſuppliciũ mortis æternæ. Vñ in Eccl. dr̃ tiṁẽ Eccl.33.
ti dñm,nõ occurrent mala,&c. Quinto timor Dei gra
tiam & bona opera introducit, ſicut.n.ſeta introducit
filũ,ſic timor Dñi grãm & omne bonum, iuxta illud.
Initium ſapientiæ timor Dñi. Sexto timor Dñi ſuper Pſal.110.
oĩa facit fugere, & euadere ſupplicium gehennæ. Va-
dit.n ad infernum,in dimidio dierum,ut non uadat in
fine dierum,ſicut Ezec.qui dicebat. Ego dixi,in dimi Iſa.38.
dio dierũ meorũ uadã ad portas inferi. Facit ẽt alas
ad melius fugiendũ,ut dicit poeta. Pedib. timor addit
alas,ſicut uidemus,ꝙ lepus fugiẽs leporariũ,præ timo
re vr̃ volare,& alas hr̃e. Timor ẽt facit hoĩem mõtes
& colles tranſire,ut poſſit Diabolũ fugere, & inferni
præcipitiũ cauere,quia dr̃ in Iſa. Tunc ſaliet ſicut cer Iſa.35.
uus claudus.Septimo timor Dñi meretur ſtipendium
vitæ æternæ,hoĩem nanq. humiliat,& ſic ſecundũ re Luc.14.
gulã ſaluatoris,ad gloriã exaltat, quia qui ſe humiliat
exaltabitur.Et ideo dr̃ in Prouer. Humilem ſpũm ſu- Prou.29.
ſcipiet gloria. Timor Dñi multipliciter variatur,vnde
nota,ꝙ ſunt ſex ſpecies timoris,ſcilicet, timor natu-
ralis,mundanus,humanus,ſeruilis,initialis, & filialis.
Primus igitur timor eſt naturalis. i. quãdo hõ natu-

raliter timet mortem, & omne quod est sibi nociuũ: iste timor naturæ nõ est meritorius, nec demeritorius, quia nõ subest libero arbitrio. Hoc timore Christus timuit mori, sicut dicitur in Marco. Mar. 14. Cœpit Iesus pauere, & tędere. Secundus timor dicitur mundanus. s. quãdo aliquis nimis timet de rebus transitoriis, vel de rebus mundanis, vel temporalibus perdendis. Isto timore timuerunt Iudæi, qui occiderunt Christum, ne perderent locum suum, vt dicitur in Ioa. Ioan. 11. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem nostrã. Tertius timor dicitur humanus. s. cũ aliquis plus debito timet de corpore suo. Iste timor prohibetur in Matth. Matt. 10. Nolite timere eos qui occidũt corpus, aĩam autem non possunt occidere. Iste timor aliqñ est veniale peccatum, vt quando est citra Deũ, aliquãdo mortale peccatũ, vt qñ est supra Deũ, qualis fuit in Petro, qñ negauit Christum ne perderet corpus suum. Quartus timor est seruilis, cũ aliquis timet peccare, & abstinet se à peccato timore gehennæ, habet tñ uoluntatem peccandi, si peccatum posset impunè fieri, & inquantum in se est, uellet non esse iustitiam, ut posset perpetrare culpam. Iste timor est quasi uestis de sacco, cum qua nullus ingreditur regnum cęlorũ, sicut figuratur in Esther, Esther. 4. ut dicitur. In dutum sacco non intrare aulam Assueri. De hoc timore dicit Apostolus. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, &c. Rom. 8. Quintus timor initialis dicitur, de quo in Psal. Psal. 110. Initium sapientiæ timor Domini. Iste timor duo facit, timet. n. puniri, & timet a Deo separari, sed principaliter timet separari, iste licet timeat malum incurrere, plus timet bonum perdere, & ita quodã modo incipit bonũ amare, & ideo dicitur initialis proprie, quia sicut seta introducit filũ, & filo introducto exit seta, sic iste timor initialis charitatem introducit, & charitate introducta timorem foras mittit. Sextus timor dicitur filialis, nam sicut filius super oĩa timet offensam patris, etiam si pater non intenderet eum percutere, sic qui habet timorem Dñi filialem instar boni filii, Psalm. 18. timet & cauet offensam patris cęlestis, etiam si ex offensa illa, illud mali deberet sibi accidere. De hoc ẽt timore dr̃ in Psal. Serm. 86. Timor Dñi sanctus permanet in sęculũ sæculi. Iste timor à sanctis doctorib. vocatur castus timor, qualis famularũ Susannę qui idẽm Danielẽ uerecũdanẽ spãliter, & timent in turpi facto. Sine hoc timore uerecũdiæ nihil rectum esse potest, nihil honestũ, ut dicit. Tullius De hoc timore uerecundo dicit Bernardus mirabilia super cantica. Timor, inquit, uerecundus & castus, est oĩum ætatum ornatus, sed in iuuenili ætate amplius enitescit. Quid. n. amabilius uerecundo adolescente? quam pulchra hæc & splẽdida gẽma morum in uultu adolescẽtis, quàm uera & minime dubia bonæ nuncia spei, bonæ indolis index, soror cõtinentiæ est, nullum æque manifestum signum columbinæ simplicitatis, testis innocentiæ, lampas pudicæ mentis, specialis gloria conscientiæ, famæ custos, uitę decus, uirtutis sedes, uirtutum primitiæ, naturæ laus, insigne totius honestatis. Merito igitur iste timor castus dicitur, quia qui timorem istum habet instar uirginis Mariæ, ante partum suorum operum, & post partũ, sẽper manet incorruptus, & sicut mater Dei est uirgo & decor uirginum, sic timor ille castus decor est, & uirgo uirtutum aĩæ. Itẽ post donum timoris dicendum esset de dono pietatis, sed quia pietas idem est, uel quasi idẽ cum misericordia, ideo infra cum dicemus de beatitudinibus ĩ materia de misericordia, c. 4. tit. 7. de pietate dicemus. Itẽ post donum pietatis esset dicẽdum de dono scientiæ, sed quia scientia ad prudentiã põt reduci, ideo illa quæ in materia de uirtutibus supra dicta sunt de prudentia, ca. 5. Tit. 5. applicari possunt ad ea, quæ de dono scientiæ sunt dicenda. Et post donum scientiæ, esset dicendum de fortitudine, sed quia fortitudo non tantum est donum, sed virtus, ideo de fortitudine sufficiant quæ dicta sunt in capitulo de virtutibus, & specialiter in materia de fortitudine, ca. 7. Tit. 5.

De dono consilii. Cap. 2.

POst donum fortitudinis, esset dicendum de dono consilii, sed pauca de dono consilii sunt dicenda, & hoc quia ad donum consilii pertinent fere omnia quæ superius in capitulo de virtutibus, & de virtute prudẽtię sunt dicta. c. 7. tit. 5. Nam prudentia & consilium in hoc differunt, q consilium dicit vtrum aliquid sit agendum, prudentia vero, ostendit quo fine, & quibus circunstantiis adhibitis, vt quo tempore, & qualiter aliquid sit agendum, sicut alterius est scientiæ cognoscere an expediat aliquem saluari, alterius vero scire qualiter aliquid sit saluandum, quia primum pertinet ad theologiã, secundum ad medicinam. Item donum cõsilii excellentius est, q̃ virtus prudentiæ, quia consiliũ contra oẽ præcipitium virtutem prudentiæ rectificat, ne post factum pęniteat, & hic proprie est actus, & opus consilii. s. prohibere præcipitium & cauere. Sicut. n. videmus, q frenum est contra præcipitium equi, sic donum consilii contra communem præcipitationem operis boni: sit iõ dr̃ in Eccl. Ecc. 32. Sine consilio nihil facias, post cuius factum non pœnitebis. His suppositis, inter illa pauca quæ de dono consilii sunt dicenda, sunt hęc consilia notanda. Nũc de consilio specialiter nota tria. s. quæ sunt in consilio necessaria, quæ sunt in consilio laudabilia, & quæ sit consiliorum differentia. Primo ergo dicendum est, quæ sunt in consilio necessaria. Et nota, q in consilio quatuor sunt necessaria obseruanda. s. expediens, facile, certum, & securum, cõtraria istorum vitanda. s. damnosum, difficile, incertum, & periculosum. Vnde ille qui dat consilium cæteris parib. debet præponere expediens damnoso, facile difficili, certũ incerto, securum periculoso. Propter omnia illa, dr̃ in Prou. Prou. 11. Erit salus, vbi multa consilia. Secundo videndum est, quæ sunt in consilio laudabilia, & nota, q in consilio quatuor sunt laudabilia. s. gratia consilium requirendi, gratia consilium eligendi, gratia consiliũ exhibendi, & gratia consilium acquirendi. Primo igitur, est valde laudabile. s. consilium in omnib. libenter requirere. Iõ dr̃ in Tob. Tob. 4. Consilium sp a sapiente require. Secundo in consilio est laudabile, cõsiliarium bonum eligere: Vnde nota, quod secundum doctrinã sacræ scripturæ, Deus consiliarius est eligendus præ omnib. nã in consilio & pro consilio requirendo, primo eligendus est Deus, non diabolus: vñ dr̃ in eodẽ Tob. Tob. ibid. Oĩa consilia tua in ipso. s. in Deo maneant. Secundo eligendus est iustus non impius, Vnde dr̃ in Eccl. Eccl. 37. Cor boni consilii statue tecum, quia dr̃ in Prou. Prou. 12. Consilia impiorum fraudulenta, quia uix scit aliis consilium dare, qui sibi nescit accipere. Gen. 49. Et ideo dicitur in Gen. In cõsilio eorum. s. impiorum, non ueniet anima mea: Tertio eligendus est sapiens consiliarius non fatuus, ideo dictum est in Tobia. Consilium semper a sapiente require, non a fatuo, quia dicitur in Eccl. Eccl. 8. Cum fatuis nõ habeas consilium, non. n. possunt diligere, nisi quæ eis placent. Quarto eligendus est senex & expertus, ut dicitur in Eccl. Ibidẽ 25. Quam speciosa veteranis sapiẽtia, & gloriosis intellectus, & consilium. Non est pro consilio eligẽdus iuuenis lasciuus, ideo Roboam pro magna parte amisit regnum suum, quia relicto cõsilio seniorum, adhæsit consilio iuuenum, vt dicitur in tertio regum. 3. Reg. 12. Tertio uidendum est, quæ sit consiliorum differentia. Et nota, quod sicut sponsus iocalia consueuit portare sponsæ, cum qua de nouo contraxit, ita Christus qui tãquam sponsus de thalamo procedens, nouæ spõsæ suæ

Ec-

Digitized by Google

Ecclesiæ,cum qua naturam nostram cum sua vniẽdo,
in vnitate personæ matrimonium sacramentale contra-
xit,noua iocalia.i.tria. Euangelica consilia apportauit.
Primum consilium est castitas,contra concupiscentiam
carnis.De hoc consilio habetur in Mat.Non omnes ca
Matth. 19 piunt verbum istud, sed quibus datum est. Tales sunt.
n.eunuchi,qui se castrant propter regnum cęlorum. Se
cundum consilium,est voluntariæ paupertatis, contra
concupiscentiam oculorum. De quo consilio habetur
Matth. ibi dem. in Matt.Si vis perfectus esse,vade & vende omnia quæ
habes,& da pauperibus.Et Seneca dicit, ꝙ quietissime
viuerent homines, si hæc duo pronomina tollerentur
de mundo.s.meum,& tuum.Tertium consiliũ est obe-
dientiæ & humilitatis, contra superbiam vitæ, de quo
Idem. 16. dicitur in Matth.Qui vult venire post me, abneget se-
metipsum,& tollat crucem suam,& sequatur me. Se
metipsum abnegare,est ꝓpriam voluntatẽ relinquere.
Optimũ consilium:vnde dicit Ber.Tolle propriam vo-
luntatem,& infernus non erit.Exemplũ de fratre oran
te,& diabolo insultante.Et quia superius in tractatu de
consilijs plene dictum est de his tribus consilijs: Tit. 4.
ideo quæ dicta sunt de dono consilij modo sufficiant.

De Dono intellectus. Cap. 3.

POst donum consilij dicenda sunt pauca de dono
intellectus,& dono sapientiæ, quia hic possunt di
ci fere omnia,q̃ dicta sunt supra in tractatu de vir
tute prudentiæ. Vnde notandum, ꝙ virtus pruden-
tię,& donum consilij,differunt a dono intellectus & sa
pientiæ,quia consilium & prudentia pertinent ad vitã
actiuam,& sunt de actiuis, intellectus & sapientia per
tinent ad vitam contemplatiuam,& sunt de contempla
tiuis.Differunt autem intellectus & sapientia, quia in-
tellectus est cognitio speculatiua, & quasi cognitio per
visum,sapientia vero est cognitio experimẽtalis, & pra
ctica,& quasi cognitio per gustum,& ideo superior est
sapientia,quia intellectus tãtum dicit cognitionem vel
visionem,sapientia supra cognitionem dicit delectatio-
nem.Et nota,ꝙ intellectus foris stat,sapientia per affe
ctum intrat,& ipsa delitias suggerit.Vnde dicitur in Ps.
Psal.33. Gustate & videte quoniam suauis est Dominus,gusta-
re ad sapiẽtiam pertinet,sed videre ad intellectum,quia
quod intellectus acute inuenit,sapientia mature dispo-
nit,& ad spiritualem delectationem conuertit, vt dicit
Greg.Summa huius differentiæ est, quòd donum intel
lectus est proprie penetratiuum, sed donum sapientiæ
est proprie saporatiuum,his propositis, de dono intelle
ctus notanda sunt pauca, & specialiter tria, debemus
enim per donum intellectus subtiliter penetrare, & in-
telligere,quæ sunt supra nos, vt Deum, quæ sunt iuxta
nos,vt proximum,& quæ sunt infra nos, vt corpus no
strum.Primo igitur debemus intelligere superiora;iux-
ta illud quod dicit Apostolus. Inuisibilia Dei, per ea
Rom. 1. quæ facta sunt intellecta,conspiciũtur,sempiterna quo
que virtus eius,& Diuinitas.Et nota, quòd duplex est
liber,in quo intellectus potest legere, & intelligere, &
Duplex liber legendus. addiscere Deum,s.liber scripturæ:& hunc librum dedit
Saluator discipulis suis post resurrectionem,vt.s.in figu
ris legalibus,& cãticis prophetalibus intelligerent my-
steria gratiæ,quæ operatus est Christus.i.vt per ea quę
facta sunt, & dicta in veteri testamento, intelligant ea
Luc. 24. quæ completa sunt in nouo.Vnde dicitur in Luca.Tũc
apperuit eis sensum,vt intelligerent scripturas, alius est
liber creaturæ, in quo intellectus fidelis debet Deum
quærere, quia potest eum inuenire, sicut in magnitu-
dine creaturarum,omnipotentiam Dei: in pulchritu-
dine & ordine, sapientiam:in vtilitate & fructu, boni-
Cap.13. tatem Dei summam: quia dicitur in libro Sapientiæ, a
magnitudine speciei creaturæ, cognoscibiliter potest
eorum creator videri. Hunc intellectum non habue-
runt philosophi, quia intellectu eorum nesciunt ascen-
dere a magnitudine creaturę ad magnitudinem Dei,&
ideo fuerunt similes pueris, qui cum legunt literas pul
chras & deauratas,attente respiciunt, sed quid literæ si
gnificant,non intendunt. Item notandum diligenter,
ꝙ creatura duplex est.i.naturalis, & artificialis, & sic Duplex creatura dupliciter significat suum creatorem.
omnis creatura significat suum creatorem dupliciter.
In creatura est signum naturale,& positiuum. Signum
naturale dicitur in creaturis quas condidit per se diuina
sapientia:signum positiuum dicitur in fabricis & ope-
ribus sacramentalibus,quæ constituit Ecclesia, vt sunt
formæ ecclesiarum, & vestes & ornatus ministrorum,
quæ omnia sunt instituta,vt intelligamus Deum, quia
in altitudine ecclesiarum,sublimitatem:in magnitudi-
ne,immensitatem vel infinitatem: in quadratura,soli-
ditatem:in longitudine,æternitatem: & similiter de a-
lijs.In ministris similiter & ornamentis eorum intelli-
go Deum,vt in veste candida,mundiciam, & puritatẽ,
in veste rubea,Dei clementiam,& charitatem, in veste
aurea Dei sapientiam & claritatem,& sic de alijs.Iste in
tellectus proprie vocatur donum Dei, vt dicit Aposto 2.Thim.2.
lus.Dabit tibi Dominus in omnibus intellectum.Secũ
do debemus intelligere,quæ sunt iuxta nos,scilicet pro
ximum,iuxta illud quod dicitur in Eccl.Intellige,quæ Eccles. 31.
sunt proximi tui ex teipso.Nam in frigore meo, debeo
intelligere pauperis nuditatem,in fame,& siti,pauperis
sitim & esuriem,in dolore meo,pauperis infirmitatem,
& sic de alijs.Et sicut homines bene intelligentes,con-
sueuerunt ad honores & dignitates promoueri, ita qui
intelligunt necessitatem proximi,promouentur & qua
si episcopantur ad beatitudinem paradisi.Vnde dicitur
in Psal.Beatus qui intelligit super egenum, & pauperẽ. Psal.40.
Tertio debemus intelligere,quæ sunt infra nos,sicut a-
nimam nostram,& corpus nostrum,sicut enim oculus
noster dirigit manum in opere & motu exteriori, sic in
tellectus regulat affectum,in omni opere & motu inte-
riori.Vnde intellectus dicitur interior lectus,quia ani- Etymologia intellectus.
mam informat,animam trãquillat & quietat,sicut cor-
pus in lecto pausat.Dicitur etiam interior locus, quia
sicut locus continet & conseruat locatum, sic intelle-
ctus stabilitat & conseruat liberum arbitrium, & om-
nem interiorem motum Ideo dicitur in Psalm. Intelle Psal. 110.
ctus bonus facientibus eum, quia si homo non faciat
quod intellectus & conscientia dicunt, nec Deus, nec
Angelus,nec homo (quia ista tria habent intellectum)
dici meretur,sed potius iumento comparatur. Vnde di
citur in Psal.Homo cum in honore esset, non intellexit Psalm. 48.
creatorem suum,sed iumentis comparatur,& similis fa
ctus est illis.

De dono Sapientiæ. Cap.4.

POst donum intellectus,pauca debemus dicere
de dono sapientię,quia multum conuenit cum
virtute prudentiæ;et alijs virtutibus seu donis,
quę informant cognitiuam, tamen quia sapien
tia non tantum informat cognitiuam, sed etiam affecti
uam,ideo dicenda sunt de sapientia pauca. s.tantũ tria.
Vnde notandum,ꝙ sapientia, est donum splendidissi-
mum instar lucis,donum sapidissimum instar mellis,&
donum profundissimum instar maris.Primo ergo do-
num sapientiæ,est donum splendidissimum,non solum
sicut sol,sed est plusquam sol:sol enim iste,non ostẽdit
nobis nisi quæ sunt supra terram,& infra cœlum, sapiẽ
tia autem Dei,facit nos cognoscere omnia,scilicet infer
num ut timeamus, mundum vt contemnamus,cœlum
vt appetamus,Deum vt laudemus,et istud est vltimum
libri sapientiæ, & ab isto donatur scilicet cognitio di-
uinorum, vt dicit Aug.& propterea dicitur in lib.Sap. Sapien. 7.
Hæc scilicet sapientia,est speciosior sole, & super om-

nem dispositionem stellarũ luci comparata, & inuenitur prior, quia per lucem, visibilia videntur tãtum, per sapientiam vero etiam inuisibilia cognoscuntur. Secundo sapientia est donum sapidissimum instar mellis, non solum sicut mel, sed etiam plusquam mel. Vnde dicit sa-
Eccl. 24. pientia in Eccle. Spiritus meus mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum. Mel nanq; vnum habet saporem, & illo gustato delipiunt alia etiam meliora, sicut vinum quod post mellis gustum, non apparet sapidũ, sed sapientia diuina omnem habet saporem, quia sibi sapiunt omnia vt debent. s. tam mala quam bona temporalia, vt vilia & insipida, bona spiritualia, vt cara, bo-
Eccle. 6. vbi ponitur ety mologia sapiẽtiæ. na æterna, vt fructuosa & summe nobilia. Vnde dicitur in Eccle. Sapientia secundum nomen suum est scilicet sapida scientia, & non multis est manifesta. Ideo dicit Bernardus, Inuenisti plene sapientiam, si prioris vitæ peccata defleas, Si huius sæculi desideria paruipendis, si æternam beatitudinem toto desiderio cõcupiscas: inuenisti sapientiam, si tibi singula horum sapiant prout sunt. Tertio sapientia est donum profundissimum instar maris, non solum sicut mare, sed etiam plusquam mare, quia mare habet fundum, sapientia diuina nullũ
Job. 11. habet fundum, vt dicitur in Iob. Longior est terra mẽ
Rom. 11. sura eius, & latior mari. Et propterea dicit Apostolus. O altitudo, id est, profunditas diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius, quia nimis longæ sunt sapientiæ diuinæ iudicia, quibus disposuit omnia inuestigabilia, quam guttæ maris valeant numerari. Exemplũ de patre & filio volentibus haurire totum mare cum cocleari paruo, vt narrat Hiero. Ideo dicitur donum,
Iac. 1. quia nunquam per studium acquiritur, nisi per inspirationem diuinam habeatur. Et ideo dicit Iacob. Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat om-
Sap. 9. nibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Et in sapientia. Da mihi Domine sedium tuarum assistricem sapientiam, vt mecum sit, & mecum laboret, vt sciam, quid acceptũ sit coram te omni tempore. Amẽ.



TITVLVS SEPTIMVS

DIETA SEPTIMA

De Beatitudinibus Euangelicis, & primo de humilitate. Capit. 1.

POst tractatum de donis Spiritus sancti, dicẽdum est de beatitudinib. hęc est sepuma dieta salutis, scilicet à dono Spiritus sancti, ad beatitudinem peruenire. De humilitate enim quattuor sunt precipue notanda, scilicet typũ figuratiuum, motum incitatiuum, signum demonstratiuum, & gradum distributiuum. Habet ergo humilitas, in sacra scriptura typum, & multiplicem figuram. Nota igitur, ꝙ humilitas est breuis scala deuotionis, breuis scola perfectionis, & breuis via saluationis, breuis (inquam) scala, si vis ascendere, breuis scola, si vis adiscere, & breuis via, si vis incedere. Est igitur humilitas breuis scala. Et nota tria in scala humilitatis, scilicet scalæ extremum, imum, & supremum, scalæ latera, dextrum, & sinistrum, scalæ spacia, scilicet triplicẽ gradum, Habet. n. scala humilitatis duo extrema, imum, & supremum: imum vel pes huius scalæ, est timor supplicij, supremum vero est amor præmij. Vnde Psal. ait. Si Psalm. 1
ascendero in cęlum, tu illic es, si descendero in infernũ, & c. Item habet scala duo latera scilicet dexterum & sinistrum; dextrum est temperantia in prosperis, sinistrũ 2. Cor. 6
patientia in aduersis. Vnde Apost. Per arma iustitiæ, a dextris & a sinistris. Item hæc scala habet tria spacia, vel tres gradus, inter quos primus est contẽptus mundi, secundus est humilis abiectio sui, tertius est humilis amor Dei. Hæc est scala Iacob, de qua dicitur in Gen. Gen. 28
Item est humilitas breuis scola, est. n. compendium totius iustitiæ. Vnde ipsa dicitur omnis iustitia in Matt. Matth.
Sic enim decet nos implere omnem iustitiam, gl. idest humilitatẽ. Ideo Saluator & magister optimus, in sua schola prolixitatem totius legis reduxit ad quandam summam, idest ad methodum humilitatis, dicens, Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Humilitas Idem. 11
autem sic describitur. Humilitas est ex intuitu propriæ conditionis, vel conditione voluntaria mentis inclinatio. Est insuper humilitas sicut breuis via, quia cum humilitas petat centrum, per consequens vetat circulum, & specialem circuitum, & facit diametrum, & diametraliter pertransit spaciũ, & ita rectissime venit ad terminũ, ideo dicit Isa. Hæc est via, ambulate in ea. Item Definitio humilitatis. Isa. 30.
humilitas se attenuat, vt ametur a sponso, se adnihilat, vt creatur de nouo, & se euacuat, vt impleatur a Deo. Humilitas itaque se attenuat, & sic facit seipsam gracilem, ad domicellæ modum. Vnde humilitas est gracilitas sponsæ, quæ sponsum incitat ad eius amorem. Et causa huius est, quia gracilitas significat, vel attestatur incorruptionem, sicut econtrario tumor significat corruptam esse mulierem. & pregnantem. Vnde nota, ꝙ quidam tument & inflantur de genere, & nobilitate, & tales impregnantur a proprio patre, sicut filiæ Loth, vt habetur in Gen. Quidam inflãtur de subditorum mul- Gen. 19.
titudine & potestate, & tales impregnantur a toto populo, sicut Dauid, qui fecit murmurare populum, vt dr̃ in 2. Regu. Quidam etiam tument & inflantur de in- 2. Reg. 24
corruptione corporis, & per consequens (quod detestabile) impregnãtur a virginitate, sicut fatuæ virgines de quibus dicitur in Matth. Item humilitas se adnihilat, Matth. 25
vt de nouo creetur. Ipsa enim est illud nihilum, super quod Deus fundauit terram, vt dicit Iob. Qui appen- Iob. 26.
dit terram super nihilum, idest animam super humilitatis fundamentum. Humilitas insuper se euacuat, vt impleatur, idest vacuam & inanem se reputat. Vnde figuratur per altare tabernaculi de quo dicitur in Exo. qd̃ Exod. 38.
erat ita concauum, vt posset recipere ignem, ligna, & victimas: sic humilitas est vacua, vt capiat ista tria. s. ignẽ dilectionis, ligna compassionis, & victimã deuotionis. Item nota, ꝙ humilitas est, quicquid in valore est preciosius, quicquid in odore est deliciosius, & quicquid in decore est gratiosius. Primo igitur dico, ꝙ humilitas in valore est summe preciosa, & ꝑ hoc cõparatur auro & balsamo, quæ sunt duo valde pretiosa, balsamũ super oẽs liquores: aurũ, super oĩa metalla: & sicut ista duo sunt valde rara, & ideo pretiosa, sic rarissima est humilitas vera, ideo summe chara, & sicut aurum est valde ponderosum, & naturaliter petit centrum, & balsamum semper petit fundum, sic vera humilitas imitatur auri & balsami, semper appetit inferiorem locum. Et propterea de valore humilitatis dicitur in lib. Sapien. Sap. 7.
Omne aurum in comparatione illius, arena est exigua. Est etiam humilitas in odore multum delitiosa, & propter hoc cõparatur in scriptura tribus, quæ sunt valde odorifera. s. thuri, quod est granum modicum, est tamen fragrantissimum; ideo dicitur in Eccles. Quasi Eccles. 50.
thus redolens in dieb. æstatis. Comparatur etiam nardo, quæ est arbor parua, & valde odorifera. Vnde dicitur in Cant. Nardus mea dedit odorem suum. Compa- Can. 1.
ratur etiam cinamomo, quod est cinerei coloris, & cũ frangitur,

Digitized by Google

frangitur,ſpirat quendam viſibilem & fragrantiſſimũ
odorem,ideſt,vaporem ad modum cineris,ſic verus hu
milis, quia cinerem ſe reputat, emittit ſpiramina fra-
Eccle. 24. grantiſſima virtutis: Et ideo dicitur in Eccleſiaſt. Sicut
cinamomum & balſamum aromatizans odorem dedi.
Et inſuper humilitas in decore mentis valde ſpecioſa,
& propter hoc comparatur virori & colori viridi, qui
ſuper omnes colores eſt proportionabilis oculis, & de-
Eccleſ.40. lectabilis ad videndum. Vnde dicitur in Eccl. Gratiam
& ſpeciem deſiderabit oculus, & ſuper oẽs virides ſa-
tiones, vel ſegetes ſatior viridiorq́; eſt virtus humilita-
tis. Item nota, quòd humilitas ſe humiliat vt aſcendat,
ſe incinerat vt redoleat, ſe mortificat vt reſurgat. Humi
litas itaque ſe humiliat & ſemper inclinat: ſicut enim ra
mus in quo pendet fructus, & ſicut ſpica plena grano,
reſpicit et declinat verſus terram, ſic anima humilis, quę
inſtar rami eſt onuſta fructibus bonorum operum,
& ad modum ſpicæ granatæ, eſt plena granis virtutum,
reſpicit terram, ideſt propria fragilitatem, & carnis vel
corporis conditionem terrenam. Econtrario ramus ere
ctus, mõſtrat quòd in eo eſt nullus fructus, & ſpica ere
cta, quòd eſt gracilis & vacua. Ita homo per ſuper-
biam erectus, eſt ad modũ rami ſterilis & infructuoſi.
Matth.7. Et ideo dicit Saluator in Matth. A fructibus eorum
cognoſcetis eos. Humilitas etiam ſe incinerat & pul-
uerizat, & ſic ſuauius fragrat, ſicut herbæ & ſpecies aro
maticæ plus redolent, quanto ſunt minutius tritę & pul
Cantic. 3. uerizatæ. Vnde dicitur in Cantic. Quæ eſt iſta, quæ
aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromati-
bus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmenta-
rij? Et notandum, quòd omnis homo debet ſe puluе-
rem & cinerem reputare ex parte carnis, de qua certus
Gen. 3. eſt, quòd efficitur puluis, vt dicitur in Gen. Puluis es,
& in puluerem reuerteris. Ex parte animæ, debet ſe
quilibet puluerem & cinerem reputare, præcipue pro-
pter tria. Primo propter vilitatem, ſicut enim cinis eſt
vilis, quantumcũque fuerit de precioſa materia, ſic ani-
ma valde vilis eſt ex culpa, quamuis ſit nobilis ex natu-
Pſal.14. ra, ideo dicit Pſalm. Ad nihilum deductus eſt in conſpe
ctu eius malignus. Secundo propter reſiſtendi diffi-
cultatem, quia ſicut cinis ſtatim diſpergitur, & non po-
teſt reſiſtere modico flatui, ſic homo nõ poteſt reſiſtere
Pſal.1. modicæ tentationi, immo frequenter cadit ad ſibillum
modici verbi, vnde dicitur in Pſalm. Non ſic impij non
ſic, ſed tanquam puluis, & cætera. Tertio propter re-
ſurgendi impoſſibilitatem, nam ſicut cinis non poteſt
redire ad ſtatum ſuæ materiæ, ſic homo peccator non
poteſt redire ad ſtatum gratiæ, niſi ſola Dei virtute,
Eccl.7. quia dicit Eccleſiaſtes. Nemo poteſt corrigere, quem
Pſal. 116. Deus deſpexit, & in Pſalm. Niſi Dominus ædificauerit
domum, &cæt. Humilitas inſuper ſe mortificat, vt re-
ſurgat, quia humilis quaſi ſemper conſiderat mortem
Mortis memoriæ vtilitates. propriam, vt reſurgat ad vitam. Et nota, quòd memo-
ria mortis facit in homine præcipue ſex bona. Primo
facit peccata vel vitia fugere: Nam ſicut latrones ti-
ment & fugiunt faciem iudicis, ſic vitia memoria mor-
tis, & ſicut iumentum cum cauda ſe defendit a muſcis,
ſic homo a tentatione vitiorum ex conſideratione mor
Tren.2. tis. Nam de peccatore dicitur in Trenis. Sordes eius
in pedibus, ideſt in affectionibus. Et ſubdit cauſam,
quia non recordatus eſt finis ſui. Secundo facit mun-
dum contemnere, vnde dicit Hierony. Facile contem-
nit omnia, qui ſe ſemper cogitat moriturum. Nam con
cupiſcentia oculorum contemnitur, quando quis cogi-
tat ſe in terram reuerſurum, concupiſcentia carnis de-
primitur, quando quis cogitat, quòd corpus in delitijs
nutritum, erit cibus vermium, ſuperbia vitæ contem-
nitur, quando quis cogitat, quòd ille qui vult eſſe ſu-
per alios, ponetur ſub terra, quæ eſt infimum elemento
rum. Tertio facit ſeipſum deſpicere, & propter reſolu-

tionem ad terram, in ſuiipſius cognitionem venire, qui
modus cognoſcendi (ſecundum philoſophum) eſt cer-
tiſſimus inter omnes, propterea dicitur in Pſalm. Sciant Pſal. 9.
gentes, quoniam homines ſunt, ideſt de humo. Quar-
to facit vitam præſentem recte regere, ſicut enim gu-
bernator nauis ſe poni in cauda, vt rectius gubernet
nauem, ſic qui in mari huius mundi vult recte & ſecu-
re nauigare, nouiſſima ſua debet cogitare vel recorda-
ri. Nam dicitur in Eccleſ. Memorare nouiſſima, & in Eccleſ.7.
æternum non peccabis. Quinto facit recte tempera-
re præſentem lætitiam, ſicut enim fatua eſt eſca ſine
ſale, ſic præſens lætitia eſt inepta ſine mortis conſide-
ratione, inſtar ſalis, dulcedo lætitiæ temporalis, miſce-
tur cum amaritudine mortis. Vnde dicitur in Eccleſ. Idem. 11.
O mors, quam amara eſt memoria tua homini iniu-
ſto. Sexto facit recte diuidere pœnitentem, & futuram
vitam. Qui enim ponit ſe in articulo mortis, & eam
diligenter conſiderat, quaſi in medio præſentis & fu-
turæ vitæ ſe collocat, & ideo recte videt quid ſpernere
& quid eligere debeat. Ideo dicitur in Eccl. In die bono Idem. 41.
rum, ne immemor ſis malorum. Item humilitas, eſt gra
tioſa inſtar floris ſpecioſi, luminoſa inſtar ſideris radioſi,
& virtuoſa inſtar lapidis pretioſi. Eſt itaque humilitas
gratioſa, inſtar floris ſpecioſi. Comparatur autem inter
flores præcipue violæ, quæ eſt flos modicus, & valde p̃-
tioſus. Et nota, viola eſt formata inſtar auiculæ paruæ,
habet enim quoddam roſtrum paruum, & quaſdam
paruulas alas, & quandam caudam paruulam, ita hu-
militas habet ad modum violę iſta tria diminutiua per
propriam reputationem, habet namq; roſtrum ad lau-
dandum Deum, habet etiam alulas vel pennas ad con-
templandum cœlum, habet caudam ad cogitandum fi-
nem proprium. Hæc eſt viola pretioſa, de qua dicitur
in Cantic. Ego flos campi, & cęt. Eſt etiam humilitas lu Cant.2.
minoſa, inſtar ſideris radioſi, nam ſicut ſidus vel ſtel-
la eſt modica in apparentia, cum tamen ſidus in veri-
tate (vt tradunt Mathematici) ſit maior tota terra, ſic
humilis cum ſit paruus in veritate, eſt apud Deum ma-
ximus, ex ſua tamen & hominum reputatione vult eſ-
ſe quaſi nullus, ideo dicitur in Eccl. Quanto maior es, Eccle. 33.
humilia teipſum in omnibus. Ipſa enim eſt inſtar Lu-
næ, nam ſicut Luna eſt luminare, quod minuitur ex
conſumatione, vt dicitur in Eccle. ſic humilis ſe mino- Idem. 43.
rare nititur, cum a Deo per gratiam conſumatur, ſicut
virgo Maria vt habetur in Luca. Quia reputauit ſe an- Luc. 1.
cillam humilem, cum ſalutaretur venerabiliter per ar-
changelum Gabrielem, & a filio Dei eligeretur in ma-
trem. Eſt etiam humilitas inſtar lapidis pretioſi virtuo
ſa. Nam lapides pretioſi ſunt, vt plurimum quantitate
modici & virtute magni. Et nota, quòd humilitas com
paratur ſpecialiter & proprie quinque lapidibus pre-
tioſis. Primo Ammetyſto qui reprimit ebrietatem, ſic
humilitas ſuperbiam, quæ ſe inebriat per ambitionem.
Vnde ſuperbia eſt ebria & non a vino, vt dicit Iohel.
Expergiſcimini ebrij, & non a vino, ſed a vento, ſcili- Iohel. 1.
cet ſuperbiæ. Secundo Iaſpidi qui fugat phantaſmata,
ſic humilitas honores tranſitorios, qui ſunt quaſi phan
taſiæ vel ſomnia. Quia dicitur de ſuperbo in Eccl. Cor Eccle. 34.
tuum phantaſias patitur. Tertio humilitas eſt ſicut Sap
phirus. Nam ſicut Sapphirus reprimit humores, ſeu tu
mores corporales, ita humilitas ſuperbas & ampullo-
ſas inflationes. Ipſa.n. non inflatur, non eſt ambitioſa,
ſicut de charitate dicit Apoſtolus. Quarto humilitas 1. Cor.13.
eſt ſicut Onychinus. Nam ſicut Onychinus dicitur ho
minem reddere inuictum, ſic humilitas reddit inui-
ctum hominem, & facit de hoſtibus triumphare. In
cuius figura dicitur, quod Dauid qui dicitur humilis,
cum lapidibus fundæ Goliam interfecit, vt dicitur in
libris Regum. Quinto humilitas eſt ſicut Adamas. Nã 1.Regu.2.
ſicut Adamas eſt lapis, qui reddit hominem gratioſum,

sic humilitas hominem Deo & hominibus facit esse
placentem & gratum. Vnde dicitur de humilitate in
Deut. 33. Deut. Sit placens de fratribus suis, & sicut coram Deo
& hominibus est superbia odiosa, vt dicitur in Eccle-
Eccl. 10. siastico, ita humilitas est Deo & hominibus gratiosa,
Item humilitas cum Deo quasi de pari contendit cum
diuina liberalitate eius, gratiam semper recipiendo. Su
perbiam circunuenit, & despicit meliorem partem eli-
gendo. Diabolum despicit, eius laqueos euadẽdo. Hu-
militas igitur quasi de pari contendit cum diuina libe
ralitate, quia quanto diuina liberalitas animæ plura tri
buit, tanto ipsa ad recipiendum fit capacior, & hoc tri-
plici arte: scilicet se dilatando per gratiarum actionẽ, in
curuando per deuotam orationem, & euacuando per
modicam sui reputationem. Primo.n. humilitas cũ re-
cipit Dei beneficia, gratias agendo se dilatat, & sic reci
piendo parat semper locum, vt Deus amplius infun-
dat. Vnde ipsa est vas admirabile opus excelsi, vt dici-
Eccle. 43. tur in Eccl. Et bene humilitas vas admirabile dicitur,
quia dum impletur, de impletione capacior efficitur.
Secũdo humilitas per orationem se incuruat, & sic ad
magis hauriendum se præparat. Nam sicut hydria cur
uatur, vt hauriat aquã, sic humilitas se incuruat vt hau
riat, & hoc orando gratiam diuinam, & quanto Deus
amplius donat, tanto ipsa amplius postulat, immo nun
quã petere cessat, & ideo in ea impletur quod dicitur
Eccl. 18. in libro Eccl. Cum consumauerit homo, tunc incipiet.
Tertio humilitas per propriam reputationem se eua-
cuat, quodammodo se exinaniuit, & per consequens
ad recipiendum capacior fit, & hoc triplici arte existit,
quia dum gratiam Dei in plenitudine recipit, seipsam
tam vacuam recognoscit, ideo in persona Dei dr̃ de hu
Eccle. 24. mili in Ecclesiastico. Qui bibunt me adhuc sitient. Itẽ
humilitas etiam superbiam circunuenit, meliorem par
tem eligendo. Et nota specialiter decem, in quibus hu-
militas respectu superbiæ eligit meliorem partem. Su-
perbia enim eligit quod est extra, humilitas quod est
Matth. 23 intra. De primo dicitur in Mat. Omnia vero opera sua
faciunt, vt videantur ab hominibus. De humilibus ve
2. Cor. 1. rò dicit Apost. Gloria nostra hæc est, testimoniũ con-
scientiæ nostræ. Superbia eligit sarpillas, humilitas tot
tillas; superbia eligit corticem, humilitas nucleum; su-
perbia eligit paleam, humilitas granum; superbia de-
mum eligit flores, humilitas verò fructum, iuxta illud
Cantic. 2. Fructus eius dulcis gutturi meo. Superbia eligit mon-
tes, humilitas valles. Et nota, ꝙ in omnibus sunt qua-
tuor mala. s. ariditas indeuotionis, durities incompas-
sionis, sterilitas operationis, & præcipitium damnatio
nis. Humilitas vero eligit valles, in quibus sunt qua-
tuor bona illis malis opposita. Nam sicut valles cõtra
ariditatem sunt irriguæ, contra duritiam sunt molles,
contra sterilitatem sunt fructiferæ, contra præcipitium
sunt securæ: sic humiles ad modum vallis, sunt irrigui
per deuotionem, & molles per compassionem, fructi-
feri per bonam operationem, securi per diuinam pro-
tectionem: quia in inferno non oportet timere præci-
pitium, superbia eligit pulchrum, humilitas bonum, su
perbia eligit imaginem, humilitas veritatem. Super-
bia eligit contentionem, idest locum superiorem, pro
quo contendunt ambitiosi, humilitas pacem. s. locũ in
feriorem, pro quo nullus contẽdit. Ideo dicit Saluator.
Luc. 14. Recumbe in nouissimo loco. Et sic in pace factus est
Psalm. 75. locus eius, vt dicitur in Psal. Superbia eligit esse in ore
hominum, & ideo non est mirum, si sentit aliquando
morsus detractionis, humilitas vero eligit esse in iudi
cio Dei per quem solum vult iudicari, sicut dicit Apo
1. Cor. 4. stolus. Qui autem iudicat me, Dominus est. Humilitas
insuper despicit, & parumpendit Diabolum, eius scilicet
laqueos euadendo. Nam sicut pisciculi euadũt sagenã,
sic humiles rete, idest tentationes diabolicas. In cuius

figura rex Caldeorum transtulit in Babiloniam, & ca-
ptiuauit nobiles & potentes, & dimisit pauperes, idest
agricolas & vinitores, vt dicitur in libris Regum. Hu 4. Reg. 24
militas insuper habet motum incitatiuum, idest causas
multas, quæ hominem mouere debent ad se humilian
dum. Vnde nota quòd sunt quinque causæ præcipuæ,
ex quarum consideratione debet homo seipsum humi
liare, si consideret, quæ sunt infra, quæ sunt intra, quæ
sunt iuxta, quæ sunt contra, & quæ sunt supra. Prima
igitur causa humilitatis est consideratio creaturæ cor
poralis, q̃ in homine est. Debet igitur creaturas corpo
rales diligenter considerare, & ex illis humilitatẽ hau
rire: si enim consideret terram, videt proprium sepul-
chrum, si attendat ignem super terram videt suppliciũ
peccatorum, si cõsideret quadrupedia, videt ea fortio-
ra, si volatilia, videt ea leuiora & agiliora, si terræ na-
scentia, videt meliora sicut fructus, & pulchriora sicut
flores. Vltimo si cõsideret proprium subiectum, videt
quòd in principio est sperma immundum, in medio sac
cus stercorum, & in fine cibus vermium, vt dicit Ber-
nardus. Et iterum vide vnde veneris, & erubesce vbi
es, & ingemisce quò vadis, & contremisce. Et ita cum
homo diligẽter considerat proprias vilitates, tunc hu-
militas resumit vires. Sicut enim muscus in locis fœtẽ-
tibus recuperat odorem, sic humilitas fragrantior effi
citur, cum quis cõsiderat propriam vilitatem. Et ideo, Gen. 18.
dicebat Abraham. Loquar ad Dominum meum, cum
sim puluis & cinis? Secunda causa humilitatis est con
sideratio status interioris. Omnis autem homo, aut
scit se esse peccatorem, aut iustum. si sciat se esse pecca
torem, multum debet humiliari, quia quãtum ad hoc
deterior est cane vel busone, quia peccator est debitor
temporalis & æternæ mortis, illa vero solum tempora
lis, & in illis solum est miseria pœnæ, in peccatoribus
vero pœnæ & culpæ, & in hoc sunt similes Diabolo. Eccles. 9.
Si autem fuerit peccator aliquando, nescit vtrum iusti
ficatus est à peccato, quia dicitur in Eccle. Nescit ho-
mo vtrum amore an odio dignus sit, sed omnia in fu-
turo seruantur incerta. Si autem sciat aliquis se esse in
gratia, tamen se humiliare debet propter quatuor, quæ
interdum etiam viris iustis & perfectis nocent: scilicet
negligentia proficiendi, difficultas standi vel præser-
uandi, facilitas cadendi, etiam ad sibilum vniusmodi
verbi difficultas vel impossibilitas resurgendi. Homo
enim potest per se ire ad culpam, sed per se non potest
redire ad gratiam, quia dicitur in Psal. Spiritus vadens, Psal. 77.
& non rediens. Tertia causa humilitatis est, considera
re sæpe de proximis nostris. Videmus.n. multos de fra
tribus & proximis nostris, in scientia & virtutibus pro
fecisse, & nos in peccato vel ignorantia remansisse, vn-
de debemus erubescere. Videmus etiã multos fratres
& proximos cæcos, mendicos, & diuersis miserijs afflic
ctos, & ideo debemus compati, timere, & Deo grati &
humiles esse, & laudare eum, qui nos potuit & potest
similia ex sua æquitate infligere, & ex sua pietate custo
dire, & propter hanc causam humilitatis dr̃ in Iob. Vi Iob. 5.
sitans speciem tuam non peccabis. Visitans spẽm tuã,
s. in proximũ qui est species tua, vel species vna tecũ.
Quarta cã humilitatis est cõsideratio hostis aduersan
tis, cui sine Dei adiutorio non possumus resistere, im-
mo si cõparati fuerimus ei, ipse quasi gigas, & nos qua
si locustæ vt dicitur in Numeris, cuius et tanta est cru Num. 13
delitas, ꝙ nos omni hora transglutiret, nisi etiã diuina
protectio nos custodiret, quia dicitur in Trenis. Mise Threa. 3
ricordiæ Domini, quia non sumus consumpti, cui de-
bemus totam virtutem ascribere. Quinta causa humi
litatis est consideratio diuinæ magnitudinis, cui tene-
mur humiliter subesse, propter beneficium creationis.
iuxta illud Psal. Ipse fecit nos, & non ipsi nos, & ꝓpter Psalm. 99
beneficium redemptionis, iuxta illud Eccle. Gratiam Eccle. 29
fideiussoris

Digitized by Google

fideiussoris tui,ne obliuiscaris. Humiliare etiam debe-
mus nos Deo,cuius potētiam euadere non possumus,
cuius sapientiam latere non possumus, cuius iustitiam
corrumpere non possumus. Vnde notādum iuxta hoc,
ꝙ tribus de causis debet se quis inclinare & dimittere.
Primo quando videt capiti suo gladium imminere, sic
nos debemus humiliari,& timere,ꝙ videmus super ca
put nostrum gladium diuinæ sententiæ vibrare. Vnde
1. Petri. 5. dicitur ab Apostolo Petro. Humiliamini sub potenti
manu Dei. Secundo inclinat se aliquis, quādo oportet
ipsum transire per ostium bassum,sic nos debemus hu
miliari,quia ad vitam transituri sumus,per ostium bas-
Ioan. 10. sum & humile, quod est Christus quia dicitur in Io.
Ego sum ostium, per me si quis introierit saluabitur.
Tertio consueuit quis inclinare se,quando videt supe-
riorem se,in inferiori loco sedere, non enim est decens
militem sedere in scamno,si rex sederet in pauimento;
sic nos humiliari est necessarium, cum videamus regē
gloriæ propter nos in tantum humiliatum. Vnde dici-
Matth. 10 tur in Matt. sufficit seruo,si sit sicut Dominus eius. Itē
habet humilitas multiplex signum demonstratiuum
Et nota,ꝙ quinq; sunt signa,inter alia humilitatis de-
monstratiua. Primum est humilem amare, exemplo
creaturarum,quæ diligunt sibi similes,quia dicitur in
Eccl. 23. Eccle. Omne animal diligit sibi simile. Secundum est
honores & laudes fugere,sicut mel venenatum, & si-
cut sagittas limatas & venenatas,exemplo Christi,qui
Ioan. 6. fugit,cum turbæ vellent eum facere regē,vt dr̄ in Io.
Tertium signum est opprobria & contumelias æqua-
nimiter tolerare:exemplo Dauid,qui cūm Sem ei ma-
2. Reg. 16. lediceret ei dixit Abisa regem vindicare volenti. Di-
mitte eum,vt maledicat mihi:vt in libris Regum repe
Act. 5. ritur. Et exemplo Apostolorum de quibus dicit in a-
ctibus Apost. Quod ibant gaudentes a conspectu con
cilij,quoniam digni habiti sūt pro nomine Iesu contu
Thren. 3. meliam pati. Ideo dr̄ de humilitate in Trenis. Saturabi
tur opprobrijs. Quartum signum est,vilia officia non
recusare,exemplo Abigail,quam cum Dauid vellet du
cere in vxorem,respondit. Ecce famula tua sit in ancil
lam,vt lauet pedes seruorum domini mei: vt habetur
1. Reg. 25. in libris Regum. Quintum signum est libenter obedi-
re,exemplo Christi, qui humiliauit semetipsum, fa-
Philip. 2. ctus obediens vsq; ad mortem, vt ait Apostolus. Ha-
bet etiam humilitas multiplicem gradum distribu-
tiuum. Vnde nota,ꝙ tres sunt gradus humilitatis,sicut
Matth. 3. dicitur in glosa super Matth. Primus est subesse maio-
ri,nec præferre se æquali,& hæc est sufficiens & neces-
saria. Secundus gradus est subesse pari,nec se præferre
minori,nec velle præferri,& hæc est humilitas copio-
sa. Tertius gradus est subesse minori, & nemini præ-
ferri,& hęc est humilitas excellens & perfecta. Et ideo
humilitas cum his gradibus suis, eleganter figuratur
per altare tabernaculi, quod habebat tres cubitos in
Exod. 27. altitudine, vt dicitur in Exo. Item secundum alios,gra
dus humilitatis sunt quatuor. Primus est spernere mū
dum. Secundum spernere nullum. Tertius est spernere
seipsum. Quartus est cōtemnere se semper,vel non cu-
rare sui contemptum. Ideo humilitas per istum qua-
druplicem gradum figuratur satis aperte per rationa-
le,in quo erant quatuor versus, vel ordines gemma-
Exod. 28. rum,vt h[illegible]etur in Exod.

De Mansuetudine vel mititate. Cap. 2.

DE mansuetudine vel mititate, quæ est secunda
beatitudo, specialiter sunt tria notanda. habet
n. mansuetudo, vel mititas pacem & societatem
cum proximo,gratiam & familiaritatem cum Deo, &
regnum,& hæreditatē in cœlo. Habet namq; homo mi
tis & mansuetus cum proximo pacem & societatem,
& cum his qui oderunt pacem,scit esse pacificus. Sicut
enim contra lapidem machinę opponitur aliquid mol
le,per quod frangitur impetus violentiæ suæ:sic & vir
mitis frangit iram,& impetum indignationis, opponē
do molliciem responsionis,vt in Prouer. patet. Respon
sio mollis frangit iram. Habet etiam homo mitis cum Proue. 15.
Deo familiaritatem. Et nota ꝙ signum triplex est, ꝙ
homo mitis Deo sit familiaris. Primum est ꝙ Deus mi
tes libenter exaudit,sicut videmus ꝙ a rege obtinent
quod volunt,qui ei familiares existunt. Vnde dr̄ in li- Iudith. 9.
bro Iudith. Humiliū & mansuetorum sibi semper pla
cuit deprecatio. Secundum signum est,ꝙ Deus in ani-
ma miti libenter pausat & dormit. Māsuetudo. n. est si
cut culcitra mollis in lecto floridæ continētiæ, de quo
dr̄ in Cant. Lectulus noster floridus. Tertium signum Cant. 1.
est,ꝙ Deus ad videndum, & loquendum,se ostendit
mitem vel exhibet,sicut videmus ꝙ illi,qui sunt fami-
liares prælatis,qñ volunt,ad eos intrant, & loquūtur,
pro voluntate cum eis: sic homo mitis loquitur cum
Deo,vt in Exo. legitur de Moyse Qui loquebatur cū Exod. 33.
Deo facie ad faciem,sicut solet loqui amicus ad amicū
suū,causa inter alias erat,quia homo mitissimus erat,
vt dicitur in Numer. Habet insuper homo mitis hære Num. 12.
ditatem in cęlo,vt dicitur in Matth. Beati mites,quo- Matt. 5.
niā ipsi possidebunt terram. s. viuentium. Et nota ꝙ tri
plex est ratio,quare mites possident cęlum. Prima est,
quia ipsi possidentur a Deo,& ideo lege vicissitudinis
possidebunt Deum in cœlo,quia dicit Aug. Nullus e-
rit Dei possessio, nisi eius quem ipse prius possederit.
Secunda ratio est,quia mites possident corda sua,& do
minantur sibijpsis,qđ non faciunt iracundi,immo ira Prou. 16.
dominatur eis. Ideo dicit Sapiēs. Melior est qui domi-
natur animo,expugnatore vrbium. Tertia ratio est,qa
mites possident hic bona sua. Mites autem sciunt hic
bona spiritulia optime possidere, qa nulla aduersitas
potest eis ipsa auferre, quod iracundi facere nesciunt:
immo bona spiritualia,si quæ habent,per impatientiā
perdunt,vt dicitur in Prouer. Qui impatiens est,susti- Proue. 19.
nebit damnum. s. non solum boni exterioris quod per
dit in via,sed etiam boni interioris quod ipse effundit.
Mites etiam bona temporalia possidere sciunt, quia si
bi non permittunt dominari,quod nesciunt facere aua
ri & cupidi,quia diuitiarum suarum nesciunt esse do-
mini,sed potius serui:quia dicitur in Psal. Viri diuitia- Psal. 75.
rū,non diuitiæ virorum. Quia igitur mites (vt dictum
est,) se,& sua possidere sciunt,merito terram viuentiū
possidebunt. Et nota, ꝙ mititatem vel mansuetudinē
hominis natura ministrat. Corporis figura demōstrat,
& canonis scriptura cōmendat. Mititas igitur a natura
ministratur,& cum homine a natura copulatur,vel cō
creatur. Nam dicit Philosophus ꝙ homo est animal
natura mansuetum,sicut leoni a natura inest crudeli- Mansuetu
tas,sic homini mansuetudo vel mititas. Mansuetus. n. do vel miti
dicitur quasi manu assuetus,& ideo homo qui relicta tas.
māsuetudine regitur crudeliter,non est hō, sed bestia
siluestris. Mititas etiam figura humana demōstratur. Nota.
Figura enim hominis exterior quandam dulcedinē &
affabilitatem demonstrat,& mititatem interiorem. In
omni siquidē animalis specie,figura corporis exterio-
ris signum est naturæ interioris,sicut enim videmus,
ꝙ vngues magis fortes & acuti,& magna & ampla la-
bia,significant rabiem & crudelitatem leonis & canis,
sic naturaliter homo habens faciem venustam,& car-
nem mollē,& cutem leuem, & vngues breues, & mo-
dicitatem oris,& gram in oculis;māsuetudinem signi-
ficat,& multa alia testimonia mititatis,quæ possent da
ri. Et econuerso videmus,quòd homo iratus habet tor
tū,& hirsutam faciem,& exuit humanam naturā & in
duit furiam, & quodammodo exterior effigies mon-
strat,quòd hō iratus iam non est homo,sed incipit esse
bestia,iuxta illud Psalm. Comparatus est iumentis &c. Psalm. 48.

Mansuetudo insuper vel mititas in scriptura valde cō-
Hier. 11. mendatur. Dicitur enim de mediatore nostro in Hie-
re. Ego sicut agnus mā suetus, qui portatur ad victimā,
Psalm. 44. Et iterum dicitur in Psal, Propter veritatem & mansue-
tudinem & iustitiam, &c. Vnde nota tria, quæ recte ho
minem deducunt, quę sunt mansuetudo cordis, veritas
oris, & iustitia operis.

De Fletu. Cap. 3.

DE fletu, quæ est tertia beatitudo, nota specia
liter tria, s. quòd est fletus compunctionis,
fletus compassionis, & fletus deuotionis. Pri
mus fletus, scilicet compunctionis, est sicut
Apoc. 3. collirium medicatiuum. Vnde in Apoc. legitur. Collirio
inunge oculos tuos. Sicut enim collirium purgando o-
culos turbat visum, & in turbando purificat, sic fletus
compunctionis animam turbat per pęnitētiam, sed me
Psal. 118. dicat per gratiam. De hoc fletu dicitur in Psal. Exitus
aquarum deduxerunt, &c. Secundus fletus est compas-
sionis. Et est sicut vnguētum lenificatiuum. Nam sicut
vnguentum vngendo sanat membra paralitica, sic hu-
mor compassionis sanat cupidos a paralisi, idest ab aua
ritia. Et nota, quòd ad vngendum & sanandum mem-
bra infirma, præcipue tria sunt necessaria, scilicet ignis,
vnguentum, & confricatio manuum, sic ad opus mise-
ricordiæ requiritur ignis dilectionis, vnguentum com-
passionis, & manus subuentionis. De hoc fletu dicitur
Iob. 30. in Iob, Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, &
compatiebatur anima mea pauperi. Tertius fletus, sci-
licet deuotionis, est sicut balneum delectatiuum. Vnde
anima in qua sunt lachrimæ deuotionis, natat in deuo-
tione, & lachrymis, sicut piscis in flumine. Nam dici-
Prouer. 14. tur in Prouerb. Cor quod nnuit amaritudinem animæ
suę, in gaudio illius non miscebitur extraneus. Item no
ta q̄ sex sunt fletus incitamenta, & sex fletus impedi-
menta, & sex fletus emolumenta. Fletus igitur incita-
menta sunt sex. Primum est recognitio propriæ culpæ.
Psal. 118. Nam dicitur in Psal. Exitus aquarum deduxerūt oculi
mei. Secundum est incolatus pręsentis vitę, vt dicitur
Psalm. 119. similiter in Psalm. Heu mihi, quia incolatus meus pro-
longatus est. Tertium est timor gehennæ. Nam dici-
Trenor. 1. tur in libro Trenorum. Plorans plorauit in nocte, idest
in peccato. Quartum est recordatio passionis Domi-
Psal. 41. nicę, vt legitur in Psalm. Fuerunt mihi lachrymę meæ
panes die ac nocte. Quintum est compassio humanę
Rom. 12. miseriæ, vt dicit Apostolus. Flere cum flentibus. Sextū
Psal. 136. est desiderium cœlestis patrię, vt dicitur in Psal. Super
flumina babilonis, idest calcando delectationem tran-
sitoriam, sedimus per quietam meditationem, & fleui-
mus propter cœlestis patrię delectationem: vnde se-
quitur, dum recordaremur tui Syon. Sicut interdū pe-
regrinus lachrymari cogitur, cum suę patrię recorda-
tur. Sex sunt etiam fletus impedimenta. Primum est su-
perbiæ elatio, sicut videmus, q̄ mōtes & alta loca con-
sueuerunt esse arida, sic mons elationis & superbię est
Iosue. 15. aridus. Vnde dicitur in Iosue. Terram arentem dedisti
mihi, iunge & irriguam, sic econuerso humiles abun-
dant lachrymis, sicut videmus quòd valles abundant
aquis. Nam humilitas est vallis lachrymarum. Secun-
dum impedimentum est terrenorum affectio, sicut vi-
demus, q̄ terra inspissat aquam, & turbat & redigit in
lutū. Vnde dicitur in figura huius in libro Gen. Quòd
Genes. 4. Cayn interfecit Abel. Cayn interpretatur possessio,
Abel luctus. Cayn igitur Abel interfecit, quando pos-
sessio & affectio terrenorum, lachrymarum irriguum
interficit & interrumpit. Ideo dicitur in figura huius
Gen. 26. in Gen. Quòd omnes puteos quos foecerunt serui Isaac,
obstruxerunt Philistim, implentes terrenorum affectio
ne puteos deuotionis. Tertium impedimentum est cor
dis incompassio, sicut videmus, q̄ de rupe non scaturit
aqua, nisi miraculose. Vnde dicitur in libro Ge. Quod Gen. 29.
puteus grandi lapide claudebatur. Per os putei irri-
guum deuotionis intelligit, & tunc grandi lapide clau-
ditur, quando fletus propter cordis duritiam impedi-
tur. Quartum impedimentum est nimia occupatio, si-
cut videmus, q̄ in ęstate quando est tempus occupatū
valde, fontes & putei exsiccantur, contra hoc dicitur
in Isa. Recedite a me, amare flebo. Quintū impedimen Isa. 12.
tum est ignorantiæ excusatio, sicut videmus q̄ frene-
ticus & fatuus non potest flere, sed ridere, quia non co
gnoscit morbum suum. Hoc impedimentum tangit
Dominus dicens. Si cognouisses & tu fleres, &c. Sextū Luc. 19.
impedimentum est peccati multitudo, sicut enim vide
mus q̄ nimium frigus congelat aquas, ita magnum
gelu peccati impedit lachrymas. Ideo dicitur in Mat- Matth. 24
thæo. Quoniam abundabit iniquitas, refrigescit chari-
tas multorum, & per consequens cessauit irriguum la-
chrymarum, quia vt dicit Greg. in moralib. Vis amo-
ris per lachrymas emanat, & ideo vbi amor non est, la
chryma cessat. Sex sunt etiam fletus emolumenta vel
vtilitates. Vnde nota q̄ lachryma spiritum contritum
lauat. Ipsum deuotum leuat. Spiritum malignū necat,
Terram cordis irrigat. Sitim sedat. Orando efficaciter
impetrat. Primo ergo lachryma spiritum contritum la
uat. Vnde figuratur per mare æneum. in tertio Reg. In 3. Regu.
quo ingressuri tabernaculum lauabāt manus & pedes,
idest opera & affectiones. Secundò leuat animam de-
uotam. s. per contemplationem. Quod figuratur per di
luuium vt habetur in Gen. Multiplicatæ sunt aquæ, & Gen. 7.
eleuauerunt arcam in sublime a terra, idest conscientiā
ad sublimia contemplationis. Tertio spūm malignum
lachrymæ necant, quod figuratur per mare rubrum,
vt legitur in Exo. Vbi submersus est Pharao & exerci- Exod. 14
tus eius, idest Diabolus & oīs malignus spiritus. Nam
dicitur in Psal. Contribulasti capita draconum in aq̄s Psa. 73.
s. tētationes dæmonum in fletibus lachrymosis. Quar
tò lachryma terram cordis irrigat & fœcundat, quod Gen. 2.
figuratur per fontem Paradisi, vt habetur in Gen. Fōs
ascendebat de terra. s. irriguum lachrymarum, irrigans
vniuersam superficiem terræ ad producendum fructus
bonorū operum. Nam dr̄ in Psal. Qui seminant in la
chrymis in exultatione metent. Quinto lachryma si- Psal. 125.
tim & ardorem concupiscentę sedat, sicut contra sitim
curritur ad fontem, & contra ignem curritur ad aquā:
sic contra concupiscentiæ ignem & incendiū, curren-
dum est ad fontem lachrymarum. Vnde dicit Greg. in
moralib. Quod flamma suggestionis extinguit citius
aqua lachrymarum. Sexta lachryma efficaciter orando
impetrat. Et nota, q̄ de hoc sunt nouem exempla præci
pua in scriptura. Primū, Annæ de qua dr̄ in primo Re-
gum. Quod cum esset Anna amaro animo, orauit ad 1. Regū
Dominum flens largiter, quę a Deo exaudita est. Secū
dum, Ezec. cui dictum est ab Isa. Vidi lachrymā tuam, Isa. 38.
& ecce sanaol te. Tertium est Tobiæ. Quartum est Sa- Tob. 3.
ræ. de his duobus dicitur in Tob. Quod orauit Tobias
cum lachrymis, & Sara similiter, & exauditę sunt pre-
ces amborum. Quintum est Iudith, quę dixit. Indolgē- Iudith. 8.
tiam ipsius fusis lachrymis postulemus, quòd & fecit,
& Deus eam exaudiuit. Sextum Dauid, de quo dicitur
in Psal. Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. Se- Psalm. 55.
ptimum est Marię Magdalenę, quę pedes Saluatoris
lauit lachrymis, & misericordiam impetrauit, vt dici- Luc. 7.
tur in Luca, Octauum est Petri, de quo dicitur in Matt. Matth. 26
quòd post trinam negationem fleuit amare, & obti-
nuit remissionem. Nonum est Christi, de quo dicit Heb. 4.
Apostolus. Quod cum clamore valido & lachrymis of
ferēs exauditus est pro sua reuerētia, scilicet Christus.
Propter hanc efficaciam lachrymarum dicit August.
Quod lachrymę violentę sunt in precibus. Et gloss.
To. dicit, quòd oratio Deū lenit, & lachryma cogit.

De esurie,

Digitized by Google

De eſurie, & ſiti iuſtitiæ, quæ eſt quarta beatitudo, ni-
hil ad præſens aliud eſt dicendum, quam quòd in tra-
ctatu de virtute iuſtitiæ, ſuperius dictum eſt Titul. 5.
cap. 8.

De *Miſericordia*. *Cap.* 4.

DE miſericordia, quæ eſt quinta beatitudo,
ſunt ſpecialiter tria notanda, ſ. Comparatio-
nes, quibus figuratur, meditationes cũ qui-
bus adiuuatur, operationes cum quibus oc
cupatur. Primo enim notandæ ſunt eius figurales com-
parationes. Vnde nota, ꝙ miſericordia eſt interna Chri
ſti paſſio, prima Chriſti lectio, & optima Chriſti vn-
ctio. Primo ergo miſericordia eſt interna Chriſti paſſio
ideſt compaſſio, quæ melior eſt, & maior fuit, quam ali
qua paſſio. Vnde nota, quòd duplex fuit crux Chriſti,
ſcilicet exterior quæ fuit lignea; & interior quæ fuit au
rea: exterior fuit paſſionis & pœnitentiæ, interior fuit cõ
paſſionis & miſericordiæ. Ideo Chriſtus dicitur pro
nobis animam poſuiſſe, prius quam carnem, vnde di-
Ioan. 3. citur in Io. Criſtus pro nobis animam ſuam poſuit, &
nos debemus pro fratribus animam ponere. Et ſicut
dolor paſſionis Chriſti non habuit parem, ita dolor
Tremor. 1. compaſſionis non habuit ſimilem, vt patet in Tren. O
vos omnes qui tranſitis per viam, attendite & videte,
&c. Secundo miſericordia eſt ſumma Chriſti lectio, vt
dicit Ambro. In ſigno huius, Chriſtus in hac lectione
præ cæteris examinabit ſcholares ſuos in die diſtricti
Matt. 25. iudicij, dicens. Eſuriui, & non dediſti mihi manduca-
re &c. Dyſcoli qui neſciunt huius lectionis ſcilicet mi-
ſericordiæ verſiculum, in æternum ſentient ſine pietate
Iaco. 2. flagellum, quia dicit Iacob. Iudicium ſine miſericordia
fiet illi, qui non fecit miſericordiam. Tertio miſericor-
dia eſt optima Chriſti vnctio, Nam cum ſit triplex vn
guentum, ſ. contritionis, deuotionis, & compaſſionis,
vnguentum compaſſionis optimum eſt, vt dicit Bern.
Bonum eſt (inquit) vnguentum, quod de recordatio-
ne peccatorũ naſcitur, melius quod ex deuotione con-
ficitur: porro vtrunq; vincit compaſſio charitatis vel
pietatis. Et nota, ꝙ iſto vnguento deberent tria perun-
gi. ſ. caput. i. intentio, pedes. i. affectio, manus. i. opera-
tio: quia in his tribus. ſ. intentione, affectione, & opera
tione, debet precipue relucere. De vnctione capitis di-
Matth. 6. citur in Matth. Vnge caput tuum. De vnctione pedum
Luc. 7. dicitur in Luc. Quod Maria vnxit pedes Ieſu. De vn-
Can. 5. ctione manuum dicitur in Can. Manus meæ ſtillaue-
runt myrrham, & digiti mei pleni myrra probatiſſima.
Item nota, ꝙ miſericordia decenter conuerſatur, prudẽ
ter negociatur, & abundanter remuneratur. Primo mi-
ſericordia facit hominem decenter cõuerſari. Nam vir
pius & miſericors benedicitur a Deo, placet proximo,
& natat in oleo: benedicitur a Deo per gratiæ effu-
ſionem, placet proximo, per iuſtam cõuerſationem, na-
tat in oleo per internam deuotionem. Hæc ſimul figu-
Deut. 33. rantur in Deut. Benedictus filius Aſer, quantum ad pri
mum: ſit placens fratribus, quantum ad ſecundum, in-
tingat in oleo pedem ſuum, quantum ad tertium. Fer-
rum & æs ſit calceamentum eius. Secundo miſericor-
dia prudenter operatur: nam de malis aliorum melio-
ratur, de ſordibus lauatur, de paupertate ditatur, de in-
firmitate ſanatur, de onere alleuiatur. Ipſa. n. omnibus
compatitur, omnium onera portare nititur, & quanto
plus onera aſſumit, tanto plus lucratur, & velocius cur-
Gal. 6. rit. Ideo dicit Apoſt. Alter alterius onera portate. &c.
Et nota ꝙ miſericors homo inſtar prudentis mercato-
ris conſiderat tria. Nam mutuat libenter regi, qui po-
teſt ſibi capitale reddere & damnum reſarcire, & vſu-
ras & lucrum ſoluere, talis rex liberalis eſt Deus, qui
mercatoribus ſuis conſueuit capitale cuſtodire, & con-
ſeruando gratiam damna reſarcire, remittẽdo culpam,
vſuras ſoluere. ſ. largiendo gloriam, & æternam vitam.

De iſta mercatura dicit Matth. prudentes virgines ac- Matth. 25.
ceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus. i. oleum
miſericordiæ & compaſſionis, in vaſis ſuis. i. in interio-
ribus vaſis cordis: quia ſicut ignis ſine oleo non ardet
in lampade, ſic ignis charitatis ſine oleo miſericordiæ,
non ardet in corde. Hanc negociationem docuit ſum-
mus mercator. ſ. Chriſtus. Vade & vende omnia, quæ Matth. 10.
poſſides, & da pauperibus. Homo etiam miſericors ad
modum boni & induſtrij mercatoris, inuocat vel reno
uat veteres merces in nouas, & viles, in precioſas &
quodammodo circumuenit Deum in ſua negociatione,
quia pro calice aquæ frigidæ, recipit torrentem volu-
ptatis æternæ. Vnde dicit Aug. Præbe tectum & accipe
cœlum. Et ideo dicitur in Oſe. Circumuenit me in ne-
gociatione ſua Eſfraim. Tertio miſericordia abundan Oſe. 11.
ter remuneratur. Vnde nota ꝙ duæ virtutes valde co
pioſæ, & plenæ, veniunt ad iudicium propter ꝙ reci-
piunt ſalarium valde copioſum. ſ. charitas & miſericor-
dia. Charitas enim aliena bona facit ſua. Iuxta illud
Pſal. Particeps ego ſum omnium timentium te, &cæt. Pſal. 118.
Miſericordia facit aliena mala ſua, iuxta illud. Sicut ſo- 2. Cor. 1.
cij eſtis paſſionum, ita & cõſolationum. Hæc eſt enim
lex fidelium mercatorum. ſ. ſicut ſunt ſocij in damno,
ita ſunt ſocij in lucro. Item nota, quòd miſericordia eſt
virtus, quæ cunctas ſuperat, modus qui reum liberat, &
clauis quæ cœlum reſerat. Primo igitur, miſericordia
eſt virtus cæteras virtutes ſuperans, & ſpecialiter exce-
dit tres virtutes inter alias excellentes. ſ. pœnitentiam,
quia pœnitẽtia immolat corpus, miſericordia vero ani
mam. Ideo dicit Apoſt. Corporalis exercitatio. i. pœni- 1. Tim. 4.
tentia ad modicum vtilis eſt, ſ. reſpectiue, pietas autem
ad omnia valet, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc
eſt, & futuræ. Miſericordia autem ſuperat charitatem,
in eo ꝙ charitas eſt fluuius diuinæ pietatis, & currit cũ
alueis ſuis, & non exit extra ripas, quia ſolum bonum
diligit & ſua communicat, pietas vero & miſericordia
extra ripas inundat, & ſua bonis & malis communicat,
& ideo non ſolum bona proximorum, ſed etiam mala
libentiſſime portat. Iuxta Apoſt. Quis infirmatur & 2. Cor. 11.
ego non infirmor? quis ſcandalizatur & ego non vror?
Miſericordia nihilominus ſuperat iuſtitiam, & in ſi-
gnum huius de curia iuſtitiæ, ſi eſt a peccatore ſuſpe-
cta, licet ad conſiſtorium miſericordiæ appellare. Nam
dicit Iaco. Miſericordia ſuperexaltat iudicium. Et de Iac. 2.
hac excellentia miſericordiæ reſpectu aliarum virtu-
tum, dicitur in Pſal. Miſerationes eius ſuper omnia ope Pſal. 44.
ra eius. Secundo miſericordia eſt modus abſolutionis
optimus liberans reum & Deum obligans: reum itaq;
liberat a delicto vel debito decem milium talentorum.
Et nota ꝙ homo miſericors, de remiſſione peccatorum
ſuorum, habet ſpiritualiter tria paria literarum. i. tria
teſtimonia Euangelica, quæ homini pio denunciant
peccata remiſſa. Primum eſt in Matth. Beati miſericor- Matth. 5.
des, qm̃ ipſi miſericordiam conſequentur. Secundum
eſt in eodem Matth. Si dimiſeritis hominibus peccata Matt. 6.
eorum, & pater veſter cœleſtis peccata veſtra dimittet.
Tertium eſt in Luc. Dimitte, & dimittemini. Et non Lucæ. 6.
ſolum miſericordia a delicto liberat, verumetiam ad ſa
nandum hoĩem Deum obligat. Nam dr̃ in Prou. Fœne Proue. 19.
ratur Dño, qui miſeretur proximo. Tertio miſericor-
dia eſt clauis cœlum reſerans. Vnde in figura huius dr̃,
ꝙ Chriſtus aſcendit in cœlũ de monte oliueti, qui fi-
gurat eminentia miſericordiæ; Chriſtus qui dr̃ vnctus, Act. 1.
eſt homo miſericors vnctus vnctione pietatis, talis a-
ſcendit in cœlum, quia homini pio reſerat aula cœleſtis
gloriæ. Et nota, ꝙ duo oſtia facit pietas in cœlo, cum ho
mo miſericors intus compatitur, & proximo extra ſub
uenit, quod optime figuratur in 3. Reg. vbi dicitur ꝙ 3. Reg. 6.
Salomon fecit in ingreſſu oraculi duo oſtiola de lignis,
quæ qdẽ ſunt duplex miſericordia. ſ. corporalis & ſpiri
tualis,

Digitized by Google

tualis,corporalis subueniendo, spiritualis compatiẽdo.
Secundo notandæ sunt meditationes,in quibus adiuua
tur misericordia, & homo misericors ad miserandum
mouetur. Vnde nota, ꝙ tria sunt quæ mouent hominẽ
ad misericordiam. Primum est naturalis conformitas.
Omnes n. vnum habemus principium, & ex vno patre
sumus geniti,& omnes sumus filij Dei:& ideo debem⁹
inuicem compati,sicut si essemus fratres germani. Vn-
Matth. 23. de dicitur in Matt. Omnes.n.vos fratres estis. Et ideo
Isaia. 58. dicitur in Isa. Cum videris nudum operi eum, & carnẽ
tuam ne despexeris. Secundum motiuum misericordię,
est propria indigentia vel necessitas,quia homo qui be
ne considerat propriam miseriam,faciliut, & libentiut
releuat alienam. Nam dicitur in Eccl. Ex te ipso intelli-
Eccle. 31. ge,quæ sunt proximi tui. Tertium motiuum pietatis,
est Christi & membrorum suorum.s.pauperum,amor,
& vnitas:adeo namq; Christus afficitur ad amorẽ pau
perum,ꝙ quicquid fit eis,reputat sibi factũ, quia dici-
Matt. 25. tur in Matt. Quod vni ex minimis meis fecistis,mihi fe
cistis. Tertio notandæ sunt operationes, quibus miseri
cordia occupatur. Et notandum, ꝙ septem sunt opera
misericordiæ corporalia,& septem spiritualia. Corpo-
ralia sunt illa,nempe,esurientem pascere, sitientem po-
tare,nudum vestire,hospitem colligere,infirmum visi-
tare,& vinctum liberare,& mortuum sepelire,septẽ spi
ritualia sunt,peccata dimittere, peccantem corrigere,
pro peccante orare,ignorantem instruere, hæsitantem
consulere vel confirmare,lugentib.consolationem præ
bere,& ad omnes afflictos,cordis compassionem habe
Matt. 26. re. Sex de istis numerãtur in Matt. Septima in Tob. Et
Apoc. 1. in figura horum dicitur in Apoc. ꝙ similis filio homi-
nis erat in medio septem candelaborum aureorum, &
habebat in dextera sua septem stellas. Filius hominis,di
citur homo pij cordis,quia secundum philosophũ pie-
tas est proprium hominis,sicut crudelitas leonis. Can-
delabra aurea signant septem opera misericordiæ corpo
ralia,quæ sunt vt aurum preciosa. Septem stellæ quæ
sunt in dextera sunt septem opera misericordię spiritua
lia,in cordis hemisperio lucentia tanq̃ sidera radiosa.

De Munditia cordis. Cap. 5.

DE munditia cordis,quæ est sexta beatitudo, est
notandum,ꝙ tria sunt quæ cordit munditiam fa
ciunt,s.lectio scripturarum, largitio eleemosyna
rum,& effusio lachrymarum. Primo lectio scripturarũ
Ioann. 15. efficit cor mundum,quia dicitur in Io. Iam vos mundi
estis propter sermonẽ,quem locutus sum vobis. Quod
figuratur eleganter per lauatorium tabernaculi vt legi
Exod. 38. tur in Exo. Et nota,quòd duo erant in lauatorio,s.spe-
culum & aqua munda:& hęc duo sunt mystice in sacra
pagina,est.n.speculum,quia peccati maculas ostendit,
& est aqua,quia maculas tergit. Secundo,facit cor mũ-
Psalm. 6. dum effusio lachrymarũ quia dicitur; Lauabo per sin-
gulas noctes lectum meũ,s.conscientiæ. Et nota,quòd
lachryma,ad hoc quòd cor sit bene mundum,debet ha
bere tria.s.quòd debet esse calida per deuotionẽ,amara
per cõtritionem, & cinerea per mortis recordationem,
sicut.n.aqua transiens per cineres facit lixiuium, quod
optime sordium est mundatiuum, sic talis lachryma
est cordis mundatiua. Tertio, fit cor mundum per elee
Luc. 11. mosynarum largitionem,quia dicitur. Date eleemosy-
nam & ecce omnia munda sunt vobis. Videmus.n.ꝙ
ad sanandum vel purgandum vulnus,non solum adhi-
bentur cauteria,immo apponuntur emplastra:cauteriũ
est correctio iustitiæ,& emplastrum, est elargitio elee-
mosynæ, Item nota, quòd sunt alia tria quæ ad cordis
munditiam disponunt,i.scopa confessionis, lima corre
ctionis & fornax affectionis. Primo igitur facit mundi
4. Reg. 5. tiam cordis scopa confessionis.i.frequenter confiteri:
quia dicitur. Lauare septies in Iordane. Lauatur autem
septies, qui septem vitia mortalia vel capitalia humili-
ter confitetur quia tunc cor mundatur & sanctificatur.
Nam dicitur Facta est iudea sanctificatio eius, Iudæa Psal. 113
interpretatur confessio,ipsa.n.est cordis sanctificatio.
Et nota quòd in sacro eloquio valde sæpe adiungitur
decor & pulchritudo. Et in figura huius, ꝙ scopa con-
fessionum,summe deponit ad mundi iam cordis dici- Psal. 130.
tur. Confessionem & decorem induisti. Et iterum. Con Psalm. 95
fessio & pulchritudo in conspectu eius, & sic de alijs.
Secundo multum disponit ad munditiam cordis lima
correctionis. Nam sicut lima mundat ferrum a rubigi-
ne,sic correctio cor a labe. Vnde ait Gre. Ille solus ami
cus erit,qui in aduentum districti iudicis, maculas suæ
mentis tergit. Sed nota ꝙ quidam sunt adeo miseri, ꝙ
vnde deberent mundari,sordidantur. De talib. dicitur Psalm. 88
Destruxisti eum ab emundatione. Tertio, munditiam
cordis facit fornax tribulationis. Nam sicut fornax red
dit aurum purum,sic tribulatio facit cordit munditiã, Hier. 12.
iuxta illud. Probasti cor meum tecum. Sed sunt quidã,
qui ab igne tribulationis non mundantur,sed vruntur,
tales non sunt aurum,sed scoria; non granum, sed pa-
lea non oleum,sed amurca,vnde multum possunt for-
midare de illo verbo euangelij. Paleas autem comburet Luc. 3.
igni extinguibili. Sicut.n. videmus,quia cõfricatio pan
ni asperi facit,& conseruat munditiã scyphi, sic tribula
tio & carnis maceratio facit munditiam animi. Exem-
plum de Ioanne Baptista,qui habebat vestimentum de
pillis camelorum,vt habetur in Matt. Sciebat.n.ꝙ aspe Matth. 3.
ra faciebant cor mũdum. Item nota,ꝙ cor efficitur mũ
dum ab omni peccato, specialiter & præcipue triplici
baptismo,s.fluminis,flaminis, & sanguinis: Baptismo
fluminis mundantur infantes,baptismo flaminis mun-
dantur pœnitentes,baptismo sanguinis mundãtur mar
tyres,quando scilicet sacramentum volunt, & non pos
sunt habere. Et iste triplex modus mundandi figuratur
per illa tria,quibus fiebat munditia in veteri lege, fie-
bat.n.per tria,s.per aquã expiationis, vt dicitur in Exo. Exod. 29.
per effusionem sanguinis,vt dicitur ad Heb.per vnguẽ Hebr. 9.
tum vnctionis, vt dicitur in Exod. Ablutio vero,quæ Exod. 30
fiebat per aquas, significat mundationem, quæ fit per
solam gratiam. Expiatio,quæ fiebat per sanguinem,si
gnificat martyrium vel carnis mortificationem. San-
ctificatio,quæ fiebat per vnguenti vnctionem, figurat
martyrum perfectionem. Et nota, quòd in illo tertio
modo,sanctificabatur solus Aaron & filij eius, in quo
intelligitur,quòd clerici,& religiosi debent esse mundi
ficati excellenter vnctione Spiritussancti. Item nota q̃d
quinque erant, ex quibus conficiebatur vnguentum
vnctionis,vt dicitur in Exod.s.myrrha electa,cinamo- Exod. 30
mo,cassia,calomo,& oleo oliuarum. Prima ergo spe-
cies illius vnguenti erat myrrha pura & electa,sicut il-
la quæ sponte manat ab arbore,& est preciosior quam
illa quæ ex arboris incisione. Ista significat pœniten-
tiam,quæ fit in iuuentute, quę gratiosior est Deo,quã
illa,quæ fit in senectute. Nam caro, myrrha prius con-
dienda est vt sit purissima,antequam vermibus sit con
sumpta. Contra fatuitatem multorum, qui myrrha pœ
nitentiæ nolunt se vngere, donec toti putruerunt ver-
mibus peccatorum vel vitiorum. Secunda species illius
vnguenti erat cinamomum,quæ est cinerei coloris, &
cum frangitur, emittit quandam nebulam spiramenti
redolentis etiam visibilis, vt dicit gloss. super 30. capit.
Exod. Quod figurat humilitatem, quæ debet esse in
clericis & religiosis,de quibus manare debet visibiliter
spiramentum odoris, idest redolentia humilitatis, per
exemplum ædificationis. Tertia species illius vnguen-
ti erat cassia,quæ crescit in aquis, & figurat fidem Ec-
clesiæ,quæ ex aquis sacræ scripturæ proficit,in quo in-
telligitur,quòd fides innititur scripturę,non rationi hu
manæ, quia vt dicit Ambr. In his quæ fidei sunt, pisca
toribus creditur non dialecticis. Quarta species illius
vnguenti

Digitized by Google

vnguenti erat calamus. Est autem calamus (vt dicit gl. vbi supra) Arbor aromatica, crescens in libano, cuius cortex facit quendam sonum, & significat in clericis & religiosis officium ecclesiasticum, quod instar calami, debet esse aromaticum per deuotionem, & sonorū, per diuinæ laudis expressionem. Quinta species illius vnguenti erat oleum oliuarum, & significat dulcedinem compassionis, quę debet abundare in clericis, & religiosis, quia sicut oculus est lachrymabilior, & tenerior, & passibilior cæteris membris, sic prælati & clerici, & religiosi, qui sunt oculi Ecclesiæ, debent esse præ cæteris teneri in compassione, lachrymabiles pietate. De hoc habemus exemplum in Christo, qui valde pronus erat ad lachrymandum, & quem misericordia traxit de cœlis
Psalm. 44. in mundum. Vnde dicitur. Propterea vnxit te Deus oleo lætitiæ, præ consortibus tuis.

De Pace. Cap. 6.

De pace quæ est septima beatitudo, notanda sunt tria, scilicet quæ sunt pacis præconia, quæ sunt pacis subsidia, & quę sunt pacis contraria. Primo notanda sunt pacis præconia. Vnde nota, quòd tria sūt præconia pacis. Nam pax est cœli linguagium, Christi encænium, & Dei vestigium. Est igitur pax cœli linguagium, cuius signum est triplex, q̃a Christus illud idio-
Ioann. 20. ma loquebatur, qui venit de cęlo. Dixit.n. Apost. Pax vobis. post resurrectionem, quando erat immortalis, vt habetur in Io. Tale linguagium etiam locuti sunt An-
Luc. 2. geli qui sunt cęli ciues. Dixerunt.n. in ortu Christi. Glo
Matt. 10. ria in excelsis Deo, & in terra pax. Tale etiam idioma
Luc. 9. loquebantur discipuli, quia dictum erat eis a Christo, In quancunq; domum intraueritis, dicite pax huic domui. Secundo pax est encænium Christi, & preciosius inter omnia alia iocalia. Cuius causa est, quia istud preciosum iocale legauit Christus Apostolis in morte. Amici nanque amicis dant & legant magis preciosa in fine. Et nota, quòd Christus dedit pacem discipulis suis & amicis, triplici iure. s. iure donationis inter viuos, iure vltimi testamenti, iure codicillorum, iure donationis & testamenti dedit pacem, quando dixit. Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis: iure codicillorum, quando post resurrectionem, quasi firmando te-
Ioan. 14. stamentum, dixit. Pax vobis. Tertio pax est vestigium
Ioann. 20. Dei, & certissima semita. De qua dicitur. Omnes semi-
Prouer. 3. tæ illius pacificæ. Et nota, quòd huiusmodi viæ diuinæ sunt tres dietæ, vel semitæ, scilicet pax interna, quæ dicitur pax pectoris. pax externa, quę dicitur pax temporis, & pax superna, dicitur pax æternitatis. De dieta pacis internę dicitur. Pax Christi exultet in cordibus vestris. De dieta pacis æternæ dicitur. Si fieri potest quantum
Col. 3.
Rom. 12. ex vobis est cum omnibus pacem habentes. De dieta
Isaia 32. pacis supernæ dicitur. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Vnde nota tria pacis subsidia, & ad pacem ducentia, vel inducentia, scilicet cōformitas, humilitas, & tranquillitas. Cōformitas cum Deo, humilitas cum proximo, & tranquillitas in seipso. Primo ergo iuuat ad pacem habendam, conformitas voluntatis nostræ ad voluntatem diuinam, sicut.n. semper est in guerra, qui nititur Regi resistere, cui non potest aliquatenus præualere, sic continua pace gaudet, qui voluntatem suam voluntati diuinæ conformare studet, cui nihil va
Iob. 9. let resistere. Ideo dicitur. Quis resistit ei, & pacem habuit? quasi diceret, nullus. Secundo iuuat ad pacem habendam, cum quis habet veram humilitatem. Nam vulgo dicitur, duo grossi in vno sacco non possunt bene capi, & per contrarium humilitas facit mentes modicas, & graciles, & per consequens ad inuicem capa-
Ephes. 4. ces. Vnde dicit Apost. Solicite seruate vnitatem spiritus in vinculo pacis. Tertio iuuat bonum pacis tranquillitas mentis, sicut in lecto spinoso nullus posset bene pausare, sic cor inquietum non potest veram pa- Psalm. 4.
cem habere. Et econuerso sicut homo bene pausat in Psalm. 75.
molli culcitra, sic Deus quiescit in mente tranquilla. Psalm. 30.
Vnde dicitur. In pace in idipsum dormiam, & requiescam. Et rursus. In pace factus est locus eius. Et iterū. Mansueti hæreditabunt terram. Et ibidem in multis locis patet. Tertio notanda sunt pacis contraria. Vnde nota, quòd triplex est pax mala, quæ est veræ paci contraria, scilicet pax inquinata, pax simulata, & pax inordinata. Primo ergo, est verę paci contraria pax inquinata, & dicitur pax inquinata, quando corda sunt ad malum concordia, talem pacem habuit Pilatus cum Herode, q̃ cū essent ante inimici, facti sunt in morte Christi
amici, vt dicitur in Luc. De tali pace dicitur. Zelaui su- Luc. 23.
per iniquos, pacem peccatorum videns. Secundo est ve- Psalm. 71.
ræ paci aduersa pax simulata, qualis fuit simulatoris Iude, qui osculatus est Christum in signum pacis, & tradidit ipsum Iudæis, vt dicitur in Matth. De tali pace dici-
tur. Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala au Matt. 26.
tem in cordibus eorum. Tertio & vltimo, est pax inor- Psalm. 27.
dinata, quando maior obedit minori, vt prelatus inferiori, vel ratio sensualitati, talis pax est deterior, quam guerra. Talem pacem habuit Adam cū Eua vxore sua, qui obediuit vxori suę, quę erat sibi potius ad obediēdum, & ad regendum commissa. Noluit.n. contristare delitias suas, vt dicit magister historiarum. De tali pace di-
cit Saluator. Non veni pacem mittere in terram, sed gla Matth. 10.
dium. Item nota, quòd quadruplex bellum in scriptura distinguitur, quod paci aduersatur, & per pacem sedatur, bellum.n. est inter carnem & spiritum, quod pacificat penitentia, bellum est inter hominem & Deū, quod pacificat iustitia, bellum etiam fuit inter hominem & Angelum, q̃ pacificauit filij incarnatio benedicta, & bellum est inter hominem & proximū suum, quod pacificat patientia, & quia pax est ita fructuosa & necessa-
ria, ideo ad eam obtinendam, docet nos orare Prophe- Psal. 121.
ta dicens. Rogate quę ad pacem sunt Hierusalem.

De Patientia. Cap. 7.

De patientia, quę est octaua & vltima beatitudo, notanda sunt specialiter quatuor, scilicet patientię testimonia, patientię beneficia, patientię exercitia, & patientiæ adiutoria. Patientię igitur testimonia, & laudes eius. Primo sunt tria notanda, scilicet quia est prudentissima, strenuissima, & nobilissima: prudentissima ad regendum, strenuissima ad bellandum, & nobilissima ad regnandum. Primo igitur patientia est ad regendum prudētissima. Et nota, quòd in tribus patet hominis patientia prudentis. s. acquirendo, conseruando, & multiplicando. Prudens. n. facit soluere omnia debita sua de his, quę nihil videntur valere. s. de malis pęnę, quę sustinet, vt Deus remittat sibi debitum culpę, & soluendo nihil expendit de suo, immo de his, quæ accepit ab initio, sicut de opprobrijs & contumelijs, soluit quæcunque & quicquid debet Deo, & cum alienis se retinendo, scit acquirere gratiam in præsenti & gloriam in futuro. Et ideo dicitur ab Aquilone au-
rum venit, quod patiens acquirit in tribulatione. Item Iob. 37.
patientis prudentia patet in conseruando: quia cum perdit bona temporalia, retinet & claudit bona spiritualia, econtrario facit qui patientiam non habet, qui cum amittit bona exteriora, effundit æterna, & bona interiora, & sic auget capitale diaboli, respondendo ad verba, & ad contumelias inimici: & associat hostem suum, ne forte vadat solus in infernum. Male igitur, qui impatiens est, custodit diuitias suas, qui cum aliquis per-
dit, etiam residuum effundit. Ideo dicitur. Qui impa- Prou. 19.
tiens est, sustinebit damnum. Prudentia etiam patientis patet in multiplicando, quia sputa & opprobria scit muta-

Digitized by Google

mutare in aurum & argentum, & lapides preciosos, ipse.n.ad modum vrsi verberibus impinguatur, & instar salamandræ, igne tribulationis fouetur, & sicut assinus pungitiuis pascitur, sicut strutio comedit ferrum & omnia dura, sicut piscis marinus crescit in aqua salsa & amara.i.tribulationib.& passionibus, & titam scit in
Psal. 128. negocio habere industriā, vt per hostes tuos faciat sibi fabricare coronam, dicente Psal. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. Magna est igitur prudentia patientis, q tam prudenter scit acquirere, conseruare, & multiplicare bona sua. Secundo patientia est ad bel-
Prou. 16. landum strenuissima, quia ait Sap. Melior est patiens viro forti, & nota, quòd strenuitas patientis patet in tribus.i.si attendas purgantis animum, pugnandi modū, & pugnandi scutum. Primo ergo patiens habet animū valde strenuum, quia plus vult pugnare, quam pausare. Gloriosius & generosius est militi, stare in bello, quam in balneo, esse in campo cum rege, quam in lecto cum muliere, certare in pugna quam delectari in mensa, & portare arma regis, quam fimbrias mulieris. Vn-
Galat. 6. de dicit Apost. Ego.n. stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Secundo patiens habet in pugnando modum valde strenuum. Ipse.n. sine fuga euadit, sine ictu teli recedit, sine repercussione vincit, & adeo est in pugnando strenuus, q contra hostem non leuat festucam
Psalm. 75. de terra: vt ait Psalm. Confregit potentias, arcum scutum, gladium, & bellum. Tertio patiens in pugna habet nobilissimum scutum. Et nota, quòd scutum patientiæ debet esse triangulum, in inferiori. enim angulo de-
Tren. 3. bet esse timor supplicij, in dextro amor proximi, in si-
1.Pet. 4. nistro passio Christi. Iuxta illud. Dabis eis scutum cordis laborem tuum. Et iuxta illud. Christo igitur in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini, & hoc scutum sustinet omnia tela, & specialiter tria, scilicet dānum rerum, molestias corporum, & contumelias verborū. Cū hoc scuto hō se conforma t voluntati Dñi correctiones eius sustinēdo, vincit diabolū, eius tētationes euadēdo, sanctificat semetipsū, carnis afflictiones, & pas-
Hebr. 12. siones corporis tolerādo. De strenuitate patiētis dicit Apost. Per patientiā curramus ad propositū nobis terminum. Tertio patientia est ad regnandū nobilissima,
Matth. 5. quia dicitur. Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum. Et nota, quòd homo pacificus potest dici Rex, præcipue propter tria.s.quia regali dominio omnibus dominatur, quia ad regale prandium inuitatur, & quia sibi regale ferculum ministratur. Primo.n. homo patiens rex dicitur, quia habet regale dominium in omnibus. Nam patienti seruiunt omnia, quæ alijs sunt nociua, vt sterilitas agrorum quæ implet sibi cellarium, hostes fabricant sibi coronam, febres parant, & medicinā, mors aperit sibi carcerem ad euadendum miseriam, ignis, qui domos incendit alijs, sibi confert pabulum, vel constituit in cęlis palatium, & sic verificatur illud Apostoli.
Rom. 8. Scimus quoniam diligentib. Deum omnia cooperantur in bonum. Secundo patiens inuitatur a Deo ad regale prandium, & non solum inuitatur, sed etiam trahitur, nec solum trahitur, imo vellis eius vt veniat, lacera tur: vnde nota, q triplex est signum, q inuitans ex corde inuitet amicum, s.trahendo, vocando, & rumpendo. Magnum signum est, quando efficaciter eum inuitat, siue vocat per prędicatoris verbum, alios per tactum inspirationis: sed p.tientes, quos summe diligit, per supturam tribulationis, vnde dicit. Compelle eos intrare.i.pa-
Luc. 14. tientes vocando, trahendo, & rumpendo. Tertio patienti ministratur regale prandium, vel ferculum. Talia nāque fercula gustauit Christus, qui est rex regū, s.tribulationes, persecutiones, periuria, paupertates, dolores, &
Matt. 20. passionem & mortem. Vnde dicit filijs Zebedæi. Potestis bibere calicem quem ego bibitur' sum? &c. Et sicut magna incurialitas reputatur, cum quis respuit scyphū, quem Rex mittit ad bibendum post ipsum, sic magna ingratitudo est, calicem tribulationis respuere, quem amore nostri, Christus voluit primo gustare, imo sicut vinum, q dese est forte & durum, transeundo per gario philos, & species aromaticas, efficitur nectar dulcissimum, sic tribulationes mundi dulcescunt, si per memoriam passionis Christi transeant, vnde dicit sponsa. Da- Cant. 8.
bo tibi poculum ex vino condito. Vinum conditum ad literam dicitur nectar, & significat vinum mundanę tribulationis, conditum dulciter, dulci memoria passionis Christi, quod nobis concedat ipse Dei filius, qui est benedictus in sæcula, Amen.

TITVLVS OCTAVVS ET DIETA OCTAVA.

De Duodecim fructibus spiritus.

POST tractatum de beatitudinib. Sequitur tractatus de fructib. spiritus, & ista est octaua dieta salutis. s.a beatitudinib.ad fructus spiritus peruenire, quia beatitudines faciunt operari, vel ambulare simpliciter & perfecte, fructus autem suauiter, & delitiose. Sunt isti fructus spi- Gal. 5.
ritus 12. quos enumerat Apo. Fructus autē spiritus est charitas, gaudium, pax, patiētia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, & castitas. Primo igitur inter istos fructus, dicendum esset de charitate, sed quia in tractatu de virtutibus, cap. 2. Titu. 5. de ipsa dictum est, ideo hic nihil ad præsens est dicendum.

De Gaudio spirituali. Cap. 1.

SEcundo loco post fructum charitatis dicendum est de fructu gaudij spiritualis. De quo dicenda sūt pauca, & specialiter tria. Primo qualiter spirituale gaudium est a mundi gaudio separatum, secundo qualiter est a cœli gaudio deriuatum. Tertio qualiter est a cœlesti gaudio pigmentatum. Primo igitur, gaudium spirituale est a mundi gaudio separatum, & distinctum. Vnde sciendum est, q quatuor sunt differentiæ inter spirituale gaudium & mundanum. Prima differentia est puritas & impuritas. Gaudium.n. spirituale est purissimū, & ideo fortius est ad inebriandum, & diligendum Deum, sicut videmus, quòd vinum purum citius inebriat, quam limphatum. Istud vinum spiritualis gaudij fit de botro cipri.i.de sanguine Christi, expresso in cru cis torculari, sicut dicitur. Botrus cipri dilectus meus Cant. 1.
mihi. Gaudium vero mundanum, sicut vinum cum aqua mixtum ad inebriandum debilissimum, & insipidum, De quo dicitur. Vinum tuum mixtum est aqua. Isa. 1.
Quia (vt dicit Boetius) Dulcedo fœlicitatis humanæ, multis amaritudinib. est respersa. Et notandum, q gaudium humanum cum duob. est ammixtum. s. cum remorsu conscientiæ, & solicitudine cruciante. Remorsus conscientiæ est sicut infirmitas, q dicitur regius morb. quæ rodit carnem, & est magnarum expensarum, vnde dicitur regius, quia oportet, q ex gallinis, & alijs delicatis carnibus, morbus ille pascatur, quę super locum morbi ponuntur, ne caro totaliter consumatur, quantū cunc. tamen caro pascatur, tā plus consumitur a morbo, q sustentetur a fomento. Ita in gaudio mundi plus cruciat remorsus conscientiæ, quam delectet dulcedo iucunditatis transitoriæ & mundanæ. Secundum gaudium mundanum est mixtum cum solicitudine cruciante.

Solici-

Solicitudo.n.auget cruciatum, quia(vt dicit Bernard.) Diuitiæ mundanæ cum labore acquiruntur, cum timore possidentur, & cum dolore amittuntur.

Vnde versus.

Diues diuitias non congregat absq; labore,
Non tenet absq; metu, non desinit absq; dolore.

Secunda differentia spiritualis gaudij est continuitas & discontinuitas. Spirituale gaudium est continuum & securum. Prou. 15. Vnde dicitur. Secura mens quasi iuge conuiuiũ. Gaudium vero mundanum est breue & transitorium, Iob. 20. quia vt dicitur. Gaudium hypocritæ instar puncti. Hypocrita dicitur iste mundus, quia hypocrita licet interius sit corruptus, exterius tamen apparet bonus & mũdus, in veritate malus, & fœtidus interius, exterius tamẽ est floridus & venustus, et ideo gaudium eius est solum quasi punctus, instar puncti, non habens longitudinẽ perseuerantiæ, nec latitudinem amicitię, nec profunditatem bonæ conscientiæ; sicut punctus, qui caret longitudine, q̃ habet linea latitudine, q̃ hẽt superficies, & profunditate, quam habet corpus. Tertia differentia spiritualis gaudij & mũdani, est dignitas & indignitas. Phil. 4. Gaudium.n.spirituale est de reb⁹ valde dignis, quia de Deo præcipue, & de rebus diuinis. Vnde dicit Apo. Gaudete in Domino semper, &c. Gaudium vero mundi est de rebus indignis, & præcipue, sicut de voluptate carnis, de qua dicit Seneca. Voluptas est membrorum vilium, & turpium ministratio, veniens ex exitu fętido. Et Augu. dicit, ꝙ sęculi lætitia est impunita nequitia, videlicet luxuriari, in spectaculum vagari, ebriositate impinguãti, turpitudine fętere, & mali nihil pati. De quo gaudio Prouer. 3. turpissimo dicitur. Stultorum exultatio ignominia. Quarta differentia spiritualis gaudij mundani, est salubritas & noxietas. Gaudium.n.spirituale est salubre & studiosum tripliciter, quia facit carnem despicere. Fugato.n.spiritu delipit omnis caro, vt ait Aug. Secundo facit diabolum vincere, quia(vt dicebat S. Antonius) Vnica ratio vincendi diabolum est lætitia spiritualis. Tertio facit mundum contemnere, quia nemo potest duobus dominis seruire, vt habetur in Luc. Luc. 16. Ideo q gaudet de deo, tristatur de mundo. Tertio spirituale gaudium est a cęlesti gaudio deriuatum.i.donis cœlestibus. vnde notandum est, ꝙ quinq; sunt bona cœlestia, a quibus est spirituale gaudium deriuatum.f.spiritualis puritas, spiritualis tranquillitas, spiritualis sanitas, spiritualis libertas, & spiritualis conformitas. Primum a quo causatur spirituale gaudium est spiritualis puritas. Animus n.generosus libentius quiescit in lecto conscientiæ, quã do est mundus, quam quando est immundus. Nam naturaliter homo appetit munditiam, & abhorret immũditiam. Cant. 1. Propterea dicit spõsa. Lectulus noster floridus. Secundum a quo causatur spirituale gaudium, est spiritualis sanitas, sicut videmus, ꝙ naturaliter non est gaudium, si corpus est infirmum, Prouer. 16. vnde dicitur. Dulcedo animæ est sanitas ossium.i.virium animæ. Et alibi. Eccles. 30. Non est census, super censum salutis corporis, non est oblectamentum, super cordis gaudium. Tertium a quo deriuatur spirituale gaudium, est spiritualis libertas. Peccator enim est sicut homo captus & ligatus, ad bene operandum ineptus. Prouer. 5. vnde dicitur. Iniquitates suæ capiũt impium, 2. Cor. 3. sed adueniente spiritusancto, libertas causatur in anima. Iuxta illud Apost. Vbi spiritus Domini, ibi libertas. Quartum a quo spirituale gaudium causatur, est spiritualis tranquillitas. Itaque in hoc mundano gaudio sunt diuersarum cogitationum tumultus & diuersarum affectionum cruciatus, & conscientiæ remorsus. Quidam vero cruciantur cupiditate in acquirẽdo. Quidam timore in custodiendo. Quiddam dolore in amittendo. Illo gaudio humano, quidam cruciantur ira, quidam inuidia, sed animus spirituali gaudio plenus qetus est, & iucundus, quasi quidam lectus mollissimus. Videmus.n.ꝙ in lecto molli, & quieto libentius homo quiescit, quam in lecto spinoso. Iste est lectus floridus, Cant. 1. in quo quiescit sponsus, & sponsa, vt dicitur in Cantic. De ista quiete gaudij spiritualis dicit Greg. Sancti nihil huius mundi appetunt, nullis cordis tumultibus cõprimuntur. Et Aug. dicit, ꝙ qui biberit de flumine paradisi, cuius vna gutta est maior Oceano, restat ꝙ in eo sitis huius mundi extincta sit. Quintum a quo causatur spirituale gaudium. Est spiritualis conformitas. f.cum voluntate Dei, quia cum voluntas humana, voluntati diuinæ conformatur, nihil ei impugnat, & sic voluntas Dei in omnibus impletur. Iuxta illud. Psal. 113. Omnia quæcũq; voluit fecit. Hæc autem maior dilectio, & maius gaudium est, ꝙ possit etiam omnia ad nutum habere, & nihil ei repugnare. Etiam ignis gehennæ facilis esset, si voluntas illum acceptaret. Qui igitur sunt voluntati diuinæ conformes, sunt quasi Dij, suæ voluntatis compotẽtes. Exemplum de quodam sancto patre, qui sciebat flere, quandocunq; volebat. Tertio & vltimo spirituale gaudium est a cęlesti gaudio pigmentatum; conficitur n.instar nectaris, specieb. cęlestib. & gariophilis. Vnde notandum est deuote & diligenter, ꝙ triplex est genus nectaris. f.nectar dominicæ passionis, nectar virtuosæ operationis, & nectar æternæ fruitionis, vel fęlicitatis. Primum est nectar dominicæ passionis, quod est dulcissimum, & animæ deuotę inebriatiuum. Et notandum, ꝙ in hoc nectare benedicto, quatuor apponuntur. f.vinum illud myrrhatum, quo Christus fuit potatus: pro gariophilis sunt claui positi, quibus Christus fuit cõfossus: pro cynamomo est lignum crucis, in quo fuit suspẽsus: pro zucaro est ibi dulcissima charitas & misericordia, quia ꝓ nobis tractatus fuit, passus & mortuus. De isto nectare dicit sponsa. Cant. 8. Dabo tibi poculum ex vino condito. Secundum nectar, est virtuosæ operationis: habet pro vino charitatem Dei, & proximi, & pro gariophilis, clauos pungitiuos confessionis peccati: pro cynamomo planctum ostensiuum recognitionis peccati: ꝓ zucaro, habet dulcedinem pietatis, & boni operis. Cant. 5. De isto nectare dicit sponsa. Bibi vinum meum cum lacte meo. Vinum est dulce, & lac est mũdum, quia bona voluntas habet ista duo. f.dulcedinem veritatis, vel pietatis, & gratię, & munditiam conscientiæ. De isto gaudio dicitur. Non est oblectamentum super cordis gaudiũ. Tertium est nectar æternæ fruitionis, vel fęlicitatis, qđ angelicum & iucundissimum est, & ideo facit beatos continue cantare. Eccles. 30. Sanctus, Sanctus Sanctus Dominus Deus sabaoth, &c. Sicut videmus ꝙ nectar in cõuiuijs, facit conuiuas choreas ducere & cantare, sic &c. Istud nectar conficitur ex quatuor. Habet.n.pro vino, puritatem diuinæ visionis, pro gariophilis, habet venustatem dominicæ passionis, pro cynamomo habet firmitatem æternæ donationis, vel fruitionis, pro zucaro, vel pro melle, habet dulcedinem, vel suauitatem æternæ fruitionis. Cant. 5. De isto nectare dicitur. Bibite & inebriamini amici mei charissimi. Istud est spirituale gaudium, a cęlesti gaudio pigmentatum, de quo dicitur. Matth. 25. Intra in gaudium Domini tui, &c. Tertius fructus, est fructus pacis, sed quia de isto fructu tractatum est in beatitudine septima ca. 6. Tit. 7. ideo de ipso nihil amplius est hic dicendum. Quartus fructus est patientia. De qua similiter dictum est in tractatu de beatitudinibus, cum dicebatur de octaua beatitudine. cap. 7. Tit. 7.

De Longanimitate. Cap. 2.

QVintus fructus est longanimitas, vel perseuerãtia, de qua etiam notanda sunt tria. primum est, quam laudabiliter commendatur, secundum est, quam efficaciter operatur, & tertium est, quam singulariter coronatur. Primo igitur commendatur perseuerantia, quia Deus perseuerauit quousq; fecit opus suæ creationis, Genes. 2. Iuxta illud. Compleuit Deus die septimo opus quod fecerat,

cerat,Christus perseuerauit,quousq; perfecit opus no-
Ioann. 17. stræ redemptionis,quia dicitur.Opus consummaui, qđ
dedisti mihi vt faciam,Sancti perseuerauerunt quousq;
perfecerunt opus suæ perfectionis.'In quorum persona
dicit Apost.Bonum certamen certaui, cursum consum
maui,fidem seruaui.Secundo perseuerantia operatur ef
ficaciter.Vnde notandum, ꝙ triplex est perseuerantiæ
effectus,nam perseuerantia perficit inchoata, impetrat
postulata,& stabilitat acquisita.Primo igitur perseue-
rantia perficit inchoata,& nihil imperfectum relinquit
etiam si robur deficit,sicut vidimus,ꝙ mulierculæ quã
tumcunq; senilis ætatis laborando & perseuerando, &
continuando,perficiunt laborem suæ peregrinationis,
& sicut videmus,ꝙ natura continue operando,ex mo-
dica radice, vel nuce, facit arborem miræ celsitudinis,
& sicut videmus,ꝙ gutta aquæ, quamuis sit res valde
mollis,continue cadendo,cauat lapidem robustæ solidi
Iudic. 8. tatis.Et ideo dicitur.Nolite negligere,nolite cessare.Se
cundo perseuerantia impetrat postulata, sicut Maria
Magdalena perseuerando vidit resurrectionem Chri-
sti,sicut Apost.perseuerando in oratione, acceperunt
Act. 2. donum Spiritussancti,vt dicitur in Act. Apostolorum.
Luc. 11. Et propterea dicitur.Si perseuerauerit pulsans, & si nõ
dabit ei surgẽs, eo ꝙ amicus eius sit,pp improbitatẽ tñ
eius surget,& dabit ei quotquot habet necessarios.Ter
tio,perseuerantia seruat acquisita,sic videmus, ꝙ ignis
seruatur,contigue ministrando ligna.Et propterea di-
cit Aug.perseuerantia est magnum donum Dei,quodo
na conseruantur.Quarto,perseuerantia coronatur sin-
gulariter, vnde ait Bern. Quòd aliæ virtutes coronam
merentur,sed sola perseuerantia coronatur. Et notan-
dum,ꝙ in scriptura quadruplex inuenitur, & laudatur
Psalm. 8. corona. Est.n.corona pudicitiæ virginalis, & hæc est
florea,& debetur virginib.vnde dicitur.Gloria & ho-
nore coronasti eum,ꝙ dicitur de sponso virginum. Se-
Eccles.45. cunda corona sapientiæ magistralis, & hæc aurea est,
quæ debetur doctorib,iuxta illud.Corona aurea super
mitram eius.Tertia corona est perseuerantia triumpha
lis,& hæc est gemma,quæ debetur martyribus,& om-
Psalm. 20. nibus perseuerantibus,secundum illud.Posuisti Domi
ne in capite eius coronam de lapide precioso. Et Apos.
1. Cor.9. ait.Omnis.n.qui in agone contendit, ab omnibus se ab
stinet,& illi quidem,vt corruptibilem coronã acipiant,
nos autem incorruptam.Quarta corona est gloriæ im-
mortalis,& hæc est stella,quæ debetur fęlicib. iuxta il-
Apoc. 12. lud.In capite eius corona 12.stellarum. Corona stellæ,
est fœlicitas æterna,de qua dicetur infra in vltima die-
ta,vbi tangetur de gloria paradisi.Hac corona coronã-
Matt. 10. tur perseuerantes,quia(vt dicit Saluator.) Qui perseue
rauerit vsq; in finem,saluus erit.Sextus fructus est fru-
ctus bonitatis.De isto fructu actum est in tractatu de
beatitudinibus.in cap.de misericordia Tit.7.cap.4.&
ideo de ipso nihil est dicendum,nisi ꝙ quatuor sunt de
quibus bonitas prædicatur.Est.n. bonitas naturæ con
gregantis,fortunæ adornantis, gratiæ reformantis, &
Gene. 2. gloriæ quietantis.De quib.dicitur.Vidit Deus cuncta
quæ fecerat.s.bona naturæ,bona fortunæ, bona gratię,
bona gloriæ:& erant valde bona.

De Benignitate. Cap. 3.

SEptimus fructus,est fructus benignitatis. De isto
fructu,similiter dictum est in tractatu de beatitu-
dinibus,in capitulo de misericordia,& ideo nihil
ad pręsens dicendum est de ipso,nisi ꝙ quatuor sunt q̃
ad benignitatem nos inducunt.s.pceptum,ꝙ inducitur,
vel imponitur,exemplũ quòd proponitur, supplicium
quod euaditur,& stipendium,vel præmium, ꝙ acquiri
tur. Primo debet nos mouere ad benignitatem præce-
Luc. 6. ptum,quòd a Christo inducitur, vel imponitur. Vnde
dicitur. Estote misericordes,sicut pater vester miseri-
cors est.Secundo debet nos mouere exemplum, quod
ab ipso proponitur de Samaritano. Tertio debet nos Matt. 2
mouere supplicium inferni,quod euaditur. Quia iudi-
cium sine misericordia fiet illi, qui non fecerunt miseri Iaco. 2.
cordiam.Quarto mouet nos præmium,quod in cęlo ac
quiritur,Vnde dicitur.Beati misericordes,quoniã,&c. Matth. 5

De mansuetudine. Cap. 4.

OCtauus fructus, est fructus mansuetudinis, de
quo supra dictum est in tractatu de beatitudini-
bus,in c.2.de mititate,c.2.Tit.7. ideo de ipsa pa
rum est,hic dicendum. Et breuiter est notandum, ꝙ
mansueti clarius informantur,rarius impugnantur, al-
tius eleuantur,& amplius venerantur.Primo igitur mã
sueti clarius informantur. Exemplũ de discipulis,vnde
Iac.in c.sua dicit.In mansuetudine suscipite insitũ ver- Iac. 1.
bum.Secũdo mansueti rarius impugnantur. Sicut.n.vi
demus communiter,ꝙ non impugnantur nisi castra al
ta,& altius eleuata,sic etiã videmus,quòd leo, & canis
non inuadunt hominem,si inueniant ipsum iacentẽ,vel
sedentem supra terram,vnde dicitur.Mansueti hæredi- Psalm. 36.
tabunt terram,& delectabuntur in multitudine pacis.
Tertio altius eleuatur,sicut patet de Christo, qui venit Matt. 21.
ad nos mansuetus.Sicut patet de beata Virgine,& mul
tis alijs vnde dicitur.Exurget in iudicio Deus,vt saluet Psalm. 75.
omnes mansuetos terrę.Quarto mansueti amplius ho-
norantur.Exemplum habemus a Christo, qui ait.Re- Luc. 14.
cũbe in nouissimo,&c.& Dauid.Suscipiens Dominus Psal. 146.
mans.&c.

De Fide. Cap. 5.

NOnus fructus est fides, de qua dictũ est in tracta-
tu de virtutibus,in c.de fide,c.3.Tit.5.& ideo ni
hil aliud est hic dicendum,nisi quòd fides est sicut fun
damentum ad sustinendum,sicut armatura ad euaden-
dum,sicut argumentum ad concludendum,& sicut in-
strumentum ad ascendendum.Primo igitur fides est si-
cut fundamentum ad sustinendum.Sicut.n.videmus,
quod natura,quãdo vult producere plantã primo ponit
radicem,similiter qñ domificator facit domum; primo
ponit fundamẽtum.Similiter in moralib.si aliquis vel-
let ædificare bona opera,debet supponere fidem, quæ Matt. 16.
est vt petra durissima,& totius spiritualis ædificij fun- 1.Cor.3.
damentum.Et ideo dixit Dñs Petro. Super hanc petrã
ędificabo Ecclesiã meã.Et nota,quòd dixit super hãc,
quia fundamentum aliud nemo põt ponere, nisi illud
quòd positũ est,ꝙ est Christ' Iesus vt dicitur ad Cori.
Et ideo si quis ędificat,super illud fundamentum ædi-
ficet,qa ait Apo.Sine fide impossibile est placere Deo. Hebr. 11.
Secundo fides est armamentũ ad euadendũ:est.n. sicut
scutum militare.Scutum aũt militare habet superficiẽ
& tres angulos,& portatur a parte sinistra, contra ad-
uersarium,& a parte cordis ad protegendum ipsum, &
ratione signi habet repræsentare Deum: sic vera fides
catholica est ad repellendum aduersarium,cum trib.ca
teruis,ad protegẽdum animum,cum tribus potentijs,
ad confitendũ Deũ in tribus personis vnde ait Apos.In Ephe. 6.
oĩb.sumentes scutum fidei,&c.Tertio fides est sicut ar
gumentũ ad concludendũ, non sicut argumentũ diale-
cticum,quod procedit ex probabilibus,aut sicut argu-
mentũ tentatiuũ, quod procedit ex his quę videntur
probabilia & non sunt, sed est dic. argumentum apo-
dictũ. i.faciens scire. Nunquã.n. aliquis sapiens per suã
scientiam potuti peruenire ad tantã scientiam de Deo
& creaturis,ad quantam venit simplex piscator Petrus,
cum dixit. Tu es Christus filius Dei viui. Vnde per Matt. 16
istud argumentum, probatur vnitas diuinæ essentiæ,
trinitas personarum, vnitas primæ causæ, & multipli-
citas creaturarum, pietas misericordiæ, multiplicitas
gratiarum,& multa alia, Christus & eius discipuli per
istud argumentum demonstrabant.Nam per istud ar-
gumentum probatur demonstratiue illuminatio cæco-
rum,ambulatio claudorũ, auditus surdorum, locutio
mutorum,

Google

mutorum, erectio siue extẽsio aridorum, & suscitatio
Ioan.15. mortuorum. Et iõ dicebat Christus. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatũ non haberent. Et iõ volens Apost. diffinire fidẽ, ait. Fides est substãtia rerum sperandarum, argm̃ non apparentiũ.
Hebr. 11. Quarto, fides est sicut instrm̃ ad scãdendũ, videmus. n. ꝙ naturaliter oĩs res habet locum ꝓprium ad quem naturaliter tendit per suã naturam, sicut grauia habẽt locum deorsum, ad quẽ per naturam grauitatis naturaliter descendunt. Leuia aũt habẽt locum sursum, ad quem per naturã leuitatis naturaliter ascẽdunt. Homo cum sit oĩum creaturarum corporalium nobilior, hẽt locum super oĩa corpora, ad quem locum ante peccatum poterat per gratiam ascendere, quamuis nõ posset per naturam totaliter, sed ꝑꝑ peccatũm gratia fuit sibi ablata, & natura totaliter sauciata, & iõ ad hoc, ꝙ possit ad locum propriũ remeare, indiget instrõ quodã, qđ instrm̃ nullus per suam sapientiã vel vitam
Psalm.57. potuit fabricare præter Chrm̃, qui fabricatus est auroram & solem. Iõ oẽs qui saluati sunt per ministeriũ ipsius Christi, s. per fidem saluati sunt, quæ quidẽ est velut vna scala, per quã ad cęlũ ascenditur, continens 12. gradus. i. 12. articulos per Apost. declaratos, iuxta numerum. 12. cœlorũ, incipiendo ex aere qui cęlũ dr̃ vsque ad cœlum empireum, in quo duodenarius numerus terminatur. Latera aũt istius scalæ sunt diuinitas & humanitas. Ista autem scala fuit per Christũ Deum & hominem fabricata, sed nobis fuit per duodecim Apostolos reuelata. Ista est scala, quã vidit Iacob Patriarcha, cuius cacumen pertingebat ad cœlum, cui ẽt dñs erat innixus, per quam ascendebant Angeli, & de
Gen.28. scendebant. De ista scala dicit Aug. in sermone ascensionis. Ascendamus interim corde, i. fide, vt cum dies promissus aduenerit, sequamur, & corpore.

De modestia.

DEcimus fructus est modestia. De isto fructu in tractatu de temperantia cap.6. Tit.5. dictum est, & ideo ad præsens nihil est dicendum.

De continentia.

VNdecimus fructus est continentia. De isto fructu in tractatu de consiliis. in capitulo de castitate, Tit.4.c.4. similiter dictum est.

De castitate.

DVodecimus fructus est castitas. De isto fructu similiter in tractatu de consiliis dictum est. in capitulo de castitate, c.4. Titu.4. Et ideo non est amplius dicendum.

Dietæ Salutis.

TITVLVS NONVS

De generali iudicio.

De his quę ante ipsum, & in ipso iudicio agentur.

Cap. 8.

POst tractatum de fructibus spiritussancti, de generali & vltimo iudicio est dicendum. Ista est nona dieta. s. a fructibus bonorum operum, venire ad iudicium extremum. De generali iudicio quatuor spũaliter sunt notanda. s. signa quæ præmittẽtur, scripta quæ aperientur, verba quæ dicentur, & facta quæ sequentur. Signa quæ præmittentur, erunt sicut quædam peremptoria citatio. Scripta. s. libri quæ aperientur, erũt sicut quædã acta & processus, recitatio, & testiũ publicatio. Verba quæ dicentur, erũt sicut quædam sniæ ꝓmulgatio. Facta quæ sequentur, erũt sicut quædam latæ, & promulgatæ sniæ executio. Primo igitur præcedent illud iudicium, vt dr̃ in Mar. Signa sicut quædã citatio peremptoria, quę signa dicit Hier. se reperisse in Mar. 13.
historiis hæbreorum. Prima die eriget se mare quindecim cubitis super altitudinẽ montium, stans in loco suo quasi murus. Secunda die descendet, ita quod vix poterit videri. Tertia die, pisces & marinæ beluæ apparentes super mare, dabunt mugitus vsque ad cœlum. Quarta die, ardebit mare & aqua. Quinta die, herbæ & arbores dabunt florem sanguineum. Sexta die, ruẽt ædificia. Septima die, petræ adinuicem collidentur, & in octo partes scindentur, & vnaqueque pars collidet aliã, & non sciet hõ sonum illum, sed tm̃ Deus. Octauo die, fiet generalis terræ motus, qui tantus erit, vt dr̃, quod nullus hõ vel aĩal aliquod stare poterit, & in terram omnia prosternentur. Nona die, æquabitur tota terra & oẽs montes, & colles in puluerem redigentur. Decima die, exibunt hoĩes de cauernis terræ, & ibi velut amentes, nec poterunt sibi mutuo loqui. Vndecima die resurgent oĩa ossa mortuorum, & stabunt super sepulchra, omnia. n. sepulchra aperientur, vt mortui exire valeant. Duodecima die, cadent stellæ de cœlo. In hac. n. duodecima die dr̃, ꝙ animalia cũcta venient ad campos mugientia, non gustantia, nec bibentia. Tertiadecima die, morientur hoĩes viuentes, ut cum mortuis resurgant. Quartadecima die, ardebit cœlũ & terra, & superficies terræ & aeris. Quintadecima die fiet cęlum nouum, & terra noua, & resurgent mortui secũdum virtutes, merita & demerita. Ista. n. signa erunt, sicut dictum est, quædam peremptoria citatio, & terribilis cum executione sententiæ sine omni excusatione ad iudicium vocatio & præconizatio, vnde dicit Apo. Ipse Dñs in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba 1. Tim.4.
Dei descendet de cęlo. De ista terribili citatione dicit Hier. siue bibam, siue aliquid aliud faciam, sp videtur sonare illa terribilis tuba in auribus meis. Surgite mortui, venite ad iudicium. Quid faciam cum resurgam ad iudicium? Secundo in illo iudicio tremendo aperiẽtur scripta, sicut quædam acta. Et nota, quod ibi aperiuntur tria scripta solennia, & autentica, & sine omni calumnia, s. liber passionis Dominicæ, liber conscientiæ, liber vitæ. Primo aperientur quasi quædam acta. s. liber passionis Dñicæ, in quo sunt. s. crux, claui, lancea, corona spinea, & in carne Christi cicatrices, & Christi vulnera, vt dicit Chrys. & non erit tunc necessitas accusationis, cum viderit quilibet crucẽ, & ipsum Christum habentem in corpore sua testimonia passionis. Matt. 24.
Vnde dicitur. Tunc apparebit filius hoĩs in cęlo. Secũdo aperientur libri consciẽtiæ. Et nota, quod liber cõ- Sap.1.
scientiarum continebit tria capitula. s. cogitationes, quia vt dicitur. In cogitationibus impii interrogatio erit. cõtinebit ẽt verba & locutiones ociosas, vñ dic ĩ, de omni verbo ocioso qđ locutus fuerit homo, reddet ratio- Matth.12.
nem in die iudicii. Continebit ẽt liber ille facta & operationes, iuxta illud. Cuncta quę fiunt adducet Dñs Ecc.vlt.
in iudicio, pro omni errato, siue bonum, siue malũ sit. Bonum, s. omissum, & malum commissum. Tertio aperietur liber vitæ, i. Christus cuius virtute magnificabuntur secreti conscientiarum vnius ad alterum, sicut 1.Cor. 4.
dicit Apost. Nolite ante tempus iudicare, quousque ve- Apoc. 20.
niat dies Dñi, &c. De istis libris dicitur. Iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta sunt in libro secundum opera ipsorum. Tertio, in illo tremendo iudicio verba iudicis promulgabuntur, sicut sentẽtia diffinitiua. Vnde nota in ista sententia specialiter tria. Primo, causæ magnitudinem siue immensitatem, de qua exit illa sentẽtia, quia non erit pecuniæ, vel possessionis terrenæ, sed damnationis, vel saluationis æternæ, illi vero qui obtinebunt, mutabuntur ad possessionẽ hæreditatis, quia

dicitur

dicitur, Et ibunt hi in supplicium æternum, illi vero in
Matth. 25. vitam æternam. Secũdo, nota in isto iudicio auditorũ
multitudinẽ, vel curiæ solemnitatem, in cuius conspe-
ctu reprobi confundantur, totus.n. mundus congrega
bitur, oẽs Angeli de cęlo, omnes hoĩes de mundo, oẽs
diaboli de inferno, vt dicitur. Congregabũtur ante eũ
Matth. 24. oẽs gentes, Et ideo est bonum consilium cũ homine,
qui de iure suo diffidit ante diem sententię periculosæ
coram sacerdote de compositione tractare. Vnde di-
Ecc. 18. cit sapiens. Ante iudicium, para iustitiam. Tertio, in il-
lo iudicio tam tremendo vel snia tremẽda iudicis, no-
ta seueritatẽ vel inflexibilitatẽ. Vnde dicitur. Et quis
poterit cogitare diem aduentus eius, aut quis stabit ad
Malach. 3. videndum eum? Tanta nanq. erit tunc iudicis seueri-
tas, & inflexibilitas, ꝙ si beata Virgo, & oẽs Angeli, &
sancti, & sanctę genua flecterent, & cũ lachrymis ora
tent pro aliquo qui esset in mortali peccato, iudex nõ
Prou. 6. exaudiret eos, quia dicitur. zelus & furor viri non par-
cet in die iudicii, nec acquiescet cuiuscunq. precibus,
nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Quarto,
& vltimo, in isto tremendo iudicio facta statim execu
tioni dabuntur. De executione illius sententiæ nota
specia iter tria. Primo multitudinem, & potentiam mi
nistrorum, qui parati erunt ad verbum iudicis exequẽ
Matth. 13. dum, quia dicitur. In consumatione sæculi exibunt An
geli & separabunt malos de medio iustorum, & mittẽt
eos in caminum ignis, ibi erit fletus, & stridor dentiũ.
Secundò, in ista executione nota impotentiam & an-
gustiam reproborum, quia nulla erit via ad euaden-
dum. Vnde dicit Aug. O quàm angustæ erunt vndiq.
reproborũ viæ, superius erit tunc iudex iratus, inferius
chaos inferni horrendum, à dextris accusantia pecca-
ta, à sinistris infinita dęmonia ad supplicium trahen-
tia, intus cõscientia vrens foris mundus ardens, miser
peccator sic deprehensus quo fugiet? latere erit im-
Apoc. 9. possibile, apparere intolerabile, & ideo dicitur. Quod
desiderabunt homines mortem, & fugiet mors ab eis.
Tertio nota in ista executione defectum, & carentiam
omnium auxiliorum, tunc.n. Christus, qui tantum mi
sericors est, ꝙ pro peccatoribus tradidit semetipsum,
ridebit in damnatione eorũ. in cuius persona dicitur.
Prou. 1. Ego quoque in interitu vestro ridebo. Sancti etiã, qui
se pro salute omnium morti exposuerunt, non com
patientur tunc miseriæ reproborum, sed potius gau-
debunt in damnatione eorum, iuxta illud. Lætabitur
Psalm. 57. iustus, cum viderit vindictam &c. Sicut.n. nunc est tẽ
pus clementiæ, sic erit tunc tempus vltionis, & vindictę,
dicente Domino, Cum accepero tempus, ego iustitias
Psalm. 74. iudicabo. Et hæc de iudicio vltimo dicta sufficiant.

Dietæ Salutis.

TITVLVS DECIMVS

De pœnis inferni, atque gloria paradisi.

Cap. 1.

POst tractatum generalis iudicii, sequitur vide
re de pœnis inferni, & gloria paradisi. Ista
est.n. vltima dieta. s. a iudicio ad infernũ, vel
ad cœlum. Nam reprobi faciunt pessimã die
tam de iudicio ad æternum supplicium. Iusti vero fa-
ciunt optimam dietam a iudicio ad regnum æternum.
Primo igitur dicendum est de pœnis & suppliciis re-
proborũ, de quibus notanda sunt quinq; s. primò pœ
narum acerbitas, secundo pęnarum diuersitas, tertio
pœnarum diuturnitas, quarto pœnarum vniuersitas,
quinto pęnarum inutilitas. Primo igitur pœnę repro-
borum erunt acerbissimæ, & intolerabiles. Grauissi-
ma.n. pœna, quæ in hoc mundo potest tolerari, mi-
nor est pœna purgatorii, vt dicit August. in quodam
sermone, quanto magis pęna inferni? In signũ huius
vehementis doloris dicit Saluator in Euangelio. Ibi Luc. 13.
erit fletus, & stridor dentium. Secundò, pęnæ inferni
erunt diuersæ, vnde nota, ꝙ in sacra scriptura inueniũ
tur nouem pęnæ, Prima est pęna ignis. Secunda pęna
est vermis. Ignis ardebit carnem, vermis ardebit men
tem. De istis duobus simul dicitur. Vermis eorum nõ Isa. vlt.
morietur, & ignis non extinguetur. Tertia pœna est
fœtor, vt dicitur. Ignis sulphur & spiritus procellarum
pars calicis eorum, i. pœnæ eorum. Quarta pœna est
frigus quia dicitur. Transibunt ab aquis niuium, ad Psalm. 10.
calorem nimium, qui erit maxima pęna mutatio subi Iob. 24.
ta, quia natura mutationes nõ patitur repentinas, vt di
cit Ipocrates. Quinta pęna erit fames maxima, iuxta il Isa. 65.
lud. Serui mei comedent, & vos esurietis. Ibi nãq. est
tanta inopia, quòd neq; guttam aquæ poterunt habe-
re, vt legitur de diuite epulone sepulto in inferno. Luc. 16.
Vnde Gregorius, Guttam aquæ petiit, qui micã panis
Lazaro negauit. Maxima pęna erit fames, quæ ibi erit
& magis immo talis est carẽtia visionis diuinæ. Vnde
Greg. Immortalis ibi fames inficit, quia faciem suam
Saluator eis abscondit. Sexta pęna est tortor, vel po-
tius tortores, quia dicitur. Tradidit eum tortoribus do Marc. 18.
nec redderet vniuersum debitum. Septima pœna est
horror. Vnde. Vbi nullus ordo, sed sempiternus hor- Iob. 9.
ror inhabitat, & ista est maxima pęna, quia videmus
si nunc appareret nobis vnus solus diabolus, magnus
horror, & quasi intolerabilis esset, quid ergo erit tũc
cum tot horribiles apparebunt. Octaua pęna erit tene-
bra, in qua incarcerabuntur, & ligabuntur reprobi,
quia dicitur. Ligatis pedibus & manibus eius, proiici- Matth. 22.
te eum in tenebras exteriores. Et Grego. dicit in mo-
ralibus. Ignis infernalis concremationem habet & nõ
lucem. Nona pœna, & quasi principalis erit dolor,
quia in illis pœnis, non solum erit acerbitas, sed con-
trarietas. Vnde dicit Gregor. in moralibus libro no-
no. Horrendum enim erit reprobis, ibi dolor cum
formidine, flamma cum obscuritate, mors sine mor-
te, finis sine fine, defectus sine defectu, quia & mors
viuit, & finis semper incipit, & defectus deficere ne-
scit. Mors perimit, & non extinguit, & dolor cruciat, &
pauorem non fugat. Et tõ est quia cum peccator, &
Diabolus in culpa consentiant, iustum est, vt creaturę
in reproborum pœna conueniant. Et notandum,
quod a diuersis causis, ipsis reprobis inest dolor. Sunt
autem quatuor causæ doloris. Prima est, quia amise-
runt bona temporalia huius mundi. Vnde in Psal. Psalm. 48.
Cum interierit homo, non sumet omnia, nec descen-
det cum eo gloria eius. Secunda causa est, quia tem-
pus perdiderunt. Vnde. Transiit æstas, & facta est mes Hiere. 8.
sis, & non saluati sumus. Damnati namque darent li-
benter totum mundum pro vno momento temporis,
si possent habere ad pœnitendum. Tertia causa est,
quia visionem & gloriam Dei perdiderunt. Vnde di-
cit Chrysosto. quod omnes gehennæ cruciatus sunt
carentia visionis Dei. Quarta causa est, quia inferni
vilitatem & miseriam acquisierunt. Est enim locus in-
fernalis tenebrosus & penuriosus, quod erit maxima
pęna diuitibus, & hominibus voluptuosis & magna-
tibus, quia in vita habuerunt domos sine fumo, & ibi
erit fumus continuus, quia dicitur. Fumus eius in fu- Isa. 65.
rore meo. De istis pęnis dicit Ber. in sermone de nego
cio spirituali. O gehennalis regio fugienda, vbi ignis
ardens, frigus vrens, vermis immortalis, fœtor intole-
rabilis, mallei percutientes, tenebræ palpabiles, confu-
sio peccatorum, nodatio vinculorum, horribiles fa-
cies dæmonum, totus tremo ad huiusmodi regionis
memo-

memoriam. Tertio est ibidem pœnarum diuturnitas. Pœnæ enim infernales erunt diuturnæ, immo sempiternæ, quia dicitur. Quis ex vobis poterit habitare cum ardoribus sempiternis? Discedite a me maledicti in ignẽ æternum. Dicit Greg. quòd ad magnam iustitiam iudicis pertinet, vt nunquam careant supplicio, qui nunquam dum viuerent voluerunt carere peccato. Et illud est summe horrendum in ista pena, quod sit maxima & æterna. Si enim damnati singulis diebus flerent, & in fletu emitterent modicam lachrymam, plus de aqua per processum temporis de oculis vnius damnati exiret, quam sit aqua totius mundi. Cuius probatio est, quia illa aqua est infinita; aqua autem totius mũdi est finita. Quarto est in inferno pœnarum vniuersitas. Sũt enim quidam dicere volentes, quod in inferno vniuersæ partes hominis, tam corporis, quam animæ, post diem iudicij erunt in igne, quia dicitur. Timete eum, qui postquam occiderit, potest corpus & animam perdere in gehennam ignis. Nunc autem videmus, quod homo non posset sine maximo tormento ignem in parte vnius digiti sustinere per vnam horam, quātus ergo erit dolor quando totus homo ardebit in igne. Vnde in signum istius maximi doloris dicit Saluator frequenter in Euangelio: Ibi erit fletus, & stridor dentium. Quinto & vltimo istæ pœnæ infernales erunt inutiles, & infructuosæ. Pena. n. præsentis vitæ breuis est, leuis, & fructuosa, sed futura est longissima, & grauissima, & infructuosa, quia si damnatus flendo, tantum de lachrymis emitteret quantum est de aqua in mari, non sufficeret ad lauādum maculam vnius peccati mortalis. Erunt tamen in tra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes, vt dicitur. Et tamen infructuose, quia in inferno non erit stimulus pœnitentis, nulla tamen erit correctio voluntatis Exemplum de sancto patre, qui orauit pro diabolo, & responsione Domini, & obstinatione diaboli. Et hæc de pœnis inferni dicta sufficiant.

De gloria Paradisi. Cap. 2.

POst tractatum de pœnis inferni sequitur vltimo videre de gloria paradisi. Hæc enim est finis vltimæ dietæ, quia finis est omnium desideriorum de qua ad præsens tria sunt dicenda. s. valor inæstimabilis, decor inæstimabilis, honor infrāgibilis. Primo igitur istius gloriæ cœlestis est valor inæstimabilis, quia dicitur. Oculus non vidit, Deus absque te, quæ præparasti diligentibus te. Et illud. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Valor autem istius gloriæ cœlestis attenditur in hoc, quod ita care Deus vendit eam suis amicis. Cōstitit enim Petro martyrium crucis, Paulo constitit decollationem capitis. Est autem verissimum, & certū, quod Deus non decipiet vnum amicorum suorum, & quod plus est, ipse Christus emit gloriā illam pro amicis sub tormento & ignominia crucis. Est enim certissimum quod Deus pater non decipiet vnigenitum filium suum, in emendo illud regnum, Cum ergo illud regnum tam tum constitit filio Dei & alijs eius amicis, certum est, quod res maxima est & inæstimabilis valoris. Vnde dicitur. Empti enim estis precio magno, glorificate & portate Deum in corpore vestro. Secundo, gloria illa cœlestis est decoris inæstimabilis. Vnde dicitur. Pulchritudinem coloris eius admirabitur sensus. Ex duobus potest colligi decor illius regni. Primo, ex decore rerum naturalium inferiorum, quas Deus vult ita decorare sicut videmus, quòd lilium in hyeme apparet vile, & postea decoratur in vere & æstate. Vnde dicitur, Considerate lilia agri, &c. Secundo, apparet decor illius gloriæ ex rebus artificialib. sicut videmus, quòd ligna lapides & metalla per se videntur vilia, & quasi terrea, sed efficiuntur per artificem pulchra & splendida, quando sũt polita & deaurata, quātū igitur faciet summus artifex, cuius sapientia est infinita, in decorandis amicis suis beatis in illa cœlesti gloria? Ideo dicitur. Si fœnum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, sic Deus vestiet, quanto magis vos modicæ fidei? Tertiò, gloria cœlestis est honoris insuperabilis. Quod probatur ex quatuor. Primo, quia omnes sancti erunt reges, siue voluntatis omnipotentes: vt dicit Anselmus. Ideo dicitur. Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est, &c. Secundo, quia omnes erũt filij charissimi & hęredes Dei, & cohęredes Christi, vt dicitur. Tertio, quia erunt omnes, quasi Domini. Christus etiā in propria persona honorabit eos, quia dicitur. Præcinget se. I. Christus, & transiens ministrabit illis, & faciet illos discumbere. Sicut filius regis consueuit in propria persona seruire, quando vult multum suos nobiles honorare. Quarto quia omnes erũt dij, quasi Domini. Ego dixi dij estis filij excelsi omnes. Et hoc quia diuinitas erit in sanctis & multitudine vel magnitudine dilectionis, quæ transformat amantem in amatū, vt dicit Aug. Et philosophus dicit. Vnusquisque talis est, quale est dilectum. Si autem terram diligis terra es, si autem Deũ diligis, quid dicam, Deus eris, non audeo dicere ex me, sed per scripturam quæ dicit. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Item in illa cœlesti curia considero alia tria, scilicet locum summe gloriosum, fertū summe speciosum, & fructum summe speciosum. Primo igitur in illo cœlesti regno erit locus summe gloriosus, quia quilibet sanctus erit in loco, in quo est ipse Dei filius, quia dicitur. Vbi sum ego illic & minister meus erit. Secundo in illo cœlesti regno est sertum speciosum vel corona, quia dicitur in Psal. De quolibet sancto. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Iste lapis est margarita illa, quam qui inuenit, vendit omnia, & emit eã, vt dicit. Matt. Et nota, quod duplex est corona sanctorū s. aurea & aureola. Aurea dicitur præmium substātiale quod consistit in tribus. s. in visione Dei clarissima, in fruitione suauissima, & in intentione securissima, de qua dicitur. Corona aurea super mitram eius, quæ est ornatus Pontificum. Quia oēs sancti non solum erunt reges omnipotentes suæ voluntatis, sed etiam erunt sacerdotes & Pontifices, offerentes Deo semper sacrificium laudis. Et ideo dicitur. Fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes. Alia corona dicitur aureola. i. coronula parua, & ista aureola secundū doctores dicitur quædam gloria accidentalis, quæ debetur sanctis, ratione operis excellentis. Datur. n. tribus generib. operum. Datur enim virginibus, & hæc est florea. Datur martyrib. & hæc est gemmea. Doctoribus, & hæc est stellata. Aureola florea datur virginibus, quia honore virginitatis floruerunt. Vnde dicitur in psal. de virgine virginum Christo & agno quem virgines sequuntur. Gloria & honore coronasti eum. Aureola gemmea datur martyrib. quia instar lapidis fortissimi & preciosi fuerunt. Vnde dicitur. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Aureola stellata doctoribus, quia cælestia docuerunt. Vnde dicitur. Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiā erudierunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Et de muliere gloriosa dicitur. Quod erat amicta sole & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. Mulier amicta sole est anima doctoris iustitiæ, & sapientiæ diuinæ, quæ per pedes figuratur, habent plenam pietatem, quæ per lunam intelligitur, quæ est valde humida. Corona stellarum significat aureolam doctorū. Vnde & erant stellę 12. in corona quia duodenarius numerus abundans est, in quo intelligitur, quod doctrina sacrę scripturę est abundantissima oīs iustitię, sicut fuit doctrina Christi, qui fuit doctor doctorum, de

Margin notes (left): lat. 24. — a. 33. — lat. 10. — uc. 13. — ap. 1. — ernardus — Cor. 2. — .Cor. 9. — .ccl. 31. — latt. 6.

Margin notes (right): Mat. 6. — Matth. 25 — Rom. 8. — Luc. 12. — Psal. 81. — Psal. 81. — Ioan. 12. — Psalm. 20. — Mat. 13. — Aurea corona quid. — Eccl. 45. — Apocal. 5. — Psalm. 8. — Psalm. 20. — Dan. 12. — Apoc. 12.

Mat. 5. rum,de cuius doctrina dicitur. Nisi abundauerit iusti-
tia vestra plusquam scribarum & pharisæorum,non in
trabitis in regnum cœlorum. Peccatores autem,& re-
probi,qui in mundicia castitatis abundant vt virgines,
nec fortes,nec perseuerantes fuerunt in amore Christi,
sicut martyres,nec veritatem portauerunt in ore,vt do
ctores,aureolam non habent. Et quia gratiam Dei hic
non habuerunt, idcirco auream gloriam substantia-
lis præmij non habebunt, & si omni corona aurea &
aureola carebunt,quid aliud erit,nisi quod pro loco co
ronæ æternæ fęlicitatis, coronabuntur corona ęternæ
Iac. 22. calamitatis,iuxta illud quod dicitur. Coronans corona
bit te tribulatione. Tertio in illa cęlesti gloria benedi-
cta,erũt fructus optimi & vberrimi,vnde nota,ꝙ in sa
cra scriptura inueniuntur tres fructus differẽtiæ,s. fru-
ctus crucis triumphalis, fructus gratiæ spiritualis,&
fructus gloriæ immortalis,& quilibet est in quadrupli
ci numero.

De duodecim fructibus Crucis & passionis
Christi Domini. Cap. 3.

PRimo igitur sunt duodecim fructus crucis,& paf
sionis Christi. Primus fructus,est dæmonũ expu
gnatio,quia abstulit,eis totum mundi principatũ.
Ioan. 12. Iuxta illud quod dicitur. Nunc principes mundi huius
eijcientur foras. Secundus fructus, est carceris inferni
Psalm. 23. cõfractio,vnde Psal. Attollite portas principes vestras,
& eleuamini &cæt. Tertius fructus,est mortuorum &
1.Cor. 15. peccatorum suscitatio,nam dicitur. Sicut in Adam oẽs
moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur.
1.Corin.6. Quartus fructus,est captiuorum redemptio, dicente
Apo. 1. Paulo. Empti.n.estis pcio magno,glorificate.&c. Quin
Isa. 55. tus fructus est,ingratorum mundatio. Dilexit.n.nos
& lauit nos in sanguine suo. Sextus fructus,est cæcorũ
Psalm. 18. illuminatio. Vnde dicitur. Tunc aperientur oculi cęco
rum. Septimus fructus,est tepidorum frigidorumq; ca
Psalm. 50. lefactio, vnde dicitur. Non est qui se abscõdat a calore
eius. Octauus fructus,est deformium,& turpium de-
coratio,vnde in Psal. dicitur. Asperges me domine hy-
Io.6. sopo,& mundabor,lauabis me, & super niuem dealba
bor. Nonus fructus,est sitibundorum vel sitiẽtium po
Heb. 12. tatio & recreatio. Sanguis meus vere est potus. Deci-
mus fructus,est patris placatio, vnde dicitur. Accesi-
Gen. 4. stis ad sanguinis aspersionem melius clamãtem quam
Abel clamauit vindictã. Iuxta quod dicitur. Ecce vox
sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.i.iusti
tiam & vindictã peccati,sed sanguis Christi clamauit
melius,scilicet misericordiam,quia peccatores Deo pa
Gene. 28. tri reconciliauit. Vndecimus fructus,est ianuę paradisi
apertio,vnde dicitur. Nõ est hic aliud nisi domus Dei,
& porta cęli,quæ.s.facta est aperta in apertione lateris
Christi. Eodem namq; tempore aperta est porta para-
disi,Domino.s.moriente,quæ clausa fuerat Adam præ
uaricante in hora nona. Duodecimus fructus,est hære
ditatis cœli acquisitio & confirmatio,quia vt dicitur,
Mat. 26. Hic est sanguis noui testamenti. In veteri testamento
sanguine conferebantur terrena,in sanguine autem no
ui testamenti.i.passionis,confertur hrẽditas æterna. De
Psal. 1. isto fructu multiplici dicit in psal. Et erit,s.crux Chri-
sti,tanquam lignum quod plantatum est secus decur-
Gal. 5. sus aquarum,id est gratiarum abundantiam, quæ sine
mensura f erunt in Christo, quod fructum suum da-
bit in tempore s. o id est in tempore mortis suæ sacra-
tissimæ & benedictæ Secundo sunt duodecim fructus
gratię spiritualis,de quibus dicitur. Fructus autem spi-
ritus sunt charitas,gaudium, pax,patientia,longanimi
tas,bonitas,benignitas,mansuetudo,fides,modestia,cõ
tinentia,castitas. Et de istis duodecim fructibus dictũ
est superius in tractatu de fructibus Spiritussancti. Ti
tulo octauo,ideo nihil ad præsens addemus.

De duodecim fructibus gloriæ immortalis.
Capitulum. 4.

TErtio sunt duodecim fructus glorię immortalis.
Primus fructus,est sanitas absq; infirmitate. Qui Psalm. 102.
sanat omnes infirmitates tuas. Secundus fructus,est iu
uentus sine senectute,vnde in Psal. dicitur. Renouabi- Psal. 102.
tur vt aquilæ iuuẽtus tua.i.Christi,quia in ætate Chri
sti,i.33.annorum semper manebunt sancti,vt dicit A- Eph. 4.
post. Donec occuramus omnes in virum perfectum,in
mẽsuram ætatis plenitudinis Christi. Tertius fructus,
est satietas sine fastidio,vnde ait Psal. Satiabor, cum ap Psal. 16.
paruerit gloria tua. Quartus,est libertas sine seruitute,
vnde dicit. Creatura liberabitur a seruitute corruptio- Rom. 8.
nis in libertatem gloriæ filiorũ Dei. Quintus fructus,
est pulchritudo absq; deformitate, vnde Apo. Refor- Phil. 3.
mabit corpus humilitatis nostræ, configuratum cor-
pori claritatis suę. Sextus,erit impassibilitas vel immor
talitas vnde dicitur. Præcipitabit Dominus mortem in
sempiternum. Septimus erit abundantia sine indigen- Isa. 25.
tia iuxta illud, Rerum omnium abundantia perfrue-
ris. Octauus,est pax sine perturbatione. Nonus erit se- Deut. 8.
curitas absq; timore. De his duobus dr. Sedebit popu-
lus meus in pulchritudine pacis & in tabernaculis fidu Isa. 32.
ciæ,in requie opulenta. Decimus,erit cognitio absque
ignorantia. vnde Apos. Videmus nunc per speculum in 1.Cor. 13.
enigmate,tunc autem facie ad faciem. Vndecimus, est
gloria sine ignominia,teste Paul.qui ait. Cum Christus Coll. 3.
apparuerit vita vestra,tunc & vos apparebitis cum ip-
so in gloria. Duodecimus,est gaudiũ sine tristitia. Sed
de isto gaudio nota,ꝙ sunt sex causæ præcipuæ, quare
sancti gaudebunt,s.loci amænitas, quam possidebunt,
iucunda societas,in qua regnabunt,corporis glorifica-
tio,quam habebunt,mundus quem contempserunt,in
fernus quem euaserunt, Isti enim fructus figurantur Apo. 22.
per duodecim fructus ligni vitæ, quod erat in medio
paradisi,vt legitur. Fructus summe bonos det nobis
Christus,qui creauit in cęlo.

De amenitate & pulcherrima structura super-
næ ciuitatis Hierusalem. Cap. 5.

ITem in illa cęlestis gloria cõsideranda sunt alia tria,
multis suspirijs affectanda, s. amœnissima ciuitas,
amantissima societas,& amplissima fœlicitas. Primo
ergo cęlestis gloria habet amęnissimam ciuitatem, Vn Psalm. 86.
de in psal. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Vnde
nota,ꝙ ciuitas ista est gloriosissima specialiter in trib.
Habet.n.figuram valde speciosam, mensuram spacio-
sam,& structuram valde preciosam. Primo igitur ista
ciuitas beata est in figura valde speciosa, est enim in
quadrum disposita,& formata,vt dicitur in Apo. Ciui Apo. 21.
tas in quadrum posita & quadrata,figurat soliditatem
& securitatem illius regni cęlestis,sicut videmus,ꝙ fi-
gura quadrata est solidior quam alia figura. Vnde lapi
des consueuerunt quadrari,& postea in ædificio collo
cari,ita etiam summus artifex Deus lapides suos.s.vi-
ros suos & electus,consueuit quadrate quadratura vir
tutum.s. Prudentia, Temperantia, Fortitudine & iusti-
tia,& sic locare in edificio regni cęlestis. Secundo ciui-
tas ista est in mẽsura valde spaciosa. Vnde dicit Ber.ꝙ
ad literam quilibet sanctus in cęlo empireo habebit lo
cum suum,sibi assignatũ propriũ & spãlem,magis spa-
ciosum q̃ sit ab oriente vsq; ad occidentem. De mẽsu-
ra istius ciuitatis dr. Qd habet stadia 12.mill Stadium
est mensura qnquaginta passuũ. Quinquagenarius ve
ro numerus in sacra scriptura,remissionẽ pctõrũ signi
ficat. Quinquagesimo anno q dr iubileus,sc̃dm legem
fiebat remissio debitorũ,& reuertebat qlibet ad posses
siones suas & ad terrã patrũ suorũ,vt dr in Leu. Beata
ciuitas

ciuitas ista bene mensuratur per stadia, quæ continet,
vt dictum est, passus quinnuaginta, quia instar iubilei,
quinquagesimi anni, omnib. illius ciuitatis ciuib. primi
tus peccata dimittuntur, & sic remissis peccatis, ad pos
sessionem suam, & hæreditatem æternam, ad quā erant
vel sunt prædestinati, faciliter reuertuntur. Et ideo qui
libet homo debet esse solicitus de peccatis suis, per pę-
nitentiam delendis, quia alias nō posset esse ciuis regni
Apoc. 21. cęlestis, quia ibidem dicitur, scilicet, quod non intra-
bit in eam aliquid coinquinatum, & faciens abomina-
tionem & immundiciam. Sed valde notandum est, ꝙ
Num. 12. stadia sunt duodecim millia. Per numerum duodenariū
quid figu- qui est numerus abundans, designatur abundantia me
etur. ritorum & bonorum operum, sine qua non est aliquis
Matth. 5. conciuis ciuium supernorum, quia dicit Saluator. Nisi
abūdauerit iustitia vestra plusquam scribarum & Pha
risæorum, non intrabitis in regnum cęlorum. Iustitia
Pharisæorum erat in opere exteriori non interiori vir-
tute, quæ ex timore erat non amore, & ideo erat nimis
stricta. Sicut videmus quòd timor habet cor hominis
Psal. 118. valde constringere, & amor dilatare. Vnde in Psalm. dr̄
Millenari' de virtute charitatis Latum mandatum tuū nimis. Per
numerus millenarium autem numerum, qui est vltimus limes &
quid signet. terminus numerorum, figuratur eleganter illud cœle-
ste p̄mium quod est finis & quies omnium desiderio-
Psal. 6. rum, vt dicit Aug. & in Psal. Satiabor cum apparuerit
gloria tua. Tertio, illa ciuitas beatissima est structura
Apoc. 21. preciosissima, quia dicitur. Quod fundamenta muri ci
uitatis sunt omni lapide precioso ornata. Vbi notan-
dum est, ꝙ 12. lapides preciosi nominantur & ponun
tur in ædificio huius ciuitatis. Iaspis, sapphirus calce-
doneus, smaragdus, sardonix, sardius, chrysolitus, be-
ryllus, thopasius, chrysoprasius, iacinctus, & ametyst'.
Isti duodecim lapides preciosi & fundamentales istius
ciuitatis cœlestis, significare possunt duodecim articu-
los fidei, quæ est fundamentum omnis boni, & pręmij
futuri, vt dicit Apostolus. Fides est sperandarū rerum
Heb. 11. substantia. i. fundamentum æternorum bonorum. Vel
isti duodecim lapides fundamentales signant virtutū
perfectiones, quibus anima per gratiam hic perficitur,
quibus etiam celeste præmium fabricatur. Et sicut sūt
quatuor ternarij preciosorum lapidum, sic respondent
eis quatuor trinitates perfectionum. Prima trinitas la-
pidum est iaspis, saphyrus & calcedoneus, q̄ significant
fidem quæ debet habere preciosam & nobilem trinita
tem Fides namq; debet esset viuens nō mortua, & hoc
significat iaspis, qui est viridis coloris. Color. n. viridis
in herba vel planta vel arbore, signum est vitæ, & econ
uerso signum est quod vita plātæ deficit qn̄ viror eius
marcescit, sic qn̄ in homine est viror honestatis & bo
næ operationis, tunc est maximum signū cordis viuen
tis, alias. n. fides mortua est & informis, nec est funda-
mentum ædificij cęlestis. Et sicut iaspis fugat phanta-
smata, sic fides viuens & virens per bona opera, vitat
omnia diaboli machinamenta. Fides ēt debet esse cęle-
stis non terrea. i. de cœlestib. bonis, non de operib. terre
nis anxia, cœlesti & diuinæ non humanæ rationi inni
xa, quia dicit, Greg. Fides non habet meritū, vbi huma
na ratio prębet experimentum. Et signat saphyrus qui
habet cœlestem colorem, sicut cęlum serenum. Et sicut
nobilis saphyrus fugat venenosa & mortificat araneā,
sic vera fides venenosis suggestionib. resistit, & culpā
Act. 5. in corde occidit, ac de corde expellit. Vnde dicitur. Fi-
des purificans corda eorū. Tertio fides debet esse for-
tis, non infirma, contra persecutiones, & periculosa vni
1. Pet. 5. uersa, & diabolica nocumenta, quia dicitur de diabo-
lo. Cui resistite fortes in fide. Et hæc signat calcedoni',
qui in colore est pallidus, & oīs sculpturæ repulsiuus,
omni nanq; sculpturæ resistit, & nullum recipit, sic qui
habet veram fidem, vtiq; per pęnitentiam est pallidus
& mortificatus, sed nullam sculpturam extraneā pecca
ti recipit, sed secum conseruat solam imaginem Dei, ad
quam est creatus. Vnde nota, quòd diabolus in quib.
non inuenit fidem catholicam, vel fortē, in illis sculpit
& format figuram leonis, i. peccatum superbiæ. In qui
busdam figuram draconis, i. peccatum inuidiæ. In qui-
busdam figuram canis. i. peccatum irę, In quibusdam
figuram talpæ, id est peccatum auaritiæ. In quibusdam
figuram asini, id est peccatū acedię. In quibusdam figu
ram lupi, id est peccatum gulæ. In quibusdam figuram
vrsi, id est peccatum luxuriæ. Contra ꝙ monet Aposto Rom. 12.
lus dicens. Nolite conformari huic sæculo, id est pecca
tis quæ sunt in hoc sæculo'. Secunda trinitas lapidum
est smaragdus, sardonyx, & sardius. Et isti tres lapides
p̄ciosi signant spem, q̄ habet similiter nobilē claritatē.
Est. n. Spes veniæ, spes gratiæ, & spes gloriæ. Spes venię
figuratur per smaragdum qui colorem habet viridem
& gratiosum, & curat diuersas infirmitates & speciali-
ter morbū caducum. Color viridis & gratiosus in sma-
ragdo signat virtutem gratiæ, quę incipit per spē venię
reuiuiscere in viro pęnitenti & contrito. Et sicut color
smaragdi est valde gratiosus, sic conuersio peccatoris
per pęnitentiam reuiuiscentis, est gratiosa Deo & ange Luc. 15.
lis. Vnde dr̄: Gaudiū est angelis Dei super vno peccato
re pęnitentiam agēte. Et sicut smaragdus fugat febres,
& curat morbum caducum, sic spes veniæ fugat tenta- Psal. 33.
tiones, & sanat omne peccatum, quia vt dicitur in psal. Proue. 24.
Non delinquēt omnes qui sperāt in eo. Et in Prouerb.
dr̄. Septies in die cadit iustus & resurget. Septies in die
cadit per ruinam septiformis culpæ, scilicet superbiæ,
iræ, auaritiæ, acediæ, gulæ, inuidiæ, & luxuriæ, & tamē
resurget, in virtute, & in efficacia septiformis gratiæ.
Spes aūt gratiæ, est qua quis non confidit de virib. pro
proprijs, nec de diuitijs, sed solum de gratia Dei, vt di- Hier. 17.
citur. Maledictus homo q confidit in homine, & ponit
carnem brachiū. i. carnalem hominem fortitudinem.
Et sequitur. Beatus qui confidit in Domino, & est Do
minus fiducia eius. Talis qui non solum sperat in omni
bus bonis & in malis de sola gratia Dei, recte figuratur
sardonycem. Nam sardonyx est tricolor, in imo niger,
in medio candidus, in supremo rubicundus. Quia spes
grǣ facit tria bona in sperante. Facit. n. ima. i. terrena ni
grescere & contemnere & ima inferni timere. Facit in
medio. i. in corde candidum. i. castum esse, iuxta illud Psal. 50.
Psalm. Cor mundum crea in me Deus. Facit etiā in su-
premo, i. in Deo rubescere per charitatem, & vino dile
ctionis Dei & proximi odoriferum esse dicitur. Super Gen. 1.
vinum, i. plusquam vinū, diligunt te. Et sicut sardonyx
facit hominem humilem & pudicum & charitatiuū,
sic spes diuine gratiæ facit hominem descendere, & de
proprijs meritis non superbire, & in solo Deo sperare,
quia specialiter pręsumentib. de se dr̄ in Psal. Ecce ho- Psalm. 51.
mo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed spera-
uit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in
vanitate sua. Spes gloriæ, est certa & secura expectatio Spes glo-
futuri & ęterni boni, ex gratia & meritis proueniēs, vt rię qd sit.
dicit magister sententiarū. Ista gloria figuratur per sar
dium, qui est rubei coloris, eo ꝙ spes regni cęlestis fuit
martyrib. cā effusionis proprii sanguinis. De quib. dr̄. Apocal. 7.
Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & laue-
rūt stollas suas in sanguine agni. i. Chr̄i passionis sāgui Isa. 63.
ne rubicundi. Iuxta illud ꝙ dr̄. Quare rubrum est ve-
stimentū tuum dr̄ in p̄sona Dei patris. i. quare corpus
tuū p innocentiā candidū, est passionis sanguine cruē-
tatū? Et sicut sardius gaudiū accendit, & timorē expel-
lit, hoīem audacem reddit, ita ad literam spes glorię ac
cendit in hoīe gaudium spirituale & cęleste, & expellit
timorem mundanum & humanum & seruilem, quia
vt dicitur p̄fecta charitas foras mittit timorem, & tan- 1. Ioan. 4.
dem hominem reddit audacem, scontra hostiū tribula

tionem & persecutionem de Domino præsumentem, vt dicitur. Non derelinquis præsumentes de te, & de sua virtute gloriantes humilias. Tertia trinitas, lapidum est, chrysolitus, Berillus, & topazius, Isti tres lapides significant charitatem, quia habet similiter suam nobilissimam trinitatem, Debet.n. charitas habere tria.i. speciosam puritatem, fructuosam bonitatẽ, & candidosam veritatem. Debet.n. charitas esse puritate speciosa, vt non sit immunda, bonitate fructuosa, vt nõ sit dilectio vana, & veritate radiosa, vt non sit dilectio ficta. Istam trinitatem nobilem charitatis describit Apost. dicens, Finis præcepti est charitas, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Virtus.n. charitatis, vt dictũ est, est speciosissimæ trinitatis, iõ dicitur de corde puro, est fructuosissimæ trinitatis, ideo dicitur de conscietia bona, est radiosissimę veritatis, ideo dicitur de fide nõ ficta. Primo igitur charitas debet esse puritate speciosa, & de corde puro, vt non solũ sit dilectio impura, vel immũda, vel coinquinata, sine luto cupiditatis, qualis est amor diuitiarum temporalium, sine fumo vanitatis, qualis est amor pomparum sęcularium. Talis charitas figuratur in chrysolito, qui est gẽma valde nobilis, scintillas emittẽs & ignis capacissima, quia si iuxta ignẽ ponatur citissime inflammatur. Certũ est.n. φ ignis est purissimæ virtutis, est.n. virtus ignea charitatis instar ignis, quia sicut ignis aufert omnem rubiginem & impuritatem de auro & argento & omni metallo, & reddit ipsum purum & lucidum, sic charitas incendium tollit de corpore humano omnem fętorem peccati, & facit ipsum mundũ. Sicut.n. chrysolitus est amatiuus, & capax ignis, quia iuxta ignem positus ad se trahit & rapit ignem: sic cor purum cum appropinquat ad Deũ qui est ignis consumens secundum Apostolũ. Sentiens ignem diuinum statim ardentissimo desiderio instar chrysoliti, rapit & trahit in se diuinam dilectionem. In corruptio, n. facit esse proximum Deo, vt dicitur. Appropinquatio ad Deũ facit ignem diuinũ rapere & trahere ad seipsum. Et ideo saluator noster, vt nos posset igne suæ charitatis incẽdere, dignatus est nobis appropinquare. Vnde dicitur. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat. Secundo, charitas debet esse in bonitate fructuosa, & conscientia bona, vt non sit dilectio inutilis & vacua, quia dicitur: Non diligamus verbo, neq; lingua, sed opere & veritate, Et Gregor. in Moral. Amor Dei nunquam est ociosus. Operatur.n. magna si est, si autem operari renuit, amor nõ est, quia probatio dilectionis exhibitio est operis. Ille amor signatur per Berillum, qui est lapis viridis & aliquantulũ pallidus, & in figura sex angulorum est politus, quia qui habet charitatem, debet ad proximum virere p honestam conuersationem, debet pallescere ad seipsum p carnis mortificationẽ, debet etiã sex angulos habere, ad pauperem & egenum per compassionẽ & operum misericordiæ exhibitionẽ, quæ sunt in numero septenario vt dicitur. Saluator noster qui est verus iudex, qui de ipsis in iudicio habet quærere rationem, & dicere. Esuriui & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere, nudus eram, & cooperuistis me, hospes eram & recepistis me, infirmus fui & visitastis me, in carcere fui & venistis ad me. Tertio, charitas debet esse veritate radiosa, & fide non ficta, vt non sit dilectio simulata, aut palliata, sed luminosa, quia dicitur, Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, quia qui charitatem habet, per exemplũ bonæ conuersationis & honestatis lucet. Hãc figurat topazius, qui in duob. coloribus, scilicet aureo & æthereo splendet, & omnium gemmarũ superat claritatem, & in cõspectu sui prouocat aspicientem. Duo colores topazij signant dilectionem Dei, & pximi. Aethereus color signat dilectionẽ Dei, & aureus dilectionem proximi, quia vnus est color cęlestis, & alius terrenus, quia in his duobus tota lex pendet. Et sicut topazius superat omnem claritatem omnium gemmarum, ita charitas est maior omniũ virtutum, Vt dicit Apost. Et sicut topazius recipit in se qualitatem omnium gemmarum, sic charitas facit omnium opera virtutũ. Quia dicitur. Charitas patiens est, & ita exercet opus patientiæ, benigna est, & ita exercet opus benignitatis, & misericordiæ. Et sequitur. Omnia suffert, omnia credit, omnia sustinet. Vnde Prosper dicit in libro de vita contẽplatiua, quòd charitas est mens & anima omnium virtutum, quia ipsa est sicut anima, & virtutes aiæ sunt potentiæ siue mentis, quia sicut anima facit oculum videre, aurem audire, pedes ambulare, & sic de alijs, ita charitas facit oculum mentis ad pauperes aperire, aures diuina præcepta audire, & manibus opera iustitiæ exercere, & ita de omnibus alijs bonis quę charitas tanquã sibi propria vult omnia adimplere. Quarta trinitas lapidum preciosorum est chrysoprassus, hyacinthus, & amethystus. Ista trinitas lapidum signat iustitiam & æquitatem generalem, φ splendor est omnis virtutis, ex qua omnea viri boni omnia bona nominantur, vt dicit Tullius de officijs lib. 3. Ista similiter habet quandam nobilitatem. Cũ.n. iustitia sit virtus vnicuiq; reddens quod suum est, vt ait Ambros. libro de officijs. Iustitia est virtus vnicuique quod suum est reddens. Reddit igitur omnis homo per iustitiam, sibi ipsi continentiã, proximo amicitiam, & Deo honorificentiam. Primo iustitia reddens homini continentiã, significatur p chrysopasiũ, qui est lapis igneus de nocte, & aureus de die, in quo significatur continentia viri iusti, qui semper est splendens, siue in aduersitate tentationũ, quæ figuratur per noctem, siue in prosperitate delitiarum, quæ significatur per diem. Nam istis duobus præcipue continentia vel castitas impugnatur, scilicet tentationibus hostis & fomentatione carnis. Nam plures vincuntur in prosperitate delitiarum, quam in aduersitate tentationum, iuxta φ d̃r in psal. Cadent a latere tuo mille, & decem milia a dextris tuis. Latus aũt sinistrũ signat tentationes diaboli, dextrũ vero significat delicias mũdi. Pauciores igitur sunt, qui cadunt in aduersitate tentationũ, & plures qui labũtur in temporalib. abundantijs. Bene autem est iustitia instar chrysoprasij, ignea & aurea, quia ad custodiã castitatis occurrit iustitia duobus modis.s. rectè ascendendo ad cęlum sicut ignis, considerando bona cœlestia & æterna, ne forte illa per momentaneam luxuriæ delectationem amittat. In persona taliũ dicitur in psal. Domine quis habitauit in tabernaculo tuo, aut qs requiescet in monte sancto tuo? Et respondet. Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Nullum opus vir maius esse iustitia, quæ delectationi momentaneæ bona cœlestia & ęterna prefert. Occurrit etiã vir iustus custodia castitatis instar auri, φ est ponderosissimũ, qñ rectissime & velociter descendit ad centrum.i. ad infernũ, considerãdo ne forte delectatione momentanea & modica, incurrat æterna supplicia, quia dicit Greg. Momentaneum est quod delectat, sed æternum quod cruciat. Ita descendebat ad infernum Ezechias vt d̃r in Isa. Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi. Optime nanq; consuluit pro dimidio dierum suorum, φ vadat hõ ad infernum in dimidio viæ suæ.i. dum est iuuenis & sanus, & hoc p diligentẽ considerationem, vt postea non descendat in fine vitę suæ, per æternam damnationem. Secundo iustitia reddens pximo amicitiam, signatur per hyacinthum, qui est lapis pciosus, hñs colorem cæruleum, quasi celũ. Iste lapis cõformat se aeri. Vñ in nubilõ est nubilus, i sereno est serenus. Color Cęlicus vel cęruleus, in hyacintho significat diuinũ amorem celestẽ p desideriũ in viro iusto, quia amicitia φ impedit proximo, dẽt radicari in cęlo.i. in amore diuino. Iuxta qđ dicit

Judith. 6.
1. Ti. 1.
Heb. 12.
Sap. 6.
Luc. 12.
1. Ioan. 3.
Matt. 25.
1. Ioan. 2.
1. Cor. 13.
1. Cor. 13.
Psalm. 90.
Psal. 15.
Isa. 38.

Ephe. 3. dicit Apost. in charitate radicati & fundati. Quia vt ait
Grego. Ille charitaté veraciter hét, qui amicum diligit
in Deum, & inimicum diligit propter Deum. Bene au
tem hyacinthus est in nubilo nubilus, & in sereno sere
nus, quia vir iustus semper vult gaudere cum gauden-
Rom. 12. tibus, & flere cum flentibus, vt ait Pau. Tertio, iustitia
reddens honorificentiam Deo, Signatur per ametistū,
qui inter omnes gemmas purpureas obtinet principa-
tum, sic & iustitia est præclarissima virtut, vt ait Phi
losophus in ethicis li. 5. Ametistus est etiam ex colore
purpureo & violaceo permixtus, & flammas ex se emit
tit, quia vir iustus qui vult Deum honorare, debet ha-
bere tria, debet esse instar ametisti purpureus, sicut ro-
sa, id est iucundus in laude diuina. Quia rectos decet
Psalm. 32. collaudatio, vt dicit Psa. Debet etiam esse violaceus, sci
licet sentire modica de seipso & magna de Deo, vt dicit
saluator in Luc. Cum omnia bene feceritis, dicite serui
Luc. 17. inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Debet
etiam vir iustus esse flāmeus, sicut Helias, qui erat qua
si ignis, cuius verbum sicut facula ardebat, vt dicitur in
Eccl. 48. Eccl. De cuius zelo flammeo dicitur. Zelo zelatus sum
3. Reg. 19. pro Domino Deo exercituum, & hoc est proprium o-
pus iustitiæ. s. pro diuino amore zelare.

De iucundissima societate & tripudio cœlestis ci-
uitatis Hierusalem. Cap. 6.

SEcundo illa gloria cœlestis habet amantissimam
societatem, quia sancti corā Deo sp faciunt choreā
omni iucūditate plenam. Vnde nota, q in illa cęle-
sti chorea vel ballata sunt tria deuotissime consideran
da. s. innumerabilis cętus, interminabilis circuitus, &
inæstimabilis cantus. Vere btā est illa chorea cuius cę-
tus infinitus, cuius circuitus æternus, cuius cantus fęli-
citas. primo igitur in illa cęlesti chorea est cætus vel e-
xercitus infinitus, i. non nobis, sed soli Deo cognitus.
Ibi. n. est Christus tanquam monarcha præcipuus, &
Cęsar Augustus, Ibi n. est regina cum puellis. i. virgo
virginum. s. Maria cum virginib. sanctis. Ibi sunt Ange
li tanquam nobilissimi regis domicelli. Ibi sunt Patriar
chę & Prophetæ, sicut collaterales & regis consiliarij
quib. tanquam seniorib. expertis reuelat ministerium
cōsistorij sui. Ibi sunt Apostoli tanquam regis senesca
li, habentes plenitudinem potestatis, quia rex reputat
factum, q ipsi faciunt, sibi factum. Ibi sunt martyres si
cut strenuissimi regis milites, qui per fidem vicerunt
tria regna. s. mundi, carnis, & diaboli. Ibi sunt sancti Pō
tifices, cōfessores & doctores, sicut videmus, q rex no
bilis & illustris qualis est rex regum & Dominus do-
minantium, non solum habet milites in aula, sed cleri-
cos in capella celebraotes, prædicantes, & orantes. Ad
celebrandum habet sanctos Pontifices, ad prædican-
dum & scribendum sanctos doctores, ad orandum &
psallendum habet sanctos anachoretas, & alios cōfesso
res. Vltimo sunt ibi alij sācti & fideles innumerabiles,
Apoc. 7. de quib. omnib. dr. Vidi turbam magnam, quam dinu-
merare nemo poterat ex omnib. gentib. populis. & lin-
guis, stantes ante thronum agni, amicti stolis albis, &
palmæ in manib. eorum. Vbi per ordinem notantur
quinq; laudes, & priuilegia beatorū. s. prędestinatio ab
æterno, iustificatio a peccato, contemplatio deuota, cō
uersatio honesta, & operatio fructuosa. Prædestinatio
sempiterna vel æterna innuitur in numero infinito, qa
turbam illam magnam nemo dinumerare poterat. Ele
ctorum nanq; numerus est nobis ignotus, & soli Deo
agnitus. quia ipse solus scit numerū, quia vt dicit Apos.
1. Tim. 2. Nouit Dominus qui sunt eius. Secundo, notatur iusti-
ficatio interna in illis quatuor. s. gentib. tribubus, popu
lis, & linguis, de quib. electi sunt vocati. In quib. mon-
strātur quatuor peccatorum drīæ, a quib. sunt per Dei
gratiam iustificati. Ita quòd per gentes designatur pec
catū luxuriæ, q in gentib. idolatris regnauit præcipue,
vt ait Apost. Per trib. designatur peccatum auaritiæ, Rom. 1.
qd in tribub. Iacob. regnauit valde, q patet, quia p ter
renis seruierunt & terrena in promissione acceperūt, vt
dr in Esa. Si volueritis & audieritis me, bona terræ co- Esa. 1.
medetis & quòd plus est, tantū cupidi & auari fuerūt,
q ne terrena perderent, Christum occiderunt, vt patet
in Io. Per populos designatur peccatū superbiæ, quia Ioan. 11.
populos, vt dicit Aug. est collectio ciuitatis quæ iuxta
sniam Christi monstrat superbiā, vt patet de illo, q no-
luit venire vocatus ad cœnā, q emerat villam, vt dr in
Luc. Et videmus q populus. i. habitatores ciuitatis po Luc. 14.
pulosę melius cōsueuerūt resistere, melius acqrere, &
magis esse supbi, & pōposi. Per linguas signat peccatū
lingue. Contēplatio deuota monstratur in hoc, q stant
ante thronū, qa contēplantur ante Deū cogitantes assi
due, qualiter oportet venire ad iudiciū suū. Iuxta q di
cit Apost. vt ait ad Cor. Oēs nos manifestari oportet 2. Cori. 3.
añ tribunal Christi. Cōuersatio honesta notat p hoc,
q amicti sūt stolis albis. i. vestib. cādidę cōuersationis.
Iuxta q dr in Can. Dilectus meus candidus & rubicū Cant. 5.
dus. Cādidus honestate, rubicūdus charitate. Opatio
fructuosa signatur p hoc, q palmæ erant in manib. eo
rū Palmę nanq;, q portantur in manib. electorū, signāt
fruct. bonorum operum, secundum q dr in Cā. Ascen Cant. 5.
dam in palmam, & apprehendam fructum eius. Secun
dò, in illa cœlesti chorea est considerandus intermina-
bilis circuitus, quia sp erit in beatis ingressus, egressus,
& regressus. Ingressus ad intuitum diuinitatis, egressus
ad aspectū humanitatis nri saluatoris, vt habetur in Io. Io. 16.
Et sicut in alijs choreis est vnus ducens totam choreā,
ita Christus est & erit iste chorealis ductor, ducens ac
pcedens illam societatē beatissimā. Et iō dr q agnus, q Apocal. 7.
in medio throni est, reget eos, & alij sequentur agnum Apoc. 14.
quocunq; ierit. Sed sciendum est, q illa btā chorea non
vadit ad sinistram partem sicut chorea mūdi, in signū
q est & vadit ad sinistram inferni: sed ista sp vadit ad
dextrā partem, in signū quòd est ad dexterā Dei, quia
ad sinistram ponentur reprobi, & ad dexteram ponenē Matth. 25
electi, vt dr in Matth. Propter quòd dr in Prou. Vias q Prou. 4.
ad dextris sunt nouit. i. approbat Deus, quæ aūt a sini-
stris sunt, peruersę sunt. Tertio, in illa cęlesti chorea est
considerandus inextimabilis cantus & admirabilis. Et
iō nota, quòd sicut Chrs pręcedit gressu, ita pcedet cā-
tu. Et primo cantabit suę virgini matri, dicēs. Quid mi Io. 2.
hi & tibi mulier, quasi diceret. Mihi est diuinitas, & hu
manitas & tibi est virginitas & fęcūditas. Mihi diuini-
tas, & humanitas, quia Deus sum, & hō, & tibi fęcundi
tas, & virginitas quia mater es & virgo. Mihi diuinitas
ex virgine patre, & humanitas ex virgine matre, tibi vir
ginitas sine labe, & fęcūditas sine semine. Ad hęc maria
tanq dulcis tympanistria rńdet dulcissimā cātilenam. Luc. 1.
Magnificat aīa mea Dnm, & exultauit spiritus meus,
&c. Scđo Chrs cantabit angelicis spiritibus cantū qui
scribit in Psal. Benedicite angeli potētes virtute facien Psal. 120.
tes verbū eius, ad annunciandū vocē sermonum eius.
Vos qui estis angeli. i. nuncij discurrentes, vos qui estis
potentes. i. mirabilia operantes, qui facitis verbū meū
i. mei imperij obedientes, & alios obedire faciētes, Ad
hunc cantum Chri rńdent scti angeli cantilenam q scri
bitur in Apoc. Benedictio & claritas, & sapia & gratia Apoc. 7.
rum actio honor, virtus & fortitudo Deo nro in sęcula
sęculorum. Amē. Tibi Chre sit bndictio in incarnatio
ne, claritas in natiuitate, sapia in pdicatione, gratiarum
actio in redemptione, passione, & morte; honor in re-
surrectione, virtus in ascensione, fortitudo ī iudicij cō
summatione. Tertio, Chrs cantabit patriarchis & pro-
phetis cantilenam, quā cantauit Moysi in visione rubi, Exod. 3.
Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus pa-
trum nostrorum misit me ad vos. Hoc nomen est mihi
in ęternū, & hoc memoriale meū in gnratione & gene

rationem. Christus.n.ad sanctos Patres & Patriarchas
& Prophetas, specialiter fuit missus, quia de semine ele
cto.s.sanctorum Patriarcharum, & Spiritussancti ope-
ratione ex Maria virgine natus, & quia sanctis Prophe
Exo. 19. tis eius aduentus fuit singulariter reuelatus. Vel potius
cantet nascendo eis canticum illum gratiolum, qui scri
ptus est: Vos ipsi vidistis, quid fecerim Aegyptijs, quo
Exo. 19. modo portauerim vos super alas aquilarum. Et sequi-
tur, vos eritis mihi regnum sacerdotale & gens sancta.
Vos enim submersis Aegyptijs.i. mundi amatorib. in
mari rubro, i. in peccato, & tandem in inferno, ad terrã
promissionis, id est ad hanc terram viuentium promil
sam adduxi. Et ista cantilena specialiter est propheta-
rum, & super alas aquilarum vos portaui, id est in pen
nis contemplationis angelicæ vos eleuaui ad speculan
Exod. vbi supra. dum aduẽtum meum, & omnia mysteria gratiæ, & hęc
cantilena est specialiter prophetarum. Et eritis mihi in
regnum sacerdotale, quia a patribus Christus descẽdit
in virgine Maria, quę fuit de tribu sacerdotali & regia,
quia pater Dominæ nostræ.s. Ioachim, fuit de tribu Iu
da, & mater eius Anna, fuit de tribu Leuitica: vt patet
in historia, & hæc est cantilena communis Patriarcha-
rum. Et quia Patriarchæ fuerunt reges & duces, sicut
patet in Dauid & filijs suis, Prophetæ vero fuerunt sa-
cerdotes, sicut Samuel, Zacharias, & Ioannes Bapt. Ad
illud canticũ gratiosum & gloriosum respondet sanctt
Apoc. 4. Patriarchæ & Prophetæ, illud canticum est scriptũ in
Apoc. vbi dicitur ꝙ quatuor animalia & vigintiqua-
tuor seniores cantabant canticum nouum, dicẽtes. Di-
gnus es Domine accipere librum & soluere signacula
eius, quoniam occisus es, & redemisti nos in sanguine
tuo. Et sequitur, & fecisti nos Deo nostro regnum & sa
cerdotes. Tu Dñe solus dignus es aperire librũ Dei pa
tris, scriptum per Spiritum sanctum in pergameno vir
gineo tuæ carnis. Tu.n.aperuisti septem signacula libri
de virgine carnem assumendo, & de virgine nascendo,
& in cruce pro nobis moriendo, & ad infernum descẽ-
dendo, & a mortuis resurgendo, & ad cœlum ascendẽ-
Apoc. vbi supra. do, & ad iudiciũ veniendo. De istis septem articulis tuę
humanitatis manifestasti nobis arcanum tuæ diuinæ
miserationis, scilicet mysterium humanæ redemptio-
nis. Et ideo sequitur cantilena, quoniam occisus es, &
fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes. Regnũ,
quia fecisti nos obedire præceptis tuis, sicut regnum
obseruat dictum regis, & sacerdotes, quia in mundo fe
cisti nos offerre sacrificium spiritus tribulati, & tunc in
cœlo sacrificium perpetuæ laudis pro beneficijs tuis
immolamus tibi. Quarto, saluator cantat sanctis Apo-
Luc. 22. stolis dulcissimam cãtilenam, quæ scripta est. Vos estis
qui permansistis mecum in tentationib. meis, & ego di-
spono vobis regnũ, sicut pater meus disposuit mihi re-
gnum, vt edatis & bibatis super mensam meã in regno
meo, & sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duo
Ioan. 15. decim tribus Israel Vos estis non serui sed amici mei,
& ego vester socius. Vos discipuli mei estis & ego ma-
gister & pędagogus. Vos fratres mei & ego vester cha
ritate germanus, qa fuistis participes tribulationis meę,
do vobis triplicem dignitatem glorię supernæ. Facio.n.
vos reges omnipotentes cęlestes, & hoc est quod dicit.
Luc. 22. Dispono vobis regnũ sicut disposuit mihi pater meus
regnum, vos per gratiam non per naturam. Facio vos
conuiuas cęlestis mẽsæ, vbi humanitas est cibus, & dei
tas est potus, & hoc est quod dicit, vt edatis & bibatis
super mensam meã in regno meo. Facio vos nihilomi-
Luc. 22. nus iudices cęlestis curię. Vnde sequitur, sedebitis super
sedes duodecim, iudicantes &c.i.diuinum iudiciũ ap-
probantes, sicut ęterni consistorij assessores, iudicãtes
duodecim tribus Israel. i. vniuersalem multitudinem
Ioan. 3. fideliũ, quia infideles iam iudicati sunt, vt dicitur. Qui
signantur hodie per numerũ 12. tribuum Israel, qui in
lum coluerũt vnum Deum, Ad hanc cantilenam respõ
Io. 6. debunt sancti Apostoli cãtilenam quæ scripta est. Quã
pro omnib. cantauit Petrus dicens. Domine ad quem
ibimus, verba vitæ æternæ habes, & nos credimus &
cognouimus, quia tu es Christus filius Dei viui. Cre-
dimus in verbo & radio, fidei merito, & cognoscimus
claritatem in cęlo, quia tu es Christus.i.vnctus oleo di
uinæ miserationis, balsamo odoriferæ conuersationis,
chrismate dignissimæ consecrationis, regiæ.s. & sacer-
dotalis, filius Dei potestate, æternitate, & maiestate
Mat. 5. Deo patri æqualis. Quinto Christus rex noster cantat
sanctis martyrib. cantilenã illã, q̃ scripta est. Beati qui
persecutionem patiuntur pp iustitiam, quoniã ipsorũ
est regnum cęlorum, quasi diceret, sanctis martyribus
graue fuit martyrij pondus, quo pscutionem passi e-
stis. Dignus fuit martyrij titulus, quia pp iustitiã, non
pp culpam sustinuistis, & ideo magnus fuit martyrij
fructus, qm̃ vestrum est regnum cœlorum. Ad hanc cã
tilenam respondent martyres gloriosi, & dicent cantile
a.Ti.2. nam, quam in persona ipsorum martyrũ dicit Aposto-
lus. Et si commortui sumus, & conuiuemus, si sustinui
mus, & cũ eo regnabimus, qa si diceret. Labor noster
est modicę passionis, sed magnus est fruct⁹ diuinę frui
Rom. 8. tionis, quia non sunt condignæ passiones huius tpis ad
futuram gloriam, q̃ reuelabitur in nobis, vt dicit Apos.
Sexto, Christus cantat sanctis Pontificib. & doctorib.
& alijs confessoribus, & primò sanctis Põtificib. canti-
1.Petr.2. lenam quæ scripta est. Vos autem genus electum, rega
le sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Ge
nus electum, per prædestinationem, regale sacerdotiũ,
per subditorum protectionem, gens sancta per virtutũ
perfectionem, populus acquisitionis per exemplorum
ædificationem, & diligentiam pastoralẽ. Postea sanctis
Mat. 5. doctorib. Christus cantat illud quod scriptũ est. Vos
estis sal terræ. Nam sicut sal est sapor omnium saporũ,
sic expositio catholica doctorũ, est quasi condimentũ
sacrorũ eloquiorũ. & sicut omnia cibaria sine sale sunt
insipida, sic verba sacrę scripturæ, maximè legalia sacra
menta, sine catholica expositione doctorum, videntur
simplicib. non esse multum fructuosa. Et sicut sal cõser
uat carnes a putrefactione vermium, sic doctrina & ex
positio doctorum conseruat carnales homines à corru
ptione peccatorum. Vnde pp istã dr. Sermo vester sp
Col. 4. sit sale cõditus. Septimo, Christus cantabit oib. sanctis
monachis & anachoretis.i.solitarijs, & oib. alijs cõfes-
Mat. 5. soribus cantũ illum, qui scriptus est in Matth. vos estis
lux mundi. Sol dr lux mundi ad literam, & sc̃ti confes-
sores dñr lux mundi per figuram, s. instar solis mundũ
illuminantes splendore honestatis, instar solis mundũ
inflammantes feruore charitatis, instar solis mũdum su
perantes, quantitate virtutis. Nam sm̃ astrologos, sol
est octies maior quam terra, sic sancti viri mũdanos ex
cedunt octies virtute & gr̃a.i.octo beatitudinib. vel vir
tutib. quas Christus docuit in schola sua tanquam in
Mat. 5. sua prima lectione dicens, Beati pauperes spiritu, Istæ
nanq; octo beatitudines sunt q̃dam gr̃æ præsentes in
quib. viri sc̃ti superant hoĩes mũdanos & carnales. Ad
istam beatam cantilenam oẽs vnanimiter Pontifices &
alij doctores Chr̃o rñdent cantum illum dulcissimum
Psal. 65. qui scriptus est in Psal. Transiuimus per ignem & aq̃,
p ignẽ fortes in aduersis, p aquam humiles in ꝓsperis,
& eduxisti nos in refrigeriũ fęlicitatis, sicut p miserias.
Mat. Vñ saluator ait. Venite ad me omnes qui laboratis, &
onerati estis iugo ꝓceptorũ meorũ, & ego reficiam vos
plenitudine cęlestiũ gaudiorũ. Octauò cantat Chr̃s vir
ginib. cantilenam illam. O q̃ pulchra est casta genera-
Sap. 4. tio cum claritate. Casta generatio dicitur pudicitia vir
ginalis, & continentia vidualis, & temperantia cõiuga-
lis. Istis tribus triplex claritas correspondet. Nam virgi
nes habent claritatem incorruptionis, & aureolę, viduę
clarita-

claritatem deuotionis internæ, coniuges claritatem suc
cessionis benignæ, & omnes pariter habent claritatem
odoriferæ famæ & opinionis bonę. Ad hanc cantile-
nam virgines & continentes respondebūt illud canticū
Cantic. 1. dulcissimum; quòd est in Cant. Oleum effusum nomē
tuum, iō adolescentulæ dilexerunt te nimis. Nimis dici
Sap. 8. tur: propter ariditatem continentiæ, quia dicitur. Scio
qm̄ aliter non possum esse continens, nisi Deus det. Et
Apoc. 14. iō dicitur. Quia nemo poterat dicere canticum illud. s.
virginale, nisi illa centum quadraginta quatuor millia,
qui empti sunt de terra. Numerus centenarius compe-
Mat. 13. tit virginib. quib. datur fructus centesimus, vt dicitur
in Matt. Quadragenarius cōpetit viduis, quia quadra-
ginta signat statutam pęnitentiam, ideo tā Moyses, quā
Elias, quam Christus quadraginta diebus, & quadra-
ginta noctib. ieiunauerunt. Quaternarius competit cō
iugatis castitatem amantibus, quia secundum doctrinā
quatuor euangelistarum obseruare conantur coniuga
Heb. 13. lem thorum, vnde dicit Apost. Honorabile connubiū
in omnib. & thorus immaculatus. Millenarius vero cō
petit continentib. quia per millenarium qui est limes,
& terminus omnium numerorum signatur cęleste gau
dium, quòd est finis omnium desideriorum, vndē dici
Psalm. 16. tur in psal. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Vltimo
Christus cantabit communiter omnibus sanctis illam
Matt. 25. dulcissimam cantilenam, scilicet Venite benedicti pa-
tris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab
origine mundi. Venite benedicti patris mei, per gratiæ
Rom. 8. adoptionem, per quam estis filij & fratres mei. Quia vt
ait Apostolus. Si filij, & heredes, hęredes quidē Dei, co-
hęredes aūt Christi, quod vobis paratum est ab origi-
ne mundi, per ęternam prædestinationem, per quam e-
stis æterna præscientia electi. Ad istam cantilenā Chri-
sti respondebit altissime totus chorus, vel chorea, vel
1. Tim. 1. ballata sanctorum, illum cantū qui rescribitur, in Pau-
lo, Regi sęculorum immortali inuisibili, soli Deo ho-
nor & gloria in sæcula sęculorum. Tibi inquam Domi
ne, qui es omnium sæculorum pro nobis tantum humi-
liatus, tu immortalis q̨ pro nobis in cruce es mortuus,
tu inuisibilis, quia tu nobis visibilis, tu solus sanctus in
maiestate, nobis tamen misericorditer associatus, tu es
omnipotens, pro nobis aūt homo factus es, tibi inquā
honor ex creatione, gloria ex redemptione in sæcula sę
culorum, ex æterna saluatione, amen, ex omnium pro-
missorum tuorum certissima adimpletione. Tandem
omnes sancti dicent, alter ad alterum, illum sacratissi-
mum hymnum & trisagium gloriosum, quod scribitur
Isa. 6. in Isaia. Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus sab-
baoth, vel exercituum, pleni sunt cęli, & terra gloria e-
ius. Cuius est tanta virtus, ꝙ qui dicit illum, a morte su
bitanea, & fulgure, & oībus tribulationib. est securus,
vt ait Damasc. lib. 3. Propter quod statuit sancta syno-
dus Calcedonensis, quartum hoc trisagium sanctæ tri-
nitatis a fidelibus dici, contra omnes stellionatus, id
est minas diuinas, vt ait Damasc. ibidē. s. Agyos, othe-
os, Sāctus Deus, Agios, Ischyros, Sāctus fortis, Agios,
athanatos, eleison, ymas, Sāctus, & immortalis, misere-
re nobis. In quotrisagio sancti faciunt specialiter tria. s.
Isaia. 6. trinitatem cōfitentur in vna essentia. Vnde dicit Isaia.
Sanctus, Sanctus, Sanctus, potestatem, & iudicia admi-
rantur dicentes. Dominus Deus exercituum, pietatē
& beneficia venerantur addentes, plena est omni terra
tam viuentium, quam morientium, gloria eius. i. miseri
cordia eius, in qua Deus pręcipue ostenditur glorio-
Rom. 3. sus, vt exponit Glo. Vnde dicit Apost. Omnes. n. pecca
uerunt, & egent gloria Dei, quæ est infinita. Ad quam
gloriam nos perducat, & participes efficiat ductor il-
lius choreæ Iesus virginis filius, qui cum Deo patre, &
spiritusancto, vni solo Deo viuo, & vero est honor, &
imperiū maiestatis, per infinita sæcula sæculorū Amē.

SEQVVNTVR THEMATA
Cum breuiusculis introductionibus, pro mate-
ria prædicanda, singulis diebus dominicis, &
alijs Sanctorum festiuitatibus per annum. Et
primò Dominica 1. in aduentu Domini.

Abijciamus opera tenebrarū, & induamur arma Rom. 13.
lucis. Sicut in die, &c. In aduētu magni Regis, &
Principis expiantur sordes, & parantur vestes. Et
ideo Apostolus in his verbis; per hunc modum, ꝑp sū
mi regis aduentū, ad faciendū hæc duo specialiter nos
inuitat. Primo, ad vitiorum sordes expurgandas, cū di-
cit. Abijciamus opera tenebrarum. Secundo, ad virtu-
tum vestes præparandas, cum addit, & induamur arma
lucis. Primo igitur, debemus expurgare sordes vitiorū,
& ꝑpter tria, quæ sunt in peccato. Require in materia
de peccato in communi. Secundo, debemus vestes vir-
tutum præparare, & specialiter vestem charitatis, &
sicut videmus, ꝙ vestis nobilior portatur in festis præ
cipuis. De hac veste quære in materia de charitate.

Dominica 2. *Aduentus.*

Deus autem spei repleat vos omni gaudio. Quoniā Rom. 16.
a viris a spiritualibus sunt debiles sustinendi, & tristes
consolandi, idcirco Apostolus in verbis propositis duo
facit. Primo. n. promittit debilib. sustentationem, cū di
cit. Deus autem spei. Secundo, tristib. consolationem,
cum addit, repleat vos omni gaudio & in Psal. Spera in Psalm. 36.
Dn̄o, sequitur & pasceris in diuitijs eius. Primo, dico,
quòd spiritualis sustentatio est virtute spei. Quære in
materia de spe. Secūdò spiritualis consolatio est in gau
dio virtutis. Vnde virtus comparatur paradiso. Quęre
in materia de virtute in communi.

Dominica 3. *Aduentus.*

Modestia vestra nota sit omnibus hominibus, Do-
minus prope est. Rege præsente consueuerunt domicel Phil. 4.
li, & milites multum alacriter & honeste incedere, iō
Apost. præuidens regis æterni præsentiam propinquā
ad conuersationem honestam in verbis propositis nos
hortatur. Et secundum hoc in verbis istis duo facit. Pri
mo. n. hortatur nos ad conuersationis honestatem, cū
dicit. Modestia vestra nota sit omnib. hominib. Secun-
do, ostendit conuersationis causam, cum addit, Domi-
nus prope est. Primo igitur forma conuersationis con
sistit specialiter in mansuetudine vel mititate. Require
in materia de mititate, & mansuetudine. Secundo vir-
tus spiritualis conuersationis, & orationis, castitatis, &
pietatis, faciunt propinquam Dei præsentiam. require
in materia de castitate, oratione & pietate.

Dominica 4. *Aduentus.*

Nolite ante tempus iudicare, quò ad vsque veniat 1. Cor. 4.
dominus. Dicit lex imperatoris, quòd aduenīēte præsi-
de, cessat iunior potestas. Ideo Apostolus considerans
aduentum æterni iudicis, duo facit in his verbis. Primo
nanque reprimit inuidiam iniquam dicens. Nolite an-
te tempus iudicare. Secundo prędicit saluatoris iustitiā
futuram, cum dicit quousque veniat Dn̄s. Primo igi-
tur reprimitur inuidia propter tria. Require in mate-
ria de inuidia. Secundo, prædicatur causa iudicis senten
tia. Require in materia de iudicio futuro.

Dominica infra octa. Natiuitatis.

Itaq; iam non est seruus, sed filius, ꝙ si filius & hęres Gal. 4.
per Deū. Magnus debet magna donare. Vnde Apos. in
his verbis describit saluatoris magnificentiam. Et secū
dum hoc tria facit. Primo enim describit culpæ subie-
ctionem, a qua sumus liberati, cum dicit. Itaque iā non
est seruus. Secundo, gratiæ coopetationem, per quam

sumus liberati & iustificati, addens, sed filius. Tertio, gloriæ possessionem ad quam sumus prædestinati, sub dens, quod si filius, & hæres per Deum. Primo igitur, subijcitur hō per culpam, specialiter propter gulam, luxuriam, & auaritiam. Quære in materia de gula, de luxuria, & de auaritia. Secūdo, iustificatur homo per gratiam pœnitentiæ. Quære in materia de pœnitentia. Tertio beatificatur homo per gloriam. Quære in materia de gloria paradisi.

Dominica secunda.

Rom. 12. Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Omnis cibus quantumcunque preciosus, insipidus est, nisi sit sale conditus, ideo Apost. hortatur nos in verbis propositis, vt cibum prudētiæ cōdiamus sale discretionis. Et secūdum hoc duo facit. Primō prohibet sapientiam temerariam dicens, non plus sapere quam oportet sapere. Secūdo suadet temperantiam necessariam addens, sed sapere ad sobrietatem. Primo igitur cauenda est prudentia vel sapientia inordinata. Quere in materia de prudentia. Secundo quærenda est sobrietas modesta. Quære in materia de temperantia.

Dominica prima post octa. Epi.

Rom. 12. Odientes malum, adhærentes bono. Naturaliter gustus bene dispositus respuit amaritudinem & appetit dulcedinem. Ideo Apostolus in his verbis monet nos ad duo, videlicet ad detestationem culpæ dicens. Odientes malum. Secundo monet nos ad dilectionem gratie, ibi: adhærentes bono. Primo igitur detestanda est culpa. Quære in materia de peccato in communi. Secundo, diligenda est virtus vel gratia. Quære in materia de virtute in communi.

Dominica secunda.

Rom. 12. Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed datelo cum iræ. Non est tutum militem sine armis intrare locum certaminis, ideo Apost. in his verbis specialiter nos instruens, duo facit. Primo. docet esse sumendum scutum patientiæ, dicens, Non vosmetipsos defendētes. Secundo docet cauendum ictum iracundiæ, addens, sed date locum iræ. Primo, debemus assumere patientiam tanquam scutum. Quære in materia de fortitudine, & de patientia. Secundo, debemus cauere iracundiam tanquam ictum. Quære in materia de ira.

Dominica tertia.

Rom. 13. Qui diligit proximum suum, legem impleuit. Mercatores facientes computum, prius ipsum in pecias & partes diuidunt, & postea in summam reducunt, sic & Apostolus in his verbis diuinæ legis reducit summam in charitatē. Et secundū hoc monet nos Apostolus ad duo, videlicet ad dilectionem proximorum dicēs. Qui diligit proximum. Ad impletionem mandatorum, addens, impleuit legem. Primo igitur debemus proximū diligere. quere in materia de charitate Secundo, debemus pcepta adimplere. Quære in materia de preceptis.

Dominica quarta.

Col. 3. Pax igitur Christi exultet in cordibus vestris. Mundus iste consueuit duo multum desiderare, s. concordiā pacis, & lætitiam cordis. Ideo Apostolus in his verbis optat nobis hæc duo, quæ naturaliter desiderat omnis homō. s. proximi concordiam amicabilem, cum dicit. Pax igitur Christi. Secundo animi lætitiam delectabilem, cum addit, exultet in cordibus vestris. Primo igitur, affectanda est concordia pacis. Quære in materia de pace. Secundo, lætitia cordis est optanda, quære in materia de charitate, & in materia de gaudio.

Dominica in septuagesima.

Sic currite, vt comprehendatis. Quoniam non incipientibus, sed proficientibus regnum cœleste promittitur. Ideo Apostolus in verbis istis ad duo specialiter nos hortatur. Primo ad fructuosam operationem, cum dicit. Sic currite. Secundo ostendit fructuosæ operationis rationem, cum addit, vt comprehendatis. Primo igitur debemus cursum preceptorum perficere. Quære in materia de præceptis. Secundo, fructum præmiorum appetere. Quære in materia de gloria paradisi. 1. Cor. 9.

Dominica in sexagesima.

Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Infirmus si prudens est, libēter sustinet sudorem propter sequētem sanitatem, Ideo Apostolus in his verbis duo docet, s. afflictionem carnis quam debemus libenter portare, dicens. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Secundo possessionē virtutis, quam debemus feruenter amare, cum addit, vt inhabitet in me virtus Christi. Primo igitur afflictio carnis est libenter portanda. Quære in materia de fortitudine. Secundo, possessio virtutum est amanda. Quære in materia de virtute in communi. 2. Cor. 12.

Dominica in quinquagesima.

Caritas patiens est. Decet reginam, habere regium apparatum. Ideo Apostolus in his verbis describit specialiter ista duo, scilicet charitatem sicut virginum reginam dicens, Charitas. Secundo patientiam, sicut reginæ armaturam addens, patiens est Primo igitur, charitas est virtutum regina. Quere in materia de charitate. Secundo, patientia est reginę armatura. Quære in materia de fortitudine. Et in materia de patientia. 1. Cor. 13.

Dominica in quadragesima.

Vt castigati & non mortificati. Filius si peccauerit castigandus est, & non mactandus, corrigendus & non occidendus. Et secundum hoc Apost. in isto verbo specialiter ostēdit duo. Primo quod peccator debet se corrigere cum flagello pœnitentiæ, cum dicit. Vt castigati. secundō, q non debet se occidere cum gladio culpæ, addens, non mortificati. Primo igitur castigandus est peccator flagello pœnitentiæ, Quære in materia de pœnitentia. Secundo, non est occidendus gladio culpæ, quære in materia de peccato in communi. 2. Cor. 6.

Dominica 2. in quadragesima.

Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra. Tunc regnum bene regitur, quando populus voluntatem regis obseruat, & quando rex plebis vtilitatem procurat. Vnde Apostolus in his verbis hæc duo facit. Describit. n. quid summe obseruandum, quia volūtas diuina, dicēs. Hæc est voluntas Dei. Secundo quid summe affectandum, quia sanctitas propria: addens, sanctificatio vestra. Primo igitur debemus diuinam voluntatem obseruare implendo præcepta. Quære in materia de præceptis. Secundo, debemus per munditiam propriam castitatem seruare. Quære in materia de castitate. 1. Thes. 4.

Dominica tertia.

Ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit vos. Vnicuiq; experto in sua scientia credendum. Et ideo, qa Apostolus summe fuit expertus in præceptis & sciētia, audire debemus lectionē suam, q̄ nobis proponit in his verbis, de schola diuinę lectionis. Hęc aūt lectio cōtinet duo capitalia dilectionis, scilicet viam regulantē, & iō dr. Ambulate in dilectione, & dilectionis formam exéplarē, & ideo subditur, sicut & Christus dilexit vos. Primo igit. sequēda est dilectionis via. Quere i materia de di- Eph. 5.

Digitized by Google

de dilectione & charitate. Secundo, attentenda est dilectionis forma. Quære in eadem materia.

Dominica 4. in Quadragesima.

Gal. 4 Eijce ancillam & filium eius. Vulgo dicitur, q bonū opus facit, qui de stulto se expedit. Et ideo Apost. in hoc verbo monet nos, ad expellēdum peccatum de cordis hospitio, & hoc quantum ad duo, s. quantum ad affectionem qua peccatum concupiscitur, dicens, eijce ancillam, i. voluntatem malam, & quantum ad operationem, qua peccatum perpetratur, addens, & filium eius. Primo igitur per penitentiam expellenda est affectatio mala, & fit præcipue per contritionem, & per confessionem, quære in materia de pœnitentia. Secundo expellēda est operatio praua, & fit per satisfactionem. Quære in eadem materia.

Dominica in passione Domini.

Heb. 9. Per propriū sanguinem introiuit semel in sancta. Religiosi consueuerunt se minuere, quando volunt infirmariam intrare, & recreationem suscipere, sic dominus in passione sua fecit se minui, & sic intrauit infirmariā, & recreationem paradisi recepit. Et sic Apost. in verbis istis duo ostendit, s. passionis Christi minutionem, dicens. Per proprium sanguinem. Secundo resurrectionis recreationem, addens, introiuit semel in sancta, s. in cœlum. Primo igitur, passio Christi est iugiter meditanda. Quære in materia de contemplatione & de gaudio. Secundo, bona celestia sunt feruenter desideranda. Quære in materia de spe, & gloria paradisi.

Dominica in Ramis Palmarum.

Phil. 2. Humiliauit semetipsum factus obediēs vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Qui vult librū scribere vel corrigere, super omnia de exemplari veraci debet curare, & ideo Apostolus in his verbis proponit nobis ꝓ libro exemplum vitæ Christi ad transcribendum, & corrigendum librum cordis nostri. Proponit autem hic nobis quatuor capitula huius libri, in cordis nostri codice transcribenda. Primum, s. humilitatis inclinantis, cum dicit. Humiliauit semetipsum. Secundum obedientiæ subiugantis, cum dicitur factus obediens. Tertium perseuerantię coronantis, cum subditur, vsque ad mortem. Quartum pęnitentiæ crucifigentis cū subinfertur, mortem autem crucis. Primo igitur debemus nos humiliter inclinare. Quære in materia de humilitate. Secundo, debemus nos obedientia subiugare. Quære in materia de obedientia. Tertio debemus nos perseuerantia coronare. Quære in materia de fortitudine. Quarto debemus nos pęnitentia cruciare. Quære in materia de pęnitētia.

Dominica prima post Pascha.

1. Io. vlt. Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Multum gloriatur miles in gladio, quando cum illo triūphauit in omni bello. Ideo Io. Apostolus ostēdit in his verbis Christi militib. specialiter duo. s. triumphum vitiorum dicens. Hæc est victoria quæ vincit mundum. Secūdo genus armorum securissimum, fides nostra. Primo igitur, debemus perseuerantia triumphare. Quære in materia de fortitudine. Secundo, debemus nos armis fidei armare. Quære in materia de fide.

Dominica Secunda post Pascha.

1. Pet. 1. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exēplum, vt sequamini vestigia eius. Sequi debet miles ducem, proles patrem, scholaris doctorem, & ideo Apostolus ostendit nobis tria in his verbis, quæ sunt necessaria, & facienda nobis. Primo est nobis cum Christo militandum, & ideo dicitur, Christus passus est pro nobis. Secundo cū Christo cōuersandum, & ideo subditur, vobis relinquens exemplum. Tertio per Christum ambulandum, & ideo subinfertur, vt sequamini vestigia eius. Primo igitur debemus laborare cum Christo, per pœnitentiam dignam. Quære in materia de pęnitentia. Secundo, debemus conuersari in Christo per vitam honestam. Quære in materia de castitate, & tēperantia. Tertio, debemus post Christum ambulare per mandatorū semitam rectam. Quære in materia de præceptis.

Dominica Tertia post Pascha.

Obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos, abstinere vos a carnalib. desiderijs, quę militant aduersus animam. Qui bene dirigit in via, prædicit omnia diuerticula, & pericula. Et secundum hoc, Apostolus monet nos in his verbis ad tria, s. habendam mortis memoriā, dicens. Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos. Secundo, ad domandam carnis lasciuiā, dum dicit. Abstinere vos a carnalib. desiderijs. Tertio ad frangendā hostis malitiam subdens, quæ militant aduersus animā. Primo igitur habenda est mortis memoria, & hoc est humilitatis. Quære in materia de humilitate. Secundo, domanda est carnis lasciuia, qđ est opus castitatis. Quære in materia de castitate, & temperantia. Tertio, fugiēda est hostis malitia, & hoc opus fortitudinis. Quęre in materia de fortitudine, & continentia. 1. Pet. 2.

Dominica Quarta post Pascha.

Sit omnis homo velox ad audiendum, & tardus ad loquēdum, & tardus ad iram. Vulgo dicitur, qui non est prudens, sit saltem bene credens. Et ideo Beatus Iacob. Apostolus monet nos specialiter ad tria. Primum est velocitas contra contemptum obedientiæ, dicens. Sit omnis homo velox ad audiendum. Secūdum est taciturnitas contra peccatum linguæ, ideo addit, tardus ad loquendum. Tertium est mititas contra peccatū irę, ideo dicit, tardus ad iram. Primo igitur debemus acquiescere, Et hoc est opus obedientiæ. Quære in materia de obedientia. Secundo, debemus libenter tacere cōtra vitium linguæ. Quære in materia de præceptis. Tertio debemus esse quieti contra peccatum iræ. Quære in materia de ira. Iaco. 2.

Dominica quinta post Pascha.

Religio munda, & immaculata apud Deum patrem, hęc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorū, & immaculatū se custodire ab hoc seculo. Boni pictoris industria apparet in bona pictura, & secundum hoc Apostolus pingit bonam picturam quantum ad tria, q̃ sunt ad bonam vitam necessaria, s. decor cōuersationis, & ideo dicitur. Religio munda, & immaculata apud Deum & patrem hæc est. Secundo dolor miserationis, cum additur, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum. Tertio fuga inquinationis, cum subditur, & immaculatum se custodire ab hoc seculo. Primo ergo debemus pie conuersari, quod est opus honestatis. Quęre in materia de honestate vel castitate. Secundo debemus pie misereri, & hoc est opus pietatis. Quære in materia de pietate, & misericordia. Tertio debemus inquinationem detestari, & hoc est opus virtutis, & hoc quantum ad triplicē concupiscentiam, s. mundi, carnis, & hostis. Quære in materia de præceptis est oratione. Iacob. 1.

Dominica Infra octa. Ascen.

Si quis ministrat, tanquam ex virtute quam administrat Deus. Omnis bonus operarius vtitur regula ad dirigendum opus. Et secundum hoc Beatus Petrus Apostolus ostendit in his verbis duo nobis necessaria, s. obsequium exterioris operis, dicens. Si quis ministrat, & 1. Pet. 4.

iudi-

Digitized by Google

iudicium interioris virtutis, addens, quam administrat Deus.

Primo, debemus bonum opus exercere, et specialiter triplex, s. opus iustitiæ in obseruando mandata. Quære in materia de præceptis. Secundo, opus pœnitentiæ in emendando peccata. Quære in materia de pœnitentia. Tertio, opus misericordiæ in subleuando proximi incommoda. Quære in materia de misericordia.

Dominica Prima post Pentecosten

1. Ioan. 4. Hoc mādatum habemus a Deo, vt qui diligit Deū, diligat & fratrem suum. Duplicem modum consueuit facere, qui rem vult bene ligare. Et secundum hoc Ioannes Apostolus ostēdit nobis duo de vinculo charitatis. Iniunctionem, qua iniungitur sub discreto precepto, & ideo dicitur, Hoc mandatum habemus a Deo. Charitatis perfectionem, quæ perficitur duplici modo, & ideo subditur, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Primo igitur, charitatem debemus seruare tanquam præceptum, quære in materia de præceptis. Secundo, debemus charitatem nodare tanquam vinculum. Quære in materia de charitate.

Dominica Secunda post Pentecosten.

1. Ioan. 3. Qui odit fratrem suum homicida est. Secundum leges seculares, non solum reputatur homicida qui interficit ictu gladij, sed qui parat potiones veneni. Et secūdum hoc Apos. in his verbis ostendit nobis duo. s. odiū expellendum ad modum veneni, dicens. Qui odit fratrē suum. Secundo homicidium abhorrendum, instar gladij, addens. Homicida est. Primo igitur debemus odiū fratris vitare, quod est inuidiæ corruptio. Quære in materia de inuidia. Secundo, debemus homicidium abhorrere, quod est præcepti transgressio. Quære in materia de præceptis.

Dominica Tertia post Pentecosten.

1. Petr. vlt. Humiliamini sub potenti manu Dei, vt exaltet vos in die visitationis, &c. Saltatores consueuerunt se curuare, vt melius possint ad alta saltare. Et secundum hoc Apost. ostendit nobis duo. s. humilitatis inclinationem profundā, dicens. Humiliamini sub potenti manu Dei. Secundo humilitatis eleuationem iucūdam, addens, vt exaltet vos in die visitationis. Primo igitur debemus nosipsos humiliare. Quære in materia de humilitate, & superbia per contrarium. Secundo debemus nos per cōtemplationem ad gloriam leuate. Quære in materia de gloria paradisi.

Dominica Quarta Post pentecosten.

Roma. 8. Existimo. n. quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futurā gloriam, quæ reuelabitur in nobis, &c. Consueuit homo accipere pro parte sua, quod plus ponderat in statera. Et secundum hoc Apostolus quasi in statera proponit nobis duo verba in oppositō, s. præsentem tribulationem ad suscipiendum, dicēs. Existimo, quod non sunt condignæ passiones huius temporis. Secundo æternam remunerationem ad eligendum, addens, ad futuram gloriam. Primo igitur debemus præsentem tribulationem sustinere patienter. Quære in materia de patientia; & acedia per contrarium. Secundo æternam remunerationem expectare. Quære in materia de spe, & gloria paradisi.

Dominica Quinta post Pentecosten.

1. Pet. 3. Si quid patimini propter iustitiam, beati, &c. Vix acquiruntur magnæ diuitiæ sine magno labore. Et secundum hoc in verbis propositis ponuntur specialiter tria, s. virtus laborem sustinens, cum dicitur. Si quid patimini, Iustitia laborem decorans, cum additur, propter iustitiam, Fructus, laborem remunerans cū subditur, beati. Primo. n. debemus laborem præsentem patienter portare. Quære in materia de fortitudine, superbia, luxuria, & auaritia per contrarium. Secundo, debemus præsentem laborem titulo iustitiæ decorare. Quære in materia de iustitia. Tertio, debemus laborem fructu felicitatis coronare. Quære in materia de spe, & gloria paradisi.

Dominica Sexta post Pentecosten.

Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quod simul viuemus cum eo, &c. consueuerunt pueri rumpere vestes antiquas, vt citius habeant nouas. Et secundū hoc Apostolus in hoc verbo specialiter ostendit nobis duo. s. vestem carnis mortificandam, cum dicitur. Si autem mortui sumus cum Christo, stolam gloriæ desiderādam, cum additur, quod simul viuemus in eo. Primo igitur, debemus vestem carnis rumpere per pœnitentiam. Quære in materia de pœnitentia, acedia, luxuria, & gula per contrarium. Secundo debemus stolam gloriæ æternæ frequenter appetere. Quære in materia de spe, & gloria paradisi. Ro. 6.

Dominica Septima post Pentecosten.

Habetis fructum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. Qui prudens est considerat fructum laboris, & finem operis. Et scdm hoc Apostolus in omni hora docet nos considerare duo, s. fructum iustificantē dicens. Habetis fructum in sanctificationem, & desiderare finem iustificantem, addens finem vero vitam æternam. Primo, fructus boni operis consistit in opere iustitiæ. Quære in materia de præceptis. Secūdo finis operis consistit in consummationem perseuerantiæ. quære in materia de perseuerantia. Tertio in expectatione futuræ gloriæ. Quære in materia de spe & gloria paradisi. Ro. 6.

Dominica Octaua post Pentecosten.

Si secundum carnem vixeritis moriemini, &c. Infirmus si semper bibit secundum sitim febris, de facili incurrit periculum mortis. Et secūdum hoc, Apostolus ostendit nobis duo, s. febrem vel sitim carnis omnino reprimendam, dicens. Si secūdum carnem vixeritis. Et gehennalem pœnam mortis omnino fugiendam, addēs moriemini. Primo igitur debemus desideria carnis reprimere, quære in materia de temperantia, & gula per contrarium. Secundo, debemus mortis supplicia formidare. Quære in materia de timore, & superbia per contrarium. Roman. 8.

Dominica Nona post Pentecosten.

Non simus concupiscētes malorum. Qui equitat lasciuum equum debet ipsum refrenare specialiter iuxta periculum. Et secundum hoc Apostolus ostēdit nobis duo. s. concupiscentiæ vitium caute refrenandum cum dicit. Non simus concupiscentes, & concupiscentię periculum formidandum addens, malorum. Primo igitur concupiscentię vitium refrenandum. Quære in materia de preceptis. Secundo debemus concupiscentię periculum formidare, quantum ad gulam, luxuriam, auaritiā. Quære in materia istorum. 1. Cor. 10.

Dominica Decima post Pentecosten.

Diuisiones ministrationum sunt, idem, autem Dominus. Multum decorat honorē regium, multiformis varietas & distributio ministeriorum. Et secundū hoc in his verbis duo specialiter describuntur, s. obsequij diuini distributio salutaris cum dicitur. Diuisiones ministeriorum sunt, Dispensationis Dei dominatio singularis, cum additur, idem autem Deus. Primo igitur, debemus nos occupare, quantum ad opera misericordię, & iustitiæ, & pęnitentiæ. Quære in materia eorum. Secundo, debemus vnum Deum adorare. Quære in materia de præceptis. 1. Cor. 12.

Domi-

Dominica 11. *post Pentecostem.*

.Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum,& gratia eius in me va
cua non fuit.Naturaliter arbor prius nititur radices fi-
gere,& postea fructus proferre. Et secūdum hoc Apo.
in his verbis de quolibet viro iusto ostendit nobis duo
s.veritatis stabilitatem dicens.Gratia Dei sum id quod
sum.& operis fœcunditatem addens, & gratia eius in
me vacua nō fuit.Primo igitur,debemus esse virtutib.
fixi.Quære in materia de fide,spe,charitate,& veritate
in communi.Secuodo,debemus esse in bonis fęcundi.
Quære in materia de misericordia & auaritia & acedia
per contrarium.

Dominica 12. *post Pentecostem.*

.Cor. 3. Sufficientia nostra ex Deo est.Sicut luna recipit lu
men suum a sole,ita creatura donum suum a creatore,
& ad hoc quod luna plene lumen suum recipiat,opor-
tet q̃ sol directe respiciat,& secundum hoc duo specia
liter in verbis istis ostenduntur.s.integralis iusti perfe-
ctio.cum dicitur.Sufficientia nostra.secundo iusti spi-
ritualis contemplatio,cum additur ex Deo est. Primo
igitur debemus perfectionem virtutis habere. Quęre
in materia de virtute in communi.Secundo, debemus
ad Deum per contemplationem respicere. Quære in
materia de oratione & contemplatione.

Dominica 13. *post Pentecostem.*

Gal. 3. Lex propter transgressiones posita est.Sicut.n. prin
cipis equus indiget freno,sic pronitas ex concupiscen
tia nostra iustitiæ præcepto. Et scd̃m hoc Apost.in his
verbis ostendit nobis duo,s.ęquitatem diuini p̃cepti cū
dicit.Lex,& pronitatē peccati cum dicit propter tran-
sgressiones posita est.Primo igitur æquitas pręcepti est
obseruanda.Quære in materia de præceptis. Secundo
peccati pronitas moderanda,quære in materia de pęni
tentia,temperantia,gula,& luxuria per contrarium.

Dominica 14 *post Pentecostem.*

Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritū,& spiritus aduer-
sus carnem.Tempus guerræ est valde periculosum &
maxime quando est continuum,& infestiuū. Idcirco
milites consueuerunt incedere armati.Et scd̃m hoc in
verbo isto duo nobis ostenduntur.s. carnis hostilitas
domanda præ omnibus,cum dicitur.Caro concupiscit
aduersus spiritum.& mentis synceritas armanda virtu
tib.cum additur,spiritus aduersus carnem. Primo igi-
tur debemus hostilitatem carnis domare, & specialiter
quantum ad gulam & luxuriam.Quęre in materia de
gula,& luxuria.Secundo,debemus mentis sinceritatē
amare.Quære in materia de pęnitcotia.

Dominica 15. *post Pentecostem.*

Gal. 6. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis le-
gem Christi. Boues iunguntur,vt facilius trahant iu-
gum,& equi combinantur,vt facilius trahant currum.
Et scd̃m hoc,Apo.in hoc verbo ponēs nos sub dilectio
nis iugo,docet specialiter duo portare, s. proximorum
partem laboris,cum dicit.Alter alterius onera portate.
Secundo conseruare legem amoris addens,& sic adim
plebitis lagem Christi.Primo ergo est necessitas proxi
morū supportanda.Quere in materia de pietate & mi
sericordia.Secundo,est Dei & proximi charitas adim-
plenda.Quære in materia de pręceptis & charitate.

Dominica 16. *post Pentecostem.*

Eph. 4. Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.Si
cut opus glutini est fortiter coniungere, & sicut vin-
culum est ligare,sic opus charitatis est fortiter amare,
& s̃m hoc Apos.in verbo ꝓposito monet nos ad duo
.s.ad habendum charitatis glutinum in vnitate men-
tis ibi.Soliciti seruare vnitatem spiritus,& ad habendū
charitatis vinculum in vnitate pacis,addens,in vinculo
pacis.Primo igitur,charitas loco glutini habet mentiū
vnitatem.Quære in materia de charitate,& inuidia per
contrarium.Secundo charitas loco vinculi habet ne-
cessariam pacem,quære in materia de pace,& ira per cõ
trarium.

Dominica 17. *post Pentecosten.*

In charitate radicati & fundati.Sicut radix arborem Eph. 3.
portat,& sicut fundamētum ædificium sustinet,sic cha
ritas bonum inchoat,& conseruat. Et secundum hoc in
verbis propositis de charitate duo proponūtur,q̃m ip-
se est radix a qua generatur fructus boni operis,& ideo
dicitur in charitate radicati. Ipsa est fundamentum,in
qua situatur omnis structura veritatis. & ideo subdit,
fundati.Primo igitur,charitas est radix respectu operis
boni.Quære in materia de charitate.Secundo, charitas
est fundamentum respectu virtutis. Quære in eadem
materia.

Dominica 18 *post Pentecosten.*

Confirmabit vos vsque in finem sine crimine.Vulgo 1.Cor. 1.
dicitur,q̃ finis,non pugna coronatur. Vnde incaute &
in vanum laudatur nauta antequam acceperit portum,
miles antequam acquisierit triumphum. Et secundum
hoc,Apostolus hortatur nos specialiter ad duo.s.ad fir
mitatem perseuerantiæ, cum dicit. Confirmabit vos:
ad puritatem innocentiæ,addens, sine crimine. Primo
igitur debemus in bono perseuerare.Quęre in materia
de perseuerantia.Secundo, debemus peccatum odire.
Quære in materia de peccatis in communi.

Dominica 19 *post Pentecosten.*

Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret Eph. 4.
operando manibus suis.Mercatores cōsueuerunt mer-
caturam illam eligere, quam cognoscunt ad lucrum vti
liorem esse. Et secundum hoc Apost. in verbo pro-
posito facit specialiter duo. Prohibet acquisitionem
furtiuam cum dicit. Qui furabatur iam non furetur.
Suadet occupationem, addens, magis autem labo-
ret,&c.Primo igitur debemus furtum & rapinam dete
stari.Quære in materia de præceptis & auaritia, Secun
do,debemus bonis operationibus occupari,& speciali-
ter in operibus iustitię.Quære in materia de pręceptis,
de pęnitentia & misericordia.

Dominica 20. *post Pentecosten.*

Nolite inebriari vino,in quo est luxuria.Medici sū- Eph. 5.
me prohibēt vinum infirmis,quia summe accēdit ma-
teriam febris.Et secundum hoc in verbo isto Aposto-
lus duo facit.Primo.n.prohibet vinum gulę,dicēs.No-
lite inebriari vino.Secundo prædicit febrem luxuriæ,
addens in quo est luxuria. Debemus igitur gulī & lu-
luxuriam cauere.Quære in materia de luxuria & gula.

Dominica 21 *post Pentecosten.*

State succincti lumbis vestris in veritate, & induti Eph. 6.
lorica iustitiæ.Consueuerū antiqui & probati milites,
decore pugnare,& armare minores.Et secūdum hoc,
Apost.doce nos in his verbis tria.s.corporis castitatē,
dicens.State succincti lumbis vestris,oris veritatem,ad
dens,in veritate operis,& æquitatem subdens,induti lo
rica iustitiæ.Primo igitur,debet esse caro munda. Quæ
re in materia de castitate & luxuria per contrarium.Se
cundo,debet esse lingua vera.Quęre in materia de veri
tate & mendacio per contrarium, & quære in materia
de præceptis.Tertio,debet esse operatio iusta. Quære
in materia de iustitia.

Dominica 22. *post Pentecosten*

Repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in glo- Phil. 1.
riam & laudem Dei. Mercatores socij consueuerunt
primo

Digitized by Google

primo lucro intẽdere,& postmodum lucrum diuidere. In omni opere bono, sunt socij de⁹ & homo, & honur est portio Dei, qui gratiã largitur, fructus vero est portio hominis, qui bonum opus exequitur. Et secundum hoc Apost. in verbo proposito monet nos quantum ad duo.s.ad fructum boni operis cumulandum, quæ est portio nostra dicens, Repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum. Ad laudem & honorem Deo persoluendũ, quæ est portio sua, addens, in gloriam & laudem Dei. Primo igitur, debemus bonis operibus insistere, & specialiter operibus misericordiæ. Quære in materia de misericordia, vel operibus penitentiæ. Secundo debemus in omnib. Deum laudare. Quære de materia in bonitate,& superbia per contrarium.

Dominica 23. post Pentecosten.

Phil. 3. Quorum Deus vẽter est, & gloria in cõfusione ipsorum qui terrena sapiunt. Consueuit nutrix in cõspectu pueri contra immunditiam spuere, vt puer addiscat immundicias non tractare, & secundum hoc Apost. in verbis istis describit nobis tria vitia detestanda.s.immundorum idolatriam detestabilem, dicẽs. Quorum Deus venter est. Superborum vanam gloriam confusibilem, addens, & gloria in confusione ipsorum. Cupidorum auaritiam inexplicabilem, subdens, qui terrena sapiũt. Primo igitur debemus immunditiam fugere, & specialiter gulam & luxuriam. Quære in materia eorum. Secũdo, debemus auaritiam calcare. Quære in materia de superbia,& humilitate. Tertio debemus auiditatem cupidorum relegare. Quære in materia de auaritia & paupertate.

Dominica 24. post Pentecosten.

Col. 1. In omni tempore bono fructificantes, & crescẽtes in scientia Dei. Arbor nouella facit naturaliter duo. Nam crescendo fructificat, & fructificando crescere non cessat. Et secundum hoc, Apos. in verbo isto monet nos ad duo.s.ad fructum bonorũ operum, dicẽs. In omni opere bono fructificantes, & ad augmentum virtutum addentes & crescentes in scientia Dei. Primo igitur debemus bonis operib. insistere, & magis insistere tribus.s.iustitiæ. Quære in materia de præceptis, de penitentia, & misericordia. Secundo, debemus in virtutibus proficere. Quære in materia de virtutibus in communi & de accedia per contrarium.

In visitatione Prælatorum ad subditos.

Hier. 23. Faciet iudicium, & iustitiam in terra. Bonus paterfamilias prius seruis suis prædicit misericordias, quam inferat plagas, & hoc est quod dicit Dominus per Hieremiam prophetã, & in verbo isto proponit duo.s.Christi iudicium, quod debemus summe formidare dicens. Faciet iudicium, & secundo Christi iustitiam, quam debemus obseruare, addens, & iustitiam in terra. Primo igitur, proponitur Christi iudicium ad formidandum. Quære in materia de timore & iudicio. Secundo proponitur iustitia ad obseruandnm. Quære in materia de iustitia & præceptis.

De Apostolis.

Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Consuetum est in Ecclesia, q in magna solennitate pulsatur maior cãpana. Ita & in festo Apostolorum recitantur magnalia charitatis, quæ est maxima virtutum, & secũdum hoc in verbis istis Saluator in laudem huius Apostoli nobis proponit de charitate duo.s.charitatis gaudium, qui non potest altior esse, dicens. Maiorem hac dilectionem nemo habet. Charitatis signum, quod non potest certius esse, addens, vt animã suam ponat quis pro amicis suis. Primo igitur, debemus exẽplo huius Apostoli dilectionis gradus ascendere. Quære in materia de charitate & acedia per contrarium. Secundo debemus signum dilectionis ostendere. Quære in materia de charitate, & acedia per contrarium.

Item de eisdem Apostolis.

Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Miles debet esse præcipue armatus contra illa tela, quibus vtitur inimicus. Et ideo quia mundus habet duo tela præcipua.s.fraudulentiam, & violentiam, quia per fraudulentiam decipit, per violentiam opprimit. Ideo Saluator in his verbis armat milites suos specialiter duob. armis.s.serpentina sagacitate, contra mundi fraudulentiam dicens. Estote prudentes sicut serpentes, columbina simplicitate, contra mundi violentiam, addens, & simplices sicut columbæ. Primo igitur debemus habere exemplo huius Apostoli, prudentiam serpentinam. Quære in materia de prudentia. Secundo, debemus habere mititatem columbinam. Quære in materia de mansuetudine, & ira per contrarium. Matt. 10.

De eisdem Apostolis.

Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Consueuit luparius lupo exponere agnum, vt cũ agno capiat lupum. Isto modo nouo venationis vsus est Christus, qui principib. mundanis expotuit Apostolos, & p Apostolos cępit principes, et reges mundanos. Et secũdum hoc in verbo isto ad laude huius Apostoli describit duo.s.diuinam auctoritatem, dicens. Ecce ego mitto vos, ouinam simplicitatem addens. Sicut oues in medio luporum. Primo igitur Apostoli fuerunt missi ad prædicandum Dei verbum. Quære in materia de prædicatione. Secundo, fuerunt missi ad ædificandum per exemplum. Quære in materia de religione. Propter primum, est Apostolorum dignitas honoranda. Quære in materia de humilitate. Propter secundum, est eorũ humilitas imitanda præcipue quantum ad paupertatem, obedientiam, & charitatem. Quære in materia de paupertate, charitate, & obedientia. Matt. 10.

De eisdem Apostolis.

Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicẽ, sicut dilexi vos. Consueuit magister quando vult scolares bene instruere, exempla sensibilia in lectione proponere, vt scholares possint facilius retinere, & ideo Saluator in gens scholarib. suis.i. Apostolis lectionem charitatis, proponit seipsum tanquam exemplum lectionis, & secundum hoc charitas, quæ fuit lectio Apostolorum describitur hic tripliciter.s.vt mandatum intransgressibile, cum dicitur. Hoc est præceptum meum, vt vinculũ indissolubile, cum additur, vt diligatis inuicem, vt exẽplum intelligibile, cum dicitur, sicut dilexi vos. Primo igitur debemus charitatem sicut præceptum seruare. Quære in materia de præceptis. Secundo, debemus charitatem sicut vinculum nodare. Quære in materia de charitate. Tertio, debemus charitatem Christi sicut exemplum palpare. Quære in materia de charitate. Ioan. 15.

De vno Martyre.

Iustus vt palma florebit. Cõsueuit agricola arbores generosas eligere, vt eas possit in suo virgulto plantare, sic Dominus noster Iesus Christus elegit arbores nobilissimas in virgulto paradisi plantãdas, inter quas elegit huius venerandi Martyris victoriam, sicut palmam fructuosam & speciosam, & secundum hoc martyr iste gloriosus in isto verbo, tripliciter commendatur. s. vt iustus in opere, cum dicitur. Iustus, vt fortis in tribulatione, cum additur, vt palma, vt pulcher in conuersatione, cum subditur, florebit. Primo igitur debemus exemplo huius Martyris habere iustitiæ rectitudinem. Quære in materia de iustitia. Secundo, patientiæ fortitudinem. Quære in materia de fortitudine. Tertio, munditiæ pulchritudinem. Quære in materia de castitate. Psalm. 91.

Item

Item de eodem Martyre.

Psalm. 20. Posuisti Domine in capite eius coronam de lapide pretioso. Magnus honor est quando imperator promouet aliquem in militem, & maior cum coronat seruum regẽ. Talem honorem isti Martyri glorioso exhibuit Dominus, quoniam nõ solum in strenuum militem ipsum promouit, sed celesti diademate coronauit. Et sm' hoc a Propheta in laudẽ suæ coronę duo specialiter proponũtur. s. maiestas imperialis, cũ dicitur, Posuisti Domine super caput eius, valor martialis, cum dicitur de lapide pretioso. Primo igitur exemplo huius martyris corona meritorum nostrorum debet esse in virtutibus speciose formata. Quære in materia de continentia. Secundo, debet esse pretiose fabricata. Quære in materia de virtute & humilitate.

De pluribus Martyribus.

Heb. 11. Sancti per fidem vicerunt regna. Bene debent reputari strenui milites, quando paucissimi vincunt plures. Tales fuerunt isti sancti martyres, qui superauerunt mũdanos principes & reges. Et secũdum hoc Apos. in verbis istis describit tria martyrum præconia gloriosa. s. vitæ munditiam, dicens. Sancti, mentis iustitiam, addens, per fidem, mortis victoriam, subdens, vicerunt regna. Primo ergo exemplo sanctorum Martyrum debemus habere castitatem pro lorica. Quære in materia de castitate. Secundo, fidem pro lancea. Quære in materia de fide. Tertio perseuerantiam, pro corona. Quære in materia de fortitudine.

De eisdem Martyribus.

Sap. 3. Iustorum animę in manu Dei sunt. Consueuerunt incolæ steriles terras & tyrannorum regna dimittere, & ad fertiles terras & ad regna pacifica se transferre, sic fecerunt sancti Martyres, qui dimiserunt terras steriles huius seculi, & tyrannidem Diaboli, & transtulerũt se ad pacificum regnum Christi. Et secundum hoc in verbis istis duo Martyrum præconia proponuntur. s. plena perfectio respectu sui, cum dicitur, iustorum animæ, plena subiectio respectu Dei, cum subditur, in manu Dei sunt. Primo igitur exemplo Martyrũ debemus esse virtute iustitiæ perfecti. Quęre in materia de iustitia. Secundo debemus obedientia esse subiecti. Quære in materia de obedientia.

De vno confessore Pontifice.

Heb. 7. Assimilatus filio Dei manet sacerdos in perpetuum, satis res commendatur de candore, qñ comparatur niui, & res de calore quando comparatur igni, sic commẽdãtur merita huius confessoris & Pontificis gloriosi, cu comparantur Christo. Et secundum hoc in verbis istis iste confessor commendatur de duobus. s. de sanctitate perfecta cum dicitur. Assimilatus filio Dei, & de dignitate præcelsa, cum dicitur, manet sacerdos in æternum. Primo igitur exemplo huius confessoris est Christi sanctitas imitanda. Quęre in materia de mititate, vel virtute in communi, & de humilitate, misericordia & fortitudine. Secundo est non terrena, sed celestis dignitas appetenda. Quære in materia de spe, & humilitate.

De vno Doctore.

Psalm. 36. Os iusti meditabitur sapiẽtiam, et lingua eius loquetur iudicium in Psal. Naturaliter os hominis facit duo, s. gustando probat cibum, & loquẽdo format verbum. Et secundum hoc gloriosus iste doctor habuit duo bona, ex quibus extollitur in his verbis, s. gustum sapientiæ in contemplatione, ideo dicitur. Os iusti meditabitur sapientiam. Verbum eloquentiæ in prædicatione, & ideo additur, & lingua eius loquetur iudicium. Primo igitur exemplo huius sancti doctoris debemus imitari sapientiam, quam ipse considerauit, & præcipue mortis miseriam ad humiliandum, & cęli gloriam desiderãdum. Quære in materia de humilitate quantum ad primum, & de spe quantum ad secundum. Secundo debemus formidare iudicia quæ ipse formidauit. Quære in materia de timore.

De vno confessore non Pontifice.

Iustum deduxit dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Multum lætatur peregrinus, quando de aliquo vertice montis ostẽditur ei terminus suæ dietæ, sic fecit Dominus huic sanctissimo confessori, cum in vertice contemplationis ostendit ei regnum æternæ felicitatis. Et secundum hoc, sapiens in verbis istis proponit duo præconia huius confessoris, s. suæ peregrinationis progressum certissimum, dicens. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & suæ glorificationis visum rectissimum, addẽs, & ostendit illi regnum Dei. Primo igitur exemplo huius sancti confessoris, debemus per iter præceptorum incedere. quære in materia de præceptis. Secundo debemus ad finem premiorum recte ascẽdere. quære in materia de gaudio Paradisi. Sap. 10.

De Virgine Martyre.

Sicut liliũ inter spinas, sic amica mea inter filias, &c. Consueuerunt amatores laudib. amicas extollere, & cãtionibus laudare. Sic amator virginum Christus, in laudibus huius gloriosæ virginis & martyris sponsæ suæ, cantat per sapientum cantilenam huius dulcissime melodię. Et secundum hoc in verbis istis commendat eam quadrupliciter. s. vt decoratam candore floreo, cum dicit. Sicut lilium, vt laureatam cruore roseo, cũ additur, inter spinas. s. Martyrij, vt liquefactã amore flammeo, cum subdit, sic amica mea, vt exaltatam honore stelleo, cum cõcludit inter filias. i. inter animas beatas. Primo igitur exemplo huius virginis, debemus incorruptionis florem diligere. quære in materia de castitate et luxuria per contrarium. Secundo debemus tribulationis spinas sustinere. quære in materia de fortitudine, de pœnitentia, & de acedia per contrarium. Tertio debemus igne charitatis ardere, quære in materia de charitate. Quarto debemus consortium celeste desiderare, quęre in materia de spe & timore per contrarium. Can. 2.

De virgine non Martyre.

Quæramus domino nostro regi adolescẽtulam virginem. Sicut de prato colliguntur flores pulchriores, sic Christus de mundo per Angelos suos colligit virgines, proponũtur duo in verbis istis. s. regale cõnubiũ, ad qđ fuit assumpta, cum dicitur. Quæramus Domino nostro regi virginale præconium, ad quod fuit electa, cum dicitur, adolescentulam virginem. Primo igitur exemplo huius virginis anima fidelis debet esse Christo desponsata. quære in materia de fide & charitate. Secundo debet esse castitatis priuilegio decorata, quære in materia de castitate; & de luxuria per contrarium. 3. Regũ. 1.

Item de virgine non Martyre.

O quã pulchra est casta generatio cum claritate. Cõsueuit homo mirari, specialiter propter tria. Miratur. n. homo in re multum pulchra, in re multum noua, & in re multum clara. Et secundum hoc huius sanctæ Christi sponsæ tria miranda præconia proponuntur, s. decor conuersationis, cum dicitur, O quam pulchra est, candor incorruptionis, cum additur, casta generatio, et splẽdor contemplationis cum subditur, cum claritate. Primo igitur exẽplo huius virginis, debemus esse pulchri. Quære in materia de virtute in communi, & de temperantia. Secundo debemus esse decori in corruptione, quęre in materia de castitate, & luxuria per contrariũ. Tertio debemus esse radiosi per contẽplationem. Quære in materia de contemplatione. Sap. 4.

EIVSDEM

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS.

TRACTATVS, DE RESVRrectione a peccato ad gratiam, admodum vtilis.

1.Cor. 15.

PAVLVS Apoſtolus videtur firmiter aſſerere, hominem in hoc ſeculo non proprie eſſe abſq; gratia, cum (inquit) gratia dei id ſum, qđ ſum. Ideo merito de neceſſitate gratiæ quãtum nobis prodeſt, dicendum eſt, & primo de diuiſione gratię, ſecundo de reſurrectione a peccato, & tertio de reſurrectione hominis ad gratiam. Pro diuiſione gratię eſt notandum, quòd gratia eſt vna & eadem, ſed ſecundum diuerſas conſiderationes, ipſa multas ſortitur denominationes, primo ſecundum conſiderationem ad principium a quo, ſecundo ſecundum cõſideratione ad ſubiectum in quo, tertio ſecundum conſiderationem ad oppoſitum ſuum, quarto ſecundũ conſiderationem ad effectus ad quos ordinatur. Vnde ſecundum conſiderationem ad principium a quo procedit, gratia ipſa diuiditur in gratiam prædeſtinationis ſeu præparationis, qua Deus homines prædeſtinauit, in gratiam vocationis, quam Deus offert vocando, in gratiam iuſtificationis, q̃ Deus confert, & in gratiã magnificationis, quam Deus complet. Et hæc diuiſio ponitur in epiſt. ad Roma. vbi dicitur, ſcimus quoniam diligentibus Deum, omnia cooperãtur in bonum, & ſequitur, quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iuſtificauit, quos autem iuſtificauit, hos & magnificauit. Sed ſecundum conſiderationem vel reſpectum ad ſubiectum in quo eſt, diuiditur in gratiam cogitationis. ſ. bonum cogitando, in gratiam voluntatis in bono volendo, & in gratiam perfectionis, in completione operis. Vnde hæc diuiſio fit ſecundum triplicem potentiam animæ, in qua eſt gratia. ſ. ſecundum intellectiuam, affectiuam, & operatiuam. Secundum vero reſpectum ad ſuum oppoſitum, diuiditur in gratiam protectionis, liberationis, & ſaluationis. Et hæc diuiſio ſumitur, ſecundum quòd gratia adiuuat, contra triplex malum. ſ. contra malum tentationis ſiue pugnę, contra malum perſecutionis ſeu miſerię, & contra malum culpæ, & malum ſequelę vel pœnę. Nam a primo protegit, a ſecundo liberat, a tertio extrahit & ſaluat. Et hęc diuiſio ſumitur ab illo dicto Iſa. Protegat Dominus exercitum, Iudęam, & Hieruſalem, & protegens & liberans, tranſiens & ſaluans. Sed ſecundum comparationem ad effectum ad quem ordinatur, diuiditur in gratiam pręuenientem ſeu operantem, & in gratiam ſubſequentem ſeu cooperantem. Vnde gratia pręueniens ſiue operans dicitur, inquantum ipſam voluntatem facit bonã, & ideo pręuenit, quia nõ eſt a libero arbitrio, ſed infunditur ipſa a Deo. Sed gratia cooperans dicitur, inquantum adiuuat ipſam volũtatem, & liberum arbitrium, reſpectu boni operis eliciendi, & proſequendi. Sed notandum eſt, quòd ſecundum multiplicitatem huius nominis gratia, poteſt dari alia diuiſio. Nam gratia poteſt dari vno modo largiſſime, & ſic comprehendit & dona naturalia & gratuita. & ſic diuiditur in pręuenientem gratiam, & ſubſequentem, itaquòd pręueniens vocatur dona naturalia, & ſubſequens dona gratuita. Secundo modo accipitur gratia minus large, & ſic diuiditur in gratiam gratis datam, & gratiam gratum facientem, & ſic diuidendo, eſt diuiſio in gratiam præuenientem & ſubſequentem. Tertio modo capitur gratia ſtricte, & tunc ſub ſe comprehendit, vel diuiditur in gratiam gratum facientem & gloriam, & ſic diuidendo, gratia præueniens dicitur gratia gratum faciens, & gratia ſubſequens dicitur gloria, quia poſt gratiam in homine decedente in gratia, ſequitur gloria ęterna. Secundo dicendum eſt de reſurrectione a culpa vel a peccato, & de hoc tria conſideranda ſunt, primo, quòd homo non poteſt reſurgere a culpa abſque gratia, ſecundo, quòd non poteſt aduerſarium ſuum vincere abſque gratia, & tertio, quòd non poteſt abſque gratia tentationibus reſiſtere. primo igitur dicendum eſt, quòd homo abſque diuino Dei adiutorio ſeu gratia, non poteſt reſurgere a peccato vel culpa, & hoc capiendo gratiam pro habitu ipſius animæ, vt ſcilicet eſt quædam qualitas ſpiritualis in anima exiſtens. Nam gratia illa quæ dicitur gratuita Dei voluntas, qua nobis Deus condonat offenſam, ſufficit, nec gratia illa quæ dicitur liberalis paſſio Chriſti, qua mediãte fit morbi curatio, & imaginis reformatio, ſed requiritur gratia gratum faciens. Et hoc patet per illum Apoſt. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, & ante, ex operibus legis non iuſtificatur omnis caro. Et alibi. Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecũdum ſuam miſericordiã ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis Spiritus ſancti, i. per gratiam, & cæt. Ideo illi Pelagiani merito ſunt cenſendi hæretici, qui dixerunt, quòd ad deletionem culpæ ſufficit ſola gratuita Dei miſericordia cum libero arbitrio, & quòd per liberum arbitrium poterat homo ſe iuſtificare, & velle bonum. Secundo dicendum eſt, quòd homo non poteſt vincere aduerſarium abſque gratia. Pro cuius declaratione eſt notandum, quod differt dicere, aliquem reſiſtere aduerſario, & aliquem vincere aduerſarium, nam plus importat victoria, quam reſiſtentia. Reſiſtentia. n. conſiſtit in hoc, quòd quis non conſentit ſuggeſtioni diabolicæ. Sed victoria, non ſolum conſiſtit in non conſentiendo, ſed etiam in aſſequendo oppoſitũ eius, quod diabolus intendebat. Nam diabolus intendit hominem reddere inimicum Deo, & facere dignum ſupplicio ęterno. Et tunc vincit homo diabolum, quando ſic reſiſtit tentationi, vt efficiatur magis Dei amicus quam ante, & ſic faciendo, mereatur vitam æternam, ſed hoc non poteſt facere abſque Dei gratia gratum faciente, igitur concludi poteſt, quòd homo non poteſt vincere aduerſarium, faciendo ſe amicum Dei abſque tali gratia. Et hæc concluſio probatur per illud. Deo gratias, qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum Dominũ. Et alibi. Infelix homo, quis me liberauit de corpore mortis huius? Et reſpondet, gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Item ſuper illud Pſalm. Infirmati ſunt, & ceciderunt, dicit Gloſſ. non potentes vitijs reſiſtere per ſe. Sed quis poſſet obijcere, Diabolus vincit hominem abſque gratia, ergo ſimiliter homo poteſt vincere hominem vel diabolum abſque gratia. Ad hoc facile reſpondetur, quòd hæc ſimilitudo non valet, quia victoria diaboli conſiſtit ſubiugando hominem per peccatum, quæ non requirit gratiam, ſed victoria hominis reſpectu peccati Diaboli, conſiſtit in promerendo illud, quod diabolus amiſit. Item diabolus non vincit hominem niſi volentem, ſed diabolus nunquam dicitur volens, ergo. &c. Vnde notandum, quod hæreticus qui vincitur, ſeipſum deijcit, & ideo non eſt ibi victoria, ſed magis deiectio. Pro tertio dicendum eſt, quòd abſque aliqua gratia non poteſt homo tentationibus reſiſtere, quod patet per illud: Et ne nos inducas in tentationem. Vnde homo propter ſuam infirmitatem non poteſt reſiſtere. Iuxta illud peccatum peccauit Hieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. Item glo. ſuper illud. Miſericordię Domini, &c. dicit. Nõ poteſt homo diu ſtare contra inſultus Diaboli, niſi miſericordia Domini adiuuetur. Nota tamẽ, quòd per gratiã gratis datam poteſt homo reſiſtere diabolo & tẽtationi, ergo

Margin notes: Rom. 8. — Iſa. 31. — Rom. 5. — Tit. 3. — 1.Cor. 15. — Rom. 7. — Pſalm. 15. — Tren. 1. — Ibidem.

ni,ergo potest ei non consentire, sed non potest per talem consensum esse amicus Dei, absque gratia gratum faciente,ergo,&c. Tertio dicendum est de resurrectione ad gratiam,& primo multa sunt terminanda. Primo quòd homo non potest se disponere sufficiēter absque gratia gratis data,ad gratiam gratum facientem. Secundo,qualiter non pōt voluntas absque gr̄a in aliquod bonū. Tertio,quomodo hō possit mandata sine gratia adimplere. Primo ergo dicendum est de præparatione hominis ad gratiam gratum facientem,an.s.hoc possit facere absque gratia gratis data. Pro quo aduertendū est, quòd per gratiam gratis datam, non tantum intelligimus illa,quæ ab Apost.enumerantur. Cum dicit, Alij
1.Cor.12.
n.datur per spiritum,&c. Sed per gratiam gratis datā intelligemus omne illud,quod superadditum est naturalibus,adiuuans aliquo modo & præparans voluntatem ad habitum vel vsum gratiæ, siue tale gratis datum sit habitus, vel timor seruilis,siue aliqua vocatio, siue locutio vel prædicatio,mediante qua, incitatur anima de se præparandum. Et ideo dicendum est, quòd nunquā absque tali gratia gratis data,potest se disponere homo ad gratiam gratum facientem,quia vix caret homo tali dono. Vnde prima præparatio,quæ fit ad gratiam gratum facientem,est cogitatio vel apprehensio,et illa non potest fieri absque gratia gratis data, & ratio huius est, non quia gratia gratum faciens præexigat necessario dispositionem gratiæ gratis datæ, sed quia ipsa est quid diuinum,& res existens supra liberum arbitrium, & ēt supra naturale iudicium,ideo nunquam liberum arbitrium,vel voluntas libera assurgit ad ipsam vel petendā vel cognoscendam, nisi aliquo modo adiuuetur desursum & excitetur,& ideo per additionē gratię gratis datæ,quę tenet medium inter gratiam gratum facientem. Vnde ordo liberi arbitrij & gratię diuinæ,ponitur clare ab Augustino in lib.de Ecclesiasticis dogmatibus,et
Augustini verba.
ponit quatuor gradus,cum dicit. Initium salutis nostrę Deo miserante habemus,& acquiescere salutari inspirationi nostræ potestatis est,vt adipiscamur, quod acquiscende admonitioni cupimus, diuini est muneris, vt non labamur in adepte salutis munere, solicitudinis nostræ est,& celestis pariter adiutorij. Ex quibus verbis potest clare cognosci, quantum potest liberum arbitrium respectu gratiæ, nā cum sint in opere salutis ista quatuor,s.inuitari,acquiescere,adiuuari, & permanere,primum est inspirationis Dei, secundum libertatis arbitrij,tertium muneris diuini,& quartum solitudinis nostrę,& pariter diuini adiutorij. Per hoc patet satis clare solutio quęstionis. Sed oritur dubium, vtrum quis possit detestari culpam,virtute propria naturę. Respondetur,quòd detestari culpam,dupliciter potest intelligi. Vno modo,quia talis detestatur,inquantum est offensiua maiestatis & ęquitatis diuinę, & isto modo nullus potest absque gratia,quia nō potest absq; gratia gratis data cognoscere ipsam offensam. Alio modo pōt detestari,quia est lęsiua proprię naturę, v. g. quia quis per naturam suam cognoscit,quod per fornicationem perdidit oculum vel aliud membrum, vel incurrit aliquem alium morbum,et isto modo potest quis per liberum intellectum cognoscere, & detestari culpam propriam. Secundo autem vidēdum est,qualiter potest voluntas in aliquod bonum. Pro quo notandum est,quod aliquod opus potest dici bonum,tripliciter. Vno modo aliquod opus dicitur bonū simpliciter, & illud dicitur quod est ordinatum in finem optimum, & tale est bonum meritorum,& in istud nō potest liberum arbitriū absque gratia gratum faciente. Secundo modo aliquod opus dicitur bonum,et alio modo de congruo disponit ad bonum,& tale est bonum, quod fit extra charitatē, nihilominus tamen facit cum recta intentione,& in tali non potest liberum arbitrium, nisi cum gratia gratis data,per quam illuminatur & dirigatur,vt velit facere, quod Deo est placitū,& hoc patet per illud. Sciui quoniā aliter non possum esse continens,nisi Deus det. Tertio aliquod opus dicitur bonum,quia in finem est ordinabile,& habet aliquam ordinationem intra se,sicut pascere esurientem,& cętera,siue ex debita circunstantia, siue exigentia temporis,loci &c.& ad istud potest liberum arbitrium absq; gratia,quamuis ad hoc quod fiat faciliter,requiratur gratia aliqua diuina superaddita naturalibus. Et sic patet responsio,quod liberum arbitriū
Sap. 8.
absque gratia superaddita per dona naturalia,potest in aliquod bonum morale, licet per illud cōsequenter nō disponatur ad gratiam,nec ad gloriam,& hoc per se,licet quodammodo disponat,quia est ordinabile in vltimum finem. Hoc autem sic suadetur. Nam si liberū arbitrium dimitteretur in puris naturalibus,adhuc sibi remaneret aliquod iudicium, quo iudicaretur parentes esse honorandos,& hoc patet,quod si haberet tale naturale iudicium,s.naturaliter parētes esse honorandos, & talem naturalem instinctum de parentib. venerādis, potest illud velle, & sic cum habeat organa exteriora, potest complere illud opus,secundum quod dictat iudicium rationis,absque munere gratiæ diuinæ superaddito,sed bene verum est,quòd nō potēst illud facere, nec velle absque diuinæ gratiæ munere, prout tale cogitatum aut velle est ordinatum ad consequendum beatitudinem,& sic sunt intelligendæ auctoritates sanctorum, quæ concludunt, quòd absque munere diuinæ misericordiæ & gratiæ, non potest liberum arbitrium in aliquod bonum. Sed oritur dubium. Nam secundum dona naturalia,natura ipsa appetit suam perfectionem, ergo signum est,quòd tēdit ad acquisitionem gratiæ. Ad hoc dicitur,quod duplex est perfectio, quædam est inter limites naturæ,& istam appetit natura. Alia est,quæ est supra naturam,& de ista non oportet quod appetat, & si appetat,non tamen appetitu perfecto,qui requirit gratiā,sed magis appetitu cōfuso & imperfecto,qui nō est ordinatus debito modo. Pro tertio,vtrū homo possit mandata Dei implere,notandum est,quòd communiter distinguitur,quia contingit mandata impleri dupliciter. Vno modo quantum ad genus operis,vel secūdum alios, quantum ad substantiam mandatorum. Alio modo quantum ad intentionem præcipientis, & mandātis. Si loquamur primo modo,potest homo absque gratia gratum faciente illa implere,vt patet de mādato adorationis & venerationis Sabbatorum. Sed secundo modo non potest homo implere mandata, absque gratia gratum faciente. Et hoc confirmatur per Apostol.dicentem. Qui diligit proximum,legem impleuit. Et iterum,plenitudo legis dilectio. Item alibi. Fi
Roma.13.
nis præcepti est charitas de corde puro. Sed oritur quæ
2.Ti.1.
stio,cum ita sit,quòd quis potest facere quod in se est ad impletionem mandatorum, quare ille non absoluatur,quamuis sit in peccato? Ad hoc respondetur,quod facere quod in se est,potest dupliciter intelligi. Vno modo positiue vel proprie, quia scilicet talis facit circunstantias, & tantum facit quantum potest,& isto modo nullus potest facere quod in se est, absque gratia gratū faciēte. Alio modo potest intelligi priuatiue vel improprie facere quod in se est,hoc est,facit quod potest, sed non quantum potest, nec aliquid ordinatum ad impletionem mādatorum, & isto modo per liberum arbitrium,quis potest facere quando in se est,sed non absoluitur ab obseruatione mandatorum. Et sic patet responsio ad quæstionem.

Digitized by Google



SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS.

Vtilissima quædam Epistola, quæ est quasi quædam regula & institutio omnium pie & spiritualiter in Christo viuere volentium & distinguitur in 25. memorialia, vt inferius patebit.

IN Christo suo dilecto. N. qualicũque homine veteri iam exuto, Christoq; viuere, & mori mundo cupiẽti F. Bonauentura de Balneoregio confrater eius in Domino salutem. Quoniam dilecte mi frater in Domino, adhuc me in præsentia tibi polito instantissime supplicasti, vt te in posterum aliquibus literis exhortationis visitarẽ. Noui frater, ꝙ hæc dicens, ardentes prunas congeris super caput meum. Veruntamen affectuose instando, duritiæ meæ superbiam supplici humilitate vicisti, intantum, vt ipse iam promitterem quod optabas, quamuis magis dignum foret, hæc me a te quidem suscipere, quã me tibi huiusmodi destinare. Quia tamen instantia tuæ deuotionis me cõpellit stultum fieri in parte ista, sicut potero, qualitercunque experiar quod hortaris. Non tamen tibi vti specialia scribens, nisi ea quę rudia & simplicia mihi ipsi colligere proponebam, ex quib. iam plurima bene nosti. Sed interim alloquens dilectionem tuam charissime, cum nullus, sicut experientia certa docet, perfecte Deo seruire possit, nisi dissoluere omnino se procuret a mundo. Oportet, si sequi volumus Dominum saluatorem, voci nos propheticæ obedire, vt. s. peccatorum colligationib. dissolutis, dissoluamus fasciculos deprimentes, quatenus a terrenis actibus dissoluti, sequamur liberis gressibus redemptorem, quia iuxta

1. Tim. 2.

Apostoli testimonium, nemo militans Deo debet se negocijs sæcularibus implicare. Nunquam ergo de aliqua re creata, nisi inquãtum nostrum excitet diuini amoris & dilectionis affectum, cor nostrum esse solicitum permittamus, quia multiplex rerum labentiũ varietas plus debito ruminata, non solum animum distrahendo, pacatæ mentis gratam interrumpit quietem, verumetiam in animo gignendo phantasias, turbulentę quassationis molestia importune impellit eandem, sed potius affectionis omnium terrenorum sarcina onerosa deposita, absq; retardationis grauedine curramus ad illum, qui nos salubriter inuitat, in quo est animarum opulẽta refectio, & pax summa, quæ exuperat omnem sensum.

Matt. 11.

Venite ad me (inquit) omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. O Domine quo indiges? quare vocas? quid tibi commune nobiscũ? O veræ pietatis vox. Venite ad me (inquit) & ego reficiam vos. O Dei nostri dignatio admirabilis. O charitas ineffabilis. Quis. n. aliquãdo fecit talia? quis vnquam audiuit? quis

Matt. 11.

ve conspexit similia? Ecce inuitat inimicos, hortatur reos, allicit ingratos. Venite (inquit) ad me omnes, & discite a me, tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris. O verba dulcia, verba deifica, & penetrabiliora omni gladio ancipiti, intima præcordiorũ euiscerantia, nimiaq; repleta dulcedine, vsque ad diuisionem animæ pertingentia. Expergiscere nunc o anima Christiana, ad tantæ benignitatis amorẽ, dulcedinis tantæ saporem, & ad tantę suauitatis odorẽ. Certe qui ista non sentit infirmus est, alienatus est, iam proximat morti. Inardesce quæso ò anima mea, pinguesce amore, dulcesce sapore, nemo te prohibeat intrare, tenere, & gustare. Quid amplius quærimus? quid vlu a expectamus? quid desideramus in hac vita? Habemus in Christo omnia bona, Sed heu ò insania nostra mirabilis. O infirmitas miserabilis. O vesania detestabilis. Nam vocamur ad requiem, & sequimur laborem, inuitamur ad solacium, & quærimus dolorem, Promittitur gaudium, & appetimus mœrorem. Miserabilis prorsus infirmitas, miseraq; peruersitas. Iam omnes insensibiles facti sumus, & quasi deteriores simulachris, habentes oculos & non videntes, aures, & non audientes, rationẽ & non discernentes, amarum dulce, & dulce amarum ponentes. O Deus vnde nobis tantæ peruersitatis correctio? vnde nobis tantæ offensionis satisfactio? Certe nihil tale inuenitur in nobis, nisi tuo munere tribuatur, tu. n. solus potes nos corrigere, tu solus pro nostris delictis satisfacere, qui solus nosti figmentum nostum, salus & redemptio nostra, qui solum illis hæc facis, qui se miseros conspicientes in imis, a te solum releuari confidunt. Leuemus ergo ad Deum mentis nostræ oculos in directo, & videamus vbi nunc prostrati sumus. Quoniam qui proprium suum casum ignorat, surgere min⁹ curat. Cognoscentes vero clamemus in fortitudine ad Deum de profundis, vt nobis adiutricem porrigat misericordiæ suæ manum, quæ abbreuiari nunquam poterit ad saluandum. Non quæso confidentiam amittamus magnam remunerationem habentem. Adeamus thronum gratiæ eius cum fiducia, fructum nostrę fidei reputantes, salutem. s. animarum nostrarum. Nulla nobis insit cũctatio, Iam. n. vita nos vocat, salus expectat, tribulatio compellit intrare. Quid ergo facimus? Quid pigritamus? quid moras cõtrahimus? Festinemus ingredi in illam requiem iucunditatis æternæ, vbi sunt magna & inscrutabilia, quorum non est numerus. Ascendat quæso Hierusalem cor nostrum, suspiremus ad patriam nostram, tendamus sursum ad matrem nostram, introeamus in potentiam domini, & intueamur nostrũ regem in ea regnantem, & liquescant in miserationib. eius corda nostra. Agamus illi gratias toto corde, qui defectum nostræ ingratitudinis non considerans, suæ non abstulit a nobis misericordiæ pietatem, desideriũ nobis tribuens ipsius viam currere mãdatorum, quam sine desiderio nullus currere potest. quod quidem munus non est vilipendendum, sed gratiæ reputandum, cum hoc prophetarum ille eximius se asserat concupi-

uisse, qui ait. Concupiuit anima mea desiderare iustifi- Psal. 118.

cationes tuas in omni tempore. Sed quia hoc ipsum desiderium aliquando nimia tepiditate nostræ incuriæ & negligentiæ labascit, cogitaui quædam incitationis huius memorialia annotare, in quib. fugienda pateant & sequenda. quæ quidem cum affectu affectuose speculãtes, pristino vigore resumpto tandiu insatiabiliter virtutibus & gratijs charitate diuina crescam⁹, quo adusque perfectum veniat desiderium collium æternorum. Ponantur autem memorialium prædictorum prius quædam generalia, postmodum specialibus subsequẽtibus.

Memoralia Generalia.

SVnt ergo hæ quædam virtutes probatæ in iuuenibus & scalæ salutis, per quas sine dubio ad perfectionem virtutum, & culmen gloriæ possunt ascendere & fideliter exercitari per eas, videlicet sancta verecundia in cunctis rebus, & actibus suis, tarditas loquendi, promptitudo obediendi, frequentatio orationis, fugere ocium & dissolutiones, pure, & frequenter confiteri, libenter seruire, & infructuosum consortium

deuitare,

Digitized by Google

deuiare. Hæc nanque sunt Margaritæ fulgentes, quæ possessorem suum Deo & Angelis faciunt gratiosum. Dum autem ei placuerit q te segregauit ex vtero matris tuæ, vocauitque per gratiam suam, vt in te reuelet imaginẽ filij sui, de miserabili seruitute ægyptiaca trãsferens te in libertatem filiorum Dei, iamque in viam noui hominis inceperis pedem ponere, quæ inter timorem & amorem humilitas est semita constituta, tunc per eandem humilitatis viam ad eminentiora conscendens, poteris te in altioribus exercere, ex quibus certa memorialia subscribuntur.

De concupiscentiis mortificandis.

Primum oportet ergo ante omnia te cupientem vestigia sequi Saluatoris, vt spem tuam totam fixam in Domino habeas, de omnibus huius mundi consolationibus penitus desperans.

De vitiis extirpandis.

Secundum est, vt ab omnibus vitijs & concupiscentijs malis, inquantum sustinet humana conditio, teipsum studeas penitus emundare, vt fermento veteri totius malitiæ & nequitiæ expurgato, ambules in nouitate vitæ post Christum, quia nisi prius huiusmodi catenas iniquitatis confregeris, anima tua in tenebris aggregata, ad cœlestia non poterit eleuari.

De colligationibus resecandis.

Tertium est, vt a teipso dissoluas omnem colligationem extrinsecam, vt sana, & pura mente possis Deo colligari.

De tribulationibus cum patientia tolerandis.

Quartum est, vt amore altissimi & sponsi tui Christi, omnes mundi huius persecutiones æquanimiter feras, immo (si possibile est) pro voto suscipiens, solum in Christi passionib. delectaris: renuensque omnem temporalem lætitiam, in ipsis tribulationibus hilarescas, omnes reputans tibi esse ad purgationem peccaminum, & lucrum animæ tuæ præparatas.

Vt de nulla reconqueraris.

Quintum, vt cum creatorem tuum & omnium te sentias offendisse, rationem tibi fieri non poscas ab aliqua creatura.

De paupertate suipsius.

Sextum, vt habeas despectui temetipsum, cupiens ab omnibus despici, zelansque sacratissimam paupertatem, in omnib. quæ ad te spectant. Asperitatem, vilitatem, & parcitatem habeas quantum potes, non tamen in alijs requiras, sed potius lætus & gaudens de omni consolatione fraterna, eis sicut oportet obsequendo, & ministrando assistas, omnis consolationis eos reputans esse dignos, nisi (quod absit) ita tibi in aliquo pateret diuina ostensa, quod omni excusatione careret, de qua compatiendo & timendo ex intimo corde doleas, quantum potes.

De honoribus fugiendis.

Septimum est, vt omni tempore in timore stans blãditias huius sæculi, honores, glorias, vel fauores, aurasque vanæ gloriæ quasi mortiferas pestes omnino fugias toto posse, stansque continuo in teipso omni hora habeas te suspectum, quia si tuijpsius victoriam fueris assecutus, nullus hostis interius vel exterius tibi nocebit.

De humilitate vera.

Octauum est, vt amore illius qui cum sit Dominus omnium cœlestium, terrestrium, & infernorum, pro nobis assumpsit vilissimam serui formam, in eo subijciens se voluntarie hominum potestati, humiliando te ipsum, omnem hominem repútes tuum dominum, & te verissime repútes seruum omnium, & in omnibus circa hominem te repútes sicut seruum. Sic enim tranquillitatem & pacem cum omnibus perpetuam obtinens, scandalum penitus ignorabis.

Da pace animæ, & quomodo habetur.

Nonum, vt nihil eorum tangas, quæ te spirituali vtilitate non tangunt hoc est, de nulla re cures, vel implices te in aliquo exterius vel interius quoquo modo, vbi non inuenis animæ tuæ lucrum, nec in huiusmodi te ab aliquo implicari permittas.

De custodia sensuum.

Decimum vt vilui, atq; omnibus sensibus corporis omnimòdam custodiam ponas, ita vt nihil prorsus velis videre, vel audire, aut tangere, nisi vtilia animę tuæ. Linguam etiam diligentissime restringas, vt nihil loquaris nisi interrogatus, vel necessitate, vel vtilitate euidenti coactus, & tunc cum reuerentia animi timoris dulcedine breuiter & submisse si potes, semper deuitans prolixitatem verborum, eorum occasionem iuxta posse præscindens.

De solitudine & vigiliis.

Vndecimum, vt gratam sanctamq; solitudinem desiderans, omni tempore operationem vigiliarum habeas preciosam, in ipsis semper offerens Deo orationes tuas cum attentione uerborum, deuotionis feruore, & humilitate profunda.

De diuino officio.

Duodecimum, ut cum debes diuinum officium celebrare, ita factus in teipso quietus obliuiscaris omniũ terrenorum, quatenus fixa mente cęlestibus insistens mysterijs, cum tanta illud deuotione, reuerentia, gaudio, ac timore persoluas, quasi inter Angelorum agmina constitutus, diuino conspectui laudes præsentialiter offeras cum eisdem.

Quod super omnia habeas in deuotione Virginem gloriosam.

Tertiumdecimum, vt gloriosam Reginam Domini nostri matrem benedictam in summo habeas omni tempore venerationis affectu, & in cunctis ad eam necessitatibus, periculis, & pressuris, tanquam ad refugiũ tutissimum te conuertas, ipsius tutelæ præsidium flagitando, eamq; in tuam suscipiens aduocatam, deuotissime ac secure tuam ei causam committas, quia mater est misericordię, quotidie studens ei specialem & singularem reuerentiam exhibere. Et ut tua deuotio sit ei accepta, & reuerentia grata, ipsius puritatem & munditiam omni uirtute mẽte, & corpore, illibate in teipso seruando, toto conatu nitaris humilitate & mansuetudine eius uestigia imitari.

Quomodo fugienda sunt consortia mulierum.

Quartumdecimum, ut ubicunque mulieres, & uirgines, & iuuenes quascunque præter necessitatis uel manifestę utilitatis causam, deuites. Et vnum ubicũq; fueris, elige tibi patrem, uirum quidem sanctum, discretum, & pium, doctum potius experientia operis, quam sublimitate sermonis, qui te uerbis, & exemplis efficacib. & probatis, ad diuinum amorẽ instruat, & inflammet, ad quem in cunctis necessitatibus tuis possis habere recursum, & spirituale solamen.

De fuga acediæ & tristitiæ.

Quintum decimum, vt omnem frigiditatem acediæ & tristitiæ in qua latet via confusionis, quæ ducit ad mortem, a teipso summo studio depellens, interius exteriusq; serenus semper & tranquillus existas, nulli vllo modo contradicas vel resistas in aliquo, sed potius omni modo, per omnia omnibus acquiescas, dummodo diuinæ laudi vel saluti animæ non obsistat.

Quod de omnibus habeas bonum exemplum.

Sextumdecimum, vt omnes affectiones tuas ac voluntates, conformes diuinæ voluntati. Omnia te ædificent, neque te deædificet aliquid in hoc mundo puritatis & innocentiæ gratia, diuini tibi muneris elargitæ, nec aliorum plus debito defectib. perturbatus, iniquitati addendo iniquitatem, alienis sordibus polluaris, ne dum cupis alios de pelago liberare, deterius ipse corruas in profundum. Potius igitur omnia quibus nõ potes sine detrimento prodesse, operiens charitate benigna, illi summæ sapientiæ derelinquas, quæ nouit bona de malis elicere quibuscunque, sic in bonis operib. pariter atque malis, spiritualem, Domino concedente, poteris reperire profectum.

De *custodia cordis.*

Decimumseptimum, vt cor tuum seruans omni custodia, solisque spiritualibus exercitijs deditum, nullæ ibi rerum visibilium imprimantur concupiscentiæ, vt creaturis omnibus alienum, libere possit vacare omnium creatori.

De *charitate ad proximos.*

Decimumoctauum, vt imaginem ac similitudinem maiestatis diuinæ considerans in cunctis hominib. ita omnes diligas intimæ charitatis affectu, omniumq; & maxime infirmorum & quoruncunque indigentium curam geras, dummodo circa spiritualia tibi non fiat nociua distractio, sicut bona mater diligit, atq; curat vnicum filium prædilectum.

De *orationibus cum operibus sanctis.*

Decimumnonum, vt continue mentem tuã ita habeas ordinatam cum Deo, q; omne opus tuum atque exercitium tam mentis quam corporis sit oratio, omniaq; seruitia & maxime humiliora cum tanto facias charitatis feruore, ac si ea Christo corporaliter exhiberes. Quod certe debes, & potes vera veraciter cogitare, Matth. 25 quoniam ipse dixit in Euangelio. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

De *obedientia sancta.*

Vigesimum, vt honorem & reuerentiam omnibus tam debitam quam deuotam sanctissimæ obedientiæ normam, nõ solum magnis, verum etiam minimis, quasi pupillam studeas semper seruare illæsam, obediens quidem non solum maioribus, vt prelatis, verumetiam minoribus, omnibus te subijciens quibuscunque abnegãdo teipsum pro Christo. In bonis & indifferentibus sẽper alterius studeas facere voluntatem, in nullo pbens te alicui onerosum, sed potius in charitate Christi diligens vniuersos, teipsum communiter omnibus gratum reddẽs. Affabilitates, amicitias & familiaritates fugias singulares. Summopere caueas, ne vnquam verbo vel facto vel gestu alicuius rancoris, odij, clamoris, iniuriæ, turbationis, murmurationis, detractionis, scandali, & adulationis, & quoruncunque similium, aliqua ratione vel modo, per te vel alium, causa vel occasio fias.

Quod consolationes, & tribulationes occulte teneas.

Vigesimumprimum, vt virtutes vel gratias spirituales, quas in te, vel per te, diuina misericordia operari dignatur, tribulationes & plia, virtutisq; propositũ, vel similia, ab omnib. abscondere studeas quantum potes: his tamen exceptis, quæ proprio sacerdoti in propria debent accusatione detegi, nisi forte alicui tuo speciali ac probato amico ea spũalis vtilitatis gratia reuelares, cui consilium vel doctrinam in huiusmodi credas tibi posse valere. Solicitus semper sis furari tempus vbiq; vt posis solitæ orationi, & meditationi sanctæ vacare, vt sedendo solitarius eleuatus sis desiderio ad superna.

Quod Deum semper & vbique habeas in memoria.

Vigesimumsecundum, vt solutus ab omnib. creaturis, tanto mentis conatu desiderijq; feruore circa tuũ creatorem intendas, vt quasi omnium inferiorum oblitus, quicquid agas, vbicunq; steteris, & quibuscunque negocijs implicerís, die ac nocte & omni momento & hora, Deum semper habeas in memoria, credens & cogitans te esse verissime coram eo, & ipsum cogitans vndiq; te aspicere. Hæc autem cogita cum magna reuerẽtia, ac timore pariter & amore, & cum magna discretione, nunc ante pedes immensæ maiestatis eius prostratus corde amarissimo peccatorum veniam postulãdo, nunc sacratissimæ passionis filij Dei gladio compassionis coram eius cruce vulneratus cum eo, lachrymosus, & flebilis apparendo, nunc totius vitæ illius decursũ, obliquitati tuæ velut rectitudinis lineam præponendo, nunc inenarrabilia, & immensa Dei beneficia mente pertractans, gratiarum actionibus insistendo, nunc stimulis ipsius amoris ardentissime pũctus, ipsum in creaturis omnib. intuendo, nunc potentiam, nunc sapientiam, nunc bonitatem & elementiã eius attendens, eũ deuotissime in cunctis operib. suis collaudando, nunc desiderio patriæ cœlestis attractus, ad ipsum gemebũdis suspirijs anhelando, nunc circa nos viscera inæstimabilis charitatis aspiciens, lætabunda quadam excessiua admiratione corde ac animo in ipso deficiendo, nunc te præcipitem, nunc te fugientem, nunc te ruentem, nunc Deum te timentem, subleuantem, retinentem & attrahentem, nunc Deum te ingratum per omnia concernentem considerans, ineffabilib. diuinæ misericordiæ visceribus tibi patefactis, nimio in eo charitatis ardore te conferens, totum te fletibus resoluendo, nunc vero occultissima, profundissima, & summe arcana nimiumque stupenda iudicia iustitiæ eius diligenter attendens, cum in omnibus fidelis, & constans cum summo amore, ingenti quoq; timore ac tremore, discretus supplex & humilis venerando, præ omnibus autem continuam & viuam memoriam ipsius sacratissimæ passionis in animo & corde tuo ferens.

De *solicita custodia suiipsius.*

Vigesimumtertium, vt super custodia tua vigilans, omni tempore ab antiqui hostis fraudibus, qui sæpe se in Angelum lucis transfigurans, omni tempore & in omni via homini laqueum tendit & retia, vt animas nostras valeat captiuare, solicitudine te cautissima tuearis, venantium laqueos fugiens sicut passer, tantæq; puritatis humilitate sancta in oculis tuis fias, vt ne subtilissima eius retia te valeant continere, a quibus sane tunc poteris liberari illæsus, cum effectus fueris Israel, continue mentalibus oculis videns Deum, quia non dormitabit, neque dormiet eius custos.

De *pura confessione peccatorum.*

Vigesimumquartum, vt tenens indefessum instituti sancti rigorem, sacris ardoribus cœlestium desideriorũ succensus, mentis & corporis munditiæ pulchritudinem,

dinem, innocentiæ puritatem, conscientiæq; teneritudinem conseruans, cura diligentissima caueas, ne vnquã tependo in aliquo relipiscas. Ad quod quidem diligentius & purius conseruandum, quotidiana discussione septies in die examines vitam tuam, semper ante vel immediate post quamlibet horam canonicam, cõsiderãs, & discutiens attentissime, qualiter de hora in horam ambulaueris digne coram Deo sine macula in iustitiæ semita. Et quia nemo est qui sic disciplinam & iustitiam obseruet, vt nihil penitus negligat, vel omittat, ideo necessarium est, vt ad pœnitentiæ lauacrum recurrens cũ dolore & gemitu sæpissime tuæ accusationi insistas. In qua quidem accusatione seu confessione, integre, veraciter, & pure, sine omni velamine excusationis, vel occultationis, seu palliationis, per ordinem omnes tuos retexendo defectus, sacerdoti proprio tanquam Deo debes intimare, narrando prius omissiones, quas in his q̃ sunt ad Deum fecisti, & maxime in oratione quantum ad duplicem eius partem, mentalem, s. & vocalẽ, deinde defectus in obseruatione iustitiæ quoad proximũ post commissiones quas egisti ex mala custodia sensuum, & sentib. adiacentium affectionũ & cogitationũ. Hãc autem confessionem semper debet contritio & satisfactio comitari, vt doleas videlicet de omnib. offensis, nõ solum de magnis, sed etiam de modicis, & dolendo caueas iterare culpam, semper studeas causas, & occasiones peccati præscindere, quantuncunq; per amorem videantur tibi coniunctæ, quia tunc iuxta Saluatoris sententiam, eruendus est oculus scandalizans. i. occasiones peccati vitandæ, quæ quidem apparent nobis delectabiles nimium, etiam si multum nobis displiceant earum effectus. Vnde fortissimum est in hac pugna bellum. Et ideo oportet secundum Dei præceptum esse cæcum, surdum, & mutum, & insensibilem ad omnia, in quib. non inuenit anima lucrum. Vt autem diuinorum præceptorum, eiusq; disciplinæ celestis obseruantiam in supradictis & cæteris alijs solicitius intendas, ac feruentius accendaris, studeas hec quinq; semel ad minus inter diem & noctem, affectuose & morose omni tempore syncera mente tractare, quam. s. sit breuis vita nostra, quam lubrica via, quam mors incerta: quę premia iustis, quæ supplicia parantur iniustis, vt non sit serui tium sine timore, nec gaudium sine tremore.

Quales esse debemus in nostra reputatione, quamuis perfecti.

Vigesimum quintum & vltimũ, vt cum diuina gratia largiente omnia bene feceris, te seruũ inutilẽ & peccatorem recognoscẽs, omni beneficio Dei reputes te indignum, semper robustissimam fidem tenens, repletus charitate diuina, fiducia magna sperans, ab ipso misericordissimo patre misericordiæ tibi viscera aperiri vt dum in fossum profundæ humilitatis firmissima ieceris fidei fundamenta, erexerisq; lucidissimos parietes continuæ ac feruidæ charitatis, decoratos omnium virtutum picturis, tectumq; desideratæ spei beatissime posueris gloriosum, tandem omnib. ordinate dispositis, summus ille cœlestis inhabitator dulcisq; hospes fidelium animarum, cuius delitiæ sunt esse cum filijs hominum, tandiu tecum dignetur inhabitare per gratiam in præsenti seculo vel exilio, quousq; post terminum vitæ huius, in cęlestis beatitudinis patria gloriosa stola perpetuæ immortalitatis indutus, claritatẽ vultus eius cum omnib. sanctis cernere merearis in iubilo, vbi erit summa felicitas & æterna beatitudo, finis & complementum omnium desideriorum nostrorum.

Conclusio Epistolæ huius.

Hoc verumtamen adhuc scias charissime frater indubitanter, q̃ nisi perfecte abnegaueris temetipsum, se qui non poteris vestigia Saluatoris, & sine solicitudine continua & labore, eius gratiam adipisci nequibis. Et nisi assidue propulsaueris portas eius, ingredi non poteris ad pacem mentis. Et nisi te instanter in timore Dei tenueris, cito domus tua corruet in profundum. Et si fideliter & constanter te tenueris, & exercitatus fueris in prædictis, spero in misericordia Saluatoris, q̃ te gratia sua dignum faciet in præsenti, secumq; potiris gloria in futuro. Quod ipse tibi concedat, qui est trinus & vnus in secula seculorum benedictus. Amen. Hæc autẽ charissime non ideo tibi scripsi, quia te credere talib. indigere, sed quia ante collegeram pro meipso, cernensq; meæ inconstantiæ pronitatem, seu constantiæ paruitatem cogitaui, ea tibi tanquam coadiutori fideli communicare, vt quod mea pusillanimitate negligentiaque teporis omittitur, tua magnanimitate seruorisq; solicitudine restauretur, maxime cum te cõcordem quasi omnib. votis meis, in huiusmodi simplicioribus plurimum delectari cognoscam. Quapropter charissime in Christo, hæc ea rogo charitate suscipias, qua illa tibi me scio affectione misisse, vt videlicet his omnib. supradictis, quorum quidem disciplina non videtur esse gaudij sed mœroris, ita per cęlestium studiorum exercitia studeas te mãcipare, vt pacatissimum iustitiæ fructum afferas in futuro, & expectationis eius dulcis memoria, etiam in præsenti anima tua gustu deuotionis, adipe, & pinguedine repleatur in Christo Iesu Domino nostro, cui me aridum & verbosum potius quam deuotum, deuotis tuis orationib. commendabis. Cui est honor, & gloria, decus, & imperium per infinita secula seculorum. Amen.



SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS.

Tractatus ad Dominam Blancam Reginam Hispaniæ. De regimine animæ.



PRimum omnium necesse habes anima mea, altissime, pijssime, sanctissime, de optimo Deo sentire, videlicet, certa fide credendo, attenta mente cõsiderando, & perspicaci rationis intuitu cum admiratione perspiciendo. Altissime quidem de optimo Deo sentis, si cuncta de nihilo creantis & supportantis immensam potentiã, si cuncta gubernantis & ordinantis infinitam sapientiam, si deniq; cuncta iudicantis & retribuentis indeterminatam iustitiam, fideli, pio, & perspicaci contuitu, & credis, & admiraris, & perspicis, & extra te exiens, & intra te ingrediens, & supra te transcendens, vt illud veraciter decantes. Exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine, quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram, nimis exaltatus es super omnes Deos, &c. Pijssime de optimo Deo sentis, si eiusdem misericordiam admiraris, amplexaris, & benedicis, vt sum me benignam, in nostræ humanitatis & mortalitatis assumptione, & vt summe viscerosam, in crucis & mortis perpessione, & vt summe viscerosam, in Spiritussancti donatione, & sacramẽtorum institutione, cum seipsum communicet liberalissime in sacramento altaris, quatenus illud Psal. ex animo cantes. Suauis Dominus vniuersis, & miserationes eius super oĩa opera eius &c. Sanctissime de optimo Deo sentis, si eiusdem inexplicabilem sanctitatẽ aduertens, miraris, & laudas, atque Psal. 96. Psal. 144.

illi cum sanctis Seraphin, sanctus, sanctus, sanctus, pro-
clamans. Sanctus primo hoc est in seipso sanctitatem ;
ita summe ac purissime habēs, vt impossibile sit ipsum
aliquid nisi sanctū velle vel approbare. Sanctus secun-
do, hoc est sanctitatem ita perfecte in alijs diligens, vt
impossibile sit ipsum vere sanctitatem seruantib. aut
gratiæ dona subtrahere, aut gloriæ præmia denegare.
Sanctus, & tertio, hoc est ita seuere oppositum sancti-
Deut. 32. tatis abhorrens, vt impossibile sit ipsum peccata nisi ab
horrere, aut reprobare, aut impunita relinquere. Quod
si sic senseris, cum legislatore cantabis. Deus fidelis, &
absque vlla iniquitate iustus & rectus. Post hoc oculos
tuæ mentis ad Dei legem cōuertere, quæ te iubet exhi
bere altissimo cor humile, pijssimo cor deuotum, &
Col. 3. sanctissimo cor illibatum. Cor (inquam) humile debes
exhibere altissimo, per reuerentiam in animo, per obe-
dientiam in facto, & per honoriscentiam in verbo &
signo, quatenus secundum Apostolicam regulam, &
doctrinam, omnia in gloriam Dei facias. Cor autem de
uotum exhibere debes pijssimo, per interpellationem
feruentium precum, per degustationem spiritualium
suauitatum, & per actionem multiplicium gratiarum,
vt anima tua iugiter per desertum ascendat in Deum, si
cut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, vt
Cant. 3. de sponsa in Canticis dicitur. Cor vero illibatum exhi-
bere debes sanctissimo sponso, vt nullus in te regnet,
nec sensu, nec consensu, nec affectu corporeæ volupta-
tis applausus, nullus terrenæ malignitatis affectus; qua
tenus omni exclusa macula peccati, possis cum Psalmi
Psal. 118. sta cantare. Fiat cor meum immaculatum in iustifica-
tionibus tuis, vt non confundar. Attende ergo diligen
ter, & vide, si hæc omnia a iuuentute seruasti. Quod si
hæc in conscientia repereris, non tibi hoc attribuas, sed
dono Dei, illiq; gratias agas. Quod si te inuenis semel
aut pluries in horum aliquo vel pluribus, vel forte in
omnib. aut grauiter aut leuiter deliquisse, siue per infir
mitatem, siue per ignorantiam, siue ex certa scientia, in-
enarrabilibus gemitibus studeas reconciliari Deo. Et
ad exhibendam emendam illi, spiritum virtutis assume,
Psal. 37. vt possis cum penitente veraciter cantare ac psallere.
Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus
in conspectu meo semper. Debet autem dolor animi
duos habere comites, vt sit purgatiuus animæ, & placa
tiuus Dei, nimirum timorem diuini iudicij, & ardorē
interni desiderij, vt recuperes timendo cor humile, desi
derando cor deuotū, & dolendo cor illibatū. Time igi
tur diuina iudicia, quæ sunt abyssus multa. Time (in-
quam) vehementer, ne forte quanquam sis aliqualiter
penitens, adhuc tamen displiceas, time vehementius, ne
post hoc Deum offendas, time etiam vehementissime, ne
finaliter a Deo discedas, semper carens lumine, semper
ardens igne, nunquam carens verme, nisi per veram pe
nitentiam in gratia finali decedas, vt sic cum propheta
Psal. 118. decantes. Confige timore tuo carnes meas, a iudicijs
enim tuis timui. Dole quoque & satage propter com-
missa peccata. Dole (inquam) vehementer, propter annihi-
lationem oīs boni diuinitus tibi dati, vehementius, pro
pter impugnationem Christi pro te nati, & pro te cru-
ci affixi, vehementissime propter vilipensionem Dei,
cuius transgrediendo leges, tu inhonorasti maiestatē,
denegasti veritatem, & offendisti bonitatem: totumq;
vniuersum debilitasti, deformasti, & deordinasti, dum
diuinis aduersando statutis, imperijs, & iudicijs, omni-
bus tibi seruientibus propter Deum abusa es naturis,
scripturis, iustitijs, misericordijs, donis gratuitis, & præ
mijs repromissis: Quibus diligenter consideratis lu-
ctum vnigeniti fac tibi planctum amarum, deduc quasi
torrentem lachrymas per diem & noctem, non des re
quiem tibi, nec somnum oculis tuis: Desidera nihilomi
nus diuina charismata diuini amoris in Deum concē
dens, qui te peccantem, tam patienter sustinuit, longa-
nimiter expectauit, & misericorditer ad penitentiam
reduxit: tibi concedendo veniam, infundēdo gratiam,
& promittendo coronam. Dum tamen eidem impen-
das, vel potius ab ipso suscipias, eique rependas sacrifi-
cium contribulati spiritus, cordisq. contriti, & humilia
ti, per compunctionem amaram, confessionem veridi-
cam, & per satisfactionem condignam. Desidera (inq.)
vehementer diuinam complacentiam, per largam im-
missionem Sancti spiritus, vehementius diuinam con-
formitatem per expressam imitationem Christi cruci-
fixi, & vehementissime diuinam comprehēsionem, per
apertam visionem patris æterni, vt veraciter cum pro- Psalm. 41
pheta decantes. Sitiuit anima mea, quando veniam, &
apparebo ante faciem Dei. Porro vt hunc spiritum vi-
tæ, timoris, doloris, & ardoris acquiras intrinsecus, exer-
ce te foris ad omnimodam modestiam, iustitiam, & pie
tatem; quatenus (iuxta documentū apostoli) abnegans Ad Titū 2
impietatem, & sæcularia desideria sobrie & iuste & pie
viuas in hoc sæculo. Exerce itaque temetipsam ad om
nimodam modestiam, vt (iuxta Apostoli doctrinam) Phil. 4.
modestia tua nota sit omnib. hominibus, ad modestiā
(inquam) parsimoniæ, in victu & vestitu, somno & vi-
gilia, ocio & labore, vt in nullo excedas: Ad modestiā
disciplinæ, per moderamen silentij & loquelæ, per mo
deramen mœroris & gaudij ac etiam per moderamen
mansuetudinis, & rigoris, iuxta quod opportunitas e-
xigat, & recta ratio dictat: Ad modestiam honestatis,
per glorificationem, ordinationem, compositionem, scili-
cet, actuum, motuum, gestuum, vestimentorum seu ha
bituum, membrorum, & sensuum, iuxta quod moralis
honestas, & regularis obseruantia id exposcit, vt meri-
to sis ex illorum numero, quibus Apostolus dicit. Om 1. Cor. 14.
nia honeste, & secundum ordinem fiant in vobis. Exer
ce te quoque ad iustitiam, vt tibi illud propheticum
possit veraciter aptari. Propter veritatem, & mansuetu
dinem, & iustitiam. &c. Ad iustitiam (inquam) integrā, Psal. 44.
per actum diuini amoris, per obseruantiam diuinæ le-
gis, & per desiderium fraternæ salutis: Ad iustitiam or
dinatam per obedientiā ad superiores, societatem ad pa
res, & per castigationem ad inferiores: Ad iustitiam p
fectam, vt omni veritati consentias, omni bonitati fa-
ueas, & omni malitiæ aduerseris, tam mente, quam ver
bo, quam etiam opere nihil agens alij quod tibi nolis
fieri, nihil negans alij quod tibi velis impēdi, quatenus Matth. 5.
illorum sis imitatrix perfecta, quibus dicitur. Nisi abū
dauerit iustitia vestra plus quam scribarum & phari-
sæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Exerce te
tandem ad pietatem, quia vt dicit Apostolus. Pietas ad 1. Tim. 4.
omnia valet, promissionem habens vitæ, quæ nunc est
pariter & futuræ. Ad pietatem (inquam) diuini cultus
attente & deuote ac reuerenter, scilicet, horas persoluē
do canonicas, ac quotidiana confitendo peccata & de-
plorando, sacratissimam pro tempore Eucharistiam su
mendo, & quotidie missam audiendo: Ad pietatem sal
uationis animarum, nunc adiuuando per orationum
frequentiam, per sermonum informationem, & exem-
plorum incitamenta, vt qui audit, dicat veni. Hoc tamē
sic sapienter oportet fieri, vt salutis propriæ dispendiū
non incurras; Ad pietatem reuelationis corporalium
necessitatum, in supportando patienter, consolando a-
micabiliter, & subministrando humiliter, hilariter, &
misericorditer. Vt sic diuinam impleas legem, cum di-
cat Apostolus. Alter alterius onera portare, & sic ad-
implebitis legem Christi. Ad quę omnia prosequenda, Gal 6.
super omnia credo valere memoriam crucifixi, vt dile-
ctus tuus tanquam fasciculus myrrhæ, inter mentis
tuæ vbera iugiter commoretur. Quod ipse præstare di
gnetur, qui est benedictus in sęcula Amen.

EIVS-

Digitized by Google

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS.

Epistola ad Magistrum innominatum.

Eliminans errorem contra regulam Beati Francisci, Domino respondente per seruum suum sanctum Bonauenturam.

INnominato magistro frater Bonauentura, spiritum intelligentię veritatis exoptat, Proponis charissime vt tibi tres articuli de regula fratrum minorum absoluantur, de quib. te ostendis plurib. rationibus dubitare. s. de paupertate, labore manuum, & studio scholarium & magistrorum. Cum. n. regula dicat, ꝙ fratres non recipiant pecuniam per se, vel per interpositam personam, & rursum, nec locum nec aliquam rem sibi approprient, videtur tibi fratres in hoc regulæ contraire, cum tibi videatur pecuniam per interpositā personam recipere, libros habere & domos, cum nō possint harum rerum quas habent, dominos assignare. In labore etiam manuum sibi iniuncto vt videtur sub præcepto, culpabiles tibi videntur, cum nec laici laborēt in operib. mechanicis, nec clerici manu propria in libris scribēdis, quin potius cū magnis sumptib. faciunt eos scribi, acsi apud se haberēt numismatum percussores. Postremo in studio, & magisterio fratres condemnas, cum regula dicat, ꝙ non curent nescientes literas, literas discere. Fratres plerunq; tam clerici quam magistri, qui etiam in sæculo parum aut nihil de philosophia audierunt, 'student, recitant, immo quod pluris est laniant', dissipant, & ædificant. Nec videtur tantæ humilitatis professorib. posse competere nomen magistri, eum hoc videatur Dominus in
Matth. 13 Euangelio Matth. suis discipulis inhibere, quorum nos dicimur imitatores, tanquam professores euangelij Iesu Christi. Hæc (vt asseris) tibi in corde de statu & salute fratrum scrupulum generant, & tuam conscientiam inquietant. Super hæc addis assertionem quorundam, qui tibi nisi sunt hanc conscientiam de fratrib. fabricare. Intende igitur, in ea quæ dicturus sum, dabit. n. tibi Dominus precib gloriosæ virginis, & bti Francisci rectum in omnib. intellectū. Supponis, ꝙ regula paupertatem præcipit, commendat laborem, vetat curiositatē. Suppono & ego, detestaris ob hoc receptiones pecuniarum, proprietates librorum ac donorum, vitupero & ego, immo nos omnea persequimur fortiter, & culpamus. In hoc conuenimus, sed ꝙ fratres tales credis, aut si non credis dubitas, in hoc penitus dissentimus. Nec n. hoc credo nec dubito, certum habens oppositum tā quam verum, non quia nullus in ordine talis sit, qui non possit culpari in aliquo prædictorum, cum nec in duodecim apostolis perfectio potuerit reperiri, sed cōitatem status, de qua & tu iniungis defensandam, assumpsi. Vnde igitur quid sentire debeas de receptione pecuniæ. Testificor coram Deo, quoniam veritatem sum expressurus secundum meam conscientiam, in omnib. quæ subiungam. Non credo te aliquatenus dubitare, quin pauperibus quantumcunq; extremam vouerint paupertatem, liceat recipere eleemosynam, nisi velint se occidere, quod si nefas est, licet hoc fratribus, quod nullus sanæ mentis ignorat. Non est igitur contra eorū professionem, si quis diues homo hāc eis ministrat manu propria. Quod si noluerit, potest eis ministrare per manum serui sui. Quòd si ille seruus non possit, sed cōmittat alij, quare non liceat per manum tertiam, non videtur. Quare etiam vsq; ad decimam manum non potest, non video. Quod si diues habens pecuniam, dat victum aut vestitum fratrib. necessarium, nonne potest ipse manu sua emere? nonne potest ipse pecuniam pro emptione alij committere, & sic per multas manus in vsus fratrum exponere, pro releuandis eorum necessitatib. sine offensione fratrum? Quis sanæ mentis hoc dubitat? cum pecunia ita sit domini cum cōmititur pſonę intermedię, ac si ipse dominus eam manu propria conseruaret. Nisi forte quis ita desipiat vt dicat, ꝙ pecunia in manu seruientis posita, trāseat in eius dominium, & desinat esse domini, quod penitus absurdum est. Quod si dicas, ꝙ dominus simpliciter, & absolute dare intendat fratrib. dico & ego, ꝙ nullus sanæ mentis dare intēdit fratrib. nisi prout competit regulę & professioni eorum. Quis. n. daret eleemosynam, vt eos faceret perdere vitam ęternam? Dat ergo eo modo quo fratrib. expedit. s. committendo alicui, qui per se eam dispēset in his reb. quas fratrib. licet accipere, & sic pecunia illa ꝑ quorumcunq; manus transeat, nullo modo spectat ad fratres, quia semper est primi domini. Et est per hoc manifestum, ꝙ nec per se, nec per interpositam personam eā recipiunt. Fateor coram Deo, ita esse verum in consciētijs fratrum. Quod si mihi forte non credis, tamen ipsi Domino Papæ, qui in vtroq; iure peritus, ordinis & perfectionis ęmulator, qui, vt (ipse testatur) in conditione regulæ beato Francisco astitit, & eius plenum intellectū agnouit. Qui requisitus a fratrib. dicit, ꝙ fratres volentibus sibi eleemosynas facere, possunt fidelem aliquem præsentare. Qui taliter præsentatus non est eorum nuncius, sed illius potius, cuius mandato solutionem facit, seu recipientis eandē. Hęc sunt verba ipsius. Quis ita desipit, vt si dicam alicui, iste fideliter exequetur vel custodiet, quod ei cōmitties, quod propter hoc quicquid ille acceperit fiat meum, cum etiam licet hæc verba non semper exprimantur, semper tamen habentur in corde, & semp ab alijs credimus sic accipi? Quis ergo tam improbus, vt impugnaret hanc veritatem, ꝑ tantorum virorum conscientiam sanam & discretam, per tantam rei euidentiam, & vt nihil desit, per sedem apostolicam confirmatam? Certus sum, ꝙ talis portabit iudicium. De libris & vtensilibus quid sentiam, audi. Clamat regula expresse imponens fratribus officiū Nota. prædicandi, quod non credo in aliqua alia regula reperiri. Si igitur prædicare non debent fabulas, sed verba diuina, & hæc scire non possunt nisi legant scripta, nec legere, nisi habeant, planissimum est, ꝙ de perfectione sic est habere libros, sicut est prædicare. Et sicut nō obstat ordinis paupertati, habere missalia ad cantandum missas, & breuiaria ad horas dicendas, sic non obstat & biblias ad verba diuina prædicanda. Licet igitur libros habere. Sed nunquid regula sibi contraria est, quę alibi mandat nihil habere? Absit hoc, vt in ea sit contrarietas aliqua, sicut nec falsitas, cum tota de fonte Euangelij sit extracta, sicut mihi, qui parum noui, facile esset ostendere. Dico ergo ꝙ fratribus horum concessus est vsus, sed vetatur appropriatio. Nam non dicit regula. Fratres nihil habeant, nec aliqua re vtantur, quod esset insanum, sed ꝙ nihil sibi approprient. Cui igitur horum proprietas assignabitur? Sic respondeo ego, ꝙ cuiuscunque sit, non est mea nec ordinis, & hoc mihi sufficit ad meæ conscientię puritatem. Ne tamen hominib. fugam parare videar, dico harum rerum mobiliū, gubernatori & protectori ordinis Cardinali, potestatē & auctoritatem & prouidentiam a domino Papa esse concessam. Sicut. n. dominus Papa ait, nec vendi debēt mobilia, vel extra ordinem cōmutari quoquo modo, nisi Ecclesiæ Romanæ Cardinalis, qui fuerit ordinis Gubernator, super hoc auctoritatem ꝓbuerit & assensum. Sed dicis. Nunquid qui biblias dant fratrib. inten

dunt eas dare Papæ aut Cardinali? Dico & ego. Nun-
quid pater qui dat bibliam filio, intendit labefacere or
dinem filij, & filium suum facere filium Diaboli? Cre
do te dicere ꝙ non. Dat igitur filio intendens, ꝙ ordi-
nis paupertas sit penitus illibata, ac per hoc vt ordo v-
tatur, proprietas autem sit eius, cuius decreuerit pastor
ordinis & Ecclesiæ. An non credis, ꝙ si pater non pos-
sit filio librum dare nisi per manum alicujus, de quo p̄
sumeret ꝙ non esset filij sui prædator sed pastor, nõne
daret? vtiq; daret vt filio commodaret ad vsum. Et in
hoc melius prouisum est ordini domino faciente. Nã
si, librorum proprietas remaneret apud parentes, sic mi
nistri non possent auferre fratrib. libros, & essent quasi
ꝑpetui ad vitam. Nũc autẽ ordo nihil sic appropriat in
libris, dum ministri libros nec vendere nec alienare au
ctoritate propria possunt, nec fratres subditi possunt,
dum frequenter resignant, & eis pro voluntate mini-
strorum assignantur & auferuntur. Certus sum, ꝙ hæc
est conscientia fratrum. Vt autem nihil remaneat, audi
de domib. Dico domos non esse fratrum. Sed si de solo
quæris, dico ꝙ dãtium est & patronorũ. Si de ędificijs,
pari ratione ędificantium, vel eorum quorum est solũ,
quia cedit solo vnius si vnus ędificat, vel plurium si plu
res. Mentior etenim, si non dominus Papa dicit in regu
la, saluo locorum & domorum dominio illis, ad quos
noscitur pertinere. In loco, intelligens solum, in domi-
bus, ædificia superaddita. Vnde nec appropriamus no-
bis locum, cum dicamus esse illorum qui dant impen-
sas, vel cedit solo. Nec etiam vsus appropriamus, nisi ꝓ
voluntate eorum qui fratribus concedunt prædicta,
Certus sum.n. ꝙ hæc est conscientia fratrum. Non ob-
stat si aliquando vidisti cõtrarium, qđ non credo, qa in
discretio vnius, nõ ad omnes dẽt nec ad singulos retor
queri. Si dicis, nos tanquam aduenas, & peregrinos de-
bere ire de domo in domũ, parcat illi Deus, qui primo
hanc stultitiam cogitauit. Nonne beatus Frãciscus ædi
ficauit loca? Nunquid tanquam peregrinus ibat quoti-
die vnam dietam? Nunquid beatus Petrus cum dicat in
1. Pet. 2. canonica sua, obsecro vos tanquam aduenas & pere-
ginos, &c. voluit ꝙ omnes trãsirent de domo in domũ
Eccles. 29. Cum.n. dicat Ecclesiasticus, vita nequam hospitari de
domo in domum: Tam Petrus quam Franciscus alijs
& discipulis suis non sanctam vitam, sed nequam impo
suissent, si secũdum prædictum Intellectum nos similes
esse peregrinis mandarent. Sed hoc dictum intelligitur
vt non currat similitudo quatuor pedib. sed vt domos
in quib. habitamus, parum diligamus, nec proprias re-
putemus, sicut peregrinus qui transit in patriam, do-
mum non diligit in via tanquam propriam, sed vtitur
tanquam aliena. Qui aliter sapit, ipse sua insipiẽtia ma
nifestat, ꝙ nihil omnino sapit. Quomodo ergo pos-
set esse regimen & ordo Prælatorum, qui ita districte
manẽt in ordine beati Francisci, si oẽs essent instabiles
& vagabundi per orbem? Hoc vero sentit, qui nihil vi-
dit de ordine. Veniam ad laborem manuum, vbi tali-
ter insistis, vtrum sit consiliũ vel præceptum? Ego aũt
Ephe. 3. dico, non intendere beatum Franciscum manualem la
borẽ, nec consulere, nec p̄cipere, nec monere, sed suppo
sita admonitione Apostoli, fratribus nimis vel minus
sollicitis ad laborem, dat formã laborandi. Quidam.n.
sic intendebant labori manuali, vt necaretur in eis de-
uotio orationis. Quod quia periculosum erat, cum a-
ctiua debeat deseruire contemplatiuæ, dedit eis formã
sanctissimus pater, vt sic laborẽt qui laborare vellent,
scirent, & possent: vt sanctæ orationis & deuotionis spi
ritum non extinguant. Hoc.n. sequitur in textu regulę
immediate. Vnde attende, ꝙ non dicit præcipio, vel cõ
sulo fratrib. ꝙ laborent, sed quib. dedit Dominus gra
tiam, quod non solum includit potentiam, sed volunta
tem laborandi. Sicut si diceret, fratres quibus dedit Do
minus gratiam lachrymandi, lachrymentur ita mode-
ste, ꝙ oculos non amittant, non præciperet lachryma
ri, sicut nunc intelligit. Ipse autem de labore manuum
vim non faciebat, nisi propter ocium declinandum, qa
cum fuerit regulę obseruator perfectissimus, non cre-
do, ꝙ vnquã lucratus fuerit de labore manuum 12. de-
narios vel eorum valorem, sed potissime ad orationẽ
monebat. Non.n. volebat, ꝙ illam extinguerent ꝓp lu
crum. Vnde prouincialib. ministris relinquitur, ꝙ non
permittant fratres suos ociosos. Ego vna tecum, si qui
tales sunt, judico arguendos, & verberibus puniendos
tanquam seruos malos & pigros. Non tñ propter hoc
tibi displiceat, quia satis ibi inuenies copiam laboran-
di, tam in studio veritatis quam in exercitio humilita-
tis, pietatis, & cuiuslibet alterius virtutis. Nam fratrũ
eleemosynas q̄rere, coquinam facere, infirmis seruire,
scutellas lauare, & in omnib. humilitatis exercitijs labo
rare, quę dulciora fratribus sunt quam multa officia di
gnitatis. Sed quid dicemus de ascendẽtib. ad cathedrã,
cum regula dicat, ꝙ non curent nesciẽtes literas, literas
discere, &c. cum etiam Euangelium dicat, ꝙ nolimus Matth. 23.
vocari magistri? Dico ego, quòd regula non vetat stu-
diũ literatis, sed illiteratis & laicis. Vult.n. (iuxta Apo- 1. Cor. 7.
stolũ) quòd unusquisque in ea vocatione qua vocatus
est ꝑmaneat, vt ad clericatum de laicatu nullus ascen-
dat, nec vult quòd clerici fiant laici studiũ recusando,
alioquin ipse transgressor fuisset, qui cum paucas lr̃as
sciret, postmodum in literis profecit in ordine, non so-
lũ orando sed etiam legendo. Vnde vt scias quantum si
bi placuerit studium sacræ scripturæ, audiui ego a fra-
tre qui vidit, quod cũ nouum testm̃ venisset ad manus
suas, & plures fratres non possent simul habere, diuide
bat per folia, & singulis communicabat, vt oẽs stude-
rent, nec vnus alterum impediret. Clericos ẽt quos re-
cipiebat ad ordinem, in summa reuerentia habebat, &
in morte mandauit fratribus, vt doctores sacræ scriptu
ræ in summa reuerentia haberent, tanquam illos a qui
bus reciperẽt verba vitæ. Vnde cum nomen doctoris
veneraretur, intelligebat hoc Euangelium nõ vetuisse,
alioquin Paulus Apostolus Euangelio contradiceret, 1. Tim. 2.
q̄ se prima epistola ad Tim. magistrum gẽtium vocat,
quod maioris impudentiæ videtur, quam si ab alijs vo
caretur. Dico ergo, quòd sc̃dm Euãgelium pompa hu
ius nominis condemnanda est & nullatenus appeten-
da, sed officium assumendum. Quos.n. magis decet E-
uangelium docere, quam qui Euangelium profitentur
& seruãt? Nam cum dicat Euangelium; Qui fecerit & Matth. 5.
docuerit, hic magnus vocabitur in regno cęlorũ. Quis
sanæ mentis dicat, vt magister & frater Alexander di-
ues, debuerit prædicare, & docere, beati pauperes spiri-
tu, & pauper effectus debuerit reticere? Certe si fratres
decet addiscere, & ruminare tanquam munda anima-
lia, verba diuina, & sibijpsis sufficiunt in docendo, qs
tam stultus est, vt dicat quod doctrinam quam eos de-
cet facere & docere, debeant a non facientibus mendi-
care? Condemno igitur tecum in magisterio pompam,
sed commendo officium. Damno fratrem minorem
pomposum, & dico eum magisterio penitus indignũ,
sed commendo studiosum, credens quòd nulli magis
quam tali competat auctoritas docendi Euangelium
Iesu Christi. Restat igitur, vt de philosophantibus ali
quid subiungamus. Audi charissime sicut in cęteris,
sic & in hoc pariter concordemus. Fateor displicent ti
bi curiositates, displicent & mihi, & displicent fratri-
bus bonis, & displicent Deo & angelis suis. Nec defen-
do circa scripta puerilia musitantes, sed detestor eos
pariter tecum. Vnde & tibi & mihi consulo, vt habea
mus zelum secundum scientiam, ne detestemur plus
quam oportet. Fortassis enim inter peccata minuta, &
venialia computãdum est. Vix enim grana absq; paleis
colligi-

Digitized by Google

colligi possunt;& verba diuina sine verbis humanis.
Hæc autem omnia separantur per zelum compunctio
nis & fletum deuotionis,quæ faciunt triticum verita-
tis a verborum paleis separari. Et fortasse videntur ali-
qui curiosi,qui magis sunt studiosi. Si quis enim stude
ret in dictis hæreticorum,vt eorum sententias declina
do magis intelligeret veritatem,nec curiosus nec hære
ticus,sed catholicus esset. Cum verba philosophorum
aliquando plus valent ad intelligentiam veritatis, & er
rorum confutationes,non deuiat a puritate in his ali-
quando studens maxime cum multæ sint conclusiones
fidei,qui sine his terminari non possunt. Vnde si veli-
mus nimis stricte iudicare,fortasse ipsos sanctos(quod
impium est)iudicabimus curiosos. Nam nullos melius
naturam tpis,& materiæ describit q̃ Aug. inquirendo
& disputando in libro cõfessionum. Nullus melius exi
tus formarum,& propaginem rerum,quam ipse super
Gen.ad literam. Nullus melius qõnes de anima, & de
Deo,quam ipse in lib. de Trinita. Nullus melius natu-
ram creationis mundi,quam ipse in lib. de Ciu. Dei. Et
(vt breuiter dicam) pauca aut nulla ponvt magistri in
libris suis,quin illa reperias in libris Augustini. Lege
Augustinum de doctrina Christiana,vbi ostẽdit,quo
non potest intelligi sacra scriptura,sine aliorum scien-
tiarum peritia. Ostendit ẽt, q̃ sicut filij Israel asporta-
uerunt vasa Aegypti,sic doctores theologi doctrinam
philosophiæ. Vnde multa quę non didicimus per philo
sophos, de dictis philosophiæ,didicimus per sanctos.
Ac per hoc non debet tibi esse mirum,si minus funda-
ti intrantes,fiant in scientia in ordine fundatiores. Sed
esto q̃ ista sint reprehẽsibilia & purganda, nõ propter
hoc retraharis,quia nullus ad hoc compellitur, sed is
magis amatur,qui magis est talium aspernator. Nec p̃-
lati talia præcipiunt,sed permittunt. Nec propter tres
vel quatuor vitiosos,debet magister contemnere inno
centes. Et sic aliqui abundent libris ad tempus,alijs ple
risque multo plus indigentib. poterunt dispensari,cum
multo plures egeant quam abundent. Nec te moueat
qđ fratres fuerunt in principio simplices & illiterati,imi
mo magis debet hoc in te fidem ordinis confirmare. Fa
teor enim coram Deo,q̃ hoc est quod me fecit vitam beati
Francisci eligere, q̃ non fuit per hominum prudentiã
inuenta,sed per Christum,& quia opera Christi non
deficiunt,ostenditur hoc opus fuisse diuinum,dum ad
1. Cor. 3. consortium virorum simplicium et sapientes non sunt
dedignati descendere,attendentes illud Apostoli. Si-
quis est inter vos sapiens,& stultus fiat,vt sit sapiens.
Rogo charissime,vt non nimis abundes in sensu tuo,
nec credas te prudentiorem nec meliorem omnibus ,
quos Deus ad statum istum vocauit, etsi vocauerit,te
non recuses. Vale in Domino.

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS.

In Orationem Dominicam Expositio.



Ater noster,&c. Oratio hæc priui-
legiata est in tribus, nempe,in di-
gnitate, quia a Christo cõposita ,
in breuitate, vt citius sciatur, me-
lius retineatur,& frequẽtius dica-
tur,in fecunditate, quia omnes pe
titiones continet, & vtriusque vi-
tæ necessaria complectitur. Pater noster diuiditur in
exordium, cum dicitur Pater noster. In tractatum
cum dicitur. Sanctificetur nomen tuum, &cæt. VI-
timo in conclusionem, cum dicitur. Si enim dimise-
ritis. Sed hæc conclusio non est de integritate oratio-
nis. In exordio datur petenti fiducia , cum dicitur. Pa-
ter noster,non domine. Domino seruitur timore, pa-
tri vero amore,teste Malachia,qui ait. Filius honorat Malach. 1.
patrem suum,& seruus Dominum suum timebit. Si er-
go pater ego sum,vbi honor meus?& si Dominus ego
sum,vbi est timor meus? In tractatu ponuntur omnia
nobis necessaria,& in cõclusione infertur necessaria ex
præmissis consequentia. Deus dicitur pater noster, ge-
neraliter omnium per creationem, iuxta illud. Nun- Deut. 32.
quid nõ ipse est pater tuus qui possedit,& fecit,& crea
uit te?Fecit in corpore,creauit in anima, & possedit in
vtroque. Deus dicitur pater noster, specialiter iu-
storum per adoptionem,dicente Domino. Estote per Matth. 5.
fecti, sicut & pater vester cœlestis, perfectus est. Et Luc. 11.
in Luca,si ergo vos cum sitis mali,&c. Deus etiam di-
citur pater noster,singulariter Christi,per æternam ge
nerationem,iuxta illud. Non solum soluebat Sabbatu, Ioan. 5.
sed & patrem suum dicebat Deum. Et in Matth. Ne- Matth. 11.
que patrem quis nouit,nisi filius, & cui voluerit filius
reuelare. Pater est primo modo, per impressam ima-
ginem:secundo modo per appositam gratiæ similitudi
nem, & tertio modo per æternam originem. Qui es
in cœlis,id est in Angelis,vel in cęlis,id est in Sanctis.
Sancti enim dicuntur cęli,quadrupliciter, scilicet pro-
pter vitę sublimitatem, dicente Paulo. Nostra con- Phil. 3.
uersatio in celis est:propter bonorum operum clarita-
tem, ipso Apostolo dicente. Inter quos lucetis sicut Phil. 2.
luminaria in mundo,verbum vitę continentes. Et in
Matth. Luceat lux vestra coram hominibus, &cæt. Matth. 5.
Propter propositi firmitatem , dicente Psalm. Verbo Psal. 32.
Domini cęli firmati sunt. Et denique propter Deum
in eis quiescentem per gratiam : iuxta illud. Cœlum Isa. 66.
mihi sedes est. Et in Psalm. Dominus in cęlo parauit Psal. 102.
sedem suam. Dici ergo. Pater noster qui es in cęlis,id
est in spiritualibus , vt ad spiritualem mansuetudinem
(in qua habitat) festinare discamus, & cęlestia ab eo
quęramus. Sanctificetur nomen tuum. Terminato
exordio sequitur tractatus,qui diuiditur in duas par-
tes , in prima agitur pro bonis adipiscendis, & in se-
cunda pro malis ammouendis: ibi. Et dimitte nobis
debita nostra, &cæt. Primo petitur pro bonis adipi-
scendis. Sunt enim bona æterna quę petuntur in pre-
mium. Sanctificetur nomen tuum. Petimus, quod
ipsa gloria, sive perfecta notitia confirmetur in no-
bis, & hoc eris in gloria perseuerando. Sunt bona
etiam quę petuntur spiritualia ; in meritum siue in
bonum perseuerantię. Adueniat regnum tuum,id est
Ecclesia,vel anima in qua per gratiam regnas. Adue-
niat,id est,in finem perueniat. Sunt bona itidem spi-
ritualia quę petuntur in bonum gratię, fiat voluntas
tua,id est libertas nostri arbitrij,societur per gratiam
tuę voluntati. Sunt denique bona temporalia quę pe-
tuntur in sustentationem, siue temporale subsidium.
Panem nostrum quotidianum da nobis, & cęt. Secun-
do petitur pro amouendis malis,nempe prçteritis,cum
dicit. Et dimitte nobis. Pro amouendis etiam pręsen-
tibus,cum dicit. Sed libera nos a malo. Demum,& a-
mouendis malis futuris,cum dicit. Et ne nos inducas
in tentationem: Pręterita mala sunt dolenda,pręsentia
vitanda,& futura pręcauenda. Septem sunt petitiones
scilicet Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum
tuum. Fiat voluntas tua. Panem nostrum quotidianũ,
Et dimitte nobis debita nostra. Et ne nos inducas. Sed
libera nos a malo. Septem sunt dona.s.sapientia,intelle
ctus,consilium,fortitudo,scientia,pietas,& timor. Se-
ptem etiam sunt beatitudines, nempe regnum cęlorũ,
possessio terre,consolatio,saturitas, misericordię con-
sequutio,visio Dei, & filiatio Dei. Septem virtutes
sunt contra septem vitia , videlicet. paupertas spiritus
contra

contra superbiam, siue inanem gloriam: mansuetudo
contra iram: luctus, contra inuidiam: sitis iustitiæ, con-
tra acediam: misericordia, contra auaritiam: munditia
cordis, contra gulam. denique pax, contra luxuriam,
Homo ergo ægrotus, Deus medicus, vitia languores,
petitiones planctus, dona antidota, virtutes sanitates,
beatitudines fœlicitates & gaudia, petitiones dona, do-
nis virtutes, virtutibus beatitudines objiciuntur, & vi-
tia excluduntur. Sanctificetur nomen tuum. Petitio, Sã-
ctificatio, donum sapientia, virtus pax, beatitudo filia-
tio Dei & vitium cõtra quod luxuria. Sanctificetur no
men tuum. Nomen Dei inuenimus in scriptura triplici
Deut. 28. ter, scilicet, terribile, iuxta illud Deuteronom. Nisi ti-
mueritis nomen eius gloriosum, & terribile, hoc est,
Dominum Deum tuũ, augebit Dominus plagas tuas.
Psalm. 8. Admirabile, teste Dauid, qui ait. Domine Dominus
noster quam admirabile est nomen tuum in vniuersa
Psalm. 112. terra, &c. Laudabile, ipso etiam Dauid alibi dicente. A
solis ortu vsq; ad occasum laudabile nomen Domini,
&c. Est ergo nomen Dei terribile, quantum ad poten-
tiam, quę attribuitur Patri: est admirabile quantum ad
sapientiam, quæ attribuitur filio: est denique laudabi-
le, quantum ad bonitatem, quę attribuitur Spiritui san
cto. Sanctificatur ergo, id est, in nobis firmatur. Nomẽ
tuum terribile, in cognitione summæ potestatis: ad-
mirabile in cognitione primæ veritatis: & laudabile, in
cognitione summæ bonitatis. Dicit ergo, Sanctificetur
nomen tuum, quasi diceret, da nobis spiritum sapientię
idest, iucũditatem internam, vt gustemus quam suauis
es, & hoc generet in nobis pacem, & hoc contra luxu-
Psal. 37. riam: quia dicit Propheta. Non est pax ossibus meis, a
facie peccatorum meorum, Adueniat regnum tuum.
Petitio, aduentus regni donum intellectus, Virtus mũ-
ditia cordis, beatitudo visio Dei, & vitium contra qđ
gula. Adueniat regnum tuum. Regnum Dei dicitur
Matth. 13. militans Ecclesia, vt habetur in Matt. Mittet filius ho-
minis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia
scandala. Dicitur etiam Regnum Dei, doctrina euan-
Luc. 16. gelica dicente Luca. Lex & Prophetæ vsque ad Ioan-
nem, & ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in
illud vim facit. Dicitur denique regnum Dei, beatitu-
Matth. 13. do æterna, dicente vbi supra Matth. Fulgebunt iusti si-
cut sol in regno patris eorum. De hoc præcipue accipi-
tur, quod hic dicitur, licet non incongrue de alijs acci-
pi possit. Dicit ergo. Adueniat regnum tuum: quasi di-
ceret. Da nobis spiritum intellectus, quo mundati cor-
de, intelligamus te in præsenti regnare per fidem, vt in
futuro videamus te regnare per spem: & hoc est con-
tra gulam, de qua dicitur. Vinum & ebrietas auferunt
Oseę. 4. cor. Fiat voluntas tua. Petitio, voluntatem Dei fieri,
donum consilium, virtus misericordia, beatitudo, mise
ricordiæ cõsequutio, vitium contra quod auaritia. Vo
luntas Dei est ad tria, nempe ad creationem, vt dicitur
in Psal. Omnia quæcunque voluit fecit, Ad gratifica-
1. Thess. 4. tionem, dicente Pau, Hæc est voluntas Dei sanctifica-
tio vestra. Et ad glorificationem, teste Domino, qui
Ioan. 6. ait, Hæc est voluntas patris mei, qui misit me, vt om-
nis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æ-
ternam. Est ergo voluntas Dei, Creans, gratificans (de
qua hic accipitur) & glorificans. Dicit ergo. Fiat vo-
luntas tua, quasi dicat. Da nobis spiritum cõsilij, vt fa-
ciamus voluntatem tuam, maxime misericordiam, quę
perimit auaritiam, quatenus misericordiam consequi-
Matth. 5. mur. Secundum illud. Beati misericordes, quoniam ip
si misericordiam consequentur. Sicut enim auaritia cõ
sistit in acquirendo, & retinẽdo, ita misericordia in dã-
do & dimittendo Quid autem prodest sæpius dicere,
Fiat voluntas tua, & nolle iuuare? Vult Deus apud te
esse pauperes, vt per eos salueris & corpore & anima.
Cum enim defuerunt vasa, stetit oleum. Vos veni-
tis voluntatem frangendo. Panem nostrum quotidia-
num, Petitio, Panem dari, donum fortitudo, virtus e-
suries iustitiæ, beatitudo, saturitas, vitium cõtra quod
acedia. Panem nostrum, &cæt. Est panis tripliciter,
scilicet, Corporalis, vt dicitur in Gen. In sudore vultus Gen. 4
tui vesceris pane tuo. Est etiam sacramentalis, vt di-
cit Apostolus. Quicunque manducauerit panem hũc, 1. Cor.
& biberit calicem Domini indigne, &cæt. Est quoque
panis iste æternalis, iuxta illud. Ego sum panis viuus; Ioann.
& ille pcipue dicitur supersubstantialis. Et Hieron. in-
quit. Supersubstantialis panis est, qui dicit. Ego sum
panis viuus. Qui videlicet vniuersas superat creatu-
ras. Licet autem sint multi panes mystici, de his tamen
tribus exponunt doctores, quod hic dicitur. Vnde Au
gustinus. Panis quotidianus dictus, vel necessaria hu-
jus vitæ, vel sacramentum corporis Christi. Oportet
ergo, vt coniuncte omnia ista tria accipiantur, vt scili-
cet panem quotidianum petamus simul & necessaria
corpori, & sacramentum visibile, & inuisibile verbum
Dei. Vnde de his tribus potest accipi quod dicitur. Lucę. 11.
Amice commoda mihi tres panes. Primus ergo panis
est ad corporis sustentationem, secundus in via ad ani
mæ refectionem, & tertius in patria ad æternam fruitio
nem: Dicit ergo, Panẽ nostrum supersubstantialẽ, &c.
quasi dicat, da nobis spiritum fortitudinis, qui multi-
plici pane roborat animam, ne deficiamus in præsenti
esuriendo iustitiam, per quam expellentes acediam,
plena iustitia saturabimur in futuro, Secundum illud. Matth. 5.
Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi sa
turabuntur. Dimitte nobis debita nostra. Petitiò, dimit
ti debita, donum scientia, virtus luctus, beatitudo con-
solatio, vitium contra quod inuidia. Dimitte nobis de
bita nostra, est debitum offensæ, Domino attestante, Matth. 18
qui ait. Serue nequam omne debitum dimisi tibi, quo-
niam rogasti me, &c. Est debitum bonæ vitæ, iuxta il-
lud. Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, di- Luc. 17.
cite, serui inutiles sumus, quod debuimus facere, feci-
mus. Est etiam debitum pecuniæ, nam ait Salomon. Prou. 22.
Noli esse cum his, qui defigunt manus suas, & qui va-
des se offerunt pro debitis. Agitur autem hic de de-
bito offensæ, non pecuniæ. Debitum primum ma-
lum: secundum bonum, & tertium indifferens. Dicit
ergo. Dimitte nobis, &cæt. quasi dicat. Da nobis do-
num, scientiam, & virtutem, luctum quo tam nostra,
quam aliena peccata cogitemus, & defleamus, vt no-
bis debita nostra dimittas, & ita consolationem ha-
beamus contra inuidiam, quæ facit hominem de alie-
no bono tabescere. Vnde versus. Inuidus alterius ma-
crescit rebus opimis. Et ne nos inducas in tẽtationem.
Petitio. Non induci in tentationem, donum pietas, vir-
tus mansuetudo, beatitudo, possessio terræ, vitium con
tra quod ira. Et ne nos inducas. Est tentatio irritatio-
nis, sicut scriptum est. Vocauit Moyses nomen loci il- Exod. 9.
lius tentatio, propter iugum filiorum Israel, & quia tẽ-
tauerunt Dominum dicentes. Est ne Deus in nobis?
Est tentatio probationis, nam dicit Iacob. Beatus vir Iacob. 1.
qui suffert tentationem. Et in Tobia. Hanc tentationẽ Tob. 2.
ideo permisit Deus euenire illi, vt posteris daretur e-
xemplum patientię eius, sicut & sancti Iob. Est etiam
tentatio malę persuasionis, vt habetur in Matth. Accẽ- Matth. 4.
dens tentator dixit ei. Si filius Dei es, &c. Et in Pau- 1. Cor. 10.
lo. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari, supra id
quod potestis, &cæt. De hac tertia intelligitur pręcipue
quod hic dicitur. Dicit ergo. Et ne nos inducas; &cæt.
quasi dicat. Da nobis spiritum pietatis, & mansuetudi-
nem spiritus, vt per spiritum pietatis vincamus tenta-
tionem, exercendo nos ad pietatem, & per mansuetu-
dinem vincamus vitium, iram, non reddendo malum
pro malo, vt ita beati possideamus terrã viuentium q̃
per spiritum pietatis & mansuetudinem obtineamus.
Vnde

Matt. 5. Vnde dicitur. Beati mites, quoniam &c. Sed libera nos
Rom. 6. a malo. Est liberatio a malo culpę, iuxta illud Apòstoli.
Liberati a peccato, serui autem facti Deo. A malo mise
Rom. 8. riæ, ipso Paulo attestante, qui ait. Creatura liberabitur
Osee. 13. a seruitute corruptionis, in libertatem, &c. Est etiam li
beratio a malo pœnæ æternæ. Vnde dicitur. De manu
mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Dicit er-
go. Sed libera nos, & c. q. d. Da nobis spiritum timoris,
vt per illum vincamus mala, per virtutem paupertatis
spiritus bona adipiscamur: quatenus exclusis vitijs, &
contemptis terrenis, habeamus æterna, s. beatitudinem
regni cęlorum, quam lucifer et primi parentes per vitiú
inanis gloriæ amiserunt. Amen. Hierony. dicit, quod apud
Hebræos vnum ex trib. solet submitti: s. Amen, Salon:
vel Sela. Amen. Significat verè, vel fideliter. Salon signi
ficat pacem. Et Sela Significat semper. Nota, quod dici so-
Apoc. 3. let, quod Amen, quandoque tenetur nominaliter, vt in A-
pocalipsi. Hæc dicat autem testis fidelis & verus, qui
est principium creaturæ Dei. Quandoque aduerbialiter, vt ibi. Amen dico vobis. Nonnunquam etiam tenetur aduerbialiter vt hic. Amen, id est omnia prædicta fiant nobis ex tua gratia.

SANCTI BONAVENTVRAE.

SERAPHICI DOCTORIS,

TRACTATVS QVI SPECVLVM Beatæ Mariæ Virginis intitulatur.

In speculum Beatæ Mariæ Virginis.

PROLOCVS.



QVONIAM vt ait beatus Hiero. Nulli dubium est quin totum ad gloriam & ad laudē pertineat Dei, quicquid digne genitrici suę impensum fuerit, ideo ad laudem & gloriam Domini nostri Iesu Christi, aliqua de laude & gloria gloriosissimæ matris eius promere cupiens, dulcissimam eiusdem matris salutationem pro materia assumere dignum duxi. Sed certę ad hoc opus nimiam omnino fateor esse meam insufficientiam, propter nimiam materiæ tantę incomprehensibilitatem: propter nimiam sciētiæ meæ tenuitatem, propter nimiam linguæ meæ ariditatem, propter nimiam vitæ meæ indignitatem, & propter nimiam personæ laudandæ laudem & laudabilitatem. Quis nanq; materiam illam incomprehensibilem esse dubitat, de qua sanctus Hieron. ea quæ sequuntur dicere non dubitat? Quod natura non habuit, vsus nesciuit, ignorauit ratio, mens non capit humana, pauet cęlum, studet terra, creatura etiam miratur omnis cęlestis, hoc totum est quod per Gabrielem Mariæ diuinitus nūciatur, & per Christum adimpletur. Qua de causa, de tali tantaq; me loqui indignū fateor. Itē quō sciētia mea tenuissima, & mēs mea obscurissima, dignas Mariæ laudes excogitare sufficiat; cum in his ille illuminatæ mentis Anselmus deficiat? ait. n. sic. Lingua mihi deficit, quia mens non sufficit, Domina, Domina omnia intima mea sollicita sunt, vt tantorum beneficiorū tibi gratias exoluant. Sed nec cogitare possunt dignas, & pudet proferre non dignas. Beatus quoque Augu. Mariam alloquens ait, Quid dicam de te pauper ingenio, cum de te quicquid dixero, minor laus est, quam dignitas tua meretur? Item. Quomodo lingua mea rudissima, quō interpretatiua mea aridissima: in enarrandis Marię laudib. non deficiat? cum ille disertissimæ lingue Aug. dicat. Quid nos tantilli, quid actione pusilli in laudib. Mariæ referemus cum omnium nostrum membra si in linguas verterentur, eam laudare nullus sufficere valeret? Item: Cum laus non sit speciosa in ore peccatoris: quomodo ego miser peccator homo, quomodo in dignissimæ vitæ ego homuncio, laudes Mariæ audeam sonare? cum in his illum dignissimæ vitæ Hierony. audiam trepidare? sic nanq; dicit. Timeo satis & valde pertimesco, dum vestris cupio parere profectib. ne forte sicut improbus, ita & indignus laudator inueniar: profecto cum nec sanctitas, nec facundia suppetat, vt beatā & gloriosam virginem digne laudare queam. Item. Ad quid aquæ pauxillum mari addam? Ad quid modicum lapillum monti adijciam? Sed certe cum Maria diuinis & angelicis laudib nimium magnificata sit, quid nostra quid præcipue mea paruitas eius laudibus adijcere possit? Deniq; Beatus Hier. de ipsa loquens ait. Vt verum fatear, quicquid humanis dici potest verbis, minus a laude cęli est, quoniam diuinis & angelicis est excellentius prædicata & laudata præconijs, & a prophetis, quidem pronunciata, a patriarchis figuris & ænigmatibus præsignata, ab euangelistis exhibita, & monstrata, ab angelis venerabiliter atque officiosissime salutata. Hęc omnia diligenter pensata, pium lectorem, piumq; auditorem mouere debent merito, vt ignoscat mihi quicquid insufficientiæ, quicquid imperitiæ ei occurrerit in hoc scripto. Quomodo enim ego tam insufficiēs, cudere valerem, ea quæ tantæ virginis laudibus digna, tantæq; virginis zælatoribus forent accommoda, cum in his ille tantus zælator eius & laudator beatus Bernar. coercetur, ait. n. sic. Non est quod me delectet magis, quam de gloria virginis matris habere sermonem. Et causam huius subiungens ait. Tanto eam affectu deuotionis amplectuntur, honorant, suscipiunt (vt dignum est) vniuersi, vt licet de ea loqui gestiant omnes, quicquid dicitur de indicibili, eo ipso quo dici potuerit minus gratum sit, minus placeat, minus acceptetur. Hortatur tamen & consolatur me beatus Hier. dicens. Et si ad hoc nemo inuenitur idoneus, votis tamen omnibus cessare non debet quilibet peccator a laudib. Beatus etiam Aug. loquens quomodo Dei filius matri suæ fęcūditatem veniendo attulit, & integritatem nascendo non abstulit: post pauca sic intulit dicens. Tantum quippe donum Dei nec fari possumus, ad eius enarrandam magnitudinem paruuli, & tamen laudare compellimur, ne tacendo maneamus ingrati. Et certe vidua paupercula quæ duo æra minuta Deo gratissima obtulit, non propter hoc offerre non debuit, quia magis offerre nō valuit, imo offerēdo quod potuit, summo Deo placuit. Hinc est quòd ego pauper ingenio, imo pauperrimus tam scientia quam eloquentia, hoc exiguum donum, hoc pauperculum scriptum ad honorem tantæ Reginę offerre præsumpsi, vt in ipso tanquam in quodam obscuro speculo, simpliciores eiusdem Reginæ amatores, qualis & quanta sit saltem tenuiter speculentur. Et quia idem scriptum ad instar rudis speculi aliquantum repræsentatiuum est vitæ, & gratiæ & gloriæ Mariæ, ideo non inconueniēter appellari potest speculum, Marię. Eia ergo benignissima Domina mea Maria, illud exiguum munus quod dat tibi pauper amicus, accipito placide. Te enim cum hoc munusculo, te cum hoc opusculo salutationis tuæ saluto, te genibus flexis, te capite inclinato, te corde, & ore saluto salutemque dico. Aue Maria, &c.

Capitulum Primum.

AVe Maria gratia plena dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Audi dulcissima virgo Maria, audi noua, audi mira.

Digitized by Google

mira. Audi filia, & vide, et inclina aurem tuã. Audi Gabrielem nuncium illum gloriosum. Audi fœcundationis tuæ modum miraculosum, inclina aurem tuam ad consensum fructuosum, audi certe quod a Deo patre tibi annunciabitur, vide quomodo filius Dei ex te incarnabitur. Inclina aurem Spirituisancto, qui intra te operabitur. Quia ergo habes aures audiendi audi, & in principio audiendorum audi inauditam hãc salutationem, Aue Maria, Hoc nomen Maria, non a Gabriele, sed a fidelium deuotione & Spiritussancti inspiratione interpositum est. Vltima quoq; clausula videlicet, & benedictus fructus ventris tui, non a Gabriele salutante edita sed ab Elisabeth, prophetante addita est. Dicamus ergo singuli, dicamus vniuersi: Aue Maria, etc. O vere gratiosa, & venerabilis. O vere gloriosa & admirabilis salutatio, vt ait Beda, quanto humanę consuetudini inaudita, tanto Mariæ dignitati est congrua. In hac dulcissima salutatione quinq; dulcissimæ sententiæ ordinantur, in quib. quinque dulcissimę commendationes siue laudes virginis insinuantur. O vere dulcis insinuatio. Insinuatur nanq; in his quam purissima, quam plenissima, quã tutissima, quam dignissima, quam vtilissima fuerit virgo beata Maria. Purissima, (inquam) propter culpæ carentiam. Plenissima, propter gratiæ affluentiam. Tutissima propter diuinam præsentiam. Dignissima propter personæ suæ reuerentiam. Vtilissima, propter prolis suę excellentiam. Quam purissima, propter culpæ carentiã fuerit Maria, bene insinuatur cum dicitur. Aue, recte nanq; ei dicitur, aue, quæ ab omni veh culpæ immunissima fuit, sic vtique matrem Dei decuit, Anselmo teste qui ait. Decebat vt hominis illius conceptio de matre purissima fieret, vt ea puritate qua maior sub Deo nequit intelligi, virgo illa niteret, cui Deus pater vnicum filium quem de corde suo æqualem sibi genuit, ita dare disponebat, vt esset vnus atque idem Dei et hominis filius. Item quam plenissima p gratiæ affluentiam fuerit Maria, bene insinuatur, cum dicitur, gratia plena. Et vere plena, & plus quam plena, sicut testatur Anselmus, deuotissime exclamans & dicens, O fęmina plena & super plena gratia, de cuius plenitudinis exũdantia respersa, sic reuiuiscit omnis creatura. Item quam tutissima per diuinam præsentiam fuerit Maria bene insinuatur cum dicitur, Dominus tecum. Merito Domino præsente, Domino secum existente Maria specialiter tutissima est, quia dominus pater, dominus filius, dominus Spiritussanctus sic secum est, q ipsa ei specialiter familiarissima est, sicut patet per beatum Bern. qui sic dicit, Nec tãtum dominus filius tecum carne tua induisti, sed & dominus Spiritussanctus de quo concipis, & dominus & pater qui genuit quem concipis. Item quam dignissima propter personæ suæ reuerentiam fuerit Maria, bene insinuatur, cum dicitur, benedicta tu in mulieribus. Nequaquam enim persona eius posset non esse dignissima, quæ tanta benedictione est reuerendissima. Vnde iterũ stupens & exclamans dicit Ansel. O virgo benedicta & superbenedicta, per cuius benedictionem benedicitur omnis creatura, nõ solum a creatore, sed creator a creatura. Item quam vtilissima per prolis suæ excellentiam fuerit Maria, bene insinuatur cum dicitur, & benedictus fructus ventris tui. Ad saluandum nanque mundum per hoc vtilissima fuit, q ipsa fructum salutis excellentissimum, & potentissimum genuit, ideo idem deuotus eius Ansel. ait. Per fecunditatem tuam Domina, immũdus peccator est iustificatus, damnatus saluatus; & exul reductus, partus enim tuus Domina mundum captiuum redemit, ægrum sanauit, mortuum suscitauit. Videtis charissimi ergo quõ Maria propter culpæ carẽtiam, & immunitatem, merito per Aue, salutatur: ppter gratiæ affluentiam, & immensitatem, merito gratia plena commemoratur, propter diuinam præsentiã, & familiaritatem, merito Dominus secum insinuatur, propter personæ suæ reuerentiam, & dignitatem, merito benedicta in mulieribus nunciatur, propter prolis suę excellentiam, & vtilitatem, merito benedictus fructus ventris tui proclamatur. De his autem singulis secundum ordinem videamus.

Capitulum secundum.

Ave Maria gratia plena, &c. Verbum bonum & suaue personemus illud aue, quod initiata est nostra redemptio ab æterno væ. Personemus (inquam) singuli, personemus deuotissime vniuersi dicentes. Auę Maria, aue, & aue, & iterum aue, & millies aue. Ecce carissimi sicut supradictum est, sanctissima Virgo Maria propter omnimodam culpæ carentiam & immunitatem, propter omnimodam vitæ innocentiam, & puritatem, merito ei in principio salutationis Aue dicitur. Aue vtique & absq; væ. Considerandum autem est, q triplex est væ, a quo immunissima fuit ista, cui dictum est Aue. Est aũt væ culpæ, væ miseriæ, & væ gehennæ. Est aũt væ culpæ actualis, væ miseriæ originalis, & væ pœnæ gehennalis. De his tribus vę non incongrue intelligimus, qđ in Apoc. legimus. Audiui (inquit Ioannes) vocem vnius Aquilæ volantis per medium cęlum, dicentis voce magna. Væ, væ, væ habitantibus in terra. Sed ecce quodlibet istorũ trium vę, multiplicatur, heu per tria. vę vt sic simul sint nouem væ, contra quæ Mariæ recte dr̃. Aue. Nam tria culpæ, tria miseriæ, tria gehennæ sunt væ, pro quorum carentia, ipsa merito salutatur per Aue. Primo igitur charissimi, considerandum est, q triplex est vę culpæ, videlicet vę culpę cordis, væ culpæ oris, & væ culpe operis. De his tribus vę etiã dici potest. Vę vę, vę habitantibus in terra, Væ ergo peccatorib. pro culpa cordis, sicut dicitur in Isa. Vę qui pfundi estis corde, vt a Domino abscondatis consilium, &c. Vę certe profundis corde ad malũ, quia profunda corda malorum, sunt profundæ sentinæ diabolorum, & profunda sepulchra plena fœtoribus vitiorum. Vę ergo eis, vt dicitur in Matth. Vę vobis scribę & Pharisęi hypocritę, qui similes estis sepulchris dealbatis, quę foris apparent hominibus speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. O quam lõge ab isto vę fuit innocentissimum cor Marię, teste Bernar. qui ait. Proprium delictum Maria non habuit, & ab innocentissimo corde eius etiam pœnitentia longe fuit, Vnde ergo cor Marię pœnitere debuit, cum nunquam dignum aliquid pœnitentia admisit? Ideoq; mundissimum cor eius non fuit sentina diaboli, non fuit sepulchrum vitij, imo fuit hortus & paradisus Spiritussancti. Iuxta illud Cant. Hortus conclusus soror mea sponsa. Hortus (vt ait Hieronymus) hortus deliciarum, in quo consita sunt vniuersa florum genera, & odoramenta virtutum. Quia ergo Maria tam longe fuit ab isto vę, ideo merito dictum est ei: Aue. Item vę peccatoribus pro culpa oris, sicut dicitur in Isaia. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum. Væ his, vę omnibus, qui ore peccant, sicut in Psal. dicitur. Venenum aspidum sub labijs eorum. O quam longe ab isto vę fuit sanctissimum os Marię, Vnde beatus Amb. dicit. Nihil toruum in oculis Marię, nihil in verbis procax, nihil in actu verecundum fuit. In ore igitur Marię non fuit fel, & venenum diaboli, sed mel & lac Spiritussancti. Iuxta illud Canti. Fauus distillans labia tua, sponsa, mel & lac sub lingua tua. Nonne Maria mundissimum lac habuit sub lingua quando castissimum illud verbum ait. Quomodo fiet istud? Nonne etiam Maria dulcissimum mel sub lingua habuit, quando illud mellifluum verbum dixit. Ecce ancilla Domini? Quia ergo a Maria tam longe fuit oris vę, ideo merito dictum est ei: Aue. Item: væ peccatoribus pro culpa operis, sicut dicitur in Eccle. Væ duplici corde,

oris,

Beata virgo immunis fuit a triplici vę.

Apoc. 8.

Beata Maria immunis fuit ... omni peccato cordis, oris, et operis.

Isaia. 29.

Matt. 23.

Cant. 4.

Isa. 5.

Psalm. 13.

Canti. 4.

Eccle.

Digitized by Google

oris & labijs scelestis & manib. male facientib. Vę duplici corde pro culpa cordis, vel labijs scelestis, pro culpa oris, vę manib. male facientibus, pro culpa operis. O quam longe a tali vę fuit omne opus, & omne vita Marię, propter quod Bern. ait, Decuit Reginam virginum, singulari priuilegio sanctitati absque omni peccato ducere vitam, vt dum peccati mortis pareret peremptorem, muneus vitę, & iustitię omnib. obtineret. Nota, nec corde, nec ore, nec opere maculam peccati habuit, nec contraxit, vt verè ei Dominus dicere posset, Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Sic ergo innocentissima, & sanctissima Maria corde fuit absque væ, ore absq; vę, opere absque vę. & ideo dictum est ei Aue. Secundo charissimi considerandum est, qd Maria immunis fuit non solum a triplici vę culpę actualis, sed etiam a triplici vę originalis miserię: videlicet a vę miserię nascentium, a væ miserię parientium, & a vę miserię morientium. Vę miseriæ nascentium est vę fomitis nascentes infirmantis, & vę miserię parientium, est vę doloris parentes cruciantis, vę miseriæ morientium, est væ resolutionis mortuorum incinerantis. De his
oc. 8. tribus vę dici potest. Vę vę vę habitantibus in terra. Vę ergo miserię nascentium, est vę fomitis nobis innati, quo secundum originalem corruptionem tam infirmi ad bonum, & tam proni ad malum sumus, quod quilibet cum fomite natus, quilibet per fomitem infirmus
ier. 10. & plagatus, dicere potest illud Hiere. Vę mihi super contritione mea, pessima plaga mea. Ego autem dixi. Plane hęc infirmitas mea est, & ego portabo illam. Sed heu, non solum interest nascentibus, vę infirmitatis & miserię, adultos ad peccatum inclinantis, sed etiam vę foeditatis & culpę, paruulos ad irā obligantis. De qua Apos.
he. 2. ait. Omnes nascimur filij irę. O quam immunis ab isto vę nascentium fuit sanctissima natiuitas Marię, quę non solum ab originali culpa, sed etiam a fomitis miseria in quantum ad peccatum ductiuus erat, sic liberata credi tur per sanctificationem in vtero, vt nunquam ad peccatum inclinata fuerit in hoc mundo: teste Bernardo, qui ait. Puto quòd copiosior gratia sanctificationis in ipsam descenderit, quę non solum ortum eius sanctificauit, sed etiam vitam deinceps ab omni peccato custodierit immunem. Quia ergo natiuitas Mariæ tam longe fuit ab isto vę, ideo merito ei dictum est: Aue. Item
n. 3. væ miserię parientium, est illud originalis maledictionis vę, de quo dictum est Euę. In dolore paries filios, &c. De ho: vę plerisque pregnantibus dici potest generaliter, quod Dominus de quibusdam pregnantibus di
ri. 42. cit specialiter. Vę autem pręgnantibus & nutrientibus in illis diebus. O quā immunis ab isto vę fuit pręgnās, & pariens vterus Marię: Augustino teste qui ait. O quā beata mater ista est, quę sine contaminatione concepit, & sine dolore peperit medicinam. Quia ergo Maria tam longe fuit ab isto parientium vę, ideo merito dictum est ei: Aue. Item miserię væ morientium, est vę incinerationis, quod homini inflictum est, quando pec-
1. 3. cauit dictum est. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Vnde tam de vę morientium, quam de vę nascentium, bene intelligi potest quod dicitur in Ecclesiast. Vę vo-
le. 41. bis viri impij, qui dereliquistis legē Domini altissi. Et si nati fueritis, in maledictione nascemini, & si mortui fueritis, in maledictione pars vestra erit. Certe tam pij, quam impij nascuntur in maledictione fomitis, & mor tui erunt in maledictione pulueris: & tamen solis impijs væ, vt iusque maledictionis nō inconuenienter hic
rpus inculcatur, eo quòd ipsis & fomes periculosior, & inci-
tę virgi neratio odiosior esse videatur. Denique iniustis miseria
surre- fomitis nociuior, & memoria incinerationis amarior
glorio est quam iustis. O quam longe ab isto incinerationis væ fuit, vt credimus, corpus Mariæ sanctissimum:

hoc enim corpus est arca sanctissima Dei, quam decuit non putrefieri sed ad instar filij sui ante omnem putre factionem suscitari. Vnde tam de filio, quam de matre Psal. 131.
notabiliter ait Propheta. Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ. Hęc arca de lignis imputribilibus facta est, quia caro Mariæ nequaquam, (vt credimus) putrefacta est. Ideoque bene beatus August. ait. Tam præclarum thesaurum dignius est cęlum seruare quā terram, tātamq; integritatem merito incorruptibilitas, non putredinis vlla resolutio sequitur. Si ergo Maria eo modo quo dictum est, lōge fuit a nascentium væ, longe fuit etiam a morientium væ, & ideo merito ei dictum est: Aue. Tertio charissimi considerandū est, quòd Maria immunis fuit non solum a triplici væ culpæ actualis, non solum à triplici væ miseriæ originalis, sed etiam a triplici pœna gehennali. Hoc triplex væ consistit in pęna rum magnitudine, multitudine, & longitudine. Vę ergo damnatis pariter & damnandis, væ (inquam) propter magnitudinem, væ propter multitudinem, væ propter longitudinem tormentorum. De his etiam tribus væ dici potest. Væ, vę, vę ha Apoc. 8.
bitantibus in terra. Væ ergo gehennæ consistit in pęna rum magnitudine. De hoc væ dicitur in Ezech. Væ ci- Ezech. 31.
uitati sanguinum, cuius ego grandem faciam pyram. Ciuitas sanguinum est collectio impiorum, cuius grandis erit pyra, in grandi concrematione damnatorum. O quam longe ab isto vę grandi magnitudinis pęnæ fuit grandis magnitudo gratiæ & gloriæ Mariæ, cui contra grandem damnandorum pęnam infernorum, etiā De' præparauerat grandem gloriam in cęlo, vt sicut fuit grandis in merito, ita etiam grandis esset in pręmio. Vnde ipse est thronus ille grandis, de quo dicitur. Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem. Thronus 3. Reg. 10.
vero Salomonis est Maria grandis omnino in gratia & Beata Ma
in gloria. Propter quod bene beatus Bern. ait. Quanti ria est thro
gratiæ Maria in terris adepta est præ cæteris, tantum in nus Salo-
cęlis obtinuit gloriæ singularis. Quia ergo Maria tam monis.
longissime fuit ab isto væ, ideo merito ei dictum est, Aue. Item væ gehennæ consistit non solum in pęnæ magnitudine, sed etiam pęnarum multitudine. Vnde in Isa. Isaie. 3.
dicitur. Vę animę eorū, quia reddita sunt eis mala. Pluraliter dicit mala, quia plura: immo plurima mala mala redduntur in gehenna. O quam longe ab isto væ multitudinis tormentorum, fuit in Maria multitudo meritorum, & præmiorum, cui contra multa damnatorum mala in inferno, iam Deus prępatauerat multa bona in cęlo ita vt nullus Angelus, nullus sanctorum ei æquari possit, in multitudine & congregatione bonorum cęle stium. Iuxta illud Prouer. Multæ filiæ congregauerunt Proue. 31.
diuitias, tu sola supergressa es vniuersas. Si filias istas intelligamus sanctas animas, vel intelligentias Angelicas, nunquid non supergressa est diuitias virginum, Confessorum, Martyrum, Apostolorum, Prophetarū, Patriarcharum & Angelorum? cum ipsa sit primitiua virginum, speculum Confessorum, rosa Martyrum, registrū Apostolorum, oraculum Prophetarum, filia Patriarcharum, regina Angelorum? Quid enim de diuitijs omnium horum defuit? Hieronym. enim ait. Mariam si diligentius aspicias, nihil virtutis est, nihil speciositatis, nihil candoris & glorię, quod in ea non resplendeat. Quia ergo Maria tam longissima fuit à prædicto vę gehennæ, ideo merito dictum est ei, Aue Item væ gehennę nō solum in magnitudine, non solum in multitudine, sed etiam in longitudine, siue perpetuitate pęnarum consi- Iudæ. 1.
stit. Vnde in canonica Iudæ dicitur. Væ illis qui in via Cayn abierūt, & errore Balaam mercedem effusi sunt, & in contradictione Choræ perierunt. Et post pauca sequitur. Quibus procella tenebrarum seruata est in æternum. Nota quod dicit in ęternum. & pensa quan ta sit

ta sit illa pęnarum & tenebrarum longitudo, quę finem
non accipit in æternum. O quam longissime ab illo lõ
gissimo gehennæ væ, fuit longitudo glorię Marię, cui
contra æternas tenebras in inferno, iam Dominus prę-
parauerat lucem in cęlo, vt sicut anima peccatrix sedes
Diaboli est mirabiliter, tenebrosa in ęternum, ita Ma-
ria mediatrix sedes Christi mirabiliter luminosa est in
Psalm. 88. ęternum, iuxta illud Psal. Thronus eius sicut Sol in con
spectu meo, & sicut Luna perfecta in ęternum. Sic ergo
beatissima virgo Maria longe fuit a triplici vę gehen-
nę: immo longe fuit a prędictis nouem vę, & ideo meri
to ei dictum est. Aue. Nos ergo charissimi omnes ei di
camus omnesq; oremus, vt propter suum dulcissimum
aue, nos oret liberari ab omni vę. Per dominum nostrũ
Iesum Christum filium suum.

Capitulum tertium.

AVe Maria. Hoc nomen, sicut dictum est supra,
non Angelus sed deuotio fidelium interposuit.
Luc. 1. De hoc beatus Euangelista Lucas signanter ait.
Nomen Virginis Maria. Hoc nomen sanctissimum, no
men dulcissimum, nomen dignissimum, tam sanctissi-
mę, tam dulcissimę, tam dignissimę virgini conuenien-
tissime est impositum, Maria. n. amarum mare, Maria
Quid signi est stella maris, et Maria illuminata, vel illuminatrix,
ficat nomẽ Maria dña interpretatur. Maria aũt est mare amarũ dæ
Maria. monib. & stella maris hoīb. illuminata, vel illumina-
trix Angelicis spiritibus: Domina creaturis omnibus,
Maria (inquam) dęmonib. est mare amarum spirituali-
ter, & Maria hominibus est stella maris officialiter, &
Maria Angelis illuminatrix est ęternaliter, & Maria
creaturis omnibus est Domina vniuersaliter. Conside-
randum ergo est, ꝙ Maria interpretatur amarum ma-
re: hoc optime ei competit contra Diabolum. Sed no-
ta, quomodo Maria sit mare, & quomodo sit amara, &
quomodo simul sit amarum mare. Maria est mare gra-
tiam affluendo, & Maria est amara filio compatiendo,
& Maria est amarum mare diabolum submergendo,
Maria vtiq; est mare, per affluẽtem Spiritussancti reple
tionem. Maria est amara, per affluẽtem filij sui passio-
nem, Maria est mare amarum, per submergẽtem diabo
li suffocationem. Primo considera charissime quod
Eccle. 1. Maria dicitur mare, propter affluentiam & copiam gra
Ioann. 7. tiarum. Vnde scriptum est in Ecclesiast. Omnia flumi-
na intrant in mare. Flumina sunt Charismata Spiritus-
sancti. Vnde Ioannes dicit. Qui credit in me, sicut dicit
scriptura, flumina de ventre eius fluent aquę viuę. Hoc
autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes
in eum. Omnia ergo flumina intrant in mare, dum om
nia charismata sanctorum intrãt in Mariam. flumen. n.
gratię Angelorum intrat in Mariam, & flumen gratię
Patriarcharum, & Prophetarũ intrat in Mariam. & flu
men gratię Apostolorum intrat in Mariam, flumen gra
tię virginum intrat in Mariam, & flumen gratię Marty
Eccles. 24. rum intrat in Mariam, & flumen gratię Confessorum
intrat in Mariam. Omnia flumina intrant in mare, i.
omnes gratię intrant in Mariam. Vnde ipsa optime di-
cere potest illud Ecclesiastic. In me omnis gratia vię,
& veritatis, & in me omnis spes vitę & virtutis. Quid
mirum si omnis gratia in Mariam confluxit, per quam
tanta gratia ad oẽs defluxit? Ait. n. beatus Aug. Gratia
es plena Maria, quam apud Dominũ inuenisti, & hanc
per totum mundum effundere meruisti. Secundo con-
sidera charissime, ꝙ maria in passione filij sui valde a-
mara fuit, quando suam ipsius animam gladius pertrã
Ruth. 1. siuit. Vnde ipsa bene potuit dicere illud Ruth. Non vo
cetis me Noemi, i. pulchram, sed vocate me marah. i. a-
maram, quia amaritudine valde repleuit me omnipo-
tens. Amara fuit Noemi, quia duo filij sui fuerunt mor
tui. Noemi pulchra, & amara, signat Mariam, pulchram
quidem per Spiritussancti sanctificationem, amaram
vero per filij sui passionem. Duo autem filij marię sunt
homo Deus, & homo purus. vnius. n. corporaliter, alte
rius spiritualiter mater est Maria. Vnde beatus Berna.
ait. Tu mater regis, tu mater exulis, tu mater Dei, tu
mater iudicis, & tu mater Dei & hominis, cum mater
sis vtriusq; discordiam inter filios tuos nequis sustine-
re. Ideo exclamans Anselmus. O beata fiducia, o tutum
refugium mater Dei, & mater nostra. Isti duo filij ma-
rię ambo mortui fuerunt in passione: vnus in corpo-
re, alius in mente: vnus crucis acerbitate, alter mentis in
fidelitate. Et ideo viscera marię valde repleta fuerunt
amaritudine, sicut Sanctus Augustinus testatur, dicens
illa (inquit) pia mater immani dolore eiulans, pectora
debilitata contundens, ita ipsius viscera omniaq; mem
bra fatigauerat, vt incessu deficiens, vix peruenire po-
tuisset ad Christi funus. Vides modo quomodo Maria
sit mare Spiritussancti. Vides secundo, quomodo ipsa
sit amara pro morte filij sui. Tertio considera carissi-
me, quòd Maria est mare amarum Diabolo, et Angelis
eius per ipsam oppressis, quemadmodum mare rubrũ
amarum fuit Aegyptijs in ipso submersis, de quibus
habetur in Exodo. Reduxit super eos Dominus a-
quas maris. O quam amarum & timendum est hoc
mare Aegyptijs. O quam amara & timenda est, hec Exod. 1
Maria dęmonibus. Vnde beatus Bernard. Non sic ti-
ment hostes visibiles quasi castrorum multitudinem
copiosam, sicut aereę potestates Marię vocabulum, pa
trocinium & exemplum: fluunt & pereunt sicut cera
a facie ignis, vbicunque inueniunt crebram huius no-
minis recordationem, deuotam inuocationem, soli-
citam imitationem. Sic ergo vides charissime quomo-
do maria est mare per affluentiam suæ repletionis, quo
modo Maria est mare per vehementiam Dominicę pas
sionis, & quomodo Maria est mare amarum per po-
tentiam diabolicæ submersionis. Consequenter consi-
derandum est, quòd Maria interpretatur stella maris. Maria est
Hoc optime conuenit mariæ, quæ gerit officium stel- stella ma-
læ marinæ. Legitur. n. & verum est, ꝙ nautarum mos ris.
est, vt cum in aliquam terram nauigare disponunt, v-
num sydus eligunt, cuius signo luce radiante, in eam,
quam desiderant partem possint sine errore adduci.
Tale certe officium est stellæ nostræ Mariæ, quæ naui
gantes per mare mundi in naui innocentiæ, vel pœni-
tentiæ, dirigit ad littus cœlestis patriæ. Propter hoc
bene Innocentius ait sic. Quibus auxilijs possunt na-
ues inter tot pericula pertransire vsq; ad litus patriæ? Innocen.
Certe (inquit) per duo, s. per lignum & stellam, i. per fi-
dem crucis, & per virtutem lucis, quam peperit nobis
Maria maris stella. Bene autem Maria stellæ maris con
paratur, propter puritatem, propter radiositatem, &
propter vtilitatem: Maria enim est stella purissima,
stella radiosissima, & stella vtilissima. Maria est stella
purissima purissime viuendo, & maria est stella radio-
sissima, radium æternum pariendo. Maria est vtilissi-
ma, ad littus patriæ dirigendo. Primo ergo conside-
ra charissime, quòd Maria est stella purissima, sine pec
cato purissime viuendo. Vnde de ea dici potest illud
Sap. Est enim hæc speciosior Sole, & super omnem di- Sap. 7.
spositionem stellarum, luci comparata inuenitur pu-
rior. Quidam legunt hic prior, quidam purior, vtrun-
que vero stellæ nostræ competit. Maria enim est prior,
idest potior siue dignior. Maria etiam purior est Sole,
& stellis, & luce, quia tam dignitate, quam puritate, So-
lem, & stellas, & omnem lucem superat corporalem,
immo etiam spiritualem, idest Angelicam creaturam.
De qua dicitur: Diuisit Deus lucem a tenebris, id est Gen. 1.
Angelos stantes a cadẽtibus. Hac vtiq; luce Angelica
prior

Digitized by Google

prior, & purior est Maria. Prior dignitate, & purior sanctitate. Vnde Anselmus exclamans ait. O benedicta super mulieres, quæ Angelos vincis puritate, sanctos superas pietate. Vides modo quomodo Maria sit stella purisima purissimè viuendo. Secundo considera charisime, quòd Maria est stella radiosissima, radium æternum emittendo, & Dei filium pariendo. Ipsa

m. 14. enim est stella, de qua dicitur in Numeris. Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, &c. Virga ista est Dei filius, qui stellæ nostrę Marię est radius. Radius vtique de quo cantatur. Sicut sydus radiũ, &c. De quo etiam beatus Berna. ait, Nec syderi radius suam minuit claritatem, nec virgini filius suam virginitatem. O vere beatissima, ô vere radiosissima stella Maria: cuius radius non solum mundum, immo etiam cœlum, & non solum cęlum, immo etiam infernum penetrauit, sicut beatus Bern. scribens ait. Ipsa est preclara & eximia stella ex Iacob orta, cuius radius vniuersum orbem illuminat, cuius splendor etiam in supernis prefulget, & inferos penetrat. Vides modo quomodo Maria est stella purissima, purissime viuendo, vides secundo, quomodo Maria sit stella radiosissima, filium Dei pariendo. Tertio considera carissime, quod Maria est stella vtilissima, nos ad patriam cœlestem dirigendo, immo ducendo nos per mare huius seculi, ad gratiam filij sui tanquam ad portum paradisi. Vnde ipsa est stella illa clarissime fulgens, tres Magos ad Christum rectissime ducens. Maria certę est stella, quę in fluctibus presentis vitę valde est necessaria. Vnde Bernar. dicit. Ne auertas oculos tuos a fulgore huius syderis, si non vis obrui procellis. Idem. Si insurgunt venti tentationum, si incurris scopulos tribulationum, respice stellam, voca Mariam. Igitur charissime ne in mari huius mundi demergaris, stellam sequaris, Mariam imiteris. Securissimum enim est ipsam sequi, sicut idem beatus Bernardus testatur, dicens. Ipsam sequens non deuias, ipsam rogans non desperas, ipsam cogitans non erras, ipsa tenente non corruis, ipsa protegente non metuis, ipsa duce non fatigaris, ipsa propicia peruenis, & sic in temetipso experiris, quam merito dictum sit, & nomen virginis Maria. Sic ergo vides quomodo Maria est stella purissima a peccato, stella radiosissima in filio, & stella vtilissima in mundo. His

tria est / iluminata / illumi- / trix.

visis considerandum est, quòd Maria etiam interpretatur illuminata, vel illuminatrix. Hoc similiter competit tantę virgini, quę mirabiliter illuminata est per pręsentiam Domini: iuxta illud Apo. Vidi Angelum aliũ,

oc. 18. descendentem de cęlo, habentem potestatem magnam, & terra illuminata est a gloria eius. Filius Dei est Angelus magni consilij: terra vero, a gloria Dei illuminata est Maria, quę sicut illuminata fuit a gratia eius in mũdo, ita nunc illuminata est a gloria eius in cęlo, vt sic illuminata, fieret illuminatrix in mundo & in cęlo. Propter quod considerandum est, ꝙ Maria illuminata, illuminatrix est, per exempla, per beneficia, & per pręmia illuminatrix per exempla vitæ suę, illuminatrix per beneficia misericordiæ suæ, illuminatrix est Maria per præmia gloriæ suæ. Primo ergo considera charissime, ꝙ Maria est illuminatrix plurimorum per exempla lucidissimæ vitæ suę. Ipsa est cuius vita gloriosa lucem dedit sęculo, ipsa est cuius vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias. Ipsa. n. est lucerna Ecclesiæ ad hoc illuminata a Deo, vt per ipsam contra tenebras mundi illuminaretur Ecclesia. Oret ergo Ecclesia, oret fidelis anima, et dicat. Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine,

lm. 17. Deus meus illumina tenebras meas. Hanc vere lucernã Dominus illuminauit plenissime, & per hanc illuminationem tenebras animarum nostrarum fugat & fugauit. Hoc bene sentiens Bern. ait. O Maria tu virtutum tibi inditarum magnificis exemplis ad imitationem tui nos prouocas, sicq; noctem nostrã illuminas, qui enim vias tuas insectatus fuerit, non ambulat in tenebris, sed habet lucem vitę. Vides modo quomodo Maria est illũminatrix mundi per exempla lucidissimæ vitæ suæ. Secundo considera, ꝙ Maria est illuminatrix per beneficia lucidissimæ misericordiæ suæ: per quàm multi in nocte huius sæculi illuminati sunt spiritualiter, sicut quõdoque filij Israel per columnã ignis illuminati fuerũt cor-

poraliter. Iuxta illud Psal. Deduxit eos in nube, &cæt. Psal. 77.

Maria nobis est columna nubis, quia tanquam nubes protegit ab æstu Diuinæ indignationis: protegit etiam ab æstu diabolicæ tentationis: sicut iterum dicitur in Psalm. Expandit nubem, &c. Maria quoque columna Psal. 104.

ignis est, illuminans nos, immo illuminans mundũ multis misericordiæ suæ beneficijs. Quid nos miseri, nos obtenebrati, quid in nocte huius sæculi faceremus, si tam lucidam lucernam si tam luminosam columnam non haberemus? quid enim totus mundus valeret, si solem non haberet? Propter hoc bene beatus Bernar. ait. Tolle corpus hoc solare, quod illuminat mundum, vbi dies? Tolle Mariam hanc maris stellam, quid nisi caligo inuoluens, vmbra mortis, ac densissimæ tenebræ relinquuntur? Vides modo quomodo Maria est illuminatrix, per lucidissimam vitam: vides secundo quomodo Maria est illuminatrix per lucidissimam misericordiam suam. Tertio considera carissime, ꝙ Maria etiam est illuminatrix per lucidissimam gloriam suam, quę per omnia illuminat cęlum sicut Sol mundum. Iuxta illud Eccles. Sol illuminans per omnia respexit, & gloria Domi- Eccle. 42.

ni plenum est opus eius. Sol illuminans est Maria, quæ est pulchra vt Luna, electa vt sol: pulchra vt Luna per gratiam, electa vt Sol per gloriam, Gloria enim Domini plenum est opus eius. Opus Domini excellentissimũ est Maria. Hoc opus sicut plenum fuit gratia Domini in mundo, sic plenum est gloria Domini in cęlo. Sic ergo illuminans Maria in gloria sua rutilans per omnia respicit, quia per omnes Angelos, & per omnes Sanctos glorię suæ illuminationem extendit. Quid mirum, si Mariæ præsentiam totum illuminat cęlum, quæ etiam totum illustrat orbem? Ait enim Bernard. Mariæ præsentia totus illustratur orbis, & ipsa iam cœlestis patria clarius rutilat virgineæ lampadis irradiata fulgore. Si ergo vides quomodo Maria illuminatrix est per vitam suam lucidissimam, quomodo illuminatrix per gloriã suam fulgidissimam est Maria. Post prædicta omnia considerandum est, quòd Maria interpretatur Domina. Hoc quoq; optime competit sanctæ imperatrici, quę reuera domina est cœlestium, terrestrium, & infernorum. domina (inquam) Angelorum, Domina hominum, domina dęmonum, domina vtriusque in cœlo, domina in mundo, domina in inferuo. Primo considera carissime, quòd Maria est domina Angelorum, ipsa enim signata est in Domina Ester Regina, de qua legitur, quòd super vnam famulam suam delitiose innitebatur, altera autem famularum sequebatur Dominam, defluentia in humum vestimenta sustentans. Per Dominam Ester Reginam, intellige mariam Reginam: duæ famulę, quarum Domina est Regina Maria, sunt Angelica, & humana creatura. O quantum gaudendum est nobis miseris hominibus, quòd Angeli Dominum & Dominam habent, ex hominibus. Verissime enim Angelorum domina, est Maria. Vndè August. ipsam alloquens, ait. Si te cœlum vocem, altior es, si matrem gentium dicam præcedis: si Dominam Angelorum nominem, per omnia esse comprobaris, si formam Dei appellem, digna existis. Ancilla vero humana est famula, quæ dominam suam Mariam sequitur in mundo, Sequitur certe colligens vestimenta dominæ, scilicet, colligens virtutes & exempla Mariæ. Intelligentia vero An-

Maria cęlestium, terrestrium, infernorũ, Domina.

Ester. 15.

ro Angelica est famula, super quam Domina sua Maria innititur in cælo. Innititur certe tanquam familiarissima se Angelis sociando, innititur etiam tanquam delicatissima in Angelis deliciando: innititur quoq; tanquã plenissima se cum sua plenitudine Angelis communicãdo, innititur insuper tanquam potentissima, Angelis imperando. Omnibus enim Angelis Maria innititur suo imperio. Vnde August. ait. Michael dux & princeps militiæ cælestis cum omnibus spiritibus administratorijs, tuis virgo paret præceptis, in defendendis in corpore, et in suscipiendis de corpore animabus fidelium, specialiter tibi Domina & die ac nocte se tibi commendantiũ. Vides modo, quomodo Maria est Domina Angelorũ

Psal. 122. in cælo. Secundo considera charissime, quod Maria est Domina hominum in mundo. De hac Domina in Psal. dicitur. Sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ, &cæt. Ancilla Dominę Mariæ est quælibet anima fidelis, immo etiam Ecclesia vniuersalis. Oculi huius ancillæ in manibus dominæ suæ semper debent esse, quia oculi Ecclesiæ, oculi omnium nostrum ad manus Marię semper debent respicere, vt per manus eius aliquid boni accipiamus, & per manus eius quicquid boni agim⁹ Domino offeramus. Per manus enim huius Dominæ habemus, quicquid boni possidemus, testante beato Bernardo, qui ait. Nihil nos Deus habere voluit, quòd per Mariæ manus non transiret. Per manus quoque huius Dominæ offerre Deo debemus, quicquid boni ęgerimus, quemadmodum beatus Bernardus hortatur dicens, Modicũ illud quod offerre desideras, gratissimis illis, & omni acceptione dignissimis Mariæ manibus tradere cura, si non vis sustinere repulsam. Bene nobis carissimi, bene nobis, quòd talem dominam habemus, quæ manus tam liberales habet ad nos, & tam præpotens est apud filium super nos, vt securi ad ipsam confugere possimus omnes nos. Vnde deuotissimus Anselmus ait. Domina magna cui gratias agit concio læta iustorum, ad quam territa fugit turba reorum: ad te præpotens & misericors Domina ego peccator anxius confugio. Vides modo quomodo, Maria est Domina Angelorum in cœlo, vides secundo, quomodo Maria est Domina hominum in mundo. Tertio considera carissime, quomodo Maria est Domina dæmonum in inferno, tam potenter eis dominans etiam, vt de ipsa accipi

Psal. 109. possit illud Psalm. Virgam virtutis tuę emittet dominus, &c. Virga virtutis est virgo Maria. Ipsa est virga

Isa. 11. Aaron florida per virginitatem, & fructifera per fœcunditatem. Ipsa quoque est virga, de qua dicitur in Isa. Egredietur virga de radice Iesse. Hæc virga virgo Maria, virga virtutis est contra inimicos infernales, quibus magna virtute dominatur, & ideo dominam tam magna, tam magnę virtutis, merito a nobis amatur, merito a nobis laudatur, et merito a nobis exoratur, vt nos contra inimicos istos tueatur. Exemplum dat nobis Anselmus, qui tantam Dominam alloquens ait. Te Domina magna & valde magna, te vult cor meum amare, te cupit os meum laudare, te desiderat venerari mens mea, te affectat exorare anima mea, quia tuitioni tuæ se commendat tota substantia mea. Sic ergo vides quo modo Maria est Domina Angelorum in cœlo, domina hominum in mundo, & domina dæmonum in inferno. Vides ergo ex prædictis, quòd Maria mare amarum, quòd Maria stella maris, Maria illuminatrix, Maria domina conuenientissime interpretatur. Maria enim amarum mare est dæmonib. peruersis, Maria stella maris est nominibus conuersis, Maria illuminatrix est Angelis non auersis, Maria est dominãs creaturis vniuersis. Oremus charissimi, oremus deuotissime, oremus Mariam & dicamus. Eia mare amarum, Maria adiuua nos, vt in vera pœnitentia totaliter amaricemur. Eia stella maris Maria adiuua nos, vt per mare sæculi spiritualiter rectificemur. Eia illuminatrix Maria adiuua nos, vt in gloria æternaliter illuminemur. eia domina Maria adiuua nos, vt tua gubernatione. et dominatione filialiter gubernemur. Per dominum nostrum, &c.

Capitulum Quartum.

AVe Maria. Nomen illud affectuosũ, & dulcissimũ, nomen id gratiosum & nobilissimum, nomen id gloriosum & dignissimum optime conuenit beatæ virgini dominæ nostræ. Conuenientissime virgo tam pia vocata est Maria, ipsa. n. est Maria, quæ & omni vitio caruit, & omni virtute claruit. Ipsa (inquam) est Maria, quæ a septem vitijs capitalib. fuit immunissima. Maria n. cõtra superbiam profundissima, per humilitatem, contra inuidiam affectuosissima per charitatem, contra iram mansuetissima per lenitatem, contra acediam indefessissima per sedulitatem, Maria contra auaritiam tenuissima per paupertatem, Maria contra gulam temperatissima per sobrietatem, Maria contra luxuriam castissima per virginitatem fuit. Hæc omnia ex illis scripturis colligere possumus, in quib. nomen Mariæ expressum inuenimus. Primo considera charissime, quòd Maria profundissima apud se fuit per humilitatem. Ipsa enim est Maria, de qua dicitur in Luc. Dixit autẽ Maria. Ecce ancilla Domini. O mira & ,pfunda humilitas Mariæ. Ecce Mariam Archangelus alloquitur, Maria gratia plena, dicitur, superuentio Spiritussancti præmititur, Maria in matrem Domini assumitur, Maria iam omnibus creaturis anteponitur, Maria iam domina cœli & terræ efficitur, & pro his omnib. non extollitur, sed in his omnibus mira humilitate deprimitur, dicens. Ecce ancilla Domini. Propter hoc bene ait Beda sic. Maria nequaq; se de donis cœlestib. quasi a se hæc essent extulit, sed vt magis magisque donis apta esset diuinis in humilitatem gressum mentis fixit, Angelo respondens. Ecce ancilla domini. Hoc est contra multos, qui in prosperis & honoribus, qui in gratijs, & virtutibus non humiliantur cum Maria, & cum Christo, sed intumescunt cum Eua, & Lucifero. Sed certe Marię humilitas, non solum in verbo, sed etiam in facto declaratur, non solum in verbo Regalis responsionis, sed in facto legalis purgationis: non solum in verbo quo se humiliauit tanquam ancillam & seruitricem, sed etiam in facto quo se humiliauit tanquam ream & peccatricem. Ipsa enim est Maria, de qua dicitur in Lu. Postquam impleti sunt dies &c. O dura, & infelix superbia, o superbia & infelix duritia peccatoris: ecce Maria absque ol peccato legem subijt purgationis, et tu miser plenus peccatis nõ vis legem subire satisfactionis? Vide charissime, quòd Maria affectuosa fuit per charitatem. Ipsa enim est Maria, de qua dicitur in Luc. Exurgens autem Maria, abijt in montana cum festinatione, &c. Abijt (inquam) vt visitaret, vt salutaret, vt ministraret Elisabeth. Vide quo modo illa visitatio mariæ plena fuit charitate. In descriptione enim illius visitationis Maria quater nominatur, in quo charitas mariæ ad Deum, & ad proximum plenius declaratur. Charitas proximi debet haberi, & foueri, corde, ore, & opere. Maria autem charitatem proximi habebat in corde, & propter hoc exurgens maria, abijt in montana cum festinatione. Quid enim eam ad officium charitatis festinare cogebat, nisi charitas quæ in corde eius feruebat? Legimus quod pastores venerunt festinantes ad præsepium, & quod Maria abijt cum festinatione ad obsequium, & quod Zachæus festinans descendit ad hospitandum Dominum, Væ ergo tardis ad opera charitatis. Item Maria charitatem proximi ore fouebat. Ipsa enim est de qua ibidem

Luc. 1. Mariæ humilitas. Luc. 2. Ibid. Charitas Mariæ ad dem. Luc. 2. Luc. 1. Luc. 19.

Digitized by Google

ibidem dicitur. Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, &c. Charitas (inquam) proximi salutationibus, & alijs charitatiuis locutionibus semper fouenda est. Vnde Angelus salutauit Mariam: Maria salutauit Elisabet, filius Mariæ salutauit Marias euntes de sepulchro dicens illis: Auete. Væ eis, qui propter odium salutationem proximo negant. Væ & illis, qui dolose

Lu. 26. proximum salutant, sicut Iudas cum dixit Aue Rabbi. O quam dulciter Maria salutare nouit, O Maria digneris nos per gratiam tuam salutare. Et certe ipsa nos libenter salutat beneficio & consolatione, si nos cam frequenter salutamus seruitio & oratione. Libenter nos salutat cum gratia, si libenter eam salutamus cum Aue Maria. Item Maria charitatem non solum corde habebat, non solum ore fouebat, sed etiam opere exercebat. Ipsa enim est Maria, de qua ibi dicitur. Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus. Mansit videlicet pro ministerio & cōsolatione Elisabeth. Vnde Ambrosius. Quæ propter officium venerat, officio inhærebat. Item Maria sicut in omnibus charitatem habuitad proximum, ita super omnia charitatem habuit ad Deum. Ipsa enim est Maria, de qua ibidem dicitur. Magnificat anima mea Dominum. Anima quod amat hoc magnificat, & in hoc exultat. Idcirco anima Mariæ Deum decētissime magnificauit, et in Deo firmissime exultauit, quia Deum excellētissime amauit. De cuius amore bo-

Mansuetudo, & patientia. num verbum dicit magister Hugo de Sancto victore. Quia (inquit) in corde eius amor Spiritussancti singulariter ardebat, ideo in carne eius virtus Spiritussancti mirabilia faciebat. Tertio vide carissime, φ Maria mansuetissima fuit per lenitatem, patientissima cōtra omnē aduersitatem. Ipsa, n. est Maria quam Simeon sic alloque-

2.2. batur, sicut in Luc. dicitur, & dixit ad Mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, in signum cui contradicetur, & tuam ipsius animam pertransibit gladius. Hic gladius, acutissimam filij sui passionē sine mortem signat. Gladius corporalis animam nec occidere potest, nec vulnerare, sic acutissima Christi passio, licet animam Mariæ per compassionem pertransiuit, ipsam tamen nec per odium occidit, nec per impatientiam vulnerauit: Maria enim interfectores filij sui nunquam odiuit: nunquam contra eos impatiens fuit. Nam si alij martyres patientissimi fuerunt in martyrio suo corporali, quanto magis matyr nostra Maria in martyrio suo spirituali? De cuius nobili martyrio Hiero. ait. Quia spiritualiter & atrocius passa est gladio passionis Christi, plusquam martyr fuit. O mira Mariæ patientia & mansuetudo, quæ non solum patientissima fuit, dum coram ipsa filius eius crucifigeretur, sed etiam dum ante crucifi-

Mar. 6. xionem, propter ipsam filius eius vilipenderetur, sicut in Euangelio Mar. dicitur. Nonne hic est fabri filius, & Mariæ? Vbi post pauca sequitur, & scandalizabantur in eo. Re uera faber est Christus, sed qui fabricatus est auroram, & Solem. Heu quam longe a gratia mitissimæ Mariæ sunt, qui tam immites, tam impatientes, tam iracundi sunt, sicut commensales, & socij & vicini sæpe sen-

Diligentia cœlestia. Act. 1. tiunt. Quarto vide charissime, φ indefessissima & studiosissima fuit, per sedulitatem in bonis operibus. Ipsa nanq; est Maria illa de qua dicitur in Act. Hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Iesu. Maria indefesse perseuerando in oratione exemplum dedit, quam oportet sequi & nō deficere. Et si Maria tam sedule orauit in terris, quo modo non sedule orabit pro nobis in cœlis? Propter hoc nos beae hortatur Augustin. dicen. Omnes Mariæ patrocinia omni nisu imploremus, vt dum supplici ei obsequio frequentamus in terris, ipsa nos prece sedula commendare dignetur in cœlis. Sed ecce Maria no-

stra non solum ore in orationibus, sed etiam corde in sanctis meditationib, indefessa fuit, & sedula. Ipsa enim est Maria de qua dicitur in Euangelio Luc. Maria conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Luc. 2. Quia ergo Maria non fuit acediosa, ideo non fuit ociosa, & ideo, non solum mentem in sanctis meditationibus, non solum linguam in deuotis orationibus, sed etiā manus in bonis operibus sedulas habuit. Propter quod bene, sicut supra dictum est, mansit Maria cum Elisabeth tribus mensibus. Ad quid? Respondet Beda & ait, vt mulieri prouectæ ætatis, virgo iuuencula ministerium sedula impenderet. Heu quam longe a gratia Mariæ est miser acediosus, cuius & mens & manus & lingua sunt toties a meritis ociosa. Quinto vide charissime, φ Maria tenuissima fuit per paupertatem. Ipsa Paupertas n. est Maria de qua dicitur. Inuenerunt Mariam, & Io- Luc. 2. seph, & infantem positum in præsepio. Pastores pauperes, inuenerunt pauperem Mariam matrem & pauperē infantē in paupere loco, non in pomposa curia, sed in paupere præsepio. Quæ vtique paupercula mater bonū hospitium habuisset, si pauper non fuisset. Ista dum diligenter attendis, tunc paupertatem Mariæ euidenter perpendis. De qua Io. Chrysost. ait. Vide paupertatis Mariæ magnitudinem, & quicunque pauper est, accipiat consolationem. Quicunque certe propter Deum pauper est voluntarie, & libenter, vel etiam quicunque pauper est necessarie & patienter, multum consolari potest de paupertate Mariæ, & de paupere Christo. Ab illa consolatione iniqui diuites longe sunt, qui longe aliam quæruut. Vnde Saluator dicit. Væ vobis diuitibus, Luc. 6. qui habetis hic consolationem vestram. Nolo tamen desperare diuites, quia non solum pauperes pastores, sed etiam diuites Reges pauperem Mariam & pauperem filium eius inuenerunt, sicut dicitur in Matt. Et in- Matth. 2. trantes domum inuenerunt, &cæt. Sic illi diuites ipsos inuenerunt, qui munera attulerunt, pauperes ergo con solationem istam inueniūt per paupertatem, diuites vero per liberalitatem, dum pauperes per paupertatem Christo conformantur, diuites per liberalitatem Christo reformantur. Sextò vide charissime, φ Maria tem- Sobrietas. peratissima fuit per sobrietatem. Ipsa enim est Maria, cui dicitur. Ne timeas Maria inuenisti gratiam. &c: No Luc. 1. ta, quod dicitur, inuenisti gratiam. Nunquam Maria tantam gratiam inuenisset, nisi gratia Mariam in cibo & potu temperatissimam inuenisset. Non enim se compatiuntur gratia & gula, quia impossibile est, quòd homo simul sit per gratiam Deo gratus, & per gulam ingratus. Bonum est ergo quærere gratiam & fugere gulam. dicit. n. Paulus, Optimum est gratia stabilire cor Heb. 13. non escis, quę non profuerunt ambulantibus in eis. Nota etiam quod dicitur. Ecce concipies in vtero. Nun- Luc. 1. quam Maria Deum in vtero concepisset, si idem vterus contra Deum crapulosus fuisset, & si vterus ille, mero æstuasset: cum venter mero æstuans cito despumat in libidinem, vterus ergo ille, qui Deo incarnato grauidatus est, nunquam in cibo & potu intemperato grauatus est. Vnde Ioan. Chrysost. ait. Comessatrix, aut vinolenta Maria nunquam fuit. Heu quam longe a gratia Mariæ sunt, qui in cibo, & potu toties excedunt. Septi- Virginitas mo vide charissime, φ Maria castissima fuit per virginitatem. Ipsa est Maria de qua dicitur. Nomen virginis Maria. Eximiæ castitatis Mariæ testem Euangelistam, Luc. 1. testem ipsam Mariam, testem habemus Angelicam personam. Casta enim fuit in virginea carne, sicut Euangelium testatur dicens. Nomen virginis Maria. Castior fuit Maria in virginea mente: sicut ipsa met testatur, ipsa Luc. 1. enim est, de qua dicitur. Dixit autem Maria ad Angelum. Quomodo fiet istud, quoniam virū nō cognosco? i. non cognoscere propono. Castissima vero fuit Ma-

ria in

ria in virginea prole, ficut Angelus teftatur, qui de illa Maria dixit in Matt. Iofeph fili David, noli timere, Ex quo Maria Virgo de Spiritufſancto diuina ex prole fœcundata, nequaquam virginitas eius tali eſt prole vitiata, ſed mirabiliter eſt in tanta prole glorificata. Nam in prole approbata, in prole cõſecrata, in prole nobilitata, in prole ditata, & dotata, conſignata & confirmata eſt tua virginitas ô Maria. Propter quod bene ait Auguſt. Mariam virginem veraciter prędicamus, & matrem, cuius virginitatẽ glorificauit vera fęcunditas, & cuius veram fęcunditatẽ glorificauit intemerata virginitas. Beatus quoq; Bern. ait. Longe glorioſior fuit virginitas ex fęcunditate, & fecunditas ex virginitate. Heu quam lõge a gratia Mariæ ſunt quicunq; continentes non ſunt, qui caſtitatis inimici ſunt. Cum ergo dulciſſimum nomen Marię tanta (vt ſupra dictum eſt) ſit gratia, ideo merito hoc nomen inuocamus orantes, ſecundum qđ beatus Bern. orans ait. dulciſſimum Mariæ nomen inuocantibus ſeruulis, per te Regina clemens gratiæ ſuæ munera largiatur Ieſus Chriſtus filius tuus, qui cum patre, & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus, per omnia ſęcula ſeculorum. Amen.

Capitulum Quintum.

AVe Maria gratia plena. Oſtenſum eſt ſupra, quomodo Maria propter puriſſimam vitæ innocentiam merito per Aue ſalutatur. Oſtendendum aũt eſt nunc, quomodo per pleniſſimam gratiæ affluentiam merito gratia plena fore cõmemorat. Cõſiderem⁹ chariſſimi gratiam iſtam Marię, gratiã admirãdam. Cõſideremus (inquam) gratię Marię veritatem, immenſitatem, multiplicitatem, & vtilitatem. Gratia nanque Mariæ gratia veriſſima, gratia immenſiſſima, gratia multipliciſſima & gratia vtiliſſima eſt. Primo conſideremus gratiæ Marię veritatem. De hac Gabriel ait. Inueniſti gratiam, &c. Gratia vtiq; vera eſt quæ apud Deum inuenitur, qui veritas eſt, apud Deum dicit, non apud diabolum. Diabolus enim gratiam malæ proſperitatis offert, vt eo liberius peccet. Vnde Holofernes (qui diabolum ſignat) ait. Bibe & nunc accumbe in iucunditate, quoniam inueniſti gratiam coram me. Item apud Deũ dicit, non apud mundum, quia apud mundum, i. apud homines mundanos ſæpe valde falſa gratia, falſa contritio inuenitur. Vnde in Eccl. dr̃. Non oĩ hoĩ manifeſtes cor tuum, ne forte inferat tibi grãm falſam & cõuitietur tibi. Itẽ apud Deũ dicit nõ apud homines, ideo beatus Bernardus. Quæramus gratiam, ſed gratiam apud Deum: nam apud homines eſt gratia fallax. Item, apud Deum dicit, non apud carnem: nam gratia carnis falſa eſt, vtpote carnis pulchritudo, & huiuſmodi. Vnde Salomon, Fallax gratia & vana eſt pulchritudo, quia gratiſſima virgo Maria falſam gratiam diaboli falſam gratiam mundi, falſam gratiam carnis cõtempſit. Ideo merito apud Deum gratiam inuenit, veram itaque & puram, nulla adulterina mixtura vitiatam, vt vere dicere poſſit in Eccl. Quaſi balſamum non mixtum odorme⁹. Balſamum Mariæ eſt vnctio gratię, qua Maria copioſiſſime infuſa eſt. Vnde Bernardus loquens de illo verbo, Spiritufſanctus ſuperueniet in te, ait. precioſum illud balſamum tãta tibi copia, tantaque plenitudine influet, vt copioſiſſime effluat circumquaq;. Balſamum miſceri ſolet, & viciari melle, vel oleo. Sed certe balſamum Spiritufſancti in Maria non fuit mixtum, quia nec melle carnalitats, & mundanæ conſolationis, nec oleo verę laudis, & adulationis fuit vitiatum. Sed quia tam vera & tam pura Mariæ gratia fuit, ideo bene Hieronymus de ipſa ſic dicit: Quicqđ in Maria geſtum eſt, totũ puritas, & ſimplicitas, totum gratia & veritas, totum miſericordia & iuſtitia fuit, quæ de cęlo proſpexit. Quicunque ergo cum Maria veram gratiam inuenire deſiderant, ipſi cum Maria omni deſiderio omni ſtudio ad eum apud quem inuenitur accedant; Sicut hortatur Apoſt. ad Heb. dicens. Adeamus cum fiducia ad thronum gratię eius, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno. Et nota, ꝙ quicunque vult inuenire debet quærere, & quicunq; vult inuenire, dẽt ſe inclinare. Inclinet ergo ſe cum Maria ꝑ humilitatem veram, quicunque cum Maria inuenire cupit gratiam veram. Dicitur enim in Eccleſiaſtico. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Maria certe quia veriſsime ſe per humilitatem inclinauit, veriſſimam gratiam inuenit, vt vere dicere poſſit. Reſpexit humilitatem meam. Secundo conſideremus chariſſimi gratiæ Marię immẽſitatem, propter hanc dicta eſt gratia plena. Immenſa certe fuit gratia, qua ipſa fuit plena. Immenſum enim vas non poteſt eſſe plenũ, niſi immenſum ſit iſtud quo eſt plenum. Maria autem vas immenſiſſimum fuit, ex quo illum qui cęlo maior eſt, continere potuit. Quis eſt cœlo maior? certe ille de quo Salomon ait. Si cęlum & cęli cęlorum te capere non poſſunt, quãto magis domus hæc ꝗ ædificaui? Non vtique domus per Salomonem ædificata, ſed domus per illam ſignificata Deum capere potuit. Tu ergo immenſiſſima Maria capacior es cœlo: quia quem cœli capere non poterant, tuo gremio contuliſti. Tu capacior es mũdo, quia quem totus non capit orbis, in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Si ergo Maria tam capaciſſima fuit ventre, quanto magis mente? & ſi capacitas tam immenſa fuit gratia plena, oportuit vtique quod gratia illa quæ tantam impleuiſſe potuit capacitatem, eſſet immenſa. Quis immenſitatem Mariæ poteſt menſurare? Ecce quod dicitur in Eccleſiaſtico, Altitudinem cęli, latitudinem terræ, & profundum abyſſi quis dimenſus eſt? Cœlum eſt Maria, tum quia cœleſti puritate, cœleſti claritate, cœleſtibus alijs virtutibus abundauit, tum quia ſedes Dei altiſſima fuit teſte Propheta qui dicit. Dominus in cœlo parauit ſedem ſuam. Terra quoque Maria fuit, quæ fructum illum nobis protulit, de quo idem propheta ait. Terra dedit fructus ſuos. Abyſſus etiam eſt Maria, in bonitate & in miſericordia profundiſſima. Vnde etiam profundiſſimam miſericordiam filij ſui pro nobis interpellat, quaſi abyſſus abyſſum inuocat. Cęlum ergo eſt Maria. terra eſt Maria, abyſſus eſt Maria. Quis huius cœli altitudinem, quis huius terræ latitudinem, quis huius abyſſi profunditatem, quis (inquam) Mariæ immenſitatem dimenſus eſt, niſi ille ſolus qui ipſam non ſolum in gratia & in gloria, ſed etiam in miſericordia tam altiſſimam, tam latiſſimam, tam profundam operatus eſt? Vnde ſpecialiter de eius miſericordia ait beatus Bernardus. Quis miſericordiæ tuæ o benedicta longitudinem, & latitudinem, & ſublimitatem, & profundum queat inueſtigare? Nam longitudo eius, vſq; ad nouiſſimum diem inuocantibus eam ſubuenit vniuerſis, latitudo eius replet orbem terrarum, vt ſua quoque miſericordia plena ſit omnis terra, ſed & ſublimitas eius ſupernæ ciuitatis inuenit reſtaurationem, & profundum eius ſedentibus in tenebris & vmbra mortis obtinuit redemptionem. Tertio conſideremus chariſſimi gratiæ Mariæ multiplicitatem, de qua ipſa dicere poteſt illud in Eccleſiaſt. Ego quaſi terebynthus, extendi ramos meos, & rami mei honoris, & gratiæ. Terebynthus magna arbor eſt in Syria ſecundum glo. & Pli. li. 13. & habet ramos multos & extenſos: maſculus huius arboris non fert fructum, ſed tantum fœmina. Cuius fructus inuenitur duplex, videlicet rubeus, & pal-

Mariæ gratia veriſſima. — Iudith. 1. — Eccle. 8. — Prou. 31. — Eccle. 24. — Hebr. 4. — Eccleſ. 3. — Pſal. 32. — Maria gratia immenſa. — 3. Reg. — Eccle. 1. — Pſal. 12. — Idem 66. — Marię multiplex gratia. — Eccleſ. 24.

Digitized by Google

& pallidus,& est iucundi odoris. Arbor ista arbor pro
Msria ē cera & crescēs in Syria, est beata virgo Maria. Syria e-
erebin- nim interpretatur humectata. Et vere humectata fuit
s. per gratiam tota vita Marię, quæ in humore gratiæ cre
uit ab vtero matris suę. Quid mirum si Maria in humo
re gratiæ crescat, cum sine humore gratiæ, omne semē
ic. 8. arescat? Vnde de semine dicitur in Luc. Natum aruit,
quia non habebat humorem. Rami huius arboris, ra-
mi honoris & gratiæ, sunt virtutes & exempla & bene
ficia beatæ Mariæ. Multi enim rami sunt multæ eius
gratiæ merita, multæ eius virtutes & exempla multæ
eius misericordiæ, & beneficia. In his ramis libenter ha
bitant, in his libenter iubilant cęlestes auiculæ, id est a-
an. 4. nimæ sanctæ, vt de ipsis etiam dici possit illud Dan. In
ramis eius conuersabantur volucres cęli. O quam late,
quam alte arbor illa magna beata virgo Maria ramos
suos extendit. quam late ad homines, quam longe ad
Angelos, quam alte ad Deum. Quomodo autē ad hos
omnes extendit, rumor gratiarum & misericordiarum
suarum, Bernard. exponit dicens. Maria omnib. sinum
misericordiæ aperuit, vt de plenitudine eius accipiant
vniuersi, captiuus redemptionem, æger curationem, tri
stis consolationem, peccator veniam, iustus gratiam,
Angelus lętitiam, denique tota Trinitas gloriam, filij
uc. 1. persona carnis humanæ substantiam. Fructus huius ar
boris est ille de quo dicitur. Benedictus fructus vētris
tui. Iste fructus rubeus fuit sanguine, pallidus autē mor
an. 4. te. Vnde spōsa Dei, id est anima sancta, ait illud in Can.
Dilectus meus candidus & rubicundus, iam etiam po-
test dicere. Dilectus meus pallidus & rubicundus. Iste
quoque fructus odore iucundus est deuotis animab.
quod bene senserat beatus Ioannes Apostolus qui Do
mino dixit. Odor tuus in me concupiscentias excitauit
æternas, O anima, ò anima misericordiæ odorē huius
fructus non sentis? ò si sentires, nonne post ipsum curre
res? sicut dicitur in Cant. Curremus in odorem vnguē-
an. 1. torum tuorum. Notabile autem est, quod fructum hu
ius terebinthi non masculus sed fęmina huius arboris
proferre solet. Sic certe fructum vitę Iesum Christum,
non masculus sed fęmina, non vir, sed virgo protulit.
Propter quod bene Augustinus ait. Electa est virgo
Iariæ gr̄a mater, quæ sine concupiscentia carnis, conciperet car-
ilissima nem, & sine viro pareret virum. Quarto consideremus
bi,& no- charissimi gratiæ Marię vtilitatem. De hac dicitur. Mu
is. lier gratiosa inueniet gloriam. Haec vtilitas gratiæ gra-
rou. 11. tiosæ, Marię est inuentio gloriæ perpetuæ. Vtilissima
certe fuit gratia Marię & sibi & nobis. Vtilissima (in-
quā) fuit gratia Marię sibi ipsi. Gratia. n. delitiosam, gra
tia miraculosam, gratia gloriosam fecit Mariā. Delitio-
sam in animo, miraculosam in filio, gloriosā in regno.
Delitiosa certe fuit Maria in mente spirituali, miraculo
sa in ,ple virginali, gloriosa in diademate æternali. Gra-
tia ergo mentem & animam Marię fecit delitiosam deli
tijs spiritualibus, tanquam Dei vnii spiritualem paradi
ccl. 40. sum, iuxta illud Ecclesiast. Gratia sicut paradisus in be-
nedictionibus. Verè paradisus Dei fuit, in benedictio-
nibus multiplicium delitiarum spiritualium. De quib.
etiam beatus Bernardus ait. Quid nisi delitias dixerim
decus virginitatis, cum munere fęcūditatis, insigne hu-
militatis, distillantem charitatis fauum, misericordiæ
viscera, plenitudinem gratiæ, prerogatiuam gloriæ sin-
gularis. Item, gratia Mariam fecit miraculosam in pro-
le, miraculoso conceptu & partu, cum miraculose vir-
go peperit, & miraculosius Deum concepit, Deum pe
uc. 1. perit. Vnde de hac eius gratia bene dicit, inuenisti gra
tiam apud Deū, & cætera. De hoc nomine beatus Ber.
ad Mariam loquens dixit, Intellige prudens virgo, quā
tam ex nomine promissi filij, & quam specialem gra-
tiam inueneris apud Deum. Item gratia Mariam fecit

gloriosam, propter quod bene supra dictum est, Mulier Prou. 11.
gloriosa inueniet gloriam. O vere fœlix inuentrix Ma
ria, quę tam magna in mundo, tam magna in cęlo. Nul
la pura creatura tantam gratiam in mundo, nulla tan-
tam gloriam in cęlo inuenit. Et certe tam gratiam quā
gloriam inuenit apud dominum, quia sicut in Psalmo Psal. 83.
dicitur. Gratiam & gloriam dabit dominus. Sed cer-
te charissimi gratia Marię non solum vtilissima fuit
sibi ipsi, sed etiam nobis, immo toti humano generi.
Gratia enim Marię colligit malos, impinguat bonos, li-
berat vniuersos. Colligit a culpa, impinguat gratia,
liberat a morte æterna. Dico ergo quod gratia Ma-
rię colligit ad misericordiam, colligit ad Ecclesiam ma
los. Hoc bene signatum est in gratia, quam in colli-
gendis spicis a messoribus derelictas Ruth inuenerat,
quando dixit ad Booz Inueni gratiam in oculis Do- Ruth. 2.
mini mei, & cętera. Ruth interpretatur videns, vel fe-
stinans. Et signat Beatam virginem, quę vere videns
in contemplatione, & bene festinans fuit in actione.
Videns etiam nostram miseriam est, & festinans ad im
pendendam suam misericordiam. Booz interpretatur
virtus, & signat illum, de quo in Psalmo, dicitur. Ma- Psal. 146.
gnus Domin⁹, & magna virtus eius. Ruth ergo in ocu
lis Booz, Maria in oculis Domini hanc gratiam inue-
nit, vt ipsa spicas, id est animas a messoribus derelictas,
colligere ad veniam possit. Qui sunt messores nisi Do
ctores & Rectores? O vere magna Marię gratia, qua
multi ex eis ad misericordiam colliguntur, qui a Do-
ctoribus, & rectoribus tanquam incorrigibiles relin-
quuntur. Et ideo bene beatus Bernardus ait, Maria
tu peccatorem toti mundo despectum, materno affe-
ctu amplecteris, foues, nec deseris, quousque horrendo
iudici miserum reconcilies. Item gratia Marię bonos
impinguat pinguedine gratię, Vnde in Ecclesiastic. di- Eccl. 26.
citur. Gratia mulieris sedulę delectabit virum suum,
& ossa illius impinguabit. Mulier sedula Maria fuit, de
cuius sedulitate Bernard. ait, Maria secreta Dei ore ta-
cito, vigili cum corde sedula scrutabatur. Quis huius
mulieris est vir, nisi ille, quem ipsa circundedit in vte-
ro? de quo dicit Hierem. Creauit Dominus nouum su Hier. 31.
per terram, mulier circundabit virum. Huius viri ossa,
sunt quicunque in corpore eius, id est in ecclesia fortes
sunt. Ista ossa suffragante gratia Mariæ impinguan-
tur vnctionibus gratię. Impinguantur (inquam) pin-
guedine Spiritus sācti. qua & ille impinguari cupiebat,
qui dicebat. Sicut adipe, & pinguedine repleatur ani- Psalm. 62.
ma mea. O quis æstimare valeat, quam multę animę
opitulante gratia Mariæ, sint per gratiam impinguatæ,
immo certe, quis æstimare valeat, quanta in ipsa Maria
fuit impinguatio gratiarum, cuius gratia impinguata
sunt tot millia animarū? Cuius enim virtutis pinguedi
ne ipsa caruit, quæ omnium virtutum pinguissimum
habitaculum fuit. Ait enim Ioannes Damascenus; Ma
ria in domo domini plantata & impinguata spiritu, vt
oliua fructifera omnis virtutis habitaculum facta est.
Item gratia Mariæ liberat a morte æterna vniuersos,
qui liberantur. Hoc bene signatum est in Esther, de Esther. 2.
qua legitur sic. Adamauit eam rex plus quam om-
nes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius.
Huius autem gratiæ quam Esther coram rege habuit,
duplex legitur fuisse vtilitas. Vna quod ipsa diadema
regni obtinuit. Alia quod ipsa gentem suā morti addi-
ctam a morte eripuit. Sic certe Esther nostra beata
Maria tantam gratiam coram rege æterno impetra-
uit, quod per hanc non solum ipsa ad coronam perue-
nit, sed etiam generi humano morti addicto subuenit.
Vnde Anselmus ait. Quid (inquit) digne referam ge-
netrici Dei & Domini mei? per cuius fœcunditatem
tem captiuus sum redemptus, per cuius partum, de

morte ęterna sum exēptus, ꝑ cuius prolē perditus, sum restitutus, & de exilio miserię ad patriam ęternę beatitudinis sum reductus? O ergo mater gratię, fac nòs filios gratię, fac vt per gratiam tuam verissimam, colligamur ad veniam remissionis, impinguemur per gratiam deuotionis, liberemur a morte damnationis, per dominum nostrum, &c.

Capitulum sextum.

AVe Maria gratia plena. Adhuc charissimi aliqua de gratia dulcissimę Marię sunt dicenda. Consideranda est ergo quadruplex Marię gratia, videlicet gratia donorum, gratia labiorum, gratia priuilegiorū, & gratia pręmiorum. Primo considerate charissimi in Maria gratiam donorum Spiritussancti. De hac gratia Maria gratulabūda dicere potest illud Ecclesiastici. In me omnis gratia vitę & veritatis. Quid mirum, si ipsa est gratia plena vitę, & veritatis, quę mater est eius, quem legimus plenū gratię & veritatis? Et quid mirum, si in illa virga est tanta donorum Spiritussancti affluentia, in cuius flore Spiritussanctus requieuit cum tanta donorum suorum effluentia? Maria nanque est illa virga, & filius Marię est ille flos de quo dicitur in Isa. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eū spiritus sapientię & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientię & pietatis, & replebit eū spiritus timoris domini. In hoc flore mira Spiritussancti effluentia, de quo in omnem Ecclesiam tam mira fit influentia, vt beatus Euangelista Ioannes dicat. De plenitudine eius nos oēs accepimus gratiā pro gratia. Cum ergo de isto flore tanta gr̃a redundet in totū hortum, quanto magis in ipsam huius floris virgam in ipsam Mariam? dicat ergo Maria, dicat secure. In me omnis gratia vitæ & veritatis. Gratia certe vitæ & veritatis consistit in prædictis septem Spiritussancti donis.

Maria habuit gratiā donorum Spiritussā cti.

Eccl. 24.

Ioan. 1.

Isa. 11.

Ioan. 1.

Per prædicta enim septem dona, fuit gratia vitæ & veritatis in Maria. Gratia veritatis ordinauit Mariam in veritate supra se, infra se, intra se, & extra se. Gratia (inquam) veritatis ordinauit Mariam in veritate supra se, per donum sapientiæ, infra se, per donum consilij, intra se, per donum intellectus, extra se, per donum scientiæ Gratia vtiq; veritatis, ordinauit animam Mariæ in veritate, supra se, in sapientissima fruendorum contemplatione, infra se, in consultissima fugiendorum prouisione, intra se, in certissima credendorum cognitione, extra se, in rationabilissima agendorum discretione.

Gratia autem vitæ, ordinauit vitam Mariæ in bona vita respectu diaboli, respectu proximi, & respectu Dei. Gr̃a (inquam) vitæ ordinauit Mariam in bona vita: erga Diabolum, per donum fortitudinis, erga proximū, per donum pietatis, erga Deum, per donum timoris. Gratia vtique vitæ ordinauit vitam Mariæ erga diabolum in fortissima resistentia, erga proximum in pijssima beneuolentia, erga Deum in deuotissima reuerentia. Hinc est, quòd Spiritussanctus Mariam per domū conuenientissime signauit, quam sibi sapientia increata cum septem columnis, septē donorum Spiritussancti excellentissime edificauit. Quicũq; ergo columnas Spiritussancti cęperit desiderare, ipse formam columnarum in ista domo poterit inuenire, quam pro columnis huiusmodi, debet cum magnis desiderijs & precibus conuenire. Similiter quicunque septiformem Spiritussancti gratiam adipisci desiderat, ipse florem Spiritussancti in virga quærat. Per virgam enim ad florem, per florem ad spiritum in ipso requiescētem, peruenimus. Per Mariam ad Christum accedimus, & per Christū gratiam Spiritussancti inuenimus. Propter quod bene Mariam alloquens beatus Bernardus, ait. Per te accessum habemus ad filium, ò Benedicta inuentrix gratiarum, genitrix vitæ, mater salutis, vt per te suscipiat nos. qui per te datus est nobis.

Maria est, domus q̃ sibi sapiētia ędificauit.

Secundo considerate charissimi in Maria gratiam labiorum, de qua in Psalm. dr̃; diffusa est gratia in labijs tuis. Tanta siquidem fuit gratia labiorū in Maria, vt ipsa optime per Iudith signari possit, de qua dicitur in libro Iudith. Non est mulier talis super terrā, in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum. Re vera non est, non fuit, non erit mulier talis super terram, qualis Maria fuit in aspectu clarissimæ vitæ, in pulchritudine mundissimæ conscientiæ, & in sensu verborum disertissimæ linguæ. Gratiam autem verborum labiorum Mariæ videbimus euidenter, si verba labiorum eius ex Euangelio colligamus diligenter. Inuenimus autem septem in Euangelio mellifluas sententias, de mellifluis Mariæ labijs distilantes, & mellifluam labiorum eius gratiam optime iudicantes iuxta illud Cant. Fauus distillans labia tua. Septem mellis stillæ, sunt septem dulcissima verba Mariæ quæ, ad Angelum, ad hominem, & ad Deum legitur habuisse. Duo ad Angelum, duo ad hominem, tria ad Deum. Ad Angelum Maria habuit verbum castitatis, & verbum humilitatis. Verbum castitatis habuit Maria ad Angelū in labijs quando Angelo respondens dixit. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Hoc est contra impudicos, qui non casta, non pudica, sed impudica, & turpia, & carnalia verba in labijs suis habent. Verbum autem humilitatis ad Angelum habuit Maria in labijs, quando Angelo humiliter respondens dixit. Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Hoc est contra superbos, & arrogantes, qui de se nec humilia sentiunt, nec loquuntur, sed verba iactantię, & inflationis in labijs suis habent. Item ad hominem habuit verbum charitatis, & verbum veritatis. Verbum charitatis in salutatione, verbū veritatis in instructione. Verbum charitatis ad hominem Maria in labijs habuit, quando matrem præcursoris tam affectuose salutauit, quod etiam infans, in vtero eius exultauit. Hoc est contra rancorosos, qui proximis suis, vel charitatiue non loquuntur, vel omnino eis loqui dedignantur. Verbum veritatis Maria in labijs habuit, quando deficiente vino ministris dixit. Quodcunque dixerit vobis facite. Hoc est contra illos, qui alios non ad bonum sed ad malum instruunt, & malum eis consulunt. Item ad dominum tria verba habuit Maria. Plus ergo cum Deo, quam cum Angelo, vel cum homine locuta est Maria, ex quo bis Angelo, bis homini, ter autem Deo locuta est. Heu heu contra multos, qui tam parum cū Deo in orationibus, & tam multum cum hominibus loquuntur, in fabulationibus inutilibus, & sępe valde nociuis: habuit autem Maria ad Deum verbum gratulatiuum, quærulatiuum, & compassiuum. Gratulatiuum, pro sui respectione; quęrulatiuum, pro filij amissione, compassiuum, pro vini defectione. Verbum gratulationis Maria ad Deum habuit in labijs, quando pro eo, quòd Dominus humilitatem suam respexit, dixit. Magnificat anima mea dominum. Hoc est contra ingratos, qui (heu) pro multis & magnis beneficijs, paruas Deo gratias agunt, & quandoque per ipsa Dei beneficia contra Deum insolescunt. Verbum quærulationis, Maria ad Deum habuit in labijs, quando filio, per triduum amisso dixit. Fili quid fecisti nobis? sequitur, pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Hoc est contra indeuotos, qui cum dolore Iesum non quærunt, quando ipsum per subtractionem deuotionis per multos dies amiserunt. Verbum compassionis ad Deum habuit Maria, quando in nuptijs

Maria habuit gratiā labiorum.

Psal. 44.

Judith. 11.

Can. 4.

Luc. 1.

Ibidem.

Ibidem.

Ioan. 2.

Nota.

Luc. 1.

Ibidem.

Digitized by Google

nuptijs filio dixit, vinum non habent. Hoc est contra immisericordes, quos aliorum defectus ad pietatem non mouent, nec apud Deum, nec apud homines proximos suos promouent. Eia nunc aduocata nostra Maria. Ecce adhuc necesse est nobis vt filio tuo suggeras pro nobis, quoniam vinum non habent multi ex nobis, vinum vtique gratiæ Spiritussancti, vinum compunctionis, vinum deuotionis, vinum spiritualis consolationis. De quo beatus Bernardus sic ait. Quoties mihi necesse est fratres, post lachrymosas querimonias vestras exorare matrem misericordię, vt suggerat benignissimo filio suo, quoniam vinum non habetis & ipsa dico vobis charissimi, si pie a vobis pulsata fuerit, nõ deerit necessitati vestræ, quoniam misericors est misericordiæ mater. Nam si compassa est verecundiæ illorum a quib' fuerat inuitata, multo magis compatietur vobis, si pie fuerit inuocata. Pensate fratres ex prędictis, quantus amicus Marię rex Regum fuerit, cum ipsa tãtam gratiam labiorum habuerit. Scriptum quippe

oue. 22. est in Prouerbijs. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum habebit amicum Regem. Tertio considerate charissimi, in Maria gratiam priuilegiorum. De hac quidem gratia dicitur, inuenisti gra-

c. 1. tiam apud Dominum, ecce concipies, in vtero & paries

aria habuit gratiã priuilegiorum. filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Vide quomodo Gabriel asserens Mariam inuenisse gratiam, statim eandem gratiam specificans subiungit. Ecce (inquit) concipies in vtero. & cętera. O quam magnum & omnibus sæculis inauditum priuilegium, quòd virgo in vtero concepit, & filium altissimi peperit. Possumus autem notare septem priuilegia Marię. Priuilegium (inquam) immensis gratijs esse plenam soli Marię a Deo concessum. Primum Marię priuilegium, est quod super omnes homines, ab omni peccato sit purissima. Fuit nanque tam copiosissime in vtero sanctificata, quòd etiam ad veniale peccatum, nunquam in tota vita sua fuisse creditur inclinata. Vnde Bernardus ait. Decuit Reginam virginum, singularis priuilegio sanctitatis ab omni peccato ducere vitam, quę dum peccati mortisque pareret peremptorem, munus vitę & iustitię omnibus obtineret. Secundum Marię priuilegium est, quòd ipsa super omnes homines fuit gratia plenissima. Vnde Hieronymus. Ceteris per partes præstatur, Marię vero se tota infudit plenitudo gratię. Et ideo bene beatus idem doctor gratiam Mariæ gratię Angelorum conferens, & pręferens ait. Beatam & gloriosam Virginem Mariam, credendum est ampliora promeruisse virtutum priuilegia, & percepisse etiam gratiam ab Angelis collaudandam. Tertium Marię priuilegium est, quòd ipsa sola mater, & virgo incorruptissima est. Hoc priuilegium beatus Bernardus commendans ait. Optimam partem elegit sibi Maria, optimam plene, quia bona est fœcunditas coniugalis, melior castitas virginalis, optima virginea fœcunditas seu fœcunda virginitas. Marię priuilegium, non dabitur alteri, quia nõ auferetur ab ea. Quartum Marię priuilegium est, quòd ipsa sola mater filij ineffabilissima est, ipsa sola illius filij mater est cuius solus Deus Pater est. Mirum supra modum quod tam maximum priuilegium creaturę concessum est. De hoc etiam priuilegio Beatus Bernardus ait. Ipsa est nostrę virginis gloria singularis, & excellens pręrogatiua marię, quòd filium suum eundem cum Deo Patre, meruit habere communem. Quintum Marię priuilegium est, quòd ipsa super omnem creaturam, Deo corporaliter familiarissima fuit. Nam quod nunquam creaturæ concessum est, nec concedetur in æternum, ipsa Deum nouem mensibus in vtero portauit, ipsa Deum vbere de cęlo pleno lactauit, ipsa Deũ multis annis dulciter educauit, ipsa Deum sibi subditum habuit, ipsa Deum purum in amplexibus & osculis familiarissime contrectauit, sicut August. euidenter asserit dicens. Nec mirum Maria, vt dignetur tibi congaudere Deus regnãs in cęlis, quẽ paruulum ex te hominem natũ, toties osculata es in terris. Sextum Marię priuilegium est, quòd ipsa super omnem creaturam apud Deum, potentissima est. Vnde Augustinus. Ipsa meruisti existere mater eiusdẽ redemptoris. Idem, Impetra quòd rogamus, excusa quod timemus, quia nec potentiorem meritis inuenimus quam te, quæ meruisti existere mater eiusdem redemptoris, & iudicis. Grande priuilegium est, quòd ipsa pręomnibus sanctis apud Deum, tam potentissima est, sicut illud Augustinus declarat, dicẽs. Neq; dubiũ, quia quę meruit pro liberandis proferre precium, posse plus omnibus sanctis liberatis impẽdere suffragium. Sed quid tanta Marię potentia prodesset nobis, si ipsa nihil curaret de nobis? Propter hoc charissimi sciamus indubitanter, & pro hoc gratias agamus incessanter, quia sicut ipsa apud Deum omnibus sanctis est potior, ita quoque pro nobis apud Deum omnibus sanctis est solicitior, testante eodem doctore Augustino, qui sic ait. Te solam ò Maria, pro sancta ecclesia solicitam prę omnibus sanctis scimus, quæ impetras inducias transgressoribus, vt renuncient suis errorib. Septimum Marię priuilegium est, quòd ipsa super sanctos in gloria excellentissima est. Vnde Hierony. Vbique confidenter sancta Dei canit Ecclesia, quod de nullo alio sanctorum fas est credere, vt vltra Angelorum vel Archangelorum merita transcenderit, hoc quippe priuilegium quasi non naturæ, sed gratiæ, est virginis Mariæ. Ecce quam gloriosum gloriæ Mariæ priuilegium, quòd ipsa in gloria gloriosissima est post Deum. Gloriosum gloriæ Mariæ priuilegium est, quòd quicquid post Deum pulchrius, quicquid dulcius, quicquid iucundius in gloria est, hoc Maria, hoc in Maria, hoc p Mariam est. Gloriosum omnino gloriæ Marię priuilegium est, qđ post Deum maior gloria nostra, maius nostrum gaudiũ de Maria est, vnde Bernardus. Summa gloria est ò Maria, post dominum te videre, tibi adhærere, in tuæ protectionis numine demorari. Hæc igitur sunt septem gloriosissima priuilegia Mariæ, quorum gratia obtinemus vitam gratiæ. Et ideo obsecrare possum' Mariam, sicut Abraham obsecrauit Saram, dicens. Dic obsecro quod soror mea sis, vt bene mihi sit propter te, & viuet anima mea ob gratiam tui. O ergo Maria, ò Sara nostra dic quòd sis soror nostra, vt propter te bene nobis sit a Deo, & ob gratiam tui, viuant animæ nostræ in Deo. Dic (inquam) charissima Sara nostra, quòd sis soror nostra, vt propter talem sororem Aegyptij, id est dæmones, nos revereantur, vt etiam propter talem sororem Angeli nobis in acie coniungantur, vt insuper propter talem sororem, pater & filius, & Spiritussanctus nostri misereantur. Quarto considerate charissimi in Maria gratiam præmiorum, de qua tamen pro parte, in septimo Mariæ priuilegio iam tactum est. De hac gratia potest accipi, quod dicitur in Ecclesiast. gratia super gratiam, mulier pudorata, & sancta. Mulier super omnes mulieres pudorata, super oẽs sancta est Maria, in qua est gratia super gratiam, gratia gloriæ super gratiam vitæ, gratia præmiorum in cœlo, super gratiam meritorũ in mundo. Hæc autem gratia beatitudinis Mariæ consistit in septem dotibus corporis & alę. Quodlibet enim corpus glorificatum habet quatuor dotes gloriosas, videlicet dotem miræ claritatis, dotem miræ subtilitatis, dotem miræ agilitatis, & dotem miræ impassibilitatis, & si omnium beatorum corpora his quatuor dotibus Deus glorificauit, quanto magis corpus istud, quod ipsum glorificatorem omnium corporum ge-

Gen. 12.

Maria habuit gratiã præmiorũ.
Eccl. 26.

Maria habet dotes beatorum corporis.

nuit? Quid mirum si dote claritatis clarissima sit in cęlo, quæ dono sanctitatis tam clarissima fuit in mundo? De ipsa nâque beatus Bernardus, ait. Adhuc inter peccatores degens, tanta ante Deum claruisse sanctitate, vt sola solio ęterni Regis approximare merueris. Itē quid mirum si dote subtilitatis subtilissima sit, quæ dono humilitatis tam subtilissima fuit in mundo? Ipsam enim alloquens beatus Bernardus dicit. Nunquam supra choros Angelorum sublimata ascendisset, nisi prius infra omnes homines humiliata descēdisset. Item quid mirum, si dote agilitatis velocissima sit in cęlo, quæ dono pietatis tam velocissima fuit in mundo? ipsa nanque abijt in montana cum festinatione pro officio pietatis, de cuius festinationis velocitate Amb. ait. Quo iā Deo plena, nisi in montana cum festinatione ascenderet? Nescit tarda molimina Spiritussancti gratia. Itē, Quid mirum, si dote impassibilitatis impassibilissima sit in cęlo, quæ dono patientię, & æquanimitatis tam impassibilissima fuit in mundo, vt ipsa nec minimum impatiētiæ, vel odij vulnus sentiret, cum suam ipsius animam gladius pertransiret? Imo etiam signum vulneris, signum passionis impatiētiæ, nec legimus, nec credimus in Maria quādoque apparuisse. Vnde Bernar. ait. Reuolue diligenter euangelicæ historiæ seriē vniuersam, & si qd forte increpatoriū, si quid durū, si qd̄ denique signū vel tenuis indignationis occurreret, in Maria de cętero suspectam habeas, & accedere verearis. Cæterū si tāta est gloria gloriosissimi corporis Mariæ, q̄ta putas est gloria suæ beatissimæ animæ? Quod licet certe beata anima tres habet dotes ipsam beatificantes, videlicet dotem miræ cognitionis, dotem miræ dilectionis, dotem miræ fruitionis, vel (secūdum modernos quosdam) dotem visionis, fruitionis, & tētionis. Quocunque autem modo dotes animæ accipiantur, certum est, quòd dotes animæ Mariæ omnium animarum dotibus præferantur. Nam si omnes beatæ animæ his dotibus beatificantur in cęlo, quanto magis anima eius, quę omnium animarum beatificatorem genuit in mundo? quid mirum si iam in lucidissima cognitione est anima Mariæ, quæ iam profundissimæ vnita est luci æternæ? Vnde beatus Bernar. ait. Profundissimam diuinæ sapientiæ, vltra quam credi valeat, penetrauit abyssum, vt quātum sine personali vnione creaturæ conditio patitur, luci illi inaccessibili videatur vnita. Item. Quid mirum si iam in fęcundissima dilectione est anima Mariæ? Quid (inquam) mirum si prę omnibus diligat, quę omnibus est dilecta? Vere pro omnib. Ait enim beatus Augustinus ad ipsam. Te ipse Rex Regum vt matrē veram, & decoram sponsam, præ omnibus diligens, amoris amplexu sibi associat. Item quid mirū si iam in iucundissima fruitione sit anima Mariæ, quę benedicto fructu vētris sui pascitur dulcissime? Vnde beatus Augustinus ait, Mariæ anima, claritate fruitur Christi, & gloriosis eius amplexib. semper præsens, semper conspiciens, semper videre sitiens inæstimabiliter pascitur. Igitur sicut gloriosissima Maria omnes sāctos excedit in gratia viæ, & in gratia meritorū, ita omnes sanctos excedit in gratia gloriæ, & in gratia premiorum. Vnde bene ipsa signata est per Esther reginam, de qua legitur, quod ducta ad cubiculū Regis Assueri habuit gratiam & misericordiam coram eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius. Esther interpretatur euectuata & eleuata. Hoc optime conuenit Mariæ de qua Beatus Hieronymus ait. Eleuatur super choros Angelorum, vt possit speciem vultumq; videre saluatoris, quem amauerat, quem concupierat ex toto desiderio cordis. Ista Esther Regina beata virgo Maria, ducta est in assumptione in cubiculum Regis Assueri, Regis æterni, in cubiculum vtique, de quo Augustin. Mariā alloquens ait. Tu in cubiculi Regij beatitudine, gemmis, ac margaritis ornata consistis. Ducta itaque in hoc cubiculum quietis æternæ Regina Maria, gratiam Regis Assueri, id est gratiam veri regis habet super omnes mulieres, id est super omnes intelligentias angelicas, & sup omnes beatas animas, vt sit in Maria gratia, super gratiam omnium beatorum. Nam reuera in capite eius Rex Regum diadema regni posuit. Diadema certe tam inpreciabile, diadema tam delectabile, diadema tam mirabile, quòd hoc omni linguæ inenarrabile, omni ingenio inscrutabile est. Sic ergo charissimi vidistis quanta gratia donorum, quanta gratia labiorum, quanta gratia priuilegiorū, quanta gratia pręmiorum affluentissima sit Maria. Rogemus ergo ipsam tantam inuentricem gratiarum, vt & nos faciat inuenire gratiam apud dominum, per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

Esther. 2.

Capitulum septimum.

AVe gratia plena. Non sufficit Archangelo gratiam Mariæ, simpliciter commendare, sed etiam plenitudinem eius voluit signanter insinuare, cum dixit, gratia plena. O vere plena, & plene plena, adhuc certe non dixerat Gabriel, Ecce concipies in vtero, & cætera, adhuc etiam non dixerat, Spiritussanctus superueniet in te, & cætera. Si ergo ante superuentionem Spiritussancti, si ante conceptionem filij Dei plena fuit Maria, quanto magis post? propter hoc bene de eius plenitudine, & de plenitudinis eius gratitudine dicit Anselmus. Hęc millies plenissima ab Angelo salutata. Spiritu sancto repleta, plenitudine diuinitatis afflata. Bene ergo plena dicitur Maria, plena (inquam) illuminatione sapientię, plena inundatione gratiæ, plena possessione bonæ vitæ, plena vnctione misericordiæ, plena fœcundatione prolis piæ, plena perfectione ecclesiæ, plena respersione odoriferę famæ, plena resultatione diuinæ gloriæ, plena etiam fruitione æternæ lætitiæ. Has nouem plenitudines consideremus in Maria, quę nouem ordinum Angelicorum plenitudines repræsentant in gloria. primo consideremus charissimi, quòd plena est Maria illuminatione sapientiæ, & intellectus. Vnde ipsa bene per lunam plenam signari potest, de qua dicitur in Prouerbijs. Non est vir in domo sua, abijt via longissima, sacculum pecuniæ secum tulit, in die plenæ lunæ reuersurus. Hic est vir ille, de quo Hierem. ait. Creauit dominus nouum super terram, mulier circundabit virum. Mulier Maria, mulier vtique sexu non corruptione, mater virtutis dominum nostrum circundedit vtero suo, circundedit habitu nostro. Hic vir, si tamen (vt ait Iosephus) virum appellari fas est, tres domos habet. Imperatoriæ maiestatis est, in palatio habere tres mansiones, videlicet consistorium, cœnaculum, & cubiculum. Consistorium est domus causarum, cænaculum ciborum, cubiculum quietis. Sic imperator noster, qui imperat ventis, & mari, habet domum causarum mundum, habet domum ciborum, modo ecclesiam, olim synagogam, habet domum quietis rationalem animam. Sed heu, vir iste Dominus virtutum, a domo mundi a domo synagogæ, a domo animę valde fuit elongatus, quia longe a peccatoribus salus. Vir ergo iste in domo sua non fuit, quando per Hieremiam conquerendo dixit, Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam. Sacculum etiam pecunię secum tulit, quia thesaurum misericordiæ, & gratię suę a mundo abscondit. Sed ecce vir iste in die plenę lunę reuersus est, illius (inquam) lunę, de qua dicitur in Cantic. Pulchra vt luna. Luna ergo est Maria, luna plena,

Maria plena sapientia, & intellectu.

Prou.

Hie. 31

Psal. 118.

Hier. 12.

Cant. 6

maria,

Maria plena. Lunę plenę Maria bene comparata est,
quę lumine sapientię & veritatis a sole ęterno plene il
luminata est. Vnde Maria bene illuminata interpre-
tatur, siue illuminatrix. Ipsa namque luna & lucerna
nostra illuminata fuit a domino, & illuminatrix fuit
Psalm. 17. mundo, iuxta illud Propheticum. Quoniam tu illumi
nas lucernam, &cęt. In huius lunę plenitudine vir re-
uersus est in domum, quando Christus per carnem ve
nit in mundum. O vere mirabilis huius lunę plenitu-
do. Ecce si Maria plena fuit lumine sapientię, quod à so
le ęterno recepit priusquam ipsum concepit, quãto ple
nior fuit, dum hunc solem tam mirabiliter concepit, &
tam totaliter in se recepit? Et ideo bene plenitudinem
sapientię Marię beatus Bern. commendans, ait. Extru-
xit in Maria sibi domum sapientia cœlestis, quę adeo
mentem eius repleuit, vt de plenitudine mentis eius fę-
cundaretur, & caro ac virgo singulari gratia eandē ip-
sam sapientiam, carne tectam pareret, quam prius men
Maria ple- te pura conceperat. Secũdo consideremus, ꝙ plena est
na inunda Maria, inundatione gratię in affectu. Tanta nempe inũ
tione grã. datio gratię, tanta profunditas, & magnitudo in Maria
1. Para. 16. fuit, vt ipsa bene mare plenum dici possit, iuxta illud,
Tonet mare, & plenitudo eius. Sicut in mariã aquarũ
Gen. 1. sic in Maria sunt congregationes gratiarum. Vnde scri
Eccl. 1. ptum est, Congregationesque aquarũ appellantur ma
ria. Dicitor quoque in Ecclesiast. Omnia flumina in-
trant in mare. Omnia flumina sunt omnia gratiarũ do
Eccl. 24. na, quę intrauerunt in Mariam, iuxta illud sapientis. In
me omnis gratia vię, & veritatis, &c. Quam plenum sit
hoc mare, quam plena gratia sit Maria, Beatus Hiero-
nymus aperit dicens. Bñ plena, quia ceteris ꝑ partes ꝓ
statur: Marię vero simul se tota infundit plenitudo gra
tię. Hoc ergo plenum mare audiamus contra vitia to-
nare. Tonet ergo mare & plenitudo eius, tonet plenũ
mare, tonet plena Maria. Tonet contra luxuriam, casti
Luc. 1. tatem proponendo, & dicat. Quomodo fiet istud, quo
niam virum non cognosco. Tonet etiam contra super-
biam, humilitatem sentiendo, & dicat. Ecce ancilla do-
mini, &c. Tonet quoque cõtra ingratitudinem, gratias
agendo, & dicat. Magnificat anima, &c. De plenitude
Psal. 95. huius maris similiter in Psalm. dicitur. Moueatur mare
& pleoitudo eius. oueatur Mmare, moueatur Maria,
moueatur certe suspirijs & castigationibus, moueatur
lachrymis & orationibus, moueatur eleemosynis, &
alijs venetationibus. Moueatur (inquam) plene, vt no-
bis effundat de sua plenitudine. Attendamus, quid no
bis beatus Bernardus de ea loquatur. Ait. n. sic. Vas li-
quore plenum, si moueatur de facili subuertitur, & ef
fundit liquorem. Sic beata virgo Maria, si moueatur
Maria est precibus effundit liquorem in nobis. Tertio considere
plena pos- mus, quod plena est Maria possessionibus bonæ vitæ
sessionib. in effectu. De hac plenitudine vere possumus dicere.
bonę vitę. Domini est terra, &c. Per terram bene significatur Ma
Psal. 23. ria, de qua sic legitur in Isaia. Aperiatur terra, & germi
Isa. 45. net saluatorem. Quid terra humilius? quid terra vti-
lius? Terram omnes sub pedibus habemus, & de terra
omnes vitam fouemus. Vnde enim victum & vestitũ,
panem & vinum, lanam, & linum, & huius vitæ necessa
ria, nisi de terra, & de plenitudine terrę habemus? Quid
ergo humilius, quid vtilius terra? Similiter quid humi
lius, quid vtilius Maria? Ipsa deniq; humilitatę sua om
niũ est infima. Ipsa plenitudine sua omnium est vtilissi-
ma. Vitæ nãque spiritualis necessaria, habemus de ple-
nissima terra Maria. Et ideo bene beatus Bernardus
ait, Altius intuemini quãto deuotionis affectu a nobis
voluit honorari Mariam, qui totius boni plenitudinē
posuit in Mariam, vt proinde si quid spei in nobis est,
si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea nouerimus redunda
re. Sed a quo & cujus est tanta huius terræ plenitudo?
audi Psal. Domini est terra & plenitudo eius, & iterũ,
meus est orbis terræ, & plenitudo eius. Plenitudo ter- Psal. 23. &
ræ consistit in fructibus & diuersis possessionib terrę, 49.
iuxta illud Psal. Impleta est terra possessione tua. Fru-
ctus autem, & possessiones plenissimę terrę, Marię sunt Psal. 103.
opera, mores, exempla, & diuersa merita sanctissimæ vi
tæ Mariæ. Talibus enim possessionib eam dominus re
pleuit, talib. eam bonis impleuit, vt dicitur in Ecclesiast. Ecclesi. 16.
Dominus in terram respexit, & impleuit eã bonis suis.
de hac eius plenitudine Hieronym. mentionem faciẽs
inquit. Talibus decebat virginem oppignerare muneri
bus, vt esset gratia plena quæ dedit cœlis gloriam, ter-
ris deum, pacemque refudit, fidem gentibus, finem vi-
tijs, ordinem vitæ, & moribus disciplinam. Quarto con
sideremus charissimi, quód Maria plena est vnctione Maria ple
misericordiæ, plena oleo pietatis. Vnde ipsa signata esse na miseri-
pôt per illam mulierẽ, cui clauso ostio domus suæ, om- cordia.
nia vasa intus congregata facta sunt miraculose oleo
plena, secundum quod Eliseus ei prędixerat, dicens: Cũ
plena fuerint, tolles. Mulier ista est Maria, quæ etiam à 4. Reg. 4.
filio suo mulier appellata est in Ioann. vbi dicitur. Mu
lier ecce filius tuus. Huius mulieris vasa, sunt affectus Ioann. 19.
& effectus, desideria & beneficia, quæ omnia oleo mi-
sericordiæ plena sunt in Maria, Vnde de hoc oleo
beatus Bernardus bene ait. Nec mirum o domina, si tã
copioso oleo misericordiæ cordis tui perfusum est san
ctuarium, cum illud inæstimabile opus misericordiæ,
quod prędestinauit Deus ante secula in redemptionẽ
nostram, primum sit in te a mundi artifice fabricatum.
Dicamus ergo charissimi, dicamus Marię. Date nobis Matth. 25.
de oleo vestro. Petamus oleum misericordię eius in
mundo, ne frustra petamus in iudicio. Quod autem do
mus in qua vasa replebantur clausa fuit, hoc optime
Mariæ conuenit. De cuius clausura Ezechiel ait. Porta Ezech. 44.
hęc clausa erit & non aperietur, & vir non transiet per
eam, quoniam dominus deus Israel egressus est per eã.
Porta Marię clausa fuit sera virginali, vir non transiuit
per eam, amplexu maritali, dominus Deus egressus
est per eam natiuitate singulari. Sed certe quia ad mul
tiplicationem olei, vasa etiam vicinorum non pau-
ca collecta fuerunt, ideo quoqoe per vasa illa omnes si
gnari possunt, qui plenitudinis misericordię marię par
ticipes sunt. Qui autem sunt illi, Beatus Bern. declara-
uit cum dixit. Maria omnibus sinum misericordię a-
peruit, vt de plenitudine eius accipiant vniuersi, capti-
uatus redemptionem, æger curationem, tristis consola
tionem, peccator veniam, iustus gratiam, Angelus lę-
titiam, denique tota Trinitas gloriam, filij personã car
nis humanę substantiam. Quinto charissimi conside-
remus, quód plena est Maria fœcundatione prolis di-
uinæ. De plenitudine illa intelligere possumus illud
Isaię. Vidi Dominum sedentem super solium excel- Isa. 6.
sum, & eleuatum, & plena erat domus maiestate eius.
Domus illa in cuius solio dominus sedit, est beata vir-
go, in cuius mentis solio dominus requieuit, O vere
beatissimum, ô vere stabilissimum solium, sicut dicitur 3. Reg. 8.
in lib. reg. Firmissimum solium tuum in ęternum. Hoc
solium excelsum est in intellectu, eleuatum in affectu.
Excelsum est quoque super homines, eleuatum super
homines. Excelsum insuper est gratia, eleuatũ in glo-
ria. In solio ergo Marię, in solio (inquam) mentis, eius
dominus sedebit, & Domus corporis eius, maiestate
verbi incarnati plena erat. De hac ineffabili plenitudi-
ne bea. Ambr ait, Bene sola gratia plena dicitur quę so
la gratiam quam nulla alia consecuta est, vt gratię re-
pleretur auctore. O vere fœlix domus tã felici fecundi
tate plena. Ait namq; bea. Bern. Bene gratia plena quę
& virginitatis gratiam tenuit, & fœcunditatis gloriam
acquisiuit. Dominus ergo in solio mentis Marię sedit

per gratiam & domum corporis eiua maiestate sua im
3.Reg.8. pleuit per assumptam naturam. Vnde in tertio Regum
dicitur. Impleuerat gloria domini domum domini, tūc
ait Salomon. Dixit dominus vt habitaret in nebula.
Eccles.43. & 50. Domus ergo domini Maria, impleta est gloria diuinæ
maiestatis per nebulam assumptæ a Deo humanitatis,
illam dico nebulam, de qua dicitur in Ecclesiast. Medicina
omnium in festinatione nebulæ, & iterum. Quasi
stella matutina in medio nebulæ, &c, Nam quasi stella
Maria habuit perfectiones omnium sanctorum. in nebula est verbum in carne assumpta. Sextò consideremus
charissimi, quomodo Maria fuerit plena perfectione
vniuersalis Ecclesiæ, Diuersas & mirificas perfectiones
& gratias in diuersis sanctis suis habuit, & habet
Ecclesia, in quorum plenitudine videtur detenta
Eccle. 24. fuisse Maria, vt vere possit dicere illud Ecclesiast. In
plenitudine sanctorum detentio mea. Reuera in plenitudine
sanctorum Mariæ detentio fuit, dum in mirifica
perfectione sua, plenitudo perfectionis sanctorum sibi
non defuit. Sicut beatus Bern. declarat cum ait, Merito
in plenitudine sanctorum detentio eius, cui nec defuit
fides patriarcharum, spiritus prophetarū, zelus Apostolorum,
constantia martyrum, sobrietas confessorum,
castitas virginum, fœcunditas coniugatorum, im
Eccl. 24. mo nec puritas Angelorū. Scriptum enim est in Ecclesiast.
In plenitudine sancta admirabitur. Ad hoc certe
in plenitudine sanctorum, non in plenitudine impiorū
detentio Mariæ est, quia apud eos qui pleni sunt sanctitate,
non apud eos qui pleni sunt iniquitate Maria
libenter est. Ipsa quoq; non solum in plenitudine sanctorum
detinetur, sed etiam in plenitudine sanctos detinet,
ne eorum plenitudo minuatur, Detinet nimirum
virtutes ne fugiant, detinet merita ne pereant, detinet
dæmones ne noceant, detinet filium ne peccatores percutiat.
Ante Mariam non fuit qui sic detinere dominū
Isaia. 64. auderet, testante Isaia qui dixit, Non est qui inuocet nomen
tuum, qui consurgat & teneat te, Septimo consideremus,
quomodo plena sit Maria responsione odoriferæ
famę. Sicut enim ager plenus odoriferarum specierum
odoribus, sic Maria plena est odoriferia famę suæ
Gene. 27. aspersionibus. De hac plenitudine accipiamus quod legitur
in Genesi. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni,
cui benedixit dominus. Ager iste est Maria, in qua
thesaurus Angelorum immo totus dei patris absconditus
est. Felix qui vendit omnia, quæ habet, & emit a-
Marth. 3. grum illum. Hujus agri pleni plenus odor, est plena
Mariæ fama plenus honor. De hoc beatua Hiero. ait,
Quia multis repleta erat virtutum odoribus, manans
ex ea fragrabat suauissimus odor spiritibus Angelicis.
De isto odore ipsa sancta gloriando dicere potest, illud
Eccl.24. Ecclesiast. Sicut cynnamomum & balsamum amenitatis
odorem dedi. Odor Mariæ fuit sicut cynamomum
exterius in cortice conuersationis, sicut balsamus interius
in vnctione deuotionis, sicut myrrha in amaricatione
castigationis. Fuit quoque odor Mariæ sicut cynnamomum
in actione, sicut balsamum in contemplatione,
sicut myrrha in passione. O vere diues & nimis
diues, quæ præter alia aromata, tam plena fuit odorifero
Spiritussancti balsamo, vt bene de illo super illud,
Spiritussanctus superueniet in te, beatua Bernardus dicat.
Preciosum illud balsamum, tanta tibi copia, tantaque
plenitudine influet, vt copiosissime effluat circūquaque.
Bene ergo dicere potuit Deua pater. Ecce odor
filij mei sicut odor agri pleni, quasi dicat. Ecce odor
filij mei, id est, honor filij pleni, ex honore plenæ
matris suæ est & fama. Vnde Hieronym. ait, Honor
Eccl.42. maternus eius est, qui de ea natus est. Octauo consideremus
charissimi, quomodo plena est Maria resultatione
siue expressione diuinæ gloriæ. iuxta illud Ecclesiast.
Gloria domini, plenum est opus eius. Antonomastice,
opus domini mirabile est Maria, de quo dicitur
Eccles. in Ecclesiast. Vas admirabile opus excelsi. Vere opus
3.Reg. mirabile, quia nunquā inuenitur simile. Vnde de hoc dicitur,
Non est factum tale opus in vniuersis regnis. Nō
vtiq; in regno cęlestium, non in regno terrestrium, nō
in regno infernorum, quia nullu tale opus in cęlo, nullum
tale in mundo, nullum tale in limbo fuit. Hoc.n.
opus plenum est dominica gloria, quia super omnē puram
creaturam resultat, & relucet plenissime in Maria.
Nam preter assumptam a verbo naturam, nullum est
opus, nulla est creatura, in qua tanta diuinæ glorię materia
reluceat, sicut in Maria. Gloriam.n. de restauratione
facta in cęlo, gloriam de redemptione facta in mundo,
gloriam de liberatione facta in inferno, habet dominus
per Mariam, habet per plenitudinē Mariæ. Et ideo
bene ait Ansel. sic, tibi solu loquor domina, beneficijs
tuis plenum esse mundum, inferna penetrauit, cęlos superauit.
Per plenitudinem.n. gratiæ tuę, quæ in inferno
erāt, se lætantur liberata, & quę supra mundum sunt, se
Isa. 9. gaudent restaurata. Plenum ergo est gloria domini opus
eius Maria, quia sicut dicitur in Isa. Plena est omnis
terra gloria eius. Plena vtiq; est omnis terra, plena
est tota, Maria relucente in se plenissime diuina gloria.
Merito autem omnibus predictis gratijs plenissima dicitur,
quę omnib. non gratis gratissima creditur, sicut
beatus Bern. ostēdit, qui de hoc verbo, Aue gratia plena
loquens, sic ait. Bene plena gratia, quia Deo, & Angelis,
& homini grata, hominibus per fecunditatē, Angelis
per virginitatem, Deo per humilitatem. Nono cōsideremus
charissimi, quomodo plena sit Maria fruitione
lætitiæ æternæ, quis enim nesciat, eam ab his non
Ioann. 16. exclusam, quibus filius eius dixit Petite, & accipietis,
vt gaudium vestrum plenum sit? Si ergo omnium
Apostolorum, immo omnium cum deo regnantium
gaudium plenum est, quanto matris Dei gaudium plenissime
est plenum? De hac plenitudine Beatus Hieronymus
inquit, Plena si quidem gratia, plena deo, plena
virtutibus, non potest non possidere pleniter gloriam
claritatis æternæ. Quid mirum, si lætitiam & gloriam
plenam & super plenam, habet in regno, quæ gratiam
plenam & super plenam habuit in exilio? Quid certe
mirum, si tam in cęlo quàm in mundo eius plenitudo
super omnem creaturā sit, de cuius plenitudine omnis
creatura virescit? Vnde Ans. ait. O fęmina plena & super
plena gratia, de cuius plenitudinis exundantia, respersa
reuiuiscit omnis creatura. Sic ergo charissimi videtis
in Maria plenitudinem sapientiæ illuminatiuam,
plenitudinem gratiæ inundatiuam, plenitudinem vitę
fructificatiuam, plenitudinem misericordiæ subuentiuam,
plenitudinem Ecclesiæ perfectiuam, plenitudinē
famę respersiuam, & plenitudinē diuinę glorię expressiuam,
plenitudinem ęternę lętitię supergressiuam. Eia
ergo plenissima virgo Maria, nos tam inanes, tam vacuos
sic participes plenitudinis tuę facias, vt tandem
ad ęternam plenitudinem pertingere valeamus. Per dominum
nostrum Iesum Christum.

Capitulum octauum.

AVe Maria gratia plena dominus tecum. Ostēsum
est supra, quomodo Maria propter purissimam
vitę innocentiam in merito per aue salutatur, ostensum
est quoque quomodo propter copiosissimę gratię
affluentiam merito, gratia plena, commemoratur.
Ostendendum autem nunc est, quomodo propter specialissimam
dei pręsentiam merito, dominua secum fore
insinuatur. Dominus ergo tecū. O magne Gabriel,
magnum, magnę Marię, de magno domino nunciās.

Verbi... Domi... tecum... clarat...

cias. Magnum eſt quod ei dicis Dominus tecum. Sed
dic nobis, quantum, vel quomodo ſecum? Et ecce bea-
tus Auguſ. in perſona Gabrielis ad hoc reſpondens ait.
dominus tecum, ſed pluſquam mecum, dominus tecũ,
ſed non ſicut mecum, in melicet ſit dominus, me metip
ſum creauit dominus, per te autem naſciturus eſt domi
us Do- nus. Dominus ergo ò Maria, ſed quis, vel quãtus domi
ius eſt nus? Dominus terræ, & omnium generaliter, dominus
aliter hominum ſpecialiter, dominus tuus ſingulariter o Ma
.m re- ria. Dominus (inquam) creaturæ, generaliter vniuerſa-
n, ſpāli- lis dominus, ſpecialiter naturæ rationalis, dominus ſin-
rōnalis gulariter aulæ tuæ virginalis ò Maria. Cõſiderandum
aturę eſt ergo chariſſimi quod dominus iſte de quo dicitur,
cialiſsi- Dñs tecum, ipſe eſt generaliter dominus creaturę vni-
Marię uerſalis. Vnde Iudith. Dominus cęlorum, creator aqua
ginis. rum, & dominus totius creaturæ. Et Sap. Omnium do
lith. 9. minus dilexit illam. Omnium certe vniuerſaliter, om-
,8. nium (inquam) viſibilium & inuiſibilium. Iſte vniuer-
ſalis omnium dominus ſic cum Maria fuit, quòd etiam
ipſam vniuerſalem omnium dominam fecit. Dominã
(inquam) cęli, & dominam mundi, propter quod Anſ.
ait. Regina cęli, & domina mundi, mater eius qui mun
dat mundum tibi confiteor, quod corpus meum nimis
eſt immundum. Sed ecce iſte vniuerſalis omnium do-
minus, ipſe eſt dominus potentiſſimus, dominus ſapien
tiſſimus, dominus opulentiſſimus, dominus indeficien
tiſſimus. Dominus enim ſine potentia, dominus ſine ſa
pientia, dominus ſine opulentia, dominus ſine perma-
nentia minus perfectus dominus eſſet. Vnde dominus
impotens, dominus inſipiens, dominus indigens, domi-
nus deficiens, ſiue non permanens, minus reputaretur.
Dominus ergo vniuerſalis, ipſe dominus eſt potentiſſi
mus voluntate, dominus ſapientiſsimus veritate, domi-
nus opulentiſsimus proprietate, dominus indeficientiſ
ſimus æternitate. Primo attendite chariſsimi, quòd do-
minus vniuerſalis qui cum Maria eſt, cum dominus po
tentiſsimus voluntate ſit, bene de illo propheta ait. Om
l. 113. nia quæcunque voluit dominus fecit, & cætera vſque
in abyſsis. Ergo nec in cęlis, nec in terris, nec in omni-
bus infernis abyſsis, voluntati tam potentiſsimi domini
reſiſtere quiſquam poteſt, teſte Mardocheo qui de iſto
ther. 13. domino ait. Domine rex omnipotens, in ditione tua cũ
cta ſunt poſita, & non eſt qui tuæ reſiſtere poſsit volun
tati. Ecce Maria, quantus dominus eſt, quam potentiſ-
ſimus dominus eſt, qui tecum eſt. Et quia dominus po-
aria po- tentiſsimus, potentiſsime tecum eſt, ideo & tu es poten
tiſsima. tiſsima ſecum, potentiſsima es per ipſum, potentiſſima
apud ipſum, ita vt vere dicere poſsis illud Eccleſiaſtici.
clef. 24. In Hieruſalem poteſtas mea. Hieruſalem ſignat Eccle-
ſiam triumphantem in cœlis, ſignat etiam Eccleſiam
militantem in terris. Nam vere tam in cœlis, quam in
terris poteſtatem habet mater potentiſsima creatoris.
Quam potentiſsimam cognoſcit Anſelm. cum orans
ait. Exaudi pia, adeſto propitia, adiuua potentiſsima, vt
mundentur ſordes mentis meæ, & illuminentur tene-
bræ meæ. Dominus ergo tecum o Maria potentiſsima.
Secundo attendite chariſsimi, quòd vniuerſalis domi-
nus qui eſt cum Maria, ipſe eſt dominus ſapientiſsi-
l. 136. mus veritate. Ipſe enim eſt dominus de quo in pſalm.
dicitur. Magnus dominus noſter, & magna virtus e-
ius, & ſapientiæ eius non eſt numerus. O quam ſapien-
tiſsimus dominus, cuius ſapientiam nihil fallere, nihil
latere poteſt, quia omnia manifeſta & occulta nouit.
Omnia vtique opera noſtra bona & mala, omnia ver-
ba noſtra bona & mala, omnes cogitationes & omnia
deſideria noſtra bona, & mala, omnia ſcit dominus. Vn
de Petrus ait. Domine tu omnia ſcis. Ecce Maria, qua-
an. 21. lis dominus eſt, quam ſapientiſsimus dominus, qui te-
laria ſa- cum eſt. Et qui dominus ſapientiſsimus, ſapientiſsime
ctiſsima. eſt tecum, ideo tu es ſapientiſsima ſecum, ſapientiſsi-
ma es per ipſum, tu enim ſignata es per illam Abygail,
de qua dicitur. Eratque illa mulier prudentiſsima & 1. Reg. 25.
ſpecioſa. Maria tam prudentiſsima tam ſpecioſa fuit, vt
Anſelmus de ipſa audacter dicat. Omnes theſauri ſa-
pientiæ, & ſcientiæ in Maria. Dominus ergo tecum o
Maria ſapientiſsima. Tertio attendite chariſsimi, quòd
dominus vniuerſalis qui cum Maria eſt, ipſe eſt domi-
nus opulentiſsimus proprietate, ſicut bene de iſto do-
mino propheta teſtatur dicens. Domini eſt & terra, Pſal. 23.
& cæt. vſque in eo. Domini certe eſt non ſolum terra &
plenitudo eius, immo etiam cęlum & plenitudo eius.
Tui enim domine ſunt cęli, & tua eſt terra, quia cęlum
cœli domino. Domini huius omnia ſunt propria, cęlũ
& terra, corporalia & ſpiritualia, omnis natura, omnis
gratia, omnis cęleſtis gloria, omnia ſunt domini pro-
pria. Dominus ergo ditiſsimus eſt, ſicut etiam Apoſto
lus ait. Ideo dominus omnium, diues in omnes qui in Roma. 10.
uocant illum. Ecce Maria quantus dominus eſt, quam
opulentiſsimus dominus eſt, qui tecum eſt. Et quia do Maria opu
minus opulẽtiſsimus, opulentiſsime eſt tecum, ideo tu lentiſsima.
es opulentiſsima ſiue ditiſsima ſecum, ita vt vere tibi di
ci poſsit illud Prouerbi. Multę filiæ congregauerunt di Proue. 31.
uitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. Filia Agnes, filia Lu
cia, filia Cecilia, filia Agatha, filia Catherina, & multæ
aliæ filiæ, & multæ aliæ virgines ſanctæ, multæ animæ
iuſtæ congregauerunt diuitias virtutum, & gratiarũ,
diuitias meritorum & præmiorum, ſed Maria vniuer-
ſis diuitijs ſupergreſſa es excellentiſsime vniuerſas. O
quam diues eſt Maria in gloria, quæ tam diues fuit in
miſeria. O quam diues eſt in cęlo, quę tam diues fuit in
mundo. O quam diues eſt in anima ſua, quæ tam di-
ues fuit in carne ſua, vt etiam beatus Bernard. excla-
mans dicat. O diues in omnes & ſuper omnes Maria,
de cuius ſubſtantia modica pars aſſumpta, totius mun-
di ſuffecit ſoluere delicta. Dominus ergo tecum ò Ma
ria opulentiſsima. Quarto attẽdite chariſsimi, quòd do
minus vniuerſalis qui eſt cum Maria, ipſe eſt dominus
indeficientiſsimus ęternitate. Vnde habetis in Exod. Exo. 15.
Dominus regnabit in ęternum, & vltra. Et in Pſalm. de Pſal. 101.
iſto domino dicitur. Tu autem domine in ęternũ per- Maria in-
manens. Ecce Maria quantus dominus eſt, quam inde deficiens.
ficientiſsimus dominus eſt qui tecum eſt, & quia do-
minus indeficientiſsimus indeficientiſsime eſt tecum,
& ideo tu es indeficientiſsime in ęternum ſecum. Tu
enim es Thronus ille indeficiens, thronus in ęternum,
Thronus filij Dei, de quo pater per prophetam ait. Pſal. 88.
Thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo, & ſicut Lu-
na perfecta in ęternum. & vere in ęternum. Vnde non
ſolum vere dicimus. Tu autem domine in ęternum per
manes, ſed etiam vere dicere poſſumus. Tu autem do-
mina in ęternum permanes. Quid mirum ſi Maria ipſa
in filio ſuo permaneat in æternum, cum etiam benefi-
cia Mariæ in ſeruis ſuis permaneant in æternum? Ait e-
nim beatus Bernard. In te o Maria Angeli lætitiam, iu-
ſti gratiam, peccatores veniam inueniunt in ęternum.
Dominus ergo tecum ò Maria indeficientiſſima. Gau
de nunc Maria gaude. Ecce dominus potentiſſimus, ſic
eſt tecum, quòd tu es potentiſsima ſecum. Dominus
ſapientiſsimus ſic eſt tecum, quòd tu es ſapientiſsima
ſecum. Dominus opulentiſsimus ſic eſt tecum, quod
tu es opulentiſſima ſecum. Dominus indeficientiſsi-
mus, ſic eſt tecum, quòd tu es indeficientiſsima ſecum.
Eia ergo potentiſsima Domina, eſto nobis impotentiſ
ſimis auxiliatrix. Eia ſapientiſsima domina, eſto no-
bis inſipientibus auxiliatrix, & conſiliatrix. Eia opu-
lentiſsima domina eſto nobis indigentibus locupleta-
trix. Eia indeficientiſsima domina, eſto nobis deficien-
tibus, perpetuatrix in omni bono. Conſequenter con-
ſideremus chariſsimi, quod dominus iſte de quo di-
citur, Dominus tecum, ipſe eſt dominus ſpeciali-

ter creaturæ rationalis, sicut ipsa rationalis creatura in
Psalm. 8. Psalm. ait. Domine Dominus noster &c. Dominus om
nium vniuersaliter, dominus noster specialiter, sit vti-
Isa. 33. que dominus noster, sicut dicit in Isa. dominus iudex
noster, dominus legifer noster. Dominus rex noster.
Dominus noster legifer in mundo, dominus iudex no
ster in iudicio, dominus rex noster nos coronans in cę
lo. Iste specialis noster dominus sic cum Maria fuit, quòd
etiam ipsam specialem nostram dominam fecit. Quod
bene beatus Bernard. recognnoscens ait. Dña nostra,
mediatrix nostra, aduocata nostra, tuo filio nos recon-
cilia, tuo filio nos commenda, tuo filio nos repręsenta.
Sed ecce iste noster specialis dñs, ipse est pijssimus do-
minus iustissimus, dominus certissimus, dominus no-
minatissimus. Dominus. n. qui non esset pius in benefi
cijs, iustus in iudicijs, Dominus qui non esset certus in
promissis, dominus qui non esset nominatus in popu-
lis, minus reputaretur. Dominus ergo noster, est dñs
pijssimus liberalitate, Dominus iustissimus æquitate,
dominus certissimus fidelitate, Dominus nominatissi-
mus famositate. primo ergo attendite carissimi, quòd
dominus noster specialis qui cum Maria est, ipse est do
minus pijssimus liberalitate misericordiæ suæ infinitę.
Psal. 85. Ipse enim est Dominus, de quo propheta ait. Tu domi
ne suauis, & mitis, & multæ misericordiæ, omnibus in-
uocantib. te. Multæ misericordiæ Dominus, in multis
beneficijs temporalibus, spiritualibus, æternalibus, quę
ex multa misericordia sua contulit nobis, & cõferre nõ
cessat. Vtinam tantis domini misericordijs non simus
ingrati, vtinam domino tam misericordissimo simus
Isa. 63. valde grati cum Isa. qui de domino ait. Miserationum
domini recordabor, laudabo dominum super omnib.
in quibus reddidit nobis dominus. Ecce Maria qualis
dominus est, quam pijssimus, quam misericordissimus
Maria pię dominus est qui tecum est. Et quia dominus misericor
tissima. dissimus misericordissime est tecum, ideo & tu es mi-
Isa. 16. sericordissima secum, vt vere de te dici possit illud Isa.
Præparabitur in misericordia solium eius, & sedebit su
per illud in veritate. Solium diuinæ misericordiæ est
Maria, mater misericordiæ, in quo omnes inueniunt so
latia misericordiæ. Nam sicut misericordissimum do-
minum, ita misericordissimam dominam habemus. do
minus noster, multę misericordiæ est hominibus inuo
cantibus se, & domina nostra, multæ misericordiæ est
omnibus inuocantibus se. Propter quod optime Ber-
nard. dicit, Sileat misericordiam tuam virgo beata, qui
inuocatam eam in necessitatibus suis, sibi meminerit
defuisse. Dominus ergo tecum o Maria misericordissi-
ma. Secundo attendite charissimi, quòd dominus no-
ster specialis qui est cum Maria, ipse est dominus iustis
Psal. 10. & simus æquitate, sicut bene de domino isto in Psalm. di
118. citur iustus dominus, & iustitias dilexit. Et iterum, Iu-
stus dominus & rectum iudicium tuum. Iustus certe
est dominus in oĩbus iudicijs suis, in omnibus causis,
Ibid. 145. in omnibus factis suis, sicut iterum in Psalm. dicitur, Iu
stus dominus, in omnibus vijs suis. Dñs ita iustus est
in omni via iustitiæ, quod propter nullam personam
declinat a via iustitiæ. Et ideo bene de isto domino di-
Sap. 7. citur, non subtrahet personam cuiusquam dominus,
qui est omnium dominator, nec verebitur magnitudi-
nem cuiusquam, quoniam pusillum, & magnum ipse fe
cit, & æqualiter est illi cura de omnibus. Ecce Maria
Maria iu- qualis dominus est, quam iustissimus dominus est, qui
stissima. tecum est. Et quia dominus iustissimus iustissime est
tecum, ideo & tu es iustissima secum. Tu enim es vir-
ga Aaron recta, florida & fructifera. Recta immo re-
ctissima, per iustitiam & æquitatem. Florida per virgi-
nitatem. Fructifera, per fęcunditatem. Quæ enim esset
virga recta, si non virga Aaron esset recta? quæ anima
esset iusta, si non Maria esset iusta? Hoc est quòd bea-
tus Bernar. dicit, Quis iustus si non Maria iusta, de qua
ortus est Sol iustitiæ. Dominus ergo tecum, ò Maria
iustissima. Tertio attendite charissimi, quòd Domi-
nus specialis noster qui est cum Maria, ipse est domi-
nus certissimus fidelitate, & fidelissimus certitudine,
sicut propheta testatur qui ait. Fidelis dominus in om Psalm. 144.
nibus verbis suis, Recogitate ergo verba ista quibus
promisit coronam iustis, & gehennam iniustis, & scito
te quòd dominus fidelis fideliter verba sua tenebit, fi-
deliter quod locutus est implebit, sicut de isto domino
dicitur in Ezechiel. Ego dominus locutus sum, & fa-
ciam verba vtiq; sua dominus fidelissimus, fidelissime, Ezech. [illegible]
tenebit, sicut ipse in Euangelio suo dicit, Cœlũ & terra
trãsibunt & cætera. Ecce Maria qualis dominus est, Matt. 24.
quam fidelissimus dominus est, qui tecum est. Et quia
dominus fidelissimus, fidelissime est tecum, ideo &
tu es fidelissima secum. Tu enim es illa fidelissima co- Maria fide
lumba Noe, quæ inter summum Deum, & mundum lissima.
diluuio spirituali submersum, mediatrix fidelissima ex
titit. Coruus infidelis, columba vero fidelis fuit. Sic &
Eua infidelis, Maria vero fidelis inuenta est. Eua infi-
delissima mediatrix perditionis: Maria vero fidelissima
mediatrix salutis fuit. Ideo beatus Bernard. ait. Fi-
delis mediatrix Maria, quæ salutis antidotum viris, &
mulieribus propinauit. Dominus ergo tecum ò Ma-
ria fidelissima. Quarto attendite charissimi, quod no-
ster dominus specialis qui cum Maria est, ipse est do-
minus nominatissimus famositate. Magni enim no-
minis est, teste Hierem. qui de domino isto ait. Non Hiere. 10.
est similis tui domine, & magnus tu, & magnum no-
men tuum. Magnum vtique fama & laude, nomen do
mini est in omni populo, sicut propheta ostendit di- Psal. 148.
cens. Reges terræ, & omnes populi, principes, & om-
nes iudices terræ. Iuuenes, & virgines, senes cum iunio
ribus laudent nomen domini. Nominis autem domini
laus & fama, non solum ad omnem populum, sed e-
tiam ad omne tempus se extendit, sicut per eundem
prophetam patet, qui ait. Sit nomen domini benedi- Psal. 112.
ctum, ex hoc nunc & vsque in seculum. Idem nomi-
nis domini laus, & fama non solum ad omnem popu-
lum, non solum ad omne tempus, sed etiam ad omnem
locum se extendit, sicut iam dictus propheta declarans Ibid.
ait A solis ortu vsque ad occasum laudabile nomen do Maria no
mini. Ecce Maria quantus dominus, quam nominatus minatissi
dominus est, qui tecum est, & quia Dominus nomina ma.
sissimus siue famosissimus, famosissime est tecum, ideo
& tu es famosissima & nominatissima secum. Tu enim
bene signata es per illam Ruth, de qua legitur sic. Sit Ruth. 4.
exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre no-
men in Bethleem, id est in ecclesia. O celeberrimi no-
minis Maria quomodo posset nomen tuum non esse ce
lebre, quæ etiam deuote nominari non potest sine no-
minantis vtilitate? Testatur beatus Bernard. dicens. O
magna, o pia, o multum laudabilis Maria, tu nec nomi
nari potes quin accẽdas, nec cogitari quidem, quin re-
crees effectus dilligentium te, tu nunquam sine dulcedi
ne diuinitus tibi insita, pię memorię portas ingredieris.
Maria ergo fratres, optimè signata est per illam famo-
sissimi nominis fœminam Iudith, de qua scriptum est. Iudith. 8.
Hæc erat in omnib. famosissima, quoniam timebat do
minum valde, nec erat qui de illa loqueretur verbum
malum. Famosa quidem est Maria, propter virtutes &
exempla sua tam laudabilia. Famosior autem, propter
misericordias, & beneficia sua tam inenarrabilia. Famo
sissima vero propter gratias & priuilegia sua tam mira
bilia. Quid enim mirabilius, quam esse matrem, & vir-
ginem, & esse Dei matrem? Quid autem mirum si Ma-
ria, de tantis millibus misericordiæ suę beneficijs, famo
sa est in mundo, quę tam famosa est de vnico be-
neficio suo circa Theophilum exhibito? Ait beatus
Bern.

Digitized by Google

Bern. Famosum summę tuæ benignitatis testimonium
eit, per te restauratus Theophilus ò Maria: dominus er
go tecum famosissima ò Maria. Gaude nunc ò Maria
gaude. Ecce dominus pijssimus sic est tecum, quòd tu
es pijssima secum. Dominus iustissimus sic est tecum,
quòd tu es iustissima secum. Dominus famosissimus
sic est tecum, q tu es famosissima secum. Eia ergo pijs-
sima Maria, nos impios salua per tuã misericordiosissi-
mam pietatem. Eia iustissima, nos iniustos salua, per
tuam iustissimam ęquitatem. Eia fidelissima Maria, nos
perfidos salua, per tuam certissimam fidelitatem. Eia fa
mosissima Maria, nos infames salua, per tuam suauissi-
mam famositatem. Post predicta charissimi consideran
dum, quòd dominus iste de quo dicitur, Dominus te-
cum, non solum est Dominus generaliter creaturæ vni
uersaliter, non solum est dominus specialiter creaturæ
rationalis, immo ipse etiam est dominus singulariter au
læ virginalis suæ sanctissimæ genitricis. Maria singulari
al.92. ter tã corpore quam anima est aula domini, domus dei
sanctissima, de qua in Psal. dicitur. Domum tuam decet
sanctitudo domine. O vere singulariter beatam domú,
quæ sola tam singulariter talem meruit habere domi-
num. Ecce enim beatus Bern. ait. Tu sola digna inuenta
es, vt in tua virginali aula Rex regum & dominus do-
minatium a regalibus sedibus veniens, primam sibi in-
ter filios hominum mansionem eligeret. Iste singularis
Mariæ dominus, sic singulariter cum Maria fuit, q etiã
ipsam tam singulariter dominam fecit, quòd nec primã
singularẽ visa est, nec habere sequentem, dũ ipsa singu
lariter domini filia, domini mater, domini sponsa, & do
mini ancilla facta est. Maria enim filia domini singula-
riter, generosa mater domini singulariter, gloriosa spon
sa Domini singulariter, preciosa ancilla domini, singula
riter obsequiosa fuit. Si autem illa tribus personis diui-
nis volumus appropriare, possumus dicere, quod domi
nus iste qui tam singulariter est cum Maria, ipse est do
minus pater, dominus filius, dominus Spiritussanctus,
dominus trinus & vnus. Ipse est dominus pater, cuius
Maria est filia nobilissima. Ipse est dominus filius, cui⁹
Maria est mater dignissima. Ipse est dominus Spiritussã
ctus, cuius Maria est sponsa iustissima: Ipse est Domi-
nus trinus & vnus, cuius Maria est ancilla subiectissi-
ma. Maria certe est filia summæ æternitatis, mater sum-
mæ veritatis, sponsa summæ bonitatis, ancilla summæ
Trinitatis. Primo ergo attẽdite charissimi, quòd domi-
nus iste qui tam singulariter est cum Maria, ipse est do
minus, cuius filia nobilissima est Maria. De isto enim
domino, & de illa filia accipi potest, quod Booz dixit,
Benedictus es a domino filia, quia priorem misericor-
uth.3. diam posteriore superasti. Vere benedicta a domino fi-
lia est Maria, a summo (inquam) domino cuius ipsa est
filia. O vere nobilissimi Regis nobilissima filia, quæ tã
multiplici interius ornata es gloria, vt vere de ea dicere
al. 44. possit. Omnis gloria eius filię regis ab intus, &c. & ideo
tãquam verissima Regis filia ad Regnum copiosissime
est tracta, teste beato Bern. qui ait. Tu filia delicata &
omni gratia plena charissima in delitijs tuis tracta es
ior est ad gloriam decoris tui, & in signum dilectionis. Ista be
a nos nedicta filia, priorem misericordiam posteriore supe-
riæ mi rauit. Magna enim erga miseros fuit misericordia Ma-
cordia rię, adhuc exulantis in mundo, sed multo maior erga
c in cęlo miseros est misericordia eius iam regnantis in cœlo.
am fue- Maiorem per beneficia innumerabilia nunc ostẽdit ho
olim ip minibus misericordiam, qui magis nunc videt innume
existen- rabilem hominum miseriam. Vnde pro splendore prio
n terra. ris misericordiæ fuit Maria pulchra vt Luna, pro splen-
dore vero posterioris misericordiæ, est electa vt Sol.
Nam quemadmodum Sol Lunam superat magnitudi-
ne splendoris, sic priorem Mariæ misericordiam supe-
rat magnitudo posterioris. Quis est super quem Sol
non luceat? quis est super quem misericordia Mariæ nõ
resplendeat? Audi quid de hoc beatus Bern. sentiat, ait
enim sic; Quemadmodum Sol oritur super bonos &
malos indifferenter, sic Maria petita non discutit meri
ta, sed omnibus sese exorabilem, omnibus clementis-
simam præbet, omnium denique necessitatibus am-
plissimo miseretur affectu. Dominus ergo tecum ò Ma
ria sicut pater cum filia nobilissima. Secundo attendite Luc. 2.
charissimi, quòd Dominus iste qui tam singulariter est
cum Maria, ipse est dominus cuius mater dignissima est
Maria. De isto Dño & de ista matre dixit Elisabeth.
Vnde mihi hoc, vt veniat mater domini ad me? mater
domini, mater & virgo, mater est dignissima. Ipsa est
mater, quæ tali filio est decentissima. Ipsa mater est, cui
talis filius decentissimus fuit. Ipsa est qua maiorem
deus facere non posset. Maiorem mundum posset fa-
cere deus, maius cœlum posset facere deus: maiorem Deus non
matrem quam matrem Dei non posset facere deus. Vn potuit ma
de Bern. ait. Nec. n. decebat deum alia mater quam vir- iorem face
go, nec virginem alius filius quã deus, quia nec maior re matrem
inter matres, nec maior inter filios nasci potuit. Hæc iuam, quã
itaque mater est flos misericordiæ, mater solis iustitiæ, fecit.
mater fontis sapientiæ, mater Regis gloriæ. Mater (in-
quam) est eius, cuius misericordia ad dilectionem, cui⁹
iustitia ad timorem, cuius sapientia ad agnitionem, cu-
ius gloria ad spem nos inducit. Maria ergo mater eius
quæ effectiue est nostra dilectio per misericordiam, no
ster timor per iustitiam, nostra agnitio per sapientiam,
nostra spes per gloriam, vt vere ipsa dicere possit illud
Eccl. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agni Eccles. 24.
tionis, & sanctæ spei. Sed nunquid solius Christi mater
est Maria? Immo certe quod iucundissimum est, Ma- Maria non
ria nõ solum est mater Christi singularis, sed etiam ma- solũ Chri-
ter omnium fidelium vniuersalis. Vnde beatus Ambr. sti sed om
ait. Si Christus est credentium frater, cur non ipsa quę nium erit
genuit Christum, credentium sit mater? Eia charissimi fidelium
omnes nunc gaudeamus, nunc omnes gaudendo dica- mater est.
mus. Benedictus frater, per quem Maria est nostra ma-
ter, & benedicta mater, per quam Christus est noster
frater. Hinc bene Ans. ait. Domina mater per quam ta-
lem fratrem habemus, quid gratiarum, quid laudis tibi
retribuemus? Deus ergo tecum ò Maria, sicut filius, cũ
matre dignissima. Tertio attendite charissimi, quòd
Dominus iste qui tam singulariter est cum Maria, ipse
est Dominus, cuius sponsa venustissima est Maria. Vn-
de tam de isto Domino quam de ista sponsa exponi po
test illud Oseæ. Sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio, Oseæ. 2.
& in misericordia, & in miserationibus, & sponsabo te
mihi in fide, & scies quia ego dominus. Ecce pulchra
sponsa, pulchra in iustitia & iudicio & respectu sui, pul-
chra in miserationibus & misericordia respectu pro-
ximi, pulchra in fide respectu Dei. Pulchra vtique in
iustitia vitæ, & in iudicio conscientiæ, pulchra in mise-
ricordia in affectu, & in miserationibus in effectu, pul-
chra in fide qua credidit omnia credẽda supra se, & qua
credidit omnia perficienda in se, iuxta illud, Beata quæ Luc. 1.
credidisti, quoniam perficientur in te ea, quæ dicta sunt
tibi a domino. Sed ecce sponsa Spiritussancti. Maria,
sicut formosissima fuit & est in conuersatione, ita etiã
dulcissima est in allocutione, sicut dicitur in Cãt. Fauus Cant. 4.
distillans, &cæt. vsque tua. O quam melliflua verba, sæ
pius distillauerunt dulcissima Marię labia. Quæ etiam
bene lac & mel sub lingua habuit, in duobus verbis q̃
ipsa Gabrieli respondit. Nonne Maria lac sub lingua
habuit, quando lacteum illud continentiæ verbum re-
spondit: Quomodo fiet istud, quoniam virum non co-
gnosco? Nonne etiam mel sub lingua habuit, quando
mellifluum illud dulcedinis verbum respondit: Ecce an
cilla domini fiat mihi secũdum verbum tuum? De mel
lifluentia nanque huius melliflui verbi, per totum mun
dum

Digitized by Google

dum mellifllui facti sunt cœli. Maria insuper mel sub lingua habuit, in mellifluis orationibus ad Deum, lac vero sub lingua habuit, in lacteis collationibus ad proximum. Eia ergo quanti decoris, & quanti dulcoris, est illa sponsa summi consolatoris. Quia (inquit) Augustin. Quæ est hæc virgo tam sancta, vt ad eam venire dignaretur Spiritussanctus, iam speciosa, vt eam sponsam eligeret deus? dominus ergo tecum ô Maria, sicut sponsus cum sponsa delicatissima. Quarto attendite charissimi, quod dominus iste qui tam singulariter est cum Maria, ipse est dominus cuius ancilla deuotissima est Maria, sicut ipsamet testatur dicens. Ecce ancilla domini. Maria ancilla est domini patris, domini filij, & domini Spiritussancti. Quid mirum si Maria sit huius domini ancilla, cum etiam filius Mariæ sit huius domini seruus secundum assumptam a matre naturam? Ipse enim in Psalm. confitetur dicens. O domine quia ego seruus. e. t. & filius anc. t. O quam bona ancilla, & bonus ancillæ filius. Heu quot sunt malæ ancillæ, & mali ancillarum filij. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam & filium eius. Legitur in Gen. de ancilla Saræ, quod concepisse se videns, despexit dominam suam. Mala ergo ancilla Agar de fœcunditate inflatur, bona verò ancilla Maria de humilitate fœcundatur. Ancilla illa superba dominam despexit, ancillam istam humilem dominus respexit, sicut ipsa humiliter recognoscens dicit. Respexit humilitatem ancillæ suæ. O anima Christiana domini ancilla, sic cum Maria amplectere fœcunditatem, vt nequaquam deseras humilitatem. Vt ergo de boni operis fœcunditate non intumescas, sed magis de humilitate fœcunderis, attende humilem ancillam, respice humilem Mariam. Ecce (ait) ancilla domini, vnde Ambro. Vide (inquit) humilitatem, vide deuotionem, ancillam se dicit domini, quæ mater eligitur domini, nec repentino exaltata promisso est. O vere admiranda humilitas, ecce non solum domini ancilla, sed etiam seruorum domini ancilla, quodámodo dignatur esse Maria. Ipsa nanque signata est per illam Abygail, pro qua adducenda cum Dauid nuncios misisset, respondit. Ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum domini mei. Per benedictam ancillam Mariam quasi tot serui domini loti sunt, quot fideles eius suffragijs a peccatis mundati sunt. Ipsa enim quasi tot seruorum domini pedibus aquam obtulit, quot pœnitentibus lachrymas compunctionis obtinuit. Dominus ergo tecum ô Maria, tanquam cum ancilla deuotissima. Dominus pater tecum, dominus filius tecum, & dominus Spiritussanctus tecum. Vnde Bern. Pater (inquit) tecum qui suum filium facit & tuum. Filius tecum, qui ad condendum in te mirabile sacramentum, miro modo & sibi reserat genitale secretum, & tibi seruat virginale signaculum. Spiritussanctus tecum, qui cum patre & filio tuum sanctificat vterum. Dominus ergo tecum, dominus certe cuius filia es, qua nulla nobilior, dominus cuius mater es, qua nulla mirabilior, dominus cui⁹ spósa es, qua nulla amabilior, dominus cuius ancilla es, qua nulla humilior vnquá fuit, nec est, nec erit in æternum. Eia ergo domina, quia dominus tantus ac talis, tantum ac taliter est tecum, fac vt etiam ipse per gratiam sit nobiscum.

Maria ancilla Domini.

Psal. 115.

Gen. 16.

Luc. 1.

2. Reg. 21.

Capitulum nonum.

DOminus tecum. His dulcissimis verbis ille deuotus Beatę Mariæ Ans. deuotè alludens ait sic. Maria obsecro te per gratiam qua sic dominus esse tecum, & te voluit esse secum, fac propter ipsum secundum eádem ipsam gratiam misericordiam tuam mecum, fac vt amor tui semper sit mecú, & cura mei semper sit tecum, fac vt timor necessitatis meæ quandiu ipsa persistit, sit tecú, & respectus pietatis tuę quandiu ego subsisto sit mecum, fac vt cógratulatio beatitudinis tuę semper sit mecum, & compassio miseriç meæ semper quantum mihi expedit sit tecum. Dominus ergo tecú ô Maria. Tecum, certe tecum. Tecum fuit, tecum est, tecum erit. Tecum vtique sicut Sol cum aurora ipsum præueniente, tecum sicut flos cum virga ipsum producéte, tecú sicut Rex cum Regina ad ipsum ingrediente. Sol námq; omnibus luminibus luminosior, flos omnibus floribus preciosior, Rex omnibus regibus gloriosior est dominus Iesus Christus. Aurora vero húc Solem clarissima irradiatione pręueniens. Virga hunc florem mirabilissima emissione producés. Regina ad hunc Regem solennissima processione ingrediens, est beatissima virgo Maria. De his singulis per ordinem videamus. Dominus tecum. Tecum certe sicut Sol cum aurora de Sole procedente, & ortum solis pręueniente, & lumine Solis diem initiante. Reuera enim aurora múdi Maria a Sole æterno singulariter præparata progrediens, eiusdéque solis ortú mirabiliter irradiata præueniens, diem gratię tantę Solis múdo feliciter initiauit, testáte beato Bern. qui ait. sicut aurum valde rutilans in mundo progressa es ô Maria, quando veri Solis splendorem tantæ sanctitatis iubare præcurristi, vt vere diem salutis, diem ꝓpitiationis, diem quam fecit dominus a tanta claritate initiari dignum fuerit. Maria ergo aurora, de qua dicitur. Quæ est ista quę progreditur, vsque consurgens Bene auroræ comparata Maria, tam propter se, quam propter nos, propter se specialiter, propter nos generaliter. Maria propter se bene comparatur auroræ secundum scripturam. Primo propter abscessum noctis culpæ. Secúdo propter processum lucis gratiæ. Tertio propter ortum Solis iustitiæ. Quarto propter locum sedis gloriæ. Primum in plenissima eius sanctificatione. Secundum in charissima eius conuersatione. Tertium in mirabilissima filij eius generatione. Quartum in gloriosissima eius assumptione attendamus. Primo attendite charissimi, quod quædam fęlix aurora est Maria, ꝓpter fœlicem abscessum noctis culpæ in sua sanctificatione. Vnde Iob maledicens nocti, in qua dictum est, cóceptus est homo, ait. Obtenebrentur stellæ eius caligine. Expectet lucem, & non videat nec ortum surgentis auroræ. Quid hic per stellas, quid per lucem, quid per auroram signatur? Dico, quod per stellas, animę sanctorum, per lucem sanctus sanctorum. per auroram Regina sanctorum designatur. Stellæ vtique omnes sancti sunt, qui ordinem morum & disciplinæ, cursum quoque feruoris & bonæ vitæ non relinquunt, & sic contra Diabolum vi pugnaturi sunt. Vnde de his stellis bene legitur in libro Iudicum. stellæ manentes in ordine & cursu suo, aduersus Sisaram pugnauerunt. Sisara interpretatur tollens recedentem, & signat Diabolum, qui quemlibet recedentem a Deo tollit. Per lucem quoque sanctus sanctorum Iesus Christus signatur, sicut ipse de se ostendit dicens. Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non am. in te. Sequamur fratres, sequamur hanc lucem, ne in tenebris ambulantes, cadamus in lutum peccati, & in foueam inferni. Sequamur autem nó claudicando, secundum quod dicitur. Vsque quo claudicatis in duas partes? Si dominus est Deus, sequimini eum, si autem Baal, sequimini illum. Per auroram auté cuius ortum nox non vidit, beata virgo significatur, cuius natiuitatem nox originalis culpę non initiauit. Nox enim cui Iob maledicit, nox in qua conceptus est homo, peccatum originale est, in quo omnes concipimus. Vnde Psalm. In peccatis concepit me mater mea. Quia ergo vere omnes sancti in peccato concipiuntur, & in peccato nascuntur, ideo bene hic dicitur, quod stellæ per hanc noctem obtenebrátur. Sed quia Christus nec

Maria quare auroræ cóparatur

Can. 6.

Iob. 3.

Iud. 5.

Ioan. 8.

3. Reg. 18

Psal. 50.

conceptus

Digitized by Google

conceptus,nec natus in peccato fuit,ideo bene hic dici-
tur, quod nox ista lucem non vidit. Quia vero beata
virgo in peccato concepta fuit,sed sine peccato nata, in
peccato orta non fuit,ideo non auroram,sed ortum au
roræ dicitur nox ista non vidisse. Hoc est contra illos,
qui ipsam non solum sine peccato natam,sed etiam sine
peccato conceptam dicunt. Contra quos beatus Ber-
nard.arguens ait. Si ante conceptum suum Maria san-
ctificari non potuit, quoniam non erat, sed nec in ipso
conceptu propter peccatum,quod inerat,restat vt post
conceptum in vtero iam existens,sanctificationem ac-
cepisse credatur, quæ excluso peccato,sanctam fecerit
natiuitatem,non tamen conceptionem. Secundo atten
dite charissimi, quòd quædam fœlix aurora est Maria
ant.6. propter fœlicem eius progressionem in luce gratiæ,iux
ta illud. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora,&
cætera.Sicut enim lux auroræ non progreditur,crescen
do in claritate, sic Maria progrediebatur proficien-
do in claritate gratiæ, & bonæ vitæ. Progrediebatur
vtique proficiendo in omnibus virtutibus vniuersali-
ter,vt in omni virtutum claritate esset quasi aurora cõ
surgens apud se, pulchra vt Luna apud proximos, ele-
cta vt Sol apud Deum. Progrediebatur quoque profi-
ciendo in quibusdam virtutibus specialiter, de quibus
beatus Bernard.ait sic, Feruebat in quærendo gratiam
Mariæ charitas, splendebat in carne virginitas,in obse-
quio humilitas eminebat. Harum itaque virtutum cla
ritate, Maria fuit quasi aurora consurgens in rutilanti
virginitate,pulchra vt Luna in micanti humilitate,ele-
cta vt sol in radiante charitate. Fœlix qui hos tres ful-
gores,has tres virtutes Mariæ secutus fuerit,per quas ip
sa Deum & magistrum omnium virtutum concepit, te
stante iterum beato Bernard.Qui ait.Hanc inuenit gra
tiam plena iam gratia,vt charitate feruida, virginitate
integra,humilitate deuota fieret,sine virili commixtio-
ne grauida,sine muliebri dolore puerpera. Tertio atten
dite charissimi,quòd quædam fœlix aurora est Maria,
propter fœlicem ortum Solis iustitiæ. Sol namque iusti
tiæ Christus Deus noster, mediante aurora sua Maria
ortus est in mũdo,ortus vtique absque vllo peccati nu
Reg.23. bilo, propter quod aurora illa valde rutilans fuit orien
te Sole suo,iuxta illud.Sicut lux auroræ oriẽte Sole ma
ne absque nubibus rutilat, &cætera. Lux igitur auro-
ræ est sanctitas Mariæ,qua ipsam irradiare dignatus est,
processur' de ipsa Sol iustitiæ. De hoc bene beatus Ber
nardus ait,Recte quidem ò Maria auroræ officium im
plesti. Ipse enim Sol iustitiæ de te processurus ortum
suum quadam matutina irradiatione, præueniens in te
lucis suæ radios copiose transfudit. Lux huius auroræ
mirabiliter rutilabat, oriente Sole absque nubibus, id
est nascente Christo absque originalis peccati obscuri-
xo.3. tatibus. Ecce hic dicitur,quòd Sol absque nubibus ori
tur.Et in Exod.dicitur,quòd rubus absque combustio
an.2. ne ignitur,& in Dani.dicitur, quod lapis sine manibus
abscinditur. Quid ergo per Solẽ,quid per ignem,quid
per lapidem nisi Christus signatur? Ipse enim est Sol il-
luminans intellectum, ignis accendens affectum, lapis
firmans nos contra defectum. Dico,quòd Christus Ie-
ala.4. sus est Sol illuminans intellectum,iuxta illud Malachi.
cl.7. Orietur vobis timentib.Nomen meum Sol iustitiæ. Vi
de ergo si timeas Dominum,scriptum quippe est. Qui
eb.12. timet Deum,nihil negligit. Item Christus est ignis ac-
cendens affectũ,vt dicit Apostolus ad Hebreos. Deus
noster ignis consumens est. Hic ignis non solum fuit in
rubo vteri virginalis, sed etiam in rubo deuoti cordis
uc. 24. est. Hunc nanque ignem senserunt,qui dixerunt. Non-
ne cor?&cætera. Item Christus est lapis firmans nos
contra defectum, si bene fundati fuerimus super ip-
atth. 7. sum. Vnde dr̃ in Matthæ. Descendit pluuia, venerunt
flumina,& flauerũt venti & ir.in do.illam,& non ceci-

dit,fundata enim erat supra pe. Ecce nec pluuia hæreti-
cæ eloquentiæ,nec flumina mundanæ concupiscentiæ,
nec venti humanæ violentiæ,nocere possunt domui mẽ
tis supra petrã Christi fundatæ. Quid ergo est,ꝙ Sol si
ne nube oritur?rubus sine combustione ignitur?lapis si
ne manu abscinditur? nisi quod Christus qui est Sol ve
ritatis,ignis charitatis,lapis firmitatis, siue æternitatis,
ipse concipitur & nascitur sine nube peccati originalis,
sine combustione concupiscentiæ carnalis, sine mani-
bus amplexus maritalis? In conceptione enim Christi
nec peccatum prolis, nec concupiscentia matris, nec
amplexus patris inuenies. Quod autem virgo tam mi-
raculose concepit,hoc ille facere potuit, qui alludentia
huic miraculo mirabilia multa præmisit, sicut Beatus
Augustinus testatur,qui sic dicit. Qui scripsit lapideas
tabulas sine ferro, ipse grauidauit Mariam Spiritu san-
cto,& qui produxit panem in eremo sine aratione, ipse
impregnauit virginem sine corruptione,& qui fecit vir
gam sine pluuia germinare,ipsa fecit filiam Dauid sine
semine generare. Quarto attendite charissimi, quòd
quædam fœlix aurora est Maria, propter fœlicem lo-
cum eius in gloria,& secundum hoc bene de aurora di Iob.38.
citur a Iob. Nunquid ostendisti auroræ locum suum?
Iã certe aurora nostra Maria sublimiter locata in cælo,
locum tenet vicinissimum soli æterno. Considerare au-
tem possumus triplicem Mariæ locum notabilem. Pri-
mus est quo ipsa Dominum suscepit spiritualiter. Se-
cundus est quo dominum suscepit corporaliter. Ter-
tius est quo ipsam dominus recepit æternaliter. Ecce
triplex locus Mariæ. Dico quòd primus locus quo Ma-
ria Dominum suscepit spiritualiter,est mens Mariæ pa-
cificata et quietata,secundum quòd Psalm.dicit. Factus Psal.75.
est in pace locus eius, & habitatio eius in Syon, quod
interpretatur, vel speculum,vel speculatio. Ecce qui-
cunque Deum mente speculari desiderat, oportet vt ei
in pace mentis locum faciat. Nam sine pace mentis,ne-
mo venit ad speculationem cõtemplationis,vnde Apo- Heb. 12.
stolus. Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniã,
sine qua nemo videbit Deum. O quis enarrare, vel etiã
cogitare sufficiat,in qualibus quotidie speculationibus
Sancta illa Sion,sancta illa mens Mariæ fuerit,dum om
nia illa mysteria præ omnibus mortalibus sibi nota,fer
uentissima sibi mente reuoluit? De hoc bene Beatus
Hieronymus ait, Si qua sunt in vobis viscera pietatis,
considerate quo cruciabatur amore, quove desiderio
æstuabat hæc virgo, dum reuolueret animo cuncta,
quæ audierat & viderat,quæ cognouerat, quãtisue mo
uebatur, repleta spiritu sancto, coelestium secretorum
incitamentis. Item locus quo Maria concepit corpora-
liter,est vterus Mariæ de quo accipi potest illud Gene. Gen. 2.
Fluui' qui egrediebatur de loco voluptatis, Iesus Chri
stus de vtero virginis ad irrigandum Paradisum. Para-
disus specialis est Maria,vniuersalis est Eccles. Felix ir- Eccles.24.
rigatio vtriusque paradisi, per fluuium ventris Mariæ
Iesum Christum,qui ait. Dixi irrigabo hortum planta
tionum mearum. Hinc est quòd bene Sãctus Hierony
mus loquens de illis verbis. Vidi speciosam ascenden-
tem desuper riuos aquarum, ait. Bene desuper riuos
aquarum, quia super aquam refectionis educauerat
eam dominus & nutrierat,de qua multi educti riui,om
nem irrigant terram delitiarum, & infundunt hortum
voluptatis. Item locus quo Mariam dominus suscepit Iob.38.
mansuram æternaliter in cœlo est locus gloriæ, de quo
dominus ad Iob loquitur. Nunquid ostendisti auroræ
locum suum,quasi dicat,non tu sed ego. Non ad te per
tinet ostendere auroræ Mariæ locum suum in cælo, sed
ad me. Bene autem dicit suum, quasi appropriando, &
discernendo illum ab alijs omnium sanctorum locis?
Hinc etiam bene legitur. Intulerunt sacerdotes arcam 3.Reg.8.
fœderis domini in locum suum. Hic certe locus est su-
per

per omnes choros Angelorum. Hic denique locus est in cœlo dignissimus, testante beato Bernardo, qui ait. Nec in mundo locus dignior virginalis vteri thalamo, in quo filium Dei Maria suscepit, nec in cœlis regali solio quo Mariam Mariæ filius sublimauit. Sic ergo Maria propter se bene comparatur auroræ. Primo propter terminationem noctis culpæ, in plenissima eius sanctificatione. Secundo propter progressionem lucis gratiæ, in clarissima eius conuersatione. Tertio propter productionem Solis iustitiæ, in mirabilissima filij eius generatione. Quarto propter appropriationem loci gloriæ, in gloriosissima eius assumptione. Deinde considerandum est, quòd lucidissima virgo Maria, non solum propter se, sed etiam propter nos bene comparatur auroræ.

Maria etiã ꝓpter nos auroræ cõparatur.

Nam sicut in scriptura per aurorã signatum est, ipsa nobis est ad Deum mediatrix, ad Angelos pacificatrix, ad Dæmones defensatrix, ad nosipsos illuminatrix. Primo attẽdite, quòd aurora nostra Maria nobis est ad Deum mediatrix, sicut in Psal. signatum est, vbi dicitur. Tuus est dies, & tua est nox, tu fabricatus es auroram & Solem. Sicut bene beatus Gregorius ait. Dies vita iusti, nox vero vita accipitur peccatoris, & ideo bene Dominus filios Israel præcedebat per diẽ in columna nubis, per noctem vero in columna ignis, quia ab ardore iræ suæ tanquam nubes pios protegit, & tanquam ignis impios vrit. Vnde bene Sol intelligitur Christus, Sol vtique iustitiæ, qui illuminat electos, & vrit reprobos. Grauiter quandoque vrit in mundo, grauius autem in iudicio, grauissime autem in inferno. De hac triplici vstione intelligi potest illud Ecclesiast. Tripliciter Sol exurẽs montes, id est, superbos peccatores, propter hoc bene refrigeratrice, mediatrice inter nos, & Solem iustum indigemus. Et ideo bene Psalm. in prædicto versu auroram inter noctem & Solem ponit mediam, quæ certe etiam ordine naturali media est. Aurora itaque est beatissima virgo Maria, quæ inter noctem & Solem, inter hominem & Deum, inter hominem iniustum, & Deum iustum est optima mediatrix, optima iræ Dei refrigeratrix, testatur beatus Bernardus dicens. Securum iam habet homo accessum ad Deum, vbi mediatorem causæ suæ filium habet ante patrem, & ante filium matrem. Filius nudato corpore patri ostendis latus & vulnera. Maria filio pectus & vbera. Non potest vllo modo fieri repulsa, vbi concurrunt & perorant tanta charitatis insignia.

Maria mediatrix inter nos & Deum.

Psalm. 73.

Eccles. 43.

Secundo attendite charissimi, quòd aurora nostra Maria nobis est ad Angelos pacificatrix, sicut signatum est in Gene. Vbi legitur, quòd Angelus qui cũ Iacob luctabatur, benedixit eum in aurora. Dicente namque Angelo. Dimitte me, iam enim ascendit aurora, nõ dimisit eum Iacob, nisi ipsum benediceret. In aurora lucta fuit inter Angelum & Iacob, discordia fuit inter Deum, Angelos, & homines. Homo enim peccando offenderat creatorem. Offenso autem creatore, omnis offenditur creatura, quanto magis illa quæ creatori magis est coniuncta. Illa ergo lucta potuit huius discordiæ esse figura. Sed certe adueniẽte aurora, adueniẽte Maria, pacificati sunt Angelus atque homo, ita quòd in ipsa aurora, in ipsa virgine Maria Angelicam benedictionem consecutus est homo. Angelus namque dixit, benedicta tu in mulieribus, ad virginem, & per hanc benedictionem virginis, homo consequitur benedictionem pacis, & salutis in filio virginis, benedictionem videlicet illam de qua Apostol. ait. Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos ĩ omni benedictione in cœlestibus in Christo, quam etiam benedictionem ipse benedictus filius benedictæ Virginis confirmabit, quando dicet. Venite benedicti patris & cætera. Iacob ergo auroræ ascendenti, & nos Mariæ aduenienti gratias agamus, pro benedictione qua cum Angelo pacificati sumus. Merito certe per auroram, merito per Mariam homines cum Angelis pacificantur, ex quo per Mariam ab hominibus Angelorum chori reintegrantur, sicut Anselmus insinuat dicens. O femina mirabiliter singularis, & singulariter mirabilis, per quam elementa renouantur, inferna remediantur, homines saluantur, Angeli reintegrantur.

Maria cõponit homines cũ Angelis.

Gen. 32.

Ephes. 1.

Tertio attendite charissimi, quòd aurora nostra Maria nobis est contra dæmones defensatrix, sicut signatum est in Iob, vbi de homicida, & de fure, & de adultero dicitur. Perfodiunt in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, & ignorauerunt lucem. Si subito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis. Homicida diabolus, fur diabolus, adulter diabolus est. Homicida (inquam) est, quia genus humanum occidit. Fur, quia quæcunque potest, nobis bona subtrahit. Adulter, quia sponsam Dei animam corrumpit. Heu quãta nobis mala huiusmodi malefici, quanta nobis mala spiritus maligni faciunt. Perfodiunt nanque in tenebris ignorantiæ, in tenebris obscuritatis, interiores domos mentium nostrarum, domos vtique, de quibus in Psalm. dicitur. Deus in domibus eius cognoscetur. Perfodiunt certe tentationibus perforatiuis domos illas, in quibus ille libẽter habitat, qui dicit. Hodie in domo tua oportet me manere. Perfusis autem domibus, perforatis vsque ad infœlicem peccati consensum mentibus, heu quanta mala malefici isti occidendo, furando, adulterando committunt in animabus. Ad euadenda ergo tanta pericula, vtinam nobis aurora appareat, vtinam nobis Maria succurrat. Si enim subito apparuerit aurora, si cito nobis aduenerit, & superuenerit Mariæ gratia & misericordia, arbitrantur vmbram mortis, id est sic timent homines, sic trepidant, sic fugiunt sicut homines timent, & fugiunt vmbram mortis. Propter hoc bene beatus Bernardus ait, non sic timent hostes visibiles, quamlibet castrorum multitudinem copiosam, sicut aereæ potestates Mariæ vocabulum & exemplum, fluunt & pereunt sicut cera a facie ignis, vbicũque inuenerint crebram huius nominis recordationem, deuotam inuocationem, solicitam imitationem.

Maria defendit a Dæmonib.

Iob. 24.

Psal. 67.

Luc. 19.

Quarto attendite charissimi, quòd aurora nostra Maria nobis est, quoad nosipsos illuminatrix ad bene operandum. Operarij ab ascensu auroræ incipiunt operari. Vnde in Neemia dicitur. Nos ipsi faciemus opus, media pars nostrum teneat lanceas ab ascensu auroræ donec egrediantur astra. Duo nobis necessaria sunt, videlicet, vt bonis operibus insistamus. & ideo bene aiunt ædificantes. Nosipsi faciemus opus, quod opus? nisi de quo Apostolus ait. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Bene autem dicunt, nosipsi faciemus, nosipsi, non nostri vicarij. Vnde alibi ait. In omnibus exhibeam⁹ nosmetipsos, sicut Dei ministros. Sed certe Maria non nutricem aliam, non vicariam, sed semper semetipsam exhibuit Dei ministram, sicut Beatus Augustinus testatur dicens, Maria absque dubio operit ministratrix extitit, quæ hũc vtero gessit, partuq; profusum aluit & fouit, in præsepio reclinauit, & a facie Herodis abscondit fugiens in Aegyptum, & omnem infamiam eius pio mentis affectu est prosecuta, ita vt vsque ad mortem crucis, ab eius indubitanter non recesserit consectatu, non solum gressibus pedum, tanquam pro amore filij, verumetiam imitatione morum tanquam pro reuerentia Domini. Necessarium etiam nobis est, vt non solum bonis operibus insistamus, sed etiam vt vitijs resistamus, & ideo bene additur de lanceis tenendis. Tenere enim debemus lanceam zeli contra impetum vitij, contra impugnationem diaboli, carnis & mundi. De his lanceis bene dicitur in Hiere. Polite lanceas, induite vos loricis. Lorica iustitiæ a malo protegimur, sed lancea zeli malum impugnamus. Si lanceam zeli contra vitia non extendis in mundo, Deus

Maria illuminat nos.

Neem. 4.

Gal. 6.

2. Cor. 6.

Hiere.

lanceam

Digitized by Google

lanceam iræ suæ contra te extendet in iudicio: Vnde in
5. Sapien. dicitur. Acuet iram diram in lanceam. O qua
lis bellatrix fuit Maria, cui sancta zeli fuit lancea. Vnde
Bernardus. Tu bellatrix egregia, primo eum qui prim⁹
Euam supplantauit, expugnare viriliter aggressa es. Vt
ergo bonis operibus fideliter insistamus, & malis viri-
liter resistamus, necessarium nobis est, vt Mariæ exem
plum inspiciamus, Mariæ suffragium imploremus. Tūc
quasi ab ascensu auroræ operamur, quando irradiante
exemplo & vita Mariæ, quando irradiante patrocinio
& misericordia Mariæ, ad bene operandum incitamur.
Bene autem operari debemus, donec egrediātur astra,
hoc est, donec animæ nostræ lucidæ tanquam astra, ex-
euntes de corporibus, euolent ad astra. Sed super om-
nis astra iam egressa, vel adhuc gressura ad astra, splen-
didissimum astrum est aurora nostra Maria; testante
beato Bernardo, qui ait; Tu veri solis expressissima ima
go, inter millia astrorum Deo assistentium, virginali pu-
ritate in cœlis gloriosa perfulges. Sic ergo charissimi
vidistis, quam conuenienter aurora dicta sit Maria. Do
minus ergo tecum ô Maria, sicut Sol cum aurora. Eia
ergo Domina aurora suauissima, Domina Maria dul-
cissima, fac etiam nobiscum esse solem iustitiæ, Domi-
num nostrum Iesum Christum filium tuum: qui cum
Patre, & Spiritussancto viuit & regnat in sæcula sæculo
rum. Amen.

Capitulum Decimum.

DOminus tecum. Viso quomodo Dominus
fuit cum Maria, sicut Sol cum aurora ipsum
præueniente, videamus nunc quomodo Do
11. minus sit cum Maria, sicut flos cū virga flo-
rente. Maria enim est illa virga, de qua dicitur in Isaia.
Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius
ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, spiri
tus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudi
nis, spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum spiritus
timoris Domini. His verbis oculum mentis appona-
mus, & primo ad virgam, secundo ad florem conside ra
tionem nostram dirigamus. Primo consideremus cha-
rissimi, quòd virga ista virga regia est, virgo Maria, si-
cut patet per beatum Doctorem Ambrosium, qui bea-
tam virginem alloquens ait; Tu ipsa, quæ Dominum
genuisti ex populo Israel, in virgam creuisti, virga de ra
dice Iesse surrexisti & floruisti, virga Aaron fronduis-
ti & peperisti. Est autem Maria virga fumea, virga li-
gnea, virga aurea, virga ferrea. Maria est virga fumea
incipientibus, virga lignea proficientibus, virga aurea
consumantibus, virga ferrea incorrigibilibus & dæmo
nibus. Dico quòd virgo Maria est virga fumea incipiē-
tibus, et pœnitentibus. De hac virga dicitur in Cāt. Quæ
est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi
ex aromatibus myrræ & thuris, & vniuersi pulueris pi
gmētarij? Desertum est cor peccatoris, quod vtique de
sertum est a gratia & virtutibus. Fumus aromaticus, fu
mus suauis animæ, est aspiratio spei veniæ. Beata itaque
virgo Maria per desertum quasi virgula fumi ascendit,
quando ipsa suffragante, cor peccatoris fumum spei ve
niæ suscepit. Hic autem fumus generatur, ex aromati-
bus myrrhæ in contritione, & thuris in confessione, &
vniuersi pulueris pigmētarij, in multimoda satisfactio
ne. Nullum pijssima virgo Maria desertum abhorret,
nullum peccatorem despicit, sed quocunque pertransie
rit suauissimum spei veniæ fumum respergit. Vnde op-
time beatus Bernardus sic ait, Peccatorem quantumcū-
que fœtidum non horres, non despicis, si ad te suspiraue
rit, tuumque interuentum pœnitenti corde flagitauerit,

ria vir-
fumea
ipienti-
s.
nt. 3.

tu illū de desperationis baratro pia manu retrahis, spei
medicamen aspiras, ac toti mundo despectum materno
affectu amplecteris, foues, nec deseris, quousque tremē Maria vir-
do iudici miserum reconcilies. Item virgo Maria est vir ga. florida
ga lignea, virga florida proficientibus. De hac virga di- proficien-
citur in Nume. quòd virga Aaron quæ vtique lignea tibus.
fuit, flores simul & fructum habuit. Per flores virtutes Num. 17.
signantur, quæ post transitum diabolicæ hyemis in cor
dibus oriuntur, sicut bene de his floribus dicitur in Cā Cant. 2.
tic. Iam hyems transit, & cætera vsque nostra. Transeat
ergo hyems transeat torpor, quo charitas refrigescit, &
tunc iterum flores virtutum appareant. O quantis flo-
ribus virgo florida abundauit, teste beato Bernardo,
qui ipsam alloquens ait; Tu sanctorum areola aroma-
tum, a cœlesti consita pigmentario, virtutum omnium
floribus delectabiliter vernans es. Sicut autem per flo-
res virtutes, ita per fructus opera virtutum signantur.
De his bene dicitur. A fructibus eorū cognoscetis eos. Matth. 7.
Quando ergo in virtutibus, & in virtutum operibus,
per exempla & merita Mariæ proficimus, tunc virga li-
gnea florida & fructifera nobis est virgo Maria. Item Maria vir-
virgo Maria est virga aurea perfectis et cōtemplatiuis. ga aurea
De hac virga legitur, quòd Ester cum duabus puellis perfectis.
ingressa ad Regnum Assuerum, cum præ nimio stupo-
re pene exanimata fuisset, extendit ad eam Rex virgam Esther. 15.
auream ad confortandum ipsam. Esther interpretatur
eleuata vel abscondita, & signat animam contemplati-
uam, quam in contemplations eleuat Deus, & abscon-
dit in abscondito faciei suæ a conturbatione hominū.
Ista per contemplationem ingreditur ad Regem Chri
stum. Duæ puellæ cū quibus ingredit, sunt duæ vires aīæ,
videlicet intellectiua q̄ præcedit per cognitionem; & af
fectiua, q̄ sequitur per dilectionem. Aīa autem quæ sic
ad Christū bene ingressa fuerit, ipsa præ stupore quan-
doque a se deficit, dum inaccessibilem diuinæ gloriæ cla
ritatem, vel terribilem diuinæ iustitiæ seueritatem atten
dit. Virga aurea, virga regia: est illa aurea, illa regia
virgo Maria. Aurea quidem charitate, regia vero no-
bilitate. Aurea quoque per munditiam, regia vero per
iustitiam. Aurea insuper per incorruptionem & integri
tatem virginalem, regia vero per dominationem & po
testatem regalem. Hæc est felix virga, quæ ad animam
contemplatiuam confortandam clementer extenditur,
quando fœlix virgo Maria contemplationi & deuotio-
ni eiusdem animæ tam pia, & dulcis ingeritur, quòd ex
hoc ipsa anima contra terrorem diuinæ iustitiæ, & ad
splendorem diuinæ gloriæ confortatur. Hanc virgam
illa contemplatiua Anselmi anima ad se extendi deside
rauit, quando tam deuote exclamans dixit, O pulchra
ad intuendum, amabilis ad contemplandum, delectabi
lis ad amandum, quæ euadis capacitatem cordis, nunc
præstolare Domine infirmam animam te sequentem.
Item virgo Maria est virga ferrea dæmonibus & incor
rigibilibus. De hac virga non incongrue accipi potest il Psal. 2.
lud Psalm. Reges eos in virga ferrea. O Maria virga au
rea perfectis, virga ferrea duris, virga aurea homini-
bus, virga ferrea & dura dæmonibus, arceas dæmones a
nobis. Hoc domina petimus, & deuote petimus, cū In-
nocentio petente & dicente sic; Aue Dei mater alma,
quæ ex dignitate qua Dei mater es, imperare potes Dæ
monibus, compesce Dæmones ne nobis noceant, præci
pue Angelis, vt nos custodiant. Sic ergo beata virgo Ma
ria est nobis virga fumea in nostra conuersione, virga
florida in nostra conuersatione, virga aurea in nostra
contemplatione, virga ferrea in nostra defensione. Hāc
virgam vere contemplans & digne admirans beatus
Bernardus ait; O virgo virga sublimis, ad quantam cel
situdinem verticem sanctum erigis, vsq; ad sedentem in
throno, vsque ad thronum maiestatis, quoniam in al-
tum mittis radices humilitatis. Consequenter conside-
remus

remus charissimi florem huius virgæ, consideremus (in quam) in virga regia, & in virgine Maria quadruplicẽ florem, videlicet florem preciosæ virginitatis, florem virtuosæ honestatis, florem miraculosæ fœcunditatis, & florem gloriosæ immortalitatis.

In Maria fuit flos virginitatis.

De flore primo consideremus charissimi in Maria florem preciosæ virginitatis, qui est ipsa virginitas. De hoc dicitur in Isaia. Exultabit solitudo, & florebit quasi lilium.

Isa. 35.

Maria conuenienter solitudo dici potuit, quæ tam libenter solitaria fuit, quam etiam tanquam libenter solitariam Angelus visitauit. Ideoque bene beatus Ambros. ait. Solam in penetralibus quam nemo virorum videret, solus autem reperit solam sine comite, aut solam sine teste. Quomodo autem ista solitudo, quomodo Maria virgo exultauerit, ipsa dicat, ipsam audiamus. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.

Luc. 1.

Hæc terræ solitudo floruit quasi lilium per virginitatem. O lilium Angelicum, ò flos celestis. O vere flos cœlestis, quem tantum dilexit apis illa super cœlestis. Dicit enim beatus Bernardus. Apis illa, quæ pascitur inter lilia, quæ florigeram inhabitat patriam, quando ad ciuitatem Nazareth (quod interpretatur flos) aduolauit, & ad suaue olentem perpetuæ virginitatis florem peruenit, illi insedit, illi inhæsit. Flos virginitatis quasi tot habet folia, quot virginitas conditiones & præconia. O quantum huius floris coronæ per Mariam sunt multiplicatę. Vnde beatus Ambrosius ait; Cum in toto mundo virgineus flos Maria immarcessibiles coronas innectat, & septigeram pudoris aulã immaculato conseruet affectu, quousq; integritas perseuerauit ad palmã, vt in puellis trophæum sanctitatis arriperet, & per vestigia matris virginis ad cęlestem thalamum perueniret.

In Maria flos honestatis.

Secundo consideremus charissimi in Maria florem virtuosæ honestatis, morũ, & vitæ, & de hoc quid ipsa dicat audiamus. Flores mei (inquit) fructus honoris & honestatis.

Eccl. 24.

O quam pulcher est virtuosæ & honestæ vitæ flos morum, & disciplinæ. Sed certe pluraliter dicitur flores mei, ideo dicamus ꝙ tot sunt in moribus flores quot virtutes. Tot sunt honestæ vitæ flores, quot sunt virtutes vitam honestantes. De his floribus dicitur. Flores apparuerunt in terra nostra. De his etiam dicitur. Lectulus noster floruit. Ecce flores in terra, flores in lecto inuenimus.

Can. 2.
Can. 1.

Terra mens actiuorum, lectus autem mens contemplatiuorum. Terra (inquam) est mens fructificans in bona actione. Lectulus autẽ mens quietem fouens in contemplatione. Siue ergo sit mens actiua siue contemplatiua, semper debet floribus esse venusta. Hoc quoque notandum est, ꝙ flos honestatis, immo flos cuiuslibet virtutis, quasi tot habet folia, quot bona & meritoria habet opera. O quam florida fuit terra, quam floridus fuit lectus Mariæ, quæ in floridæ vitæ honestate florebat omnium virtutum venustate, sicut testatur beatus Bernardus dicens. Tu sanctorum aureola aromatum ò Maria, a celesti cõsita pigmentario, virtutum omnium speciosis floribus delectabiliter vernans, inter quorum pulcherrimos trium in te miramur excellentiam, viola humilitatis, lilium castitatis, rosa charitatis hi sunt.

In Maria flos fęcunditatis.

Tertio consideremus charissimi in Maria florem miraculosæ fœcunditatis. Hic flos est ipse filius virginis, de quo specialiter dr. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, &c.

Isa. 11.

Et quam pulcher hic flos egressus est sine peccato nascẽdo, & quam misere contritus est, quasi peccator moriendo, iuxta illud, Quasi flos egredietur & conteritur.

Iob. 14.

O quam candidus in egressione, & quam rubicundus in contritione fuit flos iste. Flos (inquam) Angelis delectabilis, flos hominib. ad vitam perutilis. Vnde Bernardus ait. Flos est filius virginis, flos candidus & rubicundus electus ex milibus, flos in quem desiderant Angeli prospicere, flos ad cuius odorẽ reuiuiscunt mortui. Fęlix silua, quæ producit huius floris virgam. Fœlix magis virga, quę producit hunc florem in silua. Fęlix super omnia flos, sine quo nulla silua nec virga fęlix, esse põt. Vere fęlicissimus flos in quo spirit° Domini sic requieuit, vt sine ipso nullus gratiam Spiritus sancti habere possit. Testatur hoc beatus Hieronymus dicens. Spiritus sanctus qui in magna silua humani generis requiem non inuenerat, tandem super hunc florem requieuit, ita ꝙ absque Christo nec sapiens quis esse põt, nec intelligens, nec consiliarius, nec fortis, nec eruditus, nec plenus timoris Domini. Hic flos quasi tot habet folia, quot sunt ministeria & exempla. Si hũc florem habere desideras, virgam floris precib. flectas. Si flos est nimis altus dignitate, virga tamen est flexibilis pietate. Et si flos est rarissimus, quia in cęlo & in terra non inuenitur nisi vnicus, est tamen communissimus tanquam flos non in horto clausus, sed in campo omnib. transeuntibus expositus. Et ideo bene dicere potest Christus illud: Ego flos campi.

Can. 2.

Vnde flos campi dr non solum propter hoc quòd omnibus patulus expositus est, sed propter hoc, ꝙ sine omni cultura humana producitur. Hoc bene beatus Bernardus meminit, cũ dixit. Campus sine omni humano floret adminiculo, non seminatus ab aliquo, non defossus sarculo, non impinguatus fimo, sic quoque virginis aluus floruit, sic inuiolata & integra casta Mariæ viscera tanquam pascua ęterni viroris protulere, cuius pulchritudo non videat corruptionem, cuius gloria in perpetuum nõ marcescat.

In Maria flos immortalitatis.

Quarto consideremus charissimi florem gloriosę immortalitatis. De hoc signatum esse potest in lib. Num. vbi dr, ꝙ virga Aaron flores simul & fructum habuit.

Cap. 17.

In virga Aaron recta, virgo Maria põt esse figurata. In virga nanque, Marię rectitudo, in flore aũt corporis glorificati pulchritudo, in fructu vero animę eius beatitudo potest esse signata. Notandum enim est, ꝙ caro floret in iuuentute, sicut in Psalmo dicitur. Mane floret & transit, flos autem perit in morte sicut dicitur in Isa. Exiccatum est fœnum, & cecidit flos. Refloret & in gloriosa resurrectione, iuxta Psal. Refloruit caro mea.

Psal. 89.
Isa. 40.
Psal. 27.

Iste flos glorificationis corporis quasi tot habet folia, quot corpus glorificatum habet dotes, & pręmia. Et certe quidam sancti doctores probabiliter sentire videntur, & rationabiliter probare nitũtur, & fideles hunc sensum pie amplectuntur, videlicet quòd beata Maria iam cum corpore sit assumpta, & corpus iam omnino cum anima sit glorificatum.

Maria corpore, & aĩa assumpta in cęlo.

De hoc namque Augustinus sic ait. Vera ratione confitendum censeo, Mariã in Chr̃o, & apud Christum esse. In Christo, quia in ipso viuimus, mouemur, & sumus, apud Christũ ad gloria ęternitatis assumptam. Vnde digne credimus lętari Mariam letitia inenarrabili, aĩa & corpore in proprio filio per filium proprium, nec vllam sequi corruptionis erumnam, quam nulla secuta est tantum filium patiendo integritatis corruptio, quæ omnium integrã perfectamque genuit vitam, sit cum illo quem in suo gessit vtero, sit apud illum illa, q̃ genuit, fouit, & aluit. Illa Maria Dei genitrix, Dei ministratrix, Dei nutrix, & dei secutrix, de qua quia aliter sentire, quam dixi nõ debeo, aliter dicere non præsumo. Secundum hoc ergo Maria iã dicere potest. Refloruit caro mea. Et secũdum hoc etiam, florem & fructum simul habet. Florẽ (inquam) corporis glorificati, & fructum spiritus glorificati. Florem vtique in gloriosa corporis pulchritudine, fructum verò in voluptuosa animę beatitudine. Notandum etiam est, quòd secundum quadruplicem florem prædictum, virgo Maria quadruplicem simul habuit florem virginitatis, & fructum fecunditatis, simul habuit florem honestatis, & fructum humilitatis, simul habuit in prole florem humanitatis, & fructũ diuinitatis, simul habuit florem immortalitatis in corpore

pore

pore,& fructum beatæ voluptatis in anima. Hos igitur flores charissimi in virga virginea diligamus, & illos nouos gaudiorum flores de horto virgineo colligamus quos vidit, quos collegit, quos nobis commẽdauit beatus Bernardus, cum ad Mariam loquens dixit; Hortus delitiarum nobis est tuus sanctissimus vterus ò Maria, quia ex eo multiplicis gaudij flores colligimus, quoties recolimus mente, quam magna multitudo dulcedinis immenso orbi inde profluxerit. O igitur dulcissima virgo Maria, ecce vere Dominus tecum, sicut flos cum virga ipsum producente, fac ergo vt etiam Dominus sit mecum, immo nobiscum, communicetque nobis florem istum, Dominum nostrum Iesum Christum. Amen.

Capitulum Vndecimum.

DOminus tecum. ò Domina Domino charissima, Domino familiarissima, Dominus tecum, ò Domina aptissima, Domino dignissima: Dominus tecum. Tecum certe secundum quòd supra dictũ est, sicut Sol cum aurora ipsum preueniente, sicut flos cum virga ipsum producente; sicut Rex cum Regina in palatium ingrediente. Viso ergo quomodo Maria sit aurora solem eternum, solem iustitie preueniens: viso quoq; quomodo Maria sit virga florem æternum, florem misericordiæ proferens. Videamus modo, quomodo Maria sit Regina ad Regem æternum, ad Regem glorię ingrediens. Maria ergo charissimi est Regina illa ingrediens, de qua dicitur, quòd ingressa est Regina Sabba

3.Reg.10.

Hierusalem cum comitatu multo & diuitijs. Vere Regina est Maria, testante beato Augustino, qui ait. Hanc vere fateamur Reginam cęlorum, pro eo quòd Regem peperit Angelorũ; sed de hac Regina disserui in sermone, Astitit Regina, &c. ideo nunc de eius ingressu disserendum est. Considerandum est ergo, quòd Mariam ingredientem, egredientem, progredientem, & supergredientem inuenimus. Egressus est naturæ, progressus gratiæ, ingressus gloriæ, supergressus abundantiæ. Egressa est nascendo, progressa proficiendo, ingressa perueniendo, supergressa omnes sanctos excedendo. Egressa est sine peccato, progressa sine exemplo, ingressa sine obstaculo, supergressa sine termino. Primo considera charissime, quòd inuenimus Mariam egredientem per natiuitatem suam sine peccato. Ipsa nanque potest esse vas illud, de quo dicitur. Aufer rubiginem de argento, & e-

Proue. 25.

gredietur vas purissimum. Rubigo fuit ablata de argento, quando ab originali peccato Maria sanctificata fuit in vtero, & certe sic egressa est, tanquam vas purissimum. Hic distinguendum est vas purum, vas purius, & vas purissimum. Vas purum in egressu fuit, quicũq; ex vtero hic sanctificatus processit, quòd tamen fomes tam ad mortale, quam ad veniale peccatum in ipso remansit, sicut quidam dicunt fuisse in Hieremia. Vas autem purius in egressu fuit, quicunque ex vtero sic sanctificatus processit, quòd in ipso fomes secũdum quòd ductiuus est ad effectũ mortalis peccati extinctus fuit, sed ad veniale remansit, sicut in beato Ioanne Baptista, de quo canit Ecclesia; Ne leui saltẽ maculare vitam famine posset. Vas vero in egressu purissimum fuit beata virgo, quę ex vtero sic sanctificata processit, quòd in ea (vt creditur) fomes ad effectum tam mortalis, quam venialis peccati non remansit, propter hoc beatus Bernardus ait. Ego puto, quòd copiosior benedictio sanctificationis in eam descenderit, quę nõ solum eius ortum sanctificauerit, verumetiam vitam eius deinceps ab omni peccato custodiuit immunẽ. Ablata ergo rubigine originalis peccati, egressum est ex vtero vas purum in Hieremia, vas purius in Ioanne Baptista, vas purissimum in Maria. Secundo considera charissime, ꝙ inuenimus

Hieremias Ioannes & beata Virgo diuersimode fuerunt in materno vtero sanctificati.

Mariam progredientem sine exemplo per gratiam. Vnde in Cant. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol. His tribus luminosis, videlicet auroræ, Lunæ & Soli, bene comparatur Maria, propter tria in ipsa lucidissime excellentissima. Fuit enim in corde & mente eius, excellenter lucida virginitas. Fuit in virginitate excellenter lucida fęcunditas. Fuit in fęcunditate eius excellenter lucida singularitas. Aurora refrigeratiua & auib' grata, fuit ista virgo Maria. Ipsa enim virginitate sua carnis ardorem refrigerauerit, teste beato Bernardo, qui ad eam loquẽs ait. Tu ardorem vetitæ concupiscentiæ virtute castitatis in tua virginea carne eatenus extinxisti, vt is in cuius conspectu, nec astra munda sunt, tãtæ munditię carnem tuam iudicauerit, vt eam suæ diuinæ puritatis agglutinare non despexerit. Ipsa enim virginitate sua auibus cęli, id est Angelis Dei, grata fuit, quia vt Hieronym. ait, Semper est Angelis cognata virginitas. Propter hoc bene legitur, quod Angelus in aurora benedixit Iacob. Hic Iacob spiritum castũ potest signare, qui fratrem suum, id est corpus suum supplantauit, hic non solum a patre, sed etiam ab Angelo benedicitur in aurora, hoc est in castissima virgine Maria, cui Angelus dixit. Benedicta tu in mulieribus. Item, pulchra vt Luna fuit virgo Maria, in luminosa virginitatis fœcunditate. Pulchritudo enim Lunæ consistit in lumine recepto a Sole. Pẽsa igitur quam pulchra Luna fuerit Maria, quãdo ęternus ille Sol, totus receptus & conceptus est in ipsa. Maria ergo est illa Luna, in cuius plenitudine ille vir Ecclesiæ redijt, de quo dicitur; in die plenæ Lunę reuersurus est in domum suam. Beata virgo fuit Luna plena, quando ei dictum fuit; Aue gratia plena. Item electa vt Sol fuit Maria, in lucidissima fęcunditatis singularitate, quãdo non homo purus, non Angelus verus, sed ipse Dei filius, ipse Sol iustitiæ in Sole posuit tabernaculum suum, dum in Maria cõceptus fuit: Valde certe singulare fuisset, si virgo purum hominem concepisset, multo autem singularius fuisset, si virgo Angelum cõcepisset, sed supra omnia singularissimum fuit, quòd virgo Deũ concepit, Deum peperit. Propter quod bene beatus Augustin. ait. Merito beata Maria singulari a nobis pręconio extollitur, quę singulare commercium mundo prębuit, cum tantum se ad cęli fastigia sublimauit, vt verbum in principio apud Deum manens, de superna cęli arce susciperet. Beata igitur virgo Maria progressa est quasi aurora consurgens, in imitanda carnis & mentis virginitate electa, vt sol, in adoranda partus virginalis diuinitate. Tertio considera charissime, quòd inuenimus Mariam ingredientem ad gloriam cęlestem sine obstaculo. Quis enim obstare posset tantæ Reginæ cum tanto comitatu progredienti? Ipsa nanq; signata est per Reginam Sabbã, de qua dicitur. Et ingressa Hierusalem cum comitatu multo et diuitijs, camelis portãtibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gemmas preciosas. Considera in his verbis gloriam ingredientis Mariæ in cœlestem Hierusalem. Considera dico ingredientis excellentiam, ingredientis potentiam, ingredientis opulentiam. Considera excellentiam in principatu, potentiam in comitatu, opulentiam in apparatu. Considera certe excellentiam principatus Reginæ nostræ Mariæ in eo, ꝙ dicitur Regina Sabba, quod interpretatur clamor. Maria enim est Regina mundi, vbi est clamor gemebundus, est etiam Regina cęli, vbi est clamor iucundus. Clamant enim in cęlo sicut dicitur in Apocal. Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, Hæc & ipsa Regina clamantium cum ceteris clamantibus clamare non cessat, testante Augustino, qui ait. Tu Maria conciuis cęli ciuibus, sine fine choris coniuncta Angelicis, Archangelisque sociata, indefessa voce sanctus, sanctus, sanctus, clamare non cessas. Hæc

Qualẽ gratiam, et priuilegia habuit Maria in vita.

Cant. 6.

Gen. 28.

Luc. 1.

Prouer. 7.

Maria qualiter ingressa fuit in cęlum.

3.Reg. 10.

Apoc. 4.

vtique

Psalm. 44.

vsque est Regina quam Psal. describens ait: Astitit Regina, & cætera. vsq; varietate. Hanc Reginam ad regnū sequi possunt fiducialiter, quicunque ei in mundo seruierint fideliter. Vnde beatus Bernardus; Præcessit nos Regina nostra, præcessit & tam gloriose suscepta est, vt fiducialiter serui ad Dominam clamantes, trahe me post te dicant. Item considera in ingressu Reginæ nostræ potentium comitatus ipsam stipantis, in eo quod dicitur, comitatu multo. Ingressa enim est Maria cœlestem Hierusalem, cum comitatu multo potētium Angelorum. Vnde beatus Hieronymus ait; Legimus quā sæpe ad funera & sepulturas quorumlibet sanctorum Angelos aduenisse, & animas electorum vsque ad cęlos cum hymnis atque laudibus detulisse. Et post pauca, quando magis credendum est militiam Angelorum cęlorum cum suis agminibus, festiue obuiā venisse genitrici Dei, eamque ingenti lumine circumfulsisse, & vsque ad thronum olim sibi ante mundi constitutionem paratum, cum laudibus & canticis spiritualibus perduxisse. Item considera in Maria opulentiam meritorum, in apparatu munerum preciosorum. Attulit namq; secum aurum intinctum dilectionis Dei & proximi, gemmas preciosas virtutum & donorum, aromata bonorū operum & exemplorum. Parum est enim quod de thesauris Mariæ dico respectu eius quod beatus Bernard' Mariam alloquens dixit. In manibus (inquit) tuis sunt omnes thesauri miserationum Domini. Absit vt cesset

Sicut Maria antecessit omnes Sanctos in meritis, ita superat in præmio.

mari' tua, neq; enim gloria tua minuetur sed augetur, cum pœnitentes ad veniam, iustificati ad gloriam assumuntur. Ingressa igitur est mater Domini ad gloriam tanquam Regina cœlorum, ingressa est cum multo comitatu Angelorum, ingressa est cum diuitijs innumerabilium meritorum. Quarto cōsidera charissime, quòd inuenimus supergredientem omnes sanctos in superabundantia meritorum, & pręmiorum sine termino, iuxta illud. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas. Supergressa vtique es, supergressa certe es in natura, supergressa es in gratia, supergressa es in gloria, vniuersas filias, vniuersas animas, vniuersas intelligentias Angelicas o Maria. Dico, quòd Maria in natura supergressa est vniuersas filias hominum, dum quod natura non admittit, virgo concepit, & virgo peperit, iuxta illud; Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Et non solum hoc, quòd virgo filium, sed etiam quòd Deum peperit super omnem naturam est. Ideoq; beatus Hieronymus sic ait. Quod natura non habuit, vsus nesciuit, ignorauit ratio, mens non capit humana, pauet cœlum, stupet terra, creatura etiam omnis miratur cœlestis, hoc totum est quod per Gabrielem Marię diuinitus nunciatur, & per Christum adimpletur. Item supergressa est Maria in gratia vniuersas animas sanctorum, dum non solum gratia plena, sed etiam super plena fuit, teste Gabriele qui prius dixit. Aue gratia plena, & postea subiunxit. Spiritussanctus superueniet in te. Si autem gratia plena fuit, ergo quicquid sibi superueniens postea spiritus cōtulit, in hoc vtiq; pluśquam plena, in hoc certe superplena fuit. Vnde beatus Bernard' ait. Veniente iam Spiritusancto plena sibi, eodem quoque superueniente nobis super plena, & superfluens fit Maria. Item supergressa est Maria in gloria vniuersas intelligentias Angelicas. Ipsa enim est thronus ille saphireus, qui sicut in Ezec. legitur super firmamentum Angelicum exaltatus est. Propter hoc beatus Bern. bene ait sic. Ascendit plane Maria super omne humanum genus, ascendit vsque ad Angelos, sed & ipsos quoque transcendit, & cœlestem omnem supergreditur creaturam. Sic ergo charissimi Maria egressa, & progressa, & ingressa, & supergressa est. Egressa (inquam) est nascendo ad vitam miserorum, progressa est proficiendo in gratia priuilegiorum, ingressa est perueniendo ad regnum

Pro. 31.

Isa. 7.

Ezech. 1.

cœlorum, supergressa est excedendo gloriam omnium beatorum. Ecce igitur dulcissima virgo Maria, ecce vere Dominus tecum, sicut Sol cum aurora progrediente, sicut flos cum virga florente, sicut Rex cum Regina ingrediente. O igitur aurora suauissima, fac vt etiam nobiscum sit sol sapientiæ. O virga sublimissima, fac etiam vt nobiscum sit flos gratiæ. O Regina potentissime, fac vt etiam nobiscum sit Rex glorię Dominus noster Iesus Christus.

Capitulum Duodecimum.

Benedicta tu in mulieribus. Ostensum est supra, quomodo Maria propter purissimam vitæ innocentiam merito per Aue salutatur: ostensum quoque est quomodo Maria propter copiosissimam gratiæ affluentiam merito gratia plena commemoratur, ostēsum insuper est, quomodo Maria propter specialissimam Dei præsentiā merito Dominus tecum fore insinuatur. Ostendendum autem nunc est, quomodo propter gratissimam personæ suæ reuerentiam, benedicta in mulieribus nunciatur. Ecce igitur gloriosus ille Archangelus Gabriel, gloriosam virginē Mariam salutans, gloriosa salutatione ipsam decentissime consumauit in benedictione dicēs. Benedicta tu in mulieribus, idest benedicta pluśquam omnes mulieres, ac per hoc quicquid maledictionis infusum est per Euā, totum abstulit benedictio Mariæ. Dicat ergo Gabriel, dicat, benedicta tu in mulieribus. Benedicta (inquam) propter plenitudinem gratiæ in te venerādæ, benedicta propter multitudinem misericordiæ per te præstandæ, benedicta pp celsitudinem personę ex te incarnandæ, benedicta pp magnitudinem gloriæ super te cumulandæ. Primo pensate charissimi, quòmodo vere benedicta est Maria propter plenitudinē gratię in ipsa venerandę, sicut apte ostendit Gabriel dicens. Aue gratia plena Dominus tecum, Benedicta tu in mulieribus. Benedicta tu quia plena es tu. Inuenisti enim gratiam apud Dominum, & ideo tu es benedicta apud Dominum. Vnde beatus Bernard' optime de hac benedictione Marię dicit. Per te accessum habemus ad filium, o benedicta inter mulieres, inuentrix gratiæ, genetrix vitæ, mater salutis, benedicta tu Maria propter gratiam. Benedicta (inquam) propter gratiam cordis, propter gratiam oris, propter gratiam operis. Benedicta vtique in corde, propter gratiam donorū. Benedicta in ore, propter gratiam labiorum. Benedicta in opere, propter gratiam morum. Vere benedicta est Maria propter gratiā cordis, propter gratiam donorum in corde, propter quam cor eius fuit delitiosissimū sicut paradisus Dei, ita vt de hac benedictione merito intelligi possit Eccl. Gratia sicut paradisus in benedictione. Ibi dicit interli. Fructificans diuersas species virtutum. De his fœlicibus gratiarum & virtutum benedictionis Apostol' dicit. Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cęlestibus in Christo. Si ergo gratia mentem humanam in benedictionibus virtutum delitiosam facit sicut paradisum Dei, quanto magis delitiosissima anima Mariæ fuit sicut paradisus Dei in benedictionibus donorum Spiritussancti? immo certe paradisus Dei non solum mēte, sed etiam ventre fuit Maria, continens in se lignum vitæ Iesum Christū. Vnde beatus Bern. ait. Vere paradisus Dei tu es, quę mūdo lignum vitæ contulisti, de quo qui manducauerit, viuet in æternum. Heu quam longe est ab hac benedictione Mariæ, cuiuscunque mens nō est paradisus Dei in benedictionibus gratiæ, sed est sentina Diaboli in maledictionibus malitiæ. Talis enim sicut in Psalm. dicitur. Dilexit maledictionem & veniet ei, & noluit be

Maria primo benedicta ppter gratiam quam in se habet.

Propter gratiā cordis.

Eccles. 40.

Eph. 1.

Psal. 108.

nedictio

Digitized by Google

nedictionem,& elongabitur ab eo. Item chariſſimi be nedicta eſt Maria non ſolum propter gratiam donorũ cordis,ſed etiam propter gratiam labiorum oris: iuxta
Pſal.44. illud Pſal. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis,propterea benedixit te Deus in æternum. O quanta in orationibus deuotiſſimis,quanta in collationibus vtiliſſimis gratia in labijs Mariæ fuit. O quanta ad homines,quanta ad Angelos, quanta ad Dominum gratia ſemper fuit in labijs Mariæ. Ipſe nanque Deus verba labiorum eius libenter audiuit,teſtante beato Bernardo,qui alloquens ipſam dicit. Cui placuiſti ex ſilentio, iam magis placebis ex verbo,cum ipſe tibi clamet e cælo. O pulchra inter mulieres,fac me audire vocem tuam. Eia quam veraciſſima,quam ſinceriſſima ſemper fuerunt Mariæ labia,& ideo vere benedixit eam Deus in æternum. Heu quam longe ab hac Mariæ benedictione illi ſunt,quorum labia labijs Mariæ diſſimilia ſunt. Illi(inquam) in quorum labijs non eſt gratia diffuſa,ſed malitia confuſa eſt: propterea non benedixit,ſed maledicet eos Deus
Propter gratiam operationum. in æternum. Item chariſſimi benedicta eſt Maria non ſolum propter gratiam donorum cordis,non ſolũ propter gratiam labiorum oris,ſed etiam propter gratiam morum conuerſationis. Et de hac benedictione
Hier. 31. accipi poteſt,quod dicitur in Hierem. Benedicat tibi Dominus pulchritudo iuſtitiæ, mons ſanctus. Mons ſanctus eſt ſancta Maria,quæ bene mons dicitur,propter excellentiam meritorum,propter altitudinem vitæ & mo-
Dan. 2. rum. Hic eſt mons de quo(ſicut in Daniele legitur) lapis ſine manibus abſciſſus eſt,idem Chriſtus de Maria ſine opere maritali natus eſt. Pulchritudo huius montis(pulchritudo(inquam)iuſtitiæ,pulchritudo vitæ & morum Mariæ tanta fuit, vt merito in Canticis de ipſa
Can. 4. dici poſſit: Tota pulchra es amica mea, &c. Pulchra vtique in vita. Pulchra in morum diſciplina , & tota pulchra. Tota certe tota. Quomodo tota? Audi Hiero. Ait n. ſic. Quicquid in Maria geſtum eſt,totum puritas, & ſimplicitas,totum gratia & veritas fuit, totum miſericordia & iuſtitia,quæ de cœlo proſpexit. Tali pulchritudini Mariæ Dominus merito benedixit. Heu quam longe eſt ab iſta benedictione Mariæ, quicunque talis eſt in opere, quòd ſicut Mariæ dicitur. Benedicat tibi Dominus pulchritudo iuſtitiæ,ſic ei dici poteſt. Male
Matth.25. dicat tibi Dominus turpitudo iniuſtitiæ. O quanta maledictio erit,cũ dicetur. Diſcedite a me maledicti in æternum. Ecce vidimus ò chariſſima Maria,quod tu es vere benedicta propter plenitudinem gratiæ. Benedicta (inquam)propter gratiam conſcientiæ & donorũ,bene dicta propter gratiam linguæ,& labiorum: benedicta
Propter prolem. propter gratiam vitæ & morum. Secundo penſate charißimi,quomodo vere benedicta ſit Maria propter celſitudinẽ ſuæ benedictæ prolis,propter benedictum fructum ſui ventris. Merito enim terra illa benedicta eſt, quæ tam benedictum fructum profert. Vnde Pſal. Be-
Pſal.48. nedixiſti Domine terram tuam. Terra illa eſt Maria,
Ioan.14. de qua in eodem Pſal. dicitur. Veritas de terra orta eſt. Veritas eſt Chriſtus,qui ait. Ego ſum via,veritas,& vita. Benedicta eſt ergo hæc terra , propter benedictum fructum,benedicta eſt Maria propter benedictum filium. Vnde beatus Bernardus dicit. Non quia tu benedicta,ideo benedictus fructus ventris tui: ſed quia ille te præuenit in benedictionib. dulcedinis, ideo tu benedicta. Igitur. Maria propter prolem piam benedicta. Benedicta(inquã)a Domino,ab Angelo,ab homine. Propter prolem vtiq; benedicta eſt a Domino,benedictionẽ eius operante,benedicta ab Angelo benedictionem eius nunciante,benedicta ab homine benedictionem eius prophetante. Vere benedicta propter prolem eſt Maria a Domino, benedictionem eius operante ſiue
Cap.6. donante. Hoc bene ſignatum eſt in 2. Reg. vbi legitur.

Quod benedixit Dominus Obededom propter Arcã. Obededom interpretatur ſeruus ſanguineus. Et bene ſignat Chriſtum,qui ſeruus noſter factus eſt, ſeruiens nobis miſeris vſque ad ſanguinem. Propter nos enim ſeruus,propter nos ſanguineus factus eſt Chriſtus. Sanguineus in dorſo per flagella,ſanguineus in capite per ſpinas,ſanguineus in latere per lanceam, ſanguineus in manib. & pedibus per clauos. Huius ſerui domus fuit Maria,de qua in Pſal. dicitur. Repleblmur in bonis do Pſal.64.
mus tuę. Arca in hac domo locata , Chriſtum ſignat: Chriſtus n. ſeruus noſter,Chriſtus vita noſtra eſt. In arca vrna aurea & manna. Arca ſancta carnem ſanctã, vrna auream animam Chriſti precioſiſſimam, mannã vero diuinitatem dulciſſimam ſignat. Propter hanc arcã, propter Ieſum Chriſtum filium Mariæ, Dominus benedixit domui Mariæ. Vnde domus benedicta,ex qua omnium proceſſit vita. Ait enim Auguſtinus. Benedicta tu in mulierib. quæ vitam viris & mulieribus peperiſti. Item charissimi propter prolem benedicta eſt Maria,non ſolum a Domino benedictionem eius operante,ſed etiam ab Angelo benedictionem eius nunciante, ſicut patet in Gabriele dicẽte: Dominus tecum; Benedicta tu in mulieribus. Quo tecum? Auguſtinus ait. Tecum in corde,tecum in ventre,ideo benedicta tu ſecum,quia ſic eſt tecum. Tecum vtiq; tecum,non tantũ ſicut creator cum creatura,ſed etiam ſicut partus cũ parturiente. Propter partum n. benedicta es ante partum, propter partum benedicta es in partu,propter partũ benedicta es poſt partum. Vere benedicta quæ tuo partũ effudiſti, quam ante partum, & in partu, & poſt partum virgo permanſiſti. & ideo præcipue benedicta dici merui ſti, quia non hominem purum, non Angelum verum, ſed hominem & Angelorum Dominum peperiſti. Propter quod bene ait Beda ſic. Vere benedicta in mulieri bus,quæ ſine exemplo muliebris conditionis,cum decore virginitatis gauiſa eſt honore parentis,quodq; virginem natuſ decebat, Deum filium procreauit. Item chariſſimi benedicta propter prolem eſt Maria,non ſolum a Domino benedictionem eius operante,non ſolũ ab Angelo benedictionem eius nunciante,ſed & ab homine benedictionem eius prophetante, ſicut patet in Eliſabeth, quæ exultante in vtero eius infante,repleta Spiritu ſancto,prophetando exclamauit dicens. Benedicta tu in mulierib.& benedictus fructus ventris tui. Ideo Luc.1.
vtiq; benedicta,quia benedictus fructus ventris tui,ſicut ager,ideo benedictus,quia benedictus fructus eius eſt. Maria enim,fratres,eſt ager ille benedictus, de quo dicitur in Gene. Ecce odor filij mei ſicut odor agri ple Gen. 27.
ni,cui benedixit Dominus. De hoc beatus Hieronym. ait ſic. Bene ager plenus dicitur,quia Maria plena gratia pronunciatur , de cuius vtero credentibus fructus vitę proceſſit. O verè ager ſuper omnes agros benedictus, propter fructum. O vere mater ſuper omnes matres benedicta propter filium, ſecundum quod etiam exclamans beatus Auguſtinus ait. O fœmina ſuper fœminas benedicta,quæ virum omnino non nouit, & virum ſuo vtero circundedit. Ecce vidimus ò dulciſſima Maria,quia tu propter benedictum filium ventris tui, es vere benedicta benedictione diuina, Angelica,& humana. Heu quam longe ab iſta benedictione Mariæ ſunt,qui propter maledictum fructum operis ſui, maledictionem incurrunt diuinam,angelicam, & humanam: dum maledicti à Deo,maledicti ab Angelis, maledicti ab hominibus erunt in æternum. Tertio penſate chariſſimi,quomodo vere benedicta ſit maria, propter multitudinem miſericordiæ ſuæ. Ipſa nanque per illam Ruth ſignatur,de qua dicitur. Benedicta es a Domino filia,quia priorem miſericordiam poſteriore ſuperaſti. Prior Mariæ miſericordia fuit , quam exhibuit Propter miſericordiam quã nobiſcum operatur. Ruth. 3.

Digitized by Google

dum adhuc viueret in mundo, posterior verò eius misericordia est, quam iam amplius quam per mille ducentos annos exhibuit de cęlo. Posterior nanque priorem superauit, quia ista illam multitudinem innumerabilium beneficiorum excessit. Quis æstimare possit, quam inæstimabiliter Maria propter misericordiam suam sit benedicta, cum inæstimabilis sit ipsa eius misericordia? Et quis æstimare potest, quam inæstimabilis sit Marię misericordia propter quam ipsa tam inestimabiliter est benedicta? Hinc est, ꝙ beatus Bernardus, exclamans dicit. Quis misericordiæ tuæ ò benedicta, longitudinem, & latitudinem, & sublimitatem, & profunditatem queat inuestigare? Benedicta ergo est Maria ꝓ multiplici misericordia, quam per eam homo recepit & recipit. Benedicta vtique est, quia per eam Deus homini placabilis est, benedicta quoq; est, quia per eam homo Deo acceptabilis est, benedicta insuper est, qa ꝑ eam diabolus homini superabilis est. Dico charissimi, ꝙ Maria benedicta est, quia per eam Deus homini placabilis est, sicut signatum est in Abigail, de qua legitur

1.Reg.25.

Quod cum Dauid offensus occidere vellet Nabal stultum, Abigail occurrens offenso, placauit eum. Qui placatus dixit. Benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti me, ne irem hodie ad sanguinem, & vlciscerer me manu mea. Nabal stultus signat peccatorem. Omnis enim peccator stultus est, sed heu, sicut

Eccl. 1.

dicitur in Eccles. Stultorum infinitus est numerus. Abigail Mariam signat, interpretatur enim patris exultatio. O quanta patris cęlestis in Maria, & Mariæ in patre cœlesti fuit exultatio, cum ipsa dixit. Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Sicut autem Abigail dominam nostram, sic Dauid Dominum nostrum, signat. Dauid autem offensus est stulto Nabal, quando Dn̄s offensus est homini impio. Dauid Nabal stulto ꝑ Abigail placatur, quando Dominus impio per Mariā recōciliatur. Abigail placauit Dauid verbis & muneribus, Maria placat Dominum precibus & meritis. Abigail vltionem temporalem: Maria vero æternalem conuertit, dum illa humanum, ista verò diuinum gladium conuertit. Propter hoc bene ait Bernardus. Nemo tam idoneus Domina, qui gladio Domini pro nobis manū objiciat, vt tu Dei amantissima, per quam primum suscepimus misericordiam de manu Domini Dei nostri. Item charissimi Maria non solum benedicta est, quia per eam Deus homini placabilis est, sed etiam ideo benedicta est, quia per eam homo Deo acceptabilis est, eo quòd per ipsam benedictam homo benedictus est.

Isa. 19.

Vnde bene in Isa. dicitur; quod erit Israel benedictio in medio terræ, cui benedixit dominus exercituum, dicens. Benedictus populus meus, &c. Medium terrę cui benedixit dominus, dici potest beata virgo, in quo terræ medio inchoata est salutis nostræ benedictio, iuxta

Psal. 73.

illud Psalm. Deus autem Rex noster, ante secula operatus est salutem, &c. De hoc terræ medio beatus Bernardus sic ait. Maria mirabili proprietate terræ mediū appellatur, ad illam enim sicut ad medium, sicut ad arcam Dei, sicut ad rerum causam, sicut ad negocium sæculorum respiciunt, & qui habitant in cœlo, & qui habitant in inferno, & qui nos præcesserunt, & qui nos sequuntur. Illi qui sunt in cœlo, vt resarciantur, qui in inferno, vt eripiantur, qui præcesserunt Prophetas, vt fideles inueniantur, qui sequuntur, vt glorificentur. In hoc ergo benedicto terræ medio, benedictus est Israel, benedictus est Dei populus, dum per benedictam Dei matrem Deo est acceptus. Quid mirum si per benedictam Mariam, benedicta & accepta Deo sit creatura rationalis, cum etiam per ipsam benedicta sit creatura vniuersalis? Vnde Anselmus exclamans dicit. O virgo benedicta, & super benedicta, per cuius benedictionem benedicitur omnis creatura, non solum creatura a creatore, sed creator a creatura. Item charissimi Maria non solum benedicta est, quia per eam Dominus homini placabilis est, non solum quoque benedicta est, quia per eā homo Deo acceptabilis est, sed etiam ideo benedicta est, quia per eam diabolus homini superabilis est. Vnde ipsa per Iudith signata est, de

Iudith. 13.

qua dicitur. Benedixit te dominus in virtute sua, qui ꝑ te ad nihilum redigit inimicos nostros. Inimici nostri sunt demones, quos beata virgo ad nihilum redegit dū & in se, & in multis alijs vires eorum confregit, sicut beatus Bernardus testatur, cū ait. Tu bellatrix egregia, & infra oīs ante faciem tuam militia spiritualium nequitiarum, in fugam est conuersa. Fugiamus ergo fratres, & confugiamus ad auxilium matris domini, in omnib' vexationibus & impugnationibus diaboli. Ipsa nanque est inimicis animarum nostrarum terribilis, vt castrorum acies ordinata. Et heu, quia multiplex est nostra miseria pro qua benedictione Mariæ indigemus & misecriordia, ideo hanc benedictionem inuocemus cū beato Bernardo, qui sic ait. Sit pietatis tuæ virgo benedicta, ipsam quam apud Deum meruisti gratiam, notam facere mundo, reis veniam, ægris medelam, pusillis corde robur, afflictis consolationem, peregrinantibus adiutorium & liberationem, sanctis tuis precibus obtinendo. Ecce vidimus o dulcissima Maria quia tu es vere benedicta pro tua multiplici misericordia, Benedicta (inquam) es, quia per te Deus homini placatus. Benedicta es, qa per te homo Deo gratificatur: benedicta quia per te diabolus ab homine superatur. Heu quam longe ab hac Marię benedictione est, cuicunque Deus placatus non est, quicunque Deo gratus non est; quicunque a diabolo subiugatus est, & ideo talis à deo maledictus est. Quarto pensate charissimi, quomodo vere benedicta sit Maria propter magnitudinem gloriæ

Propter magnitudinem glorię suæ.

suæ: Iuxta illud Ezech. Benedicta gloria domini de loco suo. Gloria domini est gloriosa mater domini, quæ vere benedicta est propter gloriam, quam habet de loco suo duplici.

Ezech. 3.

Benedicta (inquam) de loco quo filius eius apud ipsam requieuit in vtero. Benedicta est de loco quo ipsa apud filium requiescit in cœlo. Vterque enim locus dignissimus est, sicut patet per beatum Bernard. dicentem sic. Nec in mundo locus dignior virginalis vteri thalamo, in quo filium dei Maria suscepit, nec in cęlis regali solio quo in Mariā filius Marię sublimauit. Benedicta ergo est Maria propter gloriam suā, benedicta vtique propter gloriam suam sublimissimā, copiosissimam, & stabilissimam. Benedicta dico propter gloriam suam sublimissimam dignitate, benedicta propter gloriam suam copiosissimam immensitate, benedicta propter gloriam suam stabilissimam perpetuitate. Dico charissimi, quòd benedicta est Maria propter gloriam suam excellentissimam dignitate. De hac benedictione accipi potest verbum Psalm. dicentis. Bene dices coronæ anni be.tu. Nota quod est annus

Psalm. 64.

æquanimitatis, annus seueritatis, & annus benignitatis. Primus annus exultantium in mundo. Secundus eiulantium in inferno. Tertius exultantium in cœlo. Primus annus habet dies & noctes. Secundus habet noctes & non dies. Tertius habet dies & non noctes. Dico quod primus annus habet dies & noctes, idest, bonos & malos, qui simul in hoc mundo sunt. Tot autem sunt dies & noctes in hoc anno, quot sunt boni & mali in mundo. Secundus annus habet solas noctes. i. solos peccatores noctibus tenebrosiores. Tot autem sunt noctes in hoc anno, quot sunt peccatores in Inferno. Tertius annus habet solos dies i. solos bonos die clariores. Tot autem sunt dies in hoc anno, quot sunt iusti in cœlo. In primo anno æquanimitatis, boni & mali æquani-

miter

Digitized by Google

miter tolerantur. In secundo anno seueritatis, mali seuerissime cruciantur. In tertio anno benignitatis, boni benignissime coronantur. Huius autem anni benedicti corona est benedicta virgo Maria. Ipsa cette est corona omnium dierum huius anni, quia ipsa est corona omnium sanctorum cęli. Corona.n.super caput poni solet, sic Maria quasi supet capita omnium sanctorum locata est: sicut testatur beatus Hieronymus dicens. Exaltari meruit super chorosangelorum, & peruenit vltra quam nostræ humilitatis est natura. Filius certe Mariæ est summa sanctorum corona: Maria vero corona sub corona. Patet ergo, quam sublimiter benedicta sit corona nostra, mater nostra Maria. Omnes ergo tā sublimiter benedictam sequamur, benedictam vtique de qua beatus Bern. ait. Non est nobis hic manens ciuitas, sed eam inquirimus, ad quam hodie Maria benedicta peruenit. Item charissimi benedicta est Maria, non solum propter gloriam eius excellentissimam dignitate, sed etiam propter gloriam eius copiosissimam immensitate: cuius copia tanta est, ꝙ ad omnes distenditur, & ideo merito ab hominibus benedicitur: secundū
Iud. 15. ꝙ de ipsa per significationem dr̃ in lib. Iudith. Benedixerunt eam omnes vna voce dicentes. Tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri. Benedixerunt eam vtiq; omnes. Nota, ꝙ dicitur omnes, nam omnis est signum vniuersale, requirēs tria appellata. Et ecce quasi tria appellata sunt, Deus, Angelus, & homo, qui Mariam benedixerunt. Deus vtiq; benedixit Mariam, Pater benedixit Mariam, Spiritussanctus benedixit eam, omnes tres personæ benedixerunt eam. Angelus etiam benedixit Mariam. Prima hierarchia benedixit eam, secunda benedixit eam, tertia benedixit eam, omnes Angeli benedixerunt eam. Homo quoq; benedixit Mariam, coniugati benedixerunt eā, viduæ benedixerunt eam, virgines benedixerunt eam, omnes benedixerunt eam. Benedixerunt autem eā dicentes. Tu gloria Hierusalem triumphantis, gloria (inquam) omnium sanctorum, tu lætitia Israel Deū contemplantis: tu lætitia (inquam) omnium Angelorum, tu honorificentia populi peregrinantis, honorificentia (inquam) omnium in mundo iustorum. Benedictus ergo sit dulcissimus filius tuus ò Maria, qui de copiosissima benedictione tua, tanta præstat bona in cœlo & in terra: vt tam Angeli quam homines gratulari possint cum Ansel. qui ait. Hęc tanta bona per benedictum fructum benedicti ventris benedictę Marię prouenerunt. Item charissimi Maria nō solum benedicta est propter gloriam eius sublimissimam dignitate, non solum benedicta est propter gloriam eius copiosissimam immēsitate: immo etiam benedicta est propter gloriam eius stabilissimam perpetuitate. Ipsa namq; per domum il-
1. Para. 17. lam signatur, de qua primi Paral. dicitur. Te domine benedicente, benedicta erit in perpetuum. Vere in per-
Psal. 44. petuum, sicut etiam in Psal. dicitur. Propterea benedixit te Deus in æternum. Si ergo ò dulcissima virgo Maria, tu es vere in mulieribus & super mulieres, immo ēt super viros, immo etiam super Angelos benedicta, Benedicta (inquam) propter plenitudinem gratiæ quam inuenisti, benedicta propter celsitudinem pſonæ quam genuisti, benedicta propter multitudinē misericordiæ quam exhibuisti: benedicta propter magnitudinē gloriæ quam percepisti. Te igitur o nimis benedicta inuocamus, te imploramus, te oramus cum beato Bernardo, qui te benedictam orās ait. Fac o benedicta per gratiam quam inuenisti, per prærogatiuam quam meruisti, per misericordiam quam peperisti, vt qui mediante te fieri dignatus est particeps infirmitatis & miseriæ nostrę, te quoque intercedente participes nos faciat beatitudinis & gloriæ suæ. Amen.

Capitulum decimumtertium.

BEnedicta tu in mulieribus, De benedictione nostrę virginis benedictæ adhuc dicamus, adhuc audiamus. Fęlix Maria benedicta, infęlix vero omnis anima maledicta. omnes quibus dicetur, Discedite a me maledicti in ignem ęternum. Maledicta certe om- Matth. 25.
nis anima vitiosa, benedicta tu verò Maria virtuosa. Maledictionem per septem vitia capitalia mundus incurrit, benedictionem autem per virtutes contrarias Maria obtinuit. Benedicta ergo tu in mulieribus ò Maria, benedicta vtiq; pro humilitate contra superbiam, pro charitate contra inuidiam, pro lenitate contra iracundiam, pro strennuitate contra acediam, pro liberalitate contra auaritiam, pro sobrietate contra gulam, benedicta pro castitate contra luxuriam. Primo audiamus charissimi, quomodo benedicta sit Maria pro humilitate cōtra superbiam. Superbi enim maledicti sūt,

Maria virtutem habuit humilitatis contra superbiam.

Psal. 118. sicut scriptū est. Increpasti superbos, ma. qui de. a. man. tu. Contra hanc superbiæ maledictionem, Maria obtinuit humilitatis benedictionem. Vnde ipsa per vallem
2. Para. 20. illam signari potest, de qua in lib. Paralip. dr̃. Vocauerunt locum illum vallem benedictionis. Si omnis hu-
Isa. 30. milis est quædam Dei vallis, iuxta illud Isa. Omnis vallis exaltabitur, quantò magis vallis fuit Maria, quæ tāta fuit humilitate profunda. Quid mirū si ipsa fuit vallis vallium, quæ fuit humillima humilium? O quantis hæc vallis benedicta benedictionibus est exaltata pro humilitate sua, tam profunda, tam vtili, tam grata. Vnde beatus Augustinus ait. O vere beata humilitas Mariæ, quæ Dominum hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, cęlos innouauit, mundū purificauit, paradisum aperuit, & hominum animas ab inferis liberauit. Vallis quanto humilior, tanto receptibilior est aquarum, sic & Maria gratiarum. Vallis autem irrigationes aquarum recepit, quandoque a superiori, quandoque ab inferiori. A superiori quidem, per pluuias de monte defluentes: ab inferiori vero, per aquas de fonte effluentes. Similiter humilis Maria quasi de superiori, & inferiori, quasi de monte & fonte irrigata est, cū de diuina & humana filij sui natura, tanta gratiarum benedictione infusa est. Hęc itaque bn̄dictio est, de qua legitur in lib. Iudicum. Quòd cū Axa diceret patri suo, Iudi. 1.
da mihi benedictionem, dedit ei pater suus irriguum superius & inferius. Asa Mariæ typum gerit, quæ irriguā a patre cęlesti benedictionem suscepit. Dedit enim ei Deus pater irriguum superius in Christi diuinitate, inferius verò in Christi humanitate. Itē superius in mente, inferius in ventre. Itē superius in charitate Dei, inferius in charitate proximi. Itē superius in contemplatione, inferius in actione. Vel certe pater eius cœlestis dedit ei benedictionem ineffabilis irrigui superius in cœlis, inferius in terris, vt in cœlis benedictionem gloriæ, in terris verò benedictionem gratiæ possidens, benedicta esset tā in cęlo, quā in terra, secundū ꝙ beatus Bernardus, innuens dicit. Memento Maria ꝙ Christus maledictionem pertulit crucis, qui te suam matrem benedixit in cęlis; sed & in terris ab Angelo benedicta, & a cunctis terræ generationibus merito benedicta prædicaris. Secundo charissimi audiamus, quō benedicta est Maria pro charitate cōtra inuidiam. Inuidi namq; maledicti sunt, sicut de inuido Cain dicitur; Maledictus Gen. 4.
eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratis tui de manu tua. Contra inuidiæ maledictionem, Maria obtinuit charitatis benedictionem. Vnde ipsa bene per Saram signari potest, de qua Dominus dixit. Benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum. Sara interpretatur carbo. Hoc bene Mariæ conuenit quæ tanq̄ carbo ardore charitatis ignita fuit. Propter quod etiam ipsa bene per ru-

bum ardentem signatur, per quam fideli cuilibet benedictio gratiæ ministratur. Vnde in Deut. dicitur. Benedictio illius qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph. Ioseph interpretatur augmentum, & significat quemlibet fidelem diuina gratia adauctum. Bñdictus rubus, & benedictus qui per incarnationem apparuit in rubo, per quem tanta venit super capita fidelium benedictio. Et ò vere benedictus carbo, tam benedictam flammam producens, benedicta Maria, tam benedictã prolem gignens. Ex illa (inquit Dominus) dabo tibi filium, cui benedicturus sum. Pensa ergo quantum Maria charitatem ad Deum habuerit, cũ Deus filius eius sit corporaliter, pensa etiam quantam ad proximum habuerit, cum bonus proximus filius eius spiritualiter sit. Si autem filij eius sumus, ergo & fratres filij eius sumus. Et ideo bene de ista matre benedicta dicit Ansel. O benedicta & exaltata, non tibi soli, sed etiam nobis quid est? quàm magnum est, quam amabile est, qđ video per te euenire nobis, quòd uidens gaudeo, quod gaudens dicere nõn audeo, si enim tu Domina es mater Dei, nonne & alij filij tui sunt fratres Dei? Tertio charissimi audiamus, quomodo benedicta sit Maria pro lenitate & mansuetudine contra iracundiam. Iracũdi.n. maledicti sunt, sicut scriptum est in Gene. Maledictus furor eorum quia pertinax, & indignatio eorum quia dura. Contra hanc iræ maledictionem, Maria obtinuit mansuetudinis benedictionem. Cuius reuera tanta fuit mansuetudo, q non solum propria ira caruit, sed etiam iram Domini ad mansuetudinem conuertit. Vnde ipsa bene per Abigail signatur, cui Dauid dixit. Benedictum eloquium tuum, & benedicta tu quæ prohibuisti me ne irem hodie ad sanguinem, & ulciscerer me manu mea. Proprium est hoc mansuetorum, mansuetis uerbis frangere iram offensorũ: iuxta illud Prouerbiorum. Responsio mollis frangit iram. Mansueta Abigail mansuetam Mariam signat. Vis nosse quam mansueta fuerit Maria? audi beatum Ber. Reuolue (inquit) diligentius Euangelicę historiæ seriem vniuersam, & si quid forte increpatorium, si quid durum, si qd deniq; signũ vel tenuis indignationis occurrerit in Maria: de cetero suspectam habeas, & accedere verearis. Quod si plena magis omnis pietatis & gratiæ, plena mansuetudinis & misericordiæ inueneris, quæ ad eã pertinet: gratias age ei qui talem tibi mediatricem benignissima miseratione prouidit, in qua nihil possit esse suspectum. Dauid Christum signat, qui per mansuetissimam Mariam mansuescit & placatur: ne se de peccatore per mortem æternam vlciscatur. Omnis.n. anima morti æternæ obnoxia, anhelare non cesset ad tantam Mariæ mansuetudinem: pro qua ipsa merito est benedicta. Dico ergo. Omnis spiritus moribundus dicat cum Anselmo dicente sic. O tu benedicta super mulieres, quæ Angelos vincis puritate, sanctos superas pietate: anhelat moribundus spiritus meus ad tantę benignitatis respectum, sed erubescit ad tãti nitoris aspectum. Quarto audiamus charissimi, quomodo benedicta sit Maria pro strennuitate cõtra acediam. Acediosi.n. maledicti sunt, qui opera Dei strenue & fideliter non agunt. Vnde Hieremias dicit. Maledictus qui facit opus Dei fraudulenter. Contra torporis maledictionem, Maria meruit rigoris benedictionem. Ipsa nanque per illã Iahel signata esse potest, quæ clauo Sisaram interfecit. Propter quod in lib. Iudicum dicitur, Benedicta inter mulieres Iahel &c. Iahel interpretatur ascedens, quod conuenit Marię, quę non sicut acediosi descendit: sed strenue de virtute in virtutem, de inferioribus semper ascendit. Iuxta illud Can. Quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi? Ista benedicta Iahel quid fecit? certe clauo tabernaculi Sisaram interfecit, Sisara exclusio gaudij interpretatur, & bene diabolũ signat: quia a gaudio cęlesti exclusus etiam alios excludere festinat. Immo heu nos omnes excluserat per matrem generis humani, cuius exclusionis maledictio, exclusa est per benedictam matrem saluatoris. Vnde bene venerabilis presbyter Beda ait; Benedicta tu inter mulieres, p cuius partum virgineum, à natis mulierum maledictio primæ matris exclusa est. Sed quid per clauum signatur quo caput Sisaræ perforatur? Quis est clauus ille nisi rigor disciplinæ? Quid est enim rigor disciplinæ acediosis, nisi quasi quidam clauus in oculis? Rigor vtiq; disciplinę clauus est diabolum acerrime pungens, clauus est diabolum rigidissime configens. Benedicta itaque Iahel caput Sisarę clauo interficiente cõfixit, quando benedicta Maria virtutem Sathanæ rigore disciplinæ in se extinxit. Benedicta ergo inter mulieres Iahel, bñdicta inter mulieres Maria. Inter quas mulieres audi Bedam qui dicit; Non solum benedicta tu in mulierib. sed inter mulieres benedictas, maiori benedictione specialiter insignis. Quinto audiamus charissimi, quomodo benedicta sit Maria pro liberalitate contra auaritiã. Auari.n. maledicti sunt: vt Petrus ait. Cor exercitatum auari habentes maledictionis filij, &c. Contra hãc auari maledictionem, Maria meruit largitatis & profusionis benedictionem. Ipsa tãquam vera fontana semper fuit effluens, semper larga: & ideo vere benedicta; Iuxta illud. Sit vena tua benedicta. In temporalibus vena illa Maria plus quam larga fuit, quia large & perfecte omnia contempsit. Vnde secũdum expositionem *Haymonis*. Beata Dei genitrix lunam sub pedibus habuit, quia cuncta temporalia despexit. O quantæ gratiæ per hanc venam ad homines defluxerunt. Sit ergo ò Ecclesia vena tua benedicta, per quam tibi tanta affluunt bona: vere vena nobilis, vena Spiritusancto plena, vena fontis vitæ, vena salutis nostræ Maria. Per hanc nanq; venam fons vitæ Christus ad nos venit, & per hanc ad fontem vitæ Iesum Christum etiam nos venimus: & ideo vere est benedicta. Vnde beatus Ber. ait. Per te accessum habemus, ò benedicta inuentrix gratiæ, genetrix vitę, mater salutis: vt per te suscipiat nos, qui per te datus est nobis. Sexto audiamus charissimi, quomodo benedicta sit Maria pro sobrietate contra gulam. Gulosi nanq; maledicti sunt, sicut patet in gula primorum parentum: pro qua & ipsi & totum genus humanum maledictionem incurrerunt. Contra hanc gulæ maledictionem, Maria obtinuit abstinentiæ & omnis temperantiæ benedictionem: meritò enim contra maledictiones gulæ in paradiso materiali, abundauerunt benedictiones temperantiæ in paradiso spirituali. Iuxta illud Ecclesi. Gratia quasi paradisus in benedictionibus. Tanta gratiarum copia in Maria abundauit, vt etiam ipsa gratiosa virgo gratia quodammodo dici possit. Hęc autem gratia videlicet gratiosissima virgo Maria, fuit quasi paradisus in benedictionibus. Sicut enim in paradiso materiali, gula Euæ meruit maledictiones pœnarum: sic in paradiso spirituali, temperantia Mariæ meruit benedictiones gratiarum. Vnde Augustinus ait. Maledictio Euæ in benedictionem vertitur Mariæ. Sicut autem gula Euæ non solum maledictionem in anima, sed etiam in corpore: sic Maria non solum benedictionem in corpore, sed etiam in anima, non solum benedictionem spiritualem, sed etiam corporalem obtinuit. Maledictio.n. Euæ gulosæ, fuit parere cũ dolore: benedictio autem Mariæ temperatæ, fuit parere sine dolore: teste beato Bernardo qui ait. Benedicta tu in mulieribus, quæ illam generalem maledictionem euasisti qua dictum est; In dolore paries filios, & nihilominus illam qua dictum est: Maledicta sterilis in Israe, ac singularẽ consecuta es benedictionem,

Margin notes (left column): Deut. 33. — Maria habuit mansuetudinẽ contra irã. — Gen. 49. — 1. Reg. 25. — Prou. 15. — Hiere. 48. — Iud. 5. — Cant. 3.

Margin notes (right column): Maria liberalitatẽ habuit contra auaritiam. — 2. Pet. 2. — Prou. 5. — Maria habuit temperantiam. — Eccle. 24.

ria ca- nem,vt nec sterilis maneas,nec cum dolore parias. Se-
até ha- ptimo audiamus charissimi, quomodo benedicta est
it cõtra Maria per castitatem contra luxuriam. Luxuriosis di-
curiam. citur. Maledictus qui dormit cum vxore alterius pro-
ut. 27. ximi sui,& dicit omnis populus, amen:sic dr in Deut.
Contra hanc incontinentiæ maledictionem Maria me
l. 15. ruit continentię benedictionem;sicut signatum potest
esse in lib. Iudith,vbi dr. Benedixerunt eá vna voce di-
centes:Tu gloria Hierusalem,tu lætitia Israel;tu hono
rificentia populi,quæ fecisti viriliter & confortatum
est cor tuum,eo q castitatem amaueris: & post virum
tuum alium nescieris:ideo manus Domini confortauit
te,& eris benedicta in æternum. In hac casta Iudith be
nedictione,potest benedictio Mariæ non solum signa
ri, sed etiam per locum a maiori probari. Si enim sic
benedicta est vidua casta,quãto magis virgo casta?ma
xime talis virgo,quæ & Deum parere, & certe sic paro
re meruit,q virginitatem non amisit. Propter quod be
ne Beda dicit. Benedicta est incomparabiliter, quę &
Diuini germinis gloriam suscepit,& coronam virgini-
iugata, tatis seruauit. Notandum autem est,q in scripturis in
lua, & uenimus. Benedictam coniugatam,benedictã viduam,
go,ĩ scri & benedictam virginem. Benedicta coniugata fuit Sa
ra bene ra,de qua dicitur in Tob. Dicatur benedictio super v-
untur. xorem Tobiæ. Benedicta autem vidua fuit Iudith, si-
b. 9. cut ostensum est. De vidua quoq; benedicta in Psal. di
l. 131. citur. Viduam eius bñdicens benedicam. Benedicta ve
ro fuit virgo Maria:teste Angelo qui dixit. Benedicta
tu in mulieribus,Benedicta ergo quæ coniugalem,be-
nedicta magis quæ vidualem,benedicta maxime quæ
virginalem amauerit castitatem. Benedicta certe quæ
cũ Sara & Susanna fuerit casta coniugaliter, benedicta
magis quę cum Iudith & Anna fuerit casta vidualiter,
benedicta maxime quę cum Maria fuerit casta virgi-
Castitas naliter. Propter quod beatus Augustinus dicit. Bonum
ginalis Susannæ in coniugali castitate laudamus, sed tamen ei
titatem bonum viduæ Annæ,ac multo magis virginis Mariæ
edit ma anteponimus. Vere dignum & iustum est hoc. Dignũ
lem. est vt benedicta sit,quæ cum viro suo virum alium nõ
nouit. Iustum magis est vt benedicta sit, quæ nec cum
viro suo nec post,virum alium non nouit. Dignum &
iustum est vt maxime benedicta sit,quæ nec suum nec
alium virum nouit, & tamen virum tam immensum
concepit. Ideoq; Augustinus exclamans dicit. O fœmi
na super fęminas benedicta, quæ virum omnino non
nouit,& virum suo vtero circundedit. Sic ergo charis-
simi pro humilitate benedicta,benedicta p charitate,
benedicta pro lenitate, benedicta pro strenuitate, be-
nedicta pro liberalitate,benedicta pro sobrietate, bene
dicta pro castitate Maria merito fuit: quæ humilitate
excellentissima,charitate opulentissima,lenitate patiẽ-
tissima,strennuitate feruentissima,largitate affluentis-
sima,sobrietate abstinentissima,virginitate continẽtis-
sima fuit. Eia ergo tu tam multipliciter benedicta tu
tam fœliciter super benedicta Maria oramus,vt tua be
nedictione nos miseros absolutos ab omni maledictio
ne,dignos reddas diuina benedictione. Per Dominum
nostrum Iesum Christum,&c.

Capitulum decimumquartum.

BEnedictus fructus ventris tui. Ostensum est supra quomodo Maria propter purissimam vitę innocẽtiam merito per Aue salutatur:quomodo propter copiosissimam gratiæ affluentiam,merito gratia plena commemoratur:quomodo propter familiarissimã Dei pręsentiam Dominus secum fore insinuatur. Ostendẽdum autem nũc est,quomodo propter vtilissimam prolis suæ excellentiam,merito benedictus fructus ventris
sui proclamatur. Benedictus ergo fructus ventris tui,ò
bñdicta mater filij Dei. Hic est ille fructus,de quo Pro Psal. 48.
pheta dicit. Dominus dabit benignitatẽ,& terra nostra
dabit fructus suos: Quod exponens Beda dicit. Dedit
dominus benignitatem,quia in ingressu vnigeniti sui,
virginalis vteri templum,Spiritussancti gratia consecra
uit,& terra nostra dabit fructum suum,quia eadem vir
go quæ de terra corpus habuit, filiũ genuit diuinitate
quidem Deo patri coęqualem, sed sibi carnis veritate
consubstantialẽ. Considerandum autem est, q fructus
iste fructus generosissimus,fructus delitiosissimus,fru
ctus virtuosissimus,fructus copiosissimus est. Fructus
(inquam)generositate sublimissimus,fructus delecta-
bilitate desiderabilissimus:fructus virtuositate vtilissi
mus,fructus copiositate vniuersalissimus. Primo consi
deremus charissimi,quomodo fructus vteri virginalis
generosissimus sit. Generosus quidem est, quia de vte-
ro regali est. Generosior autem est,quia de vtero virgi
nali est. Generosissimus certe est,quia de vtero pater-
nali,de vtero(inquam)patris æterni est. Dico charissi- Christus
mi,q generosus est fructus iste,quia de vtero regali, ex stirpe re
de vtero(inquam)regis Dauid prodijt,sicut sibi Domi gia descen
nus promiserat dicens in Psalm. De fructu ventris tui dit.
ponam super sedem tuam. Hoc autem promissum A- Psal. 131.
postolus testatur dicens ad Roman. Qui factus est ex
semine Dauid secundum carnem. Et certe fructus iste Rom. 1.
generosus & nobilis est,nõ solum propter Regem Da
uid, sed & propter omnes illos nobiles progenitores
suos:per quos secundum genealogiam a Matthæo de-
scriptam propagatus in mũdum venit, Iuxta illud Sap. Sap. 18.
A regalibus sedibus venit. Item charissimi Fructus iste
licet generosus sit propter vterum regalem, genero-
sior tamen est propter vterum virginalem, de quo
dicitur. Benedictus fructus ventris tui:ventris vtique
qui secundum q in virga Aaron significatum fuit,flo-
rem virginitatis simul cum fructu fęcunditatis reti-
nuit. Propter quod bene beatus Ber. ait. Nascitur Chri
stus ex muliere,sed cui fęcunditatis fructus sic accedat
vt non decidat flos virginitatis? Ista fructus virginalis
nobilitas sicut mirabilior,ita excellentior est quam pri
ma,plus quam cęli exaltentur a terra. O vere mirabilis
& inaudita nobilitas,ò vere nobilis de virgine natiui-
tas. Nobilitas(inquit August.)fuit nascentis in virgini
tate parientis,& nobilitas parientis in Diuinitate nascẽ Filius vir-
tis. Item charissimi fructus iste licet generosus sit pro- ginis,filius
pter vterum regalem, generosior autem propter vte- Dei est.
rum virginalem,generosissimus tamen propter vterũ
paternalem. Vnde de isto fructu accipi potest illud O- Oseæ. 14.
seæ. Ex me fructus tuus inuentus est. Originale habet,
tuus,sed septuaginta habent,eius. Dicat ergo Deus pa
ter ad Mariam,dicat ad fidelem animam, dicat ad Ec-
clesiam. Ex me fructus tuus inuentus est,tuus ò Maria
ad hunc fructum producendum electa. Tuus ò anima,
ad hunc fructum diligendum illecta. Tuus ò Ecclesia,
ad hunc fructum percipiendum collecta. Tuus(inquã)
tuus. Tuus certe corporaliter per assumptam naturam,
tuus spiritualiter per gratiam,tuus sacramentaliter per
Eucharistiam,tuus æternaliter per gloriam. Ex me ta-
men tuus est, quia ex meo vtero genitus est, sicut in Psal. 109.
Psalmo scriptum est. Ex vtero ante luciferum genui te.
O vere nimis admiranda,nimisque veneranda nobili-
tas,quòd fructus ventris materni est filius vteri ęterni,
& sapientia cordis paterni, sicut & beatus Bernardus
de istò fructu ait. Illius ò Maria eris mater,cuius Deus
est pater,filius potentiæ & charitatis,erit corona tuę ca
stitatis,sapientia paterni cordis,erit fructus vteri virgi
nalis. Ista ergo fructus generosissimi huius nobilitas,
& prima & secũda in infinitum sua dignitate procedit,
& omnem intellectum humanum & angelicum cum
sua sublimitate excellit. Ideoq; bene de hoc fructu di

Isa. 4. citur ab Isa. Erit germen Domini magnificentia & glo
ria, & fructus terræ sublimis. In magnificentia, propter
regalem, in gloria, propter virginalem, sublimis propter
ęternalem siue paternalem generositatem. Secundo cō
sideremus charissimi, quō fructus vteri virginalis deli
tiosissimus sit. Delitiosus quidem est in odore, delitio
sior in specie, delitiosissimus vero in sapore. Decorem
autem eius fide, odorem spe, saporem eius charitate per
cipimus. Dico charissimi, q; fructus Mariæ delitiosus
est suaui odore. Vnde de ipso bene potest dicere mater
Eccl. 24. eius illiud Eccl. Ego quasi vitis fructificaui suauitatē
odoris. Fructus vitis, est proles virginis. Quod tamen
vere mirum est, & mire verum est, teste Augustino, q;
de hoc fructu sic ait. De creatura creator omnium pro
creatus nascitur, de riuulo suo fons magnus educitur,
radix omnium de virgulto suo nascitur & vitis uera
palmitis sui fructus efficitur. Fructus vitis vinum est,
odor vini delectabilis est. Sic certe odor exemplorum
Christi, odor consolationum Christi, odor promissio-
num Christi valde delectabilis est animæ Christum si-
tienti. Et ideo sicut odor vini sitientem, sic odor Chri-
Cant. 1. sti trahit post ipsum currentem & dicētem. Trahe me
post te, &c. Quòd nos miseri heu non currimus sed vix
serpimus, signum est, q; de odore huius fructus heu pa
rum suscepimus. O si olfactum Isaac haberemus, qui
huius fructus odorem tam longe præsensit, teste beato
Bern, qui sic dicit. Huius odoriferi fructus fragrantiā
Gen. 27. sentiebat, qui dicebat. Ecce odor filij mei, sicut agri ple
ni cui benedixit Dñs. Item charissimi fructus iste non
Leu. 24. solum delitiosus est odore, sed etiam delitiosior est spe
cie & decore. De hoc nota quod dr̄ in Leu. Sumetisq;
die primo fructus arboris pulcherrimę. Primus dies
alam illuminans est fides. Et certe si sumere debemus
fructus arboris pulcherrimæ. Arbor pulcherrima est
Maria, pulchra quidem in folijs oris, pulchrior aūt in
floribus cordis. Pulcherrima vero in pulcherrimo fru-
ctu ventris. De quo beatus Bern. infert sic, Si (inquit)
fructus ille mortis non solum suauis fuit ad vescendū,
sed ēt (teste scriptura) delectabilis aspectu, quanto ma-
gis huius vitalis fructus viuificum decorem debemus
inquirere? illum (inquā) in quem desiderant Angeli ꝓ-
spicere. Pulcher vtique fructus Christus est, qui specio
Psal. 44. sus forma præ filijs hoīum est. Si aūt plenius cognosce-
re volumus fructus huius pulchritudinē, recurramus
ad ipsam arborē pulcherrimam, rogramus ipsam pul-
Cant. 5. cherrimā eius matrē, & dicamus illud Can. Qualis est
dilectus tuus ex dilecto ò pulcherrima mulierū? Et ec
ce ipsa respondens statim dicit. Dilectus meus cādidus
& rubicundus, electus ex milibus. Ipsa candor lucis æ-
ternæ, Candidus quidē est diuinitate, rubicundus aūt
humanitate. Candidus quoque conuersatione, rubicū
dus passione. Ecce quam pulcher fructus, propter hoc
bene de ipso dicit Aug. Pulcher in cęlis, pulcher in ter-
ris, pulcher in patre verbum, pulcher in matre caro &
verbum. Hæc aūt pulcherrima arbor Maria, non solū
habet pulcherrimum fructum ventris, sed ēt pulcherri
Gal. 5. mos habet fructus mentis. De quibus Apostolus ad
Galat. scribēs ait. Fructus aūt spiritus est charitas, gau
dium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas,
mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Item
charissimi fructus iste non solum delitiosus est odore,
& delitiosior decore, sed etiam delitiosissimus est sapo
Cant. 2. re. Quod bene illa sancta aīa experta fuit quæ in Cant.
dicit. Sub vmbra illius quem desiderabam sedi, & fru-
ctus eius dulcis gutturi meo. Quid mirū si fructus iste
tā dulcis est, q; tā altus est? Dicit. n. beatus Bern. Fructus
quanto altior, tanto dulcior, ergo tu solus dulcissimus,
quia tu solus altissimus. Quomodo aūt potest altissi-
mus esse ille fructus, cuius breuissima est arbor? Sed
certe arbor huius fructus Maria, & altissima simul est,

& breuissima, altissima dignitāte, breuissima humilita
te. Altissima in oculis Dñi, breuissima in oculis suis.
Quæ licet hoc modo sit breuis, fructus tñ eius est val-
de dulcis. Vnde in Eccl. dr̄. Breuis in volatilibus est a- Eccle
pis, & initium dulcoris habet fructus eius. Si igitur fru
ctus ventris Mariæ in olfactu, in visu, & in gustu deli-
tiosissimus est, ideo vere benedictus est. Sicut etiā bea-
tus Bern. testatus est dicens. Benedictus fructus ventris
tui, benedictus in odore, benedictus in sapore, benedi- Fru
ctus in specie. Tertiò charissimi consideremus, quo- virginis
modo virginalis vteri fructus sit virtuosissimus. Nā re lis sol
uera virtuosus est ad perditorum saluationem, ad saluā est.
dorum multiplicationem, & ad multiplicatorum con-
seruationē. Dico charissimi, q; fructus iste benedictus
virtuosus est ad saluandum siue ad salutem, propter qd̄ Eccl. 1.
ēt fructus salutis dicitur. Vnde Eccles. ait. Corona sapiē
tiæ timor Dñi, replens pacem & salutis fructum. Quid
est quod dicit pacem, & fructū? fructus salutis nostræ
& pax nostra ille est qui fecit vtraq; vnum Iesus Chri-
stus. Et certe hunc fructum, hanc pacem timor Dñi re Isa. 11.
pleuit: teste Isa. qui ait. Et repleuit eum spiritus timoris
Domini. Bene autem dicitur fructus salutis, sine quo
nulla salus est nobis: iuxta illud. Non est in aliquo alio Act. 4.
salus. Et Anselm. Non est (inquit) salus, nisi quem tu
virgo peperisti. Tu igitur ò Maria vere es arbor salu-
tis, quæ mundo portasti fructum salutis. Sicut beatus
Bern. exclamans dicit: O vere cęlestis planta preciosior
cunctis, sanctior vniuersis. O vere lignū vitę, qd̄ solum
fuit dignum portare salutis fructum. Sed heu multi fru
ctum istum salutiferum faciunt mortiferum, fructum-
que tam melliferum sibi conuertunt in absynthium ę-
ternū: sicut in Amos dr̄. Conuertisti in amaritudinem Amos 6.
iudicium, & fructus iustitiæ in absynthium. Item cha-
rissimi fructus iste valde est virtuosus, non solū virtu-
te saluatiua, sed etiam virtute multiplicatiua. Vnde etiā
in bono exponere possumus quod scriptum est. A fru Psal. 4.
ctu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt, vt frumē
tum ad corpus Christi, oleū ad animam Christi, vinū
ad diuinitatem Christi referamus. Fructum quoq; fru
menti ad sacramentum corporis Christi. Fructum aūt
vini ad sacramentum sanguinis Christi. Fructum vero
olei, ad vnguentū Spiritussancti referre possumus. Ab
hoc ergo fructu multiplicati sunt filij in Ecclesia, &
multiplicata est Ecclesia in filijs. Nam oēs filij ventris
Ecclesiæ, sunt hæreditas & merces fructus ventris Ma
riæ, sicut in Psal. dicitur. Ecce hæreditas Domini filij Psal.
merces, fructus ventris. De hoc quoque beatus Hiero
nymus ait. Ipse Dominus natus ex virgine, factus est
fructus ventris, cuius assumpta humanitas hanc acce-
pit mercedem, vt gentes vocatæ in filijs sint hæreditas
eius. Item charissimi fructus iste benedictus, non solū
virtute saluatiua virtuosus, non solum virtute multipli
catiua virtuosior, sed etiam virtute cōseruatiua virtuo
sissimus est. Vnde de hoc fructu possumus accipere il-
lud Prouerbiorum. Fructus iusti, lignum vitæ. Sicut. n. Prou. 11.
lignū vitæ quod fuit in medio Paradisi terrestris, virtu
tem habuit seruandi vitā naturæ, sic certe fructus ven
tris Mariæ, qui est lignum vitæ, & fructus vitæ in me-
dio paradisi Ecclesiæ, conseruat vitā gratię, in medio
paradisi cœlestis patriæ vitam gloriæ. Conseruat quidē
vitam gratiæ a corruptione culpæ, vitam vero gloriæ a
corruptione omnis miserię, vt sic recipiamus in fructu
Mariæ quod amisimus in fructu Adam & Euæ, sicut
bene notauit Beda dicens. Benedictus fructus ventris
illius, per quem & semen incorruptionis in agro super
næ hereditatis quem in Adam perdidimus, fructum re
cipimus. Sit ergo benedictus fructus Mariæ salutem
dando spiritualiter, saluandos multiplicando vniuersa-
liter, multiplicatos conseruando æternaliter virtuosis-
simus. Quarto consideremus charissimi, quomodo vir
ginalis

ginalis vteri fructus sit copiosissimus. Reuera.n.tam
copiosus est, q̄ animam plene potest reficere, tam co-
piosus est, q̄ omnibus potest sufficere, tam copiosus
est, q̄ nunquam potest deficere. In primo quidem co-
ristus piosus, in secũdo copiosior, in tertio copiosissimus est.
us ani- Dico charissimi, q̄ fructus iste benedictus tam copio-
i satiare sus est, q̄ animam rationalem quam totus mundus om
test. nisq; creatura satiare non potest, fructus iste ad satieta
l.103. tem reficere potest. Vnde scriptum est. De fructu ope-
rum tuorum satiabitur terra. Fructus vẽtris Mariæ, est
fructus operum tuorum Domine. Tuorum vtiq; tuo-
rum, non humanorum, non mortalium, sed tuorum.
Tuum.n. Domine opus est tantæ virginis præparatio,
tuum opus est Gabrielis missio, tuum opus Spiritussan
cti superuentio, tuum opus est verbi & carnis vnitio.
Talium operum tuorum Domine est fructus iste, quia
de talibus operibus quasi de quibusdam floribus pro-
cessit fructus iste. Vnde etiam in Nazareth, quod flos
interpretatur, bene apparuerunt flores isti. Dicit.n.B.
Bern. In Nazareth nunciatur Christus nasciturus, quia:
in flore speratur fructus processurus. Terra quæ isto
fructu satiatur, est anima humana, quæ ad modum ter
ræ semper est germinatiua, siue vtilium siue inutilium
herbarum, i. cogitationum & desideriorum. Ista (in-
l.16. quam) terra fructu Mariæ satiatur sicut scriptum est.
Satiabor cum apparuerit gloria tua. Quid mirum si in
l.16. gloria satientur hoc fructu fruentes, cum etiam in mise
ria satientur credentes? Vnde Cassiodorus exclamans
dicit; O fructus ille mirabilis, qui humanum genus dul-
cissima credulitate satiauit. Vnde non gustare pec-
care est. Vide ergo quam copiosus iste fructus est, qui
animam satiare põt, quam totus mũdus satiare non po
test. Item charissimi, fructus iste benedictus non solũ
tam copiosus est, q̄ animam insatiabilem põt plene re
ficere: sed etiã tam copiosus est, q̄ vniuersitati saluan-
dorum potest bene sufficere. Hic.n. est fructus arboris
n.4. illius gloriosæ, de qua dicitur. Fructus eius nimius: esca
vniuersorum in ea. Vniuersorum certe in Domino vi-
uentium, quiescentium, & resurgentium. Sicut pulchre
u. 25. signatum potest esse in Leuit. vbi dicitur. Dabo vobis
benedictionem meam anno sexto, & faciet fructus triũ
annorum. Annus sextus ætatem sextam, septimus septi
mam, octauus octauam signat. Iste annus sextus, est an
nus plenitudinis: secundum illud Apostoli. At vbi ve-
l.4. nit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, &c.
Hic itaq; annus protulit fructum Dei filium, fructum
vtique tam copiosum, q̄ per ipsum, anno sexto viuen-
tium: anno septimo quiescentium, & anno octauo re-
surgẽtium, habemus omnes fructus animarum nostra
rum. Ipse ergo est fructus sufficiens vniuersitatis ani-
marum nostrarum, quia est Dominus sufficiẽs vniuer
sitati creaturarum. Hic autem est fructus vẽtris Mariæ
teste Augustino qui ait, Illa virgo singulari gratia præ
uenta est atq; repleta, vt ipsum haberet ventris sui fru
ctum, quem ex initio habet vniuersitas Dominũ. Item
charissimi, fructus noster benedictus, nõ solum in hoc
copiosus est, q̄ animas satiãdas potest ad satietatem re-
ficere, non solum in hoc copiosior est, q̄ animarum sa-
tiandarum potest vniuersitati sufficere, sed etiam tam
copiosissimus est, q̄ satiandis animabus & Angelis nũ
ech.47. quam potest deficere: iuxta illud Ezech. Non deficiet
fructus eius. O infinita copia, ò copia defectus nescia.
Deficere vtiq; non potest copia huius fructus in æter
num, cum sit copiosissime benedictus in æternum. Ait
enim B. Bern. Benedictus fructus ventris tui, qui est be
nedictus in æternum. Sic ergo fructus iste benedictus
copiosus est, dum ad satietatem reficit: copiosior dum
satiandorum vniuersitati sufficit, copiosissimus dum
satiandis in perpetuum nõ deficit. Vides nunc ò lector,
vides o auditor quam generosissimus, quam delitiosis-
simus, quam copiosissimus sit fructus ventris Mariæ be
nedictus. Vides (inquam) quomodo sit generosus ex
vtero regali, generosior ex virginali: generosissimus ex
paternali. Vides etiam quomodo delitiosus sis odore,
delitiosior decore, delitiosissimus sapore. Vides nihilo-
minus quomodo virtuosus sit ad curãdum, virtuosior
ad multiplicandum: virtuosissimus ad conseruandum,
Vides insuper quomodo copiosus ad satietatem, copio
sior ad vniuersitatem, copiosissimus ad perpetuitatem.
Hæ duodecim conditiones huius fructus, signari pos-
sunt per illos duodecim fructus, de quibus in Apoc. di Apoc. 22.
citur. Quòd Angelus Ioanni ostendit lignum vitæ affe
rens fructus duodecim. Et quia fructus iste fructus vi
tæ, lignum vitæ, omnibus hominibus ad vitam produ-
citur, ideo merito omnis homo ad laudandum huius
fructus auctorem inducitur: sicut scriptum est. Confi- Psal.66.
teantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi om-
nes, terra dedit fructum suum. Eia nunc benedicta ma
ter huius benedicti fructus, fac vt hoc fructu fruamur
in æternum. Per eundem fructum Dominum nostrum
Iesum Christum filium tuum. Amen.

Capitulum decimumquintum.

Benedictus fructus ventris tui. Postquam tenuiter
vidimus de fructu ventris Mariæ, qualis & quan
tus sit & credatur: videamus modo quorum sit,
& quibus debeatur. Fructus nanq; iste, non solum est
fructus ventris, sed etiam mentis. Fructus est ventris so
lius Mariæ, fructus autem mentis cuiuslibet fidelis ani
mæ. Fructus ventris per carnem, fructus mentis per fi-
dem. Vnde S. Ambr. ait. Si secundum carnem vna ma-
ter est Christi, secundum tamen mentem om̃ fructus
est Christus. Omnis.n. anima concipit Dei verbũ, im-
maculata & immunis a vitijs. Igitur secundum Ambr.
Quæcunque mens hunc fructum sibi voluerit adesse,
debet à vitijs immunis esse. Christus enim fructus est
mentis non vitiosæ sed virtuosæ: non vitiosæ per se-
ptem vitia capitalia, sed virtuosæ contra septem vitia
capitalia. Fructus ergo iste est fructus humilium cõtra
superbiam, fructus amantium cõtra inuidiam, fructus
mitium contra Iram, fructus laborantium contra ace-
diam, fructus liberalium contra auaritiam, fructus ab-
stinentium contra gulam, fructus continentium cõtra
luxuriã. Primo charissimi videamus, qũo fructus iste
benedictus sit humilium contra superbiam. De hoc.n.
accipere possumus quod dr̃ in 4. Regum. Quodcunq; 4.Reg.19.
reliquum fuerit de domo Iuda, mittit radicem deor-
sum, & faciet fructum sursum. De domo Iuda fuit bea
ta Maria; de domo Iuda est quælibet fidelis aĩa. Illa cor
poraliter, ista spiritualiter. Illa per carnem, ista per fidẽ.
Et ideo non solum Maria, sed etiam quilibet fidelis vo- Humilitas
lens facere fructum sursum, debet radicẽ mittere deor- qualiter ac
sum. Radix autem deorsum mittenda, humilitas est: q̄ quirenda
ad modum radicis semper ad ima tendens est. Huius sit.
benedictæ radicis arbor, quanto fuerit procerior, tan- Ecclef.3.
tò radix ipsa debet esse profundior. Iuxta Eccles. Quã
to magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo in
uenies gratiam. Alioquin arbor quanto maior esset,
tanto citius vento inflationis subuerteretur: si non ma-
gna & profunda humilitatis radice firmaretur. Pense-
mus ergo quantum illius virgæ radix profunda fuerit,
quæ sic in sublime excreuit. q̄ fructum Angelis altio-
rẽ ferre meruerit, fructũ vtique de quo beatus Amb. Isa. 11.
ait. Ipse fructus est flos radicis: de qua Isa. Exiet (in-
quit) virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascen-
det. Quæcunq; anima hanc humilitatis radicem deor-
sum miserit, ipsa hunc sursum habebit. Sursum (in-
quam) in alto intellectu, sursum in alto affectu, sursum
in contemplatione, sursum in dilectione. Sic ergo fru-

Digitized by Google

ctus iste benedictus humilium est. Ideo Maria super omnes homines fuit hoc dignissima, quia super omnes homines humilitate fuit radicatissima. Propter quod bene beatus Bern. exclamans dicit. O virgo virga sublimis, ad quantam celsitudinem verticem sanctam erigis? vsq; ad thronum maiestatis, quoniam in altum mittis radicem humilitatis. Secundo videamus charissimi, quomodo fructus iste benedictus sit amantium Deű & proximum contra inuidiam. De hoc accipere possumus illud Psalmi.

Psal. 126.

Ecce hæreditas Domini filij, merces, fructus ventris. Hoc exponens beatus Ambr. ait. Hęreditas Domini filij sunt, q merces sunt fructus illius, qui de Mariæ ventre processit. Multi ergo filij sunt merces vnici filij, qui est fructus ventris benedicti. Sed vbi, vel quando meruit hanc mercedem? Meruit certe nascendo, meruit in præsepio iacendo, meruit circuncisionem sustinendo, meruit docendo, meruit opera salutis nostræ exercendo, meruit moriendo. Meruit (inquam) nobis, triginta tribus annis nobis seruiendo. Et propter

Zach. 11.

hoc iustissime hanc mercedem exigit, dicens. Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam. Sed

Filij Dei in quibus cognoscātur.

certe non solum filij sunt merces fructus ventris, sed ipse fructus ventris sanctissimi, est merces filij cuiuslibet adoptiui. Qui autem sunt isti filij, audi. Filiorum est diligere patrem, & patris filios. Filij ergo Dei, & filij Ecclesiæ sunt, quicunq; Deum & proximum diligunt. Vnde Apostolus ad Ephe.

Ephe. 5.

Estote imitatores Dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, &cæt. Et in

Matth. 5.

Matt. dicitur. Diligite inimicos vestros, bene facite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cęlis est. &cæt. Tales ergo filij, videlicet amatores Dei & proximi, sunt merces huius fructus benedicti, taliumq; filiorum merces est ipse fructus benedictus. Sic igitur fructus iste diligentium est, & ideo Maria super omnes homines fuit hoc fructu dignissima, quia super omnes homines fuit charitate affectuosissima. Propter quod bene ait beatus Augu. sic. Quis dubitare poterit omnino in affectionem charitatis transisse viscera Mariæ, in quibus ipsa quæ Deus est charitas, nouem mensibus corporaliter requieuit? Tertio charissimi videamus, quomodo fructus Mariæ benedictus sit patientium, & mitium contra iram. De hoc accipiamus quod dicitur in

Iob. 22.

lib. Iob Acquiesce ergo illi & habeto pacē, & per hæc habebis fructus optimos. Acquiescere & pacem habere, est mitium & patientium. Qui autem tales sunt, ipsi per hæc fructus optimos habebunt. Duo autē optimi sunt fructus vnus virtutis, alter ventris. Optimus fru-

Gal. 5.

ctus mentis est charitas, de qua Apostolus ait. Fructus autem spiritus, &cęt. Fructus qui ibi enumerantur, alij quidem sunt boni, alij vero meliores, sed primus qui est charitas, optimus est, per quem alij omnes, sicut ostendit Augustinus, boni sunt. Optimus autem fructus ventris, est Christus. Ille nāque bonus fructus ventris est, quicunq; in ventre sanctificatus est. Ideoq; bonus est fructus ventris Elisabeth, melior autem fructus ventris Annæ, optimus autem fructus ventris Mariæ. Bonus autem fructus ventris Elisabeth Ioannes, melior fructus Annæ Maria, optimus fructus Mariæ IESVS. Pensa frater quis sit iste fructus, & de qua terra sit productus, & videbis q est optimus, Audi Hieronymum, qui ait. Fructus est virgo de virgine, Dominus de ancilla, Deus ex homine, filius ex matre fructus ex terra. O fœlices qui in omnium castigationum disciplina, animum tam patientem habent, & tam paratum, q ex hoc iustissime consequuntur fructum patientium, fructum

Heb. 12.

pacatissimum, de quo ad Hebr. Paulus loquitur. Omnis (inquit) disciplina in præsenti quidem non videtur esse gaudij sed mœroris, postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Exercitatam ergo patientiam habentes, fructum optimum referunt iuxta illud Luc.

Luc. 8.

Fructum afferunt in patientia. Sicut ergo fructus iste benedictus est patientium & mitium, & ideo Maria super omnes homines fuit hoc fructu dignissima, quia super omnes homines fuit mitissima, ita vt nec oculo, nec verbo, nec facto tenuissimum impatientiæ signű ostendit, & patientissima teste Ambrosio qui ait. Nihil toruum in oculis Mariæ, nihil in verbis procax, nihil in actu verecundum. Quarto charissimi videamus, quomodo fructus Mariæ sit exercentium se & laborantium, contra acediam. De hoc dicitur

Sap. 3.

in Sap. bonorum laborum gloriosus est fructus. Quærendus ergo est fructus iste cum exercitio laboris, secūdum q apis quærit fructum mellis. Fructum (inquam)

Eccles. 11.

de quo Eccl. dicit. Breuis in volatilibus est apis, & initium, dulcoris habet fructus eius. Cōsidera charissime

Apis imitari debet a religioso.

quomodo apis de horto ad hortum, de arbore ad arborem, de flore ad florem discurrit pro fructu mellis: sic & tu meditationibus & desiderijs & zelo imitandæ virtutis, discurre circa exempla iustorum, & maxime perfectorum. Discurre (inquam) de horto ad hortű, i. de statu ad statum. Discurre de arbore ad arborem, i. de iusto ad iustum. De flore ad florem, i. de virtute ad virtutē, de exemplo ad exemplum. Discurre maxime super illum florem in quo inuenies totum diuini mellis fructum, super illum vtiq; florem, qui est & flos & fruct⁹. De quo beatus Ambr. ait. Flos Mariæ Christus est, qui veluti bonæ arboris fructus, pro nostræ processu virtutis nūc fructificat in nobis. Laboremus fratres bene ꝑ hoc fructu, quia bonorum laborum gloriosus est fructus. Nota ergo non quorumcunq; laborum, sed tantű bonorum laborum est fructus iste, non enim est illorű

Sap. 3.

laborum, de quibus dicitur in Sap. Sapientiam qui abijcit & disciplinam infœlix est, & vacua est spes illorum, & labores sine fructu. Sic ergo fructus iste benedictus est exercentium se in bono, contra acediam. Et ideo Maria super omnes homines fuit hoc fructu dignissima, quia super omnes homines in bono fuit exercitatissima, sicut bene ostendit Beda, qui super hoc verbo. Magnificat anima mea Dominum, inducit ipsam sic loquentem. Totum animi affectum in agendis gratiarum laudibus offero, totum quod viuo, quod sentio, quod discerno in eius magnitudine contemplanda, totum in eius præceptis obseruandis impendo. Quinto videamus charissimi, quomodo fructus Marię sit liberalium contra auaritiam, & maxime illorum liberalium, qui pro hoc fructu renunciant omnibus temporalibus, iuxta illud Can.

Cant. 8.

Vir affert pro fructu eius mille argenteos, relinquendo. s. omnia, dicit interlinearis. Et iterum glosa dicit. Per mille perfectio, per argentum omne mundanum accipitur. Qui ergo perfecte omne mundanum pro Christo relinquit, ipse quasi mille argenteos pro hoc fructu tradit. Sed ecce qui dare noluerit mille omnia relinquendo, det saltem aliqua pro hoc fructu pauperibus subueniendo, vt sit sicut oliua fructifera, fructum misericordiæ ferendo. Quia vero summæ misericordiæ fructus est summa misericordia quæ est Deus, ideo Maria, quæ habet misericordiæ fructum copiosissime tulit. Ipsa sicut oliua fructifera, ipsa quasi oliua speciosa in campis, conuenientissime fuit. Propter quod bene Ioannes Damascenus dicit. Maria in domo Domini plantata, & impinguata spiritu, & oliua fructifera omnis virtutis, habitaculű facta est. Heu quam longe ab isto fructu misericordium, & terrena non concupiscentium, sunt animæ auarorum.

Luc. 8.

De quibus dicitur, A solicitudinibus & diu. & volup. vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum. Dici-

Eccl. 5.

tur quoq; in Eccl. Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Sic ergo fructus iste benedictus liberalium, & temporalia contemnentium est, & ideo Maria super

omnes

Digitized by Google

omnes homines fuit hoc fructu dignissima, quia super omnes homines in contemptu temporaliũ fuit liberalissima, testante beato Ber. qui ait; Quicquid Maria honoris in populo, quicquid rerum terrenarum de paterna domo habere potuisset, omnia arbitrata est quasi stercora, vt Christũ lucri faceret. Sextò videamus charissimi, quomodo fructus Mariæ, fit abstinentium con
Prou. 13. tra gulam. Et de hoc notemus q̃ dicitur a Salomone. De fructu oris sui satiabitur bonis. Fructus Mariæ fructus oris dici potest, non solum, quia in oratione & doctrina, sed etiam, quia oris abstinentia acquiritur. De illo fructu satiabitur spiritualibus, qui pro isto fructu abstinens est a bonis temporalibus. Satiabitur bonis de isto fructu, quicunq; esurit & sitit corporaliter, magis autem spiritualiter pro isto fructu. Vnde beatus Bern. ait; Bonus fructus est, qui animarum esurientium & si
Luc. 6. tientium iustitiam, esca & potus est. Bene qui pro hoc fructu esuriunt in mundo, quia de ipso satiabuntur in
Isai. 3. cœlo, iuxta illud Saluatoris. Beati qui nũc esuritis, quia saturabimini. Hoc ergo pro hoc fructu abstinẽtes, ibi erunt de isto fructu comedentes. Vnde Isaias dicit; Dicite iusto quoniam bene: quoniam fructum adinuentionum suarum comedet. Si ergo fructus iste benedictus est abstinentium contra gulam, & ideo Maria super omnes homines fuit cõtra gulam temperatissima. Propter quod bene Ioan. Chryso. ait. Comessatrix aut violenta nunquam Maria fuit, non leuis, non iocosa, non cantatrix, non turpium verborum amatrix talia certe intemperantiam sequi solent. Septimo charissimi videamus, quomodo fructus ventris Mariæ fit conti-
Sap. 3. nentium contra luxuriam. De hoc. n. dicit Sap. Fœlix sterilis & incoinquinata, quæ nesciuit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum. In respectione (inquam) per gratiam, magis autẽ in respectione per gloriam. Et certe fructus ventris altissimi, fructus ventris virginalis merito est fructus cõtinentium specialis. Cum n. per fructum virginis bene dictum, benedicantur omnes fideles generaliter, merito continentes benedicentur per ipsum specialiter, per quem etiam continentium Regina benedicta est præ omnibus, vt dicit beatus Bern. declarans. Vere benedictus fructus ventris tui, in quo benedictæ sunt omnes gentes, de cuius plenitudine tu quoq; accepisti cum cæteris, & etiam differentius a cæteris. Væ luxuriosis, qui
Eccle. 23. nullum habent ramum qui possit ferre fructum virgineum. Vnde de adultera dicitur in Eccles. Rami eius non dabũt fructum. Igitur fructus iste benedictus est continentium contra luxuriam, & ideo Maria super omnes fuit hoc fructu dignissima, quia sup omnes homines fuit castissima, sicut bene testatur Chrysost. dicens. O ineffabilis laus Mariæ, magis credebat Ioseph castitati eius, quam vtero eius, & plus gratiæ quam naturæ, possibilius credebat mulierem sine viro concipere, quam Mariam posse peccare. O igitur Maria felicissima, quæ vere tanquam virtuosissima fructũ diuino fuisti dignissima, adiuua nos, vt virtutibus ad hunc fructum pertingere valeamus, Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Amen.

Capitulum decimumsextum.

Benedictus fructus ventris tui. Vidimus de benedicto fructu ventris Mariæ quis & qualis fuit, vi
Fructus virginis, nempe fi... lius, eius t2. vtilitates habet. dimus quoq; quorum, & qualium sit: videamus nunc ad quos & ad quales effectus necessarius. Nam fructus iste contra malum, fructus ad bonum necessarius est. Necessarius est quidem propter sex effectus contra malum, necessarius est etiam propter sex effectus ad bonum. Huius itaque benedicti fructus sunt duodecim effectus valde vtiles, siue vtilitates valde no tabiles, pro quibus merito eiusdem fructus habent om nes homines, iuxta quod scriptum est in Psalm. Con- Psal. 66.
fiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi om nes, terra dedit fructum suum. Primus ergo fructus effectus, est expiatio culpæ mortalis, secundus pacificatio inimicitiæ capitalis, tertius sanatio plagæ originalis, quartus releuatio inediæ mentalis, quintus euitatio iræ iudicialis, sextus elongatio pœnæ gehennalis, septimus renunciatio sublimitatis temporalis, octauus locupletatio animæ rationalis, nonus consummatio vitæ spiritualis, decimus multiplicatio Ecclesiæ vniuersalis, vndecimus reintegratio ruinæ empyrialis, duodecimus perpetuatio gloriæ æternalis. Primo ergo charissimi fructus Mariæ benedictus, necessarius est ad expiationem culpæ mortalis. De hoc exponi potest, q̃ dr in Isa. Iste omnis fru- Isaia 27.
ctus, vt auferatur peccatum eius. Ois fructus intelligi põt ille de quo B. Bern. loquens ait. In cruce pẽdet omnis fructus vitæ, quia ipsa arbor vitæ in medio paradisi. Omnis ergo fructus est totus fructus, totus illo. Hic fructus ad hoc datus est, ad hoc natus est, ad hoc passus est, vt auferatur peccatum hominis. Ipse. n. sicut Angelus (inquit Matt.) saluum fecit populum suum a pec Matth. 1.
catis eorum. Ipse quoque est de quo Ioann. dixit. Ecce Ioan. 1.
agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi. Iste ergo agnus, ille certe fructus tollit peccata mundi, tam mortalia quam venialia, vt qui per hunc fructum purgatus a mortalibus eiusdem fructum portat, purgetur, & a venialibus, vt fructum abundantius ferat, iuxta illud. Om Ioan. 15.
nem qui facit fructum, purgabit eum, vt fructũ plus afferat. Secundo charissimi fructus Mariæ benedictus, necessarius est ad pacificationem inimicitiæ capitalis, quæ fuit inter Deum, & hominẽ, inter Angelos & homines. Vnde Isa. ait. Creauit fructum labiorum pacem, Isaia 57.
pacem ei qui longe est, & qui prope est. Fructus ventris Mariæ bene potest dici fructus labiorum Mariæ, quia dum de labijs suis stillauerunt melliflua verba illius; Ec Luc. 1.
ce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum, statim concepit mellifluum fructum suum. O vere melliflua labia, sicut dicitur in Cant. Fauus distillans labia Cant. 4.
tua sponsa. Horum ergo labiorum fructũ Iesum Christum, Deus pater creauit siue fecit pacem. Pacem (inquam) ei qui longe est per culpã, vt fiat prope per gratiam, pacemq; ei qui prope est per gratiam, ne fiat longe per culpam. Ipse enim (sicut Apost. ait) est pax no- Eph. 2.
stra, qui fecit vtraque vnum. Fructus iste etiam factus est pax inter homines, quæ longe est in mundo, & inter Angelum qui prope est in cœlo, vtrosq;. n. pacificauit in patibulo, iuxta illud Apost. Pacificans per sangui Colos. 1.
nem crucis eius, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt. Itaque fructus iste pax hominis ad hominem, pax hominis ad Angelum, & pax hominis ad Deum factus est. Quid mirum si per hunc fructum pacem habet homo cum Deo, cum ipse fructus pacificans sit, Deus & homo? Testatur Beda qui ait; Terra nostra dabit fructum suũ, quia virgo Maria quæ de terra corpus habuerat, filium genuit, diuinitate quidem Deo Patri coæqualem, sed sibi carnis veritate consubstantialem. Tertio charissimi fructus Mariæ benedictus, necessarius est ad curationem plagæ originalis, grani. n. plaga, immo grauibus plagis homo incidens in latrones, vulneratus est, dum per originale peccatum tam cæcus ad verum, tam infirmus ad bonũ, tam pronus ad malũ factus est. Sed hæ plagæ per hunc fructum sanantur. In hac quidem vita in parte sanantur per gratiam, in futura vero tota in toto sanabuntur per gloriam. Vnde bene legitur in Apoc. quòd Angelus ostendit Ioan. Apoc. 22.
lignum vitæ, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium Lignum vitæ est mater vitæ Maria, vel lignum vitæ, est lignum crucis;

erucis;vel etiam lignum est ipse auctor vitæ Iesus Chri
stus,qui est fructus vitæ, huius folia sanatiua sunt ver-
ba, & documenta ædificatiua. Si autem sanatiua sunt
folia eius, quanto magis sanatiuus est ipse fructus? vt
ergo per hunc fructum sanemur, accedamus ad arbo-
rem eius,accedamus(inquam)ad Mariam orantes cum
Anselmo,qui orans ait. Exaudi me Domina, sana ani-
mam serui tui peccatoris per virtutem benedicti fru-
ctus ventris, qui sedet in dextera omnipotentis patris
sui. Quarto charissimi fructus Mariæ benedictus,ne-
cessarius est ad releuationem inediæ siue famis menta-
lis, ne propter defectum nutrimenti, deficiant anima-
lia Dei. Propter quod bene dicitur a propheta Ioele.
Ioelis. 2. Nolite timere animalia regionis, quia germinauerunt
speciosa deserti,& lignum attulit fructum suum. De-
sertum quod sine cultura germinat & profert pallum
animalium, signare potest Mariam, quæ sine cultura
maritali protulit filium, qui est pastus omnium fide-
Ezech. 36. lium. Ideo bene de ipsa dici potest illud Ezech. terra il-
la inculta,facta est vt hortus voluptatis. Speciosa huius
fœlicis deserti sunt speciosa germina cœlestium deside-
riorum, speciosæ herbæ operum bonorum,speciosi flo
res virtutum,& donorum, speciosa folia vtilium ver-
borum,& certe speciosus fructus ventris sui, qui est pa
stus omnium iustorum. Maria est desertum hoc specio
Ioel. 2. sum,Maria quoq; est lignum hoc fructuosum, de quo
dicitur;& lignum attulit fructum suum, O vere mira-
bilem fructum,per quem tam fames quam sitis rele-
uatur animarum,sicut teste B.Ber.dicēte:Bonus fruct.
qui animarum esurientium, & sitientium esca & potus
est. Nolite ergo timere animalia Dei,nolite timere fide
les Christi ꝙ inedia deficiatis,cum plena pascua in de-
serto plenum fructum in ligno,plenum etiam pabulum
in pręsepio habeatis, Ait.n.B.Bern. Natus reclinatur in
præsepio,vt fideles omnes velut facta animalia carnis
suæ alimento reficeret. Et B. Aug. ait;O præsepe splen-
didum,in quo non iacuit fœnum animalium, sed Ange
lorum inuētum est pabulum. Quinto charissimi neces
sarius est fructus Mariæ benedictus ad euitationem irę
iudicialis,quam vtiq; certā habet omnis iniustus, sicut
fructum, quo iram iudicij euadere certum vtiq; habet
Psalm. 57. omnis iustus. Vnde in Psal.dicitur. Si vtiq; est fructus
iusto vtiq; est Deus iudicans eos in terra,eos,i.iniustos
sicut exponit gl. Iniustos namq; iudicabit Deus in ter
ra,dum in iudicio iusti in aere erunt,iniusti vero in ter
ra remanebunt,quia terrenis contra Deum adhæserūt,
Psalm. 43. ita vt dicere possent. Adhęsit in terra venter noster. Do
minus ergo ibi sicut vtique est fructus suauis iusto, sic
Vtique erit iudex grauis iniusto. Væ ergo eis, qui fru-
ctum tam suauissimum conuertunt sibi in iudiciū ama
rissimum,sicut dicitur in Amos. Conuertistis in ama-
Amos. 6. ritudinem iudicium,& fructum iustitiæ in absynthiū,
Fructus iustitiæ fructus iusti. Iustus est fructus Marię,
Psal. 66. de quo certe Psalmista dicit Iustum fructum dedit ter-
ra virgo,quia veritas de terra orta est. Sexto charissimi
necessarius est fructus Mariæ benedictus,ad elongatio
nem siue declinationem pœnæ gehennalis, siue mortis
æternalis,de quo exponere possumus quod dicitur in
4. Reg. 18. lib Reg. Transferam vos in terram fructiferam,& fer-
tilem vini, terram panis,& olei ac mellis, & viuetis &
non moriemini. In terram Mariæ vel in terram Eccle-
siæ transferentur, qui toto corde ad ipsam conuertun-
tur. Hęc autem terra valde est fructifera,ferens fructū
panis,vini, olei, & mellis, Dominum nostrum Iesum
Christum. Ipse nanq; nobis est fructus panis confortā
tis,contra defectum,ipse nobis est fructus vini,ad per-
fectum,ipse quoq; nobis est fructus olei illuminantis
intellectum, ipse insuper nobis est fructus mellis,dul-
corantis affectum. Per huiusmodi certe fructum, viue-
tis charissimi;non moriemini morte æterna. Benedicta

sit terra huius fructus; benedictus super omnia sit ipse
fructus, per quem exempti sumus a tantis malis, sicut
etiam bene declarauit Ansel.cum dixit. Quid digne re-
feram genitrici Dei & Domini mei, & per cuius fecun
ditatem captiuus sum redemptus, per cuius partum,
de morte æterna sum exemptus,per cuius prolem per-
ditus sum restitutus,& de exilio miseriæ ad patriā sum
reductus, Benedicta in mulieribus,hæc omnia mihi de
dit benedictus fructus ventris tui in regeneratione ba-
ptismatis sui. Væ ergo omnibus ab isto fructu alienis.
Scriptū nanq; est,omnis arbor quæ non facit fructum Matth. 3.
bonum,excidetur,& in ignē mittetur. Septimo charis-
simi necessarius est fructus Marię benedictus,ad renun
ciationem siue cōtemptum substantiæ temporalis. Vñ
in Cant. dicitur, Vir affert pro fructu eius mille argen-
teos,relinquendo temporalia, dicit interlinearis. Nam Cant. 5.
sicut alia glosa dicit,per mille perfectio,per argentū ve-
ro omne mundanum accipitur,vnde quasi mille argen
teos pro hoc fructu dat quicunq; perfecte omnibus tē
poralib. pro Christo renunciat, & vere merito pro hoc
fructu omnia temporalia feruenter vilipendit,quicūq;
quā preciosissimus sit ille fructus diligenter attendit,di
cens illud Pro. Melior est fructus meus auro & lapide Prouer. 8.
precioso,& gemma mea auro electo. Vir certe est,qui-
cunq; tam virilis est;vir autem ille viriliter pro hoc fru
ctu contemnere debet non solum res,& diuitias, sed e-
tiam honores & potentias,dicens illud Iudicum. Non Iud. 9.
possum deserere dulcedinem meam,fructusq; dulcissi-
mos,& ire vt inter cætera ligna promouear. Suauissi-
mi sunt fructus Christi,& charitas. Ligna siluarum(si-
cut dicit glosa) sunt homines infructuosi, ęterno incen
dio præparati. Igitur propter fructus istos suauissimos
viriliter contemnat honores, super ligna siluarum peri
culosissimos,viriliter contemnat omnia propter fructū
benedictum, qui est super omnia benedictus Deus in
secula. Octauo charissimi necessarius est fructus Ma-
riæ Benedictus, ad locupletationem siue repletionem
animæ rationalis. Vnde dicitur in Prou. De fructu oris Prou. 12.
sui vnusquisq; replebitur bonis. Dominum Iesum non
fructum ventris,sed etiam fructum oris non incongrue
fateamur,quia ipsius oris ꝑdicatione,oris confessione,
& oris oratione meremur. Ipsum quoq; ore exteriori
sumimus sacramentaliter,ore quoq; interiori spirituali
ter,propter quod Hieron. ait;Flos Mariæ factus est fru
ctus,vt nos illū comederemus. De isto fructu oris vnus
quisq; replebitur fidelis bonis spiritualium diuitiarū,
bonis(inquam) virtutum & gratiarum. De talium bo-
norū repletione Apost. dicit. Deus autem spei repleat Rom. 15.
vos omni gaudio & pace in credendo, vt abundetis in
spe et virtute Spiritus sancti. O vere beata huius fructus
plenitudo,qua repletus est non solū ager Virginis hūc
fructum producentis,sed etiam saccus vniuscuiusq; fi-
delis hunc fructum continentis, sicut patet per beat.
Hieron. qui ait: Bene ager plenus dicitur, quia plena
virgo Maria pronunciatur,de cuius vtero credentibus
fructus vitę processit, & nos omnes de plenitudine ei⁹
accipimus gratiam pro gratia. Nono charissimi neces-
sarius est fructus Mariæ benedictus, ad perfectionem
vitæ spiritualis. Vnde de viro perfecto bene in Psal. di-
citur. Et erit tanquam lignum quod plantatum est se- Psal. 1.
cus decursus aquarum,&c. vsq; prosperabuntur. Quid
intelligere debemus per decursus aquarum, nisi irriga-
tiones gratiarum,per quas homo dat siue profert fru-
ctum suum Dominum Iesum Christum? Tres autem
hic conditiones perfectæ vitæ insinuantur, quæ homi-
nem hoc fructu fructiferum comitantur. Perfectorum
namque est tēps suum non negligere, propter quod be-
ne dicitur. Fructus suos dabit in tēpore suo. Perfectorū
quoque est in verbis inutilib. non defluere, propter ꝙ Ibidem.
bene additur,& folium eius non defluet. Perfectorum
insuper

Digitized by Google

insuper est quę spiritui prospera sunt non omittere, pro
pter quod bene subiungitur. Omnia quæcunque faciet
prosperabuntur. Vel certe ei qui hunc fructum per cha
ritatem tulerit, omnia prosperabuntur, quando sibi om
Rom. 8. nia in bonum cooperantur, sicut scriptum est. Scimus
quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bo
num, Beatus vir qui tam perfecte tulerit fructum istũ,
vt tempus suum non transeat infructuosum, vt verbũ
sibi non defluat ociosum, vt opus sibi non pereat vir
tuosum, sicq; tanquam lignum fructiferum spirituali-
ter, quemadmodum etiam Maria fuit corporaliter, de
qua bea. Ber. ait. O vere lignum vitæ, quod solum di-
gnum fuit, portare salutis fructum. Decimo charissimi
necessarius est fructus Mariæ benedictus, ad multipli-
Proue. 31. cationem Ecclesiæ vniuersalis. Vnde dicitur. De fructu
manuum suarum plantauit vineam. Dominus Iesus, li-
cut bene dicitur fructus ventris, quia ventre concipi-
tur, & sicut bene fructus oris dicitur, quia ore sumitur,
ita bene fructus manuum dicitur, quia manibus bono
rum operum acquiritur, manibus quoq; sacerdotalib⁹
ministratur. Vnde fructus iste plenissime est fructus
Marię, fructus certe ventris eius est, quia de ventre eius
singularissime natus est. Fructus etiã oris eius est, quia
ore eius dulcissime communicatus est, fructus quoq;
manuum eius est, quia manibus eius deuotissime atre-
ctatus est. De isto itaq; manuum fructu, Maria, vel pri
mitiua Eccle. (sicut exponit glosa) plantauit vineam. i.
Ecclesiam vniuersalem per orbem diffusam. O quomo
do palmites huius vineæ, videlicet fideles Ecclesiæ, per
hunc fructum multiplicati sunt, dum doctores Ecclesię
in cordibus fidelium eundem fructum spiritualiter na
Psal. 106. sci fecerunt. Hinc bene in Psal. dicitur. Fecerunt fructũ
natiuitatis, & benedixit eis, & multiplicati sunt nimis.
Et quia Ecclesia de oĩbus generationibus est per hunc
fructum multiplicata, ideo virgo hunc fructum produ
cens, merito ab omnibus generationibus prædicatur
beata. Propter quod bene ipsa ait. Ecce enim ex hoc
beatam me dicent omnes generationes. De quibus ver
bis loquens Bernardus, inducit Mariam loquẽtem sic.
Ecce iam video quod futurum est in me, quis fructus
procedat de me, quot & quanta bona nõ mihi soli, sed
omnib. generationib. prouenient per me. Vndecimo
charissimi necessarius est fructus Marię benedictus ad
restaurationem ruinæ empyrialis, ruinæ (inquam) factę
in cęlo empyreo. De hoc notare possumus, ꝙ Domin⁹.
Ezech. 27. de medulla cedri plantare volens, dixit per Eze. In mõ-
te sublimi Israel plantabo illud, & erumpet in germen,
& faciet fructum. Mons sublimis est sublimis illa man
sio, sublimis illa societas Angelorum, quæ bene mons
Israel dicitur, quia Israel vir videns Deum interpretatur. Et ec-
ce Angeli semper sunt in visione Dei, teste eo qui ait
Matt. 18. in Euangelio Matthæi, Angeli eorum semper vident fa
ciem patris mei, qui in cœlis est. In isto sublimi monte,
in ista sublimi Angelorum societate Deus plantauit il-
lud, ꝙ de massa perditionis elegit, plantauit (inquam)
medullam cedri, medullã generis humani, i. omnes ele-
ctos Dei, quorum quidam in re, quidem in spe plantati
iam sunt in Angelico monte. O vere super omnia diligẽ
dus fructus, propter quem tam sublimiter plãtatur om
nis electus. Libenter hunc fructum Dominum nostrũ
Iesum Christum portare possumus, propter quẽ inter
Angelos iam in spe plantati sumus, huic etiam fructui
semper gratias agimus, cuius gratia Angelorum vniuer
sitatem reintegramus. Vnde huius fructus mater Ma-
ria bene potest gloriari, & dicere verba illa quæ beatus
Ber. quasi ex ore Mariæ loquens ait. Angelicarum gene
rationum numerus per meum generatum reintegrabi
tur, & hominum generatio per Adam maledicta, per
benedictum fructum ventris mei ad æternam beatitu-
dinem regenerabitur. Duodecimo charissimi necessa-
rius est Mariæ fructus benedictus, ad perpetuationem
gloriæ æternalis, quæ æterna non esset, nisi per hũc fru
ctum conseruaretur. Vnde dicitur in Prou. Fructus iu- Proue. 11.
sti lignum vitæ. Optime fructus iste dictus est lignum
vitæ, quia sicut lignum fuit ad conseruandam vitam na
turalem in paradiso terrestri, sic Christus est ad conser
uãdam vitã ęternalem in paradiso cęlesti. Hęc ergo tan
ta bona, quæ per benedictum Mariæ fructum consequi
mur, benedictus ille Anselmus bene aduertit cũ dixit,
Hæc tanta bona per benedictum fructum benedicti
ventris benedictæ Mariæ peruenerunt. Sic ergo charis-
simi audistis, quomodo benedictus fructus Mariæ ne-
cessarius omnino est; Primo ad expiãdam culpam mor
talem. Secũdo ad pacificandam inimicitiam capitalem.
Tertio ad sanãdum plagã originalem. Quarto ad reue-
landam inediam mentalem. Quinto ad vitandam iram
iudicialem. Sexto ad declinandam pęnam gehẽnalem.
Septimo ad contemnendam substantiam temporalem.
Octauo ad locupletandam animam rationalem. Nono
ad consumandam vitam spiritualem. Decimo ad mul-
tiplicandam Ecclesiam vniuersalem. Vndecimo ad re-
parandam ruinam empyrealem. Duodecimo ad con-
seruandam gloriam æternalem. Et ecce hi duodecim
effectus, siue vtilitates huius fructus, signari possunt,
per duodecim fructus ligni vitę, quos omnes habemus
in fructu ventris Mariæ. De quib. duodecim fructib. le Apoc. 22.
gitur in Apoc. ꝙ Angelus ostendit Ioanni lignum vitę
afferens fruct. duodecim. Adiuua ergo nos o benedicta
in mulierib. vt per benedictum fructum ventris tui, be
nedictionẽ horum duodecim fructuum consequamur.
Adiuua o virgo fructifera, vt per fructum tuum his
fructib. ita fructuosi efficiamur, quòd per hos fructus
fructu tuo frui perpetuo mereamur. Adiuua o dulcis-
sima, vt nobis concedat dulcedine sua frui, ille liberalis
simus communicator sui benedictus fructus vẽtris tui.
Qui cum Patre, & Spiritusancto viuit, & regnat Deus,
per omnia sæcula sæculorum. Amen.



SANCTI BONAVENTVRAE, SERAPHICI DOCTORIS,

Tractatus De Præparatione ad Missam.

Capitulum primum.

AD honorem gloriosę, & indiuiduę Tri
nitatis, & ad honorem excellentissimi
sacramenti, scilicet preciosi corporis,
& sanguinis Domini nostri Iesu Chri
sti, describam tibi formam, per quam
potes leuiter manuduci ad cõtempla-
tionem tanti mysterij; ac congrue disponi ad eius perce
ptionem, quam non raptim strepitu verborum legere,
sed eius sensum efficaciter cordi imprimere debes, & ex
intimo affectu singula quęque in toto, vel in parte pro
ut sonant, solicite ruminare. Primo igitur accessurus ad
mensam cęlestis conuiuij (iuxta Apostolum) Proba te 1. Ad Corinth. 13.
ipsum, & diligenter examina cum qua fide, quali propo
sito, quanta charitate, propter quid, aut propter quam
causam accedis, vt sic accedendo ad mensam cęlestis Qualis probatio ad receptionem sacramenti requiratur.
conuiuij (iuxta Apostolum) probes teipsum diligen-
ter examinando. Attende igitur ista quatuor singu-
la per se, & vide primo quam fidem habere debes,
circa veritatem, & essentiam huius sacramẽti. Credere
enim firmiter debes, & nullatenus dubitare, secundum
ꝙ docet Ecclesia catholica, & prædicat, ꝙ in hora ex-
pressio-

Digitized by Google

pressionis verborum Christi, panis materialis atq; vini bilis, aduenienti viuifico & cœlesti pani velut vero creatoris honorē deferens, locum suum, sub sibi lem specie accidentium pro ministerio & sacramentali seruitio relinquit, quo desinente esse, miro & ineffabili modo in eodem instanti ista sequentia subtilis accidentibus veraciter existunt. Primo illa purissima Christi caro, & sacrum corpus, quod fabricante Spiritusancto tractū fuit
Facta consecratione caro sanguis, & anima, & diuinitas in sacramento sunt. de vtero gloriosæ virginis Mariæ, appensum in cruce, positum in sepulchro, glorificatum in cœlo. Secundo quia caro nō viuit sine sanguine, ideo necessario est ibi sanguis ille preciosus, qui fœliciter manauit pro mundi salute in cruce. Tertio cum non sit verus homo absq; anima rationali propterea est ibi anima gloriosa Christi, excedens in gratia omnem virtutem & gloriam, & potestatem, in qua repositi sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei. Quarto quia Christus est verus Deus, & verus homo, ideo consequenter est ibi Deus gloriosus, in maiestate sua. Hæc omnia quatuor simul, & singula tota simul, sub speciebus panis, & vini, perfecte continentur, non minus in calice quam in hostia, nec minus in hostia quam in calice, nec in vno defectus suppletur alterius cum nullus sit, sed in ambobus inte-
Tantūdē continetur sub vtraq; specie. grum continetur, propter mysterium de quo grandis est sermo Sufficit enim credere Deum verum, & hominem, sub vtraq; contineri specie, cui assistunt Angelorū frequentia, & sanctorum præsentia.

Quare Christus tantum continetur sub istis duabus speciebus. Cap. 2.

SEd vide quam pulchre Christus sub his tantum duabus speciebus continetur. Primo quia panis & vinum optimum sunt nutrimentum totius hominis, nam panis nutrit carnem, & vinum transit in sanguinem, qui est sedes animæ. Secundo quia eorum vsus est homini principalior, & cōmunior est, & mundior, & minus fastidiosus habetur, ideo puritas spiritualis refectionis oportune per ista significatur. Tertio, quia optime figurant passionem Christi, quæ quotidie per hoc sacramentum memoratur, nam panis significat corpus illud trituratum, molitum, pistum in passione, decoctum & assum igne diuini amoris, in camino. i. ara crucis, vinum vero significat sanguinem, qui de vua. s. Christi corpore, in torculari crucis a calcātibus Iudeis expressus est. Quarto pulchre significat corpus Christi mysticum, s. Ecclesiam collectam ex multis fidelibus prædestinatis ad vitam, tanquam panis & vinū ex multis granis & racemis. Cum ergo accedis caue ne dubitando vacilles tanquam cæcus manu tentans innitaris baculo arundineo, s. argumentis naturalibus, & ratio-
Ioann. 6. nibus humanis, quærendo quomodo ista fieri possunt, sicut quondam Iudæi litigabant, & quidam discipuli scandalizati abierunt retrorsum. Sed subijce teipsum Deo, & captiua mentem tuam sub iugo fidei, quam tantis testibus roboratam vides. Quid. n. dubitationis de hoc sacramento remanet, q̄ a Christo tam expresse traditum, ab Apostolis prædicatum, a sanctis patribus orthodoxis, tot centenarijs annorum præfiguratum, tantisque cæremonijs tot miraculis, & prodigijs, & obseruantijs, quasi testimonijs palpabilibus, vides confirmatum? Tolle hoc sacramentum de Ecclesia, & quid erit in mundo nisi error & infidelitas? & populus Christianus erit quasi grex porcorum dispersus, & idololatriæ deditus, sicut expresse patet in cæteris infidelibus. Sed per hoc stat Ecclesia, roboratur fides, viret vel viget Christiana religio, & diuinus cultus. Vnde inquit Chri-
Matt. vlt. stus. Ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.

Quare Christus corpus suum dare voluerit velatum. Cap. 3.

POst etiam notare debes, q̄ sic decuit Christum corpus suum velatum nobis dare. Quid. n. valeret fides tua, si Christus in propria forma visibilis tibi appareret, certe & coacte eum adorares. Aut quomodo carnales oculi tantam gloriam ferre possent? Quis vero nisi insipiens dicat, vt carnem crudam, & hominis cruorem in propria forma sua comedere & bibere debeas? Recedat ergo omnis dubitatio. quia sicut olim diuinitas in vtero virginali latuit, & filius Dei sub humanæ carnis velamine visibilis mundo apparuit, & sic glorificata humanitas, diuinitati coniuncta sub forma panis & vini latet, vt nobis mortalibus competere posset.

De discussione conscientiæ ante communionem sacram. Et cum quali proposito, seu dispositione accedendum sit. Cap. 4.

SEcundo proba teipsum, cum quali proposito, & dispositione accedis. Ideo discute, & reuolue conscientiæ domum, & vide ne forte sit intus aliqua turpitudo in mente, vel macula extra in carne, qua offendi possunt oculi illius qui est sanctus sanctorum. Primo ergo rodiens introrsus ad iniquitatem tuæ mentis, quanta mala ab ineunte ætate commisisti, quanta Mundicia
bona neglexisti, quam breuis vita, quam incerta mors, animæ ad
quam lubrica & periculosa via huius temporis rumina cōmunio-
ne forte (quod absit) post præcedentem confessionem, nem requi-
& pœnitentiam aliquod in te sit mortale peccatum, ritur.
vel peccandi propositum, vnde mortua sit tua misera anima: ac per hoc a radice Christi & Ecclesiæ abscissa, quia ille viuificus panis, & diuinus, non præstat influxum vitæ, nec nutrimentum membris abscissis & mor-
tuis, teste scriptura, quæ dicit. In maleuolam animam Sap. 1.
non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis, vnde a talibus sumitur sacramentum, & non res sacramenti, i. Christi gratia, & vnitas charitatis eius, comeditur gustu, sed non reficit spiritum, vadit Indigna
ad ventrem, sed non reficit mentem, deglutitur sicut sumptio sa
abrotanum sine sui læsione, & non viuificat animam, cramenti
nec incorporat eam sibi, neq; vnit sed potius nausea cō nociua est.
pellente, talem Christus euomit, velut cadauer putridum bestijs deuorandum & auibus, cum scilicet infœlicem animam tradit sathanæ cruciandam, sicut de Iu-
da scriptum est. Quoniam post buccellam introiuit in Ioann. 13.
eum Sathanas. Quapropter si talibus laqueatus es, caue ne pro aliqua causa, vel necessitate, absq; debita contritione ac proposito pœnitendi, ac confessione præmissa, accedere ad altare præsumas, quia horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Sed heu, quot sunt hodie sacerdotes miseri, & suæ salutis improuidi, qui corpus Christi in altari velut carnes pecudum manducant? & inuoluti & contaminati abominationibus, de quibus fas non est dicere, scelerata manibus & pollutis labijs contingere non verentur & osculari filium Dei, & Mariæ Virginis vnigenitum; Verum si horum sacrificium suscipit Deus, audeo dicere mendax est, & socius peccatorum. Insuper (quod deterius est) ad tantam quidem peruenerunt istis diebus peruersitatem & stultitiam, vt putent infœlicissimi sua scelera & immunditias peccatorum, quæ quotidie reiterare proponunt, absque pœnitentia, & confessione, per sacram communionem quotidie celebrantes expiare. Tales non sunt sacerdotes, sed sacrilegi, non Christiani sed hæretici, profecto si fidem rectam haberent, aut peccare

Mudicies corporis ad communionem requiritur.

peccare timerent, aut celebrare cessarent. Secundo non tantum cordis, sed & corporis attendenda est munditia, ideo caue ne immundus accedas, non tantum dico de immunditia voluntaria, quæ mortalis, sed etiam nocturnali siue causali macula, quæ impedit celebrationē, vbi non est magna necessitas vel iussio præceptorum. Vbi ergo dicta interueniunt, & dictæ maculæ non dederit occasionem vel causam, per præcedentem concupiscentiam, vel inordinatam crapulam, nec secuta est notabilis mentis inquinatio, per reminiscentiam, vel illusionem phantasticam carnalium, credo quòd accedere posses, saluo meliori iudicio, maxime si singularis deuotio ratione solennitatis vel alterius similis causæ, te traheret ad celebrandum. Custodire etiam debes pudicitiam manuum quantum potes, & omnium membrorum tuorum puritatem, vnde tibi consulo, vt præ cæteris hominibus omni tempore maxime dum missam celebraturus es, caueas ab omni tactu non solum turpi & immundo qui fit cum peccato, sed etiam a quolibet indecenti, & coinquinato, &, totum te recolligas vt nec affectus, nec cogitatio ad aliquod aliud dispergatur. Et insuper curam habeas diligenter de munditia vt nitore paramentorum altaris, & sacrorum vasorum, vt cum honore, & omni diligentia tractetur ille, qui est Angelis & Archangelis tremebundus.

Quibuscū circunstantijs nocturna pollutio non obstet.

Altaris paramēta, & vasa munda esse debent.

Ex quantâ charitate, quantoque feruore accedendum sit communicaturo.
Capitulum. 5.

TErtio proba teipsum ex quanta charitate, & quali feruore acedis: non solum. n. mortalia vitanda sunt, sed etiam venialia peccata, per negligentiam & ocium multiplicata, & etiam p incōsiderationem, ac per distractionem dissolutę & malæ consuetudinis, licet non occidant animam, tamē reddunt hominem tepidum, grauem, & obnubilatum & indispositum, & ineptum ad celebrandum, nisi dicti pulueres & stipulæ venialium, per afflatum spiritus, & flammam charitatis ventilentur, & consumentur exardescente igne cordis, & ex consideratione propriæ vilitatis. Ideo caue ne nimis tepidus & inordinatus accedas, & inconsideratus, quia indigne sumis, si non accedis reuerenter, circunspecte, & considerate. vnde Apostolus. Iudicium sibi manducat & bibit: quod apertius insinuat cum subdit dicens. Ideo inter vos multi imbecilles, scilicet per fidei inconstantiam, & infirmi, i. graui peccato sauciati, & dormiunt multi, s. per torporem & desidiam. O quam graues angustię, o quantæ angustię me vndiq; affligentes, Accedere indigne horrendum est iudicium, non accedere ex notabili negligentia vel contemptu, damnabilis est culpa: Beda. Nam cum sacerdos est absque peccato mortali, & in proposito bono, non habens legitimum impedimentum, & non ex reuerentia, sed ex negligentia celebrare omittit, tunc quātum in ipso est, priuat Trinitatem laude & gloria, & Angelos lętitia, peccatores venia, iustos subsidio, & grato in purgatorio existentes refrigerio, Ecclesiam Christi spirituali beneficio, & seipsum medicina & remedio contra quotidiana peccata, et infirmitates. Quia sicut ait Ambrosius. Si quotiescunque effunditur sanguis Christi, toties in remissionem effunditur, debeo illum semper accipere, vt semper mihi peccata dimittantur: qui semper pecco, semper debeo accipere medicinā. Item priuat se omnibus talibus prouenientibus ex sacra communione, quę sunt peccatorum remissio, fomitis mitigatio, mentis illuminatio, interior refectio, Christi & corporis eius mystici incorporatio, virtutum roboratio, contra diabolum armatio, fidei certitudo, spei eleuatio, charitatis excitatio, deuotionis augmentatio, & Angelorum conuitatio. Item non complet sibi iniunctum magnæ dignitatis obsequium, nec officium exercet debitæ seruitutis Dei, & tamen scriptū est. Maledictus qui facit hoc opus Dei negligenter. Item contemnit Christi præceptum de obseruantia huius sacramenti, ideo Christus comminatur. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &cæt. Item abijcit viaticum suæ peregrinationis, exponens se periculo mortis, quia nisi recipiat alimentum corporis Christi, & vitæ vegetationem, efficitur sicut aridum membrum, ad quod non transmittitur corporalis cibi nutrimētum. Vltimo quā tum in se est, euacuat diuinum cultum, & latriam, creatori debitā, ingratus de beneficijs, vnde dicitur in Numeris. Si quis mundus est, scilicet a peccato mortali, & in itinere non fuerit, scilicet aliter impeditus, & non fecerit phase, anima illa de populo suo exterminabit, qa sacrificium non obtulit Deo domino tempore suo. Ergo quantum potes, toto conatu per exercitium boni operis, lachrymarum contritionem, & deuotionis flammam, expelle a te omnem teporem, & negligentiam, ne inueniaris respuere tantorum charismatum dona.

Peccata venialia obstant celebrationi.

1. ad Corinth. 11.

Sacerdos ex notabili negligentia non celebris peccat.

Hiere. 48.

Ioann. 6.

Num. 9.

Qualiter, & per quæ homo ad celebrandum. accenditur. Cap. 6.

SI vis accendi ad amorem, considera tota mente ista duo. Primo illius summę charitatis incēdium, quo summa bonitas & benignitas, pro te vermiculo fœtido, tam pœnosę sustinuit crucis opprobrium. Secundo illius nobilissimi corporis cibationem dulcissimāq; sanguinis potionem. Primo attendas illam beatissimā mortem, discutiens causam. Causa autem alia non fuit, nisi necessitas nostræ redemptionis. Omnis autem lex pro lęsę maiestatis offensione, offendentem iudicat reum mortis. Huius rei causa, cum peccatis exigentibus essemus rei mortis, pro recompensatione tanti debiti, miserans Deus humanæ miserię, & parcens nostræ morti, prouidit & concessit prioribus pro morte hominum cædem fieri animalium, & offerri sibi hostias & sacrificia placationis, vt quoties quis peccaret, toties esset pro eo necessarium hostias immolari, quę omnia figurę erant & vmbrę, donec Christus caput humani generis mitteretur, viua & rationabilis hostia absque peccato, qui pro omnibus hominibus seipsum ex amore offerret ad mortem pro nostrę mortis redemptione. Sed quia non debuit pluries mori, eo quòd illa vna mors satisfecit pro peccatis omnibus factis & fiendis, ideo sufficit quod illam vnam hostiam corporis sui, quondam pro nobis semel immolatam, moriens relinqueret, quotidie a nobis pro residuis delictorum, mystice offerendam Deo patri, pro commutatione nostrę mortis, cui quotidie sumus obnoxij per peccatum. Vnde Augustinus; Iteratur quotidie hęc oblatio, licet semel Christus passus sit, quia quotidie peccamus peccatis, sine quibus mortalis infirmitas viuere non potest. Et quia quotidie labimur, quotidie pro nobis Christus mystice immolatur. Hęc ille. Propter hoc quicquid agitur in missa, & omnis ornatus, & cęremonia, nihil aliud reprę sentat, nisi Christi passionem ob hoc supra omnia est necessaria Christi mortis memoria in missa. Vnde Ipse Christus ait. Hoc facite in meam commemorationem. Et eius Apostolus. Quotiescunq; manducabitis, &c. mortem Domini annunciabitis, donec veniat; scilicet ad iudicium. Dum ergo accedis, dic ex toto corde. Ecce cœlestis pater, recolens mortem illam vnigeniti filij tui Domini nostri Iesu Christi, offero tibi hanc hostiam, quam ipse olim obtulit

Nota.

Luc. 22.
1. ad Cor. 11.

Ad sacrū faciēdum, pręuia oblatio.

tulit

tulit pro mea & totius mundi salute. Ecce ad altare tuę maiestatis transmitto oblationem viuam, quam tu in miseratione multa misisti ad altare crucis immolandā pro nobis, recordare ergo illius sacrosancti sudoris, quasi guttæ sanguinis decurrentis in terram. Respice illam virgineam carnem, verberibus crudeliter flagellatam, colaphis & alapis cæsam, liuoribus tumidam, sputis maculatam, sanguine cruentatam, spinis perforatā, clauis confixam, lancea vulneratam. Illa ergo pietas, quę filium tuum traxit & vicit, vt in statera crucis totius mũdi peccata liberares, ipsa te cogat pater misereri nobis miseris. Respice obsecro non nostra peccata, sed in faciem Christi tui. Non.n. in iustificationibus nostris preces nostras prostemimus, sed in multitudine miserationum tuarum. Secundo si vis ad amorem accendi, & inflammari, cõsidera illius sacri corporis cibationem dulcissimam, & vide quam bonus, & suauis est spiritus ei' in nobis, quamq; cõgrua, & vtilia prouidit nobis pater noster cœlestis viaticantia alimenta.

Quare necesse sit animæ nostræ recipere. sacramentum. Cap. 7.

Qvia enim rationalis creatura ad hoc facta est, vt sit capax & particeps bonitatis Dei, ex qua participatione viuere, & ad beatum esse peruenire debet, sine qua ex se ad nihilum tendit & ad mortem sempiternam, nisi per cibum viuificantem iugiter vegetetur, ex participatione diuinæ virtutis, & gloriæ. Quam participationem, ideo comestionē voco, quia sicut corpus animale per cibum viuificatur, calesit, & impinguatur, sic anima rationalis per spiritum Christi quo frui debet pleno affectu & intellectu nutritur, & inflammatur. Et sicut Angeli in patria pleno haustu bibunt de spiritu perenni, et viuo fonte luminis, ac saciantur ab vbertate domus eius: sic sapientia ante præuidit, vt rationales animas hominum quas tam chare redemit, & per gratiam magnificauit, ac effecit similes Angelis Dei, cibaret illo pane quo Angeli nutriuntur. sine quo nec illi nec isti viuere possunt, & hoc per aliquem modū conuenientem nobis paruulis, quia impossibile est nobis comedere cum isto mortali corpore, illum panem vitæ in soliditate propriæ formæ, s. diuinitatis. Ideo vt nobis comestibilem cibum præberet, sub forma conueniētiori. s. panis & vini corporalis dandum, ptopter conueniētem similitudinem panis ad panem, & refectionis ad refectionem, vt sicut Angelos viuentes spiritus cibat verbo increato, sic mortales homines cibat verbo incarnato, in sacramento suscepto, vnde dictum est. Panem Angelorum manducabit homo, &cæter. Et ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi, &cæt. Item nota quòd sicut cura est Deo de corpore animalis cuiuscunque, prouidere illi cibum conuenientem, sic cura est eidem de nutrimento nobilissimi sui corporis mystici, quod est Ecclesia, cuius Christus filius Dei est caput, nec aliunde debet vegetari & viuere quam a capite suo, vt omnia membra, s. viri iusti vnita & sibi inuicem cohærentia, in Christo capite, ipsius spiritu, & amore nutriantur per hoc sacramentum vnitatis, & pacis, ac per hoc sicut non est vita corpori absque incorporatione cibi conuenientis ei, sic animæ rationali non est vita spiritualis, sine incorporatione & inuisceratione huius cibi spiritualis sibi conuenientis. Vnde inquit Christus. Qui manducat me, viuit propter me. Hæc autem est differentia inter commestionem corporalem, & spiritualem, quia ibi cibus commestus transit in substantiam, & nutrimentum comedentis, hic vero comedens incorporatur Christo, & transit in amorem, & vnitatem spiritus Christi. Ideo dictum fuit beato Augustino: Non ego mutabor in te, sed tu mutaberis in me, id est, in mei similitudinem: scilicet bonitatem, sanctitatem, &cæt. sicut ignis ferrum sibi in similitudinem conuertit.

Simile.

Eucharistia Angelis, & hominibus communis.

Psalm. 77.
Ioann: 6.
Nota simile.

Ibidem.

Propter quod, & propter quam causam communicandum. Cap. 8.

Qvarto, & vltimo proba te ipsum, propter qd aut propter quam causam accedis. Et hic dirige aciem mentis ad duo præcipue. s. ad purum affectum, & desiderium sanctum. Secũdo ad debitam intentionem, & propositum necessariũ. Primo vide quid desideres, ne propter auaritiam, aut tumorem, aut vanam gloriam, aut consuetudinem, aut alicuius mundanæ complacentiæ, aut temporalis fauoris causa accedas: sicut multi diebus istis abutuntur ad sui perditionem, quod est datum ad salutem. Væ væ vę Domine Deus, quanti hodie infœlices ad sacros ordines accedunt, & diuina mysteria accipiunt, non cœlestem panem, sed terrenum quærentes, non spiritum, sed lucrum, non Dei honorem, sed suam ambitionem, non salutem animarum, sed quæstum pecuniarum, non Christo seruire mundo corde & corpore in sacris mysterijs, sed delitiari, ditari, superbire, & luxuriari, de patrimonio Christi & de eleemosynis pauperum, ac ecclesiasticas dignitates ambiendo multis litigijs, & simonijs, potius rapiunt quā assequantur, non vocati a Deo, sed impulsi a diabolo tanquam Datan & Abyron. Tu autem homo Dei, dirige vota tua & desideria ad Deũ, & vide quibus affectionibus & desiderijs trahi debeas ad sacra mysteria celebranda. Primo te trahet conscientia & remorsus delictorum, sperans per eum quasi per hostiam obligationis ab omni peccato purgari. Secundo tuæ infirmitatis intuitus & consideratio, vt eum quasi medicinam ad te voces, per quam ab omni infirmitate tuearis. Tertio pressura alicuius tribulationis, vt per eum qui omnia potest ab omni aduersitate citius libereris, & protegaris. Quarto desiderium alicuius gratię vel spiritualis beneficij impetrandi, vt per eũ, cui pater nihil negare potest obtineas. Quinto gratiarum actio pro omnibus beneficijs temporalibus, & spiritualibus tibi, & alijs impensis, cum nihil habeamus Deo retribuere, pro omnibus quæ retribuit nobis, aliud quam calicem salutaris accipere, & sacrificare hostiam laudis, i. Iesum Christum. Sexto charitas & compassio proximorum, cum pro salute viuorum & requie defunctorum, nihil efficacius interpellet, quam Christi sanguis effusus in remissionem peccatorum. Septimo laus & Dei & sanctorum, cum nihil habeamus quod possimus Deum & sanctos ꝑ sua dignitate laudare, quam Christum sacramentaliter Deo patri offerre & immolare. Octauo Dei amor & dilectio vt eum inuites ad te, ac per inuisceratíonem spiritualis refectionis. in teipso eum delectabiliter amplexeris. Nono sitis & desiderium augendæ gratiæ, quia hoc sacramentum fontem continet gratiarum, & sanctificationem, & auctorem continet salutis, dominum nostrum Iesum Christum. Ideo dicitur Eucharistia. i. bona gratia. Cætera vero sacramenta fluenta sunt, & riuuli gratiarum, quibus sancti ficamur. Decimo ardor, & suspirium, quo totis visceribus virtute huius excessiuę charitatis, & dulcissimæ refectionis, cupias sanctificari ab omni inquinamento carnis, & spiritus, & eripi ab omnibus periculis & tentationib. ac inseparabiliter vniri Christo Saluatori, & conseruari in suo amore. Vnde inquit Christus. Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum illi sint mecum, vt sint vnum, sicut nos vnũ sumus, ego in eis, & tu in me, vt sint consummati in vnum.

Contra eos q malo intuitu ad sacros ordines accedunt.

Num. 16.

Quo animo ad sacra altaris mysteria accedendum.

Ioan. 17.

De

Digitized by Google

De latria quæ soli Deo debetur. Cap. 9.

SEcundo dirige mentem tuam ad debitam intentionem & propositum, circa ea quæ agere debes, Tria autem sunt quæ celebraturus intendere debes, scilicet Deum per latriam colere, Christi mortem memorari, & totam Ecclesiam iuuare. Primo intendas Deũ per latriam colere: Cultus autem latriæ, est honor soli Deo impensus, summo creatori ex debito seruitutis, quo obligamur non solum nostra, sed nosipsos impendere pro suo honore, & pro eo mori si expedierit, ad recognitionem beneficiorum suorum, & suæ immensæ bonitatis nobis ostensæ, & hoc contrito corde & spiritu humiliato & toto affectu, actu, & habitu, gestibus & signis prosternentes nos ante oculos suæ maiestatis, & sacrificijs ac muneribus eum venerantes, referamus ad ipsum omnem spem nostram, & desiderium nostrum tanquã in finem vltimum, & in eum a quo omnia sperantes, propter quæ omnia expectantes, ab eo meritum & retributionem bonorum nostrorum, & malorum, secundum retributionem iustitiæ suæ suiq; beneplaciti. — Latria quid.

De dulia. Cap. 10.

ALijs quoque sanctis exhibetur honor & deuotio quæ dicitur dulia, quæ non est cultus nec adoratio, sed subrogatio & suocatio, vt sint apud Deum aduocati pro nobis, & omnis reuerentia quæ eis impenditur, propter Deũ cui sunt cõiuncti exhibetur. Deus aũt debet a nobis in immensum timeri, & honorari, & amari. Primo ex consideratione suæ omnipotentiæ & iustitiæ, qui nos plenissimo iure damnare potest & saluare. Est etiam summe timendus. Ex hoc n. timore oritur dolor de peccatis, pudor, suspiria, lachrymæ, tunsiones pectorum, supplicationes, ieiunia, disciplinæ, peregrinationes & huiusmodi. Secundo ex consideratione suæ sapientiæ & maiestatis, summe est honorandus. Ex hoc namq; oritur veneratio & reuerentia, genuflexiones, & incuruationes, pstrationes, orationes, purificationes, consecrationes, munditia sacrorum vasorum, paramentorum ornatus, & decor, festiuitates, celebritates & solennitates luminarium, cantus, psalmodiæ, hymnorum, lectionum, & huiusmodi. Tertio ex consideratione bonitatis & clementiæ est infinite amãdus. Ex hoc autem amore oriuntur gratiarum actiones, laudes, hymni, benedictiones, vota sancta, & incensationes, & huiusmodi. — Quare Deus a nobis immensum timendus, honorandus & amãdus sit.

De intentione celebrantis missarum solennia. Cap. 11.

INtendere debes, vt ex frequentatione diuini cultus nomen Dei in nobis sanctificetur, vt a nobis per sanctitatem vitæ glorificetur in mundo, vt crescat in orbe cultus & honor Dei, vt cognoscat totus mundus, nos esse clericos vnius veri Dei, & Saluatoris Iesu Christi. Intendere debes, & memorari Christi mortem. Et de hoc dictum est supra. Intendere debes totam Ecclesiam iuuare, vt scilicet proponas Deum orare pro Papa, Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Doctoribus, Rectoribus, Sacerdotibus, Clericis, Monachis, Religiosis, Monasterijs, & omnibus Christo famulantibus, pro regibus, ducibus, principibus, & cæteris nobilibus, pro virginibus, viduis, orphanis, peregrinis, afflictis, captiuis, debilibus, infirmis, & pro omni populo Dei. Etiam pro paganis, schismaticis, & hæreticis, vt conuertantur ad Deum verum, & sanctæ Ecclesiæ vnitatem. Item in speciali orare debes pro aliquibus causis, caris. s. parentibus, consanguineis, & amicis deuotis, & tibi recommendatis, ac in tua oratione sperantibus. Item singularissime pro teipso, & si aliquem prædictorum fidelium, præcipue propter odium vel rancorem, excludis, vt non sit particeps tanti beneficij, mortaliter peccas, agens cum odio diuina mysteria. — Nota.

De confessione celebrantis facienda. Capitulum. 12.

HIs præmissis, postquam ex ruminatione prędictorũ in meditatione tua exardescit ignis in corde tuo, euome & purga feces peccatorum tuorum spiritu cõtrito, & humiliato, memorans quanta commisisti cogitatione, verbo & opere, quanta bona omisisti, quę facere debuisti & potuisti, & veniens ad spiritualem medicum, & patrem, dic peccata non communi & generali confessione vt quidam duri corde faciunt, palliantes folijs verborum in generali confessione sua enormia peccata, & absque verecundia & dolore taliter proferentes, vt etiam in plateis possent taliter absque rubore confiteri, hæc non est confessio, sed deceptio, & derisio. Sed si vis sanari, aperi vulnera tua, & de profundo corde enarra clare & aperte quæ post præcedentem confessionem egisti, nõ solum opera, sed & cogitationes peruersas. quarum delectatio mentem maculat. non solum mortalia, sed etiam venialia grauiora, quæ conscientiam lædunt & mordent. Cætera per modum generalem breuiter & clare exprime. Deinde peracta pœnitentia tibi iniuncta, decanta illos quinque Psalm. s. Quam dilecta; Benedixisti; Inclina; Credidi et Deprofundis, cum sius versiculis & orationib. Dic etiam si tempus suppetit illam orationem, summe Sacerdos, quæ valde efficax est & deuota, postea procedẽs ad altare recordare Christum euntem ad crucem, & fige cor ad ea quæ in passione gesta sunt, legas clare & distincte ea quæ legenda sunt, nõ multiplicando collectas nimis, nec alia legendo ex deuotione vel arbitrio proprio, quam quod a sanctis patribus institutum est. — Venialia grauiora confitenda.

Quomodo sacerdos celebrans habere se debeat infra sacrum canonem. Cap. 13.

CVm autem perueneris ad sacrum canonẽ recollige mẽtem ne per diuersa vagetur. appone diligentiam magnam in signis & actibus, maiorem in verbis, maximam in intentione. Primo propter continentiam diuinitatis immensæ. In Memento, tam pro viuis quam pro defunctis, nõ fiat cum voce & verbis commendatio, sed tantum mente discurre per quasdam personas magis intimas, cæterasq; recollige sub compendio, referens intẽtionem ad omnes, pro quibus antea orasti, siue orare promisisti. Dum autem perueneris ad Qui pridie, dirige mentem & intentionem tuam ad faciendum id quod intellexit Christus in sua cęna, & quod intendit sancta mater Ecclesia. In communione autem pausa paulisper: & dic nõ lingua vel labijs, sed corde. Domine mi quis es tu? & quis sum ego vt præsumam te mittere in latrinam fœtidam corporis mei, & animæ meæ? vt quid me fecisti vt tibi iniuriam hanc execrandam facerem? Mille. n. lachrymarum anni non sufficerent, ad tam nobile sacramentum semel digne percipiendum, quanto magis ego miser indignus sum, qui quotidie pecco, incorrigibilis perseuero, & in peccatis accedo, sed in infinitum maior est misericordia tua, quam miseria mea, vnde confisus de tua pietate præsumo te sumere. Hæc — In cõsecratione intẽtio dirigenda. — Deuota cõmunicantium oratio.

enim

enim duo maxime requiruntur, ad cōgruam perceptionem sacramenti, s. profunda humilitas, cum annihilatione sui, & compassio mortis Christi.

Quomodo se habeat sacerdos post communionem sacram. Cap. 14.

POst communionem si non sentis aliquam spiritualem refectionem, signum est spiritualis infirmitatis, vel mortis. Ignem posuisti in sinum, & non sentis calorem, mel in ore, & non sentis dulcedinem. Si vero consolationem sentis aliquam, non tibi tribuas, sed suæ bonitati immensæ, quę & malos & indignos consolatur, & dicas in corde tuo. Ad meam miseriam detestandam me coniunxit beneficijs suis. Si mihi peccatori talia fecit, quid faceret si vitā meam correxero? Ideo totis viribus volo me mutare & sibi semper adhærere. Hoc autem non reputes te posse tuis viribus, sed auxilio gratiæ eius. Quod ipse omnibus nobis præstare dignetur. Amen.

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS.

Discursus alius.

De instructione sacerdotis, ad se præparandum ad celebrandum missam.

Ad sacrum faciēdum, sex in celebrante requiruntur



AD Missam celebrandam sex considerationes attendendæ sunt. Primum est rationis discretio respectu veritatis, vt scilicet sciat quis quid recipere debeat. Quid, quia verum Deum, qui fecit cœlum & terram, & verum hominem, qui pro nobis pependit in ligno. Quis, quia homo non bestia propter peccatum, vnde præ cæteris repellat a se sacerdos bestialitatem peccati. Secundum mentis deuotio ratione eius sanctitatis. Debet. n. considerare, q̄ quem recipimus, sanctus sanctorum est, et omnis sanctitatis origo: & ideo quantum potest sancte, & deuote accedat ad ipsum, a se expellens omnem peccati rubiginem per lachrymarum compunctionē, & omnem mentis amaritudinem, per orationis dulcedinem deuotionemq;. Tertium est animi reuerentia respectu maiestatis, vt scilicet ad tam excellentem Dominum vereatur accedere, tam vilissima creatura. Si. n. ante imperatorem non esset dignus stare homo infectus putredine, quanto magis Dominum recipere in sacramento altaris indignus, & miser homo, cuius omnes iustitiæ sunt sicut pannus menstruatæ; & si iustitiæ sunt tales qualia sunt peccata, equidem indignissimus est ad hoc omnis homo. Consideret tamen, q̄ maior est dignatio sua, quam dignitas nostra, sua benignitas, quam miseria nostra. Quartum est amor & desiderium cordis, ratione suæ bonitatis, vnde multum cauere debet homo, ne cum tædio, aut corporis tepore, ad illud sacramētum accedat, in quo continetur summa bonitas, & infinita iucunditas. Vnde mirum videtur, quomodo in ista receptor homo non liquescat amore, caloreque, & quomodo non absorbeatur suauitatis dulcore. Consideret ibi corpus Domini sui, si vult ad amorem accendi; & illius nobilissimi corporis & sanguinis cibationem, si vult desiderium prouocare, & tandem refici prouocatus. Quintum est pro se & alijs affectuosa deprecatio, & humilis in sermone, ratione suæ clementiæ. Ab ipso. n. secure potest petere qui dixit. Petite, & accipietis, quærite & inuenietis. Et ad hoc credo maxime

Luc. 11.

istud sacramentum esse, vt postuletur venia, & gratia impetretur, in oblatione istius excellentissimi holocausti. Sextum est totius hominis diligentia respectu suæ immensæ nobilitatis siue nobilissimæ immensitatis. Si. n. cum diligentia magna quis seruit alicui principi singulari: tanto maiori diligentia debet sacerdos Domino suo ministrare, & omni vigilantia pertractare illud dignissimum sacramentum, ac si nihil faciendum esset, aut nunquam aliud facere deberet. Ecce ibi debet esse attentio tota, probatio sufficiens & distincta, vt nil confusum aut diminutum fiat, debet etiā nihilominus contractatio fieri prouida, & discreta, ac omni honestate ornata, vt sic ibi omnia cum summa diligentia operetur sacerdos. Ad hoc consulo cuilibet sacerdoti, vt præ cæteris hominibus se omni tempore ab omnibus quæ aliquo modo cor suum habitaculum regis sui polluere possunt siue parum siue multum, tā occasionaliter quam actualiter elonget se quantum potest. Tunc autem præcipue, cum ad missam vadit celebrandam: a cunctis se abstineat, quantum potest, & se totum recolligat in seipso: vt nec sensus nec cogitatio ad aliud diffundatur: suam conscientiam discutiat diligenter, & quod inuenerit lauandum lauet abundantia lachrymarum, vadat ad confessorem suum, & extra euomat omnia venenata & immediate peracta penitentia, si tunc facere potuerit, iterum recolligat semetipsū, & ad diuinam maiestatem eleuet mentem suam, & consideret diuinam magnificentiam, & ad propriam miseriam vergat, vt sic videat quam magnus est Dominus, & quam paruus est seruus; immo vanus & inutilis. Intret quantum potest in Deum, & in seipso inquantum potest, ad nihilum redigatur, & cum fuerit abstractus & diuinus effectus, quasi nihil aliud videat, nihil aliud sentiat nisi Deum, & propter Deum omnia reputet vanitatem, tunc cogitet qualis fuit erga nos dilectio Dei nostri, qui sic pro vili re, immo pro tam detestabili, voluit sic vnire sibi vilem, & in ea vilissima & abominabilissima tam turpia voluit sustinere. Tunc ruminet illam magnificentiā charitatis, & illo inestimabili ardore inflammetur; & cū ignitus fuerit charitate circa dilectum, adaperiat viscera pietatis pro se vilificato, afflicto, & lethaliter vulnerato cōpatiatur, intra se omnia ista vulnera transformet, ac si ipsemet esset lethaliter vulneratus, & magna Christi vulnera, & nunc quantum in isto vulnere, quantum illo passus sit, meditetur. Nunc quanta fuerint illa flagella extimet diligenter. Et cum sic in ista meditatione cum Christo fuerit crucifixus, quia in isto exigitur maxime sacramento: tunc cogitet, q̄ illam nobilem carnem in crucis ara immolatam pro nobis dignatus est dare in cibum, & sanguinē eius effusum pro redemptione humani generis de latere suo in potum. Nunquam credas q̄ sanguis ille quem recipimus in altari, sit extra corpus eius. Sed tamen & effusum pro nobis in passione, recipere debemus sub illa intentione. Tunc eius dilectionem circa nos consideret, & ruminet illius magnificentiam sacramenti, & hoc quantum potest, quia vix potest aliquam inuestigare scintillam tam immensi amoris Domini in hoc magnifico sacramento. Et cum bene ruminabit istud magnificum sacramentum Saluatoris, iam quadam dulcedine cœlesti inductus humiliter & reuerenter accedat ad hoc sacramentum, & cum omni diligentia prosequatur, adhibitis & alijs circunstantijs, quas in principio huius tractatus tractaui. Cum autem recipere debuerit, aliqua poterit præmeditari si placet, vtpote dicat in corde suo. Ad illud tam nobile sacramentum recipiendum, non sufficerent mille anni ad præparationem condignam: quanto magis ego miser & indignus sum, qui quotidie pecco, incorrigibilis perseuero, & impræparatus accedo. Quare Domine me fecisti, vt

Nota.

Conscientia discutienda, & cor creaturis omnibus ad creatorem cōuertendum.

Passio Christi meditanda, & expassione claritas.

Nota contra hæreticos.

Alia cōmunicātis meditatio, & oratio.

tibi

Digitized by Google

tibi execrandam iniuriam facerem, quòd te pono in latrina peccatorum animæ meę? quoniam non est cloaca magis fœtida quam peccatrix anima mea, vtinam hanc immundam animam aliquis fluuius compunctionis discurrisset, vt ibi non fuisset tanta peccatorum sanies congregata. Domine quid est hoc? nunquid ibi te ponere debeo? sed in infinitum maior est misericordia tua, quam nostra miseria, & ideo de tua benignitate cōfidens, te præsumo sumere, vt sic infirmus accedam ad medicum dulcissimum, vt tua liberer medicina. Quanto enim plus infirmus sum, tanto plus indigeo Deus meus, & in liberatione mea magis apparebit tua immēsitas pietatis. Accedam ad Deum meum confidenter, quia infinitæ sunt misericordiæ eius, & secum fruar bonorū delitijs, ingrediar ergo sponsa ad sponsum, secumque volo inseparabiliter commorari. Nolo amplius alteri adhærere, vt cum ipso solo gaudium habeam sine fine. Hęc & alia quæ dicere voluerit, corde dicat, non ore, quia non credo expedire ibi proferre alia, quam illa quæ in canone continentur. Et nota, quòd secundū meum videre, ad efficaciter recipiendum valet compassio Christi, & vilificatio & annihilatio sui, quantum potest vilis fiat, & indignus in oculis suis qui recipere debet. Cum autem sacramentum expletum fuerit, cogitet in corde suo, post tam nobilem cibum nolo stercora degustare, & cum ipse sit summa iucunditas, nolo de cętero affici circa aliquā creaturam. Si autem affectionem ibi nullam habuit, recogitet signum esse infirmitatis vel mortis. Ignem enim posuit in sinu, & calorē non sentit, mel posuit in ore, & dulcedinem non percipit. Et ideo talis miseriam suam recognoscat, & mutet in melius vitam suam. Si vero refectionem ibi recipit, non sibi attribuat, sed infinitę diuinę maiestatis bonitati, quę se ad bonos & malos extendit, & dicat in corde. In me Dominus operatur mirabilia, ad detestationem miseriæ meę, & ad conuincendum beneficijs iniquitatem meam magnam. Nam me mortuum fecit sentire, & vermen vilissimum cęlestia degustare. Si mihi peccatori talia fecit Dominus, quid faciet si correxero vitam meā? & continue voluero in melius promouere & cęlestib. dedicare meditationibus, & sibi soli de cętero adhærere, quòd tamen facere potuit auxilio Domini, nō propria virtute, & sicut cogitat sic opere adimpleat.

Ad efficaciam eucharistiæ sumptioné, cō passio Christi, & sui humiliatio requiritur.

Oratio. Domine Deus meus quomodo ausus sum te alloqui vilissima creatura, nam fętidissimus sum, horribilis sum, stercus vermisque nequissimus, & vanissimus homo. Tu autem Deus deorum, Dominus dominantium, omne bonum honestum & pulchrum, omnis vtilitas, omnis amœnitas, omnis suauitas, fons splendoris, fons melodiæ, fons odoris, fons dulcoris, fons amoris & intimus dilectionis amplexus, & tu rogas me & ego fugio, de me es solicitus, de te non curo, mihi semper seruis, & ego te semper offendo: te mihi tribuis, & ego te contemno, me ergo vanitatem & nihil diligis, & te infinitum & inenarrabile bonum sperno, fętorem, horrorem, mortalem dolorem tibi ò beatissime benignissime, amantissime sponse præpono, plus me allicit creatura quam creator, vanitas quam æternitas, detestabilissima miseria, quam summa fęlicitas, plus me inclinant sordes quam eleuet pulchritudo, seruitus quá magnitudo, amaritudo quam dulcedo. Nam meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula inimici, & tamen plus approbo hoc affectu fraudulenta oscula, quá vulnera diligentis. Sed ne reminiscaris Domine delicta mea, vel parentum meorum, sed pietatis tuæ viscera, & dolorem tuorum vulnerum, non quod ego sed quod tu pro me sustinuisti considera, si me vt ostendis diligis, cur me relinquis? cur fatigari permittis? Me ergo amátissime tene timore, restringe amore, gusta dulcore dulcissime sponse nequeo, nescio, tibi volo seruire, tibi adhærere toto corde, immo vix pericula amare, hoc operari in me tu potes, tu scis, tu vis, & a me exigis. Quid ergo deficiam in beneplacito meo, vel tu in tuo? Obsecro vt non prævaleat homo sed Deus, nolo in hac contrarietate, deficere non succumbere, sed succurre festinanter. Viuendo luxuriose, & me nimis & tuas creaturas lasciue amando, totam meam substantiam dissipaui, nunc recognoscentē miseriam, & penuriam, meam famelico appetitu ad paternæ misericordiæ viscera redeuntē me oculis tuæ pietatis agnosce, & dignare me radijs tuę gratiæ lætabundis occurrere, & cum amplexibus pacis & quietis largiaris oscula. Et recognosco quòd in cęlum & in totam curiam cœlestem & Ecclesiam Romanam, immo in omnem creaturā tuam & coram te, te contempto peccaui, malum coram te feci, & certe non sum dignus vocari filius tuus, nec mercenarius, nec etiam seruus, aut aliqua vilissima creatura, sed miserere mei & dele iniquitatem meam, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris, quia dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in Deo eius. Obsecro iube vt detur mihi charitatis stola, fidei feruentis annulus, in calceamentis, & eleuantis & confirmantis spei protegātur pedes, vt sic ebrius tuo sanguine, totus in te resoluar amore. Intret dolor tuus intima mea, & omnem amorem expiet alienum, sim tecum crucifixus mundo, vt sic mortuus, vita mea sit tecum abscondita in Deo: O vita mea vita fęlix, quę abscondita est ipsi mundo, & sociata ipsi Christo, in Deo centro suo quietatur, vnum est mihi necessarium, & solum vnum quęro. Abscedat ergo fantasmatum multitudo, vnus est dilectus meus, vnus est amor meus Iesus Christus, Deus meus, sponsus meus. Nihil ergo sapiat, nihil delectetur, nihil alliciat nisi Iesus Christus, totus sit meus, totus sim suus, & fiat cor meum vnum cum ipso, nihil me iudicans scire vel amare vel affectare nisi dominum Iesum Christum, & hunc crucifixum. Ergo bone Iesu recollige me visceribus, refice vberibus, & inebria vulneribus. Euigila ergo anima mea ad viscera compassionum, quibus plorauit in infantia super Hierusalem, super Lazarum, & in cruce, immò in illis super te, & regrediatur fluuius de loco voluptatis ad rigandum Paradisum, qui est in quatuor capita diuisus. Si enim egrediebatur fluuius lachrimarū de loco voluptatis & omniū delitiarum, quanto magis debet egredi de loco omnium spurcitiarū? Ergo bone Iesu summis delitijs plenus plorasti, euigila etiam anima mea ad verba instructionum, & exhortationum, & promissionum, quia de verbo vitę ęternę habes. Euigila ad exprobationes, vulnera, illusiones, & occisiones, ad dolores passionis & cōpassionis. Attendite (inquit) & videte, si est dolor sicut dolor meus, immo domine accedam & videbo, si est amor sicut amor tuus. Et iō nihil nisi te propter te volo amare. Tu domine me iniquum, pessimum, & contemptorem tuum, vilissimum fœtorem stercorum, & horrorem vermium amasti tantum, vt tanta pro me dignareris pati & sustinere, & ego te infinitū bonum, patrē pijssimum, sponsum dulcissimū omnis pulchritudinis & suauitatis fontale principium, nō tantum diligam vt saltē moriar, pro te mundo, immo moriar & mihi, vt totus tecū affixus ligno, nihil sentiam nisi te, vt viuam iá non ego, viuat aūt in me Christus. Quid ergo retribuā domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicē salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Sic ergo calix continuus in corpore (saltem) superabundantis gratiæ radicet in corde, melos diuinæ laudis diffundatur, quare continue ac indesinenter in ore laudabo Deum meum, in vita mea psallam Deo meo quandiu fuero. Iucundum sit ei eloquium meum, ego vero delectabor

Alia deuota oratio post communioné dicenda.

Prouer. 27.

Tob. 3.

Luc. 15.

Ibidem.

Feruens amantis animæ, in Christū, resignatio

1. Corin. 2.

Luc. 19.

Ioan. 11.

Gen. 2.

Tren. 1.

Digitized by Google

in domino, leuabo et ostendam ei faciem mentis, et in auribus ab ore meo resonabit immensa gratiarum actio et magnificentia suæ laudis. Recedant ergo de cętero omnia vetera de ore meo, et de anima mea, quia Deus scientiarum dominus est, et ipsi præparantur cogitationes et voces. Arcum fortiũ superabo, et induar virtute ex alto. Gaudens gaudebo in domino solum, et implebitur cor meum iubilo, et omnia ossa mea exultabunt in Deo meo, quia totum me offeram Saluatori meo. Quiescit cor meum in dulcedine bonitatis immensę. Laudabo excellentiam glorię summæ, et sequar vestigia passionis acerbę, corpus conculcetur, cor eleuetur. Laude vero repleatur os meum, vt die ac nocte Dei mei magnitudine tantę vitę irremissibiliter, quiescant. Abscedat vanitas, accedat diuinitas, transformet charitas, et fiam totus diuinus, aperiatur cor meum, aperiantur vulnera, iungantur intima, et fiant vnum cum Christo. Amen.



SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS,

In Psalterium Beatæ Mariæ Virginis.

PRÆFATIO.

Proue. 4. R ripe illam et exaltabit te, et glorificaberis ab ea cum illam fueris amplexatus. Dabit capiti tuo augmenta gratiarũ, et corona inclita proteget te, ait Sapiẽs, Gloria in excelsis Deo et gratiarum actio et vox laudis, qui nunc per prophetica mysteria, nunc per oracula de cęlis lapsa, nunc per lectionem euangelicam, nunc per Apostolicam tubam multifarie multisque modis ad honorem virginis Marię Reginę cęlorum ac Angelorum syncerissime nos inuitat ac incitat, vt per ipsius sancta merita omni acceptione dignissima, ex infernorũ claustris arreptos, Angelicę militię nos adscribat. Vnde licet Salomon verba prędicta de sapientia protulerit, spiritus tamen sanctus illa ad virginem pręcellentem Mariam intellectu mystico reflectit. In quo verbo vos amicæ charissimę, ad ipsius amorem est alliciens, vestrumq; cor ad ipsius amplexum, varijs promissionib. attrahens, & demulcens. Assignat autem vobis assecutura quatuor dona mirifica, si tam præclara puella nexu spirituali vobis fuerit coniuncta, & brachijs desideriorum feruentium a vobiscum magna reuerentia & deuotione amplexata. Primo affert vobis exaltationem, ibi, & exaltabit te. Secundo glorificationem, ibi, & glorificaberis ab ea. Tertio gratiarum abundantiã, ibi. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum. Quarto viriditatis perpetuæ immarcessibilem coronam, ibi; Corona inclita proteget te. Vnde rogo charissimæ & desiderantissimæ, ne tam nobilem & speciosissimam virginẽ repellatis, ne tam admirandam Reuerentissimam Reginam virginem Mariam vilipendatis: Ne si a vobis cõtemptam se viderit, non dico tantis fraudemini, verum (quod absit) mala perpetua incurratis. Qua propter ad obsequendum ei, sinimentis extendatis, ad laudandum, & glorificandum eam cor præparate, linguam laxate, ac celeri famulatu illi placere festinate. Constat n. q. ex ipsius accessu remanebitis deuotiores, ex ipsius tactu mundiores, ex ipsius amplexu virtute & gratia profusiores & nitidiores. Et vt tantorum bonorum vobis aliquam occationem conferam, mitto vobis ipsius Virginis sacratissimæ psalterium, ex scintilla meæ pauculæ intelligentiæ, gratia & adiutorio illius conditum & compactum, in quo diuersis præconijs eam extolletis. Nunc ipsius virginitatem & castimoniam, nunc eius fęcunditatem & sanctimoniam, nunc eius largitatem siue clementiam. Ibi efferetis eam velut plenam omni gratia, velut repletam omni scientia, velut illustratam omni sapientia & intelligentia. Ibi benedicetis fructum sui ventris gloriosi, membra corporis sancti, & prærogatiuas animæ omni sanctitate pollentes. Ibi ad ipsius laudem inuocabitis choros Angelorum, & sanctorum nationes hominum, insulas gentium, cœlum, & pulchritudinem luminarium, ac totũ orbem terrarum. Ibi eam rogabitis vt destruat vires spiritualium hostium, vt vobis impetret veniam peccatorum, vt vobis reddat placabilem terribilem iudicem, & vt vestrum finem sua illustret pręsentia, vobisq; obtineat gaudia sine fine mansura. Igitur ò charissimæ, hoc tantillum meum munusculum primum vobis oblatum gratanter suscipite, fructumque ex eo proferre satagite, & in eo matrem Dei frequentius collaudate, si forte pijssima super vos suum conuertat amabilem vultum, ad suum amorem vos recipiens, vestram animam in præsenti recreans & reficiens, & in futura gloria coronam de lapide pretioso vestro capiti superponens.

Psalterium per Seraphicum Doctorem *S. Bonauenturam, in honorem Beatæ Mariæ Virginis compilatum.*

BEatus vir qui diligit nomen tuum Maria virgo, gratia tua animam eius confortabit. Tanquam aquarum fontibus irrigatum vber, in eo fructum iustitiæ propagabis. Benedicta tu inter mulieres, per credulitatẽ cordis sancti tui. Vniuersas enim fęminas vincis pulchritudine carnis, superas Angelos & Archangelos excellentia sanctitatis. Misericordia tua & gratia vbiq; prædicatur, Deus operibus manuum tuarum benedixit. Gloria patri. &c.

Quare frẽmuerunt inimici nostri, & aduersum nos mediati sunt inania? Protegat nos dextera tua mater Dei, vt acies terribilis confundens & destruens eos. Venite ad eam qui laboratis & tribulati estis, & dabit refrigerium animabus vestris. Accedite ad eam in tentationib. vestris, & stabiliet vos serenitas vultus eius. Benedicite illam in toto corde vestro, misericordia enim illius plena est terra. Gloria pa. &c.

Domina quid multiplicati sunt qui tribulant me? in tempestate tua persequaris & dissipabis eos. Dissolue colligationes impietatis nostræ, tolle fasciculos peccatorum nostrorum. Miserere mei Domina & sana infirmitatem meam, tolle dolorem, & angustiam cordis mei. Ne tradas me manibus inimicorum meorum, & in die mortis meæ conforta animam meam. Deduc me ad portum salutis, & spiritum meum redde factori & creatori meo. Gloria patri. &c.

Cum inuocarem exaudisti me Domina, & e sublimi solio tuo, mei dignata es recordari. A rugientibus præparatis ad escam, & de manibus quærentium me liberabit gratia tua. Quoniam benigna est misericordia & pietas tua, in oẽs qui inuocant nomen sanctum tuum, Benedicta sis domina in æternum, & maiestas tua in sęculum. Glorificate eam omnes gentes, in virtute vestra, et cuncti populi terræ extollite magnificentiam eius. Gloria. &c.

Verba

Digitized by Google

Verba mea auribus percipe domina,& ne auertas a me ſpecioſitatem vultus tui. Conuerte luctum noſtrũ in gaudium,& tribulationem noſtram in iubilationẽ. Corruant aote pedes noſtros inimici noſtri,virtute tua eorum capita conterantur. Benedicat te omnis lingua, & nomen ſanctum tuum confiteatur omnis caro. Spiritus.n.tuus ſuper mel dulcis, & hæreditas ſuper mel & fauum. Gloria.&c.

Domina ne in furore Dei ſinas corripi me,neque in ira eius iudicari. Propter honorem oominis tui domina,propicietur nobis fructus glorioſi ventris tui. De porta inferi,& de ventre abyſſi,tuis ſanctis precibus libera nos. Aperiantur nobis ianuæ ſempiternæ,vt enarremus in æternum mirabilia tua. Quia non mortui neque qui in inferno ſunt laudabunt te domina, ſed qui tua gratia vitam æternam obtinebunt. Gloria.&c.

Domina mea in te ſperaui, de inimicis meis libera me Domina. Conclude ora leonis & dentes eius,& labia perſequentium cooſtringe. Non moreris propter nomen tuum,facere nobis miſericordiam tuam. Splendor vultus tui fulgeat ſuper nos, vt ſeruetur conſcientia noſtra apud altiſſimum,ſi perſequatur inimicus animam meam,domina adiutorio tuo conſorter,ne vibret gladium ſuum contra me. Gloria.&c.

Domina dominus noſter factus eſt frater noſter,& Saluator noſter. Vt ignis in rubo & ros in vellere, deſcendit in te æternum verbum Dei. Spirituſancto fœcundante,obumbrabit tibi virtus altiſſimi. Benedictus ſit mundiſſimus conceptus tuus,benedictus ſit partus tuus virgineus. Benedicta ſit munditia carnis tuę,benedicta ſit dulcedo miſericordię cordis tui. Gloria. &c.

Confitebor tibi domina in toto corde meo, & narrabo in populis laudem & gloriam tuam. Tibi enim debetur gloria,& gratiarum actio, & vox laudis. Inuenient gratiam peccatores apud Deum,per te inuentricem gratiæ,& ſalutis. Reſpirent ad indulgentiam humiles penitentes,ſana cõtritiones cordis eorum. In pulchritudine pacis,& requie opulenta,cibabis nos poſt laborem peregrinationis noſtræ. Gloria.&c.

Io domina confido, propter dulcedinem miſericordiæ nominis ſui. Oculi eius in pauperem reſpiciunt,& manus eius ad pupillum & viduam ſunt extentæ. Exquirite illam a iuuentute veſtra,& glorificabit vos ante faciem populorum. Miſericordia illius noſtrorum auferat multitudinem peccatorum, & fęcunditatem nobis conferat meritorum. Extende ad nos brachium tuum virgo glorioſa,& ne auertas a nobis glorioſum vultum tuum. Gloria,&c.

Saluum me fac mater pulchræ dilectionis, fons clementiæ & dulcor pietatis. Gyrum terræ ſola circuis,vt ſubuenias inuocantib. te. Pulchræ ſunt viæ tuæ, & ſemitæ tuæ pacificæ. In te refulget ſpecies caſtitatis, lumen iuſtitiæ,& ſplendor veritatis. Amicta ſolari lumine ſicut veſtimento,duodecim ſtellarum corona rutilans radianti. Gloria,&c.

Vſqueqoo Domina obliuiſceris me, & non liberas me in die tribulationis; Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? potentia virtutis tuæ contere ipſum. Aperi oculos miſericordiæ tuæ, ne inimicus noſter aduerſus nos præualeat. Magnificamus te gratiæ inuentricem,per quam ſæcula reparantur. Exaltata ſuper choros Angelorum,ante thronum Dei ora pro nobis. Gloria.&c.

Dixit inſipiens aduerſarius noſter in corde ſuo, perſequar & comprehendam, & interficiet eum manus mea. Exurge Domina & præueni eum, & ſupplanta eum,deſtrue omnes conatus illius. Tuam pulchritudinem Sol & Luna mirantur, tibi Angelicæ poteſtates ſeruiunt & famulãtur. Tuo tactu leniſſimo ſanantur infirmi,tuo odore roleo mortui reuiuiſcunt. Virgo Dei genitrix quem totus non capit orbis,in tua ſe clauſit viſcera factus homo Gloria.&c.

Domina quis habitabit in tabernaculo Dei?aut quis requieſcet cum ſenatoribus populi?Pauperes ſpiritu,et mundi corde,mites,pacifici,atq; lugentes, Recordare domina,vt loquaris prn nobis bona, et indignationem filij tui auertas a nobis. Amplectamur Mariæ veſtigia peccatores,et eius beatis pedib. prouoluamur. Teneamus eam fortiter nec dimittamus,donec ab ea meruerimus benedici. Gloria.etc.

Conſerua me domina,quoniam ſperaui in te,mihiq; tuæ ſtellicidia gratiæ impartire. Aluus tuus virginalis et viſcera tua,filium Dei altiſſimi genuerunt. Benedicta ſint vbera tua,quibus lacte deifico Saluatorem enutriſti. Confitemini laudes virgini glorioſæ, quicumq; apud eam gratiam et miſericordiã inueniſtis. Date magnificentiam nomini eius et collaudate in ſæculum conceptum,atq; partum eius. Gloria,etc.

Exaudi domina iuſtitiam meam et amorem, amoue a me tribulationem meam. Confitebor tibi in voce exultationis,cum magnificaberis ſuper me miſericordiam tuam. Imitamini eam ſanctę Virgines Dei,vt imitatæ ſuot Agnes,Barbara,Dorothea,et Catherina. Honorificatę eam in voce labiorum veſtrorum, per hoc eius gratiam Agatha, Lucia,Margarita,et Cecilia ſuſceperunt. Sponſum dabit vobis patris filium, et de Paradiſi lilijs coronam incomparabiliter radiantem. Gloria.etc.

Diligam te domina cœli & terræ,& in gentibus nomen tuum inuocabo. Coofitemini illi tribulati corde, & roborauit vos contra inimicos veſtros. Stilla nobis domina gratiam vberum tuorum, ex maoante lacte dulcedinis tuæ refice viſcera puerorum tuorum. Religioſi omnes honorate illam,quia ipſa eſt adiutrix,et veſtra ſpecialis aduocata. Eſto refrigerium noſtrum glorioſa mater Chriſti,quia tu es totius religionis mirabile firmamentum. Gloria.etc.

Cœli enarrant gloriam tuam,et vnguentorum tuorum fragrantia in gentibus eſt diſperſa. Reſpirate ad illam perditi peccatores,et perducet vos ad indulgentiæ portum. In hymnis et pſalmis et canticis pulſate viſcera eius,et ſtillabit vobis gratiam dulcedinis ſuæ. Glorificate eam iuſti ante throoum Dei,quia fructu ventris eius eſtis iuſtitiam operati. Laudate eam cœli cœlorum, et nomen eius glorificet omnis terra. Gloria patri.etc.

Exaudias nos domina in die tribulationis, et precibus uoſtris cõuerte clementem faciem tuam. Ne proijcias nos in tempore mortis noſtrę, ſed ſuccurre animæ cum deſeruerit corpus ſuum. Mitte Angelum in occurſum eius,per quem ab hoſtibus defendatur. Oſtende ei ſereniſſimum iudicem ſęculorum,qui obtui gratiam veniam ei largiatur. Sentiat io penis refrigerium tuum, et concede ei locum inter electos Dei. Gloria patri. etc.

Domina in virtute tua lætabitur cor noſtrum, & in dulcedine nominis tui conſolabitur anima noſtra. De ſedibus mitte nobis ſapientiam,per quam in omni veritate dulciter illuſtremur. A carnalib. deſiderijs,concede gratiam abſtinendi, vt lumen gratiæ in noſtris cordibus oriatur. Quam dulcia diligentibus te eloqoia tua domina,quam ſuauia ſunt tuarum ſtillicidia gratiarũ. Gloriam et honorem pſallam tibi, et in oomine tuo gloriabor in ſeculum. Gloria.etc.

Deus deus meus reſpiciat in me meritis tuis virgo ſemper. Maria Domina mea clamaui ad te per diem et noctem,et feciſti cum ſeruo tuo miſericordiam tuam. Quia ego ſperaui in miſericordia tua, ſempiternum a me opprobrium abſtuliſti. Deriſerunt me inimici mei vndiq;, tu autem ſub vmbra maous tuę cõtuliſti mihi

refrigerium bonum. Adorent te familiæ gentium, et glorificent te omnes ordines Angelorum. Gloria patri.&cætera.

Dominus regit me, virgo Dei genitrix, quia tu amabilem vultum eius ad me conuertiſti. Benedicti ſunt oculi tui ſplendidiſſimi, quos digneris miſericorditer conuertere ſuper nos peccatores. Benedictum ſit lumen & ſplendor faciei tuæ, benedicta ſit gratia vultus tui. Benedicta ſit miſericordia manuum tuarum, benedicta ſit emanatio virginei lactis tui. Benedicant te Apoſtoli tui, & prophetæ Dei, martyres, confeſſores, & virgines pſallant tibi. Gloria &c.

Domini eſt terra & plenitudo eius, tu autem ſanctiſſima mater cum eo regnas in æternum. Gloriã & decorem induiſti, omnis lapis precioſus amictus & operimentum tuum. Splendor Solis ſuper caput tuum, lunaris pulchritudo ſub pedibus tuis. Sydera micantia ornant ſedile tuum, aſtra te glorificant iugiter matutina. Meměto noſtri Domina in beneplacito tuo, & fac nos dignos glorificandi nomen tuum. Gloria, &c.

Ad te domina leuaui animam meam, in iudicio dei, tuis precibus non erubeſcam. Neque illudant mihi aduerſarij mei, etenim præſumentes de te roborantur. Non præualeant aduerſum me laquei mortis, & caſtra malignantium non impediant greſſus meos. Collide impetum eorum, in virtute tua, & cum manſuetudine occurre animæ meæ. Ductrix mea eſto ad patriam, & me cętui Angelorum digneris aggregare. Gloria patri.&cætera.

Iudica me domina, quoniam ab innocentia mea digreſſus ſum, ſed quia ſperaui in te non infirmabor. Vre cor meum igne amoris tui, & cingulo caſtitatis reſtringe renes meos. Quoniam miſericordia tua et clemětia tua ante oculos meos, & delectatus ſum in voce laudis tuæ. Domina dilexi decorě faciei tuæ, & veneratus ſum ſanctam maieſtatě tuam. Confitemini nomini eius, quoniam ſanctum eſt, enarrentur in ſæculum mirabilia eius. Gloria. Nocturnus.

Domina illuminatio mea ſit ſplendor faciei tuæ, & ſerenitas gratiæ tuę refulgeat menti meæ. Exalta caput meum, & ego pſallam, pſalmum nomini tuo decantabo. Ne auertas faciem tuam a me, quia ſpeciem & decorem tuum a iuuentute mea concupiui. Te amaui & exquiſiui. Regina cęlorum, miſericordiam tuam & gratiam tuam ne ſubtrahas a ſeruo tuo. Confitebor tibi in nationibus, & thronum gloriæ tuæ honorificabo. Gloria patri &c.

Ad te domina clamabo & exaudies me, in voce laudis tuæ lætificabis me. Miſerere mei in die anguſtię meæ, & in luce veritatis tuæ libera me. Benedicta ſis ô domina in finibus omnibus orbis terræ. Sanctuariũ quod firmauerunt manus tuæ, eſt ſanctum templum corporis tui. Conſcientia tua munda, & immaculata eſt, locus propitiationis & habitaculum ſanctum Dei. Gloria patri.&c.

Afferte Dominæ noſtræ filij Dei, afferte dominę noſtræ laudem & reuerentiam. Da virtutem ſanctis tuis mater ſancta, & benedictionem laudantibus atq; glorificantibus te. Exaudi gemitus ſuſpirantium ad te, & ne ſpernas vota inuocantium nomen tuum. Sit manus tua ad ſuccurrendum mihi parata, & auris tua intendens ad deprecationem meam. Bedicant tibi cęli, & terra, mare & orbis terrarum. Gloria patri.

Exaltabo te domina quoniam ſuſcepiſti me, ab iniquo aduerſario liberabis me. Cŏuertere ad me & viuifica me, de portis mortis reduc me, & de fluctibus tribulationum quæ circundederunt me. Propter imperium, et magnificentiam dexteræ tuæ, contere & diſſipa omnes aduerſarios meos. Et ego offeram tibi ſacrificium laudis, & gloriam tuã deuotius exaltabo. Exultate cęli & iucundare terra, quia conſolatur Maria ſeruos ſuos, & pauperũ ſuorum miſerebitur. Gloria patr.

In te domina ſperaui non confundar in æternum, in gratia tua ſuſcipe me. Tu es fortitudo mea & refugiũ meum, conſolatio mea & protectio mea. Ad te domina clamaui dum tribularetur cor meum, & exaudiſti me de vertice collium æternorum. Educas me de laqueo quem abſconderunt mihi, quoniam tu es adiutrix mea. In manus tuas domina commendo ſpiritum meum, totam vitam meam, & diem vltimum meum. Gloria patri &c.

Beati quorum corda te diligunt virgo Maria, peccata ipſorum à te miſericorditer diluentur. Sancta, caſta & florigera vbera tua, quæ florem veritatis perpetuæ eruperunt. Decor pulchritudinis tuæ corruptionem non videbit, & vultus tui gratia in perpetuum nŏ marceſcet. Benedicta vt virga Ieſſe ſublimis, qua te vſq; ad ſedentem in throno dilataſti. O virgo Regina, ipſa es via, per quam nos ſalus de ſupernis ſedibus viſitauit. Gloria patri.&c.

Exultate iuſti in virgine Maria, & in rectitudine cordis collaudate eam. Accedite ad eam cum reuerentia, & deuotione, & delectetur cor veſtrum in ſalutatione eius. Impendite illi ſacrificium laudis, & inebriamini ab vberib. dulcoris illius. Influit.n. vobis radios ſuæ pietatis, et clarificabit vos fulgore miſericordiæ ſuæ. Suauiſſimus eſt fructus illius, in ore et in corde ſapientis dulceſſit. Gloria patri.&c.

Benedicam dominam in omni tempore, & non deficiet laus eius in ore meo. Magnificate eam mecum, omnes qui impinguati eſtis melle, & lacte recreationis eius, In periculis, in rebus dubijs inuocate eam, & in neceſſitatibus inuenietis auxilium, & refrigerium dulce. Sumite exemplum conuerſationis eius, & æmulamini ſtudia charitatis & humilitatis illius. Quia ergo domina humillima fuiſti, verbum increatum ex te carnem ſuſcipere coegiſti. Glo. patri. etc.

Iudica domina nocentes me, et contra eos exurge, et vindica cauſam meam. Anima mea in te lætabitur et tuis beneficijs deuotus exultabo. Gratia et dulcedine tua pleni ſunt cęli et terra, vndiq; tuis beneficijs irretiſti nos ſemper. Quocunque enim pergimus, occurrit nobis diffuſio tui vteri virginalis. Curramus ergo chariſſimi, et ita nobilem et dulcifluam virginem ſalutemus, vt in ſuæ dulcedinis gremio quieſcamus. Gloria patri.etc.

Dixit iuſtus vt peccet in abſcondito, per ſe à malo propoſito diſcedat mater Dei. Inclina vultum Dei ſuper nos, coge illum peccatoribus miſereri. Domina in celo miſericordia tua, et gratia tua diffuſa eſt ſuper terram. Potentia et virtus in brachio tuo, robur et fortitudo in dextera tua. Benedictum ſit imperium tuum ſuper cęlos, benedicta ſit magnificentia tua ſuper terram. Gloria patri.etc.

Noli ęmulari in malignãtibus domina, furorem eorum dulcifica per gratiam tuam. Sperate in illa religioſi et clauſtrales, cŏfidite in illa clerici et ſęculares. Delectamini in laudib. illius, et exaudiet petitiones cordis veſtri. Melius eſt modicum cum gratia illius, quam theſauri argentei et lapides precioſi. Gloria ſemper ſit tibi ô Regina cœlorum, et in vllo tempore noli nos obliuiſci. Glo. patri. etc.

Domina ne in furore tuo arguat me Dñs, nobis veniam obtine de peccatis. In conſpectu tuo ſit omne deſiderium noſtrum, ſpes noſtra et confidentia noſtra. Cor meum cŏturbatum eſt in me, recedit lux de viſceribus meis. Illumina ſplendore tuo cęcitatem meam dulcifica dulcore tuo contritionem meam. Ne derelinquas nos domina mater Dei, gratia tua et virtus ſit a dextris meis. Gloria patri.etc.

Dixi

Dixi custodiã vias meas, ô domina cum per te gratia Christi mihi fuit data. Dulcore tuo liquefactũ est cor meum, amore tuo inflammata sunt viscera mea. Exaudi orationem meam domina, & deprecationem meam & contabescant aduersarij mei. Miserere mei de cęlis & de altitudine throni tui, & ne permittas me in valle miseriæ conturbari. Custodi pedem meum ne lędatur, & in fine meo sit gratia tua. Gloria. &c.

Expectans expectaui gratiam tuam, & fecisti secundum multitudinem misericordiæ nominis tui. Exaudisti preces meas, & eduxisti me de lacu miseriæ, & de fouea inimici. Multa & mirabilia sunt dona tua domina, incõparabilia sunt munera gratiarum tuarũ. Exultent & lætentur super te omnes qui diligũt te, qui oderunt nomen tuum corruant in infernum. Benedicta sis in æternum domina, in sæculum & in sæculum sęculi. Gloria patri. &c.

Beata Maria intelligit super egenũ & pauperem, in eius laudibus permanentem. Domina Angelorum Regina mundi, munda cor meum igne amoris & charitatis tuę. Tu es mater illuminationis cordis mei, tu es nutrix refouens mentem meam. Te cupit os meum collaudare, te affectat mẽs mea affectuosissime venerari. Te desiderat anima mea exorare, quia tuitioni tuæ se commendat tota substantia mea. Gloria. etc.

Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita ad amorem tuum anhelat anima mea. Quia tu es genitrix vitæ meæ, & altrix reparatoris carnis meæ. Quia tu es lactatrix saluatoris animæ meæ, initium et finis totius salutis meę. Exaudi me domina, mundẽtur sordes meæ, illumina me domina; vt illustrentur tenebræ meæ. Accendatur amore tuo tepor meus, gratia tua expellatur torpor meus. Gloria. et.

Iudica me domina, et discerne causam meam de gẽte peruersa, a serpente maligno et dracone pestifero libera me. Sancta fœcunditas tua disperdat eum; beata virginitas tua conterat caput eius. Sanctæ preces tuæ corroborent nos contra eum, sancta merita tua exinaniant virtutem eius. Persecutorem animæ meæ mitte in abyssum, puteus infernalis deglutiat eum viuẽtem. Ego autem et anima mea in terra captiuitatis meę benedicam nomen tuum et glorificabo te in sæcula sæculorum. Gloria patri. etc.

Domina aurib. nostris audiuimus, et patres nostri annunciauerunt nobis. Quia ineffabilia sunt merita tua, et valde stupenda mirabilia tua. Domina innumerabiles sunt virtutes tuæ, et inæstimabiles misericordię tuæ. Exulta anima mea, et lętare in illa, quia multa bona sunt laudatorib. præparata. Bñdicta sis Regina cęlorum, et Angelorum, et benedicãtur a Deo laudatores magnificentiæ tuæ. Gloria pa. etc.

Eructauit cor meum verbum bonum domina, cum rore mellifluo extitit dulcoratum. Per tuam sanctitatem peccata mea purgentur, per tuam integritatẽ mihi incorruptibilitas condonetur. Per tuã virginitatem aĩa mea à Christo adamatur, et sibi amoris vinculo sociatur. Per tuam fœcunditatem ego captiuus sum redemptus, per tuum partum virgineum de morte perpetua sum ereptus. Per tuam prolem dignissimam perditus sum restitutus et de exilio miseriæ in patriam beatitudinis sum reductus. Gloria patri. et.

Domina refugium nostrum tu es in omni necessitate nostra, et virtus potentior conferens inimicum. Beneficijs tuis plenus est mundus, superant cęlestia, penetrant et inferna. Plenitudine gratiæ tuę quæ in inferno erant, se lætantur liberata. Obtentu fęcunditatis tuę virgineæ quæ supra mundum sunt, se gaudent restaurata. Per gloriosum tuæ virginitatis sanctissimę partum, homines Angelorum fiunt socij et conciues. Gloria patri. etc.

Omnes gentes plaudite manibus, psallite in iubilo virgini gloriosæ. Quoniam ipsa est porta vitæ, ianua salutis, et via nostrę reconciliationis. Spes pęnitentiũ, solamen lugentium, pax beata cordium atque salus. Miserere mei domina miserere mei, quia tu es lux et spes omnium confidentium in te. Per tuam salutarem fœcunditatem placeat, vt peccatorem venia mihi concedatur. Gloria patri. etc.

Magna es domina et laudabilis valde in ciuitate Dei cęli in vniuersa Ecclesia electorum eius. Ascendisti, alternantibus hymnidicis angelicis choris, archangelis constipata, rosis et lilijs coronata. Occurrite illi potestates et principatus, obuiate ei, virtutes et dominationes. Cherubin et throni et Seraphin exaltate eam et constituite eam a dextris sponsi amantissimi filij eius. O quam læto animo, quam sereno aspectu suscepisti eã angelorũ et hominũ Deus, et dedisti ei principatum super oẽm locum dominationis tuę. Gloria, etc.

Audite hæc omnes gentes, auribus percipite, qui ingredi cupitis regnum Dei. Virginem Mariam honorate, et inuenietis vitam et salutem perpetuam. Pauperes seruos tuos domina, fęlici confęderatione coniũge Christo. Esuriem paruulorum tuorum, fructu ventris tui refice et sustẽta. Remansisti. n. incorrupta post partum, et inuiolata post filium. Gloria patri. etc.

Deus deorum Marię locutus est, per Gabrielem nũcium suum dicens. Aue gratia plena, dominus tecum; per te salus mundi reparatur. Speciem et decorem tuũ altissimi filius concupiscit. Adorna thalamum tuum Syon, præparare in occursum Dei tui. Per spiritum. n. sanctũ concipies, qui tuum partum faciet virgineum et iucundum. Gloria patri. etc.

Miserere mei domina, quæ mater misericordiæ nuncuparis. Et secundum viscera misericordiarum tuarũ munda me ab omnibus iniquitatibus meis. Effunde gratiam tuam super mè, et solitam clementiam tuam ne subtrahas a me. Quoniam peccata mea confitebor tibi, et coram te me accuso de sceleribus meis. Fructui ventris tui me reconcilia; et pacifica me ei qui me creauit. Gloria patri. etc.

Quid gloriaris in malitia ò maligne serpens et draco infernalis? Submitte caput tuum mulieri, cuius fortitudine demergeris in profundum. Contere eum domina pede virtutis tuæ; exurge et dissipa malitiam eius. Extingue potentiam eius, et virtutem illius redige in fauillam. Vt viuentes exultemus in nomine tuo, et læto animo dicamus tibi laudem. Gloria patri. etc.

Dixit insipiens inimicus in corde suo hominem eijciam de tabernaculo filiorum Dei. Egrediar et ero spiritus mendax in ore serpentis, et per fęminam eijciam virum eius. Sicut exaltantur ò miser cęli a terra, sic exaltatæ sunt cogitationes Dei a cogitationibus tuis. Noli extolli de casu mulieris, quia mulier conteret caput tuum. Tu illi foueam præparasti, et in sagena illius capieris. Gloria patri. etc.

Domina in nomine tuo saluum me fac, et ab iniustitijs meis libera me. Vt non noceat mihi calliditas inimici, sub vmbra alarum tuarum protege me. O domina mea adiuua me, gratiam tuã largire aĩę meę. Voluntarie offerã tibi sacrificiũ laudis, et confitebor noĩ tuo, qm̃ bonũ est. Qm̃ ex omni tribulatione liberabis me, et inimicos meos despiciet oculus me⁹. Gloria. etc.

Exaudi domina orationem meam, et ne contemnas deprecationem meam. Contristatus sum in cogitatione mea, quia iudicia Dei perterruerunt me. Tenebræ mortis venerunt super me, et pauor inferni inuasit me. Ego autem in solitudine expecto consolationem tuã, et in cubili meo attendo misericordiam tuam. Glorifica manum et dexterum brachium tuum, vt prosternantur a nobis inimici nostri. Gloria patri. etc.

Miserere mei domina quoniam cóculcauerunt me hostes mei quotidie, oés cogitationes eorum in malum contra me. Excita furorem & memento belli, & super eos effunde iram tuam. Innoua signa, & immuta mirabilia, sentiamus adiutorium brachij tui, Glorifica nomen tuum super nos, vt cognoscamus quoniam in sæculum misericordia tua. Stilla nobis guttam suauitatis tuæ, quia tu es pincerna gratię dulcoris. Gloria. &c.

Miserere mei domina miserere mei, quia paratum est cor meum exquirere voluntatem tuam. Et in vmbra alarum tuarum requiescam, quia delectabile est mihi refrigerium tuum. Manus tuæ distillant myrrham primam, & digiti tui vnguenta gratiarum. Et fragmenta mali punici est guttur tuum & spiramen oris tui suaue cumpositum Thymiama. Tu enim es mater pulchræ dilectionis, & anchora spei, portus indulgentiæ, & ianua salutis. Gloria patri &c.

Si vere vtiq; iniustitiá loquimini, iustitiæ & misericordię honorate Reginam. Ad laudem. n. & gloriá pertinet saluatoris, quicquid honorificum suæ impensum fuerit genitrici. Rosę martyrum te circundant ó Regina, & lilia virginum ambiunt thronum tuum. Laudate eam simul astra matutina, concentum illi facite oés filij Dei. Glorificate eam cęli & terra, mare & flumina ac fundamenta orbis. Gloria. &c.

Eripe me de inimicis meis domina mundi, exurge in occursum meum Regina pietatis. Aurum Obrizú in ornamentis tuis, sardius & thopazius in diademate tuo. Iaspis & Amethystus in dextera tua: Beryllus & chrysolitus in sinistra tua, Hyacinthus & Achates in pectore tuo, carbunculi scintillantes in monilibus tuis Myrrha thus & balsamus in manibus tuis, sapphyrus & smaragdus in digitis tuis. Gloria pa. &c.

Deus repulisti nos propter peccata nostra, & misertus es nobis per virginem Mariam. Intercede pro nobis salutifera mater Dei, quæ Angelorum & hominú salutem peperisti. Tu. n. męstis exultationem infundis, mœrentibus lætitiam & dulcorem. Lætifica nos dulcifluo sono oris tui, & liquore tuo roseo perfunde corda nostra. Tonate cęli desuper, & date illi laudé, glorifica illam terra cum omnibus habitatoribus tuis. Gloria patri &c.

Exaudi domina orationem meam, super firmam petram, stabilias mentem meam. Esto mihi turris fortitudinis, me tuearis a facie crudelis vastatoris. Vt castrorum acies sit illi terribilis, & viuus corruat in profundum inferni. Tu enim es rutilans & decora, nubes rorisera & consurgens aurora. Pulchra es & clara, vt luna plenissima, & tanquam sol refulget facer aspectus tuus, Gloria patri. &c.

Nonne domina tibi subiecta erit anima mea, quę saluatorem omnium genuisti, Memento nostri perditorum saluatrix, exaudi planctus cordis nostri. Infunde gratiam de thesauris tuis, & vnguentis tuis placa dolorem nostrum. Da nobis gaudium & lætitiam, vt confundas bonorum inimicos. Ablue omnia peccata nostra, sana omnes infirmitates nostras. Gloria pa. &c.

Deus deus meus, per matrem te glorificabo. Virginaliter enim te concepit & sine angustia te parturiuit. Benedicta sis ó domina nostra, & pro nobis assiste ante thronum Dei. Species & claritas in conspectu tuo. Custodi animam meam domina vt nunquam corruat in peccata. Gloria patri, &c.

Exaudi domina orationem meam cum deprecor, a pauore crudelis libera animam meam. Impetra nobis pacem, & salutem in die nouissimo. Benedicta sis super mulieres, & benedictus sit fructus ventris tui. Illumina domina oculos meos, & illustra cęcitatem meá. Da mihi in te confidentiam bonam, in vita & in fine meo. Gloria patri. &c.

Te decet hymnus domina nostra, in Syon, laus & iubilatio in Hierusalem. Benedictionem omnium gentium dedit tibi dńs, laudem & gloriam ante conspectú populorú. Benedixit te Dominus in misericordia sua, & thronum tuum constituit super ordines angelorú. Gratiam & decorem posuit in labijs tuis, & pallio glorię induit corpus tuum. Coronam radiantē posuit in capite tuo, & virtutú monilibus te decēter ornauit. Glo.

Iubilante dominæ nostræ omnis terra, psallite hymnum nomini eius, date honorificentiam maiestati eius. Benedictum sit cor tuum domina, cum quo ardenter, & synceriter filium Dei dilexisti. Respice paupertatem meam gloriosa virgo, miseriam & angustiam meam ne tardes remouere. Aufer tribulationem meam, dulcifica languorem meum. Benedicat te omnis caro, glorificet te omnis lingua. Gloria pat. &c.

Deus misereatur nostri, & benedicat nobis per illá quę eum genuit. Miserere nostri domina, & ora pro nobis, in lætitiam bonam conuerte mœstitiam nostrá, Illumina me stella maris, clarifica me virgo clarissima. Extingue ardorem cordis mei, refrigera me gratia tua. Protegat me semper gratia tua, præsentia tua illustret finem meum. Gloria patri. &c.

Exurgat Maria, & dissipentur inimici eius, conterantur omnes sub pedibus eius. Impetum inimicorum nostrorum dissipa, destrue omné iniquitatem eorum. Ad te dńa clamaui in tribulatione, et serenasti cóscientiá meam Nó deficiat laus tua in ore nostro, et amor tuus de visceribus nostris. Pax multa diligentib. te dńa, aïa eorum non videbit mortem in æternum. Gloria p. etc.

Saluum me fac domina, quoniam intrauerunt concupiscentiarum aquæ vsq; ad animam meam. Infixus sum in limo peccati, et aquæ voluptatis circundederút me. Plorans plorauí in nocte, et dies lætitiæ ortus est mihi. Salua animam meam genitrix Saluatoris, quia per te vera salus data est omni mundo. Dum nunciante Angelo fuisti obumbrata, & patris sapientia prægnans et grauidata. Gloria patri. etc.

Domina in adiutorium meum intende, et luce misericordiæ tuæ illustra mētem meam. Doce nos exquirere bonitaté tuam, vt enarremus mirabilia tua. Ostende potentiam tuam contra inimicos nostros, vt sanctificeris in nationibus procul. In ira flammę tuę mergantur in infernum, et qui conturbant seruos tuos inueniant perditionem. Miserere seruorum tuorum, super quos inuocatum est nomen tuum, et sinas angustiari eos in tentationibus suis. Gloria, etc.

In te Domina speraui non confundar in æternum, in tua misericordia libera me et eripe me. Propter multitudinem iniquitatum mearum, oppressus sum vehementer. Facti sunt hostes mei in capite meo, subsannauerunt et deriserunt me quotidie. Vide domina quoniam tribulor, expande manus tuas succurre petenti. Ne moreris, propter gratiam nominis tui, vt efficiaris mihi in gaudium et salutem. Gloria. etc.

Deus iudicium tuum Regida, et misericordiam tuá Reginæ matri eius. In manu tua salus et vita consistút, lætitia ppetua et æternitas gloriosa. Resperge cor meú dulcedine tua, fac me obliuisci miserias huius vitę. Trahe, me post te vinculis misericordiæ tuę, et fomētis gratiæ et pietatis tuæ sana dolorem meum. Concupiscentias sempiternas excita in animam meam, et de gaudio paradisi inebria mentem meam. Gloria. etc.

Quam bonus Israel Deus, his qui colunt matrem suam, et venerantur. Ipsa est. n. solatiú nostrum, in laboribus subuentio optima. Obtexit caligine animam meam hostis, in visceribus meis domina lumen fac oriri. Auertatur a me ira Dei per te, placa eum meritis et precibus tuis. In iudicio pro me assiste, coram eo suscipe causam meam, et mea sis aduocata. Gloria. etc.

Vt quid

Digitized by Google

Vt quid domina repulisti nos, nec subuenis in die tribulationis? Ingrediatur oratio mea in conspectu tuo, & voces gementium ne despexeris. Tetendit arcum suum contra nos inimicus, firmauit dexteram suam & nõ est consolator. Disrumpe in nobis ligaturam malitiarum suarũ, & libera nos dextera tua. Repelle eũ in locum perditionis, sempiterna damnatio suscipiat eũ. Gloria. &c.

Confitebimur tibi dña & laudabimus nomẽ tuum, fac nos in tuis laudibus delectari. Cantate ei habitatores terræ, & laudem eius in populis nunciate. Confessio & magnificentia coram illa, fortitudo & exultatio in throno illius. Adorate illam in decore illius, glorificate opificẽ pulchritudinis illius. Recordamini in sempiternum misericordiæ illius, retinete in mente virtutes & mirabilia illius. Gloria.

Notus in Iudæa Deus, in Israel honorificentia matris eius Dulcis est memoria eius super mel, & fauum, & amor eius super omnia aromata. Salus & vita in domo illius, & in tabernaculo eius pax & gloria sempiterna. Honorificate illã cęli & terra, quia summus artifex hanc mirabiliter honorauit. Date illi omnes creaturæ laudem, & stupendam misericordiam eius extollite gratulanter. Gloria, &c.

Voce mea ad dominam clamaui, & sua gratia intendit mihi. Abstulit a corde meo mœsticiam & męrorẽ, & suauitate sua cor meum dulcorauit. Formidinem meam erexit in confidentiam bonam, & suo aspectu mellifluo mentem meam serenauit. Adiutorio sancto suo euasi pericula mortis, & de manu crudelis subterfugi. Gratias deo & tibi mater pia, de omnibus quæ assecutus sum, de pietate & misericordia tua. Gloria. &c.

Attendite popule Dei præcepta Dei, & Reginę gratiæ nolite obliuisci. Aperite cor ad inuestigandum eã, & labia ad glorificandum illam. Descẽdat amor eius in cordibus vestris, concupiscite placere illi. Pulchritudo eius vincit solem & lunam, compositio eius ad ornamẽta virtutum. Miserere mei Regina glorię & honoris, & ab omni periculo custodi mentem meam. Gloria. &c.

Domina venerunt gentes in hæreditatem Dei quas tu meritis tuis Christo confęderasti. Sit eloquium tuũ dulce coram ipso, & coniunge me illi qui me redemit. Extende brachium tuũ contra hostem crudelem, & denuda mihi versutiam illius. Vox tua dulcis super omnem melodiam, armonia angelica ei non valet cõparari. Distilla mihi suauitatem gratiarum tuarum, & tuorum charismatum fragrantiam & odorem. Gloria, &c.

Qui regis Israel intende ad me, matrem tuam collaudare. Expergiscere de puluere aĩa mea, perge in occursum Reginæ cœli. Solue vincula colli tui paupercula anima mea, & gloriosis laudibus accipe illam. Odor vitę de illa progreditur, & omnis salus de corde illius scaturizat. Charismatum suorum fragantia suaui, animæ mortuæ suscitantur. Gloria, &c.

Exultate Dominæ adiutrici nostræ, iubilate in lætitia cordis vestri, Accendãtur affectus vestri in illam, & inimicos vestros induet confusione. Imitemur humilitatem eius, obediẽtiam & mansuetudinẽ illius. Omnes gratiæ radiẽt in illa, capacissima.n. fuit capacitas illius. Currite ad illam cum deuotione sancta, & de bonis suis participabit vobis. Gloria &c.

Deus in synagoga Iudæorum, de qua vt rosa de sentib. progressa est mater Dei. Terge fęditatem meam domina, quæ semper rutilas puritate. Fonte vitæ influe in os meũ, ex quo viuentes aquæ profluunt & emanant. Oẽs sitientes venite ad illam, & de fonte suo gratanter vos potabit. Qui hauriet ex eo saliet in vitam ęternam & qui bibit ex eo non sitiet vnquam. Gloria, &c.

Domina mea quis similis erit tibi? quæ gratia & gloria supereminens vniuersos. Sicut exaltantur cęli a terra, sic tu præcellsior cũctis & nimis exaltata. Vulnera cor meum charitate tua, fac me dignum gratia & muneribus tuis. Liqueat cura mea in timore tuo, & concupiscentia tua cor meũ inflammetur. Fac me desiderare honorificentiam & gloriam tuam, vt per te recipiar ad pacem Iesu Christi. Gloria. &c.

Quam dilecta tabernacula tua domina virtutum, quam amabilia tentoria redemptionis tuæ. Honorate illam peccatores, & impetrabit vobis gratiam & salutem. Super thus & balsamum oratio eius incensum, preces eius non reuertuntur vacuæ nec inanes. Intercede pro me domina apud Christum tuum, neque derelinquas me in morte neque in vita, benignus est enim spiritus tuus, & gratia tua replet orbem terrarum. Gloria, &cætera.

Benedixisti domine domum tuam, consecrasti habitationem tuam. Hæc est speciosa inter filias Hierusalẽ, cuius memoria est in benedictione. Beatissimam prędicauerunt illam angeli sancti, glorificate illam virtutes & dominationes. Populi gentium exquirite prudentiã eius, & inuestigare thesauros misericordiæ illius. Sentite de illa in bonitate; & in simplicitate cordis exquirite illam. Gloria. &c.

Inclina domina aurem tuam & exaudi me, converte vultum tuum & miserere mei. Distillatio dulcoris tui oblectat animas sanctorum, & infusio charitatis tuæ super mel dulcissimum. Irradiatio glorię tuæ dilucidat intellectum, & lux miserationum tuarum producit ad salutem. Fons bonitatis tuæ inebriat sitientes & aspectus faciei tuæ retrahit a peccato. Scire & cognoscere te, est radix immortalitatis, & enarrare virtutes tuas est via salutis. Gloria. &c.

Fundamenta vitæ in anima iusti, perseuerare in charitate vsque in finem. Gratia tua reuelat pauperem in aduersitate, & inuocatio tui nominis immittit ei confidentiam bonam. Miserationibus tuis repletur paradisus, & a terrore tuo hostis confunditur infernalis. Qui sperat in te inueniet thesauros pacis, & qui te nõ inuocat in hac vita, non perueniet ad regnum Dei. Fac Domina vt viuamus in gratia Spiritussancti, & perduc animas nostras ad sanctum finem. Gloria. &c.

Domina auxiliatrix salutis meæ, in die clamaui & nocte coram te. Ingrediatur oratio mea in conspectu tuo, consolare cum facie tua mestitiam meam. Multiplicata sunt mala in anima mea; expurga eam de sordibus, & peccatis. Virtus tua persequatur inimicos nostros, ne nos impediant ad salutem. Confer gratiã animæ ad resistendum eis, conforta cor nostrum contra concupiscentias carnis. Gloria. &c.

Misericordias tuas domina in sempiternum decantabo. Vnguento pietatis tuę medere contritis corde, & oleo misericordiæ tuæ refoue dolores nostros. Gratiosus tuus vultus mihi appareat in extremis, formositas faciei tue lætificet spiritum meum egredientem. Excita spiritum meum ad amandum bonitatem tuam, excita mentem ad extollendam nobilitatem & preciositatem tuam. Libera me ab omni tribulatione mala, & ab omni peccato custodi animam meam. Gloria. &c.

Domina refrigerium facta es nobis, in cũctis necessitatib. nostris. Diffusio gratiæ tuę producit operationes tuas, & stillicidium dulcoris tui affectiones facit sanctissimas. Miserationum tuarum domina recordabor, sacrificium laudis, & carmen lætitiæ psallam tibi. Qui honorant te, coronam perennem pro cinere obtinebunt, & pallium laudis pro spiritu męroris. Qui sperant in te, amicti lumine induentur, gaudium & perpetuam lætitiam sortientur. Gloria. &c.

Qui habitat in adiutorio matris dei, in protectione ipsius commorabitur. Concursus hostis non nocebit ei, sagitta volans non tanget eum. Quoniam liberabit eũ de laqueo insidiantis. & sub pennis suis proteget eum.

Clamate ad illam in periculis vestris, & flagellum non appropinquabit tabernaculo vestro. Fructus gratiæ inueniet, qui sperauerit in illa, porta paradisi reserabitur ei. Gloria patri.

Bonum est cõfiteri virgini Mariæ, & psallere illi gloriam prosperitas est mentis. Annunciare merita eius, lętificat intellectum, & imitari opera eius exhilarat Angeloa Dei. Qui acquirit gratiam eius agnoscetur a ciuibus paradisi, & qui habuerit caracterem nominis eius, annotabitur in libro vitæ. Exurge Domina & iudica causam nostram, & ab insurgentibus in nos, libera nos. Ne retrahas a peccatore dexteram tuam, & excipe gladio tuo iacula vastatoris. Gloria patri.

Dominus regnauit decorem induit, matremq; suã ornamento coronanit virtutum. Adimpleat propitiationem suam in nobis mater pacis, & viam æquitatis doceat seruos suos. Qui desideratis sapientiam Christi, seruite matri eius animo reuerenti. Quis satisfaciet enarrare opera tua domina? & quis inuestigabit thesauros misericordię tuę? Sustine deficientes in tentationib. suis, destina illos in sortem veritatis. Gloria patri.

Deus vltionum Dominus, sed tu mater misericordię ad miserandum inflectis. Magnificentia tua domina prædicatur in seculũ, qui autem colunt te inuenient viam pacis, Seruite illi reuerenter exultantes, & sanabit vos benedictus fructus castissimi ventris illius. Respice Domina humilitatem seruorum tuorum, & laudabunt te in generationibus sęculorum. Magnifica nomen tuum in multiplicatione gratiarum tuarum & ne sinas seruos tuos subiacere periculis. Gloria patri &c.

Venite exultemua Dominę nostræ, iubilemus saluti feræ Marię Reginę nostrę. Pręocupemus faciem eius in iubilatione, & in canticis collaudemus eam. Venite adoremus, & procidamus ante eam, confiteamur illi, cum fletibus peccata nostra. Impetra nobis indulgentiam plenã, assiste pro nobis ante tribunal Dei. Suscipe in fine animas nostras, & introduc nos in requiem ęternam. Gloria patri.

Cantate plenæ gratię canticum nouum, cantate Mariæ omnes terrigenæ orbis. Quoniam omnes Angelos sanctitate pręcellis, & natos mulierum virtutibus mirabilibus & signis. Formositas & gloria in vultu illius, & gratia in oculia eius. Afferre illi gloriam patriæ gentium, exultate in ea omnes creaturæ Dei. Admirabile commercium habetis per eam, ex qua vocati estis filij Dei excelsi. Gloria patri.

Dominus regnauit, exultet Maria in omni imperio dominationis suæ. Adorate eam ciues curiæ paradisi, exaltate eam virgines speciosæ filiæ eius. Quoniam elauata est super principatus & dominationes, exaltata est super Angelorum & Archangelorum legiones. Patriarchæ & prophetæ concrepate illi laudem, concentum illi facite Apostoli, Martyresq; Christi, Cõfessores cum Virginibus de canticis Syon dicite canticum ei, & regratiamini ei Monachi sancti de acceptis triumphis. Gloria patri.

Cantate Dominæ nostrę canticum nouum, quia mirabilia fecit. In conspectu gentium reuelauit misericordiam suam, in extremis terræ auditum est nomen eius. Recordare Domina pauperum & miserorum, & sustẽta eos ope refrigerij sancti tui. Tu autem Domina suauis & verax, patiens nimis & miseratione plena. Conculca hostes animarum nostrarum, & contumaciam illorum elide brachio sancto tuo. Gloria patri.

Dominus regnauit irascantur populi, Maria sub cherubin sedet a dextris. Magna est in Syõ gloria tua Domina, & in Hierusalem magnificentia tua. Cantate ante eam chori virginales, & adorare thronum eius qui sanctus est. In dextera eius ignea lex, & in circuitu eius sanctorum millia. Mandata eius ante oculos eius, & iustitiæ regula in corde eius. Gloria patri. &c.

Iubilate dominæ nostrę homines terræ, seruite illi in lętitia & iucunditate. In toto animo vestro accedite ad illã, & in omni virtute vestra cõseruate vias eius. Inuestigate illam & manifestabitur vobis, estote mundi corde, & appræhendentis eam. Quib. auxiliata fueris Domina, erit refrigerium pacis, & a quib. auerteris vultum tuum, non erit spes ad salutem. Recordare nostri domina, & non appræhẽdent nos mala, succurre nobis in fine, & inueniemus vitam ęternam. Gloria patri. &c.

Misericordiam & iudicium cantabo tibi domina, psallam tibi in exultatione cordis, cum lętificaberis animam meã. Laudabo nomen tuum & gloriã, & pręstabis refrigerium animę meę. Zelatus sũ amorẽ tuum & honorẽ, iõ defendas cãm meam ante iudicem sęculorũ. Allectus sum gřa & bonitate tua, oro ne frauder a spe & cõfidentia bona. Cõforta animã meã in nouissimis, & in carne ista fac me conspicere saluatorem. Glo. pa.

Domina exaudi orationem meã, & clamor meus ad te veniat. Non auertas sacrum aspectum tuum a me, neq; abomineris me propter immunditiam meam. Nõ derelinquas me in cogitatu & consilio inimicorum meorum, & ne sinas me cadere in exprobationem illorũ pessimã. Qui confidunt in te, non timebunt colubrum tortuosum, & qui exaltant te pręconijs, euadũt manus Acherontis. Per virgininalem conceptum tuum da mihi in te confidentiam bonam, & per admirabilem partum tuum lętifica animam meam. Gloria patri.

Benedic anima mea matri Iesu Christi, & omnia pręcordia mea glorificate nomen eius. Ne obliuiscaris beneficia eius, nec gratiam & consolatus illius. Gratia eius peccata relaxãtur, & misericordia eius ęgritudines reparantur. Benedicite ei omnes virtutes cęlorum, glorificate eam chori Apostolorum & Prophetarum. Benedicite ei mare & insulæ gentium, hymnum dicite ei cęli & habitatores eorum. Gloria patri.

Benedic anima mea virgini Marię, honor & magnificentia eius in perpetuum. Formositatem & pulchritudinem induisti, amicta est domina fulgenti vestimento. De te procedit peccatorum medela, & pacis disciplina, ac feruor charitatis. Imple nos seruos tuos virtutib. sanctis, & ira Dei non appropinquet nobis. Iucũditatem æternam da seruitoribus tuis, & noli eos obliuisci in certamine mortis. Glo. patri.

Confitemini Dominæ nostræ & inuocate nomen eius, cantate ei gloriose, narrantes virtutes eius. Laudate & exultate eam virgines filiæ Syon, quia disponsabit vobis Regem Angelorũ. Honorate Reginam plenam omni gřa, & contemplemini cum reuerentia sanctissimum vultum eius. Salus sempiterna in manu tua Dña, qui te digne honorificauerint, suscipient illam. Clementia tua non deficiet a seculis æternis, & misericordia tua à generatione in gñrationem. Gloria patri.

Confitemini dñæ nostrę qm̃ bonum est, per cũcta atribus terræ enarrate misericordias eius. Longe est ab impijs cõuersatio eius a via altissimi nõ declinauit pes eius. Fons irrigantis gratiæ procedit de ore illius, & emanatio virginalis sanctificans animas castas. Spes de gloria paradisi in corde illius, qui deuoto animo honorificauit illam. Miserere nostri fulgentissima Regina cęli, & præsta cõsolationem de gratia tua. Gloria patri.

Confitemini Domino quoniam bonum, confitemini matri eius, quoniam in sęculum misericordia eius. Innocentiam & viam prudentiæ ostende nobis Domina, & viam intelligentiæ indica seruis tuis. Timor Dei illustrat intellectum, & amor tuus exhilarat illum. Beatus vir cuius eloquium est tibi gratum, illius ossa impinguabuntur adipe & pinguedine. Eloquium tuum sustentat animam imbecillem, & labia tua esurientem animum refocillant. Gloria patri.

Para-

Digitized by Google

Paratum cor meum Domina paratum cor meū, laudes tibi psallere & cantare. Maior est charitas tua cunctis diuitijs, & gratia tua super aurum & lapidē pretiosum. Beatitudo & iustitia donātur a Deo, qui autem de peccatis conuersi fuerint ad te, pœnitentiæ remedium consequentur. Emissiones tuæ gratia & pax, qui autem tibi placuerit, procul fiet a perditione. Esto vmbraculum protectionis in tentationib. nostris, expansio alarum tuarum defendat nos a deuorante. Gloria patri.

Domina laudem meā ne despexeris, & hoc debitum tibi psalterium digneris acceptare. Respice voluntatem cordis mei, & affectionem meam fac tibi beneplacentē. Propera ad visitandum seruos tuos, sub tegumento manus tuę illęsi conseruentur. Illuminationem Spiritussancti per te suscipiant, & refrigerium contra cupiditatis æstum. Medere contritos corde Domina, & refoue eos Vnguento pietatis. Gloria patri.

Dixit Dominus Dominæ nostræ, sede mater mea a dextris meis. Bonitas, & sanctitas placuerunt tibi, ideo regnabis mecum in æternū. Corona immortalitatis in capite sancto tuo, cuius fulgor & claritas non extinguetur. Miserere nostri Domina mater luminis & splendoris, illumina nos Domina veritatis & virtutis. De thesauris tuis infunde nobis sapientiam Dei, & intellectū prudentiæ, ac formam disciplinæ. Gloria &c.

Confitebor tibi domina in toto animo meo, glorificabo te in tota mente mea. Opera gratiæ tuę commorabuntur, & testamentū misericordiæ tuæ ante thronum Dei. Per te missa est redemptio a Deo, populus penitēs habebit spem salutis. Intellectus bonus omnibus honorantib. te, & sors illorum inter angelos pacis. Gloriosū & admirabile nomen tuum, qui illud retinent, non expauescent in puncto mortis. Gloria patri, &c.

Beatus vir qui timet Dominam, & beatum cor quod diligit illam. Iucundus homo qui nō satiatur laude tua, & a relatu virtutum tuarum nō fatigatur. Exortum est in corde illius lumen Dei, Spiritussanctus illuminat intelligentiam eius. Disperge Domina gratiam tuam pauperibus tuis, esurientes refoue & egenos. In memoria æterna fiunt per te nomina, ab auditu terribili non trepidet cor nostrum. Gloria. &c.

Laudate pueri matrem Dei, glorificate senes nomen eius. Benedicta sit Maria mater Christi, ipsa. n. est via ad patriam sanctitatis. Excelsus super Cherubin thronus eius, & sedes eius super cardines cęli. Super humiles vultus eius, & super confidentes in eam aspectus illius. Misericordia eius super omnem carnem, et eleemosyna illius vsque ad extremum terræ. Gloria, &c.

In exitu animæ meæ de hoc mundo, occurre illi Domina, & suscipe eam. Consolare eam vultu sancto tuo, aspectus Dęmonis non cōturbet illam. Esto illi scala ad regnum cęlorum, & iter rectum ad paradisum Dei. Impetra ei a patre indulgentiam pacis, & sedem lucis inter seruos Dei. Sustine deuotos ante tribunal Christi, suscipe causam eorum in manibus tuis. Gloria, &c.

Dilexi matrem Dei Domini mei, & lux miserationū eius infulsit mihi. Circumdederunt me dolores mortis, & visitatio Mariæ lætificauit me. Dolorem & periculū incurri, & recreatus sum gratia illius. Nomen eius & memoriale illius sit in medio cordis nostri, & non nocebit nobis ictus malignantis. Conuertere anima mea in laudem ipsius, & inuenies refrigerium in nouissimis tuis. Gloria, &c.

Credidi propter quod locutus sum, gloriam tuā Domina orbi terræ. Comparere animæ meæ & dirige illam, dignare beneplacitum tuum insinuare illi. Statue illi testamentum pacis & dilectionis tuæ, præbe illi ingenui memoriā nominis tui. De benedictione ventris tui da mihi sustentationē, & de pinguedine gratiæ tuæ dulcora animam meam. Disrumpe vincula peccatorum meorum, & de virtutibus exorna faciem animæ. Gloria, &cætera.

Laudate Dominam nostram omnes gentes, glorificate eam omnes populi. Quoniam cōfirmata est super nos gratia, & misericordia eius, & veritas illius permanet in ęternum. Qui digne coluerit illam iustificabitur, qui autē neglexerit illam, morietur in peccatis suis. Labia angelorum enarrabunt sapiam eius, & omnes ciues paradisi cantabunt eius laudem. Bono aīo accedētes ad illam, non capientur ab Angelo deuastante. Gloria, &c.

Confitemini Domino quoniam bonus, confitemini matri eius quoniam in sæculū misericordia eius. Amor illius expellit peccatum a corde, & gratia illius expiat conscientiam peccatoris. Via veniendi ad Christum est appropinquare ad illam, qui autem fugerit eam, non inueniet viā pacis. Qui obduratus est in peccatis, sepe inuocet illam, & lux in suis tenebris orietur. Qui tristatur in corde suo clamet ad illam, & dulcorāti stillicidio inebriabitur. Gloria, &c.

Beati immaculati in via, qui matrem Domini imitātur. Beati imitatores humilitatis eius, beati participes charitatis illius. Beati perscrutatores virtutū illius, beati conformes imagini illius. Beati qui conceptū & partum illius venerantur, beati qui deuote ei famulantur. Beati qui in ea habent spem & confidentiam, beati qui per illam suscipient fœlicitatem sempiternam. Glo. &c.

Retribue seruo tuo domina, viuifica me & faciā volūtatem tuam. Incola ego sum in terra, nihil abscondas mihi de amore tuo. Concupiuit anima mea, laudem tuam desiderare omni tempore. Tu enim salus mea in domino, qui me morti adiudicatū liberasti. Quid pro his retribuam tibi, nisi me totum? Domina suscipe me. Gloria, &cætera.

Legem pone mihi Domina voluntatis tuæ, sanctorū sanctissima exquiram eam semper. Deduc me in semitā miserationum tuarum mulierum pulcherrima, quia ipsam volui. Inclina animam meam ad supernorum amorem domina, & non ad impudicitiam. Ecce concupiui castimoniam tuam a iuuētute mea, in misericordia tua confirma me. Et obseruabo viam testimoniorum tuorum in seculum, & scrutabor mandata filij tui, quæ dilexi. Gloria, &c.

Memor esto verbi tui dominarū primiceria, in quo mihi spem dedisti. Hæc in tempestatum fluctibus potenter tenuit me, quia eloquium tuum viuificauit me. Circundederunt me viri mendaces, & congregata sunt super me flagella, & ecce manus tua eripuit me. Communicaui in bonis omnibus timentibus te, & custodiētibus obnixe mandata tua. Miserationibus tuis plena est terra, ideo viam iustificationum tuarum exquisiui. Gloria, &c.

Bonitatem fecisti cū seruo tuo domina, de qua gaudent angeli. Disciplinam morum tuorum & æquitatem tuam doce me, quia verbis tuis præ cunctis credidi. Bonum mihi quia onere tuo humiliasti me, vt sequar conuersationem tuam. Qui amant seruientes tibi venerabuntur, qui autem abominatus fuerit eos, ruet in æternum. Veniant mihi semper desuper guttæ clementiæ tuæ & viuā, quia lex tua sancta meditatio mea est. Gloria, &cætera.

Defecit in semitis tuis anima mea domina, & nisi miseratio maxima esset, perijssem vtique in infirmitate mea. Defecerunt oculi mei in contemplatione tua, velut vter in pruina a te visa est anima mea. Secūdum bonitatem tuam viuifica me, & non obliuiscar sermones tuos, quia tibi adhærere bonū est. Dispositione tua perseuerat mundus, quem et tu cū Deo fundasti ab initio. Tuus totus ego sum domina, saluum me fac, quoniam desiderabiles erant laudes tuæ in tempore peregrinationis meæ. Gloria, &c.

Quomodo

Digitized by Google

Quomodo dilexi legem tuam domina, in conspectu meo semper. Suauitatum tuarum affluentia cor meum alienauit a me, & caro mea mirabiliter exultauit in te. Quam dulcia peccatoribus eloquia tua domina, super omnem melodiam refectio tua dulcis ori meo. Illuminatio gressibus meis verbum tuum, et lumen ineffabile semitis meis. Quoties exasperauerunt me peccatores inferni, quia a charitate tua declinare nolui, ego autem speraui in te domina. Gloria, &c.

Iniquos odio habui, & viam tuã dilexi domina gratiosa. Adiuua me & saluus ero, domina mundi, & meditabor honorificentiam mandatorum tuorum. Fac me semper stare in timore tuo, & non tradas me virgo calumniantibus me. Vernaculus tuus sum ego, minimus in familia tua. Custodi me domina a negligentibus iudicia iustitiæ tuæ. Contemnes omnes discedentes a seruitio tuo, quia iniusta est conuersatio eorum. Gloria patri &cætera.

Mirabilia tua testimonia mater alma, et sermonibus tuis illuminatum est cor meum. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis, filium regum collaudant faciem tuam. Ardens verbum labiorum tuorum vehementer, qui ad te properat percipiat illud. Arundo agitata sum in conspectu tuo, tene me domina sub iugo tuo & non confundar. Seruientes tibi plus alijs inuadunt dracones inferni, sed tu domina defende nos. Gloria patri.

Clamaui in toto corde meo ad te domina, de necessitatibus meis clementer eripe me. Vocem gemitus mei exaudi domina mea, doce me qd acceptum sit apud te omni tempore. Longe a nescientibus te salus, qui autem præstat in obsequio tuo procul fiat a perditione. Misericordia tua rigat vniuersum, Domina in salutari tuo viuifica me. Initium eloquiorum tuorũ veritas in æternum, & legem tuum immaculatam non sum oblitus. Gloria patri.

Principes persecuti sunt me gratis, & a b inuocatione nominis tui trepidat spiritus malignus. Pax multa obseruantibus nomen tuum mater Dei, & non est illis scandalum. Septenis horis decantauit tibi laudes domina, iuxta eloquium tuum da mihi intellectum. Intret oratio mea in conspectu tuo, vt non derelinquam te domina cunctis diebus vitæ meæ, quoniam viæ tuæ misericordia & veritas. Concupiscam in æternum laudare te domina, cum docueris me iustificationes tuas. Gloria patri, &c.

Ad dominam cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Domina libera nos ab omni malo, cũctis diebus vitæ nostræ. Contere caput inimicorum nostrorum, pede insuperabilis virtutis tuæ. Vt exultauit spiritus tuus in Deo salutari tuo, sic veram digneris infundere lętitiam cordi meo. Ad dominum accede rogatura pro nobis, vt per te nostra peccata deleantur. Gloria patri.

Leuaui oculos meos ad te mater Christi, per quã venit solatium omni carni. Auxilium tuum & gratiã tuã nobis impende, in omni tribulatione nostra. Custodi nos domina virgo Maria, ne peccatorum laqueo capiamur. Non dormit neq; dormiet pupilla oculi tui, vt tua semper custodia protegamur. Angelorum & hominũ te laudat omnis lingua, & ante te omnia genua curuantur. Gloria patri.

Lætatus sum in te Regina cęli, quia te duce in domũ domini ibimus. Hierusalem cœlestis ciuitas, ad Mariæ præmia veniamus. Pacem & indulgentiam virgo nobis impetra, & palmam de hostibus & triumphum. Conforta & consolare cor nostrum, tuæ dulcedine pietatis. Sic domina nobis infunde clementiam, vt deuote in domino moriamur. Gloria patri.

Ad te leuaui oculos meos Regina quæ regnas in cęlis. Adiutorium nostrum in virtute sit nominis tui, per te omnia opera nostra dirigantur. Benedicta sis in cęlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Benedicta sit fœcunditas tua, benedicta sit virginitas, & mũditia tua. Benedictus sit corpus tuum sanctum, benedicta sit anima tua sanctissima. Gloria patri.

Nisi quia domina nostra erat in nobis inuenissẽt nos pericula multa. Esto virgo defensatrix nostra, & ante Deum aduocata propitia. Ostende nobis Domina misericordiam tuã, & conforta nos in seruitio sancto tuo. Benedicãt te sancti angeli in cęlo, benedicant te omnes hõies super terram. Nun tradas bestijs animas confitẽtium tibi, ora te canentium non obturentur. Glo. pat.

Qui confidunt in te mater Dei, non timebũt a facie inimici. Gaudete & exultate oẽs qui diligitis eam, quia adiuuabit vos in die tribulationis vestræ. Reminiscere miserationum tuarum domina, & releua peregrinationem incolatus nostri. Conuerte amabilem vultũ tuum super nos, cõfunde & destrue omnes inimicos nostros. Benedicta sint omnia opera manuum tuarum domina, benedicta sint omnia sancta miracula tua. Glo. patri.

In conuertendo faciem tuam serenissimã super nos, lætificabis nos virginea mater Dei. Benedicta sis o sacrarium Christi, pręcunctis mulierib. super terram. Benedictum sit gloriosum nomen tuum, quod os domini mirabiliter nominauit. Non deficiat laus tua de labijs nostris, nec charitas tua de pręcordijs nostris. Qui te diligunt benedicantur a Deo, & qui te volunt diligere nõ defraudentur a fide. Gloria patri.

Nisi domina ædificaueris domum cordis nostri, nõ permanebit ædificium eius. Aedifica nos gratia & virtute tua, vt maneam' firmi in perpetuum. Benedictum sit eloquium tuum, & benedicta sint omnia verba oris tui. Benedicantur a Deo qui te benedicunt, & in iustorum numero computentur. Benedic domina te benedicentes, & ne vnquam auertas ab eis gratiosum vultum tuum. Gloria patri.

Beati omnes qui timent dominam nostram, & beati omnes qui sciunt facere voluntatem tuam & beneplacitum tuũ. Benedicti sunt pater & mater qui te genuerunt, quorum memoria permanet in sęculum. Benedictus est venter qui te portauit, & benedicta sint vbera quæ te lactauerunt. Conuerte misericordiam tuam super nos, & deprecabilis esto super seruos tuos. Intuere, & respice opprobrium nostrum, aufer a nobis cunctas iniquitates nostras. Gloria patri.

Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea inimici mei, libera me domina & vindica me ab ipsis. Ne des illis potestatem in animam meam, custodi omnia interiora & exteriora mea. Obtine nobis veniam peccatorum, per te Spiritusancti gratia nobis detur. Fac nos digne, & laudabiliter pęnitere, vt beato fine ad Deum veniamus. Placatum tunc & serenissimum nobis ostende, gloriosum fructum ventris tui. Gloria patri.

De profundis clamaui ad te domina, domina exaudi vocem meam. Fiant aures tuæ intendentes, in vocẽ laudis & glorificationis tuæ. Libera me de manu aduersariorum meorum, confunde ingenia, & conatus eorum cõtra me. Erue me in die mala, & in die mortis ne obliuiscaris animæ meę. Deduc me ad portum salutis, inter iustos scribatur nomen meum. Gloria patri.

Domina non est exaltatum cor meum neq; sublimati sunt oculi mei. Benedixit te dominus in virtute sua, q per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Benedictus sit qui te sanctificauit, & mundã de matris vtero te produxit. Benedictus sit qui te obũbrauit, & sua gratia te fœcundauit. Benedic nos domina, & cõforta nos in gratia tua, vt per te ante conspectum domini pręsentemur. Gloria patri.

Memento domina Dauid, & omnium inuocantium nomen tuum. Da nobis in nomine tuo fiduciam, & cõfundantur

fundantur aduersarij nostri. Consolare nos in terra peregrinationis nostrę, & releua paupertatem nostram. Da nobis panem lachrymarum virgo sancta, & dolorē peccatorum in terra incolatus nostri. Redde nobis propitium benedictum fructum ventris tui, vt Spiritus sancti gratia repleamur. Gloria patri, &c.

Ecce quam bonum & quam iucūdum Maria, diligere nomen tuum. Vnguentum effusum & aromaticum est nomen tuum, diligentibus ipsum. Quoniam magna multitudo dulcedinis tuæ domina, quam præparasti diligentibus & sperantibus in te. Esto refugium pauperum in tribulatione, quia tu es baculus pauperum & miserorum. Inueniant (quæso) gratiam apud Deum, qui te in suis necessitatibus inuocabunt. Gloria patri.

Ecce nunc benedicite Dominam, omnes qui speratis in nomine sancto eius. Gaudete gaudio magno, qui exultatis & glorificatis eam, quia lætabimini ab vbertate consolationis eius. Ecce nunc inundante vbertate dulcoris stillabit in vos, ad consolandum & lætificandum corda vestra. Benedicite illam omnes serui eius, & memoriale sit in desiderio animæ vestræ. Benedicite illam omnes Angeli & sancti Dei, laudate in secula mirabilia eius. Gloria patri &c.

Laudate nomen domini, benedicite nomen Mariæ matris eius. Mariæ præcamina frequentate, & suscitabit vobis voluptates sempiternas. In anima contritione niamus ad illam, & non stimulabit nos cupiditas peccati. Qui cogitat de illa in tranquillitate mentis, inueniet dulcorem & requiem pacis. Respiremus ad illā in tribulatione nostra, & reserabit nobis atria triumphantium. Gloria patri.

Confitemini Domino quoniam bonus, quoniā per suam dulcissimam matrem virginem Mariā datur misericordia eius. Impetra nobis domina amicitiam Iesu Christi, & custodi nos ne perdamus innocentiam nostram. Comprime hostem nostrum imperio tuo, ne feriat in nobis virtutem charitatis. Bona naturalia conserua in nobis, & bona gratiæ per te multiplicentur. Illumina vias & semitas nostras, vt noscamus quæ benepla cita sunt Deo. Gloria patri.

Super flumina babylonis fleuerūt Hebrei, nos vero super iniquitates nostras lugeamus. Clamemus humiles ad puerperam virginem, offeramus ei planctus & suspiria nostra. Non inuenitur propitiatio sine illa, neç salus sine fructu illius. Per illam peccata purgantur, & per fructum illius animę dealbantur, per illam fit satisfactio peccatis, per fructum illius sanitas condonatur. Gloria patri, &c.

Cōfitebor tibi Domina in toto corde meo, quia per te expertus sum clementiam Iesu Christi. Audi Domina verba mea & preces meas, & in conspectu Angelorum cantabo tibi laudes. In quacunque die inuocauero te, exaudi me, & multiplica virtutem in anima mea. Confiteantur tibi omnes tribus & linguę, quia per te salus restituta est nobis. Ab omni perturbatione libera seruos tuos, & fac eos viuere sub pace & protectione tua. Gloria patri, &c.

Domina probasti me, & cognouisti me, ruinam & transgressionem meam. Copiosa facta est super me misericordia tua, & dilatata est super me clementia. Imperfectum meum aspexit oculus tuus, & palpebræ tuæ nouerunt vias meas. A sitientiam desiderij sancti habeamus a Spiritu sancto, & macula peccati non turpet conscientiam nostram. Serenet corda nostra lux misericordiæ tuæ, & torreet nos tuæ pacis dulcedo. Gloria patri.

Eripe me domina ab omni malo, & ab hoste inferni defende me. Contra me tetendit arcum suum, & in fraude sua insidiatur mihi. Constringe vires eius malignas, & obtunde potenter astutias eius. Conuerte iniquitatē ipsius in verticem illius, & in foueam quam fecit cadat festinanter. Nos autem exultemus in seruitio tuo, & in tuis laudibus gloriemur. Gloria patri, &c.

Domina clamaui ad te exaudi me, intende orationi meæ & postulationi meæ. Dirigatur obsecratio mea velut incensum coram facie tuā, & in tempore serotini sacrificij & matutini. Non declinet cor meum in verbis malignantibus, & nequitiæ cogitatus non subuertant sensum meum. Fac me assentire beneplacito cordis, & tuis actionibus conformari. Gladio intelligentiæ reuerbera cor meum, & igniculo charitatis inflamma mentem meam. Gloria patri &c.

Voce mea ad dominam clamaui, ipsamque humiliter deprecatus sum. Effudi in conspectu eius lachrymā meam, & dolorem meum tibi exposui. Insidiatus hostis calcaneo meo extendit contra me rete suum. Adiuua me domina ne corruam coram eo, fac vt conteratur sub pedibus meis. Educ de carcere animam meam, vt confiteatur tibi, & psallat Deo forti in perpetuum. Gloria patri &c.

Domina exaudi orationem meam, percipe tuis auribus supplicationem meam. Persecutus est malignus vitam meam, deposuit in terra conuersationem meam. Denigrat se me caligine sua, & anxiatus est nimis spiritus meus. Ne auertas faciem tuam a me, vt nō corruam cum descendentibus in lacum. Emitte lucem tuam & gratiam tuam, & repara denuo vitam meam & conscientiam meam. Gloria patri &c.

Benedicta sit domina quæ instruis seruos tuos ad prælium, & eos roboras contra inimicum. Fulgure & coruscatione dissipa illum, mitte iacula tua vt confundas illum. Clarifica de alto manum tuam, & canent serui tui laudem & gloriam tuam. Eleua de terrenis affectionem nostram, de sempiternis delitijs refice viscera nostra. Concupiscentiam supernorum accende in cordibus nostris, & de gaudijs paradisi velis nos recreare.

Exaltabo te mater filij Dei, & per singulos dies cantabo laudes tuas. Generatio & populi laudabunt opera tua, & misericordiam tuam insulæ expectabunt. Abundantiam dulcoris tui Angeli eructabunt, & suauitatem tuam sancti pronunciabunt. Oculi nostri sperant in te domina, mitte nobis cibum & escam delectantem. Laudationem tuam loquatur lingua mea, & benedicam te in seculum sæculi. Gloria, &c.

Lauda anima mea dominam, glorificabo eam quam diu vixero. Nolite cessare a laudibus eius, & per singula momenta recogitate illam. Cum exierit spiritus meus domina sit tibi commēdatus, & in terra ignota præsta illi ducatum. Non conturbent eum culpæ prius cōmissæ, nec inquietent ipsum occursus malignantis. Perduc eum ad portum salutarem, ibi præstoletur secure aduētum redemptoris. Gloria patri &c.

Laudate dominam quoniam bonus est psalmus, iucunda & decora sit illi nostra laudatio. Ipse.n. medetur cōtritis corde, & refouet eos vnguento pietatis. Magna est virtus illius, & clemētia eius nullum habebit finem. Præcinite ei in iubilatione, & in confessione psalmum canite illi. Beneplacitum est ei super timētes Deum, & in eis qui sperant in misericordia eius. Gloria, &c.

Lauda Hierusalem Dominam, glorifica illam etiam o Syon. Ipsa.n. cōstruit muros tuos, & filios tuos benedicet. Gratia sua te impinguat, pacemq; donat terminis tuis. Emisit verbū suum altissimus, et virtus eius obumbrabit illi. Leuemus corda nostra cū manibus ad illā, vt suam influentiam sentiamus. Gloria, &c.

Laudate dominam nostram de celis, glorificate eam in excelsis. Laudate eā omnes homines & iumenta, volucres cœli & pisces maris. Laudate eam Sol & Luna, stellę, & circuli planetarum. Laudate eam Cherubin, & Seraphin, Throni, & dominationes, & Potestates. Laudate eam omnes legiones Angelorum, laudate eam omnes

Digitized by Google

nes ordinẽ spirituum supernorum. Gloria, & cætera.

Cantate Dominę nostrę canticum nouum, laus eius in cōgregatione iustorum. Lætētur cęli de gloria eius, insulę maris, & totus orbis. Aqua & ignis laudent eam, frigus & æstus, splendor & lumen exultationes eius in gutture iustorum, & laudes eius in cętu triumphantiū. Ciuitas Dei iucūdare in illa, & pro incolis tuis frequen ta illi carmen. Gloria, &c.

Laudate dominam in sanctis eius, laudate eam in virtutibus & miraculis eius. Laudate eam cætus Apostolorum, laudate eam chori Patriarcharū & Prophetarū, Laudate eam exercitus Martyrum, laudate eam turmę Doctorum, & Confessorum Laudate eam in collegio virginum, & continentium, laudate eam ordines Anachoretarum, & Monachorum. Laudate eam cōuentus religiosorum omnium, laudate eam omnes animæ ciuium supernorum, Omnis spiritus laudet Dominam nostram. Gloria, &c.

Cantica.

Confitebor tibi domina, quoniam per te placatus est mihi dominus, & consolatus est me. Ecce domina saluatrix mea, fiducialiter agam in te & nō timebo. Quia fortitudo mea, & laus mea in domino es tu, & facta es mihi in salutem. Hauriam aquas in gaudio de riuulo, & semper inuocabo nomen tuum. Notas facite in populis virtutes Dominæ nostræ, quia excelsum est valde nomen eius. Exulta & lauda totum genus humanum, quia talem dedit tibi mediatricē Dominus Deus tuus. Gloria patri, &c.

Ego dixi circa dimidium dierum meorum, vadā ad Mariam, vt me Christo reconciliet. Quæsiui residuum annorum meorum, in amaritudine animæ meæ. Generatio mea ablata est, quia pater, & mater, & omnia dereliquerunt me. Maria autem assumpsit me. Sperabam in illa mane, sero, & meridie, quasi leo sic contriuit omnia ossa peccatorum meorum. Et tu domina eruisti animam meam, vt non periret, & de manu canis vnicam meam, Domina saluum me fac, & laudem tuam cantabo cunctis diebus vitæ meæ, ò pia mater domini mei. Gloria, & cætera.

Exultauit cor meū in domino, & exultatum est cornu meum in domina mea. Quia fecit mihi magna qui potens est, per Mariam matrem eius. Non est sancta vt est domina nostra, q̄ sola supergressa est vniuersas. Recedant ergo vetera de ore nostro, & linguis loquamur nouis. Exulta & lauda Mariam Syō & Hierusalē, quia maxima in dominabus Israel. Ipsa pauperem facit & ditat, humiliat, & sublimat. Altior cœlo, terra latior est hæc domina nostra. Gloria, &c.

Cantemus dominæ gloriosæ virgini Mariæ, in hymnis & confessionibus benedicamus eam. Domina nostra omnipotens post Deum nomē eius, currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare. Dextera tua domina magnificata est in fortitudine, quia in multitudine misericordiæ tuę strauisti aduersarios meos. De ore leonis liberasti me domina, & tanquam infantem genitum mater suscepisti me. O Domina charissima mea, velut gallina tege me mirabili possessione tua. Tuus totus ego sum, & omnia mea tua sunt virgo super omnia benedicta. Ponam te sicut signaculum super cor meū, quia fortis est, vt mors dilectio tua. Gloria, &c.

Domina audiui auditionem tuam & obstupui, cōsideraui opera tua, & expaui. Domina opus tuum circa medium annorum viuificasti illud. Confitebor tibi domina, quia abscondisti hæc a sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Operuit cœlos gloria tua, & misericordia tua plena est terra. Egressa es Virgo in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo. O benedicta in manibus tuis est reposita nostra salus, recordare piæ paupertatis nostræ. Quem vis, ipse saluus erit, et à quo auertis vultum tuum, vadit in interitum. Gloria, &c.

Audite cęli quę loquar de Maria, audiat terra verba oris mei. Magnificate ipsam mecum semper, & exaltemus nomen eius in sæculum sæculi. Generatio praua atque peruersa, agnosce dominam nostram saluatricem tuam. Nunquid non ipsa est mater tua, quæ possedit te, & in fide generauit te? Si hāc dimittis, nō es amicus summi Cæsaris, quoniam ipse sine ea non saluabit te. Vtinā saperes, et intelligeres, ac nouissima prouideres. Queadmodum infans sine nutrice non potest viuere, ita nec sine domina nostra potes habere salutem. Sitiat ergo anima tua ad ipsam, tene eam nec dimitte donec benedixerit tibi, repleatur os tuum laude sua, decanta tota die magnificentiam eius. Gloria patri, etc.

Benedicite omnia opera dominæ gloriosæ, laudate et superexaltate eam in sæcula. Benedicite Angeli Dominæ nostræ, benedicite cœli Dominæ nostræ. Benedicat omnis creatura dominam nostram, quam Rex sic voluit benedici. Benedicta sis ò summi regis filia, quæ odore præis cuncta lilia. Benedicta sis corona dominarum omnium, benedicta sis gloria Hierusalem. Odor tuus sicut agri pleni, cui benedixit dominus, qui in benedicentes te redundat irrigans omnia intima eorum. Qui benedixerit tibi ò virgo beata, sit ille iugiter benedictus. Qui maledixerit tibi rosa candidissima, sit ille maledictus. Non recedat de domo seruorum tuorum, vini et olei abundantia. In nomine tuo omne genu flectatur, cœlestium terrestrium et infernorum. Benedicamus Deum qui te creauit, benedictus vterque parēs qui te generauit. Benedicta sis domina in cœlo et in terra, laudabilis et gloriosa et superexaltata in sæcula. Gloria, et cætera.

Benedicta sis domina et mater Dei mei Israel, qui per te visitauit et fecit redemptionem plebis suæ. Et erexit vnicornu salutaris castitatis tuæ, in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os Isaiæ, & aliorum sanctorū prophetarum eius. Salutem ex inimicis præsta virginum virgo, & de manu omnium qui nos oderunt pacem nobis tribue. Et fac misericordiam pro parētibus et nobis, vt memor sis testamenti omnipotentis Dei. Quod iurauit ad patres nostros, Abraham et semini eius in sæcula. Sic sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, quiete seruiemus illi in sanctitate, & iustitia coram te omnibus diebus nostris. Et tu Maria propheta Dei vocaberis, quoniam nouisti, quòd respexit humilitatem ancillæ suæ. Per quam dedit scientiam salutis plebis eius, in remissionem peccatorum. Per viscera multitudinis misericordię tuę, visita nos stella matutina oriens ex alto. Illumina tenebras sedentium in vmbra mortis, et eas luce dilectissimi filij tui digneris instillare. Miserere misericordiæ mater nobis miseris peccatoribus, qui retroacta peccata pœnitere negligimus, ac multa quotidie pœnitenda committimus. Gloria patri, etc.

Te matrem Dei laudamus, te Mariam virginē profitemur. Te æterni patris sponsam omnis terra veneratur. Tibi omnes Angeli et Archangeli, tibi Throni, et principatus fideliter deseruiunt. Tibi omnes Potestates, et omnes Virtutes cœlorum, et vniuersæ Dominationes obediunt. Tibi omnes Chori, tibi Cherubin et Seraphin exultātes assistūt. Tibi omnis Angelica creatura incessabili voce proclamat. Sancta, sancta sancta Maria Dei genetrix mater et virgo. Pleni sunt cœli et terra maiestatis gloriæ fructus ventris tui. Te gloriosus Apostolorum chorus, sui creatoris matrem collaudat. Te beatorum Martyrum cœtus candidatus, Christi genitricem glorificat. Te gloriosus Confessorum

rum

rum exercitus Trinitatis templum appellat. Te ſanctarum Virginum chorea amabilis, virginitatis & humilitatis exemplum prædicat. Te tota cœleſtis curia Reginam honorat. Te per vniuerſum orbem Eccleſia inuocando concelebrat. Matrem diuinæ maieſtatis. Venerãdam te veram Regis cœleſtis puerperam, ſanctã quoq; dulcem & piam. Tu Angelorum Domina, tu paradiſi ianua. Tu ſcala regni cœleſtis & gloriæ, tu thalamus, tu archa pietatis & gratiæ. Tu vena miſericordiæ, tu ſponſa & mater Regis æterni, Tu templũ & ſacrarũ Spiritusſancti, totius beatiſſimæ Trinitatis nobile tricliniũ. Tu mediatrix Dei. & hominum, amatrix mortalium, cœleſtis illuminatrix. Tu agonizatrix, pugnantium, aduocata pauperum, miſeratrix, & refugium peccatorum. Tu erogatrix munerum, ſeparatrix, ac terror dæmonum, & ſuperborum. Tu mundi domina, cęli Regina, poſt Deum ſola ſpes noſtra. Tu ſalus te inuocantium, portus naufragantium, miſerorum ſolatium, pereuntium refugium. Tu mater omnium beatorum, gaudium plenum, poſt Deum, omnium ſupernorum ciuium ſolatium. Tu promotrix iuſtorum, congregatrix errãtium, promiſſio Patriarcharum. Tu veritas Prophetarũ, præconium & doctrix Apoſtolorum magiſtra Euangeliſtarum. Tu fortitudo Martyrum, exemplar Cõfeſſorum, honor & feſtiuitas virginum. Tu ad liberandum exulem hominem, filium Dei ſuſcepiſti in vterum. Per te expugnato hoſte antiquo, ſunt aperta fidelibus regna cœlorum. Tu cum filio tuo ſedes ad dexteram patris, tu ipſum ꝑ nobis roga virgo Maria, quẽ nos ad iudicandum credimus eſſe venturum. Te ergo poſcimus nobis tuis famulis ſubueni, qui precioſo ſanguine filij tui redempti ſumus. Aeterna fac pia virgo, cum ſanctis tuis nos gloria munerari. Saluum fac populum tuum domina, vt ſimus participes hæreditatis filij. Et rege nos, & cuſtodi nos in ęternũ. Per ſingulos dies ò pia te ſalutamus. Et laudare te cupimus vſque in ęternum, mente & voce. Dignare dulcis Maria, nunc & ſemper nos ſine delicto conſeruare. Miſerere pia nobis, miſerere nobis. Fiat miſericordia tua magna nobiſcum, quia in te virgo Maria confidimus. In te dulcis Maria ſperamus, nos defendas in æternum. Te decet laus, te decet imperium, tibi virtus & gloria in ſęcula ſęculorum. Amen.

Quicunque vult ſaluus eſſe, ante omnia opus eſt, vt teneat de Maria firmam fidem, Quam niſi quiſque integram inuiolatamq; ſeruauerit, abſq; dubio in æternum peribit. Quoniam ipſa ſola virgo manens peperit, ſola cunctas hæreſes interemit. Confundatur, & erubeſcat Hæbreus, qui dicit Chriſtum ex Ioſeph ſemine eſſe natum. Confundatur Manichæus, qui dicit Chriſtum fictum habere corpus. palleat omnis qui hoc ipſum aliũde non de Maria dicit aſſumpſiſſe. Idem nanque filius qui eſt patris in diuinis vnigenitus, & verus vnigenitus virginis Mariæ filius, in cęlis ſine matre, ĩ terris ſine patre. Nam ſicut anima rationalis & caro propter vnionẽ de homine vere naſcitur, ita Deus & homo Chriſtus, de Maria virgine vere generatur, induens carnẽ de carne virginis, quia ſic genus humanum redimi congruebat. Qui ſecundum diuinitatem ęqualis patri, ſecũdum vero humanitatem minor patre. Conceptus in vtero virginis Mariæ Angelo annunciante de Spiritu ſancto, non tamẽ Spiritusſanctus eſt pater eius. Genitus in mũdum ſine pęna carnis virginis matris, quia ſine delectatione carnis conceptus. Quem lactauit mater vbere de cœlo pleno, quem circunſtant Angeli obſtetricum vice, nunciãtes paſtoribus gaudium magnum. Hic a Magis muneribus adoratus ab Herode in Aegyptum fugatus, a Ioanne in Iordane baptizatus, traditus, captus, flagellatus, crucifixus, mortuus, & ſepult⁹. Cum gloria reſurrexit, ad cęlos aſcendit. Spiritum ſanctum in diſcipulos, & in matrem miſit. Quam demum ipſe in cęlũm aſſumpſit, & ſedet ad dexteram filij, non ceſſans pro nobis filium exorare. Hæc eſt fides de Maria virgine, quã niſi quiſque fideliter, firmiterque crediderit, ſaluus eſſe non poterit.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Criſte audi nos. Chriſte exaudi nos.

Pater de cœlis Deus Mariæ conditor glorioſus, miſerere nobis.

Fili redemptor mundi Deus, Mariæ nobilis fœcundator, miſerere nobis.

Spiritus ſancte Deus, Mariæ mirabilis obumbrator, miſerere nobis.

Sancta Trinitas vnus Deus, qui Mariam glorificas, miſerere nobis.

S.Maria, quæ totum mundum illuminas. ora pro no.
S.Maria quæ tuos ſeruos exaltas. ora pro no.
S.Maria quæ pro peccatoribus ſupplicas. ora pro no.
S.Maria illuminatrix cordium. oraꝑro no.
S.Maria fons miſericordiæ. ora pro nn.
S.Maria ſplendor ſanctæ Eccleſiæ. ora pro no.
S.Maria flumen ſapientiæ. ora pro no.
S.Maria ab Angelo ſalutata. ora pro no.
S.Maria per Spiritum ſanctũ obumbrata. ora pro no.
S.Maria in cęlis glorificata. ora pro no.
S.Maria roſa veris ſpecioſa. ora pro no.
S.Maria vitis frondens generoſa. ora pro no.
S.Maria dulcis virgo & ſpecioſa. ora pro no.
S.Maria à Deo patre ſponſa electa. ora pro no.
S.Maria verbi Dei mater prælecta. ora pro no.
S.Maria à Spiritu ſancto protecta. ora pro no.
S.Maria quæ Deum in vtero concepiſti. ora pro no.
S.Maria quæ Deum & hoiem genuiſti. ora pro no.
S.Maria virgo virginum ſignifera. ora pro no.
S.Maria virga Ieſſe Chriſtifera. ora pro no.
S.Maria arbor vitæ fructifera. ora pro no.
S.Maria fœminarum pulcherrima. ora pro no.
S.Maria humilium humillima. ora pro no.
S.Maria ſanctarum ſanctiſſima. ora pro no.
S.Maria ſuper omnes diligẽtius amanda. ora pro no.
S.Maria ſup oẽs excellentius magnificãda. ora pro no.
S.Maria mater conditoris. ora pro no.
S.Maria mater redemptoris. ora pro no.
S.Maria mater Saluatoris. ora pro no.
S.Maria mater mundo deſiderabilis. ora pro no.
S.Maria inferis terribilis. ora pro no.
S.Maria mater amabilis. ora pro no
S.Maria virgo plena gratia. ora pro no.
S.Maria virgo plena clementia. ora pro no.
S.Maria pia fundens ſolatia. ora pro no.
S.Maria flos & decus virginalis. ora pro no.
S.Maria fluuius ſapientialis. ora pro no.
S.Maria ſplendor & lux orientalis. ora pro no.
S.Maria virtutum cęli Regina. ora pro no.
S.Maria domus Dei cypreſſina. ora pro no.
S.Maria cęli feneſtra cryſtallina. ora pro no.
S.Maria perpetuæ lucis aurora. ora pro no.
S.Maria virgo pulchra & decora. ora pro no.
S.Maria melodia dulcis & ſonora. ora pro no.
S.Maria delitiarum Dei dapifera. ora pro no.
S.Maria cęleſtis curiæ pincerna. ora pro no.
S.Maria paradiſi porta peruia. ora pro no.
S.Maria placitum Dei vmbraculum. ora pro no.
S.Maria virginum noua exultatio. ora pro nn.
S.Maria mulierum prima benedictio. ora pro no.
S.Maria miſerorum pia conſolatio. ora pro no.
S.Maria vera ſalus & beatitudo. ora pro no.
S.Maria charitatis magnitudo. ora pro no.
S.Maria pietatis latitudo. ora pro no.
S.Maria mater orphanorum. ora pro no.

S.Maria

S.Maria mamilla orphanorum. ora pro no.
S.Maria mamilla paruulorum. ora pro no.
S.Maria consolano afflictorum. ora pro no.
S.Maria cui Angeli obediũt & obsecrãtur. ora pro no.
S.Maria nobilis Regina cœlorum. ora pro no.
S.Maria cui sancti & sanctæ congaudent, & gratulantur. ora pro no.
S.Maria quam oĩa laudant & venerantur. ora pro no.
Propicia esto. parce nobis Domina.
Propicia esto. lib.nos Dña.
Ab omni malo. lib.nos Dña.
Ab omni mala tentatione. lib.nos Dña.
Ab ira & indignatione Dei. lib.nos Dña.
A periclitatione & desperatione. lib.nos Dña.
A superbia præcipitante. lib.nos Dña.
Ab auaritia deuastante. lib.nos Dña.
A peccato iræ & inuidiæ cruciante. lib. nos Dña.
A carnis tentatione vndique anxiante. lib.nos Dña.
A pctõ gulæ & castrimargiæ cõmaculãte. lib.nos Do.
Ab incursu hostis malignantis. lib.nos Dña.
Per dulcorem & gaudium de Christi incarnatione. lib.nos Domina.
Per dolorẽ & angustiam de illius passione. lib.nos Do.
Per gaudium & miraculum de illius resurrectione. lib.nos Domina.
Per fidem tuã de Spiritusancti missione. lib.nos Do.
Per gaudium & lętitiã de illius ascensione. lib.nos Do.
Per gaudiũ & lætitiã de tua coronatione. lib.nos Do.
In hora mortis deuastante. lib.nos Do.
In iudicis districto examine. lib.nos Do.
Ab inferni horribili eruciamine. lib.nos Do.
Peccatores te rogamus.audi nos.
Vt sanctam Ecclesiam pijssima Domina conseruare digneris. Te rogamus audi nos.
Vt iustis gloriam, peccatoribus gratiam impetrare digneris. Te ro.
Vt tribulatis consolationem, captiuis liberationem impetrare digneris. Te ro.
Vt famulos & famulas tibi deuote seruientes consolari digneris. Te ro.
Vt populum Christianũ filij tuo precioso sanguine redemptum conseruare digneris. Te ro.
Vt cunctis fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris. Te ro.
Mater Dei. Te rogamus audi nos.
Mater charissima & domina nostra. miserere nobis, & dona nobis perpetuam pacem, Amen. Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos inducas in tentationem.

Ego dixi dña miserere mei sana aĩam meã quia peccaui tibi. Conuerte misericordiam tuã super nos, & deprecabilis esto super seruos tuos. Oñde potentiã tuam contra inimicos nostros, vt iustificeris in nationibus populorũ. Miserere seruorũ tuorũ, super quos inuocatũ est nomen tuum, & ne sinas angustiari eos in tentationib. suis. Ne proijcias nos in tpe mortis nostræ, & succurre aĩæ cũ deseruerit corpus suũ. Esto nobis dña turris fortitudinis, & petra durissima contra inimicum. Adiuua me dña, ne corruam corã eo, fac vt conteratur sub pedibus meis. Exaudi orationem meam, & deprecationem meam, & contepescant aduersarij mei. Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui pro nobis de castissima vigine Maria nasci dignatus es, fac nos tibi casto corpore seruire, & humili mente placere.

Oramus etiam te pijssima virgo Maria, mundi regina & Angelorum Domina, vt eis quos in purgatorijs ignis examinat, impetres refrigerium, peccatorib. indulgentiam, & iustis perseuerãtiam in bono. Nos quoque fragiles ab omnibus instantibus defende periculis. Per dominum nostrum Iesum Christum.

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS.

Tractatus, qui corona B. Mariæ virginis intitulatur.

CVm iucunditate memoriam nominis Mariæ celebremus, vt ipsa pro nobis intercedat ad Dominum nostrum Iesum Christum. Amen. Gaude virgo Maria mater Christi, quæ per aurem concepisti Gabriele nuncio. Iesus fructus ventris tui, per te detur nobis frui, in perenni gaudio Amen. Amen. Aue Maria. Ps. Magnificat.

Mediatrix Dei & hominum, tu digne magnificas dominum, quæ sola cõcepisti filium, qui est vera salus humilium, hinc omnium Deum quærentium generatio, te beatam dicere, & deuote salutare debet dicens. Aue Maria, vsque tui. Res. Et beatus venter qui te portauit Domine Iesu Christe, & beata vbera quæ suxisti. O igitur mediatrix nostra Maria mater gratię, mater misericordiæ, pro nobis quæsumus intercede, vt veræ cõpunctionis & deuotionis gratiam nobis inspirare dignetur dilectissimus filius tuus dominus noster Iesus Christ[s]. Qui cum &c. Gaude quia Deo plena peperisti sine pęna, cũ pudoris lilio. Iesus fructus &c. Ant. Alma. Psal. Ad Dominum cum. Amen.

Alma redẽptoris mater eximia, qui tua egressus claustra virginea, cum his pacificus fructus est incola, à quibus dura perpessus est verbera, vnde digna es ò virgo puerpera, vt omnis creatura te veneretur, & benedicat dicens. Aue, Res. Et beatus. O igitur alma virgo Maria mater Dei dignissima, pro nobis quæsumus intercedere digneris, vt sanctum propositum quod Deo inspirãte concepimus, ad effectum salubriter perducere valeamus, præstante eodem domino Iesu Christo benedicto filio tuo. Qui cum patre & Spiritu sancto, &cęt. Gaude quia tui nati, quem dolebas mortem pati, fulget resurrectio. Iesus &cæt. Ante. Regina cœli. Psal. Retribue seruo. Amen.

Regina cęli lætare cum iubilo: nam qui pendebat in crucis patibulo, surrexit vere summo diluculo, omni ablato contemptus opprobrio, vnde digne omnis homo, cum gaudio tibi congratulari, & benedicere debet, dicens: Aue Ma. Res. Et beatus venter, &c. O igitur Regina cęli, dignissima, ora pro nobis Deum, & Dominum nostrum Iesum Christũ, vt nos resurrectionis suæ participes efficiat, in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam. Qui cum &c. Gaude Christo ascendente, et in cęlum te vidẽte, motu fertur proprio. Iesus fructus &c. Antiph. Imperatrix. Psal. In conuertendo. Antiph.

Imperatrix & mundi domina, tuus natus cum quãta gloria, nostræ carnis sumpta materia, capta præda cõscendit æthera, hinc os cordis plenum letitia, & lingua nostra exultatione, te collaudet et benedicat, dicẽs. Aue Ma. Res. Et beatus. O igitur imperatrix & Domina nostra benignissima, iure matris impera tuo dilectissimo filio domino nostro Iesu Christo, vt mentes nostras ab amore terrestrium ad cœlestia desideria erigere dignetur. Qui viuit & reg. &c. Gaude quæ post Christũ scandis, & est honor tibi grandis in cęli palatio. Iesus fructus. Ant. Aduocata. Psal. Ad te leuaui.

Aduocata miserorum ad te sunt oculi seruorum, te assumpsit Rex cęlorum super choros angelorũ, vbi cętus beatorum te digne veneretur & benedicat in æternum dicens: Aue. Res. et beatus. O igitur gloriosissima Domina excelsa super sydera, pijssima aduocata nr̃a su-

scipe

Digitized by Google

ſcipe laudum pia præcamina, quæ ad honorem quinq; vulnerum filij tui, & ad laudē ſancti nominis tui decantauimus, & pro nobis quæſum' intercedere feſtina quatenus dulciſſimus filius tuus Dominus noſter Ieſus Chriſtus per ſuam magnam miſericordiam, a vinculis peccatorum noſtrorum nos eripiat, & in ſuo ſancto ſeruitio nos conſeruet, confortet, ac finaliter perſeuerare faciat, nam te nihil negans honorat. Qui cum Deo &c.

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS.

Curſus, Siue officium de paſſione Domini.

Ad Matutinum.



DOmine labia mea aperies. Reſ. Et os meum &c. Ver. Deus in adiutoriū me. Reſ. Domine ad adiuuan. &c. Gloria &c. Alleluia. Inuitato. Chriſtum captum & deriſum, flagellatum & crucifixum. Venite adoremus. Pſal. Venite exultemus Domino. Hymnus.

In paſſione Domini qua datur ſalus homini, ſit noſtrum refrigerium, & cordis deſiderium. Portemus in memoria dolores & opprobria; Chriſti coronam ſpineam, crucem, clauos, & lanceam. Et plagas ſacratiſſimas, omni laude digniſſimas, acetum fel arundinem, & mortis amaritudinem. Hæc omnia nos facient, & dulciter inebrient, nos repleant virtutib. & glorioſis fructib. Te crucifixum colimus, & toto corde poſcimus, vt nos ſanctorum cœtib. coniungas in cœleſtib. Laus honos Chriſto vendito, & noſtri cauſa prodito, paſſo mortē pro populo, in aſpero patibulo, Amen. Aña, Inſurrexerunt. Pſal. Quare fremuerunt gentes.

Inſurrexerunt in me viri ſine miſericordia, & nō pepercerunt animæ meæ. Ver. Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam. Reſ. Dedi dilectam animam meam in manus peccatorum. Pater noſter. Abſolutio. Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti pducat nos ad gaudia paradiſi. Amen. Iube domine Bene. Per ſuam paſſionem, det nobis dominus ſuam benedictionem, Amen.

Lectio prima.

APprehendit Pilatus Ieſum, & flagellauit eum, & milites plectentes coronam de ſpinis, impoſuerunt capiti eius, & veſte purpurea circundederunt eum, & veniebant ad eum & dicebant, aue rex Iudeorum, & dabant ei alapas, & expuerunt in eum, acceperunt arundinem et percutiebant caput eius. Tu autē. Reſ. Ecce vidimus eum non babentem ſpeciem neque decorem, aſpectus eius in eo non eſt, hic peccata noſtra portauit, & pro nobis dolēs. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, cuius liuore ſanati ſumus. Ver. Vere languores noſtros ipſe abſtulit, & infirmitates noſtras ipſe portauit. Ipſe. Iube. Bene. Per virtutem ſanctæ crucis, perducat nos dominus ad gaudia veræ lucis. Amen.

Lectio ſecunda.

SVſceperunt ergo milites Ieſum & duxerūt, & baiulans ſibi crucem, exiuit in eum qui dicitur caluariæ locus, hebraice autem golgota, vbi eum crucifixerunt, & cum eo alios duos hinc & inde, medium autem Ieſum. Ieſus autem dicebat. Pater dimitte illis, nō n. ſciunt quid faciunt. Tu aūt. Reſ. O vos oēs qui tranſitis p viam, attēdite & videte ſi eſt dolor veſter ſimilis vt dolor meus. Ve. Attendite vniuerſi populi, & videte dolorem meū. Si eſt dolor. Iube. Bene. Sanguinis Chriſti aſperſio, ſit nobis ſempiterna ſalus & ꝓtectio. Amē.

Lectio tertia.

POſtea ſciens Ieſus, quia omnia conſummata ſunt, vt impleretur ſcriptura dixit, Sitio. Vas ergo erat poſitum plenum aceto. Illi ergo ſpongiam plenā aceto hyſopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Et cum accepiſſet acetum, dixit Conſummatum eſt, & inclinato capite tradidit ſpiritum. Tu autem. Reſ. Tenebræ factæ ſunt dum crucifixiſſent Ieſum Iudæi. Et circa horam nonam exclamauit Ieſus voce magna, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Et inclinato capite, emiſit ſpiritum. Ver. Exclamans Ieſus voce magna ait, pater in manus tuas comendo ſpiritum. Et inclinato capite. Gloria patri. Et ad laudes. Deus in adiutorium meum intende &c. Antiphona. Contumelias. Pſalmus.

Vſquequo Domine obliuiſceris me in finem? vſquequo non auertis faciem tuam a me? Quandiu ponam conſilia in anima mea? dolorem in corde meo per diem? Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? reſpice, & exaudi me domine Deus meus. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte; ne quando dicat inimicus meus, prævalui aduerſum eū. Qui tribulant me exultabunt ſi motus fuero, ego autem in miſericordia tua ſperaui. Exultabit cor meum in ſalutari tuo, Cantabo domino qui bona tribuit mihi, & pſallam nomini domini altiſſimi. Gloria patri. Aña. Contumelias, & terrores paſſus ſum ab eis, & dominus mecum eſt tanquam bellator fortis. Capitulum.

Spiritus oris noſtri Chriſtus dominus, captus eſt ꝓ peccatis noſtris, cui diximus, in vmbra tua viuemus in gentibus. Hymnus.

Chriſtum ducem qui per crucē redemit nos ab hoſtibus, laudat cœtus noſter lætus, exultet cœlū laudib. Pœna fortis tuæ mortis, & ſanguinis effuſio, corda terant, vt te quærant, Ieſu noſtra redemptio. Per fœlices cicatrices, ſputa flagella verbera, nobis grata ſunt collata æterna Chriſti munera. Noſtrum tangat cor vt plangat, tuorum ſanguis vulnerum, in qua toti ſimus loti, cōditor alme ſyderum. Paſſionis tuæ donis, ſaluator nos inebria, qua fidelis dare velis eterna nobis gaudia. Am̄. Ver. Dedit percutienti ſe maxillam. Reſ. Fuit ſaturatus opprobrijs. Ad benedictus Antiphona. Proprio filio ſuo non perpecit Deus, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon, domine. Oratio.

Domine Ieſu Chriſte, qui hora matutina, pro nobis conſpui, & alapis cędi voluiſti, & cum gloria a mortuis reſurrexiſti, fac nos cōtumelias et opprobria pro tui nominis gloria portare, fac nos reſurgere ad virtutes a vitijs, vt te videre poſſimus in Galilęa cū diſcipulis. Qui viuis & regnas. Commemoratio de beata virgine. Matutino tempore Mariæ nunciatur, ꝙ a Iudæis perfidis Chriſtus captiuatur, & toto corde tremuit, & male tractabatur. Ver. nūquam mater pertulit dolores. Reſ. Vt Maria filij conſiderans liuores. Oratio.

Pietatem tuā quęſumus domine, qua pro nobis mortem ſubijſti temporalem, nec proprio corpori nec materno dolori parcere voluiſti, fac vt nos tuę matriſque paſſionis memores, vobiſcum fęlicitatis perpetuæ ſimus participes. Qui viuis, & regnas. Ad primam. Deus in adiutorium meum. Hymnus.

Tu qui velat' facie fuiſti ſol iuſtitię flexus illuſus genibus, cæſuſquoq; verberibus. Te petimus attentius, vt ſis nobis propicius, & per tuam clementiam perduc nos ad gloriam, laus, &c. Ant. Faciem meam. Pſal.

Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta, ab hoīe iniquo, & doloſo erue me. Quia tu es Deus fortitudo mea, quare me repuliſti, & quare triſtis in-

ſtis in-

Digitized by Google

ftis incedo dum affligit me inimicus? Emitte lucē tuā, & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuētutem meam. Confitebor tibi in cithara Deus Deus, meus, quare tristis es anima mea? & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus. Gloria patri. Antiphona. Faciē meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me. Capitulum.

Recogitate eū qui talem sustinuit cōtra semetipsum a pctōrib. contradictionem, vt nō fatigemini animis vestri deficientes. Vel cum malediceretur non maledicebat. Ref. Et cum pateretur non cōminabatur. Ver. Domine exaudi orōnē meam. Ref. Et clamor me. Oratio.

Domine Iesu Christe qui hora diei prima pro nobis peccatorib. Pilato iudici es præsentatus, & Mariæ Magdalenæ apparuisti, appare nobis per internam gratiam, & da reis veram pœnitentiam, vt de malis quæ cōmisimus, nos districte iudicemus, ne in extremo iudicio deputemur supplicio, sed tuis fidelib. associemur in cęlestib. Qui viuis & regnas. Ad tertiam. Ver. Deus in adiutorium &c. Hy. Hora qui ductus tertia fuisti ad supplicia, Christe ferēdo humeris crucem pro nobis miseris. fac nos sic te diligere, sanctāq; vitā ducere, vt valeamus requie frui cęlestis patriæ. Laus. Aña. Dominus. Psalm.

Exaudi Deus orationē meā cum deprecor, a timore inimici eripe aīam meam. Protexisti me a cōuentu malignantium, a multitudine operātium iniquitatē. Quia exacuerunt vt gladium linguas suas, intēderunt arcum rē amarā, vt sagittent in occultis immaculatum. Subito sagittabunt eū & nō timebunt, firmauerūt sibi sermonem nequā. Narrauerunt vt abscōderent laqueos, dixerūt quis videbit eos? Scrutati sunt iniqtates, defecerunt scrutātes scrutinio. Accede homo ad cor altum, & exaltabit Deus, Sagittæ paruulorū factę sunt plagę eorū, & infirmatæ sunt cōtra eos linguæ eorū. Conturbati sunt oēs qui videbant eos, & timuit oīs homo. Annunciauerunt opera Dei, & facta eius intellexerūt. Lętabitur iustus in Domino & sperabit in eo, & laudabuntur oēs recti corde. Gloria. Ant. Dominus tanquam ouis ad occisionem ductus est, & non aperuit os suum. Cap.

Christus passus est pro nobis, vobis relinquēs exemplum, vt sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Ver. proposito sibi gaudio sustinuit crucem. Resp. Confusione contempta. Kyrie ele. Christe ele. Kyrie ele. Oratio.

Domine Iesu Christe q hora diei tertia dura pro nobis sustinuisti verbera, & corda fidelium tuorū in sācti spiritus infusione fecisti flammantia, da nobis malum quod fecimus digna castigatione punire, & flammas vitiorum nostrorum lachrimis compūctionis extingue, vt dum de foris & intus affligimur, tui spiritus dulcedine consolari mereamur. Qui viuis & reg. Ad sextum. Deus in adiutorium meum. Hymnus.

Crucem pro nobis subijt, & stās in illa sitijt, Iesus sacratis manib. clauis fossisq; pedib. Honor et benedictio sit crucifixo filio, qui nos suo supplicio redemit ab exilio. Laus honor. Aña. Posuerunt super caput eius causā ipsius scriptam, Iesus Nazarenus Rex Iudęorum. Psal. Credidi propter. Capitulum.

Tradebat aūt iudicanti se iniuste, quia peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui iustitiæ viuamus, cuius liuore sanati sum⁹. Ver. Oblatus est quia ipse voluit. Respon. Et peccata nostra ipse portauit Kyrie eleison Christe eleison Kyrie eleison. Pater. Oratio.

Domine Iesu Christe, qui hora diei sexta pro salute nostra manus in cruce expandisti, & quinq; vulnera pertulisti, ad te confugientes brachijs misericordię clementer suscipe, & vulnera mentis nostræ tuo sana medicamine, vt purgati a peccatorum sordibus, templum efficiamur Spiritussancti. Ad nonam. Deus in adiutorium meum. Hymnus.

Beata Christi passio sit nostra liberatio, vt p hāc nobis gaudia parata sint cœlestia. Gloria Christo domino qui pendens in patibulo, clamans emisit spiritum, mundumq; saluans perditum. Laus hy. Ant. Et eum. Psal.

Voce mea ad dominum clamaui, voce mea ad dominū deprecatus sum. Effundo in cōspectu eius orationē meā, & tribulationē meā ante ipsam pronuncio. In deficiendo ex me spiritum meum, & tu cognouisti semitas meas. In via qua ambulabam, abscōderūt laqueū mihi. Considerabam ad dexteram & videbam, & nō erat qui cognosceret me. Perijt fuga a me, & nō est qui requirat animam meam. Clamaui ad te domine, dixi tu es spes mea, portio mea in terra viuentium. Intēde ad deprecationem meam, quia humiliatus sum nimis. Libera me a persequentib. me, quare cōfortati sunt super me. Educ de custodia animam meam ad confitendū nomini tuo, me expectant iusti donec retribuas mihi. Gloria pat. Ant. & cum accepisset Iesus acetum dixit, consummatū est, & inclinato capite, emisit spiritum. Capit.

Decebat eum per quem oīa, & propter quem oīa facta sunt, qui multos filios in gloriā adduxerat, auctorē salutis eorum per passionem cōsummari. Ver. Tradidit in mortem animam suam. Ref. Et cum viris sceleratis deputatus est. Kyrie eleis. Christe eleis. Kyrie eleis. Domine exaudi orationem meam. Oratio.

Domine Iesu Christe, qui hora diei nona pro salute nostra humana in mortem animam tuam tradidisti, & cœlos ascendisti, viuifica corda nostra, per infusionem tui amoris, vt te diligere, mentēque cęlestibus inhærere & mortem tuam nostræ carnis mortificatione imitari valeamus, vt dum tua passione participes efficimur, tuę consolationis nos facias esse consortes. Qui viuis & re. Ad Vesp. Deus in adiutorium meum intende. Antiph. Dignus es. Psal.

Exaltabo te domine quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos sup me. Dñe Deus meus clamaui ad te & sanasti me. Domine deduxisti ab inferno animā meā, saluasti me a descēdentib. in lacum. Psallite domino sancti eius, & cōfitemini memoriæ sanctitatis ei⁹. Qm ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius. Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum, domine in voluntate tua, præstitisti decori meo virtutem. Auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus. Ad te dñe clamabo, & ad Deū meum deprecabor. Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annūciabit veritatem tuam? Audiuit dominus, & misertus est mei, Dominus factus est adiutor meus. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, concidisti saccum meum, & circundedisti me lætitia. Vt cantet tibi gloria mea & non compungar, Domine Deus meus in æternum confitebor tibi. Gloria patri. Ant. Dignus es domine accipere librum, & aperire septem signacula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo. Capitulum.

Vidimus Iesum propter passionem mortis suæ gloria & honore coronatum, vt gratia Dei pro omnib. gustaret mortem. Hymnus.

Qui pressura mortis dura, Soluisti nexus criminum, Nos ad pacem duc veracem, Iesu corona virginum. In flagellis potum fellis bibisti amarissimę, pro peccatis perpetratis æterne rex altissime. Tuæ genti recolenti tuæ mortis supplicium, da virtutem & salutem Christe redemptor omnium, In amara crucis ara Fudisti riuos sanguinis, Iesu digne Rex benigne, Consors paterni luminis,

luminis. Sanguis Christi qui fuisti peremptor hostis inuidi, fac sitire, da venire ad cœnam agni prouidi. Amen. Vers. Disciplina pacis nostræ super eum. Respon. Quia liuore eius sanati sumus. Ad magn. Antiphona. Recessit pastor noster bonus fons aquæ viuæ, quia animam suam posuit pro ouibus suis, & pro suo grege mori dignatus est, Kyrie eleison Christe eleison Kyrie eleison. Oratio.

Domine Iesu Christe, qui hora diei vespertina discipulis tuis corporis & sanguinis tui tradidisti mysteria, & de cruce positus es, depone mentis nostræ vitia & perpetrata scelera, vt cum pura conscientia eadem sumamus mysteria, vt sint nobis in remedium hic & in perpetuum. Qui viuis & regnas. Commemoratio virginis Aña. Regina clementiæ virgo mater Christi, cum videres filium tuum in cruce mori: nullus dolor similis tuo dolori. Vers. Quæ matris angustias posset lingua fari. Res. Cum videret filium in cruce clauari. Oratio.

Domine Iesu Christe virginis Mariæ fili dulcissime qui cum proditore cœnasti, deinde captus viliter tractus fuisti, præsta quæsumus, vt qui tibi & suæ sanctissimæ genitrici compatimur, vobiscum manere sine termino mereamur. Qui viuis &c. Ad complet. Conuerte nos Deus. Resp. Et auer. Vers. Deus in adiutorium Antip. Plangent eum. Psal.

Domine Deus salutis meæ, in die clamaui & nocte coram te. Intret in conspectu tuo oratio mea, inclina aurem tuam ad precem meam. Quia repleta est malis anima mea, & vita mea in inferno appropinquabit. Aestimates sum cum descendentibus in lacum, factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non est memor amplius: & ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis & in vmbra mortis. Super me confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti super me. Longe fecisti notos meos a me, posuerũt me abominationem sibi. Traditus sum, & non egrediebar, oculi mei languerunt præ inopia. Clamaui ad te Domine, tota die expandi ad te manus meas. Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi? Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & veritatem tuam in perditionem? Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra obliuionis? Et ego ad te Domine clamaui, & mane oratio mea præueniet te. Vt quid Domine repellis orationẽ meam, auertis faciem tuam a me? Pauper sum ego & in laboribus a iuuentute mea, exaltatus autem, humiliatus sum & conturbatos. In me transierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me. Circundederunt me sicut aqua tota die, circundederunt me simul. Elongasti a me amicum & proximum, & notos meos a miseria. Gloria patri. Antiph. Plangent eum quasi vnigenitum, quia innocẽs Dominus occisus est. Hymnus.

Qui iacuisti mortuus, in petra Rex innocuus, fac nos in te quiescere, sanctamque vitam ducere. Succurre nobis Domine, quos redemisti sanguine: & duc nos ad cœlestia æternæ pacis gaudia Laus honor, Christo vendito. Capitulum.

Christo in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini. Vers. Et factus est in pace locus eius. Respon. Et habitatio eius in Syon. Ad nunc. Antipho. Saluator mundi salua nos, qui per crucem & sanguinem redemisti nos, auxiliare nobis te deprecamur Deus noster. Kyrie eleison Christe eleison Kyrie eleison. Pater noster. Vers. Domine exaudi orationem. Respons. Et clamor. Oratio.

Domine Iesu Christe, cuius sudor hora completorij præ tristitia animę factus est sanguineus, & es sepultus, a mulieribus es lamentatus, aufer a nobis tristitiam, & da veram lætitiam, & a vanitate sæculi nos veraciter sepeli: & educ de oculis nostris lachrymas piæ compassionis, vt dum deflemus tua, a te consolari mereamur hic, & in cęlesti curia. Qui viuis & regnas.

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS.

Cursus de Compassione beatæ Mariæ virginis.



Omine labia mea aperies. Rñ. Et os meum. Deus in adiutorium meũ. Res. Domine ad adiuuan. &c. Inuitatorium. Cum Maria virgine feruide ploremus in sepulchro positũ. Venite ador. Psal.

Venite mares fœminęq; ploremus cum Maria virgine, plãctibus fruamur intimis, facies rigando lachrymis. Cum Maria. Cor nostrum ploret, & oculus noster purgetur amoris stimulo: heu mater carens contagio, tam dulci priuatur filio. Venite Innocens & expers crîs, moritur misertus hominis, meroris simus consocij, cum simus causa supplicij. Cum Maria Gloria Virginis filio, qui in hoc exilio, se dedit tormentis asperis, vitam reddendo miseris. Venite adoremus. Cum Maria vir. Hym.

Imperatrix clementiæ rorem infunde gratiæ, in meũ cor tam aridum, vt tibi fiat placidum, Largire q̃ concipiam tecum cordis angustia, flens mortem quam rex patitur, per quem mundus construitur. Tuus tractatur filius, longe quam latro vilius: irrisus fert ludibria, gente vallatur impia. Sit honor laus deuotio, Iesu Mariæ filio, tenso crucis patibulo, pro redimendo populo. Amẽ. Antip. Noctem. Psal.

Posuerunt me in lacu inferiori. Super me consideratus est furor. Longe fecisti notos meos &cæt. Traditus sum, & non egrediebar. oculi languerunt p̃ inopia. Gloria patri. Aña. Noctem qua Christus capitur, absq; somno duxisti, & soporatis cæteris, flens vigil permansisti. Ver. cęteri cum inter fletus obdormirent. Res. Tu sola. męstas celebrasti vigilias. Pater noster. Ver. Et ne nos inducas &c. Res. Sed libera. Absolut. Noli me relinquere Iesu filij bone, fac vt tecũ moriar tali passione. Amẽ. Iube. Benod. Pro nobis ora crucifixũ virgo decorat. Am̃.

Lectio prima.

PRolem in cruce pendentem męsta mater aspiciens, lachrymatur incessanter: pectus sacrum percutiẽs, plures mouit ad męrorem, suo ploratu quærulo, natum videns cruentatum crucis tẽsum patibulo, animam męstæ parentis tunc pertransiuit acrius, iuxta verbum Symeonis heu passionis gladius: sic dum plorat morte p̃lis, quem blasphemauit populus, solus erat consolator, eius custos & discipulus. Tu aũt. Res. Consolari mater non potuit, sic tractatum videns quem genuit. Hæc dolorem maiorem habuit, quã saluator qui tot sustinuit. Vers. Mortem Dei videns quem aluit, nulla mater sic vnquam doluit. Hæc do. Iube. Bene. Mors prolis Dei patris, vita nobis sit precibus piæ matris.

Lectio secunda.

DVm de cruce depositus ad tumulum portat̃, inter dolores anxios, portãtes sic affatur: sustinete paululum q̃ dolorem meum plangam, & meũ dilectissimũ deosculer, mihi meum dilectissimũ subtrahere nolite. Si sepeliri debeat me secum sepelite. Accessit sic exanimis, se super corpus iecit, & sacrũ vultum lachrymis rigãdo madefecit. Tu aũt. Res. Dũ videret supplicia p̃lis exquisita, torquet̃, & angustia mater infinita, triduano spacio dum langueret ita. Squalet eius facies nuper tam polita. Ver. Pęna tam exasperans nũquã est audita: lõge

sibi charior erat mors quam vita. Squalet. Iube Bened. Sic nobis pacifica tremendum virgo pudica. Amen.

Lectio tertia.

Filij præsentia mater destituta, Gabrielem Angelũ sic est allocuta. Aue plena gratia, mihi protulisti, nunc amaritudine sum repleta tristi, subsequenter (inquiẽs) Dominus est tecum, heu iacet in tumulo nec est vltra mecum, omnis benedictio quam tu spopõdisti mihi, sit contraria propter mortem Christi. Tu autem, Res. Cũ videret ꝙ clauso tumulo priuaretur tam dulci speculo, prædilecto stans cum discipulo. Corde plorat magis quam oculo, vers. Lachrymarum fluẽte riuulo, fletum mouit astãti populo. Corde Gloria patri. Corde. Ad laudes. Deus in adiutorium. Añt. Fiat vox. Psal.

Ego sum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Omnes videntes me deriserũt me, locuti sunt labijs, & mouerunt caput. Sperauit in Domino eripiet eum, saluum faciet eum, quoniam vult eum. Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre spes mea ab vberibus matris meæ, in te proiectus sum ex vtero. Gloria pat. Aña. Fit vox nimis flebilis, vox nimis amara matris, quando capitur sua proles chara. Capit.

Cũ audisset virgo, ꝙ filius eius captus esset a Iudęis, & ad Annam duceretur ianuis clausis, sacrum pectus tundere & lachrymas effundere non cessauit. Hymn.

O gloriola Domina, quę tua cruciamina, cum Barrabas dimittitur, & pœnas Christus patitur. Pastorẽ heu percutiunt, oues dispersæ fugiunt, te sola cum discipulo manente sub patibulo. Nec mirum si sis anxia, visa crudeli furia, te sciens puram virginem genuisti Deum, & hominem. Sit honor. Ver. Nunquam mater pertulit tã anxios dolores, Res. Vt Maria considerans filij liuores. Ad benedictus, Aña Tanquam latro capitur, vndiq; cõstrictus ęditur, conspuitur alapis afflictus, ô matris angustię cum audiret ictus, pro nobis hęc tolerans sit rex benedictus. Psal. Benedictus, vers. Dñe exaudi. Oratio.

Propter terrores illius commotionis, quo cor tuum contremuit virgo beatissima, quando audisti filium tuum dilectissimum ab impijs captum, ligatum, & ad supplicia tractum, & traditum, adiuua nos vt cor nostrum nunc pro delictis nostris terreatur, & moueatur ad pœnitentiam, ne mortis in hora ad occursum aduersarij paueat, aut ad aspectum tremendi iudicis accusante conscientia contremiscat, sed potius faciem suam videns in iubilo delectetur, ineffabiliterque lætetur. Præstante eodem Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre et Spirituſsancto viuit, & regnat. Ad primam Deꝰ in adiutorium. Hymnus.

Iesu nate de virgine ex mystico spiramine, qui mortem crucis pateris, confossus plagis asperis. Amore matris anxiæ nostræ parcas miseriæ, suique fletus copia ꝑducat nos ad gaudia. Sit honor. Aña. Stabat Maria. Ps.

Astiterunt reges terræ & princi. Dirrumpamus vincula eorum. Qui habitabat in cęlis irridebit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua. Gloria pat. Aña. Stabat Maria mater pia foris plorans acriter, regem mũdi furibũdi dum tractarent viliter. Capit.

Sit tuarum obsecro lachrymarum riuus, in corde meo lapideo mœroris motiuus, Res. Deo gratias. Vers. Per Marię lachrymas mater pietatis, Res. Nobis veram gloriã confer cũ beatis. Vers. Domine exaudi. Oratio.

Propter gemitus et lachrymas quib. afficiebaris, virgo dulcissima, quãdo vidisti filium tuum dulcissimum iudici præsentari, acriter flagellari, varijs illusionibus, & opprobrijs affici, impetra nobis dolorem pro peccatis nostris, & lachrymas salutiferæ contritionis, & adiuua nos, ne nobis possit inimicus illudere, neq; diuersis pro libitu suo tẽtationibus flagellare, deuictosq; statuere terribili iuditi, sed magis ipsi accusemus, & iudicemus nosmetipsos de excessibus nostris, & veræ pęnitentiæ disciplinis flagellemus, vt veniam & gratiam in tempore necessitatis, tribulationis, & angustiæ, inueniamus, præstante eodem, &c. Ad Tertiam. Vers. Deus in adiutorium, &c. Hymn. Iesu nate de Virgine. Aña. Quam putamus. Psal.

Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam. Extraneus factus sum fratrib. meis & peregrinus filijs matris meæ. Quoniam zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantiũ tibi ceciderunt super me. Et operui in ieiunio animam meam, & factum est in opprobriũ mihi. Gl. Aña. Quã putamus matris mæstitiam, cum videret prolis angustiam, non dolor est, vt matris virginis plorantis Dei & hominis. Cap.

Dum Christus ad locum Caluarię duceretur, & crucẽ sibi baiularet sequebatur eum mater męstissimas voces emittens, & vberes effundens lachrymas, pectus sacrum pcutiens. Vers. Quæso mihi misero virginũ Regina. Resp. Tecũ flẽdi lachrymas vberes propina. Orõ.

Propter angustias & cruciatus quos cor tuum sustinuit virgo beatissima, quando audisti filium tuum dilectissimum adiudicatũ morti & crucis supplicio, succurre nobis tempore infirmitatis nostræ, quando corpus nostrum dolore infirmatis cruciabitur, & spiritus noster hinc propter insidias Dęmonum, illinc propter terrorem districti iudicis angustiabitur, subueni (inquã) nobis Domina tunc, ne damnationis ęternæ contra nos proferatur sententia, aut ne flammis gehennalib. tradamur æternaliter cruciandi. Præstante eodem. Ad sextam. Deus in adiutorium meum. Hymnus. Iesu nate de virgine, Antiph. Ad locum. Psal.

Aruit tanquam testa virtus mea, lingua mea adhæsit faucib. meis, & in puluerẽ mortis deduxisti me. Qm circundederunt me canes multi, concilium malignantiũ obsedit me. Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi vero considerauerunt & inspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Gloria patri. Antiphona. Ad locum supplicij virgo cum venisset, postquam suum filium & crucem conspexisset, augentur planctus & lachrymæ multiplicantur dolores, & angustiæ. Capitulum.

Erecta cruce Iesus ascendit & extendit brachia, manus & pedes clauantur, quæ videns pijssima mater præ dolore defecit, vers. Rota rubens vertitur, heu mortis in pallorem. Respons. Cum in terram fluere, sacrum videret cruorem. Oratio.

Propter doloris gladiũ, qui pertransiuit animã tuam virgo dulcissima, quando filiũ tuũ dilectissimum cernebas nudum in cruce leuatum, clauis perforatum, ac per omnia laceratum plagis ac verberibus, necnon & vulneribus, adiuua nos, vt cor nostrũ nunc compassionis, & compunctionis gladius perfodiat, diuiniq; amoris lãcea vulneret, ita vt omnis peccati sanguis effluat a pectore nostro, & a noxijs vitijs emũdemur, virtutum indumentis decoremur, semperq; mẽte ac corpore de hac valle miseriæ leuemur ad cęlestia, quo tandem cum ꝓmissus dies aduenerit, peruenire spiritu & corpore mereamur, Pręstante eodem Domino nostro Iesu Chr̃o filio tuo, qui cum patre. Ad nonam. Deus in adiutoriũ, &c. Hym. Iesu nate de virgine. Antiph. Agnus. Psal.

Tu scis improperium meum, & cõfusionem meã, & reuerentiam meam. In cõspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, improperium expectauit cor meum & miseriam. Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit, & qui consolaretur et non inueni. Et dederunt escam meam sel, et in siti mea potauerunt me aceto. Antiph. Agnus mitis caput excutiens, heli clamat in cruce moriens, plorat mater, cum ipso patitur, ad clamorem eius fere commoritur. Capitulum.

Clamor

Digitized by Google

Clamor Christi matrem angustiat, nullus planctus plangentem faciat, est vtriusque compassio, nam præcessit summa dilectio, Vers. Virgo filium tuum in cruce conclauatum, Respons. Redde tuis precibus miseris placatum. Oratio.

Propter grauamen & tormentum quo torquebatur spiritus tuus virgo sanctissima, quando iuxta crucem filium tuum præ doloribus voce magna clamantem te matrem dilectam Ioanni commendatam, in manusque Dei patris spiritum commẽdantem attendebas, succurre nobis in fine vitæ nostræ, & maxime tunc, quando lingua nostra nequiuerit se ad te inuocandum mouere, cum oculi nostri lumine priuabuntur, aures surdescẽt, & obturabuntur, omnesq; vires sensuum nostrorũ deficient, memento pijssima Domina tunc, quod nunc fundimus praeces ad aures tuæ pietatis & clementiæ, & subueni nobis in illa hora extremæ necessitatis, ac filio tuo dilectissimo commenda spiritum nostrum, per quem tuo interuentu a tormentis & terroribus omnibus eruamur, & ad desideratam cœlestis patriæ requiem perducamur. Præstante eodem. Ad vesperas, Deus in adiutorium meum intende. Psal.

Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquę vsque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Veni in altitudinem maris, & tẽpestas demersit me. Laboraui clamans, raucæ factæ sũt fauces meæ, defecerunt oculi mei dum spero in Deum meũ. Gloria patri. &c. Antiphona. Omnis ętas deflcat mortem saluatoris, gloriosæ virginis prætextu doloris.

Capitulum.

Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Res. Deo gratias. Hymnus.

Castæ parentis viscera, pęna torquentur aspera, dum illum quem conceperat, verbo peruersi verberant: Illũ tractant crudeliter, cedũt, cruentant acriter, hæc audiẽs anxiæ matris crescunt angustię. Sed cum ad mortem ducitur, hunc mater tristis sequitur, pectus perfundens fletib. afficiens liuoribus. In cruce dum extenditur, vidẽs mater quod moritur, nullus dolor amarior, nam nulla proles charior. Sit honor laus, vers. Nulla nouit genetrix angustias tam duras. Res. Cum plagas inspiceret, & capitis puncturas: Ad mag. Anima, Virgo passo filio pęnas cordis indicat, & plebis in medio dolorem cordis replicat, vrgente supplicio męsta voce supplicat, quæ quondam præ gaudio cecinit magnificat. Psal. Magnificat. Vers. Domine exaudi. Oratio.

Propter planctum acerbi eiulatus, quem profundo pectoris fonte manẽte abscondere nõ valebas virgo castissima, quãdo (vt pie creditur) in amplexus ruebas exanimis corporis filij tui de cruce depositi, cuius genas ante nitentes & ora rutilantia, mortis conspiciebas profundi palloribus, ipsumque totum concussum cernebas liuidum liuoribus, ac concisum vulnere super vulnus, auxiliare nobis, vt nunc sic nostra plangamus facinora & emplastris pęnitentię peccatorum curemus vulnera, dum corpus nostrum morte deformatur, nostra tũc rutilet anima candore innocẽtiæ, quatenus dignissimis frui mellifluis osculis, constringamurq; amorosis amplexib. super omnia dulcissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi. Qui. Ad completorium. Conuerte nos Deus salutaris, Res. Et auerte iram tuam. Deus in adiutorium, &c. Anima. Nos matris compassio. Psal.

Aduersum me susurrabant omnes. Verbum iniquũ constituerunt. Et enim homo pacis meę. Tu autem Domine miserere, Gloria pat. Antip. Nos matris compassio Iesu Rex insignis, seruet a voragine gehẽnalis ignis.

Hymnus.

O genetrix egregia, cum Iudæos in furia Christum videres capere, cor tuum cępit tremere. Alta ducens suspiria, tu sequebaris anxia, in fletibus exuberans, ad tẽplum vsque properans. Sit honor laus. Capitulum.

Sepulto Domino dispersisq; discipulis, fides vniuersalis Ecclesiæ solũ in Domini matre manebat, ves. Post mortem filij, virgo cum Ioanne permanebat, Resp. Parata semper ad carcerem & ad mortem. Ad nunc dimit. Anima. Passionis gladius virgo carens crimine, tuam pertransiuit animam, omni cum grauamine, quod promisit Symeon plenus sacro flumine, cum in templo dixit. Nunc dimittis domine. Oratio.

Propter singultus & suspiria, indicibiliaque lamẽta, quibus affligebatur intima tua virgo gloriosissima, quando filium tuum vnigenitum animę tuæ solatium tibi sublatum atq; sepultũ videbas, ad nos exules filios Euæ ad te clamantes & suspirantes in hac valle lachrymarum, illos tuos misericordes oculos conuerte, & Iesum benedictum fructum vẽtris tui nobis post hoc exilium ostende, tuisque suffragantibus meritis, ecclesiasticis fac sacramentis muniri, & fine beato consummari, & ęterno iudici tandem misericorditer præsentari. Pręstante eodem Domino nostro Iesu Christo filio tuo qui cum patre & Spiritusancto viuit, &c.

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS.

CARMINA SVPER

Cant. Salue Regina.

Salue.


Alue virgo virginum stella matutina.
Sordidorũ criminum vera medicina,
Consolatrix hominum qui sunt in ruina:
O vere peccaminum vere draconina.

Regina.

Regina regnantium virgo puellaris,
Peperisti filium mater singularis,
Sacratum pallacium Dei conuocaris,
Diuinum auxilium nobis largiaris.

Misericordiæ.

Fons misericordiæ dici meruisti,
Atque mater gratiæ, quæ concepisti,
Summum regem gloriæ, quem post peperisti,
Largitorem veniæ mundo contulisti.

Vita.

Vita, via, veritas est de terra nata,
Et tua virginitas restat illibata,
Nam tua humilitas fuit operata,
Quod in te diuinitas esset incarnata.

Dulcedo.

Dulcedo dulcedinis fructus benedictus,
Ventris tui virginis agnus Dei dictus,
Cuius vnda sanguinis homo derelictus,
Lotus labe criminis est, & Dæmon victus.

Et spes nostra.

Et spes nostra solida es virgo Maria,
Virga Iesse florida vt in Isaia
Rore cœli madida dicit prophetia,
Pulchra vt nix candida mater Dei pia.

Salue.

Salue lux fidelium fulgens vt aurora,
Quæ es supra lilium pulchra & decora,
Omne quod est noxium tolle sine mora.
Et Dei auxilium pro nobis implora.

Ad te.

Ad te clamamus miſeri multum deſolati.
Nobis aures aperi pectoris ſacrati.
Vt a fauce miſeri per te liberati,
Conſequamur liberi viam tui nati.

Clamamus.

Clamamus deuotius ad te ſuſpirantes:
Et affectuoſius te pie precantes.
Dele quod interius male cogitantes
Geſſimus, exterius opere peccantes.

Exules.

Exules exilio omnes ſumus dati,
Pro parentum vitio gloria priuati.
Paradiſi gaudio et exorbitati.
Tuo beneficio ſumus reparati.

Filij.

Filij ſuſpirijs prodere coguntur,
Mundi pro miſeria per quam inuoluuntur.
Ad damnata vitia ſæpe dilabuntur.
Sed miſericordia tua fulciuntur.

Euæ.

Euæ lapſus intulit damnum deſperatum.
Et a nobis abſtulit gaudium beatum.
Et poſt Euam contulit virgini incarnatum.
Quando mortem ſuſtulit, diluit peccatum.

Ad te.

Ad te clamant iugiter omnes ſuſpirantes.
Et in te fideliter omnes ſuſpirantes.
Iuuamen humiliter tuum implorantes,
Quos miſericorditer audias clamantes.

Suſpiramus.

Suſpiramus fletibus noſtris pro peccatis.
Et multis gemitibus per nos perpetratis.
Sed in te confidimus mater pietatis.
Vere pœnitentibus veniam da gratis.

Gementes.

Gementes recolimus mala retroacta.
Quæ inique geſſimus mente non coacta.
Sed in te confidimus Maria intacta.
Vt a te quæ petimus, ſint in nobis facta.

Et flentes.

Et flentes doloribus mente verecunda,
Lumen noſtris cordibus infunde facunda:
Vitiorum ſordibus benigne tu munda,
Iunge nos cœleſtibus Maria iucunda.

In hac valle.

In hac valle miſera multum tenebroſa,
Hominum ſunt genera multum fœdoſa,
Nam eorum opera ſunt contagioſa,
Propter facta ſcelera & opprobrioſa.

Lachrymarum.

Lachrymarum cumuli non proſunt vel aquæ:
Cum ſenes & paruuli & plebs vnaquaque.
Timeant quod æmuli quærunt circunquaque,
Et fratres huius ſæculi trahunt vſquequaque.

Eia ergo.

Eia ergo digne ad te noſtras mentes,
Atque lapſus erige: conforta trementes,
Et errantes corrige te pie quærentes,
Miſeros nos dirige in te confidentes.

Aduocata.

Aduocata libera; coram ſaluatore:
Poſtulare propera conſuetoq; more,
Et pro gente miſera benigno fauore.
Natum tuum mitiga materno amore.

Noſtra.

Noſtra ſpes fidelium ſemper fuit talis,
Eſt & erit, omnium mater virginalis,
Vt nobis præſidium ciuitas regalis,
Sit atque remedium pulſis procul malis.

Illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte.
Illos pios oculos & miſericordes
Conuerte ad famulos in bono diſcordes:
Et ad malum ſedulos fortius concordes,
Noſtræ carnis ſtimulos deleas & ſordes.

Et Ieſum benedictum fructum.

Et Ieſum vnigenitum fructum benedictum.
Monſtra nobis inclytum pium & non fictum:
Per quem genus perditum a Deo in æuum victum,
Datum in interitum reuixit inuictum.

Ventris tui.

Ventris tui viſcera Ieſum portauerunt,
Et beata vbera ipſum lactauerunt,
Cui Iudæi vulnera dira intulerunt,
Et ipſum poſt verbera cruci tradiderunt.

Nobis poſt hoc exilium oſtende.

Nobis poſt hoc exilium benignum oſtende.
Ieſum tuum filium, & nobis impende:
Verum patrocinium, & maternum extende,
Et cum ad iudicium venimus defende.

O clemens.

O clemens clementia ſummę bonitatis,
Adonay filia flos virginitatis,
Damnatorum venia mater pietatis.
Virginum lætitia, ſtola charitatis.

O pia.

O pia piiſſima Regina cęlorum,
Omnium digna ditiſſima Dei ſęculorum,
Virgo prudentiſſima gemma confeſſorum,
Atq; iucundiſſima laus Apoſtolorum

O dulcis.

O dulcis dulciſſima, ſuper fauo, melle,
Columba caſtiſſima, carens omni felle,
Mater benigniſſima, iuxta noſtrum velle,
Cuncta fœtidiſſima a nobis repelle.

Maria.

Maria eximia, natum deprecare,
Vt quicunque omnia hæc vult recitare,
In tui memoria, & te collaudare,
Dignetur in gloria ſua collocare.

SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS,

In Sacra Miſſæ myſterium expoſitio.

CHRESTVS aſſiſtens Pontifex. Apoſtolus ad Hebre. dicit illa verba de Dño Ieſu & vero Pontifice. Iſte nanque pontifex tantæ dignitatis eſt, quod et pontifices, & ſacerdotes noſtri in omnibus quæ in miſſa faciunt ipſum repreſentant. Vnde vt cum maiori reuerentia & deuotione, ſacroſancta miſſarũ ſolennia audire velis. Quid miſſa ſignificet & quomodo Chriſtum tam miſſa quã ſacerdos repręſentet, compendioſe dicere volo. Sciendum igitur, quòd ſacerdos primo capiti amictum ſuper ponit quod humerale dicitur, quod vſque ad humeros deſcendit, & inter conſecratas veſtes cõputatur, poſtea albã inducit, & cingulo ſe cingit, poſtea manipulũ in leua manu ſumit, poſtea ſtolam longam collo ſuperponit, & eam cancellatam in pectore ad modum Crucis iuxta vtrunque latus cingulotenus ligamentis applicat, poſtea caſulam induit, & ſic ad altare procedit. Si quis ex his indumentis per obliuionem aliquid omitteret, grauiter peccaret. Quid autem hæc ſignificent, breuiter

Ad Hebr.

Cuiuſuis ornament omiſſio in miſſæ cel bratione peccatum eſt.

Indumeto breuiter videamus. Humerale caput cooperiens signat
rũ sacerdo quod Christus qui est caput Ecclesiæ diuinitatem in
tis signifi- humanitate abscondit. Alba munda & longa magnam
catio. Christi munditiam significat, quia Petrus dicit, ꝙ Chri
1.Petr.2. stus peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore
eius. Hanc munditiam Christus in baptismo nobis tri-
buit. Linea enim alba per aquam dealbatur, & Ecclesia
per baptismum Christi candidatur. Cingulus designat
virginitatem Christi, & suę castissimę matris quam nos
Luc. 12. habere docuit dicens. Sint lumbi vestri pręcincti, &c.
Manipulus in leua est humilitas Christi in hac vita, vel
manipulus in leua designat pugnam Christi pro iusti-
tia, ipsa enim pro iustitia pugnauit, mundum superauit,
& Diaboli potestatem deiecit, idcirco manipulus in le-
Matth.5. ua clypeum vel pugnam pro iustitia designat. Ad hanc
nos hortatur Christus dicens. Beati qui persecutionem
patiuntur propter iustitiam, &c. Stola longa supra col-
lum ante cor, & vsq; ad pedes dependens signat obediẽ
tiam Christi & voluntariam seruitutem pro nobis. Ip-
se enim pro salute nostra factus est patri obediens vsq;
ad mortem, mortem autem crucis, & hoc designat can
Phil. 2. cellata stola in pectore ad modum crucis. Designat e-
tiam crux in pectore passionem Christi, quam circun-
ferre peruigili meditatione debemus, vna cum sacerdo
te in corde & corpore per mortificationem terrenæ de
lectationis. Designat etiam crux ante pectus sacerdotis
cancellata, populum Iudaicum in sinistram partẽ tran-
sire, qui Christũ occidit, & in ipsum credere noluit. Po-
Genes.48. pulus autem gentilis in Christum credidit, & se in dex-
teram partem per fidẽ collocauit, quod expressum est
in Genesi, quando Iacob nepotibus suis, videlicet Ma-
nasse, & Effraim benedicens cancellatis manibus, dex-
teram supra iuniorem, scilicet Effraim, leuam vero su-
Hier.23. pra seniorem, scilicet Manassem posuit & ait. Benedi-
cat De' pueris illis. Casula, id est, parua casa vel domus,
signat cœlum & terram, quę Christus sua maiestate im
plet, sicut ipse dicit per Prophetam. Cęlum & terram e-
go impleo. Casula etiam designat charitatem qua dilige
re debemus amicos in Deo, & inimicos propter Deum
sicut Christus nos docuit verbo, & exemplo, per ante-
riorem partem casulæ designantur amici, per posterio-
Matt.5. rem inimici. Vnde Christus dixit in S. Matth. Diligite
inimicos vestros, &c. Dicitur autem missa a mittendo,
† Hęc Ety & repræsentat legationẽ inter homines, & Deũ, † Deus
mologia vt enim mittit filium suum Christum in altari, & iterum
cũque fer- mittit Ecclesia fidelis eundem Christum ad patrem vt
ri põt, ve- pro peccatoribus intercedat. Item ante inceptionẽ mis-
rumtamẽ sæ sacerdos dicit confessionem, quia licet sit nuntius &
eius verbi legatus fidelium, tamen se scire debet peccatorem esse,
propria si- accusans se de peccatis suis, sicut scriptum est, Iustus in
gnificatio principio accusator est sui. Signat etiam confessio ante
ex Hębrai missam, quod Christus ꝓ peccatis nostris mortuus est,
ca lingua iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo patri, & ipse
sumi põt Christus in persona peccatorum dicit in Psalm. Longe
in qua idẽ a salute mea verba delictorum meorum, quasi dicat,
valet, qđ peccata populi mei non permittunt me viuere, sed o-
mun', vel portet vt pro peccatorib. moriar, & sic eos patri meo re
oblatio. le conciliando offeram. Item post confessionem sacerdos
giturque accedens ad altare illud osculatur, signans per incarna-
Deut. 16. tionem, & passionem Christi salutem et pacem Iudęis
Hebraice & gentibus ad finem Christi cõuersis esse nuntiatam.
Missahnid In dextro enim cornu altaris Iudæi, in sinistro verò gẽ
bath.i. ob tiles designati sunt. Vnde & missa in dextero cornu in-
lationem choatur, quia ex stirpe Iudæorum Christus humanita
spõtaneã. tem assumpsit. Beata enim virgo Maria de Regia stir-
Prou. 18. pe Dauid originem duxit, quæ de Spiritu sancto Chri-
1. Pet. 3. stum Dominum nostrum concepit. Tandem chorus
Psal.21. vel sacerdos introitum missæ incipit, quem omnes astã
tes clerici concorditer cantare debent. Chorus nanque

gręce concordia dr latine. Quod aũt introitus bis canta
tur per hoc desiderium antiquorum patrũ designatur,
in quorũ persona Es. dixit de incarnatione Christi quã Esa.64.
Prophetæ, & Patriarchæ desiderabant. Vtinam disrum
peres cęlos & descẽderes, quorum tandem audiens cla Psal.11.
morem dñs venit in mundum, sicut ipse per Psal. dicit.
Propter miseriam inopum, & gentium pauperum nunc
exurgam dicit dñs. Item ꝙ introitus bis cantatur desi-
gnat, ꝙ qui venturus erat, Deus & homo in vna perso
na existeret. Item ꝙ introitus bis cantatur, & in medio
Sancta Trinitas per gloria Patri collaudatur, signat ꝙ
Christus de virgine natus introiuit in hunc mundum
& fidem Trinitatis nobis insinuans, iterum ascendendo
introiuit in cęlum, quem multi sanctorum imitati sũt,
qui licet hunc mundum per natiuitatem & per propa-
gationem carnis introierunt, & carnaliter de parentib.
nati sunt, tamen per fidem Sanctæ Trinitatis in bapti-
smo, vel effusionẽ sanguinis pro Christo sunt renati, &
sic Angelicis choris associati, vnde et Kyrie eleison, no
uies decantatur, quia dragma decima. s. humana natura
quæ perdita erat, inter nouem choros Angelorum per
incarnationem Christi instauretur, et quia sancti Ange
li de hac instauratione gratulantur, hymnus Angelo-
rum. s. Gloria in excelsis Deo, quem ipsi in natiuitate
Christi cantauerunt, per sacerdotem lætanter inchoa-
tur, hoc signans, ꝙ Chřs propter humani generis re-
staurationem, incarnari dignatus est. Quæ aũt in hoc Angelicũ
hymno sequuntur. s. laudamus te vsque ad finem, B. Te Hymnum
lesphorus Papa post sanctũ Apostolum Petrum nume quisnã au
ro octauus, apposuisse dicitur, licet quidã sanctum Hi- xerit.
larium Episcopum Pictauiensem, et doctorem præci
puum hæc apposuisse contendant. Vnde sciendum ꝙ
cum Kyrie eleison cantamus, Dñi Dei nostri misericor
diã ꝓuocamus, et vt nostri misereatur inuocamus. Ky
rie eleison interpretatur, Dñe miserere, vnde referũtur
ad personas diuinas. s. Deus pater miserere. Christe ele.
Dñe Iesu Christe filij Dauid miserere. Kyrie eleis. Dñe
Spiritus sancte miserere, Ymas. n. latine signat nobis, qua
si dicat Ecclesia catholica. Sancte pater qui filium tuũ
misisti, vt ex virgine Maria nasceretur, miserere nobis,
vt nouem choris Angelorum associemur, Christe fili
Dei viui q de virgine Maria nasci dignatus es, miserere
nobis. Sancte spiritus qui Mariam Virginem, tua gra-
tia implesti, quando Christum concepit, miserere no-
bis. Sic autem trinitatem per Kyrie ele. et Christe ele.
inuocamus, et Gloria in excelsis subiungimus, vt osten
damus, nos eundem Deum colere in terris, quem Ange Oratio,
li venerantur in cęlis. Post hoc sequitur Oratio, quę col qua colle-
lecta dicitur, eo ꝙ omnes astantes missæ, se debeant de- cta nuncu
uote colligere, et cum sacerdote fideliter orare. Et huic patur.
orationi præmittitur salutatio, scilicet Dominus vobis-
cum, et hæc salutatio pertinet ad simplicem sacerdotẽ,
Episcopi autem qui sunt vicarij Christi, salutare solent
populum ea salutatione qua Christus salutauit suos di
scipulos, id est, pax vobis, quasi dicat, si digne sacris my Ioan. 20.
sterijs interesse velitis, sitis filij pacis. De salutatione mi
norum sacerdotum, scilicet Dominus vobiscum, et re-
sponsione populi, et cum spiritu tuo sicut dicit B. Hier.
cum spiritu hominis optat spiritus Dei esse, quia in spi-
tu rationali creatus est homo ad imaginem et similitudi
nem Dei. Hortatur autem omnes circunstantes, vt
secum orent dicentes. Oremus. Iam omnem vani-
tatem postponamus, detractiones, et susurrationes
malas in Ecclesia abijciamus, et deuotioni diligentissi-
me intendamus, et orationi sacerdotis in missa, eo
quòd ipse sacerdos suam, et omnium circunstan-
tium orationem, et deuotionem sua supplicatio-
ne colligat et ad Deum preces fundat, quam cum
concluserit petit, vt exaudiri mereatur a patre, per

Dominum nostrum Iesum Christum. Vnde si exaudiri volumus, Dominum ad nos clamantem audiamus in Epistola, & eius præcepta impleamus inquantum possumus. Epistola enim interdum ex veteri, interdum ex nouo testamento sumitur, quia vetus testamentum & nouum de domino & eius præceptis loquuntur.

Epistola vnde dicat.

2. Petr. 1.

Dicitur autem epistola ab epi. quod est supra, & stola missio, quasi de supremis missa. Spiritu enim sancto inspirati Prophetæ, & Apostoli locuti sunt omnes.

Duę lectiones quæ leguntur in quatuor temporib. qd significent.

Sciendũ, quod in quartis ferijs quatuor temporum legũtur duæ lectiones, s. prophetia, & Epistola. In quibus designatur, quod omnes clerici qui ordinandi sunt, & inuestiendi sacris ordinibus in sequenti sabbato, eruditi debent esse in veteri, & in nouo testamento. Vel in duobus lectionibus designatur, quòd in corpore & anima mundi debent esse. Ab hac enim quarta feria vsque sabbatum clerici antiquitus examinabantur, & in sabbato ordinandi Episcopo præsentabãtur. In quo sabbato quinque lectiones leguntur, ad designandum quod omnes qui illo die ordines consequuntur, illuminatos debent habere sensus, vt populum sibi commissum eo melius regere valeant.

Matth. 15

Nam si cæcus cæcum ducit, &c. Debent ergo in mandatis domini perseuerare fideliter, quæ eis in lectionibus, & epistolis frequentius reiterantur, & ire de virtute in virtutem, quod Graduale designat.

Graduale vnde dicatur.

Matth. 19.

Dicitur enim a gradiendo. Vnde Dominus cuidam dixit. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Graduale autẽ in duobus versibus terminatur, quia in duobus præceptis charitatis, scilicet in dilectione Dei, & proximi vniuersa lex pendet & Prophetæ.

Alleluia quid significet.

Per charitatem autẽ merebimur gaudia regni cœlestis, quod in Alleluia designatur. In cœlo enim sancti Deum laudant, & Alleluia interpretatur laudate Deum. Gaudium autem sanctorum interminabile & ineffabile dicitur, quod pneuma post Alleluia dulce, & longum satis proprie declaratur. Solemus enim longam notam tonando post Alleluia super hanc literam A, prolixius decantare, quasi dicat Gaudium sanctorum in cœlis interminabile, & ineffabile est.

Tractus Merorem denotat.

Quod autem tempore mœroris tractum pro Alleluia cantamus, in hoc mœrorem, & tristitiam huius sæculi designamus. Sequitur de sequentijs. Sequentiæ dicuntur a sequendo, quia antiquum cantum secutæ sunt. Fecit autem sequentias Natherus Abbas sancti Galli. Quidam autem monachi Grisei sequentias non cantant, quia ipsi antiquum vsum non sequuntur in cãtando.

Sequẽtias Natherus Abbas cõposuit, et alij alias addiderũt.

Multi etiam post Abbatem Natherum sequentias nouas fecerunt, sicut Hermanus contractus, qui fecit Aue præclara, & Sancti spiritus, & multi alij quorũ nomina longum esset dicere. Quod autem dicitur ante Euangelium, sequentia sancti Euangelij, id est, sequentia quæ legi debent, sunt secundum Matth. vel Ioan. dicta.

Euangelium quid.

Sequitur videre quare Euangelium in Aquilonari parte legatur, & quid per hoc insinuatur. Euangelium græce dicitur bonum nuncians, siue bonum nuntium latine.

Matth. 25

Et quid melius nuncians, quam quod filius missus a patre, dicit. Venite benedicti patris mei. Quod autem Euangelium contra Aquilonem legitur, hoc designat, quod Dominus Iesus, qui pro nobis incarnari dignatus est, luciferum, & omnes aereas potestates debellare venit.

Esaia. 14.

Ipse enim lucifer dixit. Ponam sedem meam ad Aquilonem, & similis ero altissimo. Cui dictum est.

Cant. 4.

Quomodo cecidisti, etc. Igitur Euangelium legendum est, vt Aquilo surgat, et auster veniat, quod est dicere, vt diabolus fugiat, et Spiritussanctus adueniat. Solet autem legens Euangelium populum salutare, & eis salutem Domini optare, quatenus corda circunstantium aperiantur ad audienda, et implenda verba sancti Euangelij. Et respondet populus. Gloria tibi Domine: qui nos ad tuam doctrinam vocare, et tuo sanguine redimere dignatus es. Signant autem se fideles signo sanctæ crucis in initio Euangelij, sicut et legens Euangelium, vt ad intelligenda verba sancti Euangelij ab inanib. cogitationib. mundentur, et a Domino audiri mereãtur, quod discipuli a Domino meruerunt audiri. Iam vos mundi estis, propter sermonem quem locutus sum vobis.

Ioan. 15.

Ad euang. standũ est.

Debent etiam verba sancti Euangelij stando et denudato capite ab omnibus, et sine baculo vel reclinatorio cum reuerentia et tremore audire, quia Dominus nudam, et apertam veritatem in Euangelio predicauit. Vnde male faciunt, qui eo tempore genua flectunt, vel in oratione procumbunt. Dominus enim Iesus Christus dulcissima verba & melliflua prædicauit, quæ etiam ab extraneis commendata sunt. Vnde legitur in Euangelio Ioan. Quod quidam eius verba audientes dixerunt. Nũquam locutus est homo, sicut hic homo loquitur, et mirabantur de his quæ procedebant de ore Dei.

Ioan. 7.

Luc. 4.

De mirabilibus autem, et de signis, quæ in Euangelijs leguntur, statim lecto Euangelio laicis aliquid esset dicendum. Post hoc sequitur. Credo in vnum Deũ, quia omnia quæ Christus prædicauit, et Euangelistæ scripserunt, firmiter credere debemus. Hanc fidem catholicam græci Symbolum vocant.

Symbolũ triplex.

Est autem triplex symbolum a sanctis patribus æditum. Primum videlicet Credo in Deum, quod ad horas solet dici. Hoc symbolum sanctissimi Christi Apo. per singulas particulas composuerũt, et hanc fidem Ap. per totum orbẽ diuulgauerunt. Sed sciendum, quod huic fidei catholicæ hæretici fortissime restiterunt impugnantes eam. Sanctissimi autẽ Episcopi 318. inter quos B. Nico. dicitur fuisse in concilio Niceno habito post tempora Apostolorũ an. 320. hanc fidem catol. ab Apo. editam diligentissime elucidare curauerũt, et symbolum hoc scilicet Credo in vnum Deũ, quod in missa canitur, ediderunt, et in missa cantari statuerunt, quod statutum in concilio Constantinopol. a multis sanctis Episcopis, inter quos dicitur fuisse B. Aug. valde approbatum et firmatũ est. Tertium symbolũ quod ad horam primam dicitur. s. Quicunque vult, B. Athanasius Alexãdrinus Episcopus dinoscitur edidisse. Et hæc dicta de symbolis sufficiant.

Offertorium vnde dicatur.

Sequitur videre de offertorio. Dicitur autem offertorium ab offerendo, eo quòd populus oblationes ad altare deferens, deuotum et fidelem se esse Deo ostendat. Nam sicut sacerdotes solent gaudere si multi, ad offerendum veniant. Sic Apostoli gaudebant, quando multi populi se Deo offerebant, et fidei Catholicæ obediebant, sicut in actib. Apostolorum legitur. Solet autẽ sacerdos ante offertorium populum per Dominus vobiscum salutare, et ad orandum per Oremus inuitare, quia ordo conueniens est, vt post prædicationem Euãgelij iam lecti, sequatur in corde laus, in ore fructus, in opere fides. Præterea & offerenda dicitur, quia Domino sacrificium laudis offertur. Sacerdos. n. acceptis oblationib. a populis calicem præparatum vino et aqua, et hostia a ministris, post hoc liber canonis et præfationis ad sinistram partem defertur, iuxta quam partem et Euãgelium legi solet, sicut superius dictum est, quia gentes doctrinam Christi et Apostolorum quæ in sinistro cornu altaris figuratæ sunt a Iudæis, et deuotius quam Iudæi susceperunt. Iudæi enim exceptis paucis doctrinam Christi repulerunt, et Apostolos de Iudæa eiecerunt. Ita vt ipsi dicerent Iudæis. Vobis quidem verbum salutis missum est, sed quoniam repulistis illud, et indignos vos iudicastis et æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes, vnde si vnũ lumen tantum ad Missam habeatur ante euangelium, ad sinistram partem altaris ponendum est, quia cereus fidem signat, quia in Christum credimus nos qui ex gentibus venimus. His itaque peractis calix cum patena adaptatur, in

Act. 13.

quo

Altare, calix Patena corporale rotunditas hostiæ qd significet.

quo vinum cum aqua lymphatur, & cum oblata adhibita super altare eleuatur. Sciendum quod altare quadrāgulum designat crucem Christi quadratam. Calix sepulchrum Domini. Patena lapidem superpositum. Corporale syndonem mundam, in qua inuolutum est corpus Domini. Rotunditas hostiæ Trinitatem, & æternitatem Dei. Rotunditas enim fine caret & initio. Aeternitas etiam caret initio, & fine non clauditur, qđ in fine collectarum quando per omnia sæcula dicitur, declaratur. Altare quando ab Episcopo consecratur, in quatuor cornibus ad modum crucis oleo perungitur. Et Ecclesia sanguine Christi similiter est peruncta. Vnde cantatur de crucis stipite, quem sacer cruor perunxit, &c. Item altare pannis albis & mundis cooperitur, & crux Christi humanitate eius in ea pendente decoratur. Item in altari sanctorum reliquiæ absconduntur, & in cruce Domini maxima mysteria reperiuntur, videlicet longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. Quod autem in calice aqua admiscetur vino nūc dicendum est. Debet enim in modica quantitate vino admisceri, videlicet vt aqua omnino absorbeatur a vino. Si enim quod absit, multitudo aquæ in calice misceretur, ita vt aqua vinum vinceret, & eius saporem tolleret, sacerdos sanguinem Christi non consecraret, & negligentiam magnam committeret. Aqua enim designat populum. Vinum Christi Deitatem, quando aūt aqua admiscetur, populus Christo adunatur, vnde valde timendum est ne aqua omittatur, & cauendum ne populus a Christo separetur. Hostia autem iuxta calicem locatur, quia Christus pro Ecclesia immolatur.

Mixtio aquæ cum vino quid indicet.

Hostia etiam de multis granis conficitur, & cum aqua adunatur, similiter, & vinum ex multis racemis liquatur, per quæ datur intelligi, ꝙ Christus cum multis membris per aquæ baptismum sibi coniunctis, vnum corpus efficitur. Vnde dicit Apostolus super hoc verbo. Et erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnū est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. In festis autem præcipuis, calix, & hostia, simul & altare cum thuribulo incensantur. Per quod signatur, quod fidelis populus vna cum sacerdote orationes singulas, vel speciales ad Sanctos facere debent, quorum solennitatem specialiter peragunt. Sacerdotes enim in solennitatibus collectas, præfationes, communicantes in canone mutare solent, sic & populi circunstantes speciales orationes Deo, & sanctis mittere debent. De his dicitur in persona Ecclesiæ. Dirigatur oratio mea, &c. Deinde præparato calice, & thurificato, sacerdos se humiliare solet in oratione, & inclinare postea ad populum se vertens, vt pro se oret silenter petit. Quid autem hoc significet, breuiter videamus. In Euangelio legitur, ꝙ ad prædicationem Christi multi cōuertebantur, ita vt Pharisæi dicerent. Ecce mundus totus post eum abijt, & propter resuscitationem Lazari collegerunt Pharisæi concilium, vt non solum Dominum Iesum Christū sed etiam Lazarum interficerent resuscitatum, propter quod quia Christi nondum aduenerat hora, scilicet vsque ad diem palmarū se occultabat, & secreto orabat, & docebat, quod silentium, & inclinatio post offertorium significat. Item post diem palmarum discipulos orare hortatur, scilicet ante parasceue ne intrent in tentationem, quod orare ante secretam sacerdotis ad populum se vertentis indicat. Secreta autem occultam orationem significat, in qua sudor sanguineus de corpore eius distillabat. Item Dominus noster Iudæis obiecit, quòd occiderunt prophetas, & ad se missos, cū monita sua spernerent, dixit ad eos. Dico vobis, non me videbitis a modo, donec dicatis, benedictus qui venit in nomine, &c. & sic ab eis recedens, vsque ad præfinitum tempus a patre se occultabat. In die autem palmarum vt dictum est, se eis humiliter offerebat in asino sedens, tunc adimpletum est quod dixerat. Nam pueri Hebræorum cum multa turba quæ conuenerat ad diem festum Paschæ clamabāt dicentes, benedictus qui venit. Et Osanna, &c. quæ omnia sacerdos in missa repræsentat, quando post secretam, per omnia secula alta voce decantat, & præfationem, & Sanctus vsq; ad Osanna in excelsis in Ecclesia pronunciat. Sciendum, quòd in præfatione tangitur prærogatiua non paruipēdenda. Ecclesia enim militans in terris, petit admitti voces suas cum spiritib. & virtutibus Angelicis in cœlis. Quod vtique fit, si iuxta admonitionem sacerdotis corda sursum habemus ad Dominum, non ad terrenum desiderium, quia sine dubio ima summis coniūguntur, scriptum est enim. Vbi fuerit corpus illic congregabuntur aquilæ, id est Angeli. Cum quibus nostras voces cum spiritibus & virtutibus Angelicis, in cœlis admitti petimus sine fine dicentes ter Sanctus, qui trinus & vnus est Deus, & ideo tribus vicibus Sanctus cantamus, quia Deum potentem in cœlo, in inferno & in terra pronunciamus, ita vt in nomine Domini omne genu flectatur, &cæt. vel ideo ter Sanctus cantamus, quasi dicat. Omnipotens Deus Sanctus es, fideles tuos in terra protegens. Sanctus es Angelos in cœlis, & omnes sanctos inenarrabili gaudio replens, & hi exercitus tanguntur in hoc verbo Sabaoth, qđ interpretatur exercitus. Bñdictus ergo qui venit in nomine Dei patris, & pro salute nostra carnem assumere & crucem subire dignatus est. Osanna in excelsis. Osana interpretatur salua, & saluifica, quasi dicat Ecclesia. Qui potens es in excelsis, salua nos Christe existentes in terris. Quod autem Osanna bis cantatur, duplex stola vel gloria Sanctorum scilicet corporis & animæ per hoc insinuatur. Hic est notandum, quod in tribus linguis nominatissimis missa cantatur, scilicet hebrea, græca, & latina, per hoc intelligi datur quòd omnis lingua confitetur, quia Dominus Iesus est in gloria Dei patris. Hebræa sunt Sabaoth. Osanna, Amen, Alleluia, & his similia. Græca sunt chyriele. latina, Euangelia & Epistolæ, & cætera. Titulus etiam crucis hoc repræsentat, scilicet, Iesus Nazarenus Rex Iudæorum, qui græce hebraice & latine scriptus fuit. Item ante canonem sacerdos digitos lauat, per quod intelligi datur, quòd solummodo baptizati interesse debent consecrationi corporis Christi. Caueat autem sacerdos ne digitos lotas postquam eos lauit & extersit, de cætero disiungat, excepto quando facit signum crucis super sacrificium salutare, vel quando hostiam tangit. Non enim debet eisdem digitis quicquam nisi hostiam tangere, quousque eos in calice post sumptionem sacramenti lauet.

Ephes. 5.

Psal. 140.

Ioan. 13.

Ioan. 11.

Matth. 23

Matth. 21.

Matth. 24.

Sanct⁹ quare ter replicemus.

Osanna vox hebrea idem valet qđ salua obsecro, saluū fac nunc.

Phil. 2.

Ioan. 19.

Qūo seruādi mūdi digiti, quib⁹ Chri corpus cōtingimus.

Sequitur videre de canone missæ, quem diuersi sancti composuerunt. Sed quidam scolasticus Romanæ Ecclesiæ ad petitionem Apostolici, regulariter eum ordinauit. Nam fortissimam, & Sanctissimam distinctionē quam Chrs edidit in medio canonis, sicut cor hominis in medio posuit. Cor.n. hominis dr in medio corporis positum, sic & sacratissima verba cum quibus sacerdos corpus Christi, & sanguinem conficit in medio canonis reperiuntur, quasi Rege diuino in medio existente, & sancto exercitio circunstante. Multi enim sancti, s. Gelasius, Damasus, Gregorius, Leo, Sergius Papa & cæteri multi diuersas clausulas apposuerunt. Sed Apostoli solummodo hanc clausulam. Qui pridie, cum pr nr dixerunt, & sic missam cantauerunt. Canon.n. discrete & sub silentio legendus est. Discrete, vt verba canonis, nec nimis velociter syncopando, vel nimis ꝓtrahendo circunstantib. generet tædium. Vñ Ecclesia statuit, vt canon deuote, & sub silentio legat, qđ silētium humilitatē Chri in sua passione indicat, qa corā ꝓside stans, dijudicatus nihil dicebat, & sicut agnus coram

Sacri canonis missæ auctores.

Silentium Missæ, Christi humilitatem refert.

tondente,sic non aperuit os suum,Est aũt initium canonis. Te igitur clementissime pater. Vbi notandum est, ꝙ hæc coniunctio,igitur,ad præfationem & ad sanctus refertur,quæ ante canonem cantata sunt, quasi dicat sacerdos in persona Ecclesię.Quia admisisti omnipotens Deus,vt te cum sanctis Angelis laudaremus, & idem clamaremus.Ideo clementissime Pater te supplices rogamus ac petimus per Iesum,vti,id est , vt accepta habeas hæc dona,id est,benedicas. Sciendum aũt, quod diuina prouidentia factum est , vt canon ab hac litera T.inciperet,quæ sui forma signum crucis ostendit in figura.In plerisque sacramentarijs,id est, canonũ libris,imago crucifixi depingitur,vt non solum intellectus literę,verum & aspectus figuræ memoriam Dominicæ passionis inspiret. Litera nanque T.mysteriũ crucis insinuat,dicente Domino per prophetam.Signa Thau in frontibus virorum dolentium & gemẽtium, ne ab Angelo percutiantur. Et quòd in frontibus per confirmationem, & vnctionem Dominicæ passionis deuotissime teneamus. Vnde statutum est a Sanctis patribus,ne quisquam sacerdotum in aliquo altari missam celebraret,nisi ibi imago posita fuerit crucifixi.

Isa. 53. *Missæ canon, cur a litera T. exorditur.* *Ezech. 9.* *Corã crucifixi icona sacrificium peragatur.*

Quam sacerdos intuens,& brachia extensa in ea cernens pro populi delictis exorando,brachia sua ad eum extendere ad modum crucis nullatenus erubescat. Paulus nanque dicit. Mihi absit gloriari nisi in cruce,&c. Vnde quia de sancta cruce vel de signis crucis hic mentio habita est,pauca de mysterio crucis hic inserantur. Ipsa nanque crux est imperium super humerum saluatoris.O signum ineffabile,& sacramentorum vbertate refertum.Crux est lignum vitę in medio paradisi , quod quatuor Euãgeliorum flumina rigant. Crux est charitas,id est,cubitus in quibus consumata est arca , id est, Ecclesia.Crux est ara super quam Abraham immolauit Isaac filium,id est,pater cęlestis Dominum Iesum Christum. Crux est lignum, quod missum est in Marath,id est,in mundum,& dulcoratæ sunt aquæ legis,quia per crucem discimus inimicos diligere , quod vtique legi veteris testamenti contrarium est.Ipsa.n.dicit.Odio habebis inimicum tuum,& oculum pro oculo,dẽtem pro dente,Crux est virga cum qua petra percussa est,id est Christus,& egressa sunt flumina largissima sanguinis & aquæ,quibus animæ nostræ sanantur & lauantur.Crux est palus in quo erecto serpente æneo,id est Christo,omnes qui eum fideliter aspiciunt liberantur a morsibus serpentum ignitorum,i.Diabolorum,Crux est cythara in qua noster Dauid , id est, Christus psallebat,quando in ea pendebat,& malignorum spirituum impetus a Saule.i.ab humano genere refrenabat.Crux est duo ligna,quæ colligebat vidua Sareptana,i.Ecclesia,vt sibi & filio panem faceret,quia in cruce panis,id est,Christus Dñs decoctus est.Crux est lignum Elisei ad quod ferrum de profundo natauit,qa per lignum crucis de abysso mortis sumus extracti, & hoc ab Eliseo caluo habemus,id est, Christo in cruce denudato,vel in monte Caluariæ crucifixo.Crux est lignum,de quo dicunt Iudæi per Hieremiam prophetã. Venite mittamus lignum in panem eius,id est,Christũ in cruce interficiamus.Crux est palma quam Christus ascendit & fructus eius apprehendit, idest redemptionem nostram.Crux est clauis Dauid,quæ ianuam cœli aperuit & nos intromisit.Quod autem tres cruces supra calicem & hostiam per manus sacerdotis signãtur, quid significent videamus.Signant enim tres traditiones,quibus filius Dei traditus est in mortem. Traditus enim est filius a Deo patre,sicut dicit Aposto.Proprio filio suo non pepercit,sed pro nobis omnibus tradidit illum:hoc primum signum signat vbi dicitur, hæc dona. Item tradidit filius seipsum,de qua traditione dicit Isa. Tradidit in mortem animam suam,& cum sceleratis reputatus est.& hęc traditio signatur cum dicitur, hæc munera. Deus enim hoc munus valde libenter acceptat.Item christus traditus est a Iuda discipulo,& hoc in malo,de qua traditione dicit Matth.in Euang. Qui autem tradidit eum dedit eis signum,di.Quemcumque osculatus, &c.& hæc traditio significatur in hoc verbo,hæc sancta sacrificia illibata , quia.n.Christus sine peccato natus est,& sine peccato vixit , & innocenter occisus est , ideo eius mors sancta est, licet eum Iudas mala intentione tradiderit. Quia additur sacrificia illibata,id est,prius non immolata,ad hoc respicit,quia sacerdos nouum sacrificium in altari posuit quod adhuc consecrari debet,scilicet panem & vinum,vel illibata,idest intacta,vel immaculata, & sic refertur ad ipsum Christum,quem peccatum non tetigit nec fędauit,sicut dicit Apo.Qui peccatum non fecit , &c.Sequitur,in primis quę tibi offerrimus pro Ecclesia tua sãcta catholica. Vtile est valde pro Sacrosancta matre Ecclesia orare.Nam qui libenter pro ea orat,omnibus bonis eius particeps fit.Orat autem sacerdos cũ circunstantibus,& se petit exaudiri a patre , per Iesum idest propter Iesum Christum filium suum, vt dictum est,q.d.Si nos propter peccata nostra exaudiri non meremur,saltem propter filium tuum nos exaudire digneris,vt Ecclesiæ tuæ pacem tribuas , & eam custodias , quia nisi eam custodieris frustra vigilat , &c. & pacem non habebit. Digneris etiam eam adunare, quia omne regnum in se diuisum desolabitur,& si tu eam non rexeris,per multa schismata turbabitur . Sequitur. Vna cum famulo tuo Papa nostro.Hic est notandum, ꝙ in omni missa Apostolici memoria habenda est:quia hoc est in concilijs statutum.Debet autẽ sacerdos non nominare nomen Apostolici,sed per memoriam nominare.Sequitur.Et Antistite nostro.i.Episcopo. Sequitur. Et Rege nostro.s.Romanorũ,similiter cordetenus cogitabit.Ecce quam fideliter sacerdos coniunctus Deo in missa pro Ecclesia catholica,pro iudicio spirituali,et seculari orat. Sequitur.Et omnibus orthodoxis,atq; catholicæ & Apostolicæ fidei cultoribus.Ista clausula intelligitur de omnibus Cardinalibus,Primatib.Patriarchis,Archiepiscopis,Episcopis,Prælatis,& cæteris Ecclesię præpositis,vel sacerdotibus , & eorum subditis: pro quibus in missa orandum est:Sequitur . Memento Domine,&c. Hic attendendum est , ꝙ in hoc loco sacerdos tenetur orare pro omnib.qui ei aliqua beneficia impenderunt. Sequitur.Et omnium circunstantiũ. Ecce hic sacerdos orat pro circumstantibus & eos Deo recommẽdat,q.d.O Deus tu eorum fidem & deuotionem melius nosti quam ego , ergo corrige in eis quicquid corrigendum in eis inueneris . Sequitur,qui tibi offerũt,vsq; Deo viuo,q.d.sacerdos.Omnipotẽs Deus hoc sacrificium laudis offerunt tibi circunstantes,& ꝓ quib.orauimus,pro se suisq; omnib.vsq; Deo viuo & vero,& reddunt vota sua. Nota ꝙ patrem Domini nostri Iesu Christi vna cum Spiritusancto,Deum viuum, & verum appellamus,ad differentiam Deorum non viuorũ,nec verorum,sed idolorum,quibus gentes sacrificabant. Vnde Psal.Simulachra gentium argentum &c. & iterum.Os habent & non loquentur.& ideo qui nõ vident nec audiunt quõo alios exaudire possunt? minime.Sequitur.Communicantes,vsq; Iesu Christi . Hic extra vnitatem Ecclesiæ non est locus offerendi sacrificium,& ideo memoriæ sanctorum cõicamus, quatenus in cõione Sanctorum sacrificia offeramus,q.d.Ecclesia militãs in terris,& si nos propter peccata nostra nõ meremur exaudiri,cõione.i.cętu sanctorum.s. Beatæ Virginis & Apostolorum,Martyrum & Sanctorũ omniũ,exaudiri mereamur.Inuocamus enim illos, repellere eos non potes , & quia exauditione digni sunt & nos vna cum ipsis exaudire digneris . Quare autem

comme-

Gala. 6. *Sacræ crucis encomiũ,atque figuræ.* *Isai. 9.* *Gen. 2.* *Gen. 6.* *Gen. 22.* *Exod. 25.* *Exod. 22.* *Exod. 17.* *Num. 21.* *1.Reg.16.* *3.Reg.17.* *4.Reg.6.* *Hier. 11.* *Cant. 7.* *Apoc. 3.* *Trina crucis signatio quid mysterij habeat.* *Rom. 8.* *Isa. 53.* *Matt. 26.* *1.Pet.2.* *Psal. 126.* *Luc.11.* *Id D.Paulus.* *1. Tim. 2.* *Psal. 113.* *Ibid.*

Digitized by Google

commemoratio confessorum non fit in canone sicut martyrum, duplex est ratio. Primo quia martyr græce dicitur testis latine. Martyres autem sollummodo in canone positi sunt, quia testes passionis existunt, & pro Christo martyrium pertulerunt. Secũda ratio est, quia canon a beato Gelasio Papa vel a quodam scolastico (sicut dictum est) editus fuit antequam festa confessorũ celebrarentur. Potest.n. sacerdos missam cantare de confessore, sed oretenus non nominet eum in canone. Tandem subiungat, & omnium Sanctorum tuorũ, &c. qđ vbique sacerdos in canone facere potest. Et quoniam multæ filiæ.i. animæ Sanctorum congregauerunt diuitias sanctitatis, Beata virgo Maria supergressa est vniuersas. Ideo prima in canone ponitur. Sequitur, quorum meritis, &c. Sicut & Moyses orauit dicens. Meméto Domine Abrahã, Isaac & Iacob, quibus iurasti, &c. ac si dicat, facilius me exaudies, quia Sanctorum memoriam me facere iubes. Ecce quomodo in missa ima summis coniunguntur, & terrestres quodammodo efficiũtur celestes, quia militantes in terris, triumphantibus Sanctis in cęlis per orationem canonis vniuntur. Vnde sequitur. Hanc igitur oblationem, vsq; ibi. Diesque nostros in tua pace disponas. quæ beatus Greg. dicitur apposuisse, & vere verba satis plana sunt, ideo dimittãtur. Sequitur. Quam oblationem, etc. Hic vidẽdum est quare quinq; signa crucis fiant super calicem & hostiam. Sed sciendum est, ꝙ per diuersa & multiplicata signa, quæ in canone sunt, diuersa genera tormentorum, quæ pro nobis sustinuit Christus, designantur. Hæc igitur signa significant, ꝙ Christus in sensibus secundum carnem passus est, vt sensus nostros illuminaret. Passus est n. in visu, per velationem, in auditu per derisionem, in gustu, per fellis & aceti potationẽ, in odoratu, per fętentiũ corporũ quia passus est in loco Caluarię, corruptionẽ in tactu per clauorum confixionem. Item in tribus signis quæ in hoc loco communiter super calicem & hostiam fiũt, possunt designari tria genera hominũ, quib. Christus vẽditus est a Iuda. s. Sacerdotes, Scribę & Pharisæi. Isti enim Christum emerunt, & eum quasi maledictum & proscriptum tractauerunt. Sed Sacerdos cõtrario dicit Christum esse oblationẽ benedictam, quia benedictus fructus ventris Mariæ. Ascriptam, quia Iesus in scripturis vocibus prophetarum pręsignatus, assistit pro nobis faciei diuinæ. Ratam, quia regnum eius durat sine fine. Quod autem duæ cruces specialiter super calicem & hostiam fiunt, signat ꝙ Iudas venditor & quidam emptores qui ad fidem per pęnitentiam non redeunt, propter hoc corpus & animã perdiderunt. In hac autem clausula subsequitur. Rationabilem acceptabilem facere digneris, quasi sacerdos dicat. Iudæi in veteri testamento obtulerunt oblationem irrationabilẽ i. iumenta muta & ratione carentia. Sed tu sanctissime & clementissime pater facere digneris oblationem nostram rationabilem, vt apud te pro nobis rationem reddat. Acceptabilem quatenus tibi placeat, & nos tibi acceptabiles efficiat. Ita vt panis in altari positus fiat nobis corpus, quod corpora nostra viuificet, ne æternaliter moriamur, & vinum sanguis, qui animas nostras sãctificet, ne perpetue damnemur, & hoc dilecti filij tui Domini nostri Iesu Christi, qui. s. Christus corpus & animam saluare potest. Sequitur. Qui pridie quam pateretur, hoc est quinta feria ante parasceuem, accepit panem in sanctas, vsq; benedixit. Nota ꝙ in hoc loco signum crucis cum verbo sonat. Sciendũ autem ꝙ Sancta Trinitas in hoc loco, cum sacerdote panem, & vinũ mirabili & occulta, & ineffabili benedictione, his verbis prolatis, Hoc est corpus, &c. Hic est calix, &c. veraciter benedicit panem & vinum, in verum corpus & sãguinem Christi mutando. Sequitur. Simili modo. Postquam autẽ sacerdos hęc omnia peragit manus ad modum crucis ad vtraq; cornua altaris extendit, passionẽ Domini repręsentans, & nihilominus per hoc insinuãs, ꝙ Christus Dñs pro iudęis & gẽtibus passus est, qui in vtrisq; cornib. altaris designati sunt, vt dictum est, ita vt ipsi ad viam veritatis redeant & fidem catholicam imitentur. Nunc aũt videndum est, quare in missa sacerdos corpus Dñi cũ in altum leuat, et fidelib. astantibus ostẽdit. Corpus Dñi nr̃i Iesu Chr̃i, multis de causis eleuat̃ a sacerdote in missa. Quarũ prima & præcipua est ad gratiam Dei patris q̃ peccatis nostris perdimus, obtinendã. Solo.n. peccato offenditur & irritatur, sicut dicit Psal. Irritauerunt Deum adinuentionibus suis. Sacerdos igitur eleuat in altari corpus Christi. q. d. O pater cęlestis peccauimus, & te ad iracundiã prouocauimus. Sed nũc respice in faciem Christi filij tui, quem tibi præsentamus & te ab ira ad misericordiam prouocamus, ne ergo auertas faciem tuã a puero tuo. s. a filio suo, sed memento ꝙ dixeris de eodẽ filio tuo. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Corrige ergo in nobis misericorditer propter eum quicquid inueneris corrigendum, & conuerte nos ad te, & auerte iram tuam a nobis. Secũda causa quare eleuatur, est ad impetrandũ, & obtinendũ omne bonum, quo in præsenti vita & futura necessarij sumus. Bonum igitur quod in hac vita indigemꝰ est pax peccatoris, quam nemo nisi a peccato mortali solutus habere potest. Hęc est pax de qua Christus dixit discipulis. Pacem meam do vobis. Secundum bonum est charitas, & hæc virtus valet ad præsentem & ad futuram vitam. Charitas nanq; in hac vita hominem dirigit, & ad vitam æternam perducit. Vnde Ioan. dicit. Qui manet in charitate in Deo manet. Eleuat ergo sacerdos corpus Christi, quasi dicat circunstãtibus. Si obtinere vultis quod cupitis, pacem inter vos habete, & charitate mutua diligite, quia Christus per mortem suam nos Deo, & Angelis pacificauit, & per charitatem nobis ęterna gaudia comparauit. Tertio eleuatur corpus Christi, ad rememorãdum ius nostrũ, quod habemus in cęlo iam in spe, sed tandem habituri sumus in re. Ius nostrum quod in cęlo habemus, est vita æterna. Vnde Ioan. in suo Euang. ponit verba Christi sic dicentis. Ego veni in mundum vt omnes imitatores mei. s. vitam habeant in præsenti, & habeant abundantius in futuro. Vnde hoc ius nostrum scriptum est in priuilegio nostro. i. in Christo, & hoc stylo ferreo, quia lancea latus eius apertum est, & pedes & manus clauis confixæ. Vnde eleuat sacerdos corpus Christi in altari, quasi dicat. O vos Angelici spiritus, qui hic præsentes assistitis, testes sitis, ꝙ vita æterna nostri iuris est, & ad hoc confirmandum eleuamus priuilegium nostrum. i. Christũ pro nobis passum. Quarta ratio est, quia eleuatur corpus Christi ad ostendendam potentiam Dei. Magna. n. est potẽtia Dei, quia ad prolationem istorum verborũ. Hoc est corpus meũ, panis in corpus Christi transsubstantiatur, hæc est mutatio dexteræ excelsi, & transcendit omnẽ sensum. Eleuat ergo sacerdos corpus Christi, quasi dicat prius vidistis panem in altari, sed modo cõsecratione peracta, videte verũ corpus Christi. Si ergo Deus tam potenter potuit talem mutationem facere, potens est & nos mutare de culpa ad gratiã, & postmodum ad gloriam. Quinta ratio, quia eleuatur corpus ad declarandam sapientiam Dei. Mira. n. & inenarrabili sapientia se ostendit Christus nobis inuolutum, de qua inuolutione dicit nobis. Isa. Vere tu es Deus absconditus Deus Israel Saluator. Sciendum in hoc loco ꝙ Deꝰ & Dominus nr̃ Iesus Christus multis de causis in forma panis se abscondit. Nã si in altari sic appareret sicut est, vel sicut in cruce corpus eius distensum est, multi eum sumere terrerẽtur, & irent retrorsum, iuxta quod in euangelio dictum est. Multi enim discipulorũ nouorum Christianorum cum audissent, nisi mãducaueritis carnem

Exod. 32.

Hæc verba.

Hanc igitur, beatus Grego. apposuit.

Multis de causis corpus Christi in missa eleuatur.

Psal. 105.

Matt. 27.

Ioann. 14.

2. Ioan. 4.

Ioan. 10.

Luc. 22.

Isa. 45.

Vt quid Dominꝰ in sacramẽto sub speciebus lateat.

Ioan. 6.

Digitized by Google

carnem filij hominis, ex hoc territi abierūt retrorsum, & iam cum illo ambulabant. Putabāt.n. quod deberent eum per membra secando discerpere, & sic manducare, quod vtique humanę fragilitati fuisset horribile. Sed ipse in cœna corpus & sanguinem suum sub visibili specie velauit, & populis manducandum tradidit. Aliæ adhuc sunt rationes quare velatur, quas prætermitto. Sexto eleuatur corpus Christi in altari, ad ostendendam eius largitatem. Quę.n. maior largitas, quam vt homo manducet panem Angelorum. Eleuat ergo sacerdos corpus Christi in altari, q.d. O fideles Christi gaudete & aspicite. Hæc est enim cęlestis præbēda Angelorum, quam nobis transmisit largissimus Rex cęlorum, vt omni gratia & benedictione repleamini, & hoc tangitur ibi, vt quotquot ex hac altaris participatione, vsq; ibi, omni benedictione cęlesti & gratia repleamur. Sed ve illi, qui corpus Domini (hanc.s. sacratissimam præbendam) sumere non curat, & se ab eo alienat, de quo dicit Eliseus

4.Reg.7. propheta in lib. Reg. videbis & non gustabis. Multi nanq; vident corpus Chri, sed heu non gustāt, & se per peccata grauia ab eo alienant. Septimo eleuatur corpus Christi, ad ostendēdam bonitatē Christi. Quę.n. maior bonitas, quam q Christus dignatur captiuus esse in al-

Hier.26. tari? vnde ipse dicit in persona Hier. prophetę. Ecce ego in manib. vestris sum, quod bonū & rectum est in oculis vestris facite mihi. Nota, q dū aliquis dux pp suos captiuus tenetur, non dimittitur nisi det magnam pecuniam, sic nec nos Christum captiuum dimittere debemus, nisi remissionem peccatorum nobis tribuat, & regnum cœleste ab eo accipiamus. Eleuat ergo sacerdos corpus Christi in altari, quasi dicat. Ecce quem totus mundus capere non potest, captiuus noster est, ergo eū non dimittamus, nisi quod petimus prius obtineamus. Octauo eleuatur corpus Christi ad lętificandam Ecclesiam Sanctam per vexillum exercitus, vnde oēs qui sub vexillo illo militant, gaudium & fortitudinē accipiant.

Iob.7. In pugna enim & militia oēs sumus. Vnde Iob. Militia est vita hominis. Eleuat ergo sacerdos corpus Christi ī altari, quasi electis dicat. Nolite timere, secure pugnate. Ecce vexillum nostrum, quod propter nos in cruce rubicatum est & depictum. Ecce Dominus Iesus in medio nostri est. Nono eleuatur, ad Christum imitandum & sequendum. Vnde vt peccatores eum sequi velint, & non desperent de spe veniæ, Christus filius Dei patri latus præsentat, vt vulnerum cicatrices ostendat. Vnde Bern. Securum habemus ad Deum accessum, filius ostendit vulnera, mater vbera, &c. Eleuat ergo sacerdos corpus Christi, ac si peccatoribus & cæteris Christianis dicat. Ecce filius Dei qui pro nobis extensus, & eleuatus est in patibulo crucis, sequimini eum, vt saltem

2. Pet. 1. aliquid pro eo patiamini, quia tāta p nobis passus est. Vnde Petrus in Epistola. Christus p nobis passus est, ergo a nobis compatiendum est ei, ita vt passionis eius

Quinque signationes, quinque vulnera Christi signant.

beneficium nunquam obliuiscamur. Propter quod in canone subditur. Vnde & memores, vsq; beatæ passionis. In hoc loco recolitur memoria dominicę passionis, resurrectionis, & ascensionis. Nam p quinq; signa quæ hic fiūt, designant quinq; vulnera Christi.s. duo in manibus, duo in pedibus, & vnum in latere. Quòd aūt tria signa super calicem & hostiam cōiter fiunt. In hoc intelligi datur, quia passio Christi vulnerat charitatē. Resurrectio roborat fidem. Ascensio lætificat spem. Hæc in litera tanguntur qn dr, passionis, resurrectionis, & ascensionis. Duo autem signa sequentia, quæ super corpus Christi & sanguinem fiunt, designant iustorū corporis & animę immortalitatem. Sancti nāq; et iusti qui in vulnerib. Christi nidificant, efficiuntur puri siue immaculati, & vitam æternam possidentes, & salutem per perpetuam corporis & animæ consequentes. Nam & hæc in verbis canonis tanguntur, quę de Christo sic pronū-

ciantur. Hostiam puram, quoad primum. Hostiam sanctam, quoad secundum. Hostiam immaculatam, quoad tertium. Panem sanctum vitæ æternæ, quoad quartum, & calicem salutis perpetuæ, quoad quintum. Est enim Christus hostia pura, electos suos purificans, hostia sancta, dilectos suos sanctificans, hostia immaculata, maculas nostras purgans, panis vitæ æternæ, Angelos, & homines reficiens, & calice sui præclari sanguinis inebrians & profundēs. Sequitur. Supraq; propitio, vsq; immaculatam hostiā. Nota, quòd in hoc loco tres Sancti veteris testamenti nominantur, Abel, Abraham, Melchisedech, qui figuram passionis Christi, immo & cęnæ eius sanctissimæ proprie repręsentant. Abel.n. obtulit munera de primogenitis gregum, & Christus primogenitum obtulit in multis fratribus, agnum immaculatum Deo patri, de quo agno dixit Ioan. Baptista. Ecce agnus Dei, &c. Item Abel a fratre suo Cayn innocenter occiditur, & Christus a fratribus suis Iudæis, scilicet malis perimitur & necatur. Abrahā obediuit Deo ad immolandum filium, Christus factus est obediens patri vsq; ad mortem, & in manus patris tradidit spiritum. Melchisedech obtulit panem & vinum: Erat enim sacerdos Dei altissimi. Et Christus in altari sub specie panis & vini, corpus & sanguinem suum offert Deo patri pro nobis, ipsum nobis pacificans: Nam Melchisedech fuit Rex Salem.i. pacis, Christus autem dicitur In hoc loco Abel, ratione innocentiæ, Abraham, ratione obedientiæ, Melchisedech, ratione clementiæ & sanctitatis eximiæ. Vnde sequitur, sanctum sacrificium, immaculatā hostiā. Hęc verba Leo Papa canoni addidisse legitur. Supplices te rogamus in hoc loco inclinato sacerdotis signat inclinationem Chri, qn inclinato capite tradidit spiritum. Deberent ergo fideles in hoc loco cū sacerdote fidelissime se humiliare, & Deo animos suos per intima suspiria commendare. Nam in hac clausula quam Leo Papa magnus composuit, vsq; ad memento, tam profunda & imperscrutabilia posita sunt verba, ut de eis beatus Greg. quasi de re ineffabili penitus locutus sit, dicit.n. sic. Iube hæc perferri, &c. Quis fidelium dubium habere possit, in ipsa immolationis hora, ad sacerdotis vocem cęlos aperiri, Angelorum choros inter esse, ima summis sociari, terrena cęlestibus iungi, vnūq; ex visibilibus & inuisibilibus fieri. Item alibi. Vno eodemq; tempore ac momento & in cęlum rapitur ministerio Angelorum ad associandum corpus Chri, et ante oculos sacerdotis in altari vr. Hucusque Greg. magn'. Saluo tamen occulto cęlestis oraculi Ecclesiæ sacramento, possunt hęc verba simplicius intelligi. Iube hęc.i. vota fideliū, supplicationes, & preces perferri per manus sancti Angeli tui, &cęt. Si enim Tobio orante Angelus preces eius obtulit Deo, quanto magis quando Christus cum sacerdote orat, & preces & oblationes populi offeruntur in cęlom, immo ipse Christus magni cōsilij Angelus preces Ecclesiæ in missa Deo patri offert, & gratiam refert. Vnde Ambr. Non dubites (inquit) assistere Angelos quando Christus assistit immolatus. Sequitur. In sublime altare tuum. hoc intelligitur esse Sancta Trinitas de quo legitur. Non ascendens per gradus ad altare meum, quod est dicere; Aequalitatem Trinitatis crede, non descensionem, vel ascensionem sicut fit in gradu. Quidam hæretici putant patrem maiorem filio, & hi conantur ascēdere ad altare, sed repelluntur a filio qui dicit. Ego & pater vnum sumus. Quidam etiā hæretici de hoc altari conantur descendere, putātes spiritum sanctum minorem esse filio & patre, & hi reuerberantur a patre, & filio in sacra scriptura quæ dicit. Spiritus vbi vult spirat. Et Ioan. dicit spiritus est Deus, & idem dicitur in symbolo Athanasij. Qualis pater, talis filius, talis Spiritussanctus. In conspectu diuinæ maiestatis tuæ. Altare Sanctę Trinitatis, dicitur sublime

Triū Patriarcharum cur hic mētio fiat.
Gen. 4.
Ioan. 1.
Gen. 4.
Gen. 22.
Gen. 14.
Luc. 22.
Illa verba sanctum sacrificium immaculatam hostiā Leo. P. adiecit canoni.
Tob. 12.
Exod. 20.
Ioan. 3.
Ioan. 3.
Idem. 4.

Digitized by Google

ſublime.i.inacceſſibile puro homini, vel incomprehenſibile. Sed ſacrificium altaris ſcilicet hoſtia ſalutaris Dominus noſter Ieſus Chriſtus per mortem ad hoc altare coæternus patri introiuit ſemel æterna redemptione inuenta, ſicut dicit Apoſtolus, & apparuit vultui Dei pro nobis in conſpectu diuinæ maieſtatis ipſius patris. Vti, id eſt quatenus, vel vt qui ex hac altaris participatione o Sancte pater, ſacroſanctum filij tui corpus, & ſanguinem ſumpſerimus digni, ſicut decet communicãdo omni benedictione cœleſti & gratia repleamur per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. In his tribus ſignis intelligi datur, quòd neceſſe habemus, vt Dominus Deus diſtribuat corporibus noſtris caſtitatem, quod in primo ſigno intelligitur, vbi dicitur, & ſanguinem ſumpſerimus. Iuſtus.n.(vt Abacuc ait) ex fide viuit, & anima hominis in ſanguine eſt, ſicut dicit Moyſes. Item neceſſe habemus, vt Deus tribuat nobis cognitionem puram, quod in tertio ſigno intelligitur, quia ſacietenus ſuper caput & pectus imprimitur, vbi cogitationum ſedes eſt. Ergo ſi ſeruauerimus & amauerimus corporis caſtitatem, animarum puritatem, benedictione & gratia in cęlis merebimur repleri. Item inclinatio ſacerdotis in hoc loco inclinationem capitis Chriſti in morte ſignat vt dictum eſt. Inclinato.n.capite tradidit ſpiritum, & tale fecit teſtamentum, ſecundum Ambroſ. qui dicit, & auctor pietatis in cruce pendens in ſingularibus negocijs pietatis officia diuidebat, perſecutionẽ Apoſtolis, pacem diſcipulis, corpus Iudæis, patri ſpiritum, virgini paranymphum, latroni Paradiſum, Chriſtianis pęnitentibus crucem commendat. Ergo tollamus crucem eius, quod in duobus ſignis quæ ſuper corpus & ſanguinem fiunt intelligitur, quia per mortem eius a duplici morte.ſ.corporis & animæ liberamur. Si tamen confeſſionem eius in mente ſeruamus, quod in tertio ſigno exprimitur. Nam ſi compatimur & conregnabimus, ſicut dicit Paulus. Item in tribus ſignis quæ in hoc loco fiunt, quidam diuerſas paſſiones Chriſti intelligi volunt corporis, & per flagella diſſecationẽ, quoad primum, ſanguinis effuſionem quoad ſecundum, faciei velationem, quoad tertium. Vnde ſicut Chriſtus per paſſionem ſuam de hoc mundo tranſiturus, patri ſpiritum commendauit, ſic & nos ſpiritus fidelium defunctorum de hoc mundo per mortem migrantium, & in fide catholica decedentium, omnipotenti Deo commendamus, propter quod ſubditur. Memento Domine, &cæter. Attendendum eſt, quòd pia mater Eccleſia non ſolum pro viuis, ſed etiã pro defunctis in perſona ſacerdotis fideliter intercedit, certiſſime credẽs quod pretio ſus ſanguis Chriſti non ſolum pro viuis, ſed etiã pro mortuis ad redemptionem proſit & liberationem a pęnis illis duntaxat. Qui nos precesſerunt cum ſigno fidei.i.charitate. In quo fideles ab infidelibus diſcernuntur. De hac liberatione dicit propheta ad Chriſtum. Et tu in ſanguine teſtamenti tui, extraxiſti vinctos tuos de lacu in quo non erat aqua.ſ.de inferno ſuperiori. Non eſt autem orandum pro eis qui ſunt in inferno inferiori, quia ibi nulla eſt redemptio. & quos pro certo dãnatos ſcimus, quia vt dicit Aug. Si ſcirem patrem meum eſſe in inferno, vbi nulla eſt redemptio, nõ plus orarem pro eo quam pro diabolo. Orandũ eſt ergo pro fidelibus defunctis. Qui dormiunt in ſomno pacis.i.nulla hæreſi vel diſcordia, vel impęnitentia, ab vnitate Eccleſiæ ſegregati ſunt, licet forte aliqua cremabilia vel correctione digna, detulerint de hoc mundo. Et ſacerdos debet primo orare pro patre & matre, poſtea pro ſibi commiſſis, non tamen nominetenus ſicut ſupradictum eſt, ſed memoriter, &c. Sequitur. Omnibus in Chriſto quieſcentibus, &c. Illi enim mortui in Chriſto requieſcunt, qui in Chriſto moriuntur, ſicut in Apoc. legitur.

Heb. 9.
Abac. 2.
Leu. 17.
Ioan. 19.
Ro. 8.
Sacerdos in perſona eccleſiæ pro defunctis fidelibus orat qui in charitate receſſerunt.
Zach. 9.
Pro damnatis orandum non eſt.
Pro parentibus primo orandum eſt.
Apoc. 14.

Sequitur. Locũ refrigerij in quo Lazarus Euangelicus habitabat, lucis, ſcilicet Chriſtus qui eſt lux mundi. Ipſe enim eſt lumen viuentium. Vnde Pſal. Vt placeam coram Deo in lumine viuentium & pacis, de qua pace dixit Simeon. Nunc dimittis, vſque in pace, vt indulgeas per Chriſtum Dominum noſtrum. Qui enim indulgentiam, & miſericordiam quęrit, iudicem placat & vincit. Sequitur. Nobis quoque peccatorib. quaſi dicat ſicut dixit Ioã. Apoſtolus. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Et non eſt homo qui non peccet, licet infans vnius diei ſuper terram. Multi nanque ex miſericordia Dei ſine peccatis mortalibus viuere poſſunt, ſed ſine venialibus raro. Sequitur. De multitudine miſerationũ tuarum ſperantibus. Si enim latro in cruce pendens cõtritus, & confitens veniam meruit, quare non mereretur Chriſtianus miſericordiam, & veniam peccatorum, contritus & confeſſus? Vnde & vocis expreſſio, & cordis tunſio & manu dextera contritionem & cõfeſſionẽ latronis in cruce pendentis ad dexterum latus Chriſti deſignat. Ipſe enim contrito corde confeſſus eſt, & ſocio ſuo in ſiniſtro latere pendenti dixit. Nos quidem digna factis recipimus, &c. Et reſpõdit Dominus. Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo. Vnde ſequitur Partem aliquam & ſocietatem, &c. Ioan. Chryſ. dicit quod latro qui in cruce Deum confeſſus eſt, omnes ſanctos in regno præuenit. Nec mirum, ipſe enim Dominum in cęlo regnare cõfitebatur, qui ab Apoſtolo Petro in terra negabatur, per quod intelligi datur, quod feruenter pęnitens interdum tepidos Sanctos in regno præueniunt. Beata virgo & Apoſtoli adhuc in terra fuerunt. Sãctus Ioan. Baptiſta & alij Patriarchæ & Prophetæ adhuc in limbo detinebantur, quando dictum eſt latroni. Hodie mecum eris in Paradiſo.i. erit in gaudio, quia vbi Chriſtus eſt, ibi gaudium eſt, & Paradiſus & lux, & pax, & iucunditas. Ipſe enim Chriſtus eſt lux vera &c. Chriſtus etiam cęlum illuminat, ſicut de ſuperna Hieruſalẽ dicitur in Apoc. Ipſe enim agnus, id eſt, Chriſtus illuminat eam & Sanctis gaudium infundit. Vnde. Gaudent in cęlis animæ Sanctorum qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti, quia ſequuntur agnũ quocunq; ierit. De hac ſocietate in hoc loco dicitur. Societatem donare digneris cũ tuis Sanctis Apoſtolis, & Martyribus. Quidam dicunt hic intelligi Ioan. Baptiſtam. Expoſitores autem Ioannem Euangeliſtam. Licet enim in principio canonis ſit cum cæteris Apoſtolis, nominatur tamen hic, quia duplici priuilegio gaudet, ſcilicet, Apoſtolatus veſtigio & virginitatis. Amoris Chriſti priuilegio, merito ſecundum locum ſortitur in canone, & cum Stephano qui etiam virgo & martyr fuit. In veteri teſtamento Iacob Patriarcha dilexit Ioſeph plus cæteris filijs, eiq; duplicem hæreditatem tribuit quam tulit in arcu, & gladio de Amorræorum populo. Et Chriſtus huic diſcipulo & chariſſimo filio duplicem hęreditatem, & honorem tribuit vt ſupra. Notandum quod ſancta Fœlicitas vidua martyr in hoc loco canonis, ſanctis virginibus anteponitur & præfertur. Et licet hoc forte ratione antiquitatis ſit factum, ita vt priuilegio virginitatis non derogetur. Tamen ſecundum Aug. in hoc loco datur intelligi, quod ferrentes, & vere pęnitentes virgines tędioſas, & acedioſas exercitijs diuinis præire conantur. Vnde ſequitur. Intra quorum conſortium, &c. per Chriſtũ Dominum noſtrum. Qui enim veniam deſiderat, iram iudicis placat, & miſericordiam prouocat: propter quod quidam pęnitens dixit. Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. Virginitas autem ſi humilitatem cuſtodiat, & feruorem deuotionis habeat, magna meretur priuilegia & prærogatiuas gratiarum. Virginibus nãque, & martyrib. & pręedicatoribus fidei

Christianæ

Pſalm. 55.
Luc. 2.
1. Ioan. 1.
Sine mortalib. viuere poteſt homo ſine venialibus minime.
Luc. 23.
Apoc. 21.
Stephanus virgo fuit.
Gen. 37.

Christianæ aureola in cœlesti patria reseruatur. Hæc enim tria genera Sanctorum in hoc loco canonis inueniuntur. Intra quorum, vsque ad Christum Dominum nostrum, per quem scilicet Christum, hæc omnia scilicet pater celi bona creas. Licet enim Deus pater in principio, id est, in filio creauit cęlum & terram & omnem ornatum eorum, & cuncta quæ fecerat erant valde bona, tamen semper eadem bona creat renouando, quoad vinum & panem, quæ in altari offerri debent. Vnde non solum a sacerdote, sed etiam a Sancta Trinitate benedicuntur & consecrantur, & in corpus Christi & sanguinem transubstantiando viuificantur, sicut patet in verbis quæ sequuntur. Sanctificas, viuificas, benedicis. In his tribus signis notãtur tres dies, quibus Dominus erat in sepulchro, & requieuit ab omni opere suo quod patrarat. Nisi enim granum frumenti, id est, Christus Dominus noster cadens in terram, &cæt. sed quia granum mortuum est, & in terra sepultum, denuo reuixit & pullulauit, & fructum multum attulit in electis. Nã sepultura terram sanctificauit, a morte resurgens mortuos viuificauit, & benedicendo panem cœlestem viuis multiplicauit. Hæc in tribus verbis prædictis tanguntur, scilicet Sanctificas, quoad primum, viuificas, quoad secundum, benedicis, quoad tertium. Vnde sequitur Et præstas nobis. Subintelligitur sanctificationem, vt scilicet per corpus filij tui sanctificemur, hanc viuificationem, vt per sanguinem ipsius viuificemur, hanc benedictionem, vt ea digne sumendo a te benedicamur. Et ex hoc est tibi Deo patri omnipotenti, omnis honor & gloria in vnitate Spiritussancti. Sciendum quòd in hoc loco in tribus signis notantur tria, propter quæ Christus voluit tres esse dies suæ sepulturæ scilicet quæ sunt in cęlo restauraturus, & quæ in terra reparaturus, & quæ apud infetos redempturus. Vel in tribus signis huius loci intelligitur Sancta Trinitas, sicut patet in litera. In patre quidem notatur auctoritas. In filio ęqualitas. In Spiritusancto communitas. Quod autem in corpus Christi supra calicem in ipsa hora leuatur, & cum ipso calix signatur, per hoc intelligi datur, quòd mors a Christo superatur, vita reparatur, & gloria datur, de hoc patet in verbis canonis. Per ipsum, & cum ipso, & in ipso. Nota quòd in hoc loco missa correspondet omnibus horis canonicis, quia omnia quæ Christus passus est, in ea repræsentantur, & memorantur. Christus nanque in matutinis passus est traditionem, conspuitionem, alaparum cesiones, tandem a mortuis resurrexit. Hora prima coram Pilato derisiones, insultationes. Hora tertia, &cæ. sicut in patris sapientia plenius continetur. De istis septem horis dicit Psalm. Septies in die laudem dixi tibi, &cæt. Iste septenarius numerus signari potest in septem signis crucis quæ in hoc loco sunt cum dicitur. Sanctificas, viuificas, benedicis, per ipsum & cum ipso & in ipso, &cæt. Nam qui Deum deuote laudant, septem donis Spiritussancti replentur, & per patrẽ & filium sanctificãtur, viuificantur, & benedicuntur. Quod autem vltimum signum iuxta labium calicis fit cum dicitur. In vnitate Spiritussancti, designat quòd qui adhæret Deo vnus spiritus cum eo efficitur, sicut dicit Apostolus. equitur per omnia sęcula sec. quod alta voce pronunciatur, & corpus Domini super calicem, & cũ calice leuatur, per quod intelligi datur quòd tristitia Apostolorum de passione Domini ab eorum cordibus ipso reuiuiscente fugabatur, & gaudium resurrectionis annunciabatur. Sequitur. Oremus, vt sic adiuuante Domino a morte peccati resurgamus, & in eadem iterum non cadamus, quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, &c. & idcirco peccatum non dominetur nobis. Nam qui facit peccatum (teste Apostolo) seruus est peccati,

Virginib' martyrib. & prædicatoribus aureola reseruatur.

Ioan. 12.

Tribus diebus fuit Christus I sepulchro vt quæ in cęlo in terra in inferno erant restauraret.

Omnia q Christus passus est in 7. horis canonicis representãtur.

Psal. 118.

1. ad Cor.

Rom. 6.

fugiamus ergo tam horribilem Dominum, & ad misericordẽ Dominũ & pietatis & dulcedinis reuertamur. Nam & patri omnium non dedignatur appellari, quia pater misericordiarum, & Deus totius cõsolationis est, reuera enim vt Deum patrem nostrum nominare valeamus, diuina informati sumus institutione. Filius enim qui dicitur coæqualis patri hoc nos docuit, & sic frater noster instituit. Ipse namque est filius Dei per naturã, nos filij ipsius per gratiam. Ergo pater noster qui es in cęlis, &c. Petimus ergo patrem nostrum, & respondent clerici circunstantes. Amen. quod secundum Hieronymum, Hebræum est, & sonat, vt vere & fideliter fiat, quasi dicat Ecclesia astans sacerdoti in missa. O reuerẽde sacerdos, quicquid in hac oratione petisti & optasti, in te & in nobis veraciter & fideliter fiat & compleat. Sequitur. Libera nos quæsumus Domine ab omnibus malis præteritis præsentibus & futuris, vt tui auxilio & te miserante, præterita mala deleantur, præsentia vincãtur, futura præcaueantur. Et intercedente Beata & gloriosa Vergine semper Dei genitrice Maria, vsq; per eũdem Dominum, &c. In hoc loco canonis tertio fit commemoratio Sanctorum. In hac oratione omnes Sancti comprehenduntur & includuntur, quando Beatæ Dei genitricis & Sãctorum Apostolorum Petri & Pauli & Andreę nomina recitantur Omnes. n. Sancti aut per castitatem, aut virtutum firmitatem, aut per humilitatẽ, aut per virilitatem pugnæ pro iustitia regna cœlorum adepti sunt. Vnde in Beata Maria Virgine designatur castitas. In beato Petro virtutũ firmitas. In Sancto Paulo humilitas. In Andrea virilitas pugnæ pro iustitia, vsque ad mortem Sequitur. Da propitius pacẽ, &c. Orat sacerdos cum collecta ꝓ pace, et hoc ipsum beatus Paulus instituit fieri. Sic dicendo. Obsecro igitur primum omniũ fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnib. hominib. pro Regibus, & his qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam & trãquillam vitam agamus in omni pietate. Orat ergo Ecclesia pro pace temporali, ne impediatur vel retrahatur a pace spirituali. Sequitur, vt ope misericordię tuę adiuti, quantum ad interiorem & exteriorem religionem ꝑtinet, a peccato simus semper liberi, & ab omni perturbatione securi. Perturbamur enim si peccatis mortalibus grauamur, & obcæcatur cor humanum, perturbamur quãdo nostro arbitrio relinquimur, & a nobis diuina gratia subtrahitur & elongatur, quod ne fiat sacerdos per eundem, id est, propter eundem Dominum nostrum Iesum Christum patris filium, orat. Sed antequã sacerdos in hoc loco per eundem dominum incipiant, calicem discooperit, & corpus domini super calicem leuans, diuidit in tres partes, vnam partem in calicem mittens, duas extra reseruans, & antequam vnam partem I calicem mittat, alta voce. Pax domini pronunciat. Tria quoque signa crucis, cum corpore Christi in calice signat. Et quid hoc significet breuiter videamus. Et primo quare hostia diuiditur in tres partes, quam causam Sergi' Papa determinat sic. Triforme est corpus. Christi. Pars hostiæ in calicem missa, corpus Christi quod a mortuis resurrexit & animæ vnitum est monstrat. Pars comesta ambulans adhuc super terram. Pars in altari, vsque ad finem remanens, membra Christi esse corpora Sanctorum, vsque ad finem mundi in sepulchris quiescentia designat. Diuiditur autem sub forma panis in altari corporis Christi species nõ essentia, deitate in sua vnione permanente, quæ diuidi non potest. Sed in qua re fiat corporis Christi diuisio, vel fractio ostẽdit Aug. dicens. Quando Christus manducatur, reficit non deficit. Nam & Christus carnalem sensum discipulorum redarguit, qui putabant eius carnem sicut aliam diuidẽdam in partes, & in morsus lacerandam. Diuiditur aũt

2. ad Co. 1

Matth. 6

1. Tim. 2

Triplex hostię diuisio significationem habet multiplicem.

forma

Digitized by Google

forma vel ſpecies. Conſecratione nanq; peracta corpus Chriſti ſub accidentibus panis velatur, quæ accidentia ſunt color, ſapor, qualitas, quantitas, & forma. Subſtantia nanq; panis & vini in conſecratione per verba Chriſti reſecatur, ſed accidentia remanent. Nam ſi accidentia auferrentur, ſacerdos miſſam non perficeret, ſed terreretur, vnde in hoc fragilitati humanæ conſulitur. Poſſunt ergo in tribus partibus Euchariſtiæ tres ſubſtantiæ in Chriſto ſignari. ſ. Deitas, corpus, & anima. Quod autem vna particula in calicem mittitur, per hoc intelligi datur, quod caro Chriſti in paſſione mortua eſt: & anima immortalis, & Deitas impaſſibilis, & hoc duæ particulæ extra calicem reſeruatę repræſentant. Item in tribus partibus Euchariſtię poteſt Sãcta Trinitas deſignari. Quòd igitur particula in calicem mittitur, duab. extra remanentibus, figurat, quod licet indiuiſibilia ſint opera Trinitatis, tamen ſecundum Aug. ad ſolum Chriſtũ pertinet caro, ergo pars in calicẽ miſſa, incarnatũ & paſſum ſolum Chriſtum Dei filium deſignat. Duæ vero partes extra calicem ſeruatæ, immunitatẽ carnis, patris & Spiritusſancti figurant. Non enim pater vel Spiritusſanctus eſt incarnatus vel paſſus, vt dicit Augu. ſed incarnatio ad ſolum Chriſtum pertinet. Quòd autem indiuiſibilia Sãctę Trinitatis ſunt opera, ſacerdos innuit, cum hoſtiam diuidit, dicens nanq; ad patrem. Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vſque, qui tecum viuit & regnat, vnam fractionẽ facit, ac ſi diceret, diuidere videor indiuiſibilem, & ſi Chriſtus mortuus eſt ex humilitate, viuit tamen ex virtute Diuinitatis, in qua ſemper cum patre exiſtens nunquam receſſit a patre. Cum vero dicit. In vnitate Spiritusſancti, hanc Euchariſtiæ facit fractionem, ac ſi diceret, licet Spiritusſanctus obumbraſſe virgini legatur in conceptione filij, tamen a patre æternaliter procedens Spiritusſanctus, patrem & filium nũquam deſeruit, ſed ſancta Trinitas indiuiſa permanet. Per omnia ſęcula ſeculorum. Item Euchariſtia in tres partes diuiditur, in hoc tres partes corporis Chriſti (quod eſt Eccleſia) figurantur. ſ. caput cũ membris. Vna pars eſt ipſum caput. ſ. Chriſtus primitię dormientium. Altera pars animæ Sanctorum in cœlo triumphantium. Tertia pars in terra militãtium. Quod

Rom. 6.

autem duæ partes ſeorſum extra calicem ſeruantur, per hoc intelligi datur, quod Chriſtus reſurgens ex mortuis, iã non moritur mors illi vltra &cæt. nec his qui cum ipſo

Apoc. 7.

ſunt ſanctis. Vnde in Apoc. legitur. Non eſurient neq; ſitiẽt amplius &c. Tertia vero pars in calicem ponitur, & ſignat eos qui adhuc in pugna, vel militia paſſionis huius mundi exiſtunt. Item Euchariſtia in tres partes diuiſa, tres ordines Eccleſię ſignificat. ſ. virginum, viduarum, & coniugatorum. Duæ ergo partes extra calicem ſeruatę, celibatum & ſanctimoniam virginum & viduarum repræſentant. Nam ſecundum Apoſtolum, virgo

1. ad Cor. 7.

& innupta cogitat quę domini ſunt. Tertia vero pars in calicem miſſa ſtatum coniugatorum, & paſſionem deſignat. Vnde ipſe Apoſtolus dicit. Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, id eſt de paſſionibus diuerſis coniugatorum, tam in rebus quam in alijs. Dicit e-

Ibidem.

nim. Tribulationem autem carnis habebunt huiuſmodi, id eſt coniugati. Offertur autem hoſtia Chriſti in altari, vt virgines & viduæ in ſanctimonia perſeuerent, & pro adiutorio coniugatorum, ne in tribulationibus huius mundi poſiti deſperent. Item Euchariſtia in tres partes diuiditur & offertur ad tria, deſignata in his verſibus. Corporis in partes Chriſti diuiſio fit tres. Tincta datur viuis, ſed pars non tincta ſupernis. Eſt donanda reis, tertia pars iuſtificandis. Iſti verſus ſic intelliguntur. Prima pars miſſa in calicẽ offertur pro viuis Chriſtianis, qui in miſerijs, & preſſuris huius mundi affligũtur & patiũtur, quatenus Deus mitigare dignetur afflictiones eorum. Altera pars extra calicem reſeruata, offertur ad laudem, & ad gloriam Sanctorum, qui iam triumphant in cęlo in regno cęlorum. Tertia pars offertur pro his qui ſunt in purgatorio, vt a pęnis citius liberentur & abſoluantur, quatenus & ipſæ animæ in ſinu Abrahæ, hoc eſt in gaudio & refrigerio aſſumantur, & gloria ſicut cæteri Sancti perfruantur. Sequitur. Antequam tertiam particulam in calicem mittat, pax domini, alta voce pronunciatum, per quod datur intelligi, quod Chriſtus a mortuis reſurgens triplicem pacem diſcipulis annunciauit. i. pacem temporis, pectoris, & æternitatis. Hęc pacis tria genera deſignata ſunt in tribus ſignis crucis, quæ ſacerdos facit cum corpore Chriſti inter calicem dicens. Pax domini ſit ſemper &cęt. & reſpondet chorus. Et cum ſpiritu tuo, quaſi dicat. Tu nobis pacẽ optas, & eadem pax cum ſpiritu tuo, maneat, quatenus totus in ſpiritu myſterijs diuinis inſiſtas, & ſpirituali gaudio plenus fias. Hęc triplex pax in tribus oſculis deſignatur, quia ſacerdos altare tribus vicibus oſculatur, ſ. in principio Miſſæ, in medio, & in fine. Nam cũ Chriſtus naſceretur, in principio temporis pacem ſecum attulit, vt ad edictũ vnius hominis deſcriberetur vniuerſus orbis. Hæc pax deſignatur in primo oſculo, quod in initio Miſſæ ſacerdos altari imprimit. Secunda pax eſt pectoris, & ſignatur in ſecundo oſculo, quod ſacerdos facit in canone, quando dicit. Supplices te rogam᷒.

Pax domini, &c. triplicem pacem, quã Chriſtus diſcipuli annunciauit, ſignificat.

Chriſtus namq; cum mortem pro nobis pertulit, nos Deo, & Angelis pacificauit, & pacem pectoris nobis donauit. Et ad hanc pacem confirmandam, pectus & latus cum lancea aperiri voluit, & ad pacem ſui cordis nos intromiſit. Tertia pax ęternitatis figurata eſt in vltimo oſculo altaris. Chriſtus namque conſummatis omnibus quæ de eo ſcripta fuerunt in lege & prophetis, poſt in cęlum aſcẽdens, patri nos reconciliauit, ſic & Miſſa peracta pacem ęternitatis nobis parauit. Sed notandum, quod a dominica oratione vſq; ad finem Miſſæ interdum ſilentium celebratur, & interdum a ſacerdote cantus, vel a clero alta voce inchoatur, per hoc intelligi datur, quod Chriſtus reſurgens ex mortuis, interdum ſilentium, męroris a cordibus diſcipulorum per ſuam dulciſſimã apparitionem, & ſalutationem fugauit. Aliquando vero corporalem præſentiam ab eis auferens, ſe & quãdo voluit occultauit. Legitur etiam, Chriſtum infra quadraginta dies apparuiſſe decies poſt reſurrectionem & interim quoties voluit ſe occultaſſe. Nam in ipſa die reſurrectionis quinquies, in aſcenſione bis, vt Chriſtus ſuam reſurrectionem cordibus diſcipulorum, et aſcẽſionis gloriã eorum mentibus imprimeret, et vt ipſi diſcipuli quę ſurſum ſunt ſaperent, non quæ ſuper terram. Cæteræ autẽ apparitiones, intra quadraginta dies factę ſunt. Hãc autem viciſſitudinem ſacerdos in miſſa ab oratione dominica vſque ad finem Miſſæ, (vt dictum eſt) ſubtili᷒ iam cantando, pulcherrime repræſentat. Sequitur. Agnus Dei, quod Sergius Papa inſtituit, vt cum fractione corporis Domini deuotiſsime cãtetur. Dicitur autẽ agnus ab agnoſcendo, quia matrem ſuam in magno grege per balatum agnoſcit. Sic Chriſtus in cruce poſitus, patrem agnouit per obedientiam: quia factus eſt ei obediens vſque ad mortem &c. Item agnouit matrem per debitam reuerentiam, quia eam dulciſſimo diſcipulo ſuo Ioanni commendauit in morte. Chriſtus eſt agnus propter innocentiam, quia innocenter occiſus eſt, ideo plangendus eſt. Ideo canit Eccleſia. Plangent eum quaſi vnigenitum, quia innocens Deus occiſus eſt. Cantamus ergo ter agnus Dei, quaſi dicamus, agnus Dei, qui agnouiſti patrem per obedientiam, matrem per reuerentiã, miſerere nobis: agnus Dei qui tollis peccata mundi per innocentiam, dona nobis pacem. Item agnus Dei ter cantamus, vt liberemur a malis præteritis, præſentibus, & futu-

Quædã alta voce quædam vero in ſilentio a ſacerdote dicuntur.

Chriſtus decies poſt reſurrectionem apparuiſſe legitur.

Col. 3.

Sergius papa vt agn᷒ Dei cantaretur inſtituit.

Digitized by Google

& futuris. Poſt hoc oſculum amicis porrigimus, antequam cõmunicemus, quod Innocentius Papa inſtituit. In hoc ſignatur, φ omnis amaritudo corporis a nobis ſeparanda eſt, quia ſi ab inuicem diſcordamus, in Chriſti corpore non manemus, ſicut dicit Apoſtolus & Euangeliſta Ioan. Omnis, qui odit fratrem ſuum homicida eſt, & ſcimus φ omnis, qui odit fratrem, non habet partem in regno Dei. Teneamus ergo pacem temporis cum proximis, pacem pectoris cum nobiſmetipſis. Omnes homines in Chriſto ſyncceriter diligendo, vt pacem æternitatis cõſequamur in cęlis, adiuuante domino noſtro Ieſu &c. Poſtea mittit ſacerdos partem hoſtiæ in calicem dicens. Fiat hæc commixtio. Quid autem hoc ſignificet, ſuperius pertractatum eſt, niſi φ ſacerdos in hac clauſula ſaltem mentis & corporis ſibi, & omnib. ſumentibus corpus domini exoptat, & ad vitam ęternam promerendam & capeſcẽdam, præparatio ſalutaris fiat. Hæc enim valde neceſſaria ſunt corpus Chriſti ſumere volentibus, vt ſalutem mentis, & puritatem cordis habeant, & mundam conſcientiam, ad vitam promerendam. Deinde ſequitur oratio. Domine Ieſu Chriſte. In qua oratione petuntur tria, a peccatis liberatio, præceptorum Dei obeditio, & a Deo nunquam ſeparatio, ſicut patet in litera. Poſt hanc orationem, memoria Dominicæ paſſionis breuiter & memoriter cum omni deuotione habenda eſt, contrito corde & conſcientia nõ ficta. Hic attendendum eſt, φ a ſacerdote poſt hanc orationem dicendum eſt ſub ſilentio, Amen, quod alibi non fit in canone niſi poſt pater noſter, & in hoc loco. Sacerdos enim canonem tacite legit, & ideo nemo ei reſpondet, Amen. nec ipſe ſacerdos in quocunq; loco canens ſubiungere debet Amen. excepto quando canonem finit poſt hanc orationem, Domine Ieſu Chriſte, &c. Amen. Finito canone ſacerdos ſe applicat ad ſuſceptionem ſacroſanctæ hoſtiæ. Quidam enim ſacerdotes de manu, quidam de patena ſumunt. Hi qui de patena corpus Chriſti ſumunt, in latitudine charitatis quæ in patena figurata eſt. Interim cantatur communio, hoc eſt φ diſcipuli gaudium reſurrectionis, mutuo ſibi nũciauerunt. Poſt hoc ſequitur oratio, & ſignatur, φ vndecim diſcipuli in Gallilea videntes dominum adorauerunt. Item ſignatur, φ in cęlis pro nobis orat, repræſentatione ſuæ paſſionis & vulnerum, & φ poſtea iterum ſe oſtendet. Et poſt hoc dicit. Ite Miſſa eſt, & populũ benedicit. Quod ſignat φ veniet in iudicio, & ſe nobis oſtendet, & fidelibus ſuis dabit benedictionem ſuam & tunc læti vadent ad manſiones ſuas, de quibus dicit in Ioan. In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Ad quas manſiones nos perducat ipſe põtifex, & ſacerdos, qui cum patre, & Spiritusancto viuit, & regnat, Amen.

Innocent. Papa inſtituit, vt oſculum pacis porrigeretur.

1. Ioan. 3.

Chriſtus in celis, pro nobis orat ſua vulnera patri repreſentando.

Ioan. 14.

LAVDISMVS DE SANCTA CRVCE.

Quem Seraphicus Doctor S. Bonauentura de cordis viſceribus cecinit.



Ecordare Sanctæ Crucis, qui perfectã vitam ducis delectare iugiter Sanctę Crucis recordare, & in ipſa meditare inſatiabiliter. Stes in Cruce Chriſto duce, donec viues in hac luce, modo proculdubio. Non quieſcas non tepeſcas, in hoc creſcas, vt caleſcas cordis deſiderio. Ama Crucẽ mundi lucẽ & habebis Chriſtũ ducẽ ſuper ęterna ſęcula, Cruce corpus circuncinge, hanc conſtringe manu pinge, conſignando ſingula. Cor in cruce crux in corde, abſq; ſorde ſic cum corde, quæ tranquillum faciat. Lingua crux efficiatur, crucem promat & loquatur, & nunquam deficiat. Crux in corde crux in ore, quodam intimo ſapore, det tibi dulcedinem. Crux in membris dominetur & vbiq; ſiſtatur, intra totum hominem. Cor a cruce ſorbeatur, & in illam rapiatur, amoris incendio. Diſſipata carnis rixa, mens ſit tota crucifixa, ſpiritali gaudio. Specialem fer amorem, & pręcipuũ honorem, cruci ſalutiferæ, Cum feruore medullarum, nixu virium tuarum, velis hanc diligere. In præclara cruce ſtude, & in ipſa te reclude, magna cũ lætitia. Chriſto ſis confixus cruci, vt ſic valeas perduci, ſecum ad cęleſtia. Quære crucem quære clauos, quęre manus pedes cauos, quære foſſa lateris. Ibi plaude, ibi gaude, ſine fraude ſumma laude, quantũcumq; poteris. Iſtud pactum non ſit fractum crux præcedat omnem actum, & vt ſuccedant proſpera. Crux eſt optima medela, contra Zabulonis tela valde ſalutifera. Sis in cruce Chriſti totus, prompto animo deuotus, iubilo dulcedinis. Seruum Dei crux defendit, comprehendit, & oſtendit viam rectitudinis. Cum tentatus & afflictus derelictus quaſi victus, & inter anguſtias, Non ſis piger neque lentus, ſed ſollicite intentus, cruce frontem munias. Cũ quieſcis aut laboras, quando rides quando ploras, doles, ſiue gaudeas. Quando vadis quando venis in ſolatijs & in pœnis, crucem corde teneas. Crux in omnibus preſſuris & in grauibus & duris, eſt tutum remedium. Crux in pęnis & tormentis, eſt dulcedo piæ mentis, & verum refugium. Crux eſt porta Paradiſi, in qua ſancti ſunt confiſi, qui vicerunt omnia. Crux eſt mundi medicina, per quam bonitas diuina, facit mirabilia. Crux eſt ſalus animarum, verumlumen & præclarum, & dulcedo cordium. Crux eſt vita beatorum, & theſaurus perfectorum, & decor & gaudium. Crux eſt ſpeculum virtutis, glorioſæ dux ſalutis, cuncta ſpes fidelium. Crux eſt decus ſaluandorum, & ſolatium eorum atq; deſiderium. Crux eſt nauis, crux eſt portus, crux delitiarum ortus, in quo florent omnia. Crux eſt fortis armatura, & protectio ſecura, conterens dæmonia. Crux eſt arbor decorata, Chriſti ſanguine ſacrata, cũctis plena fructibus. Quibus animæ eruũtur cum ſupernis nutriuntur cibis in cęleſtib. O quam fęlix permanebis, nunc in cruce ſi ſtudebis, donec mundo vixeris. Sine fine lætus eris, tu qui Sanctam Crucem quæris, ſi perſeueraueris. Crucem quęre crucem gere, Chri crucem intuere, vt amore langueas. Summa fide crucem vide, & pleniſſime confide, donec vitam habeas. Circa crucem exercere, mente debes huic placere, & hãc corde gerere. Hoc eſt opus ſalutare, circa crucem laborare, corde, ore, & opere. Recordare frater pie, ſeptem vicibus in die, paſſionis Domini. Per quam ſumus liberati, & æternæ vitæ dati, & ſupremo lumini. Hanc ſi amas & honoras, dicas illi certas horas, adhibendo ſtudium. Horam primam matutinam, trinam, ſextam, veſpertinam, nonam completorium. Quando ſedes ſtas & iaces, quando loqueris & taces, ſeſſus cum quieueris. Chriſtum quæras in quo ſperas, crucifixum corde geras, vbicunque fueris. Diligenter pone mentem, ſuper Chriſtum patientem, & ſi cõdoleas, Chriſti mortem Chriſtiane plange, ſero ac que mane, & in planctu gaudeas. Quam deſpectus quã deiectus, rex cęlorum eſt effectus, vt ſaluaret ſęculum. Eſuriuit & ſitiuit, pauper & egenus iuit, vſque ad patibulum Recordare paupertatis, & extremę vilitatis, & grauis ſupplicij. Si es compos rationis, eſto memor paſſionis, fellis & abſinthij. Cum deductus eſt immenſus, & in cruce tunc ſuſpenſus, fugerunt diſcipuli. Manus pedes perfoderunt, & aceto potauerunt, ſummum regẽ ſęculi, Cuius oculi beati, ſunt in cruce obſcurati, & vultus

tus

Digitized by Google

tus expallut. Suo corpori tunc nudo, non remanſit pulchritudo, decor omnis aufugit. Propter hominum peccata, ſua caro cruciata fuit inter verbera. Membra ſua ſunt diſtenta, propter aſpera tormenta, & illata vulnera. Inter ma ignos cruciatus, eſt in cruce lachrymatus, & amiſit ſpiritum. Suſpiremus & fleamus, toto corde doleamus, ſuper vnigenitum. Qui hæc audis ingemiſce, & in iſtis planctum miſce, & cordis meſtitias. Corpus ange, corde plange, mentem frange, manu tange, Chriſti mortis ſæuitias. Virum reſpice dolorum, & nouiſſimum virorum fortem ad ſupplicia. Tibi gratum ſit & æquum, iam in cruce mori ſecum, compati conuitia. Quando vides te afflictum, deſolatum ita victum, quaſi deficias. Chriſti cogites dolores, graues pœnas & mœrores, ſputa contumelias Bone frater quicquid agas, crucifixi vide plagas, & ſibi compatere. Omni tempore ſint tibi, quaſi ſpiritales cibi, his gaudenter fruere. Crucifixe fac me fortem, vt libenter tuam mortem, plangam donec vixero. Tecum volo vulnerari, te libenter amplexari, in cruce deſidero. Da dolorem quaſi rorem, vt re plorem redemptorem Chriſtum, qui te renoues. Non te plices, ſed felices, cicatrices mille vices, tuas in te refoues. Totum ſit quod ego dixi, ad honorem crucifixi, ad laudē & gloriam. Vt meorum peccatorum, glorioſius rex cęlorum, mihi donet veniam. Amen.

SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS.

Soliloquium de quatuor mentalibus exercitijs. Quod dicitur Imago vitæ, Et Dialogus eiuſdem auctoris.

PROLOGVS.

Ephes. 4. FLecto genua mea ad patrē domini noſtri Ieſu Chriſti, a quo oīs paternitas in cęlo, & in terra nominatur, vt det vobis ſecundum diuitias glorię ſuæ, virtutem corroborari per ſpiritū eius in interiori homine, Chriſtum per fidem habitare in cordibus veſtris, in charitate radicati, & fundati, vt poſſitis compræhendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundum, ſcire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatē Chriſti, vt impleamini in omnē plenitudinē Dei. Apoſtol. Paulus vas æternæ electionis ſacrarium diuinę Sanctificationis, ſpeculum & exemplar ſupernæ contemplationis in verbis præmiſſis oſtendit nobis mentalis exercitationis ortum, obiectum, & fructum. Mentalis. n. exercitatio ſi debet eſſe pia & ſalutifera, oportet, ꝙ habeat potentiam ſupernaturaliter confortantem, ſapientiam regulantem, & clementiam conſolantem. Flectat Iac. 1. igitur anima deuota diuinæ contemplationis amore accenſa, genua mentis ante thronum beatiſſimę & incōprehenſibilis Trinitatis, pulſetq; humiliter, & poſtulet ſapienter Dei patris confortatricem potentiam, ne labore depreſſa ſuccumbat, Dei filij regulatricem ſapientiā, ne errore ſeducta a veritate deuiet, Dei Spiritusſancti conſolatricem pietatem, & clementiam ne tædio victa deficiat. Omne enim datum optimum & omne donum perfectum, de ſurſum eſt deſcendens a patre luminum, vt ſecundum Aug. Oē bonum nſm aut Deus eſt, aut a Deo eſt. Vnde non immerito in omni boni operis initio, ille eſt inuocandus, a quo omne bonum originaliter progreditur, per quem omne bonum exemplariter producitur, & ad quem omne bonum finaliter reducitur. Ephes. 3. Hęc eſt illa ineffabilis Trinitas, pater filius, & Spiritusſanctus, quam tangit Apoſt. cum dicit. Flecto genua mea &c. vſq; ibi & vt poſſitis. Secūdo oſtendit illius ſalutiferæ mentalis exercitationis obiectum. Obiectum vero exercitationis deuotę mentis, dicuntur eſſe interiora & exteriora, inferiora, & ſuperiora. Debet. n. anima deuota per mentale exercitium contemplationis radiū reflectere primo ad interiora ſua, vt videat qualiter ſit formata per naturam, deformata per culpam, reformata per gratiam. Scdō debet conuertere radium contemplationis ad exteriora, vt cognoſcat quam inſtabilis ſit mundana opulentia, quam mutabilis mundana excellē tia, & quam miſerabilis mundana magnificētia. Debet & tertio radium cōtemplationis conuertere ad inferiora, vt intelligat humanę mortis ineuitabilem neceſſitatem, iudicij finalis formidabilem auſteritatem, pœnæ infernalis intolerabilem pœnalitatem. Dēt quarto conuertere radium contemplationis ad ſuperiora, vt cognoſcat, & ſapiat cęleſtis gaudij inæſtimabilem pretioſitatem, ineſtabilem delitioſitatem, & interminabilem ęternitatem. Hæc eſt illa crux beata quatuor finib. terminata, in qua o anima deuota cum tuo dulciſſimo ſponſo Ieſu Chriſto debes iugiter meditando pendere. Hic eſt ille currus igneus, quatuor rotis conſummatus, in quo debes poſt tuum fideliſſimum amicum aſſidue contēplando, cęli palatium conſcendere. Hæc eſt illa quadruplex regio videlicet Orientalis, Aquilonaris, Occidentalis, & Meridionalis, quam tu ô anima quotidie debes peregrinando intrare, & tuum dilectū ſpecialiſſimum in ea ſpeculando quærere & inueſtigare, vt poſſis dicere cum ſponſa. In lectulo meo quæſiui per noctem, quē diligit anima mea. Hęc quatuor tangit Apoſtolus cum ſubiungitur, vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis quæ ſit longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundum. Fructus illius ſalutiferæ exercitationis ſi digne & laudabiliter exequaꝛ, eſt fęlicitas ęterna quę eſt quid optimum, & pulcherrimum & per ſe ſufficientiſſimū, nullo extra ſe indigens. In qua videbimus, & amabim⁹, vocabimus, & laudabimus in æternum, & vltra, cū qui eſt benedictus in ſæcula. Hunc fructum promittit Apoſtolus qn̄ ſermonem concludit dicens. Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Hanc plenitudinē tūc inueniemus, quando Deus erit voluntati multitudo pacis, rōni plenitudo lucis, memorię continuatio æternitatis. Tunc enim Deus erit omnia omnib. cum a ratione omnis error, a voluntate, & a memoria omnis timor receſſerit, & ſucceſſerit illa quam ſperamus mira ſerenitas, diuina iucunditas, æterna ſecuritas. Hunc tractatū inſtigante cōſcientia, propter ſimpliciores quoſq; ſimplicib. verbis de Sanctorum dictis compilaui, per modum cuiuſdam dialogi. In quo anima deuota veritatis æternæ diſcipula meditando interrogat, & homo interior mentaliter loquendo reſpōdet. Vt autem ad ineſtimabilem contemplationem illius mentalis exercitationis perueniamus, ab exordio incipiamus, & patrē luminum humiliter inuocando accedamus: genua cordis deuote flectamus an e thronum æternę maieſtatis, & ante ſolium indiuiduæ Trinitatis lachrymis & gemitibus inceſſanter clamemus, vt Deus Pater, per tuum benedictum filium donet in ſpirituſancto nobis gratiā exercitandi mentaliter, vt poſſimus cognoſcere, quę ſit longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundū, vt per hāc pertingamus ad eum qui eſt omnis deſiderij finis & complementum. Amen.

Diuiſio totius opis.

Quomodo anima per mentale exercitium, debet radium contemplationis reflectere ad interiora ſua, vt videat qualiter eſt formata per naturam, deformata per culpam, et reformata per gratiam.

ANIMA.

DIc quæſo ô hō ſi poſt deuotā inuocationē diuinæ magnificētię, & poſt humilem implorationē ęternæ ſa-

næ sapientiæ,& demum post flebilem supplicationẽ su
pernę pietatis & clementiæ,grãm exercitandi mẽtaliter
circa quadruplicem materiam,videlicet longitudinis,
latitudinis,sublimitatis & profunditatis obtinerẽ, quo
ordine inchoarem ne meritum, huius exercitationis a-
Sup Psal. mitterem,si indebito ordine ignoranter procederẽ?Or-
Beati im- dinis.n.ignorantia sc̃dm Amb.perturbat formam me-
maculati. ritorum:nec reputatur sc̃dm eundẽ,perfecta rei cogni-
Serm.4. tio in nobis existere,cũ scimus quid faciendum.& igno
In versu 3. ramus quo ordine sit pcedendũ.Ho.O aĩa,sc̃dm Ber.
Ad eugen. A te tua consideratio inchoet,ne frustra extendaris ad
2.de cõsid. aliena,te neglecta. Idem. Multi multa sciunt,& seipsos
in medita nesciunt,alios inspiciunt & seipsos deserunt. Deum q̃-
tionib. in rentes per exteriora,deserentes sua interiora, quib.in-
principio. terior est Deus.Idcirco ab exteriorib. ad interiora re-
deam,& ab interiorib.ad superiora cõscendã,vt possim
cognoscere vnde veni aut quo vadam, vnde sim,& qd
sim:& ita per cognitionem mei ascendam ad cognitio-
nem Dei.Item Chrys.super Math.dicit.Non minima
pars philosophiæ est cognitio sui.Item Ambr.in hexa-
meron.Cognosce te ò hõ quantus sis,attende tibi vt cõ
sideres,quid in te intret in cognitione,quid exeat in ser
mone. Vitam ergo tuam ò aĩa quotidiana discussione
examina.Attende diligenter quantum proficias,quan-
tum deficias,qualis sis in morib.qualis in affectionibus
quam similis sis Deo,& quã dissimilis, quam prope &
quam longe.Illud semper agnosce,quam multo lauda
bilior & meliores,si te cognoscis,quã si te neglecto cur
sus syderũ,vires herbarum,complexiones hoĩum,natu
ras aĩalium cognosceres,scientiam oĩum cęlestium, &
terrestrium haberes.Redde ergo te tibi,& si non semp,
saltẽ interdũ,rege tuos affect⁹,dirige actus,corrige gres
sus.Igitur aĩa tene consilia sanctorum, & primo radiũ
contemplationis conuerte ad regionem orientalẽ, hoc
est ad considerationem tuę condõnis.Diligenter igitur
considera quam generose a summo artifice sis facta per
naturã,quam vitiose a tua voluntate deformata sis per
culpam,quam gratiose a diuina bonitate sępe reforma-
Animæ ge ta sis per grãm. Primo ergo considera quam generose
nerositas ĩ formata sis per naturam.Generositas tua naturalis con
quo consi sistit in hoc vt existimo,quia ibi naturaliter ad sui deco
stat. rem impressa est imago Beatissimæ Trinitatis.Vñ An
sel.in prosologio. Fateor domine,& gratias ago, quia
In medita me creasti ad tuam imaginem,vt tui memor sim,te co
tionib.c.1 gitem, te diligam.Ber.Secundũ interiorem hoĩem tria
in me inuenio,p quę Deum recolo,conspicio,& concu
pisco.Hęc tria sunt memoria,intelligentia,& voluntas.
1.Pet. 1. Cum.n.Dei reminiscor, in ipso condelector.Memoria
n.eius super vnum.Cum intelligentia ipsum intueor, q̃
tum in se sit incomprehensibilis,quia principium, & fi
nis in Angelis desiderabilis,quia desiderãt in eum pro
spicere,in sanctis omnib.delectabilis,in quantum in eo
assidue fęlices lętantur,in creaturis omnib.admirabilis,
quia omnia potẽter creat,sapiẽter gubernat,benigne di
spẽsat,cũ hec intueor ipsum concupisco.Cum Deum p
voluntatem diligo,me in ipsum trãsformo. Hæc est.n.
virtus amoris,vt talẽ te esse oporteat quale est illud qđ
amas.Hęc Bern.Recognosce ergo ò aĩa mea,q̃ mira &
inestimabilis dignitas est,esse non solum vestigiũ crea
toris,quod est cõe oĩb.creaturis,sed ẽt esse imaginẽ, q
est propriũ creaturę rõnalis.Lauda igiẽ aĩa mea dñm,
lauda Deũ tuum Sion.Expergiscere & lauda,exulta,&
gaude,quia insignita es Dei imagine,decorata similitu
dine,particeps rõnis,capax æternæ beatitudinis.Sed qa
hęc modica non immerito forte iudicarentur,si morte
finirentur,exulta & lauda quia cum prędictis dedit tibi
naturã immortalem,substantiam incorruptibilem, du-
rationẽ interminabilem,vitã perpetuã.Imago.n ęternę
Trinitatis non esses,si termino mortis præcludi posses.
Aug.de ciuit.dei.O aĩa aduerte,q creator tuus post il-
lud esse dedit tibi perpetuũ esse,post hoc dedit tibi viue
re,sentire,discernere,sensib.te decorauit, sapientia illu-
strauit.Tuam igitur pulchritudinem attende,vt intelli
gas qualem debeas in te pulchritudinẽ diligere. Quod
si temetipsam,vt expedit contemplari non sufficit, cur
saltẽ quid de te æstimare debeas,ex iudicio alieno nõ p
pendis?Sponsum habes de cuius pulchritudine si non
dubitares,scires,q tam pulcher,tam formosus,tam vni
cus Dei filius,tuo aspectu captus nõ esset,si eum singu-
laris decor & vltra cęteros admirandus, non traxisset.
Hæc Aug.Sed hæc fortasse o anima nimis ingrata tibi
vñr modica, propterea audi tertio dignitatem admira-
bilem:q tantæ est simplicitatis,q nihil põt domum mẽ
tis tuæ inhabitare,nihil potest in ea mãsionem facere ni
si simplicitas,& puritas Trinitatis æternæ.Ecce quid di Ioan. 14.
cit spõsus tu⁹.Ego(inquit)& pr̃ ad eũ veniemus,& mã-
sionẽ apud eũ faciemus.Et alibi in Euãg. Zachęe fe- Luc. 19.
stinãs descẽde,quia hodie in domo tua oportet me ma
nere.Illabi.ñ.menti illi soli possibile est,qui eã creauit.
Ipse.n.est qui intimior intimo tuo ei se perhibet, vt di-
cit Aug.Gaude igitur ò felix aĩa q potes esse tanti ho-
spitis hospita.Ber.O felix anima quæ quotidie cor suũ
mundat,vt inhabitantem Deum suscipiat,cuius hospes
nullo bono indiget,quia auctorem omniũ bonorũ in
se hẽt.O quã beata anima apud quam Deus sibi requiẽ In medit
inuenit,quæ dicere põt.Qui creauit me requieuit in ta tionib.c.
bernaculo meo.Negare liquidẽ ei cęli requiẽ non pote
rit qui sibi hac vita requiẽ pparauit.Hæc Ber.O aĩa ni
mis es auara,si non sufficit tibi tãti hospitis pñtia:quia
scio q tam liberalis est,q cõicabit tibi de bonis suis,q
tã pius est,q ditabit te donis suis.Nullo n.mõ deceret
tantum principem, si hospitam suam permitteret indi-
gentem.Adorna igitur thalamum tuum,& suscipe regẽ
factorem tuũ,de cuius pñtia exultabit,& lætabitur tota
familia tua. O vere mira & multum admirabilis sñia.
Rex cuius pulchritudinem sol & luna mirantur, cuius
magnitudinem cœlum,et terra reuerentur,de cuius sa-
pientia cęlestium spirituum agmina illuminantur,de cu
ius clementia omnium beatorũ collegia satiantur,talis
tuum o aĩa desiderat hospitium,tuum cęnaculum, plus
quam cœleste palatium appetit,& exoptat. Delitię.n.
suæ sunt esse cum filijs hoĩum.Sed si hæc adhuc te non
mouent ad laudandũ creatorem tuũ, conuerte contem
plationis radium ad quartum beneficium,& cognosce,
q tantæ capacitatis est palatium tuũ, q nulla creatura
sufficit satiare tuum desiderium. Hugo de S. Victore.
Omnis iocũditas,omnis suauitas,oĩs potentia, oĩs opu
lentia rerum creatarum afficere cor humanum põt, sa-
tiare non põt.Ansel.Oĩs creatura õ Deus meus nõ est,
mihi inopia est.Et quare?Reuera s̃m Greg.in moral.
Aĩa humana quę ad Deum appetendum facta est,quic
qd infra Deum appetit,minus est,ideoq; iure ei nõ suf- Aĩa omni
cificit,q Deus non est.Iã vt æstimo anima sufficienter bus creatu
vidisti tuã nobilitatem,q̃ est valde laudabilis,conuerte ris pręemi
nunc radium contemplationis ad tuam super cęteras net.
creaturas põtatem,quę reuera est mirabilis.Hugo de ar
ra animæ.O aĩa mea quid dedit tibi sponsus tuus?respi
ce mundum istum,omnis natura ad hũc finem cursum
suũ dirigit,vt tuis vtilitatib.deseruiat,tuisq; oblectamẽ
tis s̃m distributionẽ tporum indesinenter occurrat. Vi
de iam aĩa mea,et diligenter considera, q creator tuus
sponsus et amicus,totam machinã mundialem ad tuũ
ordinauit ministerium. Ecce Angeli purgant et infla-
mant tuum affectum, illuminãt et informant tuum in
tellectum,perficiunt,et custodiunt tuũ subiectum. Ma
gna dignitas est hr̃e tales doctores cõsolatores & tales
cõseruatores.O aĩa si videre posses,quanto gaudio quã
toq; tripudio assistunt orantib.intersunt meditantibus
quanto studio nos in bono conseruant,quanto deside-
rio nos & salutem nostram ęternam expectant. Cęlũ ti
bi de-

bi deseruit per suum motum luminaria cęli per suũ influxũ, fulciũt tibi diẽ, luna illuminat tibi noctem, ignis temperat aeris frigiditatem, aer tibi mitigat ignis internam caliditatem, aqua tibi mundat fętorem, mitigat tibi sitis ardorem, & fecundat terrę vigorem. Terra vero te sustentat sua soliditate, recreat sua fertilitate, delectat sua amœnitate. Ecce anima breuiter discurristi per singula, ab inferioribus ad superiora, & inuenisti, quòd omnis creatura ad hunc finem ex diuina ordinatione cursum suum dirigit, quatenus tuis vtilitatibus deseruiat, tuisq; oblectamentis indesinenter occurat. Sed caue anima mea ne non sponsa sed adultera dicaris, si munera dantis plus quam affectum amantis diligis. August. in lib. confessionum. Vę tibi si oberras in vestigijs suis, si nutus suos pro eo amas. & non aduertis, purgatæ mentis intelligentia, quid innuat, lux illa beatissima, cuius nutus & vestigia sunt omnium creaturarum decus & forma. Adhuc si forte ignoras te ò pulcherrima mulierum, egredere, & abi post vestigia gregum, id est irrationabilium creaturarum, quę sunt vestigium creatoris tui, tu vero speculum Beatissimę Trinitatis, ergo omnibus dignior & excellentior comprobaris. Et pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum, id est conuerte cogitationes tuas ad choros Angelorum, quibus quodãmodo similis es in natura, & conciuis eris in gloria. ANIMA. Iam satis silui, diu tacui, iam nunc cum verecundia, & rubore, compellor confiteri & dicere, quòd hanc dignitatem modicum aduerti. Amorem meum heu ego infęlix & misera nimis indigne prostitui, factorem meum non pro his omnibus glorificaui, Deũ meũ propter dona sua non benedixi, & non adoraui omni toto tempore vitę meæ, nimis indigne & irreuerenter, vane & negligenter vixi. Et vt verum fatear secundum Bernardum, Quanto perfectius dignitatem meam aspicio, tanto magis vitam degenerem me duxisse confundor & erubesco. Timeo etenim, quòd tantò grauior sit culpa, quanto dignior & nobilior sit natura. Formido quòd tanto grauior sit offensa, quanto maior est illius qui offenditur excellentia. Pertimesco quòd tantò peior est iniuria, quanto maiora fuerunt illius cui iniuriã irrogaui beneficia. Heu heu Domine Deus meus, ex dignitate substantiæ iam perpendo vilitatem malitiæ, ex speciositate naturæ cognosco deformitatem culpæ, ex recordatione beneficiorum acceptorum, intelligo ingratitudinem factorum meorum. Væ mihi miseræ, iam video, iam cognosco, quòd quicquid a summo datore accepi ad vsum vitæ, miserabiliter inflexi ad abusum prauitatis & culpæ. Tranquillitatem humanæ pacis ad vsum conuerti vanæ securitatis, peregrinationem terrę, pro inhabitatione dilexi patriæ, salutem & pulchritudinem corporis, redegi in seruitutem voluptatis, vbertatis abũdantiam, non ad necessitatem corporis, sed ad superfluitatem expendi miseræ cupiditatis, tempora serena & blandimenta aeris, ad amorẽ mihi seruire coegi terrenę delectationis. Timeo heu & valde pertimesco, vt simul me ferire puniendo debeant quæ vitijs meis male subiecta seruiebant. HOMO. O anima aliqualiter iam perpendo, quòd bona est tua cognitio. Ex verbis enim tuis sentio, quod non fuit frustra mea admonitio. Videtur mihi quod lumine diuino sit aliqualiter illustrata, & tactu veri luminis mota. Quia secundum Gregorium in moralibus. Vnusquisque dum tactu veri luminis illustratur, sibijpsi ostenditur, vt vnde cognoscit quid est iustitia, inde erudiatur, quid est culpa qua excæcatur. Vnde sancti viri quò altius apud Deum virtutum dignitate proficiunt, eo subtilius indignos se esse deprehendunt, quia dum proximi luci fiũt, quicquid eis in seipsis latebat inueniunt. Hęc Greg. Igitur anima si luce veritatis tacta dignitatem tuã q̃ hactenus non attendisti cognoscis, si culpam qua Creatorem tuum offendisti intelligis, & vidisti quam gratiosè formata sis per naturam, vide nunc quam vitiose deformata sis per culpam. Ansel. Reduc anima ærumnosa & misera, ad memoriã enorme delictum, & perduc in cœlum vsque rugitum, & lamentum. Cogita anima perfida Dei, adultera Christi, quid feceris. Dereliquisti in cœlo castum amorem tuum, contempsisti factorem tuum, repudiasti sponsum tuũ, turbasti Deum tuum, irreuerenter tractasti sanctum Angelum custodem tuum. Eras templum Dei, sponsa Christi, sacrarium Spiritussancti. Quæ est ista subita conuersio & repentina mutatio? de Dei virgine facta es corruptio Sathanæ? de sponsa Christi scortum execrabile Diaboli? Hæc Ansel. Recordare ò anima propter quid vendideris decorem tuum, propter quid abieceris honorem tuum, pro quo tam turpiter fœdaueris vultum tuum, quæ tanta bona pro tam vili pretio vendidisti. O anima quare te tot bonis spoliasti? quare frustra tantis te honoribus priuasti? quare tot bona opera neglexisti? tot annos, tot dies, tot horas sine fructu vixisti? ANIMA. Recognosco ò homo quòd verum loqueris, & nõ immeritò me de tanta transgressione reprehendis. Bern. O Domine Deus meus quot tempora effluxerunt in quibus sine fructu, vt aspicio, vixi coram te, quomodo subsistam? quomodo ad te leuare potero faciem meam, in illo magno & terribili examine, quãdo enumerari iusseris omnes dies meos, quærens fructum in eis? O Domine Deus cur intermisi te vllo tẽpore versari in corde meo, te tota mente amplecti? in tua dulcedine delectari? Omnia interiora mea vbi tunc erant, q̃ñ tecum non erant, cum a te habeat omnis creatura quicquid habet desiderabile, laudabile, delectabile? Hæc Bern. Heu Domine, nunc intelligo sed confiteri erubesco, species & decor creaturarum decepit oculum meum, & non aduerti, quòd speciosior omnibus creaturis tu es, quibus tantummodo vnam guttam tuæ inæstimabilis pulchritudinis cõmunicasti. Quis enim ornauit cœlum syderibus, aerem volucribus, aquam piscibus, terram plantis & floribus, homines in corpore diuersis coloribus, in mente varijs virtutibus? Nonne clementissime pater, per te illa cœlestium spirituum agmina, varijs donis sunt ornata? Nonne per te Seraphim ardent dilectione? Cherubim lucent cognitione, de tuis donis iudicãt Throni, de tuis muneribus dominantur Dominationes inclytæ, ex tua virtute præsunt Principatus, ex tua potestate Potestates dæmonum malitias arcent, et pro tua profunda potentia miracula faciunt virtutes, ex tuo præcepto Archangeli magnis nunciant maiora, Angeli vero minoribus significant minora. Sed quid sunt hæc omnia, nisi tuæ pulchritudinis modica scintilla? O bone Iesu fons vniuersæ pulchritudinis, ignosce mihi animæ miseræ, quod tuam pulchritudinem tam sero cognoui, tam tarde amaui, propterea miserabiliter oberraui. Dulcedo etiam creaturarum decepit gustum meum, & non aduerti quòd melle dulcior es. Tu enim melli & omni creaturæ dulcedinem suam, immo tuam commodasti, & non est aliud in creatura dulcedo vel delectatio, nisi tuæ dulcedinis, quam abscondisti timentibus te, modica demonstratio. Vnde dulcedo omnium creaturarum si quis iuste aduertat, nihil aliud facit, nisi quòd ad tuã dulcedinẽ ęternam inuitat. O Iesu fons vniuersæ dulcedinis & pietatis, ignosce mihi quòd tuam inæstimabilem, & mellifluam dulcedinem in creatura non cognoui, nec internæ mentis amore degustaui, propterea miserabiliter oberraui, & animam meam vsque modo siliquis porcorum saturaui, sed heu nunquam, vt timeo, de pane filiorum tuorum manducaui, ideo semper in delitijs mundi ieiuna & famelica permansi. Gregorius. Quia intus gustare nolumus paratam dulcedinem, propterea ieiuni, & famelici, amamus miseri famem nostram.

Margin notes (left): Cant. 2. — Ex homil. 13. B. Greg. — Anima per peccatum nimis fit deformis.

Margin notes (right): Pia recognitio aïæ de suo peccato. — Luc. 15.

O dulcissime Iesu modo video, modo agnosco, quòd omnis dulcedo tibi contraria, fuit mihi afflictio & magna miseria. Augustinus in libro confess. Tu enim misericordissime Deus etiam in peccatis meis semper mihi aderas pijssime sustinens omnes iniquas delectationes meas, & malas, amarissimis respergens amaritudinib. docens per flagella, si vellem sine amaritudine delectari, non possem nisi in te Domine. Hęc Aug. Sed heu hãc doctrinam non intellexi, propterea oberraui, semper tñ in delitijs meis iniquis timui proditorẽ, timui accusatorem, timui repræhensorem, formidaui aliquotiens conscientiã, expaui multotiens infamiam, nonnunquam abhorrui gehennam, & tñ heu ego misera inter tot tormẽta, non mutaui voluntatem propriam. Decepit etiam odor creaturę olfactum meum, & ignoraui, quòd odor tuus, O bone Iesu redolet super omnia aromata. O bone Iesu fons odoris, cuius suauitas fecit indesinenter post te currere, & insatigabiliter laborare. Ignosce mihi ꝙ tam sero te cognoui, tam tarde in odore vnguentorum tuorum post te cucurri. Puto tamen & per hoc me non excuso, ꝙ odor illius cęlestis apothecæ huic terreno fętori, quo infecta eram, non miscebitur. Decepit ẽt sonus falsus siue fallax creaturarũ auditũ meũ, & nesciui nec sensi, q̃ dulcia faucibus electorum tuorũ eloquia tua, quam suauia aurib. amicorum tuorũ consilia tua, quam leuia manib. sanctorum tuorum mandata tua. O Iesu fons sapientiæ, auctor scientiæ, consiliator casti cõsilij, fac me vel saltem modo audire vocem tuam, sonet vox tua in aurib. meis. Cum quanta amaritudine recogito, quòd fefellit me illa vox miserrima cantantium, &

Sap. 2.

dicentium. Venite fruamur bonis quæ sunt, coronem' nos rosis antequã marcescant, & non prętereat nos flos temporis. Vino pretioso, & vnguentis optimis nos impleamus, vbique relinquamus signa lætitiæ. Hanc vocẽ audiui, & non intellexi, nec aduerti, quoniam oĩa vana sunt, & risu digna. Omnia. n. hæc & his similia citò pertransierunt, & velut vmbra euanuerunt. Quid. n. vana hæc omnia amatorib. suis contulerunt? quem. n. fructũ tunc habuerunt in illis, in quibus nũc confunduntur & erubescunt? O Domine Deus meus, lumen cordis mei, panis animæ meæ, virtus amaricans mentem meam, nõ te amabam, & fornicabar abs te, & fornicãti mihi sonabant euge euge. Amicitia huius mundi, fornicatio est abs te. O quid miserius misero non miseranti super seipsum? Sed inter hęc omnia tu amantissime Deus mihi sẽper aderas, vocem tuam frequenter audiui, inspirationem tuam salutiferam sensi, sed non consensi. O quotiens mihi illud salutiferum consilium inspirasti. Peccasti, quiesce, desine, & erubesce. Ad quæ ego misera morem secuta, beati August. in libris confessionum, verba somnolenta aliquando respondi. Domine expecta mę modicum, sine paululum, modo a vanitate quiescam, modo de malignitate erubescam, omnia vana & mun-

Augus. de verbis dñi.

dana derelinquam. Sed heu illud modicum, & modo, non habebat modicum & modum, & paululum in longum ibat. Itẽ Aug. ipsa segnities est res q̃ multos æternaliter occidit, & finaliter in peccatis detinet, qui se ad vocem domini non corrigunt. Vocem quidem occultę inspirationis audiunt, sed vitam non corrigunt, dicentes. Cras cras, & subito ostium clauditur, remanetque peccator foras extra arcam cœlestis patriæ, cum voce coruina, quia pro peccatis gemere noluit cum columba. Greg. Heu q̃ multos in peccatis peius sua fœlicitas prostrauit, multos diuturna pax inertes reddidit, eosq; illos mox malignus hostis grauius percutit, quo longius quietis vsu negligentes inuenit. Item Greg. Quos n. Deus vt conuertantur diutius tolerat, non conuersos durius damnat. Sed ò homo vt tibi meæ infęlicitatis historiam perfectius manifestẽ, profiteor, ꝙ hęc omnia meæ infęlicitati non sufficiebant, sed ad cumulũ damnationis heu mundana mollicies tactũ meũ nimis miserabiliter decipiebat, & ignoraui ꝙ tam suauis ò bone Iesu esset tuus amplexus, tam honestus attactus tuus, tã delitiosus conuictus tuus. Cum. n. te amauero munda sum, cum tetigero casta sum, cum accepero virgo sum. tuus ò dulcissime Iesu amplexus non maculat sed mundat, tuus attactus non inquinat sed sanctificat. O Iesu fons vniuersæ dulcedinis & suauitatis, ignosce mihi, ꝙ tam sero credidi, quantum habet delitiositatis, quantũ honestatis, quantum iucunditatis, qñ leua tuæ æternæ sapiẽtię & cognitionis est sub capite meo. i. rõne, & dextera tuæ diuinæ clementiæ, & dilectionis amplexabitur me, i. voluntatem. Heu me miseram quid vnquam tam dulce, tam suaue, tam delitiosum, & salutiferũ potest experiri, quã inter brachia tanti sponsi quiescere, inter oscula tanti Regis & amici fęliciter obdormire? Hãc dulcedinem senserat animu deuota, qñ optabat dicens. O-

Gen. 2.

sculetur me osculo oris sui, &c. Nunquid has delitias anima deuota erat experta, quando orabat ardens, & iã pene deficiens præ dilecti sui concupiscentia, dicens in

Can. 8.

Canticis. Quis mihi de te fratrem meũ, sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te solum foras, & deosculer te, & iam me nemo despiciat. Apprehẽdam te, & ducam te in domum patris mei, & in cubiculum genitricis meæ, ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & ex musto malo granatorum meorum. Quis enarrare sufficeret, nisi qui mente gustasset, quantum habet hoc verbum dulcedinis & deuotionis, qñ bene ponderatur, & recte cibatur deuota mente? Vnde expositionem deuotæ menti relinquo. Sed ò domine Deus, si hæc tam dulcia sunt cogitanti, quam dulcia esse possunt degustanti? Si tam suauia sunt legenti, quam consolatoria erunt per affectum sentienti? Aug. Fac me dulcissime Iesu intus gustare per amorem, quod extra gusto per cogitationem, fac me sentire per affectum, quod sentio per intellectum. Hæc Augu. Eia dulcissime Iesu transfige saluberrimo vulnere amoris tui, medullas animę meę, vt vere ardeat, lãgueat & liquefiat, & solo tuo desiderio deficiat, cupiat dissolui & esse tecum, te solũ semper esuriat panem vitæ cęlestis, qui de cęlo descendisti, te sitiat fontem vitæ tui, fontem æterni luminis, torrẽtem veræ voluptatis. Te semper ambiat, te quærat, teque inueniat, in te dulciter requiescat. Sed quæ vesania, quæ infernalis furia, tanto tempore a me prohibuit talia, & tanta mentis meæ solatia, tam diuina gaudia, & melliflua conuiuia? Dic quæso ò homo, quæ est tanti mali causa, quæ tanti periculi ratio, quæ tanti damni occasio? Homo. Video ò anima, ꝙ iam fatigata laborib. iam vexata doloribus, vltra inuenire non valeas, cui tãtum damnum illatum ascribas. Peto igitur vt cum patientia audias, si tibi tanti mali causam demonstrauero, si tibi tanti damni inimicum ostendero. Iam pro parte hostem tetigisti aliqualiter, tamen forte præ dolore mẽtis non aduertisti. Habes ò anima mea inimicum domesticum, hostem amicum, aduersarium propinquum, qui tibi malum pro bono reddidit, & sub specie amicitiæ crudelior existens inimicus, his omnibus, & alijs infinitis bonis te priuauit. Hic hostis salua tua reuerentia est caro infęlix & misera, multum tamen tibi dulcis & dilecta. hanc cum pauisti, inimicum pessimum contra te erexisti, hanc cum honorasti, hostem crudelissimum contra te armasti, hanc cum foris varijs & pretiosis indumẽtis decorasti, oĩb. interiorib. ornamentis te spoliasti, nesciens quod dicit Beatus Greg. in homil. Vnde (inquit) caro ad tp̃s suauiter viuit, in te spiritus in ęternum torquebitur & ingemiscet. Et contra, quo plus caro p̃mitur, eo plus de spe cęlesti minus lætatur. Vnde pro tãta iniuria nobis per te illata, continere amplius me non valeo, quia tñ malũ hucusq; sub silentio periculose pertransitũ reprehendam. Scio (inquit Ber.) ò aĩa quẽdam, qui

Hostis pessimus aīę caro est.

In meditationib. ca. 17.

qui per plures annos tecum vixit, ad mensam tecum sedit, cibum de manu tua sumpsit, & in sinu tuo dormiuit, cum voluit tecû colloquiû habuit, hic iure hæreditario seruus tuus est, sed quia delicate nimis enutristi eum, & virgæ pepercisti, leuauit calcaneum suum super caput tuum, & te in seruitutem redegit. O anima miserabilis & misera, qs te liberabit de vinculo improperij huius? Exurgat Deus & cadat armatus, & conteratur inimicus. Inimicus (inquam) côtemptor Dei, amicus mundi, cultor diaboli. Quid tibi videtur de illo? Si recte sentis, puto q mecum dices. Reus est mortis, crucifigatur. Noli ergo dissimulare, noli differre, noli parcere, crucifige, crucifige eum. Sed in qua cruce. In cruce Domini nostri Iesu Christi, in qua est salus, vita, & resurrectio nostra. Recole igitur o anima primordia tua, attende qs es insignita Dei imagine, decorata eius similitudine, desponsata fide dotata spe, prælecta charitate, redempta sanguine, particeps gratiæ, capax beatitudinis, quid tibi cum carne vnde ista pateris? si diligenter conditiones eius aduertis, nunquam vilius sterquilinium vidisti, si eius miserias enumerare velis, quâ onusta sit peccatis, pruriens concupiscentijs, occupata passionibus polluta illusionibus, confusione plena, ignominiis repleta, quid de ea habes aliud, quam cogitationes fœdas & immundas? Hæc Bernardus. Idem. O anima diuina erubesce in similitudinem porci commutari, erubesce

amo. 48 volutari in ceno, quæ es de celo. Idem super Cantica. O anima donec in carne es, inter spinas versaris & necesse est vt tentationum tribulationes, & impugnationû aculeos grauiter patiaris. Vnde dicitur tibi in Canti

Cãt. 2. cis. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. O candens liliû, ô tener & delicate flos, increduli, & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Vide ergo quomodo caute ambules inter spinas. Caro & mûdus pleni sunt spinis, conuersari in his, & nô lædi, diuinæ potentiæ est, & nô virtutis humanæ. Hæc Bernardus.

...Hostis crudelis a ... dia... Est & alius inimicus, fortis & crudelis, q mira calliditate olim didicit côsuetudines, ventilat curas, scrutatur affectus, & ibi semper quærit causas nocendi, vbi quem quam viderit studiosius occupari. Nouit enim hic hostis antiquus, ab initio humani generis inimicus, cui ipse illecebras gulæ ingerat, cui vitius inuidiæ infundat, cui blandimenta luxuriæ obijciat, cui vana superbiæ incitamenta promittat, nouit quê metu opprimat, quê gaudio fallat, quem admiratione seducat. Habet etiam aliquos sibi obligatos, quorum ad alios decipiendos ingenijs vtitur, & linguis. O anima fragilis ad resistendum, facilis ad cadendum, difficilis ad surgendum, qualiter illius crudelis aduersarij laqueos euadere poteris, quê tantis subtilitatibus præditum agnoscis? Hæc Leo Pa-

A'ia Ans. pa. Anima. Nunc video, iam primitus recognosco, q sicut dicit Augustinus consuetudo peccati est, quòd nô facile cognoscitur ab eo qui ipso premitur, sed mox cû inceperit se quis ab illo alienare, tûc demum cognoscit in quanta fœditate iacuerat. Igitur quia iam aliqualiter me ipsam a peccato alienare incipio, & p hoc me, & peccatum meum agnosco, me amplius a plãctu continere

Consuetu... peccati ... diabolo ... non valeo. O Domine Deus meus, tu impressisti mihi amabilem imaginem tuam, & ego superinduxi odibilem imaginem diabolicâ. Heu heu miser homuncio, quod demonis imaginem superimpressi super imaginê Dei. Cur non odi eius imitationem, cuius abhorreo nomen? Ille sponte cecidit, ego volens corrui. Ille nulla pcedente vindicta peccauit superbiens, ego vita eius pœna peccaui contemnens. Ille semel innocentia est institutus, ego multotiens sum restituta. Ille se erexit contra eum qui se fecit, ego me erexi contra eum qui me refecit: Ille Deum dereliquit permittentem, ego fugi Deû persequentem. Ille perstat in malitia Deo reprobante, ego curro a Deo misericorditer reuocante. Et si ambo contra Deum, ille tamen contra non requirentem se, ego vero contra morientem pro me. Ecce cuius imaginem horrebam, cum in multis me inueniam horribilio rem. Homo. Fuge fuge a me ò horribilis substantia, fuge teipsam, exterrita a teipsa. Ne igitur sine rugitu cordis tui toleres horrorem tuum, si toleras non te agnoscis. Non est hæc fortitudo, sed mentis hebetudo, nô est sanitas sed obdurata iniquitas. Anima. Si me videro, est horror intolerabilis, si non videro, est mors ineuitabilis. O quam infelix, qui sibi est horribilis, sed tamen multo infelicior cui mors æterna est insensibilis. Anselmus in orationibus. O pater patientissime, ò Rex clementissime, tegere non valeo, excusare nequeo, & tamen confiteri non modicum erubesco. Iam causam tantorum malorum inuenio, iam quod prius male latuit agnosco. Bernardus in meditationibus. Cor enim meum miserum dum futurum non curauit gaudium, nec diuinum quæsiuit consilium, a seipso fuit elongatum, & in amore terrestrium occupatum, dumque elapsum fuit ab illis, & inuolutû in illis, vanitas ipsum decepit, luxuria polluit, curiositas abduxit, cruciabatur inuidia, torquebatur iracundia, diuidebatur auaritia, anxiebatur acedia, sicque immergebatur omnibus vitijs, quia vnum bonû quod sibi sufficere potuit, dereliquit. Hæc Bernardus. Abeant ergo mitissime Deus in obliuionem coram te omnia male consumpta mea tempora, & concede vt hoc temporis mei residuum forte nimis breue, & momentaneum, sit tibi honorificum, mihi fructuosum, & proximo ædificatorium. Iam pijssime Deus propter magnitudinem damni, quod infœlix, & misera miserabiliter incurri, video & recognosco, quòd meipsam & peccatum meum sufficienter, vt merui, deplãgere non valeo, si tanta debet esse non immerito peccati detestatio, quãta fuerit in misera voluntate delectatio. Homo. O anima si per te vt asseris non potes nec sufficis delictum tuum deplangere, necesse habes te ad aliquem Sanctorum conuertere. An ignoras, quòd secû dum Bernardum securum habes accessum ad Deum, vbi matrem habes ante filium, filium ante patrem? Mater pro te ostêdit filio pectus, & vbera, filius patri latus & vulnera. Putas quòd vlla poterit ibi esse repulsa, vbi tot sunt charitatis indicia. In periculis ergo & in angustijs ac in rebus dubijs Mariam cogita, Mariam inuoca. Non recedat a corde tuo, non discedat ab ore tuo. Ipsâ sequens non deuias, ipsam rogans non desperas, ipsa tenente non corruis, ipsa protegente non metuis, ipsâ duce non fatigaris, ipsa propitia ad veniam peruenis. Hęc Bernardus. Anselmus. Dic igitur o a'ia cum magna mêtis fiducia. O Dña si tuus filius per te factus est frater noster, nonne tu per ipsum facta es mater nostra? Exultabo igitur & lætabor, quia quicquid iudicabit de me, pendet ex sententia matris & fratris mei. Hæc Anselmus. Anima. Cum peccaui in filium, irritaui matrem, Matrem offendere non potuissine iniuria filij. Quid ergo o homo faciam? quis reconciliabit me filio inimica matre? quis mihi placabit matrê irato filio? Homo. Anselmus. O anima non dubites, & si ambo sint offensi, ambo tamen sunt clementes, ambo pijssimi. Fugiat ergo reus iram iusti Dei ad piam Matrem, refugiat reus iram offensæ matris ad benignum filium, & dicat. Deus q factus es filius fœminæ pp nostram miseriam, fœmina quæ facta es mater Dei propter misericordiam, aut miseremini mihi impiæ peccatrici, aut ostendite mihi magis misericordem, ad quê ego misera confugere valeã. Hæc An. Anima. O homo quam sanû côsilium tuum, quam consolatorium est mihi miseræ verbum tuum. Quia quando peccatum meum recte aspicio tunc inuenio, tunc agnosco, quod elementa per peccam mea

Anima peccando oés creaturas post Deum offendit.

mea pollui, cęlos inquinaui, astra cœli obfuscaui, damnatos in inferno cruciaui, Sanctos in cęlo perturbaui, angelos mihi ad custodiam deputatos irreuerẽter pertractaui. Vnde ab omnibus his auxilium petere pertimesco. Et quia iusti iuste mihi indignati sunt, ad ipsos confugere nõ præsumo. Homo. O aĩa nimia est trepidatio tua, quamuis placita sit humiliatio tua. An ignoras ꝙ multi de Sanctis peccauerunt, qui qualiter nobis peccãtibus misereri debeant, in suis magnis peccatis didicerunt? Cogita Moysen Prophetam eximium, de diuina potentia desperantem. Cogita Dauid regem Sanctissimum, contra diuinam legem adulterio, & homicidio peccantem. Agnosce Salomonem sapientissimum, idola vena, & pessima adorantem. Cognosce Manassen regem iniquissimum, qui plusquam omnes reges Israel peccauerat, qui dicebat. Peccaui super numerum arenæ maris, & non sum dignna videre altitudinem cœli præ multitudine iniquitatis meę, hos semper cogita veniam impetrantes. Sed quid plura de sanctis veteris testamẽti? Cogita nunc & aduerte paucos de sanctis noui testamẽti. Vide Matt. sedẽtem ad telonium, peccatorẽ & publicanum, & assumptum in discipulum. Vide Paulum lapidantem Stephanum, & electum in Apostolum. Vide Petrum CHRISTVM abnegantem, & mox veniam impetrantem. Vide militem Christum crucifigentem, & tamen de diuina misericordia præsumentem. Vide latronem in cruce pendentem, & veniam impetrantem. Postremo cogita ò anima, ꝙ illa famosa, & immũda peccatrix Maria Magdalena, facta est tam singularis & specialis Christi amatrix. Omnes enim quotquot modo cum Deo regnãt, vel olim sicut nos peccauerũt, vel saltem peccasse potuissent, si eos diuina clementia a peccato non præseruasset. Quia cuicunque donatum est, vt peccare penitus non potuerit, non est hoc naturę sed cęlestis gratiæ anima. Iam nunc secure prophetas & Reges imploro, iam nunc audacter Apostolos & Martyres inuocabo, Confessores, Virgines, & Viduas, constanter interpello. Sed tamen præ omnibus his Sacratissimam Dei genitricem Virginem Mariam confidẽtius adorabo. Scio enim quòd tam pia, dulcis, & suauis est Maria, quòd nec nominari potest quin accendat, nec cogitari quin recreet affectum diligentium se. Hæc est enim illa quæ salutẽ omnibus impetrauit, & totius mũdi reparationem obtinuit. Hæc Bernardus. Anselmus. O fœmina mirabiliter singularis, & singulariter admirabilis per quã elementa renouantur, infirmi medicantur, homines saluantur, & Angeli reintegrantur, O fœmina gratia plena, de cuius plenitudinis abundantia, respersa reuiuiscit omnis creatura. Bernardus. O benedicta genitrix vitæ, inuentrix gratiæ, mater salutis, per te accessum habemus ad filium tuum, vt per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis. Excuset apud ipsum integritas tua culpam corruptionis nostræ, humilitas tua Deo grata, ò beatissima veniam impetret vanitati nostræ. O benedicta per gratiam quam inuenisti, per prærogatiuam quam meruisti, per misericordiã quam peperisti, fac vt qui mediãte te dignatus est fieri particeps infirmitatis, & miseriæ nostræ, te intercedẽte nos faciat participes gloriæ suæ. Hæc Bernardus. Homo. Iam nũc vt æstimo ò anima mea aliqualiter meritorie conuertisti radium contemplationis ad vidẽdum qualiter formata sis per naturam, & quomodo deformata per culpam conuertere nunc radium tuum, iam vt spero per contritionem deaurata, ad intuẽdum qualiter sis reformata per gratiam. Scire tamen debes, quod quanto perfectius per contritionis lauacrum, caligo mentis detergitur, tanto lucidius diuinæ reparationis beneficiũ speculatur. Peccatum enim secundum Augustinum est tenebra, qua intellectus obtunditur, & interior homo totus obtenebratur. Vnde necesse est vt tanto sollicitius mentales oculi a peccati tenebra per compunctionis lachrymas continue expurgentur, quanto amplius per hanc contemplationis radius obtenebratur. Hæc August. Iam igitur ò anima in affectionibus serenata, dirige radium contemplationis, ad intuendum, quam profunda Dei clemẽtia, quam alta Dei sapientia, quam mira Dei potentia sis per gratiam reformata. Considera primo qualiter per beneficium redemptionis, te a peccato originali liberauit. An ignoras, quod per peccatũ originale eras bonis naturalibus, & spiritualibus spoliata, potestati principis tenebrarum subiugata, a patria tua repulsa, & alienata? Sed secundum Bernardum. Singularis illa maiestas mori voluit, vt viueremus, seruire vt regnaremus, exulare vt repatriaremus, & ad vilissima opera inclinatus est, vt nos constitueret super omnia opera sua. Venit enim filius hominis quærere & saluum facere, quod perierat. Venit (inquam) vt te superbum humiliaret. Greg. in registr. Ad hoc vnigenitus Dei filius formam infirmitatis nostrę suscepit, ad hoc inuisibilis non solũ visibilis sed etiam despectus, apparuit, ad hoc contumeliarum ludibria, illusionum probra, passionum tormenta tolerauit, vt superbum nõ debere esse hominem doceret humilis Deus. Augus. Omnia bona terrena contempsit Deus, vt contemnenda monstraret, & omnia terrena mala sustinuit, vt sustinenda doceret, vt nec in illis quęreretur fęlicitas, neq; in istis timeretur aduersitas. Venit secundo, vt te patri reconciliaret. Aug. Cũ inimicus esses patri, ego reconciliaui te, cũ longe esses, ego veni vt reducerẽ te, cum inter montes, & siluas errares, quæsiui te, inter lapides & ligna inueni te, in humeris meis portaui te, patri meo reddidi te, laboraui, sudaui, caput meum spinis exposui, manus meas clauis obieci, lancea latus meum aperire permisi, sanguinem meum pro te fudi, totque non dicam iniurijs, sed asperitatibus, laceratus sum propter te, sed heu propter peccatũ tuũ te diuidis a me. Venit tertiò vt venditũ repararet. Augustinus. Admiremur, gratulemur, amemus, laudemus, adoremus, quoniam ꝑ redemptoris nostri mortem, de morte ad vitã, de tenebris ad lucẽ, de exilio ad patriam, de corruptione ad incorruptionẽ, de miseria ad gloriã, de luctu ad gaudium, vocati sumꝰ. Greg. Nazianzenus. O mira & inaudita permixtio, qui creator est fit creatura, qui immensus est capitur, qui diues est in homines, pauper efficitur. Suscepit imaginem carnis meæ, vt imaginem quam fecerat repararet, vt carnem mortalem immortalitate dotaret. Expergiscere nunc ò anima mea, respice in faciem Christi tui. Vide faciem illam quondam splendore nimio luminosam, propter te velatam contra charitatem, decore speciosam, inflatam contra speciositatem, dulcore gratiosam, consputam contra gratiositatem, amore desiderabilem, abominabilẽ contra desiderabilitatẽ. Vide nunc ò anima mea, & diligenter considera mira & inaudita prodigia, quæ fecit Dominus super terram. Deus illuditur, vt honoreris, innocens flagellatur vt consoleris, iustus crucifigitur vt libereris, agnus immaculatus occiditur vt epuleris, sanguis & aqua de latere lanceati emittuntur vt poteris. Respice igitur in pretium redemptionis placans offensam præuaricationis, inspice exemplum informationis, præstans adminiculum sanctificationis, aspice auxilium protectionis, reserans ianuam incarcerationis, suscipe præmium retributionis, conserens gratiam iustificationis. Aspice ò anima delicata contemplando assidue, & fac imitando perfecte secundum exemplar consummatæ iustitiæ, quod tibi in monte monstratum est, hoc est in Christi victoriosissima passione. An non consideras, quòd delitijs corporis æstuas, & Christus Dominus tuus, rex tuus, sponsus

suus

Margin notes: Multi sancti in vita peccatores extiterũt. — Exo. 4. — 2. Reg. 11. — 3. Reg. 11. — 4. Reg. 21. — Matth. 9. — Act. 7. & 9. — Luc. 20. — Luc. 23. — Luc. 7. — Peccatum quid. — Luc. 19. — Contemplatio passionis Domini

Digitized by Google

tuus, magister & amicus tuus, affligitur omni genere pœnarum, in omni parte sensuum, ab omni statu hominum? Rex illusit, Præses iudicauit, Discipulus vendidit, Apostoli reliquerunt, Pontifices, scribæ, & Pharisæi tradiderunt, gentiles flagellauerunt, turbæ condemnauerunt, ac milites crucifixerunt. Bernard. Caput illud Angelicis tremendum spiritibus, densitate spinarum pungitur, facies pulchra præ filijs hominum sputis Iudæorum deturpatur, oculi lucidiores sole caligant in morte, aures quæ audiunt Angelicos cantus, audiunt peccatorum insultus, os quod docet Angelos, felle & aceto potatur, pedes quorum scabellum adoratur, quoniam Sanctum est, cruci clauo affiguntur, manus quæ formauerunt cœlos sunt in cruce extensæ & clauis affixæ, corpus verberatur, latus lancea perforatur. Et quid plura? non remansit in eo aliquid liberum nisi sola lingua, vt pro peccatoribus exoraret, & matrem discipulo commendaret. Hæc Bernardus. Et quid plura? ò fidelis anima saluator noster nullis aduersantium hostium tentamentis potuit a nostræ salutis cura reuocari. Sed quo magis eius ostenditur æmulatio, eò grauior nos si hanc spernimus, sequitur damnatio. Anima: O homo iam diu tacui, quia quæ proposuisti, cum gaudio pariter, & luctu, deuota mente recepi. Gaudens igitur gaudebo in domino, quia me tantum dilexit, quod vnigenito filio suo propter me non pepercit. O inæstimabilis dilectio charitatis, vt ancillam, immo nec nomine ancillæ dignam redimeres, filium tradidisti. O Domine Iesu Christe qui propter me tibi non pepercisti, cor meum tuis vulneribus ita saucia, & mentem meam tuo sanguine ita inebria, vt quocunque me vertam semper te videã crucifixum, & quicquid inspexero, mihi appareat tuo sanguine rubricatum, vt sic totus in te tendens, nil valeam præter te inuenire, nil nisi tua vulnera intueri. Hæc mihi consolatio sit tecum mi Domine crucifigi, & mihi sit intima afflictio aliquid præter te meditari. Hugo de Sancto Victore. Nulla dilectio maior, nulla claritas sincerior, nullus amor fortior, mortuus est pro me innocens, nihil in me inueniens quod amaret, sed heu quoties hanc miram circa nos diuinæ pietatis dignationem aduerto, de nimia ingratitudine mea non modicũ confundor, & erubesco. HOMO. Hugo de arrha animæ, O anima dereliquisti sponsum tuum, prostituisti amorem tuum, & pro tantis beneficijs gratias non egisti, quia vt releuaret te illuc vnde cecideras, ipse descendere dignatus est, & pie pati quod tolerabas. Cogita ergo quantum diligat te, qui non nisi moriendo à morte voluit liberare te. Hæc Hugo. Vnde anima mea, quanto beneficia redemptoris recognoscis digniora, tanto peccata ingratitudinis sunt deteriora. Vide ergo ne sis ingrata, cui tanta beneficia sunt collata, magnum enim est peccatum ingratitudinis. Quia sm Bernar. Ingratitudo est quasi ventus vrens, exsiccans riuulos diuinæ misericordiæ, fontẽ clementiæ & fluenta gratiæ. Attende igitur ò anima mea, frequenter volue & reuolue in mente illud horribile verbum quod contra ingratos profertur, in persona saluatoris dicentis. O anima vide quanta pro te patior, ad te clamo qui pro te morior. Vide pœnas quibus afficior, vide clauos quibus confodior, audi improperia quibus confundor. Sed cum sit tantus dolor exterior, cruciatus tamen interior est grauior, cum tam ingratum te experior. Et alibi Bernardus contra ingratos in persona CHRISTI inuehitur dicens. Popule meus quid feci tibi, aut in quo molestus fui tibi, responde mihi, quid causæ est quòd inimico meo magis libet seruire, quam mihi? Attende quòd ego sum qui creaui te. Ego omnibus bonis ditaui te. si hæc modica videntur ingratis, ego preciosissimo sanguine meo redemi te. Eia anima mea, non recedant hæc a corde tuo, non discedant ab ore, semper gratias age, nunquam cessã vnigenitum Dei filium pro tantis donis benedicere & magnificare. Sit tibi dilectus, pro his oĩbus aliquando fasciculos myrrhæ in corde tuo, aliquando iubilus in mente, laus in ore, melos in aure. Anima: Iam diutius me continere nõ valeo. Dic quæso. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Homo. O anima, sicut dicit Bernardus. In meditationibus, totam vitam tuam debes huic, non immerito qui vitam suam pro te posuit, & cruciatus duros sustinuit, ne & tu æternos cruciat⁹ sustineres. Quid tibi vel durum esse poterit cũ recordatus fueris, quod ille speciosus in forma Dei pro te voluit crucifigi? O quam indebita miseratio, ò quam gratuita dignatio, quam inopinata dilectio, quam stupenda dulcedo, regem gloriæ pro despectissimo vermiculo mori & crucifigi. O quam dulcis amicus, ò quam fortis auxiliator, ò quam prudens consiliator. Anima. O homo fateor & vere recognosco si essent in me omnes vitæ filiorum Adam, omnes dies seculi, & labores omnium hominum qui sunt, fuerunt, & erunt, nihil esset ad comparationem illius, quod sponsus meus pro me sustinuit, quod pro peccatis mei filius Dei tolerauit. Com ergo donauero ei quicquid sum, & quicquid possum, nonne erit sicut stella ad solem, sicut stilla ad fluuium, & sicut puluis ad montem? Hæc Bernardus. Homo. O anima quia iam considero quòd deputato contemplationis oculo gratiam diuinæ redemptionis qua te a peccato originali sponsus tuus liberauit agnoscis, adhuc modicum pro Deo loqui incipiam, & tibi ad cumulum diuinæ miserationis, qualiter per ipsam a peccato actuali liberata sis, ostendam. Conuerte igitur radium contemplationis ad beneficium iustificationis, & considera Domini Dei tui gratiam, quam paterne per occultam inspirationem te a peccato reuocauit, quam dulciter, & quã amicabiliter alloquendo per interiorem allocutionem reuocauit dicens. Reuertere reuertere Sunamitis, id est aĩa per peccatum misera effecta, vel captiuata, vel mortificata. Reuertere (inquit) ò anima ad me, ego sum creator tuus, reuertere, ego sum redemptor tuus. Reuertere ego sum consolator tuus. Et si hæc modica videntur, reuertere vltimo, quia ego sum tam liberalis remunerator tuus. Reuertere igitur ad me, ego sum qui te tam nobiliter creaui. Reuertere, ego sum qui te tam misericorditer per mortem meam amarissimam, de morte æterna liberaui. Reuertere ad me, ego sum qui te bonis spiritualibus & corporalibus tam multipliciter ditaui. Reuertere vltimo ad me ò anima, ego sũ qui te iam per præparatam fœlicitatem tam liberaliter remuneraui. Reuertere (inquit) a peccato cogitationis, reuertere a peccato locutionis, reuertere a peccato actionis, reuertere a peccato assuefactionis. Reuertere ad me ò anima, te sancti cum magno desiderio expectant, & ad tuum aduentum Angeli exultant. Reuertere vocat te expansis in cruce manib. Iesus Christus. Reuertere, tuum reditũ præstolatur totius Trinitatis abyssus. O anima hæc fuit vox, si bene recolis, dilecti inuitãtis. Aduerte nunc quæ fuerit longanimitas expectantis. O quanto tempore tuum aduẽtum expectauit, heu quanto tempore te in peccatis tuis tolerauit. O quot & quanto ante tuam cõuersionem in peccatis damnauit, & te semper peccantem misericorditer expectauit. Reuertere adhuc ò anima, Christus in cruce te expectans habet caput inclinatum, ad te peccatricem & immundam deosculandam, habet brachia extensa, ad amplexãdam, manus apertas, ad remittendum, corpus extensũ, ad se totum impendẽdum, pedes affixos, ad tecum commanendum, latus apertum, ad te in illud intromittendum. Esto ergo ò anima iam columba nidificans in foraminib. petræ, in cauerna maceriæ, peruola manus, peruola pedes, inuola lateri, ibi tuta reges, ibi secura quies.

Ingratitudo ẽ quasi vẽtus vrẽs exsiccãs diuinę misericordiæ riuulos.

Dei beneficia nequimus perfouere.

Iustificatio magnũ est Dei beneficium. Nota.

Hæc Bernar. Hugo de Sancto Victore. O anima si digne cogitare posses, quot & quales in tui comparatione abiecti sunt, qui tibi datam gratiam consequi non meruerunt. Elegit ergo & prælegit te sponsus tuus, elegit te in omnibus, assumpsit ex omnibus, amauit præ omnib. An ignoras, quam fœda prius fuisti, quam polluta, & dissoluta prius extitisti? Ipse te lauit lauacro regenerationis, pauit cibo dulcissimi corporis. Ipse tibi dedit vestimenta virtutum, quibus nuditatem tuam tegeres & te adornares. Ipse contulit aromata bonorum operum quibus fœtorem peccati effugares: dedit speculum scripturæ in quo faciem tuam agnosceres. Hæc Hugo. O anima vidisti longanimitatem expectantis, iam nunc conuerte radium contemplationis ad benignitatem iustificantis. Cogita diligenter vnde tibi post hæc omnia tam inæstimabilis gratia, vt eius merearis esse sponsa, in quẽ desiderant Angeli prospicere. Ber. Quid ergo retribues domino pro omnib. quæ retribuit tibi? Tribuit enim tibi per gratiam vt sis socia mensæ, socia regni, socia thalami. Vide quibus brachijs à te sit amplexãdus, quibus labijs deosculandus, qui te tanti æstimauit, vt te suo sanguine mundaret, & propter te somnum mortis acciperet. Anima. Fateor iam & recognosco, experior & intelligo me multo plura his a deo meo recepisse, sed pro his omnibus nil dignum beneficijs tantis Deo retribuisse, vnde ait Bernar. Misericordias domini in æternum cantabo, quia septem in me misericordias factas cõsidero; per quas suam inæstimabilem pietatem euidentissime recognosco. Primo quod a multis peccatis me cõseruauit. Secundò quod me peccantem non statim damnauit, sed me prolungante iniquitatem, ipse prolungauit pietatẽ. Tertio quòd cor meum immutauit, vt fierent ei dulcia quæ prius erant amara. Quarto quòd me pœnitentem misericorditer recepit. Quintò quod continendi & emendandi mihi virtutem præstitit. Sextò quod dedit mihi gratiam promerendi. Septimo quòd mihi tribuit spem obtinendi. Dic mihi iam ò homo propter diuinam clementiam, quid pro his omnibus Domino meo retribuam, ne fiam indigna percipiendis, si ingrata fuero inuenta de perceptis? August. Quid ergo retribuam domino, nisi quòd diligam & gratias agam, cõfitear & laudem dicam nomini suo æterno & benedicto? Quoniã tam paratus est mihi dimittere mala, & tam inæstimabilia conferre bona. Gratiæ eius deputo, quòd peccata mea quasi glaciem soluit, gratiæ eius deputo quæcunque mala non feci, & ideo omnia mihi reputo dimissa, quæcunque a me ipso duce non sunt commissa. Hæc Aug. in lib. Confess. Homo. O anima scito quòd quicquid tibi dilectus tuus contulit, quicquid propter te sustinuit, totum in charitate perpetua (qua te dilexit) consummauit. Vnde (sicut æstimo) nec melius nec decentius quam per dilectionem retribuetur, quod ex sola dilectione cõdonatur. Anima. Eia mi domine Deus meus, si hæc ita se habent, quantum ego infœlix & misera diligere deberem Dominum meum, qui me creauit cum non eram, redemit cum perierã, & de multis periculis liberauit me, quando errabam reduxit me, quando ignorabam docuit me, quando peccabam corripuit me, quando contristabar, consolatus est me, quando steti tenuit me, quũ cecidi erexit me, quando iui duxit me, quando veni suscepit me. Hæc & multa alia fecit mihi Deus, de quibus dulce mihi erit semper loqui, semper cogitare, semper gratias agere, vtinam pro omnibus beneficijs suis possem eum laudare & amare. Cum enim (secundum auctorem de spiritu & anima) cunctis præsidens, singulos implens, vbique præsens, cunctorum curam agens, & tam singulis quam omnibus prouidens, ita tamen totum ad custodiam meam occupatum video, quasi omnium oblitus fuerit, & mihi solum intendere velit. Sic enim præsentem se mihi exhibet, semper se paratũ offert, si me paratum inuenerit, vt quocũque me vertam, non me deseras, nisi ego prius deseram eũ. Nec pro his omnibus quod illi retribuam habeo, nisi tantum, vt diligam. Hæc auctor de spiritu & anima. Bernar. O bone Iesu, quoties post immensos & innumerabiles lachrymas, quoties post varios singultus & gemitus, me sauciatam & iam pene desperantem vnxisti vnctione misericordiæ tuæ, & oleo lætitiæ pene deficientem excepisti gaudentem, nec dereliquisti de venia præsumentem. Sed super hæc omnia mihi te bone Iesu amabilem non immerito reddit calix passionis quem bibisti, opus nostræ redemptionis quod suscepisti. Hoc n. est quod totum amorem meum vendicat sibi, hoc est quod meam deuotionem blandius allicit, & iustius stringit, & vehementius afficit. Etenim vbi te humiliasti, vbi te naturalibus radijs exuisti, ibi charitas plus effulsit, & gratia amplius radiauit. Hæc Ber. Adiuro vos (inquit anima in canticis) filiæ Hierusalem, vt si inueneritis dilectum, nuncietis ei, quia amore langueo. Ber. Non operit anima quem diligit, quia præsentem omnib. credit, qui de corde suo recedit. Aug. Amo te dñe, & impatiens est amor, nec lachrymis sedatur, donec amori detur qđ amatur. Nihil etus mœstitiam consolatur, quousq; non aspicitur qđ desideratur. Anima. Sed nunquid ò homo ille tenetur Deũ diligere, qui se gaudet talia qualia ego commisi minime commisisse? Homo. O anima, non te quisquam irrideat, ab eo ægram sanari oportet, a quo sibi præstitum est vt non ægrotaret, vel forsan vt maiores labores cautius euitaret. Et ideo Deum tantundem imo re vera amplius diligat, quia per quem me videt tantis peccatorum meorum languorib. exui, per eum se videt tantis doloribus implicari. Hæc Aug. in lib. Cõfes. Hiero. Sine amore charitatis quamuis quisq; recte credat, ad beatitudinem tñ venire non potest, quia tanta est charitas, vt etiam prophetia & martyrium sine illa nihil esse credantur, nullum præmium charitati comparatur. Charitas. n. omnium virtutum obtinet principatum. Augu. Da mihi te Deus meus, redde te mihi, amo te, & si parum est tamen validius. Non possum metiri, vt sciam quantum desit mihi amoris tui, ad id quod satis est, vt currat vita mea in amplexus tuos, ne auertatur donec abscondatur in abscondito vultus tui. Hoc tamen scio, quod male mihi est præterire, & omnis copia quæ Deus meus non est, mihi egestas. Hæc August. Anima. Nunc ergo ò homo, quia pro his omnibus dilectum dilectorem meũ (vt dixisti) diligere debeo, dic quæso quantum aut quõ ipsum diligam, quatenus sibi vicissitudinem tantæ dilectionis rependam? Homo. O anima quamuis secundum Ber. causa diligendi Deũ, Deus sit, modus vero diligendi eũ, sit sine modo diligere, possumus tamen modum aliquem ex ipsis sacræ scripturæ locis inuestigare. Ipse etenim qui tibi dilectionem tribuit, modum diligendi ostendit quando dixit. Diliges dominũ Deũ tuum, ex toto corde tuo, ex tota aĩa tua, & ex tota fortitudine tua. Dilige igitur anima amore singulari Deum patrem, qui te tam nobiliter ex nihilo creauit, Deum filium, qui te tam inæstimabiliter pro te moriendo reformauit, Deum Spiritum sanctum, qui te tam misericorditer & tam dulciter sæpius consolando a peccato conseruauit, & in bono confortauit. Dilige igitur Deum patrem fortiter, vt nullo alieno amore periculose vincaris, dilige Deum filium sapienter, vt nullo alieno amore doloso seducaris, dilige Deum Spiritum sanctum dulciter, vt nullo alieno amore venenose inficiaris. Vel aliter secundum Bernardum. Disce a CHRISTO ò anima Christiana, quemadmodum debeas diligere Christum. Dilige dulciter, prudenter, & fortiter. Dulciter, vt amore illius omnis amor alius tibi vilescat, & ipse solus sit tibi mel in ore, melos in aure, iubilus in corde. Dilige prudenter, vt amor tuus in

eo solo

Ser. 2. In Euã. Marci ca. 8. vbi turba reficitur.

Septẽplici misericordia vtitur deus quando aĩam retrahat a peccato.

Can. 2.

Quantũ & quomodo Deus sit diligendus.

Matt. 22.

eo solo & in nulli alio continue inardescat. Dilige fortiter, vt tua fragilitas omnia dura & aspera gaudenter pro ipso sustineat, vt dicas, labor meus vix est vnius horæ, & si amplius est, nõ sentio præ amore. Hæc Bern. Hier. Ita christianus per amorẽ in Christũ iugiter intendat, vt omnia libenter propter ipsum sustineat, donec ad ipsum perueniat. Hæc Hiero. Amemus Christum, & eius semper quæramus inhærere amplexib. & facile videbitur omne quod est difficile. Ambr. O anima semper in mente tua pertracta quam dulciter Christus te dilexit in incarnatione, quã prudẽter in conuersatione, & quã fortiter in passione. Hugo. Nulla dilectio maior, nulla charitas syncerior, nullus amor fortior, mortuus est pro te innocẽs, nihil in te inueniens quod amaret. Hæc Hugo de Sancto Victore. Anima. Dic quæso ò homo salua reuerentia tua, non ex curiositate, sed ex humilitate, non ex præsumptione, sed potius ex deuotione interrogo. Et quid est quod amo, cũ Deum meũ amo? Homo. O anima si tua quæstio esset præsumptuosa, tunc nimis esset vitiosa, sed quia ex deuotione originatur, deuotam responsionem meretur. Audi ergo quid dicit ille magnus amator Dei Aug. in lib. Cõfes. Cum Deũ (inquit) amo, non amo speciem aut decus, non tempus, non candorem lucis istius amicum oculis, nõ dulces melodias, non vnguenta suauiter redolentia, non manna, nõ mella, non mẽbra carnis amplexibus acceptabilia, non hæc amo cum Deum amo. Sed quid amo? Amo lucem quandam, quandam vocem, quendam odorem, quendam cibum, quendã amplexũ interioris hominis mei, vbi fulget animæ quod non capit locus, vbi sonat quod nõ capit tempus, vbi redolet quod non spargit flatus, vbi sapit quod non minuit edacitas, vbi hæret quod non diuellit facietas. Aĩa. Dic q̃so ò homo vel paululũ de charitatis virtute, qua cognita ad diligẽdum Deum fortius animus inardescat. Homo. Re vera ò anima charitatis fructus magnus est, sed occultus. Ipsa. n. secundũ Aug. in aduersitatibus tolerat, in prosperitatib. temperat, in duris passionib. est fortis, in bonis operib. hilaris, in tentatione tutissima, in hospitalitate liberalissima, inter veros fratres lætissima, inter falsos patientissima. Ipsa est inter opprobria secura, inter odia benefica, inter iras placida, inter insidias innocens, in iniquitate gemens, in veritate respirans. Hæc Aug. de laude charitatis. Bern. O felix amor ex quo oritur strenuitas morũ, puritas affectuum, subtilitas intellectuum, sanctitas desideriorũ, claritas operum, fœcunditas virtutum, dignitas meritorum, sublimitas præmiorum & honorum. O dulcedo amoris, ò felix amor dulcedinis, comedat te cor meum, & nectare tuo repleantur viscera animæ meæ. Hæc Ber. Idem. O anima quam dulcis est cibus charitatis, qui fessos alleuiat, debiles roborat, mæstos lætificat. Iugum nãque veritatis facit suaue, & onus eius, leue. Idem. Fateor domine, non sustinui pondus diei & æstus, sed iugum suaue & onus leue porto. Opus enim meum vix est vnius horæ, & si plus est, non sentio præ amore. Sed quid plura? Hugo de Sancto Victore. O anima tanta est vis amoris, vt talem te necesse sit esse, quale est illud quod amas. Et cui per affectum coniungeris, in ipsius similitudinem ipsa quodammodo dilectionis societatem transformaris. Hæc Hugo.

Charitatis innumeri fructus.

Quomodo anima per mentale exercitium debet radium contemplationis conuertere ad exteriora, vt cognoscat quam instabilis sit mundana opulentia, quã mutabilis mũdana excellentia, et quam miserabilis mundana magnificẽtia. Cap. 2.

ANIMA.

IAm video quoniã miser est oĩs animus iunctus amicitia rebus temporalib. quæ cũ labore acquiruntur, cum timore possidẽtur, cum dolore amittuntur. Sed beatus est qui amat te dñe, & inimicum pp te & amicũ in te: solus. n. nullum charum amittit, cui oẽs in te chari sunt, te vero nemo amittit, nisi qui te dimittit, qui aũt te dimittit quo vadit, nisi a te placido ad iratum? Hæc Aug. Idem. O charitas quæ sp ardes & nunquã extingueris. Charitas Deus meus accende me. Iubes vt amẽ te, da quod iubes, & iube quod vis. Iubes certe qđ contineam a concupiscentia carnis, a concupiscentia oculorum, & ambitione seculi. Aug. Minus te domine amat qui aliquid tecum amat, quod pp te non amat. Amb. O homo amemus Christum, & eius semper inhærere quæramus amplexib. & facile videbitur omne difficile. Homo. Greg. O aĩa iam vt video recognoscis quam fœlix & quã beatus est, qui in solo æternitatis desiderio per amorem figitur, qui nec prosperitate extollitur, nec aduersitate quassatur, & dũ nihil hẽt in mũdo qđ diligat, nihil est in mundo qđ pertimescat. Hæc Greg in mora. Conuerte igitur ò aĩa nunc radium contẽplationis ad ea quæ sunt iuxta te, hoc est ad mundũ istũ sensibilem, vt ipsum & ea quæ sunt in ipso despicias, & eo despecto amplius in amore spõsi inardescas. Minus. n. eũ amas si aliqd cũ eo appetis, quod propter ipsum & in ipso non diligas, Tanto. n. (scđm Greg.) quis ab illo superno amore disiungitur, q̃to inferius delectatur, citi⁹ ad Deũ conuertitur, q nõ hẽt in hoc seculo vnde delectetur. Et scđm gl. super Exo. l. Tanto quis ab inferiorũ amore disiũgitur, q̃to ad sola æterna amanda subleuatur. Cætera igitur creatura tibi vilescat, vt creator tuus in corde solus dulcescat. Aug. Volue igitur semper & reuolue, non tñ ex auditis, sed ẽt ex expertis, non tñ ex dictis, sed ẽt ex factis, q̃ instabilis sit mundana opulentia, quã mutabilis mũdana excellentia, quam falsa & miserabilis mundana gloria. Omne. n. (scđm Grego.) quod hic eminet, multo plus mœrore afficiĩ, q̃ honore gaudeat. Bern. Ecce huius mũdi amatores nũdinas huius seculi perambulãt, alij diuitias, alij honores, alij gloriã quærẽtes. Sed qd de diuitijs dicã, q̃ cũ labore acqruntur, cũ timore possidentur, cũ dolore amittũtur? Quid de honore referã? In loco sublimi positus es, nunqđ non eris iudicandus ab oĩb. lacerandus ab oĩb? Nunqd in honore sine dolore, in prælatione sine tribulatione, in sublimitate sine vanitate esse qs poterit? Quid de gloria dicam? Nihil aliud est nisi quædam vana aurium inflatio. Nunquid & ipsa est sine iudicio? Respice quos antecedis, & cogita quia in omnibus inuidiæ semina præbes, Toties angelo apostatæ similis esse volo, quoties præesse desidero. Hæc Ber. Hier. Nihil nanque seculo rebusq; seculi fugacius est, quas cum tenere cupimus amittimus. Vidisti Imperatores, vidisti pfectos, vidisti exercitus, victorias & triumphos, heri fuerũt, hodie non sunt, heri quasi flos apparuerũt, hodie quasi fœnũ aruerunt. Nihil itaq; bonũ est nisi quod ppetuũ est. Hæc Hieron. Aĩa. O homo si hæc ita se habent, quid est quod miseri homines q̃runt, dum mundi vanitates appetunt? O quantum excæcati sunt qui mundi gloriam quærunt. Greg. Nonnulli dum quorundam gloriam cernunt, magnum aliquid existimant, atque vt talia mereantur exoptant. Cũ vero eos morientes aspiciunt, eorum quam vana sit gloria cũ gemitu fatentur, & dicunt. Ecce quam nihil est homo. Hæc Greg. Homo. O anima charissima, & qd sunt mũdana omnia nisi quædam vana somnia? Et quid profuit superbia aut diuitiarum iactãtia amatoribus suis? trãsierunt. n. omniã tanq̃ vmbra, & tanq̃ nauis quæ pertransit fluctuantem aquam, cuius non est inuenire vestigium. In malignitate enim sua cõsumpti sunt.

Heu quam plurimi & nullum signum reliquerunt. Vbi sunt principes gentium, & qui dominati sunt super bestias quæ sunt super terram? Qui argentum thesaurizauerunt, & aurũ congregauerunt, qui ciuitates & castra extruxerunt; Reges & regna bellando deuicerunt. Vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquisitor huius sæculi? Vbi Salomon sapientissimus? vbi Alexander potentissimus? vbi Sãson fortissimus? Vbi Absalon speciosissimus? vbi Assuerus gloriosissimus? vbi Cæsar potentissimus? vbi reges? vbi principes incliti? Quid profuit eis inanis gloria, breuis lætitia, mundi potentia, magna familia carnis voluptas, diuitiarum falsitas, concupiscentię suauitas? vbi risus? vbi lætitia? vbi iactantia? vbi arrogantia? Ecce generositas sanguinis, pulchritudo corporis, forma elegãs iuuenilis decor, pdia, palatia immẽsa, suppellex, adde & mundi sapientiam, de mundo sunt hæc omnia, & mundus quod suum est diligit, & tamẽ cum mundo nõ diu subsistunt. transibit n. mundus & concupiscentia eius, Bern. Tu ergo si recte sapis, si tecum lumen oculorum est, desine sequi quæ consequi miserum est, quæ possessa onerant, amata inquinant, & amissa cruciant. Tu ergo relinque hæc omnia propter eum qui est super omnia. Hæc Ber. Fuge ergo & confuge o aĩa ad vrbem refugij, hoc est ad vitam religiosam, vbi possis de præteritis agere pœnitentiam, & in præsenti obtinere gratiam, & fęliciter pręstolari futuram gloriam. Non te retardet peccatorum conscientia, quia vbi superabundauit iniquitas, superabundare consueuit & gratia. Non pęnitẽdarum austeritas ipsa te deterreat. Non. n. condignæ sũt passiones huius tpis ad præteritam culpam quæ remittitur, ad præsentem gratiam quæ immittitur, & ad futuram gloriam, quæ promittitur. Hæc Berna. Anima. Iam falsitatem & instabilitatem mundi agnosco, sed nescio quo vinculo detenta adhuc auertere mentem nequeo. Homo. certe si diligẽter ò anima & prudenter periculum tuum qđ de mundo incurris aduerteres, proculdubio animũ a seculi vanitatibus cohiberes. Grauis n. & nimis periculosa est mundana conuersatio, quia secundum Bern. Periclitatur castitas in delitijs, humilitas in diuitijs, pietas in negotijs, veritas in multiloquio, charitas in hoc nequã seculo. O anima debilis & infirma quæ tam facilis es ad decipiendum, tam prona ad cadendum, tã difficilis ad surgendum. An ignoras quòd sicut difficile est arborem iuxta viam positam fructus pulcherrimos vsq; ad maturitatem seruare, sic difficile est hominem iuxta seculum viuentem iustitiam immaculatam vsque in finem conseruare? Hæc Chrysosto. Item Augustinus in epistola quadã. Vincula huius mũdi habent asperitatem veram, iucunditatem falsam, certum dolorem, incertam voluptatem, durum laborem, timidam quietem, plenã miseriam, nullam beatitudinem, & inanem spem. O anima si hoc in mente portares, mũdum & ea quæ in mundo sunt contẽneres. Et quid est charissima quod diligis? quid est quod appetis? quid est quod in mundo quæris? Si prælationem diligis, quid aliud facis, nisi ꝙ vitam tuam confundis? An ignoras ꝙ monstruosa res est gradus summus & animus infimus: sedes prima & vita ima. lingua magniloqua, & manus ociosa; sermo multus & fructus nullus, vultus grauis & actus leuis, ingẽs auctoritas & nutans instabilitas. Hęc Berna. Sed forte diceres, prælationem quidem appeto, sed in ipsa bene & sancte viuere intendo. Laudo, sed raro quod laudare valeam inuenio. Vnde semper timeo qđ dicit Greg. in registro. Ita sibi regentiũ & subditorũ merita connectuntur; vt sæpe ex culpa præsidentium fiat deterior vita subditorum. Et sæpe ex merito plebium delinquat vita pastorum. Si sapientiam mundi q̃ris, ò quanto periculo te committis. Bernar. Heu quot & quantos mundi maledicta sapientia supplantauit, & cor ceptum in eis diuinum extinxit spiritum, quem vehementius dominus accẽdi voluit. An ignoras quòd sapientia mundi terrena est, animalis & diabolica, inimica salutis, suffocatrix vitæ, & mater cupiditatis? Hæc Bernard. Aug. Qui sine saluatore salutẽ vult quærere, & sine vera sapientia æstimat se prudentem fieri posse, non sanus sed æger est, non prudens sed stultus est, & in ægritudine laborat assidue. Qui. n. crescit in scientia & non in bona vita, elongatur a Deo, sicut dicit Algazel. Tu ergo si sapiẽs esse desideras discas in terris, quo scientia perseueret tecum in cęlis. Hæc Hierony. Hic studeas qualiter ad ipsum peruenias, quem semel vidisse est omnia didicisse. Hæc est illa æterna veritas, sine qua omne sapere desipere est, quam solam cognoscere perfectum scire est. Augustinus. Infœlix homo qui scit omnia alia, te autem nescit. Beatus autem qui te scit etiam si alia nesciat. Si autem te & alia nouit, nõn pp illa beatior, sed propter te solum beatus. Anselmus. Sed fortasse diuitias mũdiales, pompas seculares: & delitias carnales o anima mea diligis, & propter hoc mundum inuite derelinquis. Sed attende quod caduca & fragilia sunt hæc. Dic vbi reges? vbi principes? vbi omnium pręd ictorum dilectores? Timeo ꝙ multi ex ipsis heu exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. Quid nunc eis prodest superbia? quid diuitiarum iactãtia? Qui. n. plus diligit mundum quam Deum, seculum quam claustrũ, gulam quam abstinentiam, luxuriam quam continentiam, sequitur Diabolum, & ibit cum eo ad æternũ supplicium. Augustinus. Qui florent fęlicitatem sęculi, pereunt virtute Dei, florent ad tempus, pereunt in ęternũ, florent falsis bonis, pereunt veris tormentis. Idem. Si in hoc seculo aliquid nos habere delectat, Deum qui possidet omnia expedita mente possideamus, & in ipso habebimus quicquid fęliciter & sancte desideramus. Gregor. Nec diuiti obsunt opes si eis bene vtatur, nec pauperem egestas cõmendabilem facit, si inter inopias sordes peccati non caueat. Sed adhuc ò anima inuenies qđ obijcias dicens. Mundum despicio, sed amicos, parẽtes, & cognatos derelinquere non valeo. Friuola ò anima est hæc obiectio Bernardus. Fidelis sermo & omni acceptione dignus. Si impium est contemnere patrem vel matrem, propter Christum pijssimum est. O dirum patrem, o sæuam matrem, immò non parentes sed peremptores, qui te malunt perire cum eis, quam regnare sine eis. Hieronym. Licet sparso crine & scissis vestibus vbera quibus te nutrierat mater ostendat, licet in limine pater iaceat, per contemptam matrem, per calcatum patrem perge siccis oculis, & ad vexillum crucis euola. Solum pietatis genus est in his fuisse crudelẽ. Chrysost. An ignoras ò anima, qđ qui habet Iesũ, hẽt patrẽ, & matrem, & omnem amicum? Quid sequeris mortuos? sequere viuum; & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Aĩa. Iã ex verbis tuis ò homo perpendo & ex multis experimẽtis cognosco, quod ẽt mundus in seipso aruit. Sed adhuc heu in multorũ cordib. floret, qui amaritudines mundi diligũt, fugientem sequũtur, labentem amplectuntur, dic q̃ est tantæ cęcitatis ratio? Homo. O anima an ignoras, ꝙ tam delicata & tam nobilis es a sponso tuo auctore omnium condita, quod sine dilectione esse non potes? Hiero. Difficile est humanam animam non amare, necesse est enim, vt mens nostra ad quoscunque trahatur affectus. Vnde secundum Bernardum etiam oportet, quòd aut in summis aut in infimis delecteris. Igitur secundum Gregorium in Moral. Quia sunt nõnulli qui vitam suam negligũt, dum trãsitoria appetunt, & æterna non intelligunt, vel intellecta contemnunt, dolorem non sentiunt dum vulnerati sunt. Vnde heu se miseri in bonis esse putant, exilium quasi patriam diligũt, & in cæcitate quasi lumi-

Nota bene

Merita regentiũ, & subditorũ connexa sunt.

Propter Christũ ẽ parẽter sũ relinquẽd

In epist. ad Eustochium.

nis

Digitized by Google

nis claritate exultant. Econtra electorum mentes dum cuncta transitoria quasi nulla conspiciunt, ad quid sunt conditæ requirunt. Cumq; eorum affectui nihil extra Deum sufficiat, in sola contemplatione cõditoris quiescunt, supernis interesse ciuibus appetunt, & adhuc in mundo positi extra mundum surgunt. Hęc Gregorius. Idem super Ezechielem. Dulcedo videtur esse in rebus humanis, sed eis qui nullam de cęlestibus dulcedinem experti sunt. Quia dum mens humana minus ęterna intelligit, tanto dulcius in temporalibus requiescit. Sed si quis iam cordis lingua gustauerit que sit illa dulcedo cœlestium præmiorum, huic quanto dulcius sit quod intus videt, tanto magis in amaritudinem vertitur omne quod foris sustinet. ANIMA. Ne quæso ò homo procrastines mihi aliquid de mundano & cœlesti gaudio edisserere, æquatenꝰ vtriusq; natura pfectius cognita, vnum verius despiciam, & ad alterum assequendum studiosius me extendam, quia puto quòd sicut bonum non amatur nisi cognoscatur, ita malum non detestatur nisi intelligatur. HOMO. O anima ęstimo quòd mũdanum gaudium (si tamen potest dici gaudium, & non potius flagellum incognitum) nũquam perfecte cognoscitur, nisi cum perfecte despicitur. Vnde sicut a perfectis mundi contemptoribus traditur, mundanum gaudium potissime propter quinque contemptibile est habendum. Primo quòd habet vilitatem in obiecto. Quid enim est seculi lætitia? Respondet Augustinus, impunita nequitia, id est luxuriari, inebriari, comessationibus vacare, vanitatibus intendere, & pro his, in hac vita nihil mali sustinere. Putant enim mali se esse in delitijs, cũ non corriguntur pro suis nequitijs. Et ignorant quod sicut dicit Augustinus, nihil infœlicius est fęlicitate peccantium, qua penalis infirmitas nutritur, & mala volũtas roboratur. Secũdo habet impuritatem in subiecto. Anima enim peccatis deformata, est subiectum mundani gaudij, quæ lætatur male cum fecerit, & exultat in rebus pessimis. Vnde bene dicit beatus Hieronymus, qđ ridere & gaudere cum hoc seculo, non est factũ hominis sensati, sed frenetici. Reuera o anima cor mundum non cum hoc seculo immundo, sed cum Deo & in Deo lætum est & iucundum. Tertiò habet breuitatem in se ipso, quia gaudium hypocritæ ad instar puncti. Hypocrita est hic mundus, cuius gaudium est ad instar pũcti, quòd nec latum, nec longum, nec altum est, nec profundum. Augustinus super Ioannem. Lætitia seculi vanitas est, cum magno desiderio speratur vt veniat, & non potest teneri cum venerit. O anima quam breuis, quam fragilis, et quã caduca est mundana lętitia. Breues enim dies hominis sunt, vt dicit Iob. Quarto habent tristitiã in termino, quia ducunt heu miseri in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt. Extrema enim talis gaudij luctus occupat. Immo o anima si vales discernere, tale gaudium habet semper tristitiam admixtam in actu suo, quia semper necesse est quod pręsumat sęuã perturbata conscientia. An ignoras o anima, quòd non diutius perdurat lætitia quæ est in comedendo & bibendo, quàm durat tristitia quæ est esuriendo & sitiẽdo; sic est de omnibus alijs. Quinto habet miseriam magnam in affectu pprio, quia est spiritualis gaudij impedimentum. O anima agnosce quàm miser est hic mundus, & quàm miserrimi qui sequuntur ipsum. Semper enim mundana gaudia excluserunt homines à beata vita. Ber. O quam vilis est, quam inutilis est mundana consolatio, & quòd plus est metuendum, quia veræ ac sanctæ consolationis est impedimentum. Renuas igitur o anima mea in mundo delectari, si vis de Dei memoria consolari. Hæc Ber. August. Cætera creatura vilescat, vt creator in corde dulcescat. ANIMA. Iã mũdum despicio, iam falsam lætitiam, veram tristitiam, falsam dulcedinem, & veram mundi amaritudinem agnosco, & ob hoc non immerito hęc omnia secundum tuũ consilium cõtemno. Sed quia sicut asseris, sine dilectione esse non valeo, dic quęso quid agam? quo me conuertam? vbi dilectionem conuenientẽ inueniã? HOMO. O anima si teipsam perfecte cognosceres, ex tui cognitione mundum & omnia quę in mundo sunt contemneres, & discere posses, quam cõsolationem in tua dilectione affectare non immerito deberes. O anima si tu naturam cœlestem intelligeres, proculdubio terrenam consolationem abhorreres. Erubesce igitur consolari in cęno, quæ es de cęlo. Erubesce in imis delectari, quæ non potes nisi in summo satiari. Natura es (vt puto) cęlestis, & cęlestem consolationem (sicut æstimo) naturaliter, si carnalis insania permitteret, appetis & requiris. Ber. O quam dulce & delectabile esset, adiũcto diuini auctoris condimento, secundum naturam viuere, si carnalis insania nos permitteret, qua sanata statim naturalibus natura arridet. ANIMA. Et quid est proprie secundum naturam viuere? Homo. Proprijssime secũdũ naturam viuere, est in terris cęlestem vitam ducere, ab exterioribus ad interiora redire, ab inferioribus ad superna ascẽdere, & facere omnia secundum nobilissimum quod in homine pręcellens, hoc est secundum intellectum. Hęc Philosophus 3. Ethic. Anima. Potest ne aliquis in terris & in hac lachrymarum valle cęlestem vitam ducere? Homo. O anima si de meis verbis tanquam hominis peccatoris dubitas & miraris, audi Augustinũ & Apostolum Paulum. Ecce quid dicit Augu. Cum ęternum aliquid per cognitionem & amorem capimus mente, iã non in hoc mundo sumus. Vnde est quod dicit Apostolus. Nostra conuersatio in cęlis est. O anima mea puto igitur, quòd verius es vbi amas, quia quicquid diligis ipsa dilectionis vi in eius similitudinem transformaris. Si ergo cœlestia cõtemplaris, si cęlestia diligis, quomodo iam non in cęlis commoraris, quæ cęlestibus spiritibus in vita assimilaris? Anima. Heu heu iam me infęlicem & miseram, miserabiliter multo iam tempore excęcatam sentio, quæ tanto tempore per cognitionem in temporalibus & terrenis rebus oberraui, mũdanis & vilibus me per amorem alligaui, de quibus paucam cõsolationem, multã vero amaritudinem & desolationem, modicam & valde exilem lætitiam, sed variam & sæpe magnam cordis tristitiam sumpsi. Dic ergo iam quæso o homo, quæ est cęlestis consolatio, & si quo modo possem ad ipsam pertingere in hac valle lachrymarum & miseriæ? Quid est quod in Deo meo inuenio, cum tam libenter & tam faciliter omnia propter ipsum contemno, cum dico intra meipsum cum gaudio, Deus cordis mei Deus pars mea in ęternum? Quid est quod in illa breuissima hora in dilecto meo degusto, cũ omnia dura & amara & aspera gaudenter & hilariter, propter ipsum sustinere totis viribus concupisco, & dico. Mihi adhærere Deo bonum est? Et quis me separabit a charitate Christi? Homo. Secundum Ber. O aĩa hæc cõsolatio nihil aliud est, quam gratia quędam deuotionis, procedens de spe veniæ, & gustus boni licet exiguus, & suauissima quædam delectatio, qua benignus Deus afflictam recreat animam, qua anima ad Deum requirendum inuitatur, & ad diuinum amorem accenditur vehementer. Hugo de Sancto Victore. O anima quid putas est tam dulce & tã suaue, quod in recordatione dilecta deuotas animas solet tangere, & tuam suauiter afficere, vt iam totaliter a seipsis alienari incipiant? Exhilaratur cõscientia, & in obliuionem venit omnium dolorum memoria, exultat animus, clarescit intellectus, cor illuminatur, affectus iucundatur. Iam nesciunt vbi se esse conspiciunt, & quasi amplexibus amoris aliquid intus tenent, & nesciunt quid sit, & tamen totis viribus tenere concupiscunt. Luctatur quodammodo delectabiliter animus, ne recedat ab eo, quasi in eo finem omnium desideriorum

Res temporales dulces apparent ijs qui ęterna non gustauerunt.

Mundanũ gaudium propter quinq; cõtẽnẽdum.

Iob. 20.

Iob. 14.

Viuere secundum naturam est viuere secundum intellectũ.

Phil. 3.

Psalm. 72.

Rom. 8.

sideriorum

Digitized by Google

fideriorum inuenerit. Hęc Hugo. Bern. Nonnunquam
quasi clausis oculis bone Iesu ad te inhianti, mittis mi-
hi in os cordis, quod non licet mihi scire quid sit. Sapo-
rem quidē sentio, dulcedinem adeo confortantem, quæ
si perficeretur in me, nihil vltra quærerem. Nonne hic
est iubilus cordis, Greg. Iubilus dicitur ineffabile men
tis gaudium, quod non abscondi, non sermonibus ape-
riri potest. Sed tamen quibusdam motibus aperitur, li-
cet nullis proprietatibus exprimatur. Vnde Psal. Bea-
Psal. 88. tus populus qui scit iubilationem. Non dicit, qui loqui
tur, sed qui scit, quia iubilus quidem sciri potest intelle
ctu, sed dicto seu verbo exprimi non potest. Ber. Istum
autem gustum cum accipio, nullo corporis visu, nullo
animę sensu, nullo spiritus intellectu aduertere me sinis
quid sit, cum accepero & ruminare volo, & dijudicare
eius saporem, statim transit dulcor eius, diglutio quidē
illud quicquid est in spe vitæ ęternę, sed operationis ei⁹
virtutem diu ruminando, omnibus animæ venis & me
dullis quasi vitalem quendam succum optabam infun-
dere, vt ab omnibus alijs affectibus desiperet, & illud
solum saperet, sed festinat transire, & cum de inquisitio
ne vel acceptione eius vel visu, formata quædam linea-
menta memoriæ gestio arctius impressa committere,
Ioa. 3. vel etiam memoriam labilem scripto iuuare, experimē
to cogor dicere id Euangelicum. Nescis vnde veniat,
aut quo vadat. Hæc Bern. Quæ putas o anima est tam
dulcis tamque suauis delectatio? certe hæc est consola-
tio diuina. Anima. O homo quis mihi hoc tribuat, vt
hæc tam inexperta consolatio in cor meum pueniat, vt
malorum meorum obliuiscar, ac mundanam consola-
tionem despiciam, & a meipsa fęliciter alienari incipiā?
Homo. O anima, magnum est quod desideras, inęstima
bile donum est quod exoptas. Vnde (vt æstimo) huma-
no studio non potest obtineri, humano merito vix pōt
promereri, sed a Deo humilibus precibus, & a digne di
spositis ex sola diuinæ pietatis condescendentia vix pōt
impetrari. Omne enim aurū in comparatione illius are
na est exigua, & argentum illi comparatum tanquam
nihilum reputatur. Anima. O homo dic rogo, qualis de
bet esse dispositio, qua ordinari debet ad impetrandum
orantis affectio? Homo. De hac materia multum posset
dici ab expertis, sed quia inexpertum me esse recogno-
sco, etiam pauca me dicere erubesco. Vnde timeo ne di
catur contra me. Quare tu enarras, quod non degustas?
quare tanquam indignus laudas quod ignoras? Anima.
O homo, noli timere, cum reuerentia & humilitate quę
audisti & legisti deuote proponere. Multi enim de re-
bus magnis & arduis alijs vtiliter proposuerunt, quod
non de propria experiētia, sed aliorum scientia didice-
runt. Homo iam cū aliqua audacia loquar. Nam vires
quas imperitia denegat, charitas subministrat. Vnde si-
cut sentio, sic refero. Puto (saluo meliori iudicio) si vis
te ad hāc cęlestem dulcedinem degustandā ꝑparare, de
bes esse depurata, exercitata, & eleuata. In p̄mo hæc cę-
lestis dulcedo odoratur, in secūdo degustatur, & in ter
tio aliqñ vsq; ad ebrietatem sumit & potatur. Primo di
Preparatio ad diuinā dulcedinē gustādam, qualiter fiat. co quòd debes esse depurata a peccatis, ab affectionib⁹
inordinatis, tporali consolatione, & a creaturarum in-
ordinata dilectione, quia secundum Bern. Errat omni-
no si quis illam cęlestem dulcedinem huic cineri, diui-
num illud balsamū huic venenoso gaudio, charismata
illa Spiritussancti, huius seculi illecebris misceri posse
arbitratur. Sed postq̄ a talib⁹ aīa fuerit purgata, lachry
mosis gemitibus depurata, & candidata dolorosis fleti
bus, quia dignum est, sicut dicit Augustinus, qđ mens
illa semper in se dolores inueniat, quæ derelicto creato
re semper in se & in creatura gaudia quærebat. pulchre
igitur Gregor. in moral. super illo verbo Iob. Antequā
comedam suspiro, dicit. Comedere animæ est, supernæ
lucis contemplationibus pasci. Suspirat ergo antequam
comedat, quia qui se in hoc exilio per desideriorum cę
lestium lamenta non humiliat, æternæ patriæ gaudia
non degustat. A veritatis enim pabulo ieiuni sunt, qui
in hac peregrinationis inopia lætantur. Secundo debet
mens esse exercitata in bonorum perpetratione, & in
malorum perpessione. Beati qui lugent, quoniam ipsi Mat. 5.
consolabuntur. Quia quos amor veritatis afficit, refe-
ctio consolationis pascit. Bernardus. O bone Iesu, quo-
ties post innumerabiles lachrymas & gemitus saucia-
tam animam meam vnxilli vnctione misericordiæ tuæ,
nonnunquam pene desperantem excepisti, consolatam
& de venia præsumentem dereliquisti? Ecce quomodo
precium rerum honestatum in ipsis est. Vnde reuera Matt. 7.
quamuis in initio arcta sit via quæ ducit ad vitam, pro
cessu tamen temporis inæstimabilis dilectionis dulcedi
ne dilatatur. O igitur q̄ beata consolatio, quę diuinitus
infunditur laborantibus pro Christo. Tertium in quo
anima inebriatur hac dulcedine, est mentis eleuatio,
quando fęliciter animus a terrenis abstrahitur, & mi-
ro quodam modo supra seipsum, supra mundum, im-
mo super omnē creaturam eleuatur, vt iam dicere pos-
sit anima. Introduxit me rex in cellaria sua. Hæc est
illa cella vinaria, in qua introducitur anima, vbi bibit
de vino condito inęstimabilis deitatis, & de lacte albis-
simo incontaminabilis humanitatis. O anima hinc bi-
bunt amici, sed inebriantur charissimi. O fęlix ebrietas,
q̄ sequitur mentis & corporis tam casta & sancta sobrie Can. 1.
tas. Hinc efficitur anima more ebrij gaudens & læta-
bunda in aduersis, fortis & secura in periculis, prudens
& discreta in prosperis, liberalis & pia in condonandis
iniurijs, & tandem quieta & somnolenta recumbens in
amplexibus diuinis, cum læua sponsi sponsam sub capi
te amicabiliter sustentat, & dextera dilecti dilectam fa-
miliariter amplexatur. ANIMA. O homo confiteor
cum humilitate & cum reuerētia, quod accidit mihi ali
quādo licet heu per raro, quòd cum magna violētia cir
ca conuersionis meæ primordia, animum a terrenis ab
straxi, & ad cœlestia contemplando cum conatu nimio
eleuaui. Intraui cum tremore, circunspexi cum rubo-
re, vidi choros angelorum, palatia & gaudia Patriarcha
rum & Prophetarum, Apostolorum aspexi tabernacu
la, & martyrum conuiuia, virginum & confessorum so
latia, eleemosynam videlicet alicuius cōsolationis a sin
gulis petij, micas decidentes de mensa dominorum de
sideraui, nec obtinui. Sed quod auditu lamentabile est,
mox ab omnibus vt peregrina & incognita repulsa fui.
Quid ergo profuit mihi laboriosa mentis eleuatio,
quam nulla secuta fuit consolatio? HOMO. O anima
non fuit sine causa repulsio hæc tam desolatoria. Pu-
to quòd hæc fuit causa, quia voluisti esse socia consola
tionis, antequam fuisti socia passionis, voluisti esse par
ticeps remunerationis, antequā imitatrix virtutis. Sata
ge ergo primo esse socia Angelorum per puritatem &
innocentiam, socia Patriarcharum & Prophetarum per
humilitatem & fidei confidentiam, stude esse filia Apo
stolorum & Martyrum per charitatem & patientiam,
Confessorum & Virginum per pietatem & continen-
tiam, & tunc audacter in hoc exilio saltem cum filio ꝓ
digo, pij patris eleemosynam obtinebis. ANIMA. O
homo iam quā vana & insipida sint omnia transitoria
agnosco, & ob hoc mundum despicio, consolationem
seculi vilipendo, mūdana quoque gaudia sicut venena
mortifera fugio & contemno, vitam etiam præteri-
tam quasi mortuam plango, & mētem meam miseram
gemitibus & fletibus abluo & repurgo, & si aliquan-
do inter lachrymas & gemitus odorem diuinæ suaui-
tatis vel modicum sentio, adhuc tamen cibum ange-
lorum & vinum amicorum infelix & misera ieiuna &
sitibunda non degusto. Bernardus. Non accessit adhuc
Domine deus meus cor meum ad multitudinem dulce
dinis

Digitized by Google

dinis tuæ, quam abscondisti timentibus te, foris enim eius odore vtcunque sustentor, quod est mihi super odorem balsami, cunctique generis suauia odoramenta. O Domine Deus, si tam nobilis est odor, quam dulcis est tuæ dulcedinis sapor? Si tantæ virtutis est modica degustatio, quantum iucunditatis habet fœlix inebriatio? O quis mihi det vt venias in cor meum, & inebries illud vino tuo, & amplectar te Deus meus? HOMO. Secundum Augustin. O anima deuota loquar salua reuerentia, nimis estis auara, & vtinam non præsumptuosa, vires vestras perpendite, merita considerate, virtutes discutite, & tunc si placet, sufficiat vobis magis in odorē diuinorum vnguentorum cum adolescentulis humiliter currere, quam præsumptuose super merita postulare. ANIMA. Homo, quam durus & onerosus es mihi miseræ animæ consolator, quam parcus (si fas est dicere) diuinæ bonitatis es dispensator. Audacter dico tacere non valeo, mihi odor non sufficit; modicus gustus plene non reficit sed afficit, ebrietatem affectus
Cant. 5. meus appetit & requirit. Scio qui dicit. Bibite amici, & inebriamini charissimi, si deprimit indignitas petentis, spem tamen erigit pietas promittentis. O homo quomodo dubitare valeo, quin paratus sit dare bona sua qui pro me non dedignatus est pati mala mea? An ignoras qui multos de Dei pietate docuisti, quod de Beato Augustin. didicisti, sic dicente. Erubescat humana pigritia, plus vult Deus dare, quam audeat homo postulare? Item de vera religione. Deus dedit nobis pignus spiritus, in quo sentiamus eius dulcedinem, & degustemus ipsum fontem vitæ, in quo sobria ebrietate irrigemur, tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. Chrysost. Nihil omnipotentiam Dei clariorem reddit, quam quod omnipotentes facit eos qui sperant in eo, nam Deo per spem innixum animum, nulla fraus, nulla illecebra, poterit vel stantem deijcere, vel durantem superare. Erubescat nunc humana desperatio, & maledicta sit pusillanimitatis trepidatio, quæ ditem & nimis liberalem in omnes qui inuocant illum, timet illis qui spem perfectam ponunt in illum, sua posse beneficia denegare. Nunquid non pater æternus, apud quem nulla est transmutatio, ex sola liberalitatis immensitate filium suum misit, in quo dedit totum quod habuit, totum quod potuit, totum quod ille fuit? Si vero sua liberalitas suam infinitam bonitatem modo diminueret, forsan non immerito nostra infirmitas trepidaret. Sed quia ex seipso, non ex accidenti dono bonus est, ex suæ bonitatis communicatione non diminuitur, ex alienæ bonitatis additione non augetur. HOMO. O anima magna est fides tua, valde fortis es in spe & confidentia. Et quamuis spes quæ procedit ex meritis proprijs & diuinæ clementiæ confidentia memoria sit laudabilis & sancta, consulo tamen sane antequam ad quæsitam ebrietatem supra te ascendas, prius per tui considerationem salubriter infra te descendas, vt dicas tuum sponsum reuerenter timere, antequam incipias tuum secretum cubiculum introire; quem non solum timere debes cum irascitur, verumetiam cum suauissime & delicatissime blanditur.

Quomodo anima per mentale exercitium debet radium contemplationis conuertere ad inferiora, vt intelligat humanæ mortis ineuitabilem necessitatem, iudicij finalis formidabilem austeritatem, pœnæ infernalis intolerabilem penalitatem.

Capitulum. 3.

ANIMA.

Dic quæso o homo breuiter, quæ sunt illa inferiora, ad quæ mea consideratio est conuertenda? Psalm. 83. Ascendere festino, ebrietatem diuinæ consolationis quæro, in inferioribus diu morari non valeo. Iam dilecta tabernacula tua Domine virtutum desidero, habitare in atrijs Domini totis viribus concupisco. HOMO. Hæc inferiora sunt o anima mea, vt te conuertas, & videas mortis ineuitabilem necessitatem, & ingemiscas diuini iudicij infallibilem æquitatem siue veritatem, & contremiscas pœnarum infernalium intolerabilem asperitatem, & expauescas. Considera igitur frequenter, volue & reuolue Meditāda est semper mors. diligenter, quod mors non potest declinari, quod hora mortis non potest inuestigari, quod tempus a Deo præordinatum non potest immutari. Isido. In rebus humanis nihil certius morte, nihil incertius hora mortis. Non miseretur inopiæ, non reueretur potentiam, non respicit morum aut generis excellentiam, non parcit iuuentuti vel ætati, senibus est in ianuis, iuuenibus in insidijs. ANIMA. Audio quod nostrum viuere nihil aliud est, quam ad mortem transire, cur temporalia diliguntur, quæ tam incerto tempore possidentur? Cur tanto tempore vitam istam desideramus, in qua quanto amplius viuimus, tanto plus peccamus, quanto vita longior tanto, culpa numerosior? Quotidie namque crescunt mala, & subtrahuntur bona. Quis enim considerare valeat, quanta mala per momenta temporum perpetramus, & quanta bona negligimus? Grauis siquidē culpa est, cum nec bona facimus, nec bona cogitamus, sed mentem per inania & inutilia vagari permittimus. Homo. Sicut dicit Gregor. carnales mentes o anima, idcirco temporalia diligunt, quia vita carnis quam fugitiua sit minime perpendunt. Nam si velocitatem transitus eius aspicerent, hanc etiam prosperitatem modice duraturam minime amarent. Idem. Vita mea nauiganti similis est, siue dormiam siue vigilem, semper vado festinus ad mortem. O vita præsens quam multos decipis, quia dum fugis nihil es, dum videris vmbra es, dū exaltaris fumus es, dulcis es stultis, amara sapientibus, qui te amant non te cognoscunt, qui te fugiunt ipsi te intelligunt. Alijs te promittis longam, vt decipias, alijs breuem vt in desperatione inducas. Auctor de spiritu & anima. Iugi meditatione animum nostrū exerceamus, & miserias nostras consideremus. Cum dolore vitam istam intrauimus, cum labore viuimus, cum timore exituri sumus. Bernardus. Quotquot degimus in hac regione vmbræ mortis, in infirmitate corporis, in conflictu & in loco tentationis, si diligenter aduertimus, triplici incommodo miserabiliter laboramus. Faciles enim sumus ad seducendum, debiles ad resistendum, & fragiles ad operandum. ANIMA. Iā vi- Non multum curandum, quandiu viuatur, sed q̄ bene viuatur. deo quod inutiliter in hoc tempore viuitur, nisi festinetur ad comparandum meritum quo in æternitate viuatur, ideo non esset curandum quandiu esset viuendum, sed potius quam bene in hac vita operandum. Quia & si alicui quod bene viuat, condonetur, tamen vt diu viuat certū est quod nulli conceditur. Bernard. Est igitur vita secura, vbi conscientia pura, vbi mors sine formidine expectatur, cū dulcedine adesse optatur, & cum deuotione acceptatur. HOMO. O anima si hæc ita se habere intelligis, audi consilium meum, & in hac vita quādiu durat, compara tibi vitam illam quæ semper durat. Dum viuis in carne morere mundo, vt post Deo viuere incipias. Bernardus. Intellige, quod venientem mortem nullus lætus & hilaris suscipit, nisi qui se ad ipsam dum viueret bonis operibus præparauit. Attende quod secundum Senecam. Insipiens, id est, peccator & criminosus, moriendo mortem incipit, sed sapiens & virtuosus

sus

sus moriendo mortem vincit. ANIMA. O homo video quòd bonorum mors est beata, mors vero peccatorum infœlix & misera. HOMO. O anima secundum Bernardum. Bona est iusti mors propter requiẽ, melior propter nouitatem, optima propter securitatem. E contra mors peccatorum pessima, & bene pessima, mala in mundi amissione, peior in carnis separatione, sed pessima in duplici vermis & ignis contritione, & quod omnium pessimum est, in diuinæ contemplationis priuatione. De finali iudicio. ANIMA. Iam satis de morte dixisti, dic modo de statu finalis iudicij. HOMO. O anima facio quod hortaris, sed rogo audi cum patientia. Scire debes quòd quamuis de morte meditari sit horribile, de statu finalis iudicij cogitare (vt æstimo) non minus est formidabile, quia nullus tũc poterit fallere sapiẽtiam, flectere iustitiam, inclinare clementiam, declinare vltionis & iustæ retributionis sententiam. Bernar. Considera igitur anima mea cum tremore, quid erit de te in die nouissimo, quando contra te de cogitationibus loquetur conscientia, quando te de tuis actionibus omnibus accusabunt elementa, quãdo contra te crux Christi portabitur in testimonium, quando verbera ipsius contra te clamabunt, vulnera eius allegabunt, claui loquentur, cicatrices conquerentur. O angustiæ, hinc erunt peccata accusantia, inde terrens iustitia, intus vrens conscientia, subtus horrẽdum chaos inferni, supra Iudex iratus iusti iudicij, foris mundus ardens, intus iustitia iudicantis terrens. Et si iustus
1.Pet. 4. vix tunc saluabitur, impius & peccator vbi apparebut? in quam partem se premente latere erit impossibile, apparere intolerabile. Ansel. in meditat. O anima peccatrix, lignum inutile & aridum, æternis ignibus deputatum, quid respondebis in illa die, quando exigetur a te vsque ad ictum oculi omne tempus tibi impẽsum, qualiter sit a te expensum? Eia eia anima mea, quid tũc erit de cogitationibus vanis & ociosis, de verbis leuibus iocosis & ridiculosis, de operibus inutilibus & infructuosis. Ambros. super Lucam. Væ mihi si peccata mea non defleuero, væ mihi si media nocte ad cõfitendum tibi nõ surrexero, iam securis ad arborem posita est, faciat fructum qui potest, fructum quidem pœnitentiæ. O anima siue vigiles siue dormies, semper in auribus tuis illa horribilis tuba resonet, surgite mortui venite ad iudicium: O anima nunquam excidat a tua memoria, Ite maledicti in ignem æternum, venite benedicti percipite regnum. O quid potest lamentabilius & terribilius cogitari, quam ite? & quid delectabilius exprimi, quam venite? Duæ sunt voces, quarum nihil horribilius vna, & nihil iucũdius altera poterit audiri. O anima separa te modo a mundo, vt tunc possis manere cum Christo. Fuge modo mundum, vt sequaris Deum, declina modo prauorum societates & consortia, vt tunc valeas sequi beatorum agmina. Post hæc

De infernali pœna.

omnia, conuerte radium contemplationis ad reproborum tormenta, vide quam sint varia, quam aspera, quam intolerabilia. Bernardus ad Eugenium. Ego

In epist. ad Eugeniũ.

horreo vermẽ mordacem, & mortem viuacem. O gehennalis regio fugienda, vbi est ignis ardens, frigus rigens, vermis immortalis, fœtor intolerabilis, & mallei percutientes, vmbræ palpabiles, confusio peccatorum, innodatio vinculorum, horribiles facies Dæmonum. Augustin. in quodam sermone. Væ illis quibus præparabitur dolor vermium, ardor flammarum, sitis sine potu, fletus & stridor dentium, lachrymæ oculorum, vbi mors optatur, sed non dabitur, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Quis putas tũc erit mœror? quæ tristitia? quis luctus? quando separabuntur iniqui a consortio iustorum, & tradentur potestati Dæmonum, & ibunt cum eis in supplicium æternum, ibiq; semper erunt sine fine in luctu, planctu & gemitu, procul a gaudijs Paradisi nunquam refrigerium suscepturi, sed per multa millia annorum cruciandi, nunquam tamen heu miseri liberandi; ibi torquens & puniens non fatigabitur, ibi qui torquetur nunquam morietur. Sic enim ignis ille consumet, vt vitam tamen semper seruet, sic vetera tormenta patientur, vt semper innouentur; sic sine spe veniæ, & misericordiæ semper viuent, vt tamen moriantur, sic moriantur, vt tamen nũquam consumantur. ANIMA. O homo quare in

Quare peccatores in inferno æternaliter puniuntur.

inferno vt dicis mors quæritur & nõ inuenitur? Et quare punitur æternaliter, quod committitur temporaliter. HOMO. Quia secundum Gregorium, quibus in hoc seculo vita offertur & nolunt accipere, in inferno quærent mortem, & non poterunt inuenire. Idem. Iniqui libẽter voluissent sine fine viuere, vt potuissent sine fine in iniquitatibus permanere. Ad districti ergo iudicis iustitiam pertinet, vt nunquam careant supplicio, quorum mens in hac vita nunquam voluit carere peccato. Hieronymus. O mors quam dulcis esses quibus tam amara fuisti, te solummodo desiderant, qui te tam vehementer odiebant. O anima si hæc prædicta videntur tibi terribilia, audi quę sunt his omnibus grauiora.

Carẽtia visionis diuinę excedit alias pœnas infernã

Chrysostom. super Matth. Si mille gehennas mihi proponas, non tantum reputo, sicut ab illius gloriosæ societatis iucunditate expelli, & exosum fieri creatori. O anima terribilis est gehenna, sed terribilior facies iudicis irata, sed quod omniũ vincit terrorem est, a beatissimæ & iucundissimæ Trinitatis contemplatione elongatio æterna. Chrysost. Excludi a bonis æternis, & alienum effici ab his quæ præparauit Deus diligentibus se, tantum generat cruciatum, vt si exterius nulla pœna torqueret, hæc sola sufficeret; & melius esset mille millia flammarum sustinere, quam Christi faciem mãsuetissimam iratam videre, & ab ipsa æternaliter discedere. O si Deus sic egit cum Angelo superbiente, quid de te erit terra & cinere? Ille superbiuit in cœlesti palatio, ego autem in sterquilinio. Quis non tolerabiliorem in diuite superbiam, quam in paupere asserit? Væ mihi si tam dure & potenter est punita superbia in Angelo, qualiter in me misera & paupercula est iudicanda? O pie Iesu propter nomen tuum fac mecum misericordiam, & obliuiscere superbum prouocantem, respice miserum humiliter inuocantẽ, & recognosce benignissime quod est tuum, absterge quod est alienum. Miserere Domine dum est tempus miserendi, ne damnes in tempore iudicandi. Verum est, quòd conscientia mea meruit damnationem, pœnitentia non sufficit ad satisfactionem. Sed certum est, quòd tua misericordia omnem superat offensionem. Hæc Anselmus in meditationibus. Augustinus in meditationibus. Noli Domine sic attendere malum meum, vt obliuiscaris bonum tuum. O bone Domine si ego admisi vnde me damnare potes, tu non amisisti vnde saluare soles. Gregorius in homilia. O si homo intelligere posset quid admirationis habet, ecce sponsus uenit, quid dulcedinis, quæ paratę erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, quid amaritudinis, & clausa est ianua. O anima quid plura? Prosper de vita contemplatiua. Cogita quãtum sit malum a facie Christi separari, ab illo gaudio diuinę contemplationis excludi, beatissima sanctorum omnium societate priuari, mori vitæ ęternę, & viuere morti sempiternæ, profundo fluctuantis gehennæ immergi, edacissimis vermibus in ęternum dilaniari, nec finiri tribulationes incendij fluctuantis, strepitus pati baratri fumigantis, amara caligine oculos obcæcari, non sentire quod illuminat, sed sentire quod cruciat. Hęc Prosper. Augustinus, Tanta erit in inferno vis doloris, vt se non ferat alias intentio cogitationis. ANIMA. Iam timore cõ

tremisco,

tremisco, iam horrore deficio, dic quæso o homo ad quid valet tam lamentabilis meditatio? HOMO. O anima puto, quòd prędictorum continua & deuota meditatio est peccatorum medela, & ad quęque bona agēda & mala sustinenda salutifera excitatio. Bernar. in Epistola quadam. Vigilias times, manuumque tuarum labores. Sed leuia sunt hæc meditanti flammas perpetuas. Recordatio tenebrarum facit non horrere solitudinem, si futuram de verbis ociosis cogitas discussionem, non displicebit silentium, fletus ille & stridor dentium ante oculos mentis sæpe reducti, partes tibi reddunt mattam & culcitram. Augustinus in quodam sermone. Mens humana mundi huius illecebris, & concupiscentijs deuicta, fugit laborem, expetit voluptates, & vix ad hoc ducitur, vt a se consuetudines vitę prioris excludat. Sed cum cœperit cogitare futuri iudicij necessitatem, & pœnarum ęternalium crudelitatem, voluntarium bellum indicit passionibus, mota vel spe præmij, vel timore supplicij, vim facit pristinis desiderijs, violēter vincere seipsam contendit. Hæc Augustinus. Vnde versus. O fœlix mortale genus, si semper haberet. Aeternum præ mente bonum, finemq; timeret.

Quomodo anima per mentale exercitium debet radium contemplationis conuertere ad superna, vt cognoscat & sapiat cœlestis gaudij inæstimabilem preciositatem, ineffabilem delitiositatem, & interminabilem æternitatem. Capit. 4.

ANIMA.

De cœlesti gaudio. IAm nunc o homo me miseram in hac lachrymarum valle proiectam satis terruisti, licet non infructuose docuisti. Miserere etiam nunc mihi misere, & faciam sicut dudum promisisti. Propone paululum de fœlicitate perpetua, si forte valeam ex hoc capere aliqua menitis solatia, quia alternis vti delectabile est, quia secundum Augustinum, siue plectendo, siue ignoscendo, siue deterrendo, siue consolando semper bene agitur, vt vita hominum corrigatur. Attende homo quam generosus est animus hominis, sæpe facilius ducitur leuibus, & blandis, quam terribilibus, & aduersis, sæpe magis allicitur promissis & consolatorijs, quā Can. 1. cogatur minis & terroribus. Vnde soror nostra sponsa trahi cupiebat odore cœlestium vnguentorum, sapore diuinorum charismatum, & sic cum sponso currere, & viam mandatorum iam non ex timore, sed amore delectabiliter adimplere. HOMO. O anima verum esse profiteor quod loqueris, sed heu multi sunt qui Deum nolunt imitari in prosperis. Vnde necesse est eos deterreri in aduersis. Multi enim sunt qui diuina charismata, vel propter cæcitatem non intelligunt, vel propter negligentiam vanis occupationibus perdunt. Vnde (vt æstimo) Deus ex suæ infinitæ bonitatis immensitate semper paratus esset magis consolationibus fouere, quam asperitatibus terrere, si homines æque dispositi essent, vt suam diuinam consolationem reciperent. Quæ adeo preciosa & delicata est, quòd nullo modo decet vel expedit vt indifferenter omnibus tribuatur. Tu ergo si post hæc tibi proposita ad hanc aspiras, vide quòd habeas purgatum intellectum, & bene dispositum affectum. Quia secūdum Augustinum summum bonum non nisi purgatissimis mentibus cernitur. Et puto quòd multo minus, non nisi valde bene dispositis affectib. degustetur. A multis enim in hac vita valde limpide speculatur, a quibus etiā minime degustatur. Vnde idem August. Fac me Domine præcor degustare per affectum, quod intelligo per intellectum, fac me sētire per amorē, quod sentio per agnitionem. ANIMA. Dic quæso o homo quæ debent dispositionem in affectu & intellectu præcedere, vt vel saltem ad modicam mentis ebrietatem valeam cęlestem dulcedinem contēplando degustare? Iam enim dudum in speculatione mentem exercitaui, & heu adhuc nunquam vt timeo vel modicam stillam illius cælestis dulcedinis sensi. Multa de sanctorum vita & conuersatione legi, multa de natura, de operationibus, & ordinibus Angelorum, nonnulla etiam legi de inæstimabili diuinitatis vnitate, de incomprehēsibili diuinitatis Trinitate, plura de beatorum omnium inæstimabili fœlicitate. Et quando prædictis toto studio mentem occupaui, heu adhuc ieiuna & famelica permansi, & semper cum beato Augustino clamaui. Fac me clementissime pater gustare per affectū, quod sentio per intellectum, & tamen non profeci. Sępius etiam longo studio fatigata, & mihimetipsi irata clamaui cum Propheta, expectando micas quę cadunt de mensa Dominorum, in aula cęlica. Vsquequo Psalm. 12. Domine obliuisceris me in finem, vsquequo auertis faciem tuam a me? Quia & si me indignam ad manducādum filiorum panem iudicaui, manducare saltem micas minutissimas decidentes cum magno deliderio expectaui, sed heu vt frequentius, aperto ore inhians in vacuum laboraui. HOMO. O anima, prædicta quæ lamentabiliter es conquesta, accidunt ex duplici causa. Aliquando ex valde pia & salutifera diuinæ bonitatis dispensatione. Vnde Gregor. in moralibus. Differre solet pater pius voces petentium ad tempus, vt desideria crescant, & eo magis exaudiantur ad meritum, quo citius non exaudiuntur ad votū. Idem in homilia. Sancta Petitiones nostras aliquando Deus differt audire vt desideria crescat. desideria ex dilatione crescūt, si autem ex dilatione deficiunt, desideria non fuerunt. Deus enim quamuis per pietatem est clementissimus, tamen aliquando contingit, vt hoc quod libentissime tribuit, protrahit, vt discas magna multum & ardenter desiderare, & adepta solicitius cum gratiarum actione conuersare. Aliquando etiam beneficium protrahit ex postulantis inordinata dispositione. Bernardus. Errat omninò si quis illam cœlestem dulcedinem huic cineri, diuinum illud balsamum huic venenoso gaudio, charismata illa Spiritussancti huius sæculi illecebris misceri arbitratur. Sed iam o anima ne diutius te protraham, nec amplius te per expectationem affligam, purga intellectum a vanis & inutilibus phantasijs, a naturalibus & curiosis rationibus, ab extraneis & scientificis occupationibus. 1. ad Cor. 2. Purga etiam affectum a culpa, a culpæ sequela, a culpæ occasione vel causa. Erige rationem, dilata & expāde affectionem, intra in gaudium Domini, quod nec Matt. 25. oculus in hac vita perfecte vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Exardesce igitur o anima amore, & desiderio supernæ vitæ sanctorum, vbi est actio non operosa, requies non desidiosa, vbi vita sine defectione, laus diuina sine cessatione. Hæc Augu. Bernar. Gaude igitur & exulta, ac mercedem laboris tui considera, quæ reuerā est tam multa, quòd non potest numerari, tam magna, quòd non potest mensurari, tam preciosa quòd non potest æstimari, tam copiosa quod non potest terminari. ANIMA. O homo multa iam dixisti in genere, dic quæso per singula in specie, quia magis intelligimus quæ specialiter distinguuntur, quā quæ generaliter exprimuntur. HOMO. O anima quid dicere valeo, cum futurum gaudium aspicio? Iam bene præ admiratione deficio, quia gaudium erit intus & extra, subtus & supra, circum, & circa. Gaudebis igitur in omnibus, gaudebis de omnibus. Gaudium tuum

Digitized by Google

Apoc. 12. tuum (vt puto) præfiguratum est in Apocalipsi per illam mulierem beatam quæ amicta fuit Sole, & Luna sub pedibus eius, & corona duodecim stellarum in capite eius. Mulier ista (vt æstimo) est anima beata, æterni regis filia sponsa & regina. Filia per naturæ creationem, sponsa per gratiæ adoptionem, regina per gloriæ collationem. Hæc bene dicitur amicta sole, quia decorata splendore claritatis deificæ, coronata dignitate fęlicitatis æternæ. In qua fęlicitate ob specialem decorem sunt duodecim gaudia, per duodecim stellas figurata, per quę decoratur, & ornatur felicitas superna. Hæc gaudia debes tu o anima quotidie deuota mente transcurrere, & nullam præsentis miseriæ, & incolatus consolationem quærere, & spe illius gaudij omnem tribulationem vitæ præsentis patienter, & gaudenter sustinere. Beda. O anima non turberis, si mali in hoc mundo florent, & tu pateris, ipsi gaudent, tu perturbaris. Mali heu nihil habent in cœlesti gaudio, nec cures tu si nihil habueris in hoc sęculo, sed spe illius gaudij quo tendis, quicquid in via aduersitatis occurrit, affectus tuus gaudenter, & patienter sustineat. Hæc Beda. Bernar. O anima si te aliquando delectant mundana gaudia, huius sęculi gloria, breuis & caduca potentia, illic mentem euoca, & omnia reputabis vt stercora. Hierony. Curre igitur o anima mea, non passibus corporis, sed affectibus & desiderijs, quoniam non solum Angeli & Beati, sed & Angelorum & Beatorum Dominus & magister tę expectat. Expectat te Deus pater tanquam filiam dilectissimam, Deus filius tanquam sponsam dulcissimam, Deus Spiritussanctus tanquam amicam sibi gratissimã. Expectat te Deus pater, vt hæredem vniuersorum bonorum te constituat, Deus filius vt te fructum suæ natiuitatis, & precium sui preciosissimi sanguinis Deo patri offerat, Deus Spiritussanctus, vt suæ æternæ beatitudinis & dulcedinis participem te faciat. Expectat te illa beatissima omnium cęlestium spiritum æterni regis familia, vt te in suum collegium suscipiat. Tu ergo ipsorũ societatem super omnia desidera, cum magna verecundia illuc venires, si eam in hac lachrymarum valle non amasses. Quoties ergo te vana huius sæculi delectat ambitio, quoties videns in hoc mundo aliquem gloriosum, statim ad cœlum mente transgredere, & esse incipe quod futura es. Reuera æstimo o anima si hæc cęlestia gaudia iugiter in mente teneres, de hoc exilio quoddam suburbium cęlestis regni cõstrueres, in quo illam æternam dulcedinem quotidie spiritualiter prælibando degustares. Quia cum aliquid æternum mente capimus, iam non in hoc mundo, sed in cœlo habitamus. Augustinus. Tanta est o anima vis tuę dilectionis, quòd ibi verius habitas, vbi per contemplationem amas, quam vbi per essentiam amas. Bernardus. Hoc est charissima anima regnum Dei, quod intra nos est, quod heu miserabiliter negligimus, cum foris ad inania & vana fusi sumus. Gregor. Fusi sumus foras, de regno Dei quod intra nos est, nihil curantes foris quęrimus consolationem de rebus vanis & insanijs falsis, ita quod iam religionis antiquæ deuotionem amisim⁹, adeo quòd nec speciem ipsius retinemus. Tu ergo o anima ęterni regis filia, audi mente deuota, & inclina aurem tuam ad sancta, & salutifera consilia, vide per contemplationem cœlestis regni consolationem, obliuiscere per contemptum & detestationem populum tuum, & domum patris tui, hoc est mundum, Diabolum, teipsam, & omnem vanam ambitionem. Vide igitur & deuota mente petracta qualiter illi diuini, & cœlestes spiritus, qui presentis vitæ & miserię periculum euaserunt, quamuis ab illius ęterni solis splendore se nunquam possint auertere, aliquando tamen radium suę contemplationis conuertunt ad inferiora, aliquando ad superiora, aliquando ad interiora, aliquando ad exteriora. Conuertunt (inquam) ad inferiora, & gaudent ex triplici causa. Primo quòd tam impios, horribiles & crudeles hostes per diuinam potentiam superauerunt. Secundo quòd omnes defectus & peccata, vel per diuinam sapientiam vitauerunt, vel iamdudum commissa correxerunt. Tertio quòd tam lamentabiles & interminabiles cruciatus ęternos, per diuinam clementiam euaserunt. Beati de euasione periculorum gaudent. O anima quanto putas gaudent quotidie gaudio, quando tot vident a carne, & mundo, & diabolo superari, tot tam diuersis peccatis, de quib. nũquam merentur veniam, inquinari, tot eternaliter sine fine damnari. Reuera tunc puto quòd de morte transisse ad vitam, vitæ duplicat gaudium. O Domine Deus si nunc tam graue periculum est in bello, quantum tũc erit gaudium de triumpho, cum post deuictum thriũphatumq; mundum, submerso impio Pharaone & exercitu eius in mari rubro, tenent omnes electi tympanum, cum Maria psallentes & cãtantes, laudantes & benedicentes Dominum vna voce dicentes. Cantemus Domino, gloriose enim &cętera. Exo. 15. Tunc consticuentur duo Cherubin, hoc est, duo chori electorum, scilicet innocentes & pęnitentes, clamantes alter ad alterum. Sanctus. Sanctus. Sanctus Dominus Deus sabaoth. Isa. 16. Sãctus Deus pater, qui nos a mundo, a carne & a Diabolo tam potenter liberauit. Sanctus Deus filius, qui nos a pœna & a culpa tam sapienter iustificauit. Sãctus Deus Spiritussanctus, qui nos tam clementer ab ęternis tormentis pręseruauit. Plena est omnis terra gloria eius qui nos de mundi miseria ad cęlestis regni gaudia euocauit. O anima qualis tibi erit dies illa, cum ad hãc fęlicem choream fueris assumpta, & cum omne tormentum tibi si pie vixeris, si patienter sustinueris, conuertetur in æternum iubilum? Tunc cum omnibus his laudabis Dominum tuum labijs exultationis, dicens. Psalm. 88. Misericordias Domini in æternum cantabo. Quo cantico secundum August. de ciuitate Dei, quod cantatur in laudem glorię Christi, cuius sanguine liberati sumus, nihil erit iucundius illi ciuitati, & nihil dulcius. Tu ergo cum tentationibus probaris, cum persecutionibus impugnaris, cumque in hoc sęculo varijs tribulationibus infestaris, tunc mente in cęlum euola, & cogita quòd hoc non est aliud nisi ęterni gaudij materia. Et tunc secũdum Gregorium consideratio pręmij minuit vim flagelli. Greg. Si consideremus quę & quanta sunt quę nobis promittuntur in cęlis, vilescunt animo omnia quę sunt in terris, & reuera non tantum bona quę delectabiliter possidemus, verumetiam mala quę lamentabiliter sustinemus. Bernardus. Non sunt condignę passiones huius tẽporis ad pręteritam culpam quę dimittitur, ad præsentem gratiã quę immittitur, & ad futuram gloriam quę promittitur. Quam tu tunc o anima cum gaudio possidebis, quando perfecte intelliges, quod in mundo cũ tanto periculo quo plerique opprimuntur vixisti, quod Dęmonis fallaces astutias quibus multi decipiuntur vicisti, quod cruciatus æternos quibus innumerabiles affliguntur euasisti. ANIMA. O homo quam sana & salutifera est hęc tua consolatio, quia cum hęc quę proposuisti aduerto, consolationem ex spe non modicam recipio. Sed o Domine Deus, quid putas tunc erit, cum hoc quod modo spero veraciter possidebo? HOMO. O anima modica sunt hęc quę audisti, immo comparatiue quasi nulla sunt quę mente percepisti, sed parumper oculos mentales erige, et quanta sint gaudia quę de his percipias, quę iuxta te sunt, deuota mente frequentius volue, & reuolue. Gaudium est beatis de his q̃ iuxta se sunt. Attende igitur & considera locum speciosum, quem tibi diuina sapientia ędificauit. Attende & victum delitiosum, ornatum curiosum, thesaurum preciosum, quem tibi ęterna potentia

tentia

Digitized by Google

tentia congregauit. Attende etiam collegium famosum, cum quo de diuina clementia mens tua æternaliter exultabit. O anima attende quam gloriosa, quam famosa, quam gaudiosa est ista domus Dei, ciuitas coelestis, mansio secura, patria continens totum quod delectat. Bernardus. Attende quam clara, quam luminosa, quam splendida est ciuitas, quę non indiget Sole neque Luna vt luceant in ea, sed & ipse Dominus Sol iustitię, candor lucis æternæ, lux eius est, & lucerna eius agnus. O anima attende quam alta, & quam spatiosa, quā pulchra & speciosa, quam decora & famosa est ciuitas illa, quam ornat per seipsam Trinitas beatissima. O quam
Psalm. 86. gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. O Israel quam ma-
Baruch. 3. gna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius. O anima illic cōtemplare tabernacula Patriarcharum, & Prophetarum, habitacula Apostolorum, & martyrum, cœnacula confessorum, & virginum, palatium cęlestium spirituum, thronum illum beatissimæ Trinitatis speciosissimum. O anima hic licet sis corpore, illic esto mente. O anima transuola omnia, scrutare omnia, visita omnia, ingredere cuncta per ordinem ostia, quousque peruenias ad summi regis palatia, ibi sit mēs, & hic erit requies. Augustin. O anima in illa sancta ciuitate libenter studeas morari, libenter conuersari, quia ibi est vita sine morte, iuuentus sine senectute, lux sine
Is. 32. tenebris, pax imperturbabilis. Sedebit. n. populus meus in tabernaculo fiduciæ, & in requie opulenta dicit dominus. Secundo attende victum delitiosum, ornatum curiosum, & thesaurum preciosum. Et quis erit ibi noster cibus, nisi ille agnus beatissimus, ille mundus & immaculatus Iesus Dei patris & Mariæ virginis filius; de quo sanctis spiritibus ministrabuntur ad omnem sufficientiam fercula nobilissima? Nobilia quidem de ipsius candidissima humanitate, sed nobilissima de ipsius super beatissima diuinitate. Tunc enim anima ingredietur ad degustandum diuinitatem, egredietur ad prælibandum humanitatem, & pascua inuenies ad omnem sufficientiam, & sanetatem. O quam beati sunt qui ad cenā nuptiarum agni vocati sunt. Ibi etiam beata vita in suo fonte bibitur. Vnde huic humanæ vitæ aliquando aliquid aspergitur, vnde in tentationibus fortiter, iuste, & temperanter, & prudenter viuatur. Ibi semper adhæret sitis aque satietas, sed miro quodam modo longe abe-
Isa. 35. rit a siti necessitas, longe a sacietate fastidium. Inebriabuntur enim ab vbertate domus tuę, & torrente voluptatis tuæ potabis eos secūdum Prophetam. ANIMA. Et quando hoc? HOMO. Aestimo, quòd non prius, nisi quando ille delitiosus pincerna summi regis, splendor paternæ gloriæ, candor lucis æternæ, figura diuinæ substantiæ, speculum sine macula claritatis deificæ, in quem desiderant omnes illi cęlestes spiritus prospicere, quando talis & tantus precinget se & faciet illos discūbere, & personaliter transiens ministrabit illis. O anima hic deuota mente pertracta, quantum gaudium tunc illi boni spiritus cōcipiant ex tam stupenda dignitate ministrantis, ex tam miranda charitate cuiuslibet sodalis conuiuantis, ex ferculorum delitiosa opulentia, ex ministrorum numerosa frequentia, ex musicorum instrumentorum, & aliorum psallentium, cantantium, & laudantium regem gloriæ, Deum Dei filium dulcisona resonantia. In hoc cęlesti magno stupendoq; cōuiuio audies Angelos iubilantes, virgines chorizantes, Apostolos psallentes, martyres tripudiantes, confessores laudātes, Patriarchas, & Prophetas iucundantes, omnes sanctos & electos Dei vnanimiter patrem & filium & Spiritum sanctum collaudantes, & vna voce dicentes. Sanctus Sanctus Sāctus Dominus Deus sabaoth, plena est omnis terra gloria eius. O quam gloriosum est regnū, in quo cum Christo regnant omnes sancti, amicti stolis albis, sequuntur agnum quocūque ierit. O anima quomodo poterit ibi esse alicuius boni caretia, cum tam varia sit exultandi materia? Tunc enim aperientur omnes illi thesauri æterni Dei, vbi sunt omnes diuitiæ, omnes delitiæ absconditæ, & dabuntur a patre ęterno vnicuique varia, & preciosa munera secundum sua merita. Sed si adhuc non sufficiunt ista, attende tertio iuxta te omne sanctorū collegium, quod ad beatitudinis tuę cumulum diuina clementia cōgregauit. Quia nullius boni sine socio iucunda est possessio, sicut dicit Seneca. Vide igitur q̄ lingua, vel quis intellectus capere sufficiat, illius supernę ciuitatis quanta sint gaudia, angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus gloriæ conditoris semper assistere, & ab illorum beatissima societate nunquam discedere, sed continue cum ipsis, & de ipsorum gaudio in perpetuum exultare. Anselm. Ibi enim a singulis omnes, ibi ab omnibus singuli cognoscētur. Nec quenquam latebit qua patria, qua gente, qua stirpe, quis conditus sit. Ibi enim erit tam beata & perfecta charitas iustorum, quòd vnusquisque intantum diliget proximum suum, quantum seipsum. Ex quo illud inæstimabile sequetur bonum, quòd ita vnusquisque de alterius bono vel gaudio gaudebit, sicut de merito proprio. Proinde cum inenarrabilis sit numerus electorum, quis putas narrare sufficiat gaudium beatorū? Hæc gaudia Hieronymus in fine epistolę ad Eustochiū describens, ait. Egredere quæso o anima paulisper de papilione corporis, vt in ostio stans, videas Dei gloriam pertransire, & præsentis laboris ante oculos pinge mercedem. Qualis tibi erit dies illa, cum Maria mater Domini tibi occurret choris comitata virgineis, cum & ipse sponsus tibi cum omnibus sanctis occurret dicens.

Iu cęlo omnes cognoscuntur. Vnusquisque sic de gloria alterius gaudebit, sicut de propria.

Can. 2. Surge veni, propera amica mea, formosa mea, columba mea, iam hyems transijt, imber abijt & recessit. Tunc
Ibid. 1. angeli admirabuntur de tua gloria dicētes. Quæ est illa quæ ascendit de deserto, delitijs affluens, innixa super dilectum suum, videbunt te filiæ Syon & laudabunt.
Apo. 14. Tunc illa centum quadraginta quatuor millia in conspectu throni, & seniorum tenebunt cytharas, & cantabunt canticum nouum. Tunc secura in amplexus sposi euolabis, cum iubilo dicens. Inueni quem diligit anima mea, tenui eum nec dimittam. Hæc Hieron. Tunc filij
Iob. 1. septem illius magni Iob, qui est magnus super omnes qui morantur in illa beata orietalium regione, facient conuiuia singuli in die suo, & inuitabūt sororem suam, te consortem suam. Et dicent tibi singuli. Bibe nunc, & accumbe cum iucunditate, quia inuenisti gratiam corā summo principe. Et tu respondebis cum gaudio dicens. Bibam & hilarior fiam, quia magnificata est hodie anima mea præ omnibus diebus vitæ meæ. O vere inaudita magnificentia, o læta & iucunda excellentia, qualis nunquam in hoc sæculo est audita. Puto quòd omnis huius mundi pompa, in comparatione illius esset vix modica gutta. ANIMA. O homo iamdiu tacui, iam satis silui, quia quæ proposuisti cum delectatione & admiratione nimia audiui, ne quæso procrastines, quin specialius, & perfectius mihi aliqua de hoc cęlestium spirituum conuiuio exponas, quia iam prius aliquid de hoc tetigisti, sed nimis cito pertransisti. HOMO. O anima malim iterum quod petis sub silentio pertransire, quam vel modicū de hoc cœlesti secreto mysterio ore polluto proferre, vel etiam mente concipere, quia qui adhuc mundialibus & superuacuis rebus heu sæpius implicor, qui adhuc heu heu siliquis porcorum cum cęteris mundanis pascor, de tam familiaribus diuinorum spirituum operationibus loqui erubesco nimium, & confundor. Quia tamen pijs votis tuis contraire non valeo, proponam breuiter quod aliquando spiritu instigante, licet indignus, mente pertracto. Quamuis enim

in illa cęlesti aula, vbi plenitudo omnis boni in omnib⁹ illis perfecte est, quamuis ibi pro differentia meritorum, quædam data sint excellenter, nihil tamen ibi ex inæstimabilis diuinæ pietatis immensitate (secundum Gregorium) possidetur singulariter. Omnia enim sunt omnibus communia, propter eum qui in omnibus est oĩa. Ibi enim virgo gaudebit de sanctæ viduitatis merito, ibi vidua exultabit de castę virginitatis priuilegio, ibi confessor de martyris iucundabitur triumpho, ibi martyr tripudiabit de confessorum brauio, ibi propheta laudabit de Patriarcharum pia conuersatione, ibi Patriarcha exultabit de Prophetarum fide & speculatione, ibi Apostoli et Angeli gaudebunt de merito omniū inferiorum, ibi omnes inferiores lętabuntur de gloria, & corona superiorum. Ex illius enim sanctę & perfectę charitatis vinculo fiet, vt vnusquisque habiturus sit in alio, quod nō habet in merito proprio. ANIMA. O homo nec adhuc ista sufficiunt mentem meam quietare, vnde quęso ne pertranseas, mihi aliqua de dicto conuiuio sigillatim & distincte explicare. HOMO. O anima nosti, quòd balbutiendo, vt possumus, excelsa Dei resonamus. Nec mirum quia cum simus minus idonei ad intelligendum, quomodo possumus esse sufficiẽtes ad loquendum, cum illa quæ lippientibus oculis cōtemplamur, verius sint quam intelligantur, & verius intelligantur quam exprimantur vocibus? Ne te tñ diutius protraham, audi quid imaginatur intellectus, licet adhuc modicum degustet affectus. Puto quod illi septem filij de quibus supra memorauimus, sunt omnes Sancti & electi Dei spiritus, altissimi patris hæredes & filij. Hi conuiuia vnusquisque in die suo faciunt, quādo se inuicem cœlestibus gaudijs pascūt. In quo de meritis suis singulis iuxta datam sibi gloriam fercula delitiosissima propinant. Primo igitur die primogenitus, hoc est ille cęlestium angelorum numerus, qui non immerito nomine primogeniti censentur, quia priores sunt creatione & conuersatione ad Deum, a quo nūquam recesserunt per peccatum, sed semper immobili charitate sūmo patri adhæserunt, & illam hæreditatem beatam cęlestis regni priores omnibus fęliciter possederunt. Illi tibi o anima in suo conuiuio, diuersa fercula delitiosa, & preciosa propinant, cum vnusquisque ordo de eo qđ excellentiua recipit in munere, gaudia specialia administrat. Iam cogites o anima quale tibi ferculum propinãt illi summi spiritus Seraphici ordinis, qui adeo vicini illi eterno patri sunt, quod inter ipsos, & hunc, nulli alij spiritus intersint, qui ipsum immediatius contemplentur, & suis bonis æternis perfectius perfruantur. Quare putas hi propinant gaudium de naturę nobilitate, quale de contemplationis claritate, quale de dilectionis sinceritate? Hi ergo, hoc est illi qui Seraphin nominantur, istud conuiuium ornant ardore diuinæ charitatis; Cherubin splendore æternæ claritatis, Throni æquitate diuinæ maiestatis. Hoc etiam conuiuium glorificant Dominationes, de dominandi super alios excellentia, Principatus de precipiendi inferioribus magnificentia, Potestates de authoritate malignos spiritus coercendi. Hoc etiam conuiuium honorificant Virtutes, de potestate miracula faciendi, Archangeli de dignitate superiora nunciandi, Angeli de agilitate minora diuinæ scientiæ secreta reuelandi. Ecce vides qualiter singuli mentes beatorum cœlestibus gaudijs pascunt, de his quæ ab illa super cœlesti aula specialius in munere receperunt. Nec est mirandum, quòd hæc prædicta, & multa alia nobis adhuc occultiora illi spiritus in nostrum gaudium nobis propinant, qui tam fideliter tam dulciter tanq; amicabiliter in hac lachrymarum valle nos custodiunt, & nos ad illam æternæ beatitudinis patriam perducere totis viribus concupiscunt. Bernar. O si quis cognosceret quemadmodum præueniunt principes coniuncti psallẽtibus, in medio iuuencularū tympanistriarum, videret itaque qua cura quoue tripudio intersunt cantantibus, adsunt orantibus, insunt meditātibus, supersunt quiescentibus, præsunt procurantibus. O anima ieiuna & famelica, si vel vnam micam quæ cadit de mensa dominorum in hoc conuiuio, aperto mentis ore sumpsisses, puto quòd hanc peregrinationem ex tunc impatienter tolerares. Puto si vnam guttam de vino potus eius degustasses, omnem huius sęculi dulcedinem fastidires. Gregorius in moral. Si cor semel in cęlestibus, per degustationem subaudi, figitur, quā abiecta sint mox cernitur, quæ prius alta videbantur. O anima mea dilecta de conuiuio Patriarcharum, Prophetarū, Apostolorum, martyrum, confessorum, virginum, qui per alios sex filios non immerito præfigurantur, quid dicam? Vnusquisque enim horum tot in conuiuio suo proponet fercula, quot habuit in hac vita virtutum opera. Et quis enarrare sufficiat, quantum gaudium quęlibet anima suscipiat, de sanctorum Patriarcharum humilitate perfectissima, de prophetarum credulitate certissima, de Apostolorum charitate ardẽtissima, de martyrum stabilitate, & patientia, de confessorum pietate, & clementia, de virginum castitate, & continẽtia? & idẽ Greg in homilia super Lucam ait. Reuera vox & lingua deficit, quia intellectus capere non sufficit, quantū sit gaudium, Angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assistere, præsentem Dei vultum cernere, incircumscriptum lumen videre, nullo metu mortis affici, de incorruptionis perpetuæ munere lætari. O quam fęlix tibi erit hæc dies, cum fueris ad hęreditatem patrum tuorum reuersa, & quando ab his omnibus cum inæstimabili gaudio fueris assumpta, & ad thalamum summi regis fęliciter introducta. Iam nunc expergiscere o anima mea, & cum illa famosa Regina Sabba, cum aromatibus virtutum, cum thesauris bonorum operum, cum magno apparatu cœlestium desideriorum, ascende in illam Hierusalem supernam, & contemplare diligenter singula, & vide quòd veritas vincit famam, gloria exuperat omnem loquelam, si forte posses ex admirationis magnitudine extra humanum spiritum rapi, & miro quodam modo in diuinum spiritum transformari, vt dicere inciperes cū Petro in magno cordis iubilo. Domine bonum est nos hic esse, hic pater hic soror, hic frater, hic patria. O Domine permitte nos hic esse, & ab hinc nunquam discedere. Ambros. Fugiamus o anima in patriam verissimam, quia illic est patris ad quam conditi sumus, pater a quo creati sumus, ibi est Hierusalem ciuitas superna, quę est mater nostra. Anselmus. O anima tantus debet esse in hac vita mortali amor & desiderium perueniendi ad illud ad quod facta es, & dolor, quia nondum ibi es, & timor ne forte non peruenias, vt nullam lętitiam sentire debeas, nisi de his quæ tibi, aut auxilium aut spẽ conferunt perueniendi. ANIMA. O homo dum hæc aliquando cogito, dum hæc tacita mente mecum pertracto, quid est quod tunc interlucet mihi, & percutit cor meum sine lęsione, & inhorresco & ardesco? Augustin. Intromittor aliquando mentaliter in affectum multum inusitatum, ad nescio quam dulcedinem, quę si perficeretur in me, nescio quid erit quod vita ista non erit, sed recidiuo onerosis ponderibus, & resorbeor solitis curis, hic esse valeo, nec volo, illic esse volo, nec valeo, miser vtrobique. Hęc Augustinus in libro confes. HOMO. O anima puto quod hæc cœlestia sine prelibatione dulcedinis, non possunt a digne dispositis cogitari. Sed nescio quid tunc erit, cum perfecte in te sine ænigmate poterunt degustari. Vnde non est mirandum si prelibatio taliū tibi incutit huius exilij tędium.

Septẽ ordines beatorum conuiuia spiritualia ad inuicem in cęlo faciunt vnusquisque in die suo.

Psalm. 6

Matt. 17

dium; quia nihil est magis amarum, quam postquam anima consueuit talium prægustatione consolari, si rursum inceperit mundialibus & transitorijs implicari. Hinc est, quòd anima laborat, lucratur & anxiatur, illic semper esse cupit, nec sufficit, hic esse compellitur, sed illic post hoc quod prægustatum est ascendere conatur. Iam enim gustato spiritu desipit omnis caro. Vidisti gaudium beatorum de his quæ sunt infra te, & de his quæ sunt iuxta te. Vide modo, si potes, quale gaudium futurum sit de his quæ sunt intra te. Homo. n. remunerabitur in corpore & in mente, & istorum æterna & inseparabili vnione. Corpus. n. nostrum ex quatuor elementis est compositum, vnde quatuor dotibus erit remunerandum. Terra tunc habebit æternam immortalitatem, aqua omnimodam impassibilitatem, aer maximam agilitatem, & ignis splendidissimam claritatem. Tunc fulgebunt iusti sicut Sol, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Abstergetenim Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & iam non erit amplius neq; luctus neque clamor, neque dolor, sed sempiterna pax & lætitia. In sempiterna patria corda beatorum sibi inuicem io claritate lucent, & puritate transflucent, ibi vniuscuiusque vultus aspicitur, & cōscientia penetratur, ibi vniuscuiusq; mētem ab alterius oculis corpulentia non ascondit. Etiam mox vbicunq; voluerit animus, statim aderit corpus. Augustinus. Sicut. n. tunc animus perfectissime obedit creatori, ita corpus promptissime obtemperabit suo motori. Tam potentem tunc faciet Deus animam, vt ex eius beatitudine plenissima redundabit in corpus, ex qua redundantia habebit vigorem impassibilitatis, splendorē claritatis, aptitudinem subtilitatis, promptitudinem agilitatis. Ibi erunt omnes sensus in actibus suis. Ibi enim oculus videbit decorem speciosissimum, gustus sentiet saporem dulcissimum, olfactus odorabit odorem suauissimum, tactus amplexabitur obiectum delitiosissimū, auditus immutabitur per sonum iucundissimum. Ibi enim cum mens in exultationem rapitur, lingua in canticum laudis eleuatur. ANIMA. O homo audiui iam dudum mirabilia, & cū vera sint hæc oīa, quid aliud est hæc præsens vita, nisi quædam mortis vmbra? HOMO. O Anima bene dixisti, quia temporalis vita æternę vitæ comparata, mors est potius dicenda quam vita. Ipse enim quotidianus defectus corruptionis, quid est aliud quam quædam prolixitas mortis? Ergo sancti viri, quia huius vitæ breuitatem indesinenter aspiciunt, quasi quotidie morientes viuunt, & ideo se non mansuros solicitius pręparant, qa hęc oīa nihil esse ex fine semper pensant. Sed carnales mentes, ideo pręsentia diligunt, quia vita carnis quam fugitiua sit minime perpendunt. Nam si velocitatem transitus eius aspicerent, hanc etiam prosperam minime amarent. Hæc Gregor. Augustin. Recedat ergo ò anima amor vitæ præsentis, & accedat ardor vitæ aduenientis, vbi nulla aduersitas turbat, nulla necessitas angustat, nulla molestia inquietat, sed perennis lætitia regnat, & considera quanta sit fœlicitas futura, vbi nullum latebit bonum, vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus. Ibi enim nulla desidia cessabitur, nulla indigentia laborabitur, ibi esse nostrum non habebit mortem, nosse nostrum non habebit errorem, amare nostrum non habebit offensionem. Ibi aberit omnis tarditas, omnis corruptio, omnis deformitas, omnis infirmitas. Ibi cœlum nouum & terra noua. Ibi similes erimus Angelis Dei, & si non ætate, certe tamen fœlicitate. August. O anima mea illam vitam amplecti debueras, vbi vita sine morte, iuuentus sine senectute, gaudium sine tristitia, pax sine discordia, voluntas sine iniuria, lux sine tenebris, & regnum expers cōmutationis. Secundo considera quantum gaudeat animus, cum resumpserit tale corpus quale iā audisti, nō tale quale cū ingenti dolore sustinuisti, & cum magno certamine deuicisti dè quo sæpius tibimet impatiens patienter, & irascens, clementer dixisti. Quis liberabit me de corpore mortis huius? Non certe tale sed tam perfecte obediens & spirituale. Tale (inquam) tale quod tibi erit in contemplationis solatium, & in æternæ fęlicitatis augmentum. ANIMA. Mirari super omnibus his non sufficio, & p magnitudine admirationis in inquisitione deficio. Vnū tamen scire desidero, qualiter mens quæ in præsenti vita a Dei contemplatione per corpus deprimitur, illic per ipsum in contemplatione adiuuetur? HOMO. O anima scrupulosa est hæc quæstio, sed quia magis est curiosa quam deuota, breuis erit responsio. Anima. n. tunc virtute diuina alium habebit modum intelligendi quam in via. Nec est mirandum, si pro loco & tempore mutat ordinem, & modum agendi creaturæ, qui est fabricator & auctor vniuersalis naturę. In reb. n. mutabilibus, tota ratio facti est potentia facientis. Certum est quod ipsa anima nunquam resumptionem corporis appeteret, si resumptum etiam quantumcunq; gloriosum, diuinam contemplationem impediret. Nam secundum Augustini sententiam & doctrinam, ipsæ animæ desiderant corporis resumptionem, & expectant iteratam vnionem ipsius, quia ipsarum sine eo non potest consummari fœlicitas, nec satiari iucunditas. Adeo. n. vehementer anima corpus desiderat, quòd etiam aliqualiter eius contemplationem impedit, & retardat. Bern. O misera caro fœtida & fœda, vnde tibi hæc gloria, q animæ sanctę quas Deus insigniuit sua imagine, proprio redemit sanguine, te desiderant, te expectant, & ipsarum sine te non potest consummari fœlicitas, nec satiari iucunditas? Aug. Cum anima hoc corpus non animale iam, sed spirituale receperit, perfectum habebit suæ naturæ modum, obediens & imperans, viuificata & viuificans. Tunc ineffabili fœlicitate fiet, vt sit ei gloriæ quod fuit sarcinæ. O anima cogita qualis tibi tunc erit gloria, cum induta fueris illa stola noua & splendida, ornata omni lapide precioso. i. corpore glorificato. In quo tot fulgebunt gemmę preciosissimę quot sunt virtutes in mente. Tunc (vt puto) cantabis cum iubilo canticum nouum Domino dicens. Gaudēs gaudebo in Domino, quia induit me vestimento salutis, & indumento lætitiæ circundedit me, & tanquam sponsam decorauit me corona. Adhuc vide tertio & diligenter considera, si tantum gaudium habitura sis quasi de alieno, quid hauries de proprio? Quis enim enarrare sufficeret, quantum gaudium, quam stupendam gloriam, quam incomprehensibilem laudem & magnificentiam habitura sis a Trinitate beatissima, a sanctorum omnium societate fęlicissima, pro eo quòd corpus tuum proprium tam viriliter per clypeum castitatis & continentiæ superasti, pro eo, quod mundum tam potenter per gladium paupertatis & indigentiæ debellasti, pro eo quòd Diabolum pessimum tam fortiter per hastam humilitatis & obedientiæ effugasti, pro eo quòd omnibus cogitationibus, omnibus affectionib⁹, singulis inordinatis motibus tam viriliter restitisti? Aduerte si potes, quātam laudem habitura sis ab his, quos verbo & exemplo ad meliora prouocasti. Et quid plura? pro singulis cogitationibus, locutionibus, actionibus virtuosis, specialem & eternalem laudem suscipies. Et id quod tibi defuerit, illa cœlestis & diuina beatorum societas, charitate mutua adimplebit. Quia vnusquisq; habebit ibi in proximo, quod sibi deficit in merito proprio. O anima hæc cogita, hæc mēte pertracta, cum tibi pie viuenti inferuntur aduersa, ad hæc mente euola, cum premit corpus, cū fremit mundus, cū insidiatur Diabolus, ad hæc recurre, his mentē delinire. Quia id quod in præsenti est momentaneum & leue tribula-

Gaudium est beatis de his quæ sunt infra se.

Sap. 3.

Apoc. 21.

In cœlo omnes sensus corporis erunt in actibus suis.

Anima in celo iuncta corpori aliū habebit modum intelligendi, quā in via.

Quod anima quādo molestijs & tribulationib⁹ in mortali vita afficitur ad celestes delitias eriगatur.

Digitized by Google

tionis nostrę, supra modum & in sublimitate ęternum gloriæ pondus in nobis operatur. Sed quia reuera id solum & verum gaudium est, quod non de creatura, sed creatore concipitur, cui omnis comparata aliunde iucunditas mæror est, omnis suauitas dolor est, & postremo omne quod delectari potest molestum est, secundum Bern. Igitur consulo ò anima, quod iam per præmissa tanquam excitata, disposita, & inuitata, ad auctorem tuum te conuertas, & quantum gaudium ab eo illi beati spiritus recipiant, diligenter consideres & aduertas, quia omne gaudium propositum vel est accidentale, & ob hoc non satiat, sed excitat, vt est illud quod beati spiritus de his quæ infra vel iuxta ipsos sunt accipiunt: vel est cõsubstantiale, & ob hoc sufficit & afficit, vt est illud quod de his quæ intra ipsos sunt concipiunt, hoc vero gaudium quod de superioribus hauriunt, solum substantiale vocatur, quia per hoc solum affectus rationalis creaturæ sociatur. Hugo de sancto Victore. Omnis iucunditas, omnis suauitas, omnis dulcedo rerum creatarum afficere cor humanum potest, satiare non potest. ANIMA. Dic quæso ò homo qualem & quantum sit illud gaudium? quia hoc solum desidero, hoc est quod præ omnibus concupisco, quia nescio quod hæc omnia etiam si habentur sine illo, non solum non sufficiunt, sed etiam animam ieiunam, famelicam, & miseram derelinquunt. HOMO. Anima tu quæris quale & quantum sit illud gaudium. Interrogaui omnia intima mea, & mihi narrare non sufficiunt. Ans. Si enim singula quæ prędicta sunt bona sunt & iucunda, cogita mente quantum sit illud bonum delectabile, quod continet iucunditatem omnium bonorum in se, non qualẽ in rebus creatis experti sumus, sed tantum differẽtem quantũ differt creator a creatura, qui tanto bono fruotur qđ quicquid volet erit, & quicquid nolet non erit. Hæc Ans. Cæsarius. Beatam vitam facilius est consequi quam enarrare, cuius cursus sine termino, vsus sine fastidio, refectio sine cibo, sub antiquis perpetuisq; gaudijs semper noua iucunditas, & sine timore amittendi continuata fęlicitas. Hæc Cæsarius. Aug. Præmium virtutis est qui virtutem dedit, et q seipsum quo nihil maius aut melius esse possit repromisit. Quid.n. aliud est quod per prophetam dicitur, ego ero illorum Deus, nisi ego ero vnde satietur, ego ero quæcunq; ab omnibus honeste desiderantur? Aug. de ciuitate Dei. Ipse est finis desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur, hoc munus, hic affectus, hic actus, profecto erit omnia in omnibus. Hæc Aug. Puto autem ne diutius te protraham, quamuis reuera inæstimabile sit illud gaudium & ineffabile, æstimo tñ quod de tribus proueniat, & triplex gaudium illos beatos spiritus lætificat & delectat. Gaudent.n. delectabiliter in perfecta & clarissima Diuinæ claritatis cõtemplatione: gaudent dulciter in mellisiua et suauissima Diuinæ bonitatis degustatione: gaudent sempiternaliter in tranquilla & securissima Diuinæ maiestatis tentatione. Scis enim ò anima, quod tribus viribus naturalibus preeminęs in tua substantia, habes n. vim rationalẽ, quæ non perfecte illuminatur, nisi per primæ veritatis apertam cognitionem, & vim concupiscibilem, quæ non satiatur nisi per summæ bonitatis pfectam dilectionem, vim quoq; irascibilem, quæ non quietatur nisi per æternæ maiestatis securam compræhensionem. De his tribus dicit beatus Bern. super Cant. Qui replet in bonis desiderium tuum, ipse futurus est rationi plenitudo lucis, voluntati multitudo pacis, memoriæ continuatio ęternitatis. Quare tristis es ò anima mea? & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, cum omnis error a ratione, omnis dolor a voluntate, & a memoria omnis timor recesserit, & illa successerit (quam speramus) mira serenitas, plena suauitas, & æterna securitas. O anima quantum putas gaudent & lętantur, qui illud æternitatis speculum iugiter cõtemplantur, in quo omnia præterita, pręsentia & futura, quæ summę beatitudini competunt apertissime speculantur? Augustin. Dum ad illam supernam lucem patris luminum venerimus, totum quod in creaturis esse potest intelligemus. Ans. Tũc iusti scient cuncta quę Deus fecit scienda. Et quid est quod nescire possunt, qui scientem omnia vident? ANIMA. Et quomodo simplicitas hoc permittit? HOMO. Fulgẽtius. Sicut per speculum vitreum trina nobis visio demonstratur, quia nosipsos, ipsum speculum, quicquid præsens est videmus, sic per speculum Diuinę claritatis ipsum Deum, & quicquid præsens est, id est, nosipsos & creaturas alias cognoscemus. ANIMA. O beata veritas, iam video, quod sine te sapere desipere est, te vero nosse perfectum scire est. HOMO. O anima quæ naturaliter scire desideras, hoc speculum videre affecta, in illo studere & legere desidera, quia hoc semel vidisse est omnia didicisse. Ibi reuera videbitur, & reputabitur stultitia Platonis theoria: Aristotelis philosophia: Empedoclis theoremata: Hypocratis scrutinia: Ptolomęi astrologia, &c. quia quicquid hic de veritate intelligimus, minima pars eorum est quę ignoramus. Sed tunc ò anima videbis & affiues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. ANIMA. Et quid videbo? HOMO. Regem cœli in decore suo. Beda. Splendor æternę pulchritudinis est tantę suauitatis, tantęque dulcedinis, vt etiã ipsi Angeli qui Sole sunt comparabiliter clariores, eo satiari non possunt. Tunc ergo affiues delitijs in stupenda Diuinę claritatis cognitione, miraberis in tuijpsius delitiosa consideratione, dilataberis in omnium creaturarum perfecta speculatione. O contemplatio stupenda, & admirabilis. O consideratio delitiosa & delectabilis. O speculatio gaudiosa & ineffabilis. O quam digne dictum est de te Domine Deus meus. Melior est dies vna in atrijs tuis, super millia. Quia secundum Augustinum tanta est pulchritudo iustitię, tanta est iucunditas lucis ęternę, vt etiam si non liceret amplius in ea delectari quam vnius diei hora, propter hoc solum innumerabiles huius vitę dies, pleni delitijs & circumfluentia bonorum temporalium, recte meritoque despicerentur. Tam pulchra enim est & suauis, vt ea visa nihil amplius posset desiderari, & omnem vincit dulcedinem, & omnem exuperat concupiscentiam. ANIMA. Est ne aliquid aliud cuius visio delectet? cuius contemplatio lætificet? HOMO. O anima quamuis hęc sola sufficeret si nulla alia adesset, est tamen adhuc vna, vt de aliorum omnium pene innumerabili iucunda visione taceam, quę mirabiliter omnium cœlestium spirituum mentes lętificat, & miro quodam modo nescio quo inæstimabili gaudio, omnem beatã creaturam inebriat: videre scilicet illius cœlestis Reginę deificam claritatem, & suę beatissimę prolis glorificatam humanitatem. Quis ò anima vel cogitare sufficiat, quãtum gaudium generat, illam matrẽ misericordię, Reginam pietatis & clementię videre, iam non recumbentem cum paruulo vagiente in presepio, iam non lachrymantem, circum euntem, quęrentem & dicentẽ, nunquid quem diligit anima mea vidistis? cum perdiderat dilectissimum infantulum in triduo, sed eum nunc inspicientem in sempiterno gaudio? Iam enim non conturbabitur, confugiens in Aegyptum a facie Herodis, quia ipse ascendit in celum, Herodes autem in infernum. Iam non conturbatur, circa plurima quæ fecerũt filio suo Iudęi, quia omnia subiecta sunt ei. Iam certe non euigilantem, vociferantem, clamantem & dicentem. Quis mihi det, vt ego moriar pro te fili mi Absalon? cum stare prope vnigenitum filium suum pendentem & morientem in patibulo. Iam non lamentantem

Gaudium substantiale beatorũ, in contẽplatione diuinę essentię consistit tñ.

Gaudium ineffabile beatorum ex tribus puenit .s. ex beatitudine triũ potentiarũ animę.

Intellectiua potẽtia gaudet in iugi diuinę essentię contẽplatione in qua omnia videt.

Psal. 83.

Videre beatã virginem super choros Angelorũ exaltatã, magna est beatis materia gaudij.

3. Reg. 18.

Digitized by Google

ratem lachrymabiliter, cum sibi daretur discipulus pro
magistro, seruus pro Domino, creatura pro creatore,
quasi alienus pro vnigenito & dulcissimo filio. Sed hãc
quondam propter nos tam miseram, tantis mœroribus
plenam, iam nunc inæstimabiliter super omnem creatu
ram exaltatam regnantem cum Christo in Trinitatis
super benedictæ palatio cantantem, iubilantem, & dicẽ
tem. Tenui illum nec dimittam. Venite ad me omnes
Cant. 3. qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Et il-
lud. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & a ge
Matt. 11. nerationib. meis adimplemini. O anima mea mente de
Eccles. 24. uota pertracta, quam sit plenum omni suauitate gau-
dium, videre hominem in hominis conditorem, fœmi-
nam omnium conditoris genitricem, fratrem nostrum
quondam perditum, abiectum & despectum, nunc in-
uentum, nunc reuersum, nunc regnantem, nunc omni-
Cant. 8. bus imperantem. O quis mihi det te fratrem meum su
gentem vbera matris meę, vt inueniam te foris, & deo-
sculer te labijs deuotionis, amplectar te brachijs dile-
ctionis, & iam me nemo despiciat, cum introduxero te
in cubiculũ cum dulcedine suauissimæ fruitionis? Hãc
fruitionem desiderabat ille deuotus Anselmus in medi
tationibus, quando dicebat. O dulcissime puer quan-
do te videbo? quando ante faciem tuam apparebo? quã
do satiabor pulchritudine tua? quando videbo vultum
tuum desiderabilem, in quẽ desiderãt Angeli prospice-
re? Væ animæ te non amanti, te non quærenti, quæ si
mundum diligit, peccatis seruit, nunquam est quieta,
nunquam secura. Nihil quæso sine te mihi placeas, ni-
hil dulcescat, nihil speciosum, nihil præter te arrideat p̃
ciosum, vilescant omnia præter te, quod tibi est aduer-
sum mihi sit molestum, & tuum beneplacitum sit meũ
indeficiens desiderium. Tędeat gaudere sine te, delectet
gaudere tecum, & flere tecum. O bone Iesu si tam dul
ce est flere de te, quam dulce est gaudere de te. Hęc An
selmus. ANIMA. O homo iam amore videndi Do-
minum creatorem meum langueo, ardore cernendi Ie
sum fratrem meum, redemptorem meum deficio. Iam
desiderio inuendi illam virginem gloriosam, matrẽ re-
demptoris mei vulnerata ingemisco. O bone Iesu quan
do videbo gaudium meũ, quod desidero? ò quando ap
parebit gloria eius quam esurio? ò quando veniet con-
solator meus quem expecto? O si quando inebriabor
ab vbertate domus eius ad quam suspiro? Iam grauis
est mihi omnis creatura ad videndum, quia nimis incõ
parabiliter supereminet pulchritudo, a qua processerũt
Ioan. 16. hæc omnia. HOMO. O anima expecta cum patien-
tia, vt crescant tua desideria, quia scriptum est, modicũ
& non videbitis me, & iterum modicum & videbitis
me. ANIMA. O modicum longum, ò modicum ni-
mis prolixum, quia etsi modica sunt merita, longa ta-
men sunt desideria. HOMO. O anima si longa & ma
gna videntur tibi tua desideria, quibus æstuas ad æter-
nam gloriam & charitatem contemplandam, quanto
putas desiderio æstuare debeas ad æternam bonitatem
perfecte diligendam, & ad summã maiestatem ęternali
ter possidendam? Si. n. hęc omnia summe non diligeres,
quomodo de visione gauderes? & si bene videres & in
telligeres, & tamen secura mente non possideres, quo-
modo beata permaneres? Aug. Ibi igitur vocabimus &
videbimus, videbimus & amabimus, amabimus & ha-
bebimus: ipse enim est finis desideriorum nostrorum,
qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fati-
gatione in æternum laudabitur. Vna enim ibi & tota
virtus est amare q̃ videas, & summa fęlicitas æternali-
ter habere q̃ amas. Ibi beata vita in suo fonte plene p-
fecte bibitur, Vnde miro quodam modo & delectabili
ter impressa sitis simul atq; sacietas alternatur, sed lon-
ge à siti necessitas repellitur, longe a sacietate fastidiũ
amouetur. Hæc August. Sed ne te iam ò anima diutius
protraham, audi quid de prædictis omnibus cęlestibus
gaudijs dicit ille deuotus Anselmus in fine prologio.
Excita te (inquit) nunc ò anima mea, & erige totum in
tellectũ tuum, & quantum potes cogita attente, quam
delectabile sit illud bonum, quod continet iucunditatẽ
omniũ bonorum. Si iucunda est vita creata, quam iucũ
da est creatris essentia? Si iucunda est salus facta, quam
iucunda est salus quę fecit omnia? Si amabilis est scien-
tia de creaturis, quam delectabilis est illa quæ est de re
bus increatis? Cur ergo per multa vagaris quærendo
bona creata? Ama vnum in quo sunt omnia. Si delectat Matt. 13.
pulchritudo, fulgebũt iusti sicut Sol. Si libertas aut for Matt. 22.
titudo, similes erunt Angelis Dei in cęlis, si longa & sa
lubris vita, est ibi sanitas ęterna. Si sacietas aut ebrietas Psal. 35.
saciabuntur de gloria, & inebriabuntur ab vbertate do
mus Dei. Si melodia, ibi canunt Angeli. Si societas, &
amicitia, ibi est beatorum societas, & oĩum vna volun-
tas. Si honores & diuitię, gloria et diuitię in domo eius.
Si securitas et certitudo, ibi omniũ temporum æterna Psal. 90.
longitudo. O cor humanũ, cor indigens, cor expertum
erumnas, imo obrutum erumnis, quantum gauderes si
his omnibus abundares? Interroga intima tua, si ca-
pere possint tantum gaudium suum de tanta beatitudi
ne sua. Sed si homo de tanta beatitudine vix capiet gau
dium proprium, quomodo capax erit tantorũ gaudio-
rum, quantus est numerus electorum? vbi vnusquisq;
tantũ diligit proximum suum quantum seipsum, et tan
tum de suo gaudio gaudet, quantum diligit? Ita etiam
quisq; plus absq; æstimatione de Dei, quã de sua et om
nium electorum gaudet fęlicitate: quia sicut Deum to-
to corde, tota anima, tota mente diligit, ita ad plenitudi
nem gaudij illius totum cor, tota anima, tota mens non
sufficit. Quia tantum gaudebunt, quantum amabunt,
tantum amabunt, quantũ videbunt. Certe nec oculus
vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs ascendit, quan-
tum te amabunt, et cognoscent sancti Dei. Oro Deus
meus, cognoscam te, amem te, vt æternaliter gaudeam
de te: Et si non possum ad plenum in hac vita, crescat
saltem hic notitia tui & amor, vt ibi sit plenum gaudiũ,
hic sit in spe, & ibi sit in re. Domine pater per filium
tuum hic iubes, immò consulis petere, & promittis acci
pere, vt gaudium nostrum plenum sit. Peto Domine Ioann. 16.
quod per admirabilem consiliarium tuum consulis pe
tere, & promittis accipere, vt gaudium nostrum sit ple-
num, meditetur de hoc mens mea, sermocinetur os
meum, loquatur inde lingua mea, esuriat anima mea,
sitiat caro mea: donec intret in gaudium Dei, qui est tri
nus et vnus benedictus in sęcula. Amen.



SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS,

Itinerarius mentis in Deum.

PROLOGVS.

IN Principio primum principium (a quo cunctæ illuminationes descendunt tanquam a patre luminũ, a quo est omne datum optimum, et omne donum perfectum) patrẽ, scilicet æternum inuoco per filium eius Dominũ nostrum Iesum Christum, vt intercessione sanctissimæ Virginis Mariæ, genitricis eiusdem Dei et Do-

mini nostri Iesu Christi, et Beati Francisci Ducis et patris nostri, det illuminatos oculos mentis nostræ, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis illius, quę exuperat omnem sensum, quam pacem euangelizauit, & dedit Dominus noster Iesus Christus, cuius prędicationis repetitor fuit pater noster sanctus Franciscus, in omni sua prædicatione pacem in principio et fine annuncians, in omni salutatione pacem optās, in omni contemplatione ad extaticam pacem suspirans, tanquam ciuis illius Hierusalem, de qua dicit ille vir pacis, qui cum his qui oderunt pacem erat pacificus. Rogate quę ad pacem sunt Hierusalem. Sciebat.n. ꝙ thronus Salomonis non erat nisi in pace, cum scriptum sit. In pace factus est locus eius, et habitatio eius in Syon. Cū igitur exemplo beatissimi patris nostri Francisci, hanc pacem anhelo spiritu quęrere ego peccator, qui loco illius patris beatissimi post eius transitum septimus in generali fratrum ministerio, per omnia indignus succedo, contigit vt nutu Diuino anno post ipsius beati patris transitum 33. ad montem Aluernæ tanquam ad locum quietum, amore quærendi pacem spiritus, declinarem, ibique existens, dum mente tractarem aliquas mentales ascensiones in Deum, inter alia occurrit illud miraculum, quod in prędicto contigit loco ipsi beato Francisco, de visione videlicet Seraph alati instar crucifixi.

Psal. 119. Psal. 121. Psalm. 75.

Beatus Bonauent. septimus generalis a beato Frācisco.

In cuius consideratione statim visum est mihi, ꝙ visio illa prætenderet ipsius patris nostri suspensionem in cōtemplando, & viam per quam peruenitur ad eam. Nam per senas alas illas, recte intelligi possunt sex illuminationum suspensiones, quibus anima quasi quibusdam gradibus & itineribus disponitur, vt transeat ad pacem, per extaticos excessus sapientiæ Christianæ. Via autem non est nisi per ardentissimum amorem crucifixi, qui adeo Paulum ad tertium cœlum raptum transformauit in Christum, vt diceret Christo confixus sum cruci, viuo ego iam non ego, viuit autem in me Christus. Qui etiam adeo mentem Francisci absorbuit, quod mens in carne patuit, dum sacratissima passionis stigmata in corpore suo ante mortem per biennium deportauit. Effigies igitur sex alarum seraphicarum, insinuat sex illuminationes scalares, quæ a creaturis incipiunt, & perducunt vsque ad Deum, ad quem nemo intrat recte nisi per crucifixum. Nam qui non intrat per ostiū in ouile, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Si quis vero per ostium introierit, ingredietur & egredietur & pascua inueniet. Propter ꝙ dicit Ioan. in Apocal. Beati qui lauant vestimenta sua in sanguine agni, vt sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas ingrediantur ciuitatem. Quasi diceret. Quod per contemplationem ingredi non potest Hierusalem supernam, nisi per sanguinem agni intret tanquam per portam. Non enim dispositus est aliquo modo ad contemplationes diuinas, quę ad mentales ducunt excessus, nisi cum Daniele sit vir desideriorum. Desideria autem in nobis inflammātur dupliciter, s. per clamorem orationis, quæ rugire facit a gemitu cordis, & per fulgorem speculationis, qua mens ad radios lucis directissime & intentissime se conuertit. Igitur ad gemitum orationis per Christum crucifixum (per cuius sanguinem purgamur a sordib. vitiorum) primum quidem lectorem inuito, ne forte credat, quod sibi sufficiat lectio sine vnctione, speculatio sine deuotione, inuestigatio sine admiratione, circunspectio sine exultatione, industria sine pietate, scientia sine charitate, intelligentia sine humilitate, studium absque diuina gratia, speculum absq; sapientia diuinitus inspirata. Præuentis igitur diuina gratia humilibus & pijs, compunctis & deuotis, vnctis oleo diuinæ letitiæ, & amatoribus diuinæ sapientiæ, & eius desiderio inflammatis, vacare volentibus ad Deum magnificandum, amandum & etiam degustandum, speculationes subiectas propono, insinuans quod parum aut nihil est speculum exterius propositum, nisi speculum mentis nostræ tersum fuerit & politum. Exerce igitur te homo Dei prius ad stimulum conscientiæ remordentem, antequam oculos eleues ad radios sapientiæ in eius speculo relucentes, ne forte ex ipsa speculatione radiorum, in grauiorem incidas foueam tenebrarum. Placuit autem distinguere tractatum in septem capitula, præmittendo titulos ad faciliorem intelligentiam dicendorum. Rogo igitur, ꝙ magis pensetur intentio scribentis quam opus, magis dictorum sensus, quam sermo incultus, magis veritatis, quam sermonum venustas: magis exercitatio affectus, quam eruditio intellectus. Quod vt fiat, non est harum speculationum progressus perfunctorie transcurrendus, sed morosissime ruminandus.

Per 6. alas cherubin quem beatus Franciscus vidit 6. suspēsiones illuminationum intelliguntur.

Gal. 2.

Ioan. 10.

Apoc. 22.

Dan. 9.

Heb. 1.

De gradibus ascensionis in Deum, & de speculatione ipsius, per vestigia eius in vniuerso.

Cap. 1.

Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum, in loco quem posuit. Cum beatitudo nihil aliud sit, quam summi boni fruitio, & summum bonum sit supra nos, nullus potest effici beatus, nisi supra seipsum ascendat, non ascensu corporali, sed ascensu cordiali. Sed supra nos leuari non possumus, nisi per virtutem superiorem nos eleuantem. Quantuncunq;.n. gradus interiores disponantur, nihil fit nisi diuinum auxilium comitetur. Diuinum autem auxilium comitatur eos, qui petunt ex corde humiliter & deuote, & hoc est ad ipsum suspirare in hac lachrymarum valle, quod fit per feruentem orationem. Oratio igitur, mater & origo est sursum actionis in Deum. Ideo Dionysius in libro de mystica theologia, volēs nos instruere ad excessus mentales, primo præmittit orationem. Oremus igitur & dicamus ad Dominū Deum nostrū. Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua. Lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum. In hac oratione orando illuminamur ad cognoscendum diuinę ascensionis gradus. Cum enim secundum statum conditionis nostræ ipsa rerum vniuersitas sit scala ad ascēdendum & in Deum, & in rebus quædam sint vestigium, quędam imago, quædam corporalia, quædam spiritualia, quędam temporalia, quædam æuiterna, ac per hoc quædam extra nos, quędam intra nos, ad hoc qđ perueniamus ad primum principium considerandum, quod est spiritualissimum & ęternum, & supra nos, oportet nos transire per vestigium, ꝙ est corporale & tēporale & extra nos, & hoc est deduci in via Dei. Oportet etiam nos intrare ad mentem nostram, quę est imago Dei ęuiterna, & spiritualis, et intra nos, & hoc est ingredi in veritatem Dei. Oportet ēt nos transcendere ad ęternum spiritualissimum & supra nos, aspiciendo ad primum principium, & hoc est lętari in Dei notitia et reuerentia maiestatis. Hæc est igitur via triū dierū in solitudine. Hęc est triplex illuminatio vnius diei, et prima est sicut vespera, secunda sicut mane, tertia sicut meridies. Hęc respicit triplicem rerum existētiam, s. in materia, in intelligentia, & in arte diuina, secundū quā dictum est, fiat, fecit, & factum est. Hęc ēt respicit triplicem substantiam in Christo, qui est scala nostra. s. corporalē, spiritualem, & diuinam. Secundū hunc triplicem progressum, mens nostra tres habet aspectus principales. Vnus est ad corporalia exteriora, secundum quem vocatur animalitas seu sensualitas. Alius intra se & in se, secundum quem dr̄ spiritus. Tertius est supra se, secundum quem dicitur mens. Ex quibus omnib. disponere se habet ad conscendendum in Deum, vt in ipsum

Psalm. 83.

Psalm. 85.

Exod. 3.

Mens nostra vocatur animalitas, spiritus & mēs

Digitized by Google

ſum diligat ex tota mente, ex toto corde, & ex tota anima, in quo conſiſtit perfecta legis obſeruatio, & ſimul cum hoc ſapientia Chriſtiana. Quoniam autem quilibet prædictorum modorum geminatur, ſecundum qđ contingit conſiderare Deum vt α & ω: ſeu inquantum contingit videre Deum in vnoquoque prædictorũ modorum, vt per ſpeculum, & vt in ſpeculo, ſeu quia vnaquæque iſtarum conſiderationum habet commiſceri alteri ſibi coniunctæ, & habet conſiderari in ſua puritate. Hinc eſt, quòd neceſſe eſt hos tres gradus principales aſcendere ad ſenarium, vt ſicut Deus ſex diebus perfecit vniuerſum mundum, & in ſeptimo requieuit, ſic minor mundus ſex gradibus illuminationum ſibi ſuccedentium, ad quietem contemplationis ordinatiſſime perducatur.

3. Reg. 10 In cuius rei figura ſex gradibus aſcendebatur ad thronum Salomonis.

Iſa. 6. Seraphin (quæ vidit Iſaia.) ſenas alas habebant. Poſt ſex dies vocauit Deus Moyſen de medio caliginis.

Matt. 17. Et Chriſtus poſt ſex dies (vt dicitur in Mattheo) duxit diſcipulos in montem, & transfiguratus eſt ante eos. Iuxta igitur ſex gradus aſcẽſionis in Deum, ſex ſunt gradus potentiarum animæ, per quos aſcendimus ab imis ad ſumma, ab exteriorib. ad intima, a temporalibus ad æterna, ſcilicet ſenſus, imaginatio, ratio, intellectus, intelligentia, & apes mentis ſeu ſynderesis ſcintilla. Hos gradus habemus in nobis plantatos per naturam, deformatos per culpam, reformatos per gratiam, purgandos per iuſtitiam, exercendos per ſcientiam, perficiendos per ſapientiam. Secundum etiam primam naturæ inſtitutionem, creatus fuit homo habilis ad contemplationis quietem, & ideo poſuit eum Deus in Paradiſo delitiatum. Sed auertens ſe a vero lumine ad commutabile bonum, incuruatus eſt ipſe per culpam propriam, & totum genus ſuum per originale peccatum, quod dupliciter infecit humanam naturam, ſ. ignorantia mentem, & concupiſcentia carnem, ita quod excæcatus homo & incuruatus in tenebris ſedet, & cœli lumen non videt, niſi ſibi ſuccurrat gratia cum iuſtitia contra concupiſcentiam, & ſcientia cum ſapientia contra ignorantiam,

1. ad Cor. 1. quod totum fit per Ieſum Chriſtum, qui factus eſt nobis a Deo ſapientia & iuſtitia, & ſanctificatio & redemptio.

Qui cum ſit Dei virtus & ſapientia, cum ſit verbum incarnatum plenum gratiæ & veritatis, gratiam & veritatem fecit, gratiam ſcilicet charitatis infudit, quæ cum ſit de corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta, totam animam rectificat, ſecundum triplicem ipſius aſpectum ſupradictum. Scientiam veritatis edocuit ſecundum triplicem modum theologię, ſcilicet ſymbolicæ, propriæ, & myſticæ: vt per ſymbolicam recte vtatur ſenſibilibus, per propriam recte intelligibilibus, per myſticam rapiamur ad ſupermentales exceſſus. Quicunque ergo vult in Deum aſcendere, neceſſe eſt, vt vitata culpa deformante naturam, naturales potentias ſupra dictas exerceat, ad gratiam reformantem, & hoc per orationem ad iuſtitiam purificantem, & hoc in conuerſatione, ad ſcientiam illuminantẽ, & hoc in meditatione, ad ſapientiam perficientem, & hoc in contemplatione. Sicut igitur ad ſapientiam nemo venit niſi per gratiam, iuſtitiam & ſcientiam, ſic ad contemplationem nemo venit niſi per meditationem pſpicuam, conuerſationem ſanctam, & orationem deuotam. Sicut igitur gratia fundamentum eſt rectitudinis voluntatis, & illuſtrationis perſpicuæ rationis, ſic primo orandum eſt nobis, deinde ſancte viuẽdum, tertio ſpectaculis veritatis intẽdendum, & intendendo gradatim aſcendendum, quouſq; veniatur ad montem excelſum, vbi videatur Deus Deorum in Syon. Quoniã igitur prius eſt aſcendere, quam deſcendere in ſcala Iacob, primum gradum aſcenſionis collocemus in imo, ponendo totum iſtum mundum ſenſibilem nobis tanquã ſpeculum, per quod tranſeamus ad Deum opificẽ ſummum, vt ſimus Hebræi, tranſeũtes de Aegypto ad terram patribus repromiſſam, ſimus & Chriſtiani, cum Chriſto tranſeuntes ex hoc mundo ad patrem, ſimus &

Eccleſ. 24. ſapientię amatores, quę vocat & dicit. Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini. A magnitudine.n. ſpeciei & creaturæ, cognoſcibiliter poterit horum creator videri. Relucet autem creatoris ſumma potentia, ſapientia, & beneuolentia in rebus creatis, ſecundum quod tripliciter nunciat ſenſus carnis ſenſui interiori. Senſus enim carnis aut deſeruit intellectui rationabiliter inueſtiganti, aut fideliter credenti, aut intellectualiter contemplanti. Contemplans conſiderat rerum exiſtentiam actualem, credens rerum decurſum habitualem, ratiocinans rerum præcellentiam potentialem. Primò modo aſpectus contemplãtis res in ſe ipſis conſiderans, videt in eis pondus, numerum, & menſuram. Pondus quoad ſitum vbi inclinantur, numerum quo diſtinguuntur, & menſuram qua limitantur. Ac per hoc videt in eis modum, ſpeciem, & ordinem, nec non ſubſtantiam, virtutem, & operationem, ex quibus conſurgere poteſt ſicut ex veſtigio, ad intelligendum potentiam, ſapientiam, & bonitatẽ creatoris immenſam. Secundo modus aſpectus fidelis conſiderans hunc mundum, attendit originem, decurſum, & terminum. Nam fide credimus, aptata eſſe ſæcula verbo vitæ. Fide credimus trium legum tempora, ſcilicet naturæ, ſcripturæ, & gratiæ ſibi ſuccedere, & ordinatiſſime decurriſſe. Fide credimus mundum per finale iudicium terminandum fore. In primò potentiam, in ſecundo prouidẽtiam, in tertio iuſtitiam ſummi principij aduertentes. Tertio modo aſpectus ratiocinantis inueſtigans, videt quædam tantum eſſe, quædam tantum eſſe & viuere, quædam verò, eſſe, viuere, & diſcernere. Et prima quidem eſſe minora, ſecunda media, tertia meliora. Videt iterum quædam tantum eſſe corporalia, quædam partim corporalia partim ſpiritualia, ex quo aduertit aliqua eſſe mere ſpiritualia tãquam vtriuſq; meliora & digniora. Videt nihilominus quædam eſſe mutabilia & corruptibilia, vt terreſtria, quædam mutabilia & incorruptibilia, vt cœleſtia, ex quo aduertit quædam eſſe immutabilia & incorruptibilia, vt ſupercœleſtia. Ex hic ergo viſibilibus conſurgit ad conſiderandum Dei potentiam, ſapientiam, & bonitatem, vt entem, viuentem, & intelligentem: mere ſpiritualem & incorruptibilem, & intranſmutabilem.

Hæc autem conſideratio dilatatur ſecundum ſeptiformem conditionem creaturarum, quæ eſt diuinę potentię, ſapientiæ, & bonitatis teſtimonium ſeptiforme. Si conſideretur cunctarum rerum origo, magnitudo, pulchritudo, plenitudo, & operatio, & ordo. Origo nanque rerum ſecundum creationem, diſtinctionem, & ornatum, quantum ad opera ſex dierum, diuinam prædicat potentiam, cuncta de nihilo producentem, ſapientiam cuncta lucide diſtinguentem, & bonitatem cuncta largiter adornantem. Magnitudo autem rerum ſecundum molem longitudinis, latitudinis, & profunditatis, ſecundum excellentiam virtutis longe lateque & profunde ſe extendentis, ſicut patet in diffuſione lucis ſecundum efficaciam operationis intimæ, continuæ, & diffuſæ, ſicut patet in operatione ignis, manifeſte indicat immenſitatem potentię, ſapientię, & bonitatis trini Dei, qui in cunctis creaturis per potentiam, præſentiam, & eſſentiam incircunſcriptus exiſtit. Multitudo vero rerum ſecundum diuerſitatem generalem, ſpecialem, & indiuidualem, in ſubſtantia, in forma ſeu figura, & efficacia vltra omnem humanam æſtimationem, manifeſte trium prędictarum conditionum in Deo, immenſitatem inſinuat & oſtendit. Pulchritudo autem rerum ſecundum varietatem lumi-

Digitized by Google

num, figuratum, & colorum, in corporibus simplicib. mixtis, & etiam complexionatis, sicut in corporibus cœlestibus, & mineralibus, sicut lapidibus & metallis, plantis & animalibus, tria prædicta euidēter proclamat. Plenitudo autem rerum secundum ꝙ materia est plena formis, secundum rationes seminales, forma est plena virtute, secundum actiuam potentiam, virtus est plena effectibus secundum efficientiam, idipsum manifeste declarat. Operatio multiplex, secundum ꝙ est naturalis, secundum ꝙ est artificialis, secundum ꝙ est mortalis, sua multiplicissima varietate ostendit immensitatem illius virtutis, artis, & bonitatis, quæ quidem est omnib. causa essendi, ratio intelligendi, & ordo viuendi. Ordo autem secundum rationem durationis, situationis, & influentiæ, s. per prius & posterius, superius, & inferius, nobilius & ignobilius, in libro creaturæ insinuat manifeste primi principij primitatem quantum ad infinitatem potentiæ. Ordo vero diuinarum legum, præceptorum, et iudiciorum, in libro scripturæ immensitatem sapientiæ. Ordo autem diuinorum sacramentorum, beneficiorum, & retributionem, in corpore Ecclesiæ immensitatem bonitatis, ita quod ipse ordo nos in primū et summum, potentissimum, et sapientissimum, et optimum euidentissime manu ducit. Qui igitur tantis rerū creatarum splendoribus non illustratur, cæcus est, qui tantis clamoribus non euigilat, surdus est, qui ex omnibus his effectibus Deum non laudat, mutus est, qui tātis indicijs primum principiū non aduertit, stultus est. Aperi ergo oculos, aures spirituales admoue, labia tua solue, & cor tuum appone, vt in omnib. creaturis Deū tuum videas, audias, laudes, diligas et colas, magnifices et honores, ne forte cōtra te vniuersus orbis terrarum consurgat. Nam ob hoc pugnabit orbis terrarum contra insensatos, & econtra sensatis erit materia gloriæ, qui secundum prophetam possunt dicere. Delectasti me Do-
Psalm. 91. mine in factura tua, & in operib. manuum tuarum exaltabo, quā magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua.

De speculatione Dei in vestigijs suis in hoc sensibili mundo. Cap. 2.

SEd quoniam circa speculum sensibilium, non solū contingit contemplari Deum per ipsa tanquam per vestigia, verum etiam in ipsis inquantum est in eis per essentiam, potentiam, & præsentiam: & hoc considerare est altius quam præcedens, ideo huiusmodi consideratio secundum tenet locum, tanquam secundus contemplationis gradus, quo debemus manu duci, ad contemplandum Deum in cunctis creaturis, quæ ad mentem nostram intrant per corporales sensus. Notandum igitur, ꝙ iste mundus sensibilis, qui dicitur macrocosmus. i. longus mundus, intrat ad animam nostram, quæ dicitur micro cosmus. i. minor mūdus, per portas quinque sensuum, secundum ipsorum sensibilium appræhēsionem, oblectationem, & dijudicationem. Quod patet sic. Nam in eo quædam sunt generantia, quędam generata, & quædam regentia hæc & illa. Generantia sunt corpora simplicia. i. corpora cęlestia, & quatuor elementa. Nam ex elementis per virtutem lucis reconciliantis contrarietatem elementorum in mixtis, habent generari & produci quæcunq; generantur, & producuntur ꝑ operationem virtutis naturalis. Generata vero, sunt corpora ex elementis composita, sicut mineralia, vegetabilia, sensibilia, & corpora humana. Regentia hęc & illa, sunt substantiæ spirituales, siue omnino coniunctæ, vt sunt animæ brutales, siue coniunctæ separabiliter, vt sunt animæ rationales, siue omnino separatę, vt sunt spiritus cœlestes, quos philosophi intelligentias, nos Angelos appellamus. Quibus secundum philosophos competit mouere corpora cęlestia, ac per hoc eis attribuitur administratio vniuersi, suscipiendo a prima causa. s. Deo virtutis influentiam, quam refundunt secundum opus gubernationis, quod respicit rerum cōsistentiam naturalem. Secundum autem theologos, attribuitur eisdem regimen vniuersi, secūdum imperium summi Dei, Heb. 1.
quantum ad opera reparationis, secundum quæ dicuntur administratorij spiritus, missi propter eos qui hæreditatem capiūt salutis. Homo igitur qui dicitur minor mundus, habet quinque sensus quasi quinq; portas, ꝑ quas intrat cognitio omnium quę sunt in mundo sensibili in animam ipsius. Nam per visum intrant corpora sublimia & luminosa, & cetera colorata, per tactum vero corpora solida & terrestria, per tres verò sensus intermedios, intrant intermedia, vt per gustum aquea, ꝑ auditū aerea, per odoratum vaporabilia, quæ aliquid habent de natura humida, aliquid de aerea; aliquid de ignea seu calida, sicut patet in fumo ex aromatibus resoluto. Intrant igitur per has portas tam corpora simplicia, quam etiam composita ex his mixta. Quia vero sensu percipimus non solum hæc sensibilia particularia, quæ sunt lux, sonus, odor, sapor, & quatuor primariæ qualitates quas appræhendit tactus, verumetiam sensibilia communia, quæ sunt numerus, magnitudo, figura, quies, & motus, & omne quod mouetur ab alio mouetur, & quædam seipsis mouentur & quiescunt, vt sūt animalia, dum per hos quinq; sensus motus corporum apprehendimus, manu ducimur ad cognitionem motorum spiritualium tanquam per effectum in cognitionem causarum. Intrat igitur quantum ad tria rerum genera, in animam humanam per apprehensionem totus mundus iste sensibilis. Hæc autem sensibilia exteriora sunt, quæ primo ingrediuntur ad animam, per portas qnq; sensuum. Intrant (inquantum) non per substātias suas, sed per similitudines suas primo generatas in medio, & de medio in organo exteriori, & de organo exteriori in interiori, & de hoc in potentia apprehensiua, et sic generatio speciei in medio, et de medio, in organo, et conuersio potentiæ apprehensiuæ super illā facit apprehensionem omnium eorum, quę exterius anima apprehendit. Ad hanc apprehensionem si sit rei conuenientis, sequitur oblectatio. Delectatur autem sensus in obiecto per similitudinem abstractam percepto, vel ratione speciositatis, sicut in visu, vel ratione suauitatis, sicut in odoratu & auditu, vel ratione salubritatis, sicut in gustu et tactu appropriate loquendo. Omnis autem delectatio est ratione proportionalitatis. Sed quoniam species tenet rationem formæ, virtutis, & operationis, secundum ꝙ habet respectu ad principium a quo manat, ad medium ad quod transit, & ad terminum in quem agit, ideo proportionalitas aut attenditur in similitudine, secundum quod tenet rationem speciei seu formæ, & sic dicitur speciositas, quia pulchritudo nihil est aliud quam æqualitas numerosa, seu quidam partium situs cum coloris suauitate: Aut attenditur proportionalitas inquantum tenet rationem potentię seu veritatis; & sic dicitur suauitas, cum virtus agens nō improportionaliter excedit recipientem, quia sensus tristatur in extremis, & in medijs delectat. Aut attenditur proportionalitas inquantum tenet rationem efficaciæ & impressionis, quæ tunc est proportionalis, quando agens imprimendo replet indigentiam patientis, & hoc est saluare & nutrire ipsum, quod maxime apparet in gustu & tactu. Et sic apparet, quomodo per delectationem delectabilia exteriora, secūdum triplicem rationem delectandi, per similitudinem intrant in animam. Post hanc apprehensionem & delectationem fit dijudicatio, qua non solum dijudica-

tur

tur vtrum hoc sit album vel nig um,quia hoc solú pertinet ad sensum exteriorem,non solum vtrum sit salubre vel nociuum,quia hoc pertinet ad sensum interiorem,verumetiã quia dijudicatur & ratio redditur, quare hoc delectat. Et in hoc actu inquiritur de ratione delectationis,quæ in sensu percipitur ab obiecto. Hoc est autem cum quæritur ratio pulchri,suauis,& sallu ris , & inuenitur,quia hæc est proportio æqualitatis. Ratio autem ęqualitatis est eadem in magnis & paruis,nec extenditur dimensionibus , nec succedit seu transit cum transeuntibus,nec motibus alteratur. Abstrahit igitur a loco,tempore,& motu,ac per hoc est incommutabilis,incircunscriptibilis,interminabilis,& omnino spiritualis. Dijudicatio igitur est actio,quę speciem sensibilẽ sensibiliter per sensus acceptam,introire facit,deputando , & abstrahendo in potentiam intellectiuam . Et sic totus iste mundus,introire habet in animam humanam per portas quinq; sensuum,secundum tres operationes prędictas. Hęc autem omnia sunt vestigia,in quibus speculari possumus Deum nostrum. Nam cum species appræhensa,sit similitudo in medio genita,& deinde ipsi organo impressa , & per illam impressionem in suum principium,s.in obiectum cognoscendum deducat,manifeste insinuat,ꝙ illa lux æterna generat ex se similitudinem,seu splendorem coęqualẽ,consubstantialem,& coæternalem. Et ꝙ ille qui est imago & similitudo inuisibilis Dei & splendor gloriæ, & figura substantię eius, qui vbiq; est per primam sui generationem,sicut obiectum in toto medio suam generat similitudinem,per gratiam vnionibus vnitur, sicut species corporali organo,indiuiduo rationalis naturę,vt per illam vnionem nos reduceret ad patrem,sicut ad fontale principium & obiectũ. Si ergo omnia cognoscibilia habent sui speciem generare,manifeste proclamant,ꝙ in illis tã quam in speculis videri potest æterna generatio verbi, imaginis & filij,a Deo patre æternaliter emanantis. Secundum hunc modum species delectans vt speciosa,suauis,& salubris insinuat,ꝙ in illa prima specie est prima speciositas,suauitas,& salubritas,in qua est summa proportionalitas,& æqualitas ad generãtem,in qua est virtus,non per phantasma,sed per veritatem apprehensionis illabens;in qua est impressio saluans , & sufficiens, & omnem appræhendentis indigentiam expellens. Si ergo delectatio est coniunctio conuenientis cum conueniente. & solius Dei similitudo tenet rationem summe speciosi , suauis,& salubris,& vnitur secundum veritatem,& secundum intimitatem,& secundum plenitudinem replentem omnem capacitatem : manifeste videri potest,ꝙ in solo Deo est fontalis,& vera delectatio, & ꝙ ad ipsum ex omnibus delectationib. manu ducimur requirendam. Excellentiori autem modo & immediatiori,dijudicatio ducit nos in æternam veritatem certius speculandam. Si.n.dijudicatio habet fieri per rationem abstrahentem a loco,tempore,& mutabilitate , ac per hoc a dimensione,& successione ,& transmutatione,per rationem immutabilem,& incircunscriptibilem & interminabilem,nihil autem est omnino immutabile,incircunscriptibile,& interminabile,nisi quod est æternum,omne autem quod est æternum est Deus , vel in Deo. Si ergo omnia quæcũque certius dijudicamus, per huiusmodi rationem dijudicamus,patet, quòd ipse est ratio omnium rerum,& regula infallibilis,& lux veritatis,in qua cuncta relucẽt infallibiliter, indelibiliter, indubitanter,irrefragabiliter,indijudicabiliter,incommutabiliter,incoarctabiliter,interminabiliter,indiuisibiliter,& intellectualiter. & ideo leges illæ per quas iudicamus certitudinaliter de omnibus sensibilibus,in nostram considerationem venientibus,cum sint infallibiles,& indubitabiles intellectui appręhendentis, sint indebiles a memoria recolentis tanquam semper præsentes,sint irrefragabiles & indijudicabiles intellectui iudicantis,quia(vt dicit Aug.)nullus de eis iudicat,sed per illas necesse est,eas esse incommutabiles,& incorruptibiles tanquam necessarias , incoarctabiles,& tanquam incircunscriptas,& interminabiles , tanquam æternas, ac per hoc indiuisibiles,tãquam intellectuales & incorporeas,non factas sed increatas , æternaliter existentes in arte æterna,a qua,per quam & secundum quam formantur speciosa omnia vel formosa , & ideo nec certitudinaliter iudicari possunt, nisi per illam quæ non tantum fuit forma cuncta producens,verumetiam cuncta conseruans & distinguens,tanquam ens in omnib. formam tenens,& regula dirigens, & per quam dijudicat mens nostra cuncta quæ per sensus intrant in ipsam. Hæc autẽ speculatio dilatatur secundum considerationem septem differentiarum numerorum,quibus quasi septem gradibus conscenditur in Deum,secundum qđ ostendit Aug.in lib.de vera relig.& in sexto musicæ,vbi assignat differentias numerorum gradatim conscendentium ab his sensibilibus,vsq; ad opificem omnium, vt in omnibus videatur Deus. Dicit enim numeros esse in corporibus,& maxime in sonis & vocibus,& hos vocat sonantes. Numeros ab his abstractos,& in sensibus nostris receptos,& hoc vocat occursores . Numeros ab anima procedentes in corpus,sicut patet in gesticulationibus & saltationibus,& hos vocat progressores. Numeros in delectationibus sensuum,& conuersione intentionis super speciem receptam,& hoc vocat sensuales. Numeros in memoria retentos,& hos vocat memoriales. Numerus etiam per quos de his omnibus iudicamus,& hos vocat iudiciales,qui(vt dictum est)necessario sunt supra mentem, tanquã infallibiles , & indijudicabiles. Ab his autem imprimuntur mentibus nostris numeri artificiales,quos tamen inter illos gradus non enumerat August.quia connexi sunt iudicialibus, & ab his manant numeri progressores,ex quibus creãtur numerosæ formæ artificiatorum , vt a summis per media ordinatus fiat descensus ad infima. Ad hos etiam gradatim ascendamus a numeris sonantibus, mediantibus occursoribus, sensualibus,& memoralibus : Cum ergo omnia sint pulchra & quodammodo delectabilia,& pulchritudo,& delectatio non sint absq; proportione,& proportio primo sit in numeris, necesse est oĩa esse numerosa,ac per hoc numerus est præcipuum in animo conditoris exemplar,& in rebus pręcipuum vestigium ducens in sapientiam . Quod cum sit omnibus euidentissimum,& Deo propinquissimum,propinquissime quasi per septem differentias ducit in Deum, & facit eum cognosci in cunctis corporalibus & sensibilib. dumque numerosa appræhendimus , numerosis proportionibus delectamur,& per numerosarum proportionum leges irrefragabiliter iudicamus . Ex his duobus gradibus primis, quibus manuducimur ad speculandum Deum in vestigijs, quasi ad modum duarum alarum descendentium circa pedes , colligere possumus , quòd omnes creaturæ illius sensibilis mundi,animum contemplantis & sapientis ducunt in Deum ęternum , pro eo quòd illius primi principij potentissimi,sapientissimi,optimi,illius æternæ originis,lucis, & plenitudinis, illius (inquam) artis efficientis, exemplantis, et ordinantis, sunt vmbræ , resonantiæ,& picturæ,sunt vestigia, simulachra , & spectacula nobis ad contuendũ Deum proposita,et figura diuinitus data . Quæ (inquam) sunt sicut exemplaria vel potius exempla,proposita mentibus adhuc rudibus et sensibilibus , vt per sensibilia quę vident, transferantur ad intelligibilia quæ non vident , tanquam per signa ad signata . Significant autem huiusmodi creaturę huius

mundi sensibilis inuisibilia Dei, partim quia Deus est omnis creaturæ origo, exemplar, & finis, & omnis effectus est signum causæ & exemplatũ exemplaris, & via finis ad quem ducit: partim ex propria repręsentatione, partim ex prophetica pręfiguratione: partim ex angelica operatione, & partim ex superaddita institutione. Omnis enim creatura ex natura, est illius æternæ sapiẽtiæ quædam effigies & similitudo: sed specialiter illa q́ in lib. scripturæ per spiritum prophetię assumpta est: ad spiritualium præfigurationem. Specialius autem illæ creaturę, in quarum effigie Deus angelico ministerio voluit apparere. Specialissime vero, ea quam voluit ad signandum instituere, quæ tenet non solum rationem signi secundum nomen commune, verumetiam sacramenti. Ex quib. omnibus colligitur, ꝙ inuisibilia Dei a creatura mundi per ea quę facta sunt intellecta conspiciuntur; ita ꝙ qui nolunt ista aduertere, & Deum in his omnibus cognoscere, benedicere, & amare, inexcusabiles sint: dum nolunt transferri de tenebris in admirabile lumen Dei. Deo autem gratia per Iesum Christum Dominum nostrum, qui nos de tenebris transtulit in admirabile lumen suum, dum per hæc lumina exterius data, ad speculum mentis nostrę, in quo relucent diuina, disponimur ad reintrandum.

Ad Ro. 1.

De speculatione Dei per suam imaginem, naturalibus potentus insignitam. Capit. 3.

QVoniam autem duo gradus prædicti, ducendo nos in Deum per vestigia sua (per quę in cunctis creaturis relucet) manuduxerũt nos vsque ad hoc, vt ad nos reintraremus, in mẽtem, scilicet nostrã, in qua diuina relucet imago. Hinc est, ꝙ iam tertio loco ad nosmet ipsos intrantes, & quasi atrium forinsecus relinquentes, in sanctis. s. anteriori parte tabernaculi, conari debemus per speculum videre Deum: vbi ad modum candelabri relucet lux veritatis in facie nostræ mẽtis, in qua. s. resplendet imago beatissimæ Trinitatis. Intra igitur ad te, & vide quoniam mens tua amat feruentissime semet ipsam: nec se posset amare, nisi se nosceret: nec se nosceret, nisi sui meminisset, quia nihil capimus per intelligentiam, quod non sit præsens apud nostram memoriam. Et ex hoc aduertis animam tuam triplicem habere potentiam, non oculo carnis, sed oculo rationis. Considera igitur harum triũ potentiarum operationes & habitudines, & videre poteris Deum tanquam per imaginem, quod est videre per speculum & in ænigmate. Operatio autem memoriæ est retentio & repræsentatio, non solum præsentium, corporalium, & temporalium, verumetiam succedentium, simplicium, & sempiternalium. Retinet namq; memoria præterita per recordationem, pręsentia per susceptionem, futura per præuisionem. Retinet etiam simplicia, sicut principia quantitatum continuarũ & discretarum, vt punctum, instans, & vnitatem, sine quibus impossibile est meminisse, aut cogitare ea quæ principiantur per hęc. Retinet nihilominus scientiarum principia & dignitates, vt sempiternalia & sempiternaliter, qa nũquam potest sic obliuisci eorum (dummodo ratione vtatur) quin ea audita approbet, & eis assentiat, non tanquam de nouo percipiat, sed tanquam sibi innata & familiaria recognoscat. Sicut patet si proponatur alicui, de quolibet affirmatio vel negatio, vel omne totum est maius sua parte, vel quæcunq; alia dignitas: cui non est contradicere, admittitur ratione. Ex prima igitur retentione actuali omnium temporalium, præteritorum. s. præsentium & futurorum: habet effigiem æternitatis, cuius præsens indiuisibile ad omnia tempora se extendit. Ex secunda apparet, ꝙ ipsa non solum habet ab exteriori formari per phantasmata, verumetiam a superiori suscipiendo & in se habendo simplices formas, q́ non possunt introire per portas sensuum & sensibilium phãtasias. Ex tertia habetur, quod ipsa habet lucem incommutabilem sibi præsentem: in qua meminit inuariabilium veritatum. Et sic per operationes memoriæ apparet, ꝙ ipsa anima est imago Dei & similitudo, adeo sibi præsens & eum habens pręsentem, ꝙ eum actu capit, & per potentiam capax eius est, & particeps esse potest. Operatio autem virtutis intellectiuę est in perceptione intellectus terminorum, propositionum, & illationum. Capit autem intellectus terminorum significata, cum compræhendit quid est vnumquodque per diffinitionẽ. Sed diffinitio habet fieri per superiora, & illa per superiora diffiniri habent, vsquequo veniatur ad superna & generalissima, quibus ignoratis non possunt intelligi diffinitiue inferiora. Nisi igitur cognoscatur quid ens per se, non potest plene sciri diffinitio alicuius specialis substantiæ. Nec ens per se cognosci potest, nisi cognoscatur cum suis conditionibus, quę sunt vnum, verum, bonum. Ens autem cum possit cogitari vt diminutum, & vt completum, vt imperfectum & vt perfectum: vt ens in potentia, & vt ens in actu: vt ens secundum quid, & vt ens simpliciter, vt ens in parte, & vt ens totaliter: vt ens transiens, & vt ens manens: vt ens per illud, & vt ens per se: vt ens permixtum nõ enti, & vt ens purum: vt ens depẽdens, & vt ens absolutum: vt ens posterius, & vt ens prius: vt ens mutabile, & vt ens immutabile, vt ens simplex, & vt ens compositum; cum priuationes, & defectus nullatenus possint cognosci nisi per positiones, non venit intellectus noster vt plene resoluens intellectum alicuius entium cratorum, nisi iuuetur ab intellectu entis purissimi, actualissimi, completissimi, & absoluti: quod est simpliciter & eternum ens, in quo sunt rationes omnium in sua puritate. Quomodo autem sciret intellectus hoc esse ens defectiuum & incompletum, si nullam haberet cognitionem entis absque omni defectu? Et sic de alijs cõditionib. prelibatis. Intellectum autem propositionum tunc intellectus noster dicitur veraciter compræhendere, cum certitudinaliter scit illas veras esse, & hoc scire est scire; quoniã non potest falli in illa comprehensione. Scit enim, ꝙ veritas illa non potest aliter se habere. Scit igitur veritatem illã esse incommutabilem. Sed cum ipsa mens nostra sit cõmutabilis, illam sic incommutabiliter relucentem nõ potest videre, nisi per aliquam aliam lucem omnino incommutabiliter radiantem, quam impossibile est esse creaturam mutabilem. Scit igitur in illa luce, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundũ, quę est lux vera, & verbũ in principio apud Deũ. Intellectum autem illationis tunc veraciter percipit noster intellectus, qñ videt quòd conclusio necessariò sequitur ex pręmissis, quod non solum videt in terminis necessarijs, verumetiam in cõtingentibus, vt si homo currit, homo mouetur. Hanc autem necessariam habitudinem percipit non solum in rebus entibus: verumetiam in non entibus. Sicut. n. in homine existente sequitur si homo currit, homo mouetur, sic etiam non existente. Huiusmodi igitur illationis necessitas, non venit ab existentia rei in materia, quia est contingens, nec ab existentia rei in anima, quia tunc esset fictio, si non esset in re. Venit igitur ab exemplaritate in arte æterna, secundum quam res habent aptitudinem & habitudinem adinuicem, ad illius æternæ artis repręsentationẽ. Omnis igitur (vt dicit Aug. in lib. de vera reli.) vere ratiocinantis lumen, accenditur ab illa veritate, & ad ipsam

sam nititur peruenire. Ex quo manifeste apparet, ꝙ cõ iunctus sit intellectus noster ipsi æternæ veritati: dum nisi per illam docentem nihil verum potest certitudinaliter capere. Videre igitur per te potes veritatem, quę te docet, si te concupiscentiæ & phantasmata non impediant: & se tanquam nubes inter te & veritatis radium non interponant. Operatio autem virtutis electiuæ attenditur in consilio, iudicio, & desiderio. Consilium autem est, in inquirendo quid sit melius, hoc an illud. Sed melius non dicitur, nisi per accessum ad optimum. Accessus autem est secundum maiorem assimilationem. Nullus igitur scit, vtrum hoc sit illo melius, nisi sciat illud optimo magis assimiliari. Nullus autem scit aliquid alij magis assimilari, nisi illud cognoscat. Non. n. scio hunc similem esse Petro, nisi sciam vel cognoscam Petrum. Omni igitur consilianti necessario est impressa notitia summi boni. Iudicium autem certum de consiliabilibus, est per aliquam legem. Nullus autem certitudinaliter iudicat per legem, nisi certus sit ꝙ illa lex recta sit, & ꝙ ipsam iudicare non debet. Sed mens nostra iudicat de seipsa. Cum igitur non possit iudicare de lege per quam iudicat, lex illa superior est mente nostra, & per hanc iudicat secundum quod sibi impressa est. Nihil autem est superius mente humana, nisi solus ille qui fecit eam. Igitur in iudicando, deliberatiua nostra pertingit ad diuinas leges, si plena ressolutione dissoluat. Desiderium autem principaliter est ipsius, quod maxime ipsum mouet. Maxime autem mouet, quod maxime amatur. Maxime autem amatur esse beatum. Beatum autem esse non habetur, nisi per optimum & finem vltimum. Nihil autem appetit humanum desiderium, nisi summum bonum: vel quod est ad illud, vel quod habet aliquam effigiem illius. Tanta est vis summi boni, vt nihil nisi per illius desideriũ a creatura possit amari. Quę tunc fallitur & errat, cum effigiem & simulachrum pro veritate acceptat. Vide ergo quomodo anima Deo est propinqua, & quomodo memoria in æternitatem, intelligentia in veritatem, electiua potentia ducit in bonitatem summam, secũdũ operationes suas. Secundum autem harum potentiarum ordinem, & habitudinem, ducit in ipsam beatissimam Trinitatem. Nã ex memoria oritur intelligentia, vt ipsius proles, quia tunc intelligimus, cum similitudo quæ est in memoria resultat in acie intellectus, quæ nihil aliud est q̃ verbũ. Ex memoria & intelligentia spiratur amor, tanquam nexus amborum. Hæc tria. s. mens generans, verbum, & amor, sunt in anima quo ad memoriam, intelligentiam, & voluntatem, quæ sunt consubstantiales, coęquales, & coęuæ, se inuicem circũincedẽtes. Si igitur Deus perfectus est spiritus, habet memoriam, intelligentuam, & voluntatem, habet & verbum genitũ, & amorem spiratum, qui necessario distinguũtur, cum vnus ab altero producatur: non essentialiter, non accidentaliter: ergo personaliter. Dum igitur mens seipsam considerat per se tanquam per speculum, consurgit ad speculandam Trinitatem beatam, patris, verbi, & amoris, trium personarum coęternarum, coæqualium, & consubstantialium, ita ꝙ quilibet triũ in quolibet est aliorum, vnus tamẽ non est alius: sed ipsi tres sunt vnus Deus. Ad hãc speculationẽ quam habet anima de suo principio trino & vno, per trinitatem suarum potẽtiarum, per quas est imago Dei, iuuatur per lumina scientiarum, quę ipsam perficiunt, & informant, et Trinitatem beauissimam tripliciter repræsentant. Nam omnis philosophia, aut est naturalis, aut rationalis, aut moralis. Prima agit de causa eflendi, & ideo ducit in potentiam patris, secunda de ratione intelligendi, & ideo ducit in sapientiam verbi: tertia de ordine viuendi, & ideo ducit in bonitatem Spiritussancti. Rursus prima diuiditur in Metaphysicam, Mathematicam, et Physicam. Et prima est de rerum essentijs, secunda de numeris & figuris, tertia de naturis, virtutibus, & operationibus diffusiuis. Et ideo prima in primum principium patrem, secunda in eius imaginem filium, tertia ducit in Spiritussancti donum. Secunda diuiditur in grammaticam, quę facit potentes ad exprimendum, logicam, quę facit potentes ad arguendũ, rhetoricam, quæ facit habiles ad persuadẽdum siue monendum. Et hæc similiter insinuat mysterium beatissimæ Trinitatis. Tertia diuiditur in monasticam, æconomicam, & polyticam. Et prima insinuat primi principij innascibilitatem, secunda filij familiaritatem, tertia Spiritussancti liberalitatem. Omnes autem istæ scientię habent regulas certas & infallibiles, tanquã lumina & radios descendentes a lege ęterna in mẽtem nostram, Et ideo mens nostra tantis splendoribus irradiata & superfusa, nisi sit cæca, manu duci potest per seipsam, ad contemplandam illam lucem æternam. Huius autem lucis irradiatio & consideratio sapientes suspendit in admirationem, & econtra insipientes qui non credunt vt intelligant, ducit in perturbationem, vt impleatur illud propheticum. Illuminans tu mirabiliter a mõtibus Psalm. 75.
æternis, turbati sunt omnes insipientes corde.

De speculatione Dei in sua imagine, donis gratuitis reformata. Cap. 4.

SEd quoniam non solum per nos transeundo, verumetiam in nobis contingit contemplari primum principium, & hoc maius est quam pręcedens, ideo hic modus considerandi quartum obtinet contemplationis gradum. Mirum autem videtur, cum ostensum sit, quòd Deus sita propinquus sit mentibus nostris, ꝙ tam paucorum est in seipsis primum principium speculari. Sed ratio est in promptu, quia mens humana solicitudinibus distracta, non intrat ad se per memoriam phantasmatibus obnubilata, non redit ad se per intelligentiam concupiscentjis illecta, nequaquam reuertitur ad se ipsum per desiderium suauitatis internæ & lætitiæ spiritualis. Ideo totaliter in his sensibilibus tacẽs, non potest ad se tanquam ad Dei imaginem reintrare. Et quoniam vbiquis ceciderit, necesse habet ibidem recumbere, nisi apponat quis & adijciat vt resurgat, non potuit anima nostra perfecte ab his sensibilibus releuari ad contuitum sui, et ęternę veritatis in seipsa, nisi veritas assumpta forma humana in Christo, fieret sibi scala reparans priorem scalam, quæ facta fuerat in Adam. Vnde quantumcunq; sit illuminatus quis lumine naturæ, & scientiæ acquisitæ, non potest intrare in se, vt in seipso delectetur in Domino, nisi mediante Christo, qui dicit, Ego sum ostium, per me siquis introierit, Ioan. 11.
saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Ad hoc autem ostium non appropinquamus, nisi in ipsum credamus, speremus, & amemus. Necesse est igitur, si reintrare volumus ad fruitionem veritatis, tanquam ad paradisum, quòd ingrediamur per fidem, spẽ, & charitatem mediatoris Dei & hominum Iesu Christi, qui est tanquam lignum vitæ in medio paradisi. Superuestienda est igitur imago mentis nostræ tribus virtutibus theologicis, quibus anima purificatur, illuminatur, & perficitur, & sic imago reformatur, reficitur, & conformis supernę Hierusalem efficitur, & pars Ecclesiæ militantis, quæ est proles (secundum Apostolũ) Hierusalem cœlestis. Ait. n. illa quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra. Anima igitur Ad Gal. 4.
credens, sperans, & amans Iesum Christum, qui est verbum patris incarnatum, increatum, & inspiratum. s. via, veritas, & vita, dum per fidem credit in Christum, tanquam in verbum increatum, quod est verbum & splendor patris, recuperat spiritualem auditum & visum, auditum ad suscipiendum Christi sermones, visum ad cõ-

sideran-

Digitized by Google

ſiderandum ipſius lucis ſplẽdores. Dum autem ſpe ſu-
ſpirat ad luſcipiendum verbum inſpiratum, per deſide-
rium & affectum recuperat ſpiritualem olfactum. Dũ
charitate complectitur verbum incarnatum, vt ſuſci-
piens ab ipſo delectationem, & vt tranſiens in illud ꝑ
extaticum amorem, recuperat guſtum & tactum. Qui-
bus ſenſibus recuperatis, dum ſponſum ſuum videt &
audit, odoratur, guſtat, & amplexatur, decantare poteſt
(tanquam ſponſa) canticum canticorum, quod factum
fuit ad exercitium contemplationis ſecundum hunc
quartum gradum, quem nemo capit, niſi qui accipit, q̃a
magis eſt in experientia affectuali, quam in conſidera-
tione rationali. In hoc nãq; gradu recuperatis ſenſibus
interioribus, ad videndum ſumme pulchrum, ad audiẽ
dum ſumme armoniacum, ad odorandum ſumme odo
riferum, ad deguſtandum ſumme ſuaue, ad apprehendẽ
dum ſumme delectabile, diſponitur anima ad mentales
exceſſus. ſ. per deuotionem, admirationem, & exultatio
nem, ſecundum illas tres exclamationes quæ fiunt in cã
ticis canticorum. Quarũ prima fit per ſuperabundantiã
deuotionis, per quam fit anima ſicut virgula fumi ex
aromatibus myrrhæ & thuris. Secunda per excellentiã
admirationis, per quam fit anima ſicut aurora, luna, &
ſol, ſecundum proceſſum illuminationum ſuſpenden-
tium animam ad admirandum ſponſum conſiderandũ.
Tertia per ſuperabundantiam exultationis, per quam
fit anima ſuauiſſimæ delectationis delitijs affluens, inni
xa totaliter ſuper dilectum ſuum. Quibus adeptis, effici
tur ſpiritus noſter hierarchicus ad conſcendendum ſur
ſum, ſecundum conformitatem ad illam Hieruſalem ſu
pernam, in quam nemo intrat, niſi prius per gratiam ip
ſa in cor deſcendat, ſicut vidit Ioannes in Apocalypſi
Apoc. 21. ſua. Tunc autem in cor deſcendit, quando per reforma
tionem imaginis, per virtutes theologicas, & per oble-
ctationes ſpiritualium ſenſuum, & ſuſpenſiones exceſ-
ſuum, efficitur ſpiritus noſter hierarchicus. ſ. purgatus,
illuminatus, & perfectus. Sic etiam gradibus nouem or
dinum inſignitur, dum ordinate in eo interius diſponi-
tur nunciatio, dictatio, ductio, ordinatio, roboratio, im
petratio, ſuſceptio, reuelatio, & vnitio, q̃ gradatim cor-
reſpondent nouem ordinibus angelorum, ita ꝙ trium
primo dictorum gradus, reſpiciunt in mente humana
naturam, tres ſequẽtes induſtriam, & tres poſt remi gra
tiam. Quibus habitis anima intrando in ſeipſam, intrat
in ſupernam Hieruſalem, vbi ordines angelorum con-
ſiderans, videt in eis Deum, qui habitans in eis, om-
nes eorum operatur operationes. Vnde dicit Bernar. ad
Eug. Quod Deus in ſeraphin amat vt charitas, in Che-
rubin nouit vt veritas, in Thronis ſedet vt æquitas, in
dominationibus dominatur vt maieſtas, in principati-
bus regit vt principium, in poteſtatibus tuetur vt ſalus,
in virtutibus operatur vt virtus, in archangelis reuelat
vt lux, in angelis aſſiſtit vt pietas. Ex quibus omnibus,
videtur Deus omnia in omnibus per contemplationẽ
ipſius, in mentibus in quibus habitat per dona affluen
tiſſimæ charitatis. Ad huius autem ſpeculationis gra-
dum, ſpecialiter & præcipue adminiculatur conſidera-
tio ſacræ ſcripturæ diuinitus immiſſæ, ſicut philoſophia
ad præcedentem. Sacra. n. ſcriptura principaliter eſt de
operibus reparationis. Vnde & ipſa præcipue agit de fi-
de, ſpe, charitate: per quas virtutes habet aĩa reformari,
& ſpecialiſſime de charitate. De qua dicit Apoſtolus,
1. Ad Ti. 1. quòd eſt finis præcepti, ſecundum ꝙ eſt de corde puro,
conſcientia bona, & fide non ficta. Ipſa eſt plenitudo le
Matt. 22. gis: vt dicit idem. Et ſaluator noſter aſſerit totam legẽ,
Prophetaſq; pendere in duobus præceptis eiuſdem. ſ. in
dilectione Dei & proximi: quæ duo innuuntur in vno
ſpõſo Eccleſiæ Ieſu Chriſto, qui ſimul eſt proximus &
Deus, ſimul frater & Dominus, ſimul etiam rex & ami
cus, ſimul verbum increatum & incarnatum, formator
noſter & reformator, α & ω. Qui etiam ſummus hie-
rarcha eſt purgans, & illuminans, & perficiens ſponſam.
ſ. totam Eccleſiam, & quamlibet animam ſanctam. De
hoc igitur hierarcha & eccleſiaſtica hierarchia, eſt tota
ſacra ſcriptura: per quã docemur purgari, illuminari, &
perfici, & hoc ſecundum triplicem legem in ea traditã.
ſ. naturæ, ſcripturæ, & gratiæ. Vel potius ſecundum tri-
plicem partem eius principalem. ſ. legem Moſaicã pur-
gantem, reuelationem propheticam illuſtrãtem, & eru-
ditionem euangelicam perficientem. Vel potiſſimum ſe
cundum triplicem eius intelligentiam ſpiritualem. ſ. tro
pologicam, quæ purgat ad honeſtatem vitæ: allegoricã,
quæ illuminat ad claritatem intelligentiæ, & anagogi-
cam, quæ perficit per exceſſus mentales, & ſapientiæ per
ceptiones ſuauiſſimas: ſecũdum tres virtutes prædictas
theologicas, & ſenſus ſpirituales reformatos, & exceſſus
tres ſupradictos, & actus mẽtis hierarchicos, quib. ad
interiora regreditur mens noſtra, vt ibidem ſpeculetur
Deum in ſplendoribus ſanctorum: & in eiſdem tanquã
in cubilibus dormiat in pace & requieſcat, ſponſo adiu-
rante ꝙ non excitetur donec de eius voluntate ꝓcedat.
Ex his autem duobus gradibus medijs, per quos ingre-
dimur ad contemplandum Deum intra nos, tanquam
in ſpeculis imaginum creatarum: & hoc quaſi ad mo-
dum alarum expanſarum ad volandum, quæ tenebant
medium locum, intelligere poſſumus, ꝙ in diuina ma-
nu ducimur per ipſius animæ rationalis potentias, na-
turaliter inſitas, quantum ad earum operationes, habi-
tudines, & habitus ſcientiales: ſecundum ꝙ apparet ex
tertio gradu. Manu ducimur etiam per ipſius animæ po
tentias reformatas, & hoc gratuitis virtutibus, ſenſibus
ſpiritualibus, & mentalibus exceſſibus: ſicut patet ex
quarto. Manu ducimur nihilominus per hierarchicas
operationes. ſ. purgationis, illuminationis, & perfectio-
nis, mentium humanarum: per hierarchicas reuelatiõ-
nes ſacrarum ſcripturarum nobis per angelos datarum:
ſecundum illud Apoſtoli, ꝙ lex data eſt per Angelos in Ad Gal. 3
manu mediatoris. Et tãdem manu ducimur per hierar
chias & hierarchicos ordines, qui in mente noſtra di-
ſponi habent inſtar ſupernæ Hieruſalem. Quibus om-
nibus luminib. intellectualib. mens noſtra repleta a di-
uina ſapiẽtia, tanquam domus Dei inhabitatur, effecta
Dei filia, ſponſa, & amica: effecta Chriſti capitis mem-
brum, ſoror, et cohęres: effecta nihilominus Spirituſſan
cti templum, fundatum per fidem, eleuatum per ſpem,
& Deo dedicatum per mentis & corporis ſanctitatem.
Quod totum facit ſynceriſſima charitas Chriſti, quæ
diffunditur in cordibus noſtris, per Spiritumſanctũ q
datus eſt nobis, ſine quo ſpiritu ſcire non poſſumus ſe-
creta Dei. Sicut enim quæ ſunt hominis, nemo ſcire po
teſt, niſi ſpiritus hominis qui eſt in illo: ita & quæ ſunt
Dei, nemo ſcit niſi ſpiritus Dei. In charitate igitur radi
cemur & fundemur, vt poſſimus comprehendere cum
omnibus ſanctis, quæ ſit longitudo æternitatis, quæ la-
titudo liberalitatis, quæ ſublimitas maieſtatis, & quod
profundum ſapientiæ iudicantis.

De ſpeculatione diuinæ vnitatis, per eius nomen primarium quod eſt, eſſe.

Capitulum. 5.

QVoniam autem contingit contemplari Deum,
non ſolum extra nos, & intra nos, verumetiam
ſupra nos. Extra nos per veſtigium, intra nos
per imaginem, & ſupra nos per lumen, quod eſt ſigna-
tum ſupra mentem noſtram: quod eſt lumen veritatis
æternæ, cum ipſa mens noſtra immediate ab ipſa verita
te formetur. Qui exercitati ſunt in primo modo, intra-
uerũt iam in atrium ante tabernaculum, qui vero in ſe-
cundo, intrauerunt in ſancta: qui autẽ in tertio, intrant
cũ ſummo Pontifice in ſancta ſanctorũ: vbi ſupra arcã
ſunt Cherubin gloriæ, obumbrantia propitiatoriũ, per

quæ

Digitized by Google

quæ intelligimus duos modus seu gradus contemplãdi Dei inuisibilia & æterna, quorũ vnus versat circa Dei essentialia, alius vero circa propria personarũ. Primus modus primo & principaliter defigit aspectum in ipsũ esse, dicens: ꝙ qui est, primum nomen Dei. Secundus modus defigit aspectum in ipsum bonum: dicens, hoc esse primum nomen Dei. Primum spectat potissime ad vetus testamentum, quod maxime prædicat diuinæ es-

Exodi. 3. sentiæ vnitatem. Vnde dictum est Moysi. Ego sum qui sum. Secundum ad nouum q̃d determinat personarum pluralitatem, baptizãdo in nomine patris, & filij, & Spiritussancti. Ideo magister noster Christus volens adolescentem, qui seruauerat legem, ad euangelicam leuare

Matt. 10. perfectionem: nomẽ bonitatis Deo principaliter & præcise attribuit. Nemo (inquit) bonus nisi solus Deus. Damascenus igitur sequẽs Moysen dicit, ꝙ qui est, est primum nomen Dei. Dionisius sequens Christum dicit,

...sse, & bo… ꝙ bonum, est primum nomen Dei. Volens igitur con-

…num, sunt templari Dei inuisibilia, quo ad essentiæ vnitatem, pri-

…nia Dei, mo defigat aspectum in ipsum esse: & videat ipsum esse

…esse Dei adeo in se certissimum, ꝙ non potest cogitari non esse,

…primo con quia ipsum est purissimum, non occurrit nisi in plena

…mplan- fuga non esse: sicut & nihil in plena fuga esse. Sicut igi-

…invenit. tur omnino nihil, nihil habet de esse, nec de eius conditionibus: sic econtra, ipsum esse nihil habet de non esse, nec actu, nec potentia, nec secundum veritatem rei, nec secundum æstimationem nostram. Cum autem non esse priuatio sit essendi, non cadit in intellectum nisi p̃ esse: esse autem non cadit per aliud, quia omne quod intelligitur, aut intelligitur vt non ens, aut vt ens in potentia, aut vt ens in actu. Si igitur non ens non potest intelligi nisi per ens & ens in potentia non nisi per ens in actu: & esse nominat ipsum purum actum entis: esse igitur est quod primo cadit in intellectu, & illud esse est quod est purus actus. Sed hoc non est esse particulare, quod est esse arctatum, quia permixtum est cum potentia, nec esse analogum, quia minime habet de actu, eo ꝙ minime est. Restat igitur ꝙ illud esse, est esse diuinum. Mira igitur est cæcitas intellectus, qui non considerat illud quod prius videt, & sine quo nihil potest

Simile. cognoscere. Sed sicut oculus intentus in varias colorũ differentias, lucem per quam videt cætera, non videt: & si videt non tamen aduertit: sic oculus mentis nostræ intentus in ista entia particularia et vniuersalia, ipsum esse extra omne genus (licet primo occurrat menti, & per

Simile. ipsum alia) tamen non aduertit. Vnde verissime apparet, ꝙ sicut oculus vespertilionis se habet ad lucem: ita se habet oculus mentis nostræ ad manifestissima naturæ. Quia assuefactus ad tenebras entium & phantasmata sensibilium, cum ipsam lucem summi esse intuetur, videtur sibi nihil videre: non intelligens, ꝙ ipsa caligo summa est mentis nostræ illuminatio, sicut quando videt oculus puram lucem, videtur sibi nihil videre. Vide igitur ipsum purissimum esse si potes, & occurret tibi, ꝙ ipsum nõ põt cogitari vt ab alio acceptum: ac per hoc necessario cõgitatur, vt omnimode primum: quod nec de nihilo, nec ab alio potest esse. Quid. n. est per se, si ipsum esse non est per se, nec a se? Occurret etiam tibi, vt carens omnino non esse, ac per hoc vt nunquam incipiens, nunquam desinens, sed æternum. Occurret etiam tibi, vt nullo modo in se habens nisi quod est ipsum esse, ac per hoc vt cum nullo compositum, sed simplicissimum. Occurret etiam, vt nihil habens possibilitatis, quia omne possibile aliquo modo habet aliquid de non esse: ac per hoc vt summe actualissimum. Occurret postremo, vt nihil habens diuersificationis: ac per

Esse, quomodo intelligi debeat. hoc summe vnum. Esse igitur quod est esse purum, & esse simpliciter, & esse absolutum, est esse primarium, æternum, simplicissimum, actualissimum, perfectissimũ, & summe vnum. Et sunt hæc ita certa, ꝙ non potest ab intelligente ipsum esse, cogitari horum oppositum, & vnum horum necessario infert aliud. Nam quia simpliciter est esse, ideo simpliciter primum: quia simpliciter primum, ideo non est ab alio factũ, nec a seipso potuit, ergo æternum. Item quia primum & æternum, ideo nõ ex alijs, ergo simplicissimum. Item quia primum, æternum & simplicissimum, ideo nihil est in eo possibilitatis cum actu permixtum, & ideo actualissimum. Quia primum, æternum, simplicissimum, actualissimum: ideo perfectissimum. Tali omnino nihil deficit, nec aliqua potest fieri additio. Quia primum, æternum, simplicissimum, actualissimum, perfectissimum: ideo summe vnum. Quod. n. per omnimodam superabundantiam dicitur, dicitur respectu omnium. Quod etiam, simpliciter p̃ superabundantiã dicitur, impossibile est vt cõueniat nisi vni soli. Vnde si Deus nominat esse primariũ, æternum, simplicissimum, actualissimum, perfectissimum, impossibile est ipsum cogitari non esse, nec esse nisi v-

num solum. Audi igitur Israel, Deus tuus, Deus vnus *Deut. 6.*

est. Si hæc vides in pura mentis simplicitate, aliqualiter perfunderis æternæ lucis illustratione. Sed habes vnde subleueris in admirationem. Nam ipsum esse est primũ & nouissimum, est æternum, & præsentissimum, est simplicissimum & maximum, est actualissimum, & immutabilissimum, est perfectissimum & immensum, est sũme vnum & tamen omnimodum. Si hæc pura mente miraris, maiore luce perfunderis, dum vlterius vides, quia ideo est nouissimum, quia primum. Quia enim est primum, omnia operatur propter seipsum: & ideo necesse

est ꝙ sit finis vltimus, initium & cõsummatio, & *Deus præsens est omnibus.*

Ideo est præsentissimum, quia æternum. Quia. n. æternum non finitur ab alio, nec deficit a seipso, nec decurrit ab vno in aliud, ergo nec habet præteritum, nec futurum, sed esse præsens tantum. Ideo maximum, quia simplicissimum. Quia. n. simplicissimũ in essentia, ideo maximum in virtute, quia virtus quanto plus est vnita, tanto plus est infinita. Ideo immutabilissimum, quia actualissimum. Quia. n. actualissimum est, ideo est act⁹ purus. Et quod tale est, nihil noui acquirit, nihil habi-

tum perdit, ac per hoc non potest mutari. Ideo immen- *Immutabilis.*

sum, quia perfectissimum. Quia. n. perfectissimũ, ideo nihil potest cogitari vltra ipsum melius, nobilius, nec dignius, ac per hoc nihil maius, & omne tale est immen-

sum. Ideo omnimodum, quia summe vnum. Quia. n. *Maior omnibus.*

summe vnum, ideo est omnis multitudinis vniuersale principium. Ac per hoc ipsum est vniuersalis omnium causa efficiens, & exemplans et terminans, sicut causa es-

sendi, ratio intelligendi, & ordo viuendi. Est igitur om- *Causa omnium.*

nimodum non sicut omnium essentia, sed sicut cunctarum essentiarum superexcellentissima & vniuersalissima & sufficientissima causa. Cuius virtus, quia summe vnita in essentia, ideo sũme infinitissima, & multiplicissima in efficacia. Rursus reuertentes dicamus, quia igitur esse purissimum & absolutum, quod est simpliciter esse, est primarium & nouissimum, ideo est omniũ origo & finis consummans. Quia æternũ & præsentissimũ,

ideo omnes durationes ambit & intrat, quasi simul exi- *Deus est sphæra cuius centrũ est vbique, & circũferẽtia nusquam.*

stens earum centrum & circunferẽtia. Quia simplicissimum & maximum, ideo totum intra omnia, & totũ extra omnia, ac per hoc est sphæra intelligibilis, cuius centrum est vbiq; & circunferentia nusquam. Quia actualissimum, & immutabilissimum, ideo stabile manens, moueri dat vniuersa. Quia perfectissimum, & immensum, ideo est intra omnia, non inclusum, extra omnia, non exclusum, supra omnia, non elatum, infra omnia, non prostratum. Quia vero est summe vnũ & omnimodum, ideo est omnia in omnibus: quamuis omnia sint multa, & ipsum non sit nisi vnum, & hoc quia per simplicissimam vnitatem, serenissimam veritatem, & syncerissimam bonitatem, in eo est omnis virtuositas,

omnis

omnis exemplaritas,et omnis communicabilitas,ac per hoc ex ipso,& per ipsum,& in ipso sunt omnia. Et hoc quia omnipotens, omnisciens, & omnimode bonum, quod perfecte videre est esse beatum, sicut dictum est Moysi. Ego ostendam tibi omne bonum.

De speculatione beatissimæ Trinitatis in eius nomine quod est bonum. Cap. 6.

Summum bonum cogitari non potest sine emanatione personarum.

POst considerationem essentialium,eleuandus est oculus intelligentiæ ad contritionem beatissimę Trinitatis,vt alter cherub iuxta alterum statuatur. Sicut autem visionis essentialium ipsum esse est principium radicale,& nomen,per quod cætera innotescunt, sic cõtemplationis emanationum,ipsum bonum est principalissimum fundamentum. Vide igitur & attende,quoniã optimum quod simpliciter est,quo nihil melius cogitari potest,& hoc tale sic est, q non potest cogitari non esse,quia omnino melius est esse quam non esse,sic est q non potest recte cogitari, quin cogitetur trinum & vnum.Nam bonum dicitur diffusiuum sui. Summum igitur bonum summe diffusiuum est sui. Summa autẽ diffusio non potest esse, nisi sit actualis & intrinseca,substantialis & hypostatica,naturalis & voluntaria, liberalis & necessaria,indeficiẽs & perfecta.Nisi igitur in summo bono æternaliter esset productio actualis,& consubstantialis, & hypostaticalis æque nobilis, sicut est producens per modum generationis, & spirationis, ita q sit æternalis principij æternaliter cõprincipiantis, ita q esset dilectus & condilectus,genitus.s.& spiratus, hoc est pater & filius & Spiritussanctus,nequaquam esset summum bonum, quia non summe se diffunderet. Nam diffusio ex tempore in creatura, non est nisi centralis vel punctalis respectu immensitatis bonitatis ęternæ. Vnde & non potest aliqua diffusio cogitari maior illa, ea videlicet in qua diffundens communicat alteri totam substantiam & naturam. Non igitur summum bonum esset,si re vel intellectu illa carere posset. Si igitur potes mentis oculo contueri puritatem bonitatis, q̃ est actus purus principij charitatiue diligentis amore gratuito,& debito,& ex vtroq; permixto, qui est diffusio plenissima per modum naturæ & voluntatis, quæ est diffusio per modum verbi in quo omnia dicuntur, & per modum doni in quo cætera dona donantur, potes videre per summam boni communicabilitatem,necesse esse trinitatem patris, & filij, & Spiritussancti.In quibus necesse est propter summam bonitatem, esse sũmam communicabilitatem,& ex summa communicabilitate summam consubstantialitatem, & ex summa consubstantialitate summam cõfiguralitatem, & ex his summam coæqualitatem,ac per hoc summam coæternitatem,atq; ex omnibus prædictis summã cointimitatem,qua vnus est in altero necessario per summam circumincessionem,& vnus operatur cum alio,per omnimodam indiuisionem substantiæ & virtutis, & operationis,ipsius beatissimæ. Trinitatis,Sed cum hæc contẽplaris,vide ne te existimes compræhendere incompræhensibilem,habes.n.adhuc in his sex conditionibus cõsiderare,q vehementer in stuporem admirationis inducit oculum mentis nostræ.Nam ibi est summa communicabilitas cum personarum proprietate, summa consubstantialitas cum hypostasum pluralitate, summa cõfiguralitas cum discreta personalitate,summa coæqualitas cum ordine,summa coæternitas cum emanatione, summa cõitimitas cum emissione. Quis ad tantorum mirabilium aspectum, non consurgat in admirationẽ? Sed hęc omnia certissime intelligimus esse in beatissima Trinitate,si leuamus oculos ad superexcellentissimam bonitatem.Si.n.ibi est summa communicatio & vera diffusio,vera est ibi origo & vera distinctio.Et q̃a totum communicatur,non pars,ideõ ipsum datur quod habetur,& totũ.Igitur emanans & producens,et distinguuntur ꝓprietatibus,& sunt essentialiter vnum.Quia igitur distinguuntur proprietatibus, ideo habent personarum proprietates,& hypostasum pluralitatem, & originis emanationem,& ordinem non posterioritatis sed originis,& emissionem non localis mutationis, sed gratuitæ inspirationis,per rationem auctoritatis producentis,quam habet mittens respectu missi. Quia vero sunt vnum substantialiter,ideo oportet, q sit vnitas in essentia,& forma & dignitate,& æternitate, & existentia,& incircunscriptibilitate. Dum ergo hæc per se sigillatim consideras,habes vnde veritatem contempleris. Dum hæc adinuicem confers,habes vnde in admirationem altissimam suspendaris. Et ideo vt mens tua per admirationem in admirabilem ascendat contemplationem,hæc simul sunt consideranda Nam & Cherubin hoc designant,quæ se mutuo aspiciebant.Nec hoc vacat a mysterio,q respiciebant se versis vultibus in propitiatorium, vt verificetur illud quod dicit Dominus in Ioan.Hęc est vita ęterna,vt cognoscant te solum verum Deum,& quem misisti Iesum Christum. Nam admirari debemus nõ solum conditiones Dei essentiales & personales in se,verumetiam per comparationem ad super mirabilem vnionem Dei & hominis in vnitate ꝑsonæ Christi.Si.n.cherub es,essentialia Dei contemplãdo,& miraris, quia simul est diuinum esse primum & nouissimum,ęternum et pręsentissimum,simplicissimũ & maximum seu incircũscriptum, totum vbiq: & nusquam compræhensum,actualissimum & nusquam motum,perfectissimum & nihil habẽs superfluum, nec diminutum,& tamen immensum & sine termino infinitum,summe vnum & tamen omnimodum,vt omnia in se habẽs,vt omnis virtus,vt omnis veritas, vt omne bonum.Respice ad propitiatoriũ et mirare,q in ipso principium primum iunctum est cum postremo, Deus cũ homine sexto die formato,æternum iunctum est cum homine temporali,in plenitudine temporum de virgine nato,simplicissimũ cum summo composito,actualissimum cum summe passo & mortuo, perfectissimũ & immensum cum modico summe vnum, & omnimodũ cum indiuiduo composito,& a ceteris distincto, homine.s.Iesu CHRISTO.Si aũt alter cherub es,ꝑsonarũ propria contemplãdo,et miraris communicabilitatẽ esse cum proprietate, & consubstantialitatem cum pluralitate,configurabilitatem cũ personalitate,coæqualitatem cum ordine,æternitatem cum productione,cointimitatem cum emissione,quia filius missus est a patre,et Spiritussanctus ab vtroq; qui tamen semper est cũ eis, & nunquam recedit ab eis.Respice in propitiatoriũ & mirare,quia in Christo stat personalis vnio cum trinitate substantiarum,& naturarum dualitate: stat omnimoda consensio cum pluralitate voluntatum,stat Dei & hominis compredicatio cum pluralitate proprietatum, stat coadoratio cum pluralitate nobilitatum: stat coexaltatio super omnia cum pluralitate dignitatum, stat condonatio cum pluralitate potestatum. In hac autem consideratione est perfectio illuminationis mentis,dum quasi in sexta die videt hominem factum ad imaginẽ Dei.Si enim imago est similitudo expressiua, dum mens nostra contemplatur in CHRISTO filio Dei(qui est imago Dei inuisibilis per naturam)humanitatem nostram tam mirabiliter exaltatam,tã ineffabiliter vnitam;videndo simul in vnum primum & vltimum,summum & imum,circunferentiam & centrũ, α & ω, causatum & causam,creatorem & creaturam, librum scilicet scriptum intus & extra:iam peruenit ad quandam rem perfectam,vt cum Deo perfectionẽ suarum illuminationum,in sexto gradu quasi in sexta die perueniat,nec aliquid iam amplius restet nisi dies requiei,in qua per mentis excessum requiescat humanæ mentis perspicacitas,ab omni opere quod patrarat.

Exo. 25.

Ioan. 17.

Multa mirabilia in vnione naturæ diuinæ ad humanam reperiuntur.

De ex-

Digitized by Google

De excessu mentali & mystico, in quo requies datur intellectui, affectu totaliter in Deum per excessum transeunte. Cap. 7.

His igitur sex considerationibus excursis, tanquã sex gradibus throni veri Salomonis, quibus peruenitur ad pacem: vbi verus pacificus in mente pacifica tanquam in interiori Hierosolyma requiescit: tanquam etiam sex alis cherub, quibus mens veri contemplatiui, plena illustratione supernę sapientiæ valeat sursum agi: tanquam etiam sex diebus primis in quibus mens exercitari habet, vt tandem perueniat ad sabbatismum quietis. Postquam mens nostra contuita est Deum extra se, per vestigia & in vestigijs, intra se per imaginem & in imagine: supra se per diuinæ lucis similitudinem super nos relucentem, & in ipsa luce, secundum quòd possibile est secundum statum viæ & exercitium mentis nostræ: cum tandem in sexto gradu ad hoc peruenerit, vt speculetur in principio primo & summo & mediatore Dei & hominum Iesu Christo, ea quorum similia in creaturis nullatenus reperiri possũt, & quæ omnem perspicacitatem humani intellectus excedunt, restat vt hæc speculando transcendat & transeat, non solum mundum istum sensibilem, verumetiã semetipsam: in quo transitu Christus est via & ostium, Christus est scala & vehiculum, tanquam propitiatorium super arcam Dei collocatum: & sacramentum a seculis absconditum. Ad quod propitiatorium qui aspicit, plena conuersione vultus aspiciendo ad eum in cruce suspensum: per fidem, spem, & charitatem, deuotionem, admirationem, exultationem, appreciationem, laudem & iubilationem: pascha, hoc est transitum cum eo facit: vt per virgam crucis transeat mare rubrum, ab Aegypto intrans desertum: vbi gustet manna absconditũ, & cum Christo requiescat in tumulo, quasi exterius mortuus, sentiens tamen quantum possibile est secundum statum viæ, quod in cruce dictum est latroni cohærenti Christo. Hodie mecum eris in paradiso. Quod etiam ostensum est beato Francisco, cum in excessu cõtemplationis in monte excelso (vbi hęc quę scripta sunt mẽte tractaui) apparuit Seraph, sex alarum in cruce confixus: vt ibidem a socio eius (qui tunc cum eo fuit) ego & plures alij audiuimus, vbi in Deum transijt per contemplationis excessum: & positus est in exemplum perfectæ contemplationis, sicut prius fuerat actionis, tanquam alter Iacob mutatus in Israel, vt omnes viros vere spirituales Deus per eum imitaret huiusmodi transitum & mentis excessum; magis exemplo quam verbo. In hoc autem transitu si sit perfectus, oportet quòd relinquantur omnes intellectuales operationes, & apex affectus totus transferatur & transformetur in Deum. Hoc autem est mysticum & secretissimum, quod nemo nouit nisi qui accipit: nec accipit nisi qui desiderat, nec desiderat, nisi quem ignis Spiritussancti medullitus inflammat, quem Christus misit in terram. Et ideo dicit Apostolus, hanc mysticam sapientiam esse per Spiritumsanctum reuelatam. Quoniam igitur ad hoc nil potest natura, modicum potest industria, parum est dãdum inquisitioni, & multum vnctioni: parum dandum est linguæ, & plurimum internæ lætitiæ: parum dandum est verbo & scripto, & totũ Dei dono scilicet Spiritussancto: parum aut nihil dandum est creaturę, & totum creatrici essentiæ: patri & filio & Spirituisancto: dicendo cum Dionysio ad Deum Trinitatem. Trinitas superessentialis, & superdeus & superoptime christianorum inspector theosophiæ: dirige nos in mysticorum eloquiorum superincognitum, & superlucentem, & supersublimissimum verticem: vbi noua, & absoluta, & inconuersibilia, & incommutabilia theologiæ mysteria: secundum super lucentem absconditum occultę docentis silentij caliginem, in obscurissimo quod est supermanifestissimum supersplendentem, & in qua omne relucet, & inuisibilium super beatorum splendoribus, superimplentẽ inuisibiles intellectus. Hoc ad Deũ. Ad amicum autem cui hoc scribuntur, dicatur cum eodem. Tu autem o amice circa mysticas visiones corroborato itinere, & sensus desere, & intellectuales operationes & sensibilia & inuisibilia: & omne nõ ens & ens, & ad vnitatem (vt possibile est) inscius restituere ipsius qui est super omnem essentiam & sciẽtiam. etenim te ipso & oĩbus immensurabili & absoluto puræ mentis excessu, ad superessentialem diuinarum tenebrarum radium, omnia deserens, & ab omnibus absolutus ascẽdes. Si autem quæris quomodo hęc fiant, interroga gratiam, non doctrinam, desiderium, non intellectum, gemitum orationis, non studium lectionis, sponsum, non magistrum, Deum, non hominem, caliginem, non claritatem, non lucem, sed ignem totaliter inflammantem, & in Deum excessiuis vnctionibus, & ardentissimis affectionibus transferẽtem. Qui quidem ignis Deus est, & huius caminus est in Hierusalem, et Christus homo hũc accẽdit in feruore suę ardẽtissimę passionis, quẽ solus ille vere percepit, qui dicit. Suspendium elegit anima mea, & mortem ossa mea. Quam mortem qui diligit, videre potest Deum, quia indubitanter verum est. Non videbit me homo, & viuet. Moriamur ergo, & ingrediamur in caliginem, imponamus silentium sollicitudinibus, concupiscentijs, & phantasmatibus, transeamus cum Christo crucifixo ex hoc mundo ad patrem, vt ostenso nobis patre, dicamus cum Philippo. Sufficit nobis. Audiamus cũ Paulo. Sufficit tibi gratia mea & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternũ. Benedictus Dominus in æternum, & dicat omnis populus, fiat fiat.

Luc. 23.
Beato Francisco in excessu contemplationis apparuit Seraphic.
Cor. 2.
Iob. 7.
Exo. 33.
Ioan. 14.
2. Cor. 12.
Platum. 72.

SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS.

In paruum bonum, quod alias incendium Amoris dicitur.

Vel regimen conscientiæ, vel fons vitæ, vel itinerarium in seipsum.

PROLOGVS.

EVIGILANS vero, animam meã tanquam frigiditate tenebratam calescere conor, quam in deuotione desertam scio incendi, & ingenti nimirum desiderio sup terriginas eleuari. Non n. in ocio aduenit mihi affluẽtia amoris æterni, neq; dum corporaliter fuerã nimis aggrauatus: & fatigatus præ itinere ardorem ipsum spiritualem potui sentire, aut etiam immoderate occupatus solatijs vel cuidam vtimæ dispositioni deditus: immo me in talibus refrigescere deprahẽdi, donec iterum postpositis omnibus quibus exterius possem detineri, solummodo saluatoris aspectibus assistere contenderem, in internisque odoribus immorare. Illum ergo librum offero intuendum non philosophis, non mundi sapientibus, non magnis theologis infinitis quæstionibus implicatis, sed rudibus & indoctis, magis Deum diligere, quã multa scire conantibus. Non. n. disputando, sed agendo scietur ars amandi. Arbitror autem ea quæ hic continentur,

Digitized by Google

nentur, ab istis quæstionarijs, & in omni scientia summis, sed in amore Christi inferioribus non posse intelligi: vnde nec eis scribere decreui, nisi postpositis, & oblitis cunctis quæ ad mundum pertinent, solis conditoris inardescant desiderijs mancipati. Primo quidem vt omnem terrenam dignitatem fugiant, omnem ostentationem scientiæ & vanam gloriam odiant: ac demum paupertati altissimæ se conformantes, orando, & meditando, diuinæ dilectioni iugiter assistant. Si nimirum apparebit eis interius igniculus quidam virtutis increatæ, & componens cor eorum ad capiendum calorem, quo cuncta caligo consumetur: eleuabit eos in ardorem amabilem & amenissimum, vt temporalia transcendant, & thronum teneant in termino tranquilitatis. Quo enim scientiores sunt, eo aptiores sunt vel essent ad amandum, si vere spernerent seipsos, & ab alijs sperni gauderent. Proinde quia hic vniuersos excito ad amorem, amorisque superferuidum ac supernaturalem affectum: vtrumq; ostendere conabor, Istius libri titulus, incendium amoris dicatur.

De triplici modo se exercendi circa triplicem viam sapientiæ, & primo de meditatione. Particula prima.

Prou. 22. ECce descripsi eam tibi tripliciter, ait sapiens. Cum omnis scientia debeat gerere Trinitatis insigne, præcipue illa scientia quæ in sacra scriptura docetur, debet in se repræsentare vestigium Trinitatis. Propter hoc sapiens eam tibi tripliciter descripsisse dicit, propter triplicem ipsius intellectum spiritualem, moralem scilicet, allegoricum, & anagogicum. Hic autem triplex intellectus respondet triplici actui hierarchico scilicet purgationi, illuminationi, & perfectioni. Purgatio autem ad pacem ducit. Illuminatio ad veritatem. Perfectio ad charitatem. Quibus perfecte adeptis, anima beatificatur, & secundum hoc quòd circa hæc versatur, suscipit meriti incrementum. In horum igitur trium cognitione, dependet scientia totius theologiæ, & meritum vitæ æternæ. Sciendum ergo est, quòd triplex est modus exercendi se circa hanc triplicem viam scilicet legendo, meditando, & orãdo. lectio est diffusior: meditatio est breuior: oratio est compendiosior. Lectio. n. huius triplicis vitæ totum continet sacram scripturam, immo fere omnem sanam doctrinam, sicut ostensum est supra, in tractatu de reductione omnium artium ad theologiam. Quidam alius liber habet sic. Sciendum igitur, quod triplex est modus exercendi se circa hanc triplicem viam, scilicet meditando, orando, & contemplando. Primo meditationis formam breuiter libeat intueri. Sciendum ergo, quòd tria sunt in nobis, secũdum quorum vsum in hac triplici via exercemur: s. Stimulus conscientiæ, radius intelligentiæ, & igniculus sapientiæ. Si ergo vis purgari, verte te ad conscientiæ stimulũ. Si illuminari, ad intelligentiæ radium. Si perfici, ad sapientiæ igniculum secundum consilium beati Dionysij ad Titum: vbi eum hortatur dicens. Verte te (inquit) ad radium, &c. Ad stimulum conscientiæ debet homo exercere seipsum, hoc modo meditando in via purgatiua: s. vt primo seipsum exasperet, Secundo euacuet, Tertio dirigat. Nam exasperandus est recordatione peccati, exacuendus circumspectione sui, & rectificandus consideratione boni. Peccati autem recordatio debet esse in hunc modum. Vt arguat se animus, de multiplici negligentia, & concupiscentia, & nequitia. Fere. n. omnia peccata & mala nostra, siue contracta, siue acta: reduci possunt ad hæc tria. Circa negligentiam autem attẽde, quod primò debet recogitare homo, si in se fuerit negligentia cordis custodiendi, temporis expendendi, & finis intendendi. hæc n. tria sunt ab omnibus summa cũ diligentia obseruanda: s. vt cor bene custodiatur, tempus vtiliter expendatur, & finis debitus in omni opere præfigatur. Secundo debet homo cogitare si negligens fuerit in oratione, in lectione, & in boni operis executione. In his tribus debet vnusquisq; diligenter ac solicite se exercere, & excolere, vt possit fructum bonum dare in tempore suo, eo quod vnum horum sine altero nequaquam sufficiat. Tertio debet cogitare solicite, si negligens fuerit ad pœnitendum, ad resistendũ & ad proficiendum. Debet. n. vnusquisq; cum summa diligentia deflere culpam commissam. Repellere tentationem diabolicam, Proficere de vna virtute in aliã, vt sic possit peruenire ad terram promissam. Circa concupiscentiam autem debet cogitare homo, si in eo viuat concupiscentia voluptatis, curiositatis, & vanitatis, quæ sunt radices totius mali. Primo igitur recogitanda est concupiscentia voluptatis, quæ tunc in homine viuit, si fuerit in eo appetitus dulcium, mollium, & carnaliũ. Hoc est si homo quærat cibaria saporosa, vestimenta delitiosa, & oblectamenta luxuriosa. Quæ omnia non solũ reprehensibile est appetere cum consensu, sed etiam debet homo respuere primo motu. Secundo recogitanda est concupiscentia curiositatis, si viuat vel vixerit in homine. Hoc autem deprehenditur, cum quis appetit scire occulta, videre pulchra, & habere chara. In omnibus his est vitium auaritiæ & curiositatis. Multum reprehensibile hoc est in homine. Tertio recogitanda est concupiscentia vanitatis, quæ tunc viuit in homine, si in eo fuerit appetitus fauoris, laudis, & honoris. Quæ omnia vana sunt, & hominem vanum reddunt: & ita fugienda sunt sicut concupiscentia mulierum. Et de omni tali debet conscientia arguere cor humanum. Circa nequitiam autem debet cogitare homo si in se vigeat, vel aliquando viguerit iracundia, inuidia, & acedia. Quæ faciunt hominem nequam. Primo cogitanda est iracundiæ nequitia, quæ consistit in animo, in signo & in verbo, vel in corde, in facie, & in clamore, vel in affectu, affatu, & effectu. Secundo recogitanda est nequitia inuidiæ, quæ in aliena prosperitate tabescit, in aliena aduersitate hilarescit, & in aliena mendicitate refrigescit. Tertio recogitãda est nequitia acediæ, ex qua oriuntur suspiciones malæ, cogitationes blasphemæ, & detractiones malignæ. Omnis. n. talis nequitia admodum detestanda est. Ex hac trifaria recordatione triplicata, debet exasperari stimulus conscientiæ, & amaricari anima: vt possit homo consequi salutem. Viso qualiter exasperari debeat stimulus conscientiæ in recordatione peccati, videndum est qualiter sit exacuendus stimulus in circumspectione sui. Tria autem debet homo circa se circumspicere: s. diem mortis imminentem, sanguinem Christi recentem, & faciem iudicis præsentem. In his tribus acuitur stimulus conscientiæ contra omne malum. Primo namq; acuitur, dum considerat homo diem mortis, quia est indeterminabilis, ineuitabilis, & irreuocabilis. Quem si diligenter inspiciat, diligentissime laborabit, vt dum tempus habet, purgetur ab omni negligentia, & concupiscentia, & nequitia. Quis. n. moraretur in culpa, qui non est certus de die crastina? Secundo acuitur dum considerat homo sanguinem Christi effusum pro humano corde excitando, pro eodem abluendo, & pro ipso mollificando. Vel effusum pro humana immunditia mundificãda, pro humana morte viuificanda, & pro humana ariditate fœcundanda. Quia enim tam hebes, vt permittat in se regnare culpam negligentiæ, concupiscentiæ, vel nequitiæ, qui cogitat se perfusum illo precioso sanguine? Tertio acuitur dum considerat homo faciem iudicis, quæ est infallibilis, inflexibilis, & infugibilis. Nullus enim potest aliquo modo fal-

do fallere eius sapientiam, flectere iustitiam, effugere vindictam. Quia ergo nullum bonum irremuneratum, nullum malum impunitum: quis non acuetur ex hac consideratione contra omne malum? Post hæc videndum est, quomodo stimulus conscientiæ sit rectificandus in consideratione boni. Tria autem sunt bona meditanda in quorum acquisitione rectificatur stimulus conscientiæ, s. strenuitas contra negligentiam, seueritas contra concupiscentiam, & benignitas contra nequitiam. His .n. tribus habitis, fit conscientia bona, munda, & recta. Et hoc est quod dicitur in Michę. Iudicabo tibi homo quid sit bonũ, & quid Dñs requirat a te vtique facere iuditium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum deo tuo. In quibus verbis tanguntur illa tria prædicta. Similiter & Dñs hæc eadem tangit in Luca di. Sint lumbi vestri præcincti. Primo igitur inchoandum est a strenuitate, quæ viam præbet alijs. Licet autem eam sic describere. Strenuitas est quidã vigor animi, excutiens omnem negligentiam, & disponens animam ad faciendum bona opera. Vigilanter, cõfidenter, eleganter. Hæc est quę viam præbet ad omnia bona sequẽtia. Secundo sequitur seueritas, quę est quidam vigor animi restringens omnem concupiscentiã, & habilitans animam: ac feruentem reddens eam ad amorem asperitatis, paupertatis, & vilitatis. Tertio sequitur benignitas, quæ est quidam dulcor animę, excludẽs omnem nequitiam, & habilitans animam, ad beneuolẽtiam, tolerantiam, & ad internam lętitiam. Et hic est terminus purgationis secundum viam meditationis. Nam omnis conscientia munda, læta est, & iucunda. Qui igitur vult purgari, vertat se modo prædicto ad stimulum conscientiæ. In prędicta tamen exercitatione a quolibet præmissorum potest inchoari nostra meditatio. Transeundum est etiam ab vno in aliud, & tandiu immorandum, quousq; tranquillitas & serenitas acquiratur & percipiatur, ex qua oritur spiritualis iucunditas. Qua adepta, promptus est animus vt sursum tendat. Incipit ergo via ista a stimulo conscientię, & terminatur in affectum spiritualis lætitiæ, exercetur in dolore, & consummatur in amore.

Mich. 6.

Luc. 12.

Strenuitas quid.

De via illuminatiua. Cap. 2.

SEcundo loco post viam purgatiuam, sequitur illuminatiua In qua se debet homo exercere ad radiũ intelligentiæ, hoc ordine. Nam radius intelligentiæ est primo protendendus ad mala dimissa. Secundo dilatandus, ad beneficia commissa. Tertio reflectendus, ad præmia promissa. Protenditur autem radius intelligentiæ ad mala dimissa, dum solicite pensantur mala quæ Dominus indulsit: q tot sunt, quot sunt peccata quæ commisimus, & tam magna, quantis eramus malis astricti, & quãtis bonis priuati. Et hęc meditatio satis patet ex pręcedenti. Nec hoc solum attendendum est, quanta mala commisimus, sed etiam considerandũ est, in quanta mala incidissemus, si Dominus permisisset. Et cum hæc diligenter pensantur, per radium intelligentiæ tenebræ nostræ illuminantur. Et talis illuminatio coniuncta debet esse gratitudini affectionis, alioquin non est illuminatio cœlestis, ad cuius splendorem videmus sequi calorem. Vnde gratiæ hic agendæ sunt pro dimissione malorum commissorum, vel possibilium committi, infirmitate, necessitate, & voluntatis peruersitate. Secundo vidẽdum est, qualiter iste radius intelligentiæ dilatetur in consideratione beneficiorum commissorum, quę quidem sunt in triplici genere. Quędam enim spectant ad complementum naturæ, quædam ad adiutorium gratiæ, & quædam ad donum superabundantiæ. Ad complementum naturæ spectat, quod dedit Deus ex parte corporis, scilicet, membrorum integritatem, complexionis sanitatem, & sexus nobilitatem: ex parte sensus, visum perspicuum dedit. Auditum acutum, & sermonem discretum: ex parte animę, ingenium clarum, iudicium rectum, & animum bonũ dedit. Ad adiutorium autem gratiæ spectat primo, ꝙ dedit gratiam baptismalem, qua deletur culpa, restituitur innocentia, & confertur iustitia. Et per hoc dignũ facit vita æterna. Secundo, ꝙ dedit gratiam pœnitentialem quantum ad animi voluntatem, temporis opportunitatem, & religionis sublimitatem. Tertio quòd dedit gratiam sacerdotalem, per quam fecit dispensatores doctrinæ, dispensatores indulgentiæ, & dispensatores eucharistiæ. In quibus omnibus secundum plus & minus dispensantur verba vitæ. Ad donum autem superabundantiæ spectat, quod primo dedit totum mundũ, scilicet, inferiora ad obsequium, paria ad meritum, et superiora ad patrocinium. Secundo dedit filium suum, & hoc in fratrem & amicum, in precium nostrum, & in cibum quotidianum. Primum in incarnatione, secundũ in passione, & tertium in altaris consecratione. Tertio dedit Spiritumsanctum: & hoc in signaculum acceptionis, in priuilegium adoptionis, & in anulum desponsationis. Et per hoc fecit animam christianam, vere suam amicam, filiam, & sponsam. Hæc omnia sunt mira, & ineffabilia: & in eorum meditatione ad modum sponsę anima debet esse Deo grata. Tertio circa viam illuminatiuam, videndum est qualiter iste radius intelligentiæ per meditationem reflectendus: vt ad fontem totius boni reuertatur, recogitando præmia promissa. Considerandum est ergo solicite, & frequenter pensandum: ꝙ Deus qui non mentitur: credentibus diligentibus se ꝓmisit veraciter amotionem omnium malorum: associationem omnium sanctorum, & impletionem omnium desideriorum in seipso, qui origo est & finis omnium bonorum. Qui est tantum bonum, ꝙ excedit omnem petitionem, omnem desiderij dilationem, & omnem ęstimationem. Et nos tanto bono dignos reputat, si diligimus & appetimus eum super omnia: & propter se: & ideo cum omni desiderio & affectu ac beneuolentia, debemus in ipsum tendere.

De via vnitiua & perfectiua. Cap. 3.

POstremo sequitur, qualiter nos exercere debemus ad igniculum sapientiæ. Hoc autem faciendum est hoc ordine. Quia iste igniculus sapientię sollicite ac diligenter est primo congregandus, secundo inflammandus, & tertio subleuandus. Congregatur autem per reductionem affectionis ab omni amore creaturæ. Ad cuius amorem reuocari debet affectio. Quoniam amor creaturę non proficit, & si proficit non reficit, & si reficit, non sufficit. Ideo omnis amor talis ab affecto debet omnino elongari. Secundo inflamandus est igniculus iste, & hoc ex conuersione affectionis super amorem sponsi. Et hoc quidem fit, vel comparando ipsum amorem ad ipsum, vel ad effectum supernorum ciuium, vel ad ipsum sponsum. Tunc autem hoc fit quando attendit, ꝙ per hunc amorem potest in nobis suppleri omnis indigentia, & ꝙ per amorem est in beatis omnis boni abundantia, & ꝙ per amorem habetur ipsius summi desiderabilis præsentia. Hęc enim sunt, quę affectum inflammãt. Tertio subleuandus est igniculus iste, & hoc supra omne sensibile, & imaginabile, & intelligibile, hoc ordine, vt homo immediate de ipso quem perfecte optat diligere: primo meditando discat, ꝙ ille quem diligit, non est visibilis, audibilis, nec odorabilis. Immo totus gustabilis, tangibilis, aut sensibilis, & desiderabilis. Secundo cogitet, quòd ille quem diligendo quęrit, non est terminabilis, figurabilis, numerabilis, circonscriptibilis, commutabilis, aut imaginabilis,

mabilis, sed totus desiderabilis. Tertio cogitet, quod ille quem diligit, non est demonstrabilis, diffinibilis, opinabilis, æstimabilis, inuestigabilis, aut intelligibilis, sed totus desiderabilis. Ex his autem liquide patet, qualiter ad sapientiam sacræ scripturæ perueniri potest, meditando, s. circa viam purgatiuam, illuminatiuam, & perfectiuam. Et non solum sacræ scripturæ continentia, immo omnis meditatio nostra debet versari circa ista. Nam omnis meditatio sapientis, aut est circa opera humana, cogitando. s. quid homo fecerit, & quid debeat facere, & quæ sit ratio mouens: Aut circa opera diuina, cogitãdo. s. quanta Deus homini commiserit, quòd omnia fecit propter hominem, quanta dimiserit, & quãta repromiserit, & in hoc clauduntur opera creationis, reparationis, & glorificationis. Aut circa virorumque principia, quæ scilicet sunt Deus & anima, qualiter hæc ad inuicem sunt copulanda. Et in hoc debet stare omnis meditatio nostra, quia est finis omnis cognitionis, & operationis, & est sapientia vera, in qua est cognitio per veram experientiam. In huiusmodi autem meditatione, tota anima nostra debet esse intenta secundum vires suas, scilicet secundum rationem, & synderesim, conscientiam & voluntatem. Nam in huiusmodi meditatione, ratio percũctando affert propositionem, synderesis sententiando profert diffinitionem, conscientia testificando infert conclusionem, & voluntas præeligendo defert solutionem. V. g. Si quis velit meditari circa viam purgatiuam, debet ratio quærere, quid debeat fieri de homine, qui templum Dei violauit: Synderesis respondet, quod aut debet disperdi, aut lamentis pœnitentiæ purgari: Conscientia assumit. Tu es ille, ergo vel oportet te damnari, aut stimulis penitentiæ affligi. Deinde voluntas præelegit, s. quod recusat damnationem æternam, & assumit voluntarie penitentiæ lamenta. Iuxta hunc modum in vijs alijs incedendum est.

Sequitur de oratione quomodo per eam veniatur ad sapientiam sacræ scripturæ.
Particula 2.

POstquam diximus qualiter ad sapientiam veram peruenitur, legendo & meditando, videndum est nunc, qualiter ad ipsam peruenitur orando. Sciendum autem est, quòd in oratione sunt tres gradus, siue partes ipsam perficientes: quorum primus est, deploratio miseriæ: secundus, imploratio misericordiæ: & tertius, exhibitio latriæ. Latriæ autem cultum Deo exhibere non possumus, nisi ab eo gratiam consequamur. Misericordiam vero Dei ad dandam gratiam non possumus inflectere; nisi per deplorationem & expositionem nostræ miseriæ, & indigentiæ. Nam omnis perfecta oratio, debet habere istas tres partes. Non. n. sufficit vna sine altera, nec perducit ad metam perfectam, & ideo hęc tria sunt semper iungenda. Deploratio autem miserię circa quamcunq; miseriam fit, siue pro perpetratione culpę, siue pro amissione gratię, siue pro dilatione glorię: hęc tria debet habere scilicet dolorem, pudorem, & timorem. Dolorem propter damnum, siue incommodum. Pudorem propter opprobrium siue inhonestum. Timorem propter periculum siue reatũ. Ex memoria enim pręteritorum oritur dolor dum recordatur Quid omisit, quia pręcepta iustitię. Quid commisit, quia prohibita culpæ. Quid amisit, quia gratuita vitę. Ex intelligentia pręsentium oritur pudor, dum attẽdit Vbi sit, quia longe in imo, quę fueras prope in summo. Qualis sit, quia fœda in luto, quæ fuerat pulchra imago, Quę sit, quia ancilla, quę fuerat libera. Ex prouidentia futurorum oritur timor, dum præcogitat Quo tendat, quia ad inferos properat gressus ei', Quid occurrat, quia iudicium ineuitabile, iustum tamen. Quid assequatur, quia stipendium mortis ęternę. Imploratio autem misericordię circa quamcunque gratiam inuocetur, debet esse. Cum affluentia desiderij, quod habemus a Spiritusancto, qui postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Cum fiducia spei, quam habemus a CHRISTO, quia mortu' est pro nobis omnibus. Cum diligentia implorandi subsidij, quod quęrimus a sanctis omnibus. Quando enim hęc tria concurrunt, tunc imploratur efficaciter diuina misericordia. Affluẽtiam desiderij habemus a Spiritusancto, quia per ipsum sumus a patre in filio prædestinati ęternaliter, per ipsum sumus renati in baptismo spiritualiter: & quia per ipsum sumus congregati in Ecclesia vnanimiter. Confidentiam spei habemus a CHRISTO Domino, quia pro nobis obtulit se in cruce in terra, quia pro nobis offertur a matre Ecclesia in sacramento altaris, in sui memoriam: & quia pro nobis apparet vultui patris in cœlo in gloria. Diligentiam implorandi subsidij a sanctorum consortio, habemus ab angelorum ministrantium patrocinijs, a beatorum triumphãtium suffragijs, & a iustorum militãtium meritis. Exhibitio autem latrię ex quacunq; gratia Deus colatur, debet habere tria. Primo enim ob gratiam impetrandam, debet cor nostrum incuruari ad Dei reuerẽtiam, & adorationem. Secundo debet dilatari ad beneuolentiam, & gratiarum actionem. Tertio debet eleuari ad complacentiam, & mutuam allocutionem, quę est sponsi & sponsę, quam docet Spiritussanctus in canticis. In qua si recto ordine fiat, mira est exultatio & iubilatio: ita vt ducatur homo in excessum, & faciat animam dicere. Bonum est nos hic esse. Et hic debet oratio nostra terminari. Matth.1 Nec ante debet homo desistere, donec ingrediatur in locum tabernaculi admirabilis, vsq; ad domum Dei: vbi in voce exultationis est sonus epulantis. Vt aũt incurueris ad reuerentiam, admirare immensitatem diuinam, & intuere modicitatem tuam. Vt dilateris ad beneuolentiam, attende benignitatem diuinam, & vide indignitatem tuam. Vt eleueris ad cõplacentiam, recogita charitatem diuinam, & considera tepiditatem tuam: vt ex huius collatione peruenias in excessum mentis. Sciendum autem, quod reuerentiam debemus exhibere Deo, tripliciter. Primo tanquam patri, a quo formati, reformati, & educati. Secundo tanquam patri a quo eruti de ore inimici, redempti de carcere inferni, & conducti in vineam Domini pro munere Paradisi. Tertio debemus exhibere Deo reuerentiam, tanquã iudici: coram quo accusati, accusat enim clamor conscientię: coram quo conuicti, conuincit. n. euidentia vitę, & coram quo confessi, confitetur. n. aspectus diuinę sapientię, vnde contra nos de iure debeat sententia proferri. Et prima quidem reuerentia debet esse magna, secunda maior, tertia maxima. Vnde prima est ad modum inclinationis, secunda ad modum genuflexionis, & tertia ad modum prostrationis. In prima nos subijcimus, in secunda nos deijcimus, in tertia nos abijcimus. In prima reputamus nos paruos; in secunda minimos, in tertia vero nullos. Beneuolentiam autem debemus simili modo Deo tripliciter exhibere: scilicet magnam, maiorem, & maximam, magnam consideratione infirmitatis nostrę; maiorem consideratione magnitudinis gratię suę; & maximam consideratione immensitatis misericordię suę: & magnam pro commissis, maiorem pro dimissis, & maximam pro promissis. Vel magnam pro complementis naturę, maiorem pro indumentis gratię, maximam pro donis supererrogantię, in prima cor extenditur, in secũda aperitur, vt in Can. dicitur. Aperi mihi soror mea & in tertia effunditur. Cant. 5 Vt in thre. dicitur. Effunde super aquam cor tuum ante conspectũ Domini. Thren. Complacentiam autem

Digitized by Google

tē triplici modo debemus Deo exhibere toto corde, Primo vt sic coaptetur complacentia nostra ad Deum vt vnicuique placeat, quòd solus Deus placeat sibi. Secundò vt ei hoc placeat, quòd ipse placeat soli Deo. Tertio vt ei hoc placeat, quando in hac complacent & cæteri communicent. In prima est magna, in secunda maior, & in tertia maxima. In prima est amor gratuitus, in secūda est amor debitus, & in tertia est amor ex vtroque permixtus. In prima crucifigitur mundus homini, in secūda crucifigitur homo mundo, & in tertia crucifigitur homo pro mundo, vt pro omnibus velit homo mori, vt & ipsi placeat Deo. Et hic est gradus, & status pfectæ charitatis, ante cuius assecutionem ne mo debet se æstimare perfectum. Tunc autem hanc p fectionem homo assequitur, quando cor suum inuenit non solū voluntariū, sed etiam auidissimum ad moriē
2.ad Co. 12 dum pro salute proximorum, secundum, quod Apostolus dicebat, Libentissimè impendar, & superimpē dar ego ipse pro animabus vestris. Ad hāc perfectam dilectionem proximi non peruenitur, nisi prius perue niatur ad perfectam dilectionem Dei, propter quem diligitur proximus, qui non est diligendus nisi propter Deum. Et propterea ad intelligēdam perfectionē in dilectione Dei, sciendum est, quod sex sunt gradus, quibus paulatim & ordinatè proceditur, ut ad perfectionem perueniatur. Quorū primus est suauitas, secundus auiditas, tertius saturitas, quartus ebrietas, quin tus securitas, sextus tranquilitas. Primus itaque gradus est suauitas, vt homo addiscat gustare quā suauis est Dominus. Et hoc quidē fit vacādo, & sabbatizādo ei per sanctas meditationes, secūdū quod dicitur in Psal.
Psalm. 75. Reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. Quod quidem fit, quando meditationes circa amorem Dei, suauitatem pariūt in corde. Secundus gradus est auiditas, quando, scilicet anima assuefieri cœperit circa illā suauitatem, & nascitur in ea tanta esuries, vt nihil eā possit reficere, nisi eum quem amat possideret perfectè. Quod quia non potest in præsenti attingere, quia adhuc longè est, continuè excedit, & egredietur extra per amorem extaticum, clamans & dicens illud beati
Iob.7. Iob. Suspēdium elegit anima mea, & mortē ossa mea.
Psalm.41. Et illud Psal. Quemadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te Deus. Tertius gradus est saturitas, quæ oritur ex ipsa auiditate. Qui enim vehementissimè Deum desiderat, & sursū fertur, iam omne quod deorsum videt, vertitur ei in fastidium. Vnde quasi saturatus non potest refectionē inuenire in aliquo, citra ipsum dilectū. Et sicut saturatus si cibum sumat, incurrit potius abominatione quā refectionem, sic in hoc gradu charitas facit circa omne creatum, vnde dicit sapiens. Anima saturata calca
Prouer. 22. bit fauum. Quartus gradus est ebrietas, quæ oritur ex saturitate. Ebrietas autem in hoc consistit, quòd quis tanto amore diligat Deum, vt iam nō solum fastidiat solatium terrenum, sed etiā delectetur & quærat tormē tum pro solatio, & amore illius quem diligit, delecte-
1.Co. 12. tur in pœnis, opprobriis, & flagellis cum Apostolo. Vnde sicut ebrius seipsum denudat sine pudore, & sustinet plagas sine dolore, sic in isto intelligēdum est,
Actuū. 5. Vnde. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu cōcilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contume liam pati. Quintus gradus est securitas, quæ oritur ex ebrietate. Ex hoc. n. quòd anima sentit se tātum amare Deū, q libēter sustinet propter ipsum omne damnum & omne opprobrium, iam foras mittitur timor, & tantum concipit anima spem de adiutorio Dei, vt
Ad Ro.8. nullo modo existimet se posse separari ab eo. In hoc gradu erat Apostolus cum dicebat: Quis nos separabit à charitate Christi? & cætera. Certus sum enim, quia neque mors neque vita, & cætera poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Sextus gradus est vera & plena tranquillitas, per quā est tāta pax & requies in anima, vt quodā modo sit in silentio, & somno, & velut in arca Noe collocata, vt nullo modo perturbetur. Quis enim pōt inquietare mentem, quā nullus cupiditatis stimulus inquietat, & nullus timoris aculeus agitat. In ista mente pax est, & status vltimus, & quies, & ibi requiescit verus
2.Re. to. Parali. Salomon, quoniā in pacefactus est locus eius. Et ideo. valde conuenienter isti gradus significātur per illos sex gradus, quib. ascēdebatur ad thronū Salomonis.
Can.3. Et propter hoc dicitur in Cantic. Ascensum purpureū media charitate cōstrauit. Quia impossibile est ad istam trāquillitatē pertingere, nisi per charitatē. Hac autē acquisita, facillimum est homini facere omne qđ est perfectionis, siue agere siue pati, siue viuere siue mori. Studendum est igitur ad profectū charitatis, cum profectus eius inducat perfectionem omnis boni & complementum. Vt igitur fint ad manū prædictæ differentiæ, nota, quod qui ad hanc perfectionē vult proficere, debet per meditationem stimulum conscie tiæ primo exasperare, exacuere, & rectificare. Et sic ad radiū intelligentię transire, ipsum protendendo, dilatando, & reflectendo. Et sic ad igniculū sapiētię trāsi re, ipsum congregando, inflammando, & subleuando. Et sic per orationem primo debet deplorare miseriā suam, cū dolore propter damnū, cū pudore propter opprobrium, & cum timore propter periculū. Secūdo debet implorare diuinam misericordiam, cum vehemētia desiderii per spiritum sanctum, cū fiducia spei per Christū crucifixum, & cum assistētia patrocinii per sanctorum suffragium. Tertio debet exhibere latriam, exhibendo Deo reuerentiam, beneuolentiā, & complacentiā. Vt primo ex parte Dei procedat admiratio diuina, quasi maior propositio. Secūdo ex parte nostra sequatur consideratio, quasi assumptio. Tertio fiat latriæ plena exhibitio, quasi conclusio. Qui autem sic excitauerit se cōtinue & intente, proficiet in charitate secundum sex gradus prædictos, quibus peruenitur ad perfectionem tranquillitatis, vbi est multitudo pacis, & quasi quidā finis quietis nostræ, quam dominus reliquit Apostolis. Vnde nota, quod Apostolus in qualibet salutatione optabat gratiam & pacem, gratiam tanquam primordialem, pacem sicut complemē tum. Ad Timotheum autem interponit misericordiā, quæ est vtriusque principium.

Nota, q in missa cogitandū est negligentia circa corpus Christi. Nota de sacramento, quod Dominus propter nos semp totus ibi est, & nos raro vel nunquā ibi toti sumus propter eū. Itē quod ibi est preciū redēptionis nostræ, & nos liberamur, & hoc restat p nos. Itē quod ibi verè est Deus, & non videmus eū, ad quē videndū creati sumus. Item q ibi est parat or ad liberandū nos, q̄ nos à miseria liberari. Item q ipse ad salutem nostrā instituit hoc sacramentum, & tam stu diosè. Nos verò tepidi, imo toti frigidi hoc consecramus. Item q ipse ibi est cum Angelorum frequentia, nos cum magna cordis irreuerētia. Item q ipse ibi est dās est pro nostra dilectione, nos ibi remissi in gratia rum actione. Itē q ipse ibi est cibus Angelorū ad nostram refectionem, & nos non gustamus eū propter nostram corruptionem. Item quod quicquid dispergi mus per culpam, ipse ibi congregat per gratiam, nec tamen grati sumus. Item q ipse ibi offert precium redemptionis nostræ sine tedio, nec ih liberamur om nino. Vis ergo scire, quæ & quanta & quibus debeas? Primo p Christo omnē vitā tuam pone, quia ipse suā posuit pro tua, & cruciatus diros sustinuit, ne tu perpe tuos sustineres. Sed confer puncta oīs vitæ filiorū Adā & omnes dies sæculi, & labores omniū hominū qui fuerunt.

Pulchre et salutiferæ cogitationes hæ sunt solennia missarum meditandæ.

Nō sumus soluendo pro beneficiis a Christo exhibitis, illi tñ vitam hāc debemus.

Digitized by Google

fuerunt, sunt & erunt, nihil erunt ad comparationē illius corporis, quod spectabile, & etiam stupendū est virtutibus supernis, in cōceptu de spiritu sancto, in ortu de virgine, in vitæ innocētia, in doctrinæ affluētia, & in coruscationibus miraculorum, in reuelationibus sacramentorum. Sicut igitur exaltantur cœli à terra, sic exaltata est vita illius à vita hominum, quæ tamē posita est pro vita nostra. Sicut enim nihil ad aliquid nullā habet cōparationē, ita vita nostra ad vitæ illius proportionem. Cum illa nulla dignior sit, nostra nulla miserior potest esse. Cum ergo ei me deuouero, quid quæso sum, nonne sicut stella ad solē, gutta ad fluuiū, lapis ad montem? Sed non huic soli debitor sum, cui nihil retribuere possum. Exigūt à me præterita peccata

2. pctā p̄terita vitā p̄teritam ad pœnitentiā obligant.

mea futuram vitam meā, vt faciā dignos fructus pœnitentiæ, & recogitem omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Sed ad hoc quis idoneus? Peccaui super numerū arenæ maris, & multa sunt peccata mea, & non sum dignus aspicere cęlū dixit Manasses in sua oratione, &c. Quod igitur sine numero est, quomodo numerabo? Quomodo sufficiam, cum cogas reddere debitum vsque ad nouissimum quadrantē? Sed & delicta quis intelligit? Quantum pœniteam, quantumlibet me affligam & macerē, propter nomen tuū non propter pœnitentiæ meritum, propitiaberis Domine peccato meo (ait iustus) multū est enim. Cum igitur quicquid vis, quicquid sapis, quicquid habes, quicquid potes, huic vni rei dedicaueris, nunquid aliquid est, vel in aliquid computandum est? Sed & tertium debitorem ostendam tibi, qui non minus acriter quàm veraciter sibi vendicat vitā tuā. Puta enim quod possidere desideras gloriam illam, quā nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c. regnum omnium seculorum viuere in æternum, in perpetuas æternitates. Credo quòd velis ęqualis esse Angelis Dei, & in plateis supernæ Hierusalem melos Angelorum audire, & videre quicquid est illud veterit, quando Deus erit omnia in omnibus. Nonne ad hoc totum te, & quantumcunque vndique trahere poteris, dare oportebit? Et cum omnia impleueris, nō tamen credas cōdignas esse passiones huius temporis vel corporis ad futuram gloriā, quæ reuelabitur in nobis. Quid dices, & si quartum debitorem adduxero in medium, qui sibi iure primatus tres superiores excedere velit? Ecce in ianuis est, qui fecit cęlū & terrā. Creator tuus, tu creatura. Tu seruus, ille Dominus. Ille figulus, tu figmentū. Totum ergo quod es illi debes, à quo totū habes, illi præcipue Domino qui & fecit te, & bene fecit tibi, qui & tibi ministrat syderum cursus, aeris temperiem, iucunditatem terræ, fructuum vbertatem, huic re uera totis medullis, totis viscerib. seruiēdū est, ne forte indignationis oculo te respiciat ac despiciat, & cōterat te in ęternū. Expone igitur mihi, cui horū quatuor proponis reddere quod debes, cum vnusquisque tam interius quàm exterius exactor sit, vt te singulariter possideat? Eia domine, vim patior, respōde pro me, quia horū quatuor quilibet de iure me tenere potest, & suffocare. In manus tuas cōmēdo spiritū meū, tu persolue omnibus, tu ab omnibus me libera, quia tu es Deus & non homo, & quod apud hominem impossibile est, possibile est tibi domine Deus noster.

Psal. 24.

3. vitā nostrā gloria quam speramus sibi vendicat.

1. Cor. 2.

4. Creatori nostro totaliter quicquid sumus, debemus.

Sequitur de contemplatione, quomodo per eam perueniendum sit ad sapientiam sacræ scripturæ.

Particula. Tertia.

POstquam autem diximus, qualiter ad sapientiam nos exercere debeamus per meditationem & orationem, nunc breuiter tangamus, qualiter contēplando ad veram sapientiam peruenitur. Per contemplationem namque trāsit mens nostra ad supernam Hierusalē. Ad cuius instar, Ecclesia est formata, secūdum illud Exod. Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi mōstratum est in mōte. Necesse est enim Ecclesiā militantem conformari triumphanti, & merita præmijs, & viatores beatis, secundum quòd possibile est. In gloria autem triplex est dos, in qua consistit perfectio præmij, scilicet. Summæ pacis tentio, summæ veritatis visio, & summæ charitatis fruitio. Et secundum hoc distinguitur triplex ordo in suprema hierarchia cœlesti, scilicet Thronorum, Cherubin, & Seraphin. Necesse est igitur, vt qui vult ad illam beatitudinem per merita peruenire, istorum trium similitudinem, secundum quod possibile est, in via sibi comparet, scilicet, vt habeat soporem pacis, splendorem veritatis, & dulcorem charitatis. In his enim tribus requiescit Deus, & habitat tanquam in solio proprio. Necesse est igitur, vnumquodque trium prædictorum, per tres gradus ascendendi distinguere secundum triplicem viam, nempe purgatiuam, quæ consistit in expulsione peccati, illuminatiuam, quæ consistit in imitatione Christi, & vnitiuam, quæ consistit in susceptione spiritussancti. Ita, quod quælibet via habet gradus suos, per quos ascenditur ab imo, & tenditur vsque ad summum.

Exod. 25.

Gradus autem perueniendi ad soporem pacis, sunt isti septem.

Primo occurrit pudor in recordatione flagitii, & hoc quantum ad quatuor, scilicet, quantum ad magnitudinem, multitudinem, turpitudinem, & ingratitudinem.

Secundo occurrit timor in circunspectione iudicij, & hoc quadruplicis, scilicet, dissipationis operis, excęcationis rōnis, obdurationis voluntatis, & condemnationis finalis.

Tertio occurrit dolor in ęstimatione damni, & hoc secundū quatuor, scilicet, quantum ad amissionem diuinæ amicitiæ, quantum ad perditionem innocentiæ, quantum ad vulnerationem naturæ, & quantum ad dissipationem vitæ præteritæ.

Quartò occurrit clamor in imploratione subsidii quadruplicis, s. Dei patris, filii redemptoris, virginis matris, Ecclesiæ triumphantis.

Quinto occurrit rigor in extinctione fomitis, siue incentiui quadruplicis, scilicet, ariditatis q̄ est desidia, peruersitatis quæ est malitia, voluptatis quæ est concupiscentia, & vanitatis, quæ est superbia.

Sextò occurrit ardor in appetitu martyrii, & propter quatuor scilicet, propter perfectionem remissionis offensæ, purgationis maculæ, satisfactionis pœnæ, & propter perfectionem sanctificationis concupiscentię, alias, exactionis cōcupiscētiæ. Septimo loco occurrit sopor ī obumbratione Christi, vbi est status & requies, quando homo sentit se protegi sub vmbra alarum diuinarum, vt non vratur ardore concupiscentiæ, nec timore pœnæ. Ad quod non potest perueniri, nisi per appetitum martyrii, nec ad appetitum martyrii, nisi extinxerit incentiuum, nec ad extinctionem incentiui, nisi implorauerit subsidium, nec ad implorationē subsidii nisi deploret damnum, nec ad deplorationē damni, nisi timeat iudicium: nec ad timorem iudicii, nisi recordetur & erubescat flagitium. Qui ergo vult habere pacis soporem, procedat secundum ordinem prædictum. Gradus autem perueniendi ad splendorē veritatis, ad quem peruenitur imitatione Christi, sunt isti septem. s. assensus rationis, affectus compassionis, aspectus admirationis, excessus deuotionis, amictus assimilationis, amplexus crucis & intuitus ueritatis. In quibus hoc ordine progrediendum est.

Primò

Digitized by Google

Primo considera, quis est, qui patitur, & ei subsidere per rationis assensum, vt credas firmissime ipsum veraciter esse Dei filium, omnium rerum principium, Saluatorem hominum, & retributorem meritorum omnium. Secundo considera qualis est, qui patitur, & ei cõfigurare per compassionis affectum, scilicet, vt compatiaris ei tanquam innocentissimo, mitissimo, nobilissimo, & amantissimo. Tertiò considera quantus est, qui patitur, & ad ipsum egredere, per admirationis aspectũ, & attende, quod ipse est immensus potestate, speciositate, fœlicitate, & æternitate. Igitur admirare immẽsam potestatem adnihilari, speciositatem decolorari, felicitatem tormentari, æternitatem mori. Quartò considera qua de causa patitur, & teipsum obliuiscere per deuotionis excessum. Quia patitur scilicet, pro tua redẽptione, illuminatione, sanctificatione, & glorificatione. Quinto considera, quali forma patitur, & ipsum induere per assimilationis amictum. Passus est enim sicut verus agnus, libentissime respectu proximi, seuerissime, respectu sui, obediẽtissime, respectu patris, & prudentissime, respectu aduersarij. Stude igitur ad habendum habitum secundum effigiem imitationis Christi, scilicet, benignitatis, seueritatis, humilitatis, & perspicacitatis. Sexto cõsidera quanta sint quę patimur, & crucem amplectere p passionis desideriũ, vt sicut CHRISTVS passus est vincula, vt impotens omnipotentia, conuitia, vt vilis bonitas: ludibria, vt stulta sapiẽtia, & supplicia, vt iniqua iustitia. Sic & tu considera passionem crucis hoc est, passionem plenam iniurijs in rebus, contumelijs in verbis, ludibrijs in signis, & supplicijs in tormentis. Septimo considera quid ex hoc consequitur, quòd patitur, & veritatis radium intuere per cõtemplationis oculum. Quoniam ex hoc, quòd agnus passus est, septem signacula libri aperta sunt. Liber iste est vniuersalis rerum notitia, in qua septem erant clausa homini, quæ quidem sunt per passionis CHRISTI efficaciam reserata, scilicet, Deus admirabilis, spiritus intelligibilis: Mundus sensibilis: Paradisus desiderabilis. Infernus horribilis; Virtus laudabilis: Reatus culpabilis.

Primo enim Deus admirabilis, manifestatus est nobis per crucem esse summæ, & inscrutabilis sapientiæ; summæ & irrepræhensibilis iustitiæ, summæ, & inenarrabilis misericordiæ. Summa enim sua sapientia decepit Diabolum. Summa sua iustitia quæsiuit redemptionis precium. Summa sua misericordia pro nobis tradidit filium suum. Quæ si diligenter considerentur, Deum nobis clarissime manifestant.

Secundo spiritus intelligibilis nobis manifestatus est per crucem, secundum differentiam triplicem, scilicet. Quantæ sit benignitatis quantum ad Angelos, quantæ sit dignitatis, quantum ad homines, & quantę sit crudelitatis, quantum ad dęmones. Nam Angeli permiserũt crucifigi Dominum suum: Dei filius crucifixus est, ꝓpter genus humanum, & hoc ad crudelem suggestionem Dæmonum.

Tertio mundus sensibilis nobis manifestatus est per crucem, quoniam est locus tenebrarum plenus, in quo regnat cęcitas, quoniam lucem veram & summam non cognouit, regnat sterilitas, quoniam Iesum Christum tãquam infructuosum despexit, & regnat impietas quoniam Deum & dominum suum, & amicum & innocentem damnauit, & interfecit.

Quarto Paradisus desiderabilis nobis manifestatus est per crucem, in quo est fastigium totius gloriæ, spectaculum omnis lętitiæ, & promptuarium omnis opulentiæ. Vnde Deus propter illam habitationem nobis restituendam, factus est pro nobis homo, scilicet vilis, miser, & pauper. In quo celsitudo abiectionem induit, iustitia reatum subijt, opulentia egestatem suscepit. Nã altissimus imperator accepit seruitutem abiectam, vt sublimaremur in gloriam. Iustissimus iudex subijt reatum pęnalissimum, vt iustificaremur a culpa. Opulentissimus Dominus suscepit egestatem extremam, vt locupletaremur in copia.

Quinto infernus horribilis manifestatus est nobis per crucem, locus vtique plenus omni egestate & penuria, vilitate, & ignominia, & omni calamitate, & miseria. Vnde si necesse fuit hæc Christum pati propter peccati delationem, multo fortius oportet hæc pati damnatos, propter iustam meritorum suorum retributionem.

Sexto manifesta est nobis per crucem virtus laudabilis, quantum scilicet, sit pretiosa, speciosa, & fructuosa: vere preciosa, quia potius voluit CHRISTVS vitam corporalem perdere, quam virtuti contraire. vere speciosa, quia in ipsis contumelijs relucebat, & vere fructuosa, quia vnus actus perfectæ virtutis infernum spoliauit, cœlum aperuit, & perdita restaurauit.

Septimo manifestatus est nobis per crucem reatus culpabilis, quantum sit detestabilis, cum ad sui remissionem indigeat tam magno pretio, grandi piaculo, & tam difficili medicamento. Ecce igitur habes, quomodo in cruce omnia manifestantur, si bene ad hæc septẽ reducantur. Omnia enim ad hęc septem reducuntur. Vnde ipsa crux vere beata, est clauis, porta, via, & splendor veritatis. Quam qui deuote sibi tollit, & sequitur CHRISTVM iuxta modum pręassignatum, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Gradus autem perueniendi ad dulcorem charitatis, sunt isti septem, scilicet vigilantia sollicitans, confidentia cõfortans, concupiscentia inflammans, excellentia eleuans, complacentia quietans, lætitia delectans, & adhærentia conglutinana. In quibus hoc ordine progredi debes, qui vis ad perfectionem charitatis, & amoris Spiritus sancti pertingere. Primo ergo necesse est, vt vigilantia te sollicitet, propter sponsi promptitudinem, adeo vt possis dicere illud Psalm. Deus Deus
meus ad te de luce vigilo. Et illud sponsæ. Ego dor- Psal. 62.
mio, & cor meum vigilat. Et illud Isaię. Anima mea Cant. 5.
desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo in pręcordijs Isa. 26.
meis, de mane vigilabo ad te. Secundo vt confidentia
te consortet, propter sponsi certitudinem, adeo vt vere possis dicere. In Domino confido. Et illud. In te
Domine speraui. Et illud Iob. Etiam si occiderit me, Iob. 13.
in ipso sperabo. Tertio, vt concupiscentia te inflammet propter sponsi dulcedinem, adeò vt possis dicere.
Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desi. anima mea ad te Deus. Et illud Cant. Fortis est vt mors Can. 8.
dilectio. Et illud. Quia amore langueo. Quarto vt ex Cant. 2.
cedentia te eleuet, propter sponsi celsitudinem, adeo vt
possis dicere cum Psalm. Quam dilecta tabernacula Psal. 83.
tua Domine virtutum. Et illud Cantic. Trahe me post Can. 1.
te, &cætera. Et illud Iob. Suspendium elegit ani- Iob. 7.
ma mea. Quinto vt complacentia te quietet, propter sponsi pulchritudinem, adeo vt possis dicere il-
lud sponsæ Dilectus meus mihi, & ego illi. Et illud. Cant. 3.
Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex mi- Cant. 5.
libus. Sexto vt lætitia te delectet propter sponsi ple-
nitudinem, adeo vt possis dicere. Secundum multitudi Psal. 93.
nem dolorum meorum in corde meo, consolationes
tuæ lætificauerunt animam meam. Et illud. Quam 2. ad. Cor.
magna multitudo dul. tuæ Domine. Et illud Apostoli. Repletus sum consolatione, superabundo gaudio, 7.
& cætera.

Septimò vt adhærentia te conglutinet, propter amo
ris sponsi fortitudinem, adeò vt possis dicere illud Psal. 72.
Psalmistæ; Mihi autem adhærere Deo bonum est. Rom. 8.

Et illud Pauli. Quis nos separabit a charitate Christi? In his enim gradibus ordo est, nec status est ante vltimum, nec ad illum peruenitur nisi per gradus intermedios, & mutuo se pariunt. Et in primo viget consideratio, in cęteris vero sequentibus dominatur affectio. Vigilantia enim considerat quam honestum, quam conferens, quam delectabile sit diligere Deum. Et ex hoc quasi nata confidentia, parit concupiscentiam, & illa excedentiam, quousque perueniatur ad copulam, osculũ, & amplexum dilecti, & amantissimi. Gradus pertinentes ad purgationem, sic distinguuntur. Possunt autem dicti gradus aliter distingui, & quasi in idem redeunt, vt primo distinguantur gradus purgationum sic: propter flagitium erubesce, propter iudicium contremisce, propter damnum ingemisce, propter remedium implora subsidium, propter aduersarium extingue incendiũ, propter brauium anhela ad martyrium, & propter vmbraculum approxima ad Christum. Gradus pertinentes ad illuminationem sic distinguũtur. Nota quis patitur, & credens captiuare, qualis qui patitur, & condolens amaricare, quantus qui patitur, & stupens admirare, qua de causa patitur, & confidens precare, quali forma patitur, & sequens assimilare, quanta quæ patitur, & ardens amplexare, & quid ad hoc consequitur, quod patitur, & intelligens contemplare. Gradus viæ vnitiuæ sic distinguuntur, te vigilantia sollicitet, propter sponsi promptitudinem, confidentia corroboret, propter eius certitudinem, concupiscentia inflammet, propter eius dulcedinem, excellentia eleuet, propter eius celsitudinem, complacentia alliciat, propter eius pulchritudinem, lætitia inebriet, propter amoris eius plenitudinem, & adhærentia conglutinet, propter eius fortitudinem, vt dicat semper deuota anima in corde, & in ore suo ad dominum, te quæro, in te spero, te desidero, in te cõsurgo, te accepto, in te exulto, & tibi finaliter adhæreo. Nota quòd gradus proficiendi possunt etiam aliter distingui, secundum triplicem differentiam triplicatam, triplici hierarchiæ consonam. Nam cuilibet proficere volenti, necessaria sunt tria, scilicet: Amaritudo, gratitudo, & similitudo. Et hoc post lapsum. Si enim homo non peccasset, duo sufficerent, scilicet gratitudo, & similitudo. Gratitudo videlicet propter gratiam, similitudo vero propter iustitiam. Sed nũc etiam necessaria est amaritudo, propter medicinam. Peccata enim per delectationem perpetrata, non possunt purgari aliquo modo, aut deleri, nisi econtrario per afflictionem, & amaritudinem. In ipsa autem amaritudine debet esse ponderatio malorum commissorum, propter proprias nequitias, perpessio dolorum, propter Christi angustias, & postulatio remediorum, propter proximi miseriam. In gratitudine autem simili modo debet esse admiratio beneficiorum, propter creationem de nihilo, accumulatio meritorum, propter reparationem de peccato, & actio gratiarum, propter ereptionem de inferno. Fuit enim creatio ad imaginem, redemptio per proprium sanguinem, & ereptio vsque ad cęli altitudinem. In similitudine etiam pari modo debet esse aspectus veritatis eleuatus ad superiora: affectus charitatis dilatatus ad exteriora, & affectus virilitatis ordinatus ad interiora. Eleuatio ad superiora debet diligenter fieri per aspectum veritatis, & hoc per contemplationem Dei, intelligentia, p circunspectionẽ vniuersorum, sciẽtia, & per captiuationem iudiciorum, fide formata. Item dilatatio seu extensio circa exteriora, debet fieri diligenter per affectum charitatis, & hoc per appetitum deliciarum, cœlestium, sapientia: per amplexum rationabilium, amicitia: & per contemptum voluptatum carnalium, modestia. Item ordinatio siue exercitatio circa interiora, debet fieri diligenter per actum virilitatis, & hoc per aggressum difficilium, strenuitate, per actũ laudabilium magnanimitate, & per amplexum humilium, humilitate. Purgatio autẽ in amaritudine, in qua contritio respectu sui, debet esse dolorosa per tristitiã, propter mala prementia teipsum, Christum, & proximum. Compassio respectu Christi, debet esse timorosa per reuerentiam, propter iudicia latentia, & tamen vera licet incerta, sicut tempus, dies, & hora. Commiseratio respectu proximi, debet esse clamorosa per confidentiã propter patrocinia semper parata per Deum, per Christum, & per suffragia sanctorum, Illuminatio in similitudine, in qua est aspectus veritatis primæ, qui debet esse erectus ad incomprehẽsibilia, extentus ad intelligibilia, & exinanitus ad credibilia. In qua etiam est affectus charitatis, qui debet esse erectus ad Deum, extentus ad proximum, & exinanitus ad mundum. In qua etiam est actus virilitatis, qui debet esse erectus ad commendabilia, extentus ad communicabilia, & exinanitus ad contemptibilia. Sequitur pfectio in gratitudine in qua est Vigilantia exurgens ad canticum, propter beneficiorũ vtilitatem. Lætitia exultans ad iubilum, propter donorum preciositatem. Beneuolentia accedens ad amplexum, propter dantis liberalitatem. Nota quòd aspectus veritatis debet esse erectus ad incomprehensibilia, & hæc sunt mysteria summæ trinitatis, ad quæ erigimur contemplando ea, & hoc dupliciter. Vel per positionẽ, vel per ablationem. Primum ponit Augustinus, secundum Dionysius. Per positionem primò intelligimus in diuinis esse quædam vt cõmunia, quædam vt propria, quædam vt appropriata, quædam sunt media inter hęc & illa. Intellige ergo & contemplare si potes circa Deũ communia, & vide quoniam Deus est. Essentia prima, natura perfecta, vita beata. Quæ necessariã habent consequentiam. Iterum intende & vide si potes, quoniam Deus est Aeternitas præsens, Simplicitas replens, Stabilitas mouens. Quę similiter consequentiam habent, & connexionem naturalem. Postremo attende, & vide, quoniam Deus est Lux inaccessibilis. Mens inuariabilis. & Pax incomprehensibilis. Quæ non tantũ essentiæ vnitatem, sed etiam includunt perfectissimam Trinitatem. Lux quidem tanquam parens generat splendorẽ, lux autem & splendor producunt calorem, ita ꝙ calor, procedit ab vtroque licet non per modum prolis. Si ergo Deus vere lux est inaccessibilis, vbi splendor, & calor est substantia, ibi hypostasis vere in Deo est pater, & filius, & Spiritussanctus. Quæ sunt propria diuinarũ personarum. Mens etiam tanquam principium cõcipit, & producit a se verbum a quib. emanat amoris donũ. Et hoc in omni mẽte pfecta est reperire. Si ergo Deus est mens inuariabilis, planum est in Deo esse principiũ primum, verbum æternum, & donum perfectum, quæ sunt propria diuinarum personarum. Pax etiam includit nexum plurimorum. Perfecte autem necti non possunt, nisi similes. Similes autem esse nõ possunt, nisi ambo a tertio, vel vnus ab altero. Sed in diuinis non possunt ambo esse a tertio eodem modo. Necesse est ergo, ꝙ si in diuinis sit vera pax, ꝙ ibi sit prima origo, eius imago, & vtriusque connexio. Deinde in diuinis sunt appropriata secundum triplicem differentiam. prima appropriata sunt Vnitas. Veritas & bonitas. Attribuitur vnitas patri, quia origo. Veritas filio, quia imago. Bonitas Spiritui sancto, quia connexio. Secunda appropriata sunt, potestas, sapientia, & voluntas. Attribuitur potestas patri, quia est principium. Sapientia filio, quia est verbum. Voluntas Spiritui sancto, quia est donum. Tertia appropriata sunt, altitudo, pulchritudo, & dulcedo. Attribuitur altitudo patri, propter vnitatem & potestatem. Nihil enim aliud est altitudo, quam singularis & vnica potestas. Pulcritudo filio propter veritatem

Ad incomprehẽsibilẽ Deum contẽplandũ procedere possumus, vel p propositionem perfectionis, vel per negationem eiusdem.

tatem

satem & sapientiam. Nam sapientia multitudinem idearum, veritas autem æqualitatem includit. Pulchritudo autem nihil aliud est quam æqualitas numerosa. Dulcedo Spiritui sancto, propter bonitatem & voluntatem. Vbi enim summa bonitas est iuncta cum voluntate, ibi est summa charitas & summa dulcedo. Est igitur in Deo Altitudo terribilis, & hic est status erectionis: Pulchritudo mirabilis, & hic est status contemplationis: Dulcedo desiderabilis, & hic est status glorificationis. Hæc est igitur erectio per viam affirmationis. Sed alia est eminentior per viam negationis. Quoniam vt dicit Dionysius. Affirmationes incõpactæ sunt. Negationes verò, licet videantur minus dicere, plus tñ dicũt. Et hic modus erectionis est per abnegationem trium, ita ꝙ in negationibus illis sit ordo, incipiendo ab inferioribus vsq; ad superiora. Est etiam supereminentis positionis inclusio. Vt cum dicitur, Deus non est quid sensibile, sed supersensibile, nec imaginabile, sed superimaginabile, nec intelligibile, sed superintelligibile, nec existẽs hoc vel hoc, sed super omne ens. Et tunc veritatis aspectus fertur in mentis caliginem. & altius eleuatur, & profundius egreditur pro eo ꝙ excedit se & oẽ creatũ. Et hic est nobilissimus eleuationis modus. Sed tamen ad hoc quòd sit perfectus, præexigit aliũ, sicut perfectio illuminationem, & sicut negatio affirmationem. Hic autẽ modus ascendendi tanto est vigorosior, quantò vis ascendens est intimior, tanto fructuosior, quãto affectio proximior. Et ideo vtile valde est in illa exerceri. Vt ergo in hac eleuatione veritatis aspectus se valeat exercere, nota quòd in prima hierarchia veritas est aduocanda per gemitum & orationem, & hoc est Angelorum. Audienda per studium & deuotionem, & hoc archangelorum. Annuncianda per exemplum, & prædicationem, & hoc est principatuum. In secunda hierarchia veritas est adeunda per refugium & cõmissionem, & hoc est potestatum. Apprehendenda per zelum & emulationẽ, & hoc est virtutum. Associanda per sui contemptũ, & mortificationem, & hoc est dominationum. In tertia hierarchia veritas est adorãda per sacrificium & laudem, & hoc est thronorum: Admiranda per excessum & contemplationem, & hoc est Cherubin. Amplexanda per osculum & dilectionem, & hoc est Seraphin.

Nota diligenter prædicta, quoniam in illis est fons vitæ.



SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS,

In eiusdem tractatum de septem itineribus æternitatis.

PROLOGVS.



Jon. 6. Vm qui venit ad me, non eijciam foras, inquit Saluator. Sanctus August. de cognitione veræ vitæ dicit in principio. Cum Christus veritas, & vita dicat. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum solum. Constat profectò, naturam rationalem ad hoc solum esse factam, vt factorem suum verum Deum intelligat, intelligendo diligat, diligendo in eo qui est æterna vita æternaliter permaneat, & beate viuat. Ex quo concludit dicẽs. Diuinitatis ergo essentiam rationabiliter inuestigare, vt est possibile, est ad vitam æternam festinare. Hãc ergo negligendo ignorare, est vtiq; ad mortẽ indeficiẽtem damnabiliter properare. In his verbis ostendit Beatus Augustinus, generaliter æternitatis esse duo maneria. Vnum quod est vita æterna. Alterũ quod est mors amarissima. Innuit etiam Augustin. hic in his verbis, istorum æternorum manerierum duo itinera, quia ad primum peruenitur per rationabilem inuestigationem cum amore. Ad secundum per damnabilem omissionẽ cum dolore. Dominus autem Iesus Christus (qui est via in qua imus, veritas ad quam peruenimus, & vita in qua permanebimus) in verbis propositis ostendit specialiter & principaliter vtrumq; manerium, & eorum itinera. Vnum intrinsecum, & quasi secretum, & æternum in se, quia ipse est animę patria & habitatio, vt dicitur in libro de spiritu, & anima. Aliud ostendit manerium extrinsecum & extra se, quod est æternum animę exilium, in quo (secundum Matthęum) est fletus & stridor dentium, Itinera autem ad primum manerium & intrinsecum, dicit Dominus esse secundum multiplicẽ accessum ad se. Itinera vero ad secundum manerium, & extrinsecum, dicit secundum multiplicem recessum a se. Vnde Augustinus in libro Soliloquiorum primo dicit. Deus est, a quo auerti est cadere, in quem conuerti est surgere, in quo manere est consistere. De isto ergo intrinseco secreto & æternali manerio, primo videndum est, postea de itineribus quibus acceditur ad illud. Matth. 8. & 13.

DE INTRINSECO SECRETO, & æternali manerio in Christo.

Sectio prima.

Circa primum igitur scilicet circa intrinsecum secretum, & æternale manerium sunt septem per ordinem notanda, quæ sunt necessaria ad dicendorũ cognitionem. Notandum est igitur primò, quid illud intrinsecum secretum in Christo dicatur. Secundo qualiter in illo intrinseco secreto variæ mansiones distinguantur. Tertio secũdum quid homo ad illud intrinsecum secretum admittatur. Quartò quibus pedibus spiritus noster illud intrinsecum secretum ingrediatur. Quinto qualiter spiritus noster in illo intrinseco multipliciter esse dicatur. Sexto qualiter spiritus noster in illo intrinseco stabilitur & perpetuatur. Septimo quæ & quot sunt itinera, per quæ ad illud intrinsecum peruenitur & intratur.

Distinctio 2.

Primo notãdum est, quid sit illud intrinsecum secretum, & ęternale manerium in Christo. De quo sciendum, quod cum in Christo sit duplex natura, humana & diuina. Diuina autem sit omni creaturæ maxime intrinseca, vt ait Augustinus & Hugo. Ideo intrinsecũ illud in Christo est diuina persona in humanitate eius abscondita, ita quòd CHRISTI humanitas est via ad diuinitatem. Vnde Augustinus exponẽs illud Ioannes. Ego sum via dicit. Verbum assumẽs humanitatẽ, factum est via. Ambula per hominem si vis venire ad humanitatem, & peruenies ad Deum, scilicet personam verbi, in quo sunt absconditi omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei. Procul dubio si non esset aliquod intrinsecum in Christo

Super 7. angelicę hierarchia. Diuina p[er]sona in humanitate Christi est abscondita.

secretum, ad quod intrandum inuitaret nos, non dixis-
Luc. 20. set ipse, Ego sum ostium, &c. vsque inueniet. Ego sum
ostium sensui, per corporale obiectum. Videte (inquit)
Isa. 7. manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum. Ego sũ
Vbi supra. ostium intellectui, per fidem referatum. Vnde in Isa. di-
citur. Nisi credideritis, nõ intelligetis. Ego sum ostium
voluntati per charitatem apertum. Charitas non vult
scire mediũ inter se & dilectum, immò vt dicit Hugo,
Amor siue charitas suo acumine omnia penetrat, do-
nec ad dilectum veniat. Per me ergo ostium si quis in-
troierit per fidem & charitatem, ad meam intrinsecam
& absconditam diuinitatem saluabitur. Quia siue in-
grediatur ad meam diuinitatem contemplandam, siue
egrediatur ad meam humanitatem imitandam, pascua
vtrobique inueniet æternæ viriditatis & salutis. Et de
pascuis humanitatis, intratur ad pascua diuinitatis.
Quod ostendit Hugo bene in prologo suo super ange-
lic. hierarch. vbi dicit sic. Propterea Iesus carnem as-
sumptam in edulium nobis proposuit, vt per cibum car
nis, inuitaret nos ad gustum diuinitatis. In his pascuis
Cant. 5. sponsa cõstituta dixit. Comedi fauum cum melle meo.
Fauus (sicut dicit Origenes) est cera virginea, loculis
vel cellulis distincta, quæ sunt melle repletæ. Quid er-
go aliud est, Comedi fauum meum cum melle meo, nisi
gustaui dulcissimam diuinitatem in cera virgineę hu-
manitatis ascondiiam cum ipso absconso? De isto intrin
seco Aug. loquens super Ioannem, quasi admirando ex
clamat dicens. O magnum penetrale, & secretum dul-
ce. O secretum sine tædio, sine amaritudine malarum
cogitationum, sine interpolatione tentationum & dolo
rum, Hoc est gaudium de quo dicit Saluator. Intra in
Mat. 24. gaudium Domini tui. Hæc Aug. Et sic patet intrinse-
cum Domini Iesu CHRISTI.

Distinctio 2.

Diuersæ mansiones in contemplatione diuinitatis Chri sunt. SEcundò videndum est, qualiter in illo intrinseco
Christi variæ mansiones, vel maneria distinguan-
tur. De quo notandum est, quod per ostium intrã-
tes ad interiora domus, non omnes ęqualiter locantur,
sed secundum maiora merita vel minora personarum.
Vnde Bernardus in Cantic. dicit. Vnaqueque anima de
uota inueniet sibi secretum cum sponso, vt dicat illud
Isa. 24. Isaiæ. Secretum meum mihi, secretum meũ mihi, quia
non omnibus vno loco datur frui grata & secreta spon
Ber. super Canti. sermo. 55. si præsentia, sed vt cuique paratum est a patre. Non e-
nim nos ipsum elegimus, sed ipse nos elegit, & posuit
nos, & vbi a Deo vnusquisque positus est, ibi est. Hæc
Bernard. Vnde notandum, quòd quidam ex ingredien
tibus intrinsecum secretum Domini Iesu, recipiuntur
Luc. 7. in domũ sanctæ compunctionis, vt Maria Magdalena
in domo Simonis. In palatium continuæ meditationis,
Psal. 18. vt Dauid qui dicit. Meditatio cordis mei in conspectu
1. Petr. 2. tuo semper. In mẽsam dulcis refectionis vt Petrus, qui
dicit. Si tamen gustatis, quoniam dulcis est Dominus.
In cubiculum solitariæ contemplationis, vt Ioannes qe
scens in pectore Domini. In amplexus amorosæ vnio-
Ioan. 13. nis, vt de sponso dicitur. Læua eius sub capite meo, &
Cant. 5. dextra illius amplexabitur me, spiritus tamen sponsæ iã
omnes istas mensiones visitauerat. Sed Bernardus ali-
Vbi supra. ter distinguit istas mansiones dicens. Deniq; vna mu-
lier compuncta secus pedes Domini Iesu sortita est lo-
cum huius secreti, sed altera suæ deuotionis fructum si
ue secretũ ad caput inuenit, si tamẽ altera. Porrò Tho-
mas in latere, Ioannes in pectore, Petrus in sinu patris,
Paulus in tertio cælo secreti huius gratiam sunt assecu-
ti. Et sequitur. Prior mulier strauit sibi in tuto humili-
tatis. Posterior in solido spei. Thomas in solido fidei.
Ioannes in lato charitatis, Paulus in intimo sapientiæ.
Petrus in veritatis luce, & sic apud sponsum mansiones
multæ sunt. Hęc sunt verba sancti Bernardi in Euange
lio. Erant appropinquantes ad Iesum. Et Hugo de san-
cto Victore videtur has mãsiones distinguere, quasi ad De claustro a. 5. li.
modum distinctionis Angelicarum mansionum. Vnde 2. ca. 60.
super primum Angelicæ hierarchiæ dicit Hugo. scdm
illam namque proportionem qua nunc dona gratiarũ
differenter percipimus meritò, postea vel hic per men
tis contemplationem, vel illic per retributionem, in nu-
merum, i. mansiones transimus Angelorum, & etiam se
cundum differentiam progressionum, & incrementa il
luminationum, & secundum gradus spiritualium pro-
fectuum in nobis, differenter transimus in numerum
Angelorum. Et tam Gregorius quam Hugo hæc expli Greg. in li.
cant dicentes, Oportet & in hac vita manentes, confor- 4. nu. 60.
mare se cęlestibus mansionibus per aliquam imitatio-
nem, qui volunt ascendere ad illas. Vnde dicit vterque.
Sunt nonnulli qui parua capiunt, sed tamen illa pie fra-
tribus nunciata non desistunt. Illi itaque in numerũ, i.
in mansiones Angelorũ currũt. Et sunt nonnulli qui di-
uina largitate refecti, secretorum cęlestium summa ca-
pere valent, & nunciare. quo ergo isti nisi inter Archan
gelorum mansiones deputantur. Et sunt alij qui mira
faciunt signa, valenter operantur, quo ergo isti nisi ad
supernarum virtutum sortem & mansionẽ congruũt?
Et sunt nonnulli qui etiam de obsessis corporibus Dæ
mones fugant, & virtute orationis eijciunt, itaque isti
mansionem suam inter potestates sortiuntur. Et sunt
nonnulli qui acceptis virtutib. & electorum hominum
merita transcendunt, ideo electis fratribus principan-
tur, vbi ergo isti nisi in mansionibus principatuum sor
tem accipiunt? Et sunt nonnulli qui sic in seipsis cunctis
vitijs & desiderijs dominantur, vt ex vitæ munditia dij
inter homines vocentur, quia isti nisi inter dominatio-
nes currunt? Et nonnulli qui dum sibimetipsis vigilan
ter dominantur, & se discutiunt, semper Deo inhęren-
tes, hoc in munere accipiunt, vt recte alios iudicent, in
his veluti throno Deus residens cuncta mirabiliter exa
minat & dispensat, quid ergo isti nisi throni conditoris
sui sunt, & ad supernorum sedilium mansiones ascribũ-
tur? Et sunt nõnulli qui plenitudinem scientiæ accipiũt,
vt Cherubin iure nominentur, quia dilectione Dei, &
proximi pleni sunt. Hi sortem mansionis suæ inter Che
rubin percipiunt. Et sunt nonnulli, qui supernæ contẽ-
plationis facibus accensi in solo conditoris sui deside-
rio anhelant, nihil iam in hoc mundo sapiunt, sed solo
æternitatis amore pascuntur, terrena quæq; abijciunt,
cuncta temporalia mente transcendunt, amant & ardẽt
atq; in suo ardore requiescunt, amando ardent, loquen
do alios accẽdunt, & quos loquendo tangunt, ardere ꝓ
tinus in Dei amore faciũt, quid ergo illos nisi Seraphin
dixerim? & quo nisi inter Seraphin mansionis suę sortẽ
accipiunt. Sequitur. Ad hos ergo vicos, vt in eis sine fi-
ne permaneant venient, qui modum quem prędiximus
in hoc sęculo pro posse suo tenent. Hæc ille. Et his co-
cordat Hieronymus qui dicit. Paratæ sunt in cœlo di-
uersæ mansiones diuersis virtutibus, quia non personæ
acceptantur, sed opera, &c.

Distinctio 3.

TErtio videndum est, secundum quid homo in
illud intrinsecum & secretum Domini admit-
tatur & introducatur, vel intromittatur. Cir-
ca quod notãdum, quòd cum in hoĩe sit cor-
pus, & anima, & spiritus, vt dicit Origen. super Can. O-
portet videre, scdm quod istorum trium, homo ad il-
lud intrinsecum admittatur & introducatur. De quo
sciendum, quod cum CHRISTVS dicat, Spiritus Ioan. 4.
est Deus, & qui adorat eum in spiritu, & veritate,
id est

id eſt ĩ deuotione & cognitione,oportet adorare. Hęc
autem conueniunt ſpiritui humano, ergo ſecundum
ſpiritum oportet adorare,& intrare. Item cũ Deo ma
ximè aſſimilemur ſecundum ſpiritum, ſecundum quẽ
etiam ſumus ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, &
ſecundum hoc ſumus capaces Dei,vt dicit Auguſtin.
14.de Trinitate,ergo ſecundum ſpiritũ ingredimur,
qui eſt ſupremum,& optimum in homine. Item ſecũ
dum corpus non poſſumus ingredi illud intrinſecũ,
cum corpus nõ poſsit locari niſi in loco corporali. Itẽ
cum anima vt corpus animet,neceſſario inſit ei vt for
ma,nec ſic poſsit ſe extẽdere extra corpus ad æterna,
Phil. 4. cum Apoſtolus dicat. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt,
non ſecundum corpus,ſed ſecundum mentem,nec ſe-
Spũs ab anima diſtĩguitur ĩ homine. cundum animam vt animat corpus, vt patet ex gloſſ.
ideò neceſſe eſt,vt per ſpiritum noſtrum tanquã opti
mum in nobis,accedamus ad illud ſpeciale intrinſecũ
ſecretum Domini Ieſu, quia ipſe miſit ſpiritum ſuũ,
vt ſpiritum noſtrum leuaret poſt ipſum,vt ait Richar
In ꝓlogo li. de Tri. ĩ li. de exterminatione mali c. vlt. dus, & quia ipſe Richard. alibi dicit,oportet antequã
introire liceat in illud intimum ſecretum quietis,& ſu
premæ tranquillitatis arcanũ,vt fiat iſta valdè mirabi-
lis diuiſio,non corporis,& animæ diſſolutio, ſed alia
ac multò mirabilior multoque glorioſior diuiſio,vi-
delicet animæ,& ſpiritus,quã in nobis operari ſolet,ſi
Heb. 4. cut teſtatur Apoſtolus dicens. Viuus eſt ſermo Dei &
efficax,& omni gladio ancipiti penetrabilior,& ꝑtin
gens vſq. ad diuiſionẽ animæ & ſpiritus. Hæc ille. Ex
quo oportet videre qualiter iſte ſpiritus ab anima di-
uiditur,vt ab omnibus exoneratus, aſcendat ad illud
Vbi ſupra. intrinſecum & ſecretum quietis. De quo notat Richar
dus,& auctor libri de ſpiritu & anima,vbi vterq. ex-
ponens prædictum verbum Apoſtoli dicentis, quòd
ſermo Dei pertingit vſque ad diuiſionem ſpiritus &
animæ,concordant per omnia,dicentes ſic. Nihil in
creaturis hac diuiſione mirabilius cernitur, vbi illud
quod eſſentialiter vnum eſt atque indiuiduũ in ſe ip-
ſo, quandam diuiſionem patiatur, neque in hoĩe vno
alia eſt eſſentia eius ſpiritus,atque eius animę,ſed vna
eademque ſubſtantia intelligitur, ſed tamen ad diſtin
ctionem ponitur gemina nominatio eiuſdẽ eſſentiæ.
Vna ſuperior per ſpiritum, alia inferior deſignatur,
& hæc per animã. Sequitur. In hac itaque diuiſione,
anima & qđ animale eſt in imo remanet. Spiritus ãt,
& quod ſpirituale eſt ad ſuprema euolat, & ab infimis
diuiditur,vt ad ſuprema eleuetur,ab anima ſcinditur,
vt Domino iũgatur,quoniam qui adhæret Domino,
1.Cori. 6. vnus ſpiritus eſt. O quam fœlix diuiſio,& mirabilis ſe
paratio,vt quod corpulentum eſt,& fœculentũ, deor
ſum remanet,quod ſpirituale, & ſubtile eſt, vſque ad
ſpeculationem diuinæ gloriæ ſublimatur, & in eãdem
imaginem trãsformatur,pars inferior componitur ad
ſummam pacem & tranquillitatem, dũ pars ſuperior
ſublimatur ad gloriam & iucunditatem. Hoc vterque
ponit. Ex quo apparere poteſt,qđ quanto ſpiritus no
ſter ab omnibus temporalibus, & etiã ab ipſa anima,
vel etiam a ſeipſo diuiditur,quòd tanto facilius & ꝑ-
fectius illud ſpirituale intrinſecum,& æternale mane
Nota đ diuiſione humani ſpũs a corpore, & anima. rium perfectius accedit,& ingreditur. Et ideo notan-
dum eſt,quòd ſpiritus noſter aliquando in tantum a
corpore,& anima diuiditur, vt ſpiritus in ſpiritu eſſe
aſſeratur,& qñque vt ſpiritus ſupra ſpiritum eſſe dica
tur,& quandoque ſpiritus ſine ſpiritu credatur. Pri-
mò dico,quòd ſpiritus humanus quandoque a corpo
re in tantum alienatur,& ab anima diſtrahitur, vel di
uiditur,vt ſpiritus merito in ſpiritu eſſe dicatur. Quod
Li. 5. de cõtẽpl. c. 55. oſtendit Richardus loquens de Ioanne Euangeliſta,
qui dicit ſic. Nonne ſpiritus in ſpiritu eſſe tunc rectè
aſſeritur,quando exteriorum omnium obliuiſcitur,pa
riter & ignarus eſt oĩum eorum,quæ in corpore cor-
poraliter agũtur, & illa ſolum intelligit per memoriã
vel intellectum, quæ in ſpiritu & circa ſpiritum attra
ctantur? Quare Ioannes in Apocalipſi,benè dicit. Fui Apo. 1.
in ſpiritu in dominico die. Vel ſicut ibidem Richar.
dicit, An hoc eſt ſpiritũ in ſpiritu eſſe, ſemetipſũ in-
trare & intra ſemetipſum totũ colligere, & ea q̃ con
tra carnem ſeu etiã in carne geruntur,interim penitus
ignorare? Sed Haymo ſuper Apocalipſi, ſic exponit,
dicens Ioann. ſic fuit in ſpiritu, quod tamen ipſã car-
nem funditus non deſeruit, ſed ſpiritui æternitatis ad-
hæſit mens eius,& a ſpiritu docẽte aſſumptus fuit ſpi-
ritus docendus,ideò tam mirabilia & profunda vidit.
Secundo dico, quod ſpiritus humanus qñque in tan-
tũ amoris feruore ſupra ſe rapitur, vt merito ſpiritus
ſupra ſpiritum eſſe dicatur. Vnde Hugo dicit. Acumẽ Super 7. ange. hiera.
amoris eſt,cum omnia tranſcendendo deſpicit. Super
feruidum autem amoris eſt, cum etiam ſemetipſum
contemnendo relinquit,& in comparatione dilecti ſe
deſpicit,& modo miro fit, vt per dilectionis ignẽ in
illum ſuſtollatur, qui eſt ſupra ſe, & per vim amoris
expellatur & exeat etiam à ſe,nec ſe cogitet, dũ Deũ
ſolum amat. Hæc ille. Hoc modo Petrus fertur ra-
ptus fuiſſe ſupra ſe,quare in actibus dicitur, & Petrus Act. 12.
ad ſe reuerſus dixit,& cætera. Quod Richar. exponẽs Li. 5. de cõ
dicit. Hoc ſanè nõ imprudenter dicitur,qđ Petrus ad temp. c. 1.
longè ſuper hominem fuit,quia longe a ſemetipſo,&
ſupra ſemetipſum receſsit,alioquin non erat à quo ad
ſe reuerteretur. Tertiò dico, quòd ſpiritus humanus
in tantum a ſeipſo quaſi diuiditur,vt ſpiritus ſine ſpiri
tu eſſe dicatur. Vnde in libro Regum legitur. Quod 3.Reg. 10.
videns regina Sabba ſapientiam Salamonis,& domũ,
& habitacula,& cętera non habebat vltra ſpiritũ. Qđ
exponens Richardus dicit. Nonne rectè dicitur,ſpiri- Vbi ſupra
tum ſemetipſum non habere, quando incipit a ſemet cap. 21.
ipſo omnino deficere,& à ſuo eſſe in ſuper mundanũ
quendam,& vere pluſquam mundanum, vel humanũ
ſtatum tranſire, & mirabili transfiguratione ſpiritus
ille ab humano videatur in diuinum deficere? ita vt
ipſe iam non ipſe, eo duntaxat tempore quo incipit
Domino altius inhærere,qui autẽ adhæret Deo,vnus
ſpiritus eſt, & ſic totus illud diuinitatis archanum in-
trat clamans cum Pſalmiſta. Defecit in ſalutare tuum
anima mea. hæc ille.

Diſtinctio quarta.

QVartò videndum eſt,quibus pedibus & greſsi- Pedes nři ſpũs ſũt intellect', & affectus.
bus ſpiritus noſter in illud intrinſecum ſecretũ,
& ſpirituale manerium ingrediatur. De quo no
tandum,quòd ſicut dicit Vercellen. ſuper Can. Pedes
noſtri ſpiritus ſunt intellectus & affectus, quibus fre-
quẽter anima deuota carpit itinera æternitatis. Ratio
autem huius eſt,quòd ſpiritus noſter per intellectũ &
affectum ſe ad æterna extendit, & eo attingit aliqua-
liter. Vnde Hugo libro primo de arca Noe dicit. Hoc
eſt ad Deum tendere, & ad ipſum pertingere, ſem-
per eum per deſiderium quærere, per cogitationẽ in-
uenire,& per guſtum tangere, & commẽtator Hugo
ſuper ſeptima angelicæ hierarch. dicit. Mentes cœle
ſtes ſiue ſpiritus rationales, ad interiora mentis cogni
tione & dilectione accedunt,& proximi fiunt ſecun-
dum excellentiſsimam collocationem, quam habent
iuxta Deũ,vbi eſt intrinſecum ſpiritus noſtri,vt ſupra
dictum eſt. Sed notandum,quod pedes ſpiritus noſtri
oportet eſſe mundos,& puros, quia nihil inquinatum
intrabit intra ſecretum Domini Ieſu, & cum pedes
ſpiritus humani quandoque tangant terram median-
te ſenſualitate, & etiam ne puluis terrenus eis adhæ-

Digitized by Google

reat, ideo indigent frequēti lotione, & mundatione, vt ostendit Dominus quando dixit. Qui lotus est, nō indiget nisi vt pedes lauet, id est qui sine peccato mortali est, non indiget capitis lotione. Cuius ratio est, quia caput nostri spiritus est intelligentia, quæ in viris sanctis immediatè cōiūgitur Deo, vt dicit Beatus Augustinus in suo libro de spiritu & anima. ideo lotione nō indiget. Nec tales indigēt lotione manuum, quia opera eorum munda sunt, propter munditiam capitis, ea in Deū ordinātis, sed indigēt lotione pedū. Cuius ratio est secundū Augustinū, & Orig. Quia impossibile est, hominem aliquando nō peccare venialiter, & nō habere aliquā inordinationem in sua sensualitate, propter continuā conuersationē in terris, ex qua contrahitur aliqua macula impuritatis in affectu, & ex hoc ruga obscuritatis in intellectu. Vnde Orig. dicit. Ego impossibile puto, non contaminari extrema animæ & infima eius, quanquam quis perfectus quo ad homines reputetur. ideo charissimi discipuli domini sunt qui solum pedum indigent lotione. Hos pedes bene lotos timuit coinquinari sponsa, qn̄ dixit. Laui pedes meos, Gl. id est cogitationes meas, quibus aliquando terrā tangere solebā, quos secretis fletibus cōpunctionis ablui, vt intrare merear cęlestem patriam. Quomodo ergo iterum coinquinabo illos? Vercellen. dicit. Quomodo coinquinabo illos iterū umbris & imaginibus temporalium, cum etiā intellectuales operationes, & formæ in hoc loco. in superintellectuali exercitio reputētur maculæ & offendicula? Hæc ille. Secundo notandū est, quod quia multa offendicula & diuersa in istis itineribus æternitatis sunt, quibus spiritus noster impeditur, & retardatur ab ingressu illius intrinseci secreti, ideo oportet vt spiritus noster non solū habeat pedes ab immunditiis lotos, sed etiam ad ambulādum exercitatos, & agilitate veloces. Vnde Dionysius dicit. Qđ pedes in scriptura significāt virtutem motiuam, acute penetrantem, & velocē, idest semper tendentem in diuina, & sequitur, propter quod alatos, theologia figurauit pedes sanctorum intellectuū, quod significatur, reductiuam velocitatem, & supernis inuectiuam ab omni terrestri deprimentem. Hæc Dionysius. Horum pedum velocē agilitatem habuit propheta Dauid cum dicit. Qui perfecit pedes meos quasi ceruorum. Quod Gregorius exponens 26. moral. dicit. Ceruus cum iuga montium ascendit, quæque aspera & obiecta transgreditur, donec ad superiora eleuetur, nō solum currit, sed etiam saltat, ita etiam electorum mētes quæcunque sibi obuia respiciunt, contemplationis saltu transcendunt, donec se ad superna euehunt. Tertio notandū, quod oportet quod pedes spiritus nostri nō solum ad ambulandum sint expediti, sed etiā per amorem ad penetrandum acuti, vt spiritus potēter omnia transire possit, dicens cum Psal. & in Deo meo trāsgredior murū. Quod Gregorii. exponens, vbi supra, dicit, Murus est omne quod itineri nostro obiicitur, cū ad dilectum trāsitur, quem transgredimur, cum præ amore supernæ patriæ, omnia hui⁹ mūdi obiecta calcam⁹. Hæc ille. Et sicut dicit Augustin. ire ad Deū tanto nobis melius est, quāto magis ad illū imus, quo nihil melius est. Imus autem non ambulando sed amando, quē tanto habebimus præsentiorem, quanto amorem quo in eum tendimus, habebimus puriorem. Hæc August. gressus ergo mentales, & pedes spiritus, non sunt corporales sed spirituales. Et ideo Gregorius 21. Moral. dicit. Ad se quippe venire præcipit Deus, nō gressib⁹ corporis, sed profectibus amoris, & spiritus, veritate dicēte. Venite ad me omnes, qui laboratis. Et Augus. Iter tuum voluntas sua est, amādo ascendis, negligendo descēdis, stans in terra in cælo es, si diligis Deum, & sic patet de passibus spiritualibus.

Ioan. 13.

Impossibile ē hoīem aliqn̄ non peccare venialiter.

Can. 5.

De angelica hie. c. 3. Pedes in scriptura quid significent.

Psalm. 17.

Psalm. 17.

In epist. ad Macedon.

Matt. 11.

In Psa. 75.

Distinctio quinta.

Quinto uidendum est, qualiter spiritus noster in illo intrinseco manerio multipliciter esse dicatur. Circa quod notandum est, qꝫ cum Apostolus dicat, quod in domino Iesu sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi, quis potest inuestigare & enarrare magnitudinem & multitudinē diuitiarum & delitiarū istius intrinseci & secreti cubiculi, nisi quantum quilibet per fidem illuminatus, & per charitatem inflammatus, in illo habitare consueuerit, & per aliqualem experiētiam didicerit? Vnde dicit Bernar. In hoc arcanum, in hoc sanctuarium Dei, si quem forte vestrū aliqua hora sic rapi, & sic abscondi contigerit, vt nemo eum noceat, vel auocet, aut perturbet, vel sensus egēs, vel cura pungens, vel culpa mordens, uel ea certe quæ difficilius amouentur, irruentia imaginum corporalium fantasmata, poterit quidem hic cum ad nos reducitur gloriari, dicens, Introduxit me rex in cubiculum suum. Et ibidē quasi admirādo exclamat dicens. O vere quietus locus est, quē non immerito nomina cubiculi censuerim, in quo Deus non turbatus ira, nec uelut distractus cura prospicitur, sed probatur uoluntas eius bona, & beneplacens, & perfecta. Visio ista non terret sed mulcet, inquietam curiositatem non excitat sed sedat, nec fatigat sensus sed trāquillat, hic uere quietus Dominus quiescit, Deus trāquillus qui tranquillat omnia, & quietū aspicere quiescere est. Hæc Bernardus. Hi qui secreta illius cubiculi ingrediuntur, siue gazophilacii secretum inhabitāt, per ueram fidem & charitatem, magni sunt, quia magna audiunt, & percipiunt magna, introducti in plenitudinem æternorum & diuinorum thesaurorum in illo absconditorum. Et ideo Bernard. dicit. Quod hi qui magni sunt fide & charitate, digni inueniuntur, vt inducātur in omnē plenitudinē Dei, nec in omnib. apothecis sapiētiæ aliquid, à quò Deus scientiarū Dominus, arcēdos censet cupidos ueritatis, non conscios uanitatis. Et infra sic dicit. Istiusmodi sapientibus spiritibus magnus occurrit sponsus, & magnificabit facere cum eis, emittens lucem suam, & ueritatem suam, eosque adducens, & deducens in montem sanctū suum, in tabernacula sua. Regē in decore suo uidebunt, præeuntem se ad speciosa deserti. & ad flores rosarum, ad lilia conuallium, ad amœna hortorum, ad irrigua fontium, & ad delitias cellariorum, ad odoramenta aromatum, postremo ad ipsa secreta cubiculi. Isti sunt thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei, absconditi penes ipsum. Hæc sunt pascua uitæ, præparata in refectionem animarum sanctarum. Beatus uir qui impleuit desiderium suū ex ipsis. Hæc Bernardus. Sed procul dubio si spiritus humanus quasi ab aīa diuisus, & corpore, q̄doque illud intrinsecum lucis manerium ingrediatur solus, & intus recipiatur, rediens de regione lucis illius intrinseci ad animam & corpus, ipse enarret quales diuitias acceperit, qualia uerba audiuerit, & quales delitias gustauerit, si tamen enarrare potest, quia Gregorius libro 15. moral. dicit. Sæpe amantis animus tantę contemplationis munere impletur, vt uidere ualeat, quod omnino loqui non ualeat. Si autem enarrare nō poterit, saltem ut alter Moyses descendens à cōsortio Domini in anima & corpore aliqua signa, & testimonia secum ferat, testificantia quod in regione lucis fuerat. Dicit enim Hugo. Ecce dum de illo diuino interNæ cōtemplationis secreto reuertimur, quid nobiscū afferre poterimus nisi lucem? Lucem de regione lucis uenientes portamus. Hoc enim decens & necessarium est, ut cum à lucis regione uenimus ad fugandas nostras tenebras, nobiscum lucem apportemus.

Et quis

Colo. 2.

In Canti. serm. 22.

In Canti. Ser. 32.

In li. de tribus diebus circa fi.

Et quis scire poterit, quod ibi fuerimus, si illuminati non redimus? Sed si vidimus patris potentiam, apportemus lucem diuini timoris. Si vidimus filii sapientiã, apportemus lucem veritatis. Si vidimus spiritussancti clementiam, apportemus lucem dilectionis. Potentia, torpentes excitet ad timorem. Sapientia, ignorantiæ tenebris excæcatos illuminet. Clementia, calore charitatis frigidos inflammet. Hæc ille.

Distinctio sexta.

Sexto vidẽdum est, qualiter spiritus noster cum in illud intrinsecum manerium æternale fuerit introductus, in illo stabiliatur & perpetuetur, ita tamẽ quòd ad impetium regis egrediatur, & ingrediatur ad naturam humanam imitandam, & contemplandam diuinam De quo sciẽdum est, quòd spũs noster in illo arcano secreto per ueram fidem collocatur & stabilitur, & per sanctam charitatem in eodem perpetuatur. De fidei collocatione & stabilitione dicit Dionysius. Quod circa veritatem verè existentem & non errantem, versatur fides diuina, quæ est stabilis collatio credẽtium, collocans illos in veritate, & firmans simplicem veritatem in transmutabili identitate in ipsis credentibus, habentibus cognitionem veritatis, & ideo credentem in veritate nihil mouebit, teste scri. tura quæ ait. Nihil mouebit a lætitia quæ est secundum veram fidem, sed habebit in ea permanentiam immobilis & intransmutabilis identitatis. Sequitur. Qui.n. veritati vnitus est, ex ipsa vnione bene nouit quod bene sentit, quamuis multi corripiant ipsum, tanquam mẽtis excessum passum, siue furiosum, ipse tamen bene nouit seipsum nõ furentem, vt errantes ei imponunt, sed per simplicem veritatem semper eandem, & eodem modo se habentem, liberatum ab instabili & variabili diuisione contra errorem. Hæc Dion. Ex his apparere potest, quòd fides spiritum nostrum in illo intrinseco manerio Iesu collocat & stabilitat, vnde dicit Isa. Si nõ credideritis, non permanebitis, s. in Deo. Et Eusebius in glo. super illud Luc. vbi thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit, dicit sic. Qui mentem applicauerat ad cęlestia, ibi mentem habebit, vt videatur solo corpore cum hominib. conuersari, animo vero iam sit aggressus mansiones cœlestes. Hæc ille. De charitatis autem perpetuatione, videst qualiter spiritus noster in intrinseco Domini Iesu perpetuetur. Notandum, quod cum Io. dicat Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, ergo quandiu spiritus manet in charitate, tãdiu manet in Deo siue in intrinseco Domini Iesu, sed spiritus noster in æternũ potest in charitate manere cũ adiutorio Dei, ergo in æternũ potest manere in Deo. Vnde in libr. de spiritu & anima dicitur. Quod anima habet in se amorem, quo semper potest stare cũ Deo. Quod autem spiritus noster in æternum possit stare cum Deo, & manere in charitate, ostendit Apostolus ad Rom. vbi dicit Quis potest nos separare a charitate Christi? quasi dicat. Nemo. immo nulla creatura, sicut ipse postea probat, ergo nulla creatura potest nos eijcere ab illo intrinseco, nec ipse Deus vult eiicere, vt ipse dicit in Ioan. Quandiu enim sumus charitate vestiti, licet nosipsos per peccatum eiicere possimus, nõ tamen distantia locali, cum Deus sit vbiq; sed distantia dissimilitudinis. Dicit enim August. 1 de trinit. Nõ locorũ interuallis, sed similitudine acceditur ad Deũ, & dissimilitudine disceditur ab eo. Quod autem nulla creatura possit nos separare a charitate Dei, quæ nobis in Christo datur, ostendit Apostolus ibidẽ di. Certus sum quòd neq. mors, s. quam minantur, separabit nos a charitate Dei. Cuius rationem assignat Aug. de moribus Ecclesiæ. d. Licet corpus nostrum possit mori, tamen ipsum quo diligimus Deum, s. anima mori non potest, nisi dum nõ diligit Deum, cui mors est non diligere Deum, quod nihil aliud est, quàm ei in diligendo aliquid præponere. Alia est ratio secundum Amb. Quia mors erat sanctis occasio eundi ad præmium promissum, & quasi ianua, ergo mors non potest nos separare a charitate Christi, ergo non potest abiicere ab eo. Secũdo neq. vita inquit Apostolus, s. promissa, potest nos separare a charitate. Cuius rationẽ assignat Aug. in lib. de morib. Ecclesiæ. di. Quia Deus fons vitæ, sicut ergo nemo separat a fonte aquæ promittẽdo aquam, ita nemo separat a fonte Vitæ promittendo vitam. Vocẽ ẽnis dicit in Io. Qui credit in me, habebit vitam æternam. Tertio inquit Apostolus. Neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inferiores, neque medii, neque superiores poterunt nos separare a charitate Dei, cuius ratio est secundum Augus. quia Angeli cum inhæremus Deo, nõ sunt mente nostra potentiores, immo toto mundo superior est mẽs inhærens Deo, ut ait Aug. de moribus Ecclesiæ. Quomodo ergo separabunt nos a charitate Christi, ad quã nos etiam hortantur? ergo nec nos eiicient. Quarto, inquit, Apostolus Neque instantia, id est instantes molestiæ nos a Deo separabunt. Quia eo ipso eas leuiores sentimus quo ei a quo nos separare moliuntur, arctius inhæremus, charitas enim omnia sustinet, & est vita morientium, ait Augus. de laude charitatis, ergo non separat sed vnit. Quinto, inquit Apostolus. Neq; futura, i. promissio futurorum nos a charitate separabunt. Cuius ratio est secundum Aug. de morib. Ecclesiæ, quia quicquid boni futurorum est, certius promittit Deus, & nihil est ipso Deo melius, qui perfectè inhærentibus sibi iam præsens est, ergo nec talia separant a charitate, ergo nec eiciũt a Deo. Sexto, inquit Apostolus. Neque fortitudo, id est uiolentia alicuius poterit nos separare a charitate Dei neque altitudo, i. prosperitas, neque profundum, i. aduersitas poterunt nos separare a charitate Christi, neque alia creatura. Cuius rationem innuit Apostolus in eodem c. d. Quia bonis omnia cooperantur in bonum, ergo non separant nisi nos velimus per charitatem, ergo quæ, ut dicit Apostolus, omnia potest, omnia sustinet, & nunquã excidet spiritus noster in illo intrinseco ubi est fons uitæ, & charitas potest manere semper, maxime cũ charitas uoluntates nostras ad Deum, quasi ad centrum proprium incliner, & nos sibi incorporet, & uoluntas perfectè concordet, quæ maximè amantium refectionem consumant & perpetuant. Vnde dicit Dominus, Eum qui venit ad me, non eiiciam foras Quod Augu. exponit di. Veniamus ad Deum, intremus ad Deum, & incorporemur ei, ut nos non faciamus voluntatem nostram, sed uoluntatem Dei, & non eiiciet nos foras .s. in exilium tenebrarum æternarum, sed siue ingrediamur, siue egrediamur, pascua inueniemus nostram nutrientia charitatem, quæ nos perpetuat in Christo, quia qui manet in charitate, in Deo manet, sicut dicit Ioan.

Distinctio septima.

Septimo postquam visum est, quid sit illud intrinsecum secretũ, & æternale manerium in Christo, & qualiter in illo intrinseco uariæ mansiones distinguuntur, & secundum quid hõ in illud intromittatur. Visu ẽt quid sũs in huiusmodi dicatur, & quib. pedib. illud intrinsecũ ingrediatur, & qualiter humanus spũs in illo dicatur, stabilitur, & perpetuatur Videndũ est, quæ & quot sũt itinera, per quæ ad illud intrinsecũ secretũ & æternale manerium, spũs humanus accedat & ingrediatur.

Circa

De diuin. hom. c. 7.

Rom. 8.

Isa. 7.

Euse. sup Luc. 12.

1. Io. 4.

Rom. 8. Expositio illius autho. Paul. Quis nos separabit, &c.

Ioan. 6.

Ioan. 5.

1. ad Co. 13.

Ioan. 6.

1. Ioan. 4.

Quib. itinerib. spũs humanus ad sũalẽ mansionẽ perueniat.

Circa quod sciendum est, quod (sicut dicitur in libro de spiritu & anima) duo sunt loca, inter quæ spiritus humanus existens, ad vtrunque se mouere potest, siue itinerare. Deus enim est in summo, mundus verò in immo. Ille scilicet Deus in eodē statu æternitatis suæ immobilis existit, ideò ipse solus est æternitate mensurabilis. Cuius rō est, quia sicut Boetius in lib. de cōsolatione dicit. Aeternitas est interminabilis vitę tota simul & perfecta possessio. quæ nulli creaturæ cōuenit, sed soli Deo, vt patet consideranti huius diffinitionis partes. Iste aūt mundus cursu mutabilitatis suæ sp instabilis fuit, & ideò tpe mensuratur, quia tempus est mensura motus mutabilium rerum, non permanētium, sed succedentium vt fit, & ideò talia dicuntur tēporalia. Rationalis autem spiritus quasi in quodam medio est constitutus, sed medium oportet participare naturā extremorū, pp connexionem vniuersi, & ideò oportet, quòd spiritus noster in aliquo cōueniat cum æternis, & in aliquo cum temporalibus. Cū ęternis conuenit in hoc, quòd secundum substantiam omnino est stabilis perpetuo, in ęternum manens, & ideò quoad hoc non mensuratur tempore transeunte, quia illo corruptibilia mensurantur, nec mensuratur ęternitate, quia illa soli Deo conuenit, ergo necessariò mensuratur mensura media. s. æuo, quod est quædā participatio æternitatis. Vnde Dion. de di. no. dicit, quòd æuū dicitur quieta & tota simul vita. Et Dam. dicit, q̄ æuū non est tēpus nec pars temporis, sed qd̄ simul protenditur cū æternis. s. secundum perpetuationem. Vnde in li. de spiritu & aīa dicitur. Spiritus humanus quadam conditionis suę excellentia, huic mutabilitati quæ deorsum est supereminet, quasi creatus in orizonte æternitatis, & ideò ad illā, quæ est apud Deū immutabilitatē, nondū peruenit, quamuis pertingere possit cū Angelis. Spiritus. n. noster conuenit cū temporalibus in hoc, quòd secūdum operationes aliquas est mutabilis, & in eis successiones patitur. Vnde in lib. de spiritu & anima dicitur. Si spiritus noster ī his qui deorsū transeūt se per cupiditatē immerserit, statim per infinitas distractiones siue itinera rapietur, & seipso quodāmodo diuisus dissipabitur, & iō quoad istas operationes, tēporalis efficitur, quia tpe mensuratur. De hac istabilitate & mutabilitate dicit Hugo de arca Noæ sic. Dum cor nostrum siue spiritus nr per desideria fluere cœperit, quasi in tot diuisum est, quot sunt ea quæ concupiscit. Hinc nascitur motus sine stabilitate, labor sine requie, cursus sine peruētione, ita vt semper sit inquietus spiritus noster, donec illic inherere cęperit, vbi desiderio suo nihil deesse gaudeat, & quæ diligit, semper mansura cōfidat & credat. Hæc ille. Ex quo concluditur, qd̄ necesse est, qd̄ spiritus humanus habeat aliquas operationes, q̄ maneant secundū suā substantiam, licet vna alteri succedat, q accidit, vbi sunt operationes intrinsecæ intellectus, & affectus, maximè qn̄ in æternis figūtur. quas operationes exercere posset spūs humanus, ēt si celū staret, vel si nullum esset tps, vt patet per Augu. nec mirum cum sit spiritus humanus supra tps, existens in carne tēporali. Dicit enim Gregorius in moralib. Subleuata mens, id est spiritus, extra terminos tēporum ducitur, etiam cum à carne in tempore tenetur. & in lib. de spiritu & anima. Si spiritus humanus ab hac infima distractione quæ deorsum est erexerit se, & hæc infima deserens, atq. paulatim se in vnū colligens, secū esse didicerit, tantò amplius in vnū colligitur, quantò magis desiderio & cognitione sursū eleuabitur, donec tandē omnino immutabilis fit, & ad illā veram & vnicā (quæ apud Deum est) immutabilitatē perueniat, vt perpetuo sine vi mutabilitatis vicissitudine requiescat, iā in intrinseco Domini perfectè collocatur. Hæc ille. Ex his patet, qd̄ sicut spūs humanus ex inordinato amore tēporalium aggrauatus, descēdit ab æternis per aliqua itinera iniquitatis deorsū ad temporalia, sic spiritus humanus ex ordinato amore æternorū alleuiatus ascendit sursum, per itinera recte æquitatis ad æterna, & sicut ille per septē itinera, obliqua descendit ad tpalia, ita iste per septem itinera recta ascendit ad æterna, propter quod itinera ęternitatis nuncupantur. Itinera ergo æternitatis ducētia ad intrinsecum secretum, & æternale manerium Domini sunt hæc. s. Aeternorum recta intentio. Aeternorū studiosa meditatio. Aeternorum limpida contemplatio. Aeternorum charitatiua affectio. Aeternorum secreta reuelatio. Aeternorum exprimentalis prægusta tio. Aeternorum deiformis operatio. Ad itinerādum autem in his septem itineribus æternitatis, Dominus amorosè inuitat spiritum humanum, ostendēs, & promittens ei septem adminicula, cooperantia ad ambulandum in itineribus æternitatis. Illam autem inuitationem mens humana diligenter aduertat. Quia sicut dicit Vercell. super Cant. Nihil est quod ad cōtinuos sponsę profectus eam promoueat efficacius, quā Deū imitari, & ab eo inuitari effectiue. Hoc quidem exercitio continuo, vniformiter proficiunt cęlestes substantiæ, quæ non cessant post sponsum ingredi. Totus enim cursus amoris in assidua & continua huiusmodi inuitatione consistit, vt in fine libri Cant. patet, dicit ergo. Surge propera amica mea, & colūba mea, formosa mea & veni. Amica, quia amans & amata. Ego. n. diligo diligentes me. Colūba mea, quia spiritu simplificata sicut scriptum est in Matth. Estote simplices sicut columbæ. Formosa mea, quia ad imaginē & similitudinem Dei facta, vt dicitur in Gen. Surge igitur a temporalibus ad æterna tendēdo, & propera, æterna inuestigando, & veni, æternitatem meā ingrediendo. Huius petitionis reddit causam, dicens. Surge propera amica mea & veni, quia iā est itinerādi oportunitas temporanea, quia iam hyems transijt peccati infrigidantis, & itinera ambulantium obliquantis. Quia iam est itinerum optata facilitas, quia iā imber abijt & recessit, curæ distrahentis & itinerantes impedientis. Quia iā est itinerantiū amœna iucūditas, quia iam flores apparuerunt in terra nostra. Quia iam tps vernale venit, ex præsentia diuini solis in terra nostræ carnis. Quia iam est per ambulātiū alleuiata agilitas, quia iam tempus putationis aduenit, quo spūs noster exoneratur ab omnibus superfluis & vanis. Quia iam est viatum reuelata veritas, quia vox turturis audita est in terra nostra verbi incarnati, omnem veritatem docentis. Quia iam est viatici desiderata sacietas, quia ficus protulit grossos suos, scilicet pater fons dulcedinis, filiū panem omnis suauitatis, & spiritum sanctum potum sobriæ ebrietatis. Quia iā est medij odorifera suauitas, quia vineæ florentes odorem suū dederunt, id est potentiæ fœcundæ dederūt odorē bonæ famæ ex operibus odoriferis, quia bonus odor Christi sūt. Igitur surge, propera amica mea & veni. Vnde dicit Origenes. Quis iā non surget? quis non properet? aut quis non veniet vbi tot vtilitatum insignia cōcurrūt? singula istorū adminiculorū applicabuntur singulis itineribus, vt patebit infrà, & hæc itinera abscondita sunt a sapientibus & prudentib. huius mundi, & reuelata sūt paruulis, id est humilib. Vnde dicit Abac. Incuruati sūt colles mūdi. i. sapiētes, ab itinerib. ęternitatis eius, id est, obliquati sūt à vijs rectis æterni Dei, ga qui a recta via declināt, quāto plus vadūt, tāto plus a termino rectę viæ recedūt, & quāto pl' se sapiētes mūdi ab ęterna veritate auertūt, tantò plus stulti facti in tpalib. euanuerūt, dicētes illud. Sap. Sol. intelligētię nō est ortus nobis, lassati sumus in via iniquitatis viam

Domini

[Margin notes: Diffinitio ęternitatis. — Triplex mēsura cū tiū. s. tēpus æui, & ęternum. — Lib. 3. c. 1. — Septem itinera. — Cant. 5. Prou. 8. — Matth. 10. Gen. 1. — 2. ad Cor. 2. — Abac. 3. — Sap. 5.]

Domini ignorauimus. Cum ergo Auguſt. 14. & 15. de Trinitate dicit, quòd ſpiritus noſter ad imaginem & ſimilitudinem Dei æterni ſit, & ex hoc æternitatis capax ſit, & ex hoc ſortiatur quandam iam participationem, dum etiam ſecũdum ſubſtantiam & ſecundum aliquas operationes intrinſecas ſit ſupra tempus, quia in æuo quod eſt quædam æternitatis participatio, vt ſupra dictum eſt, ideo ſpiritus noſter humiliatus & cõtritus, & a Deo amoroſe inuitatus ad veniẽdum per itinera ęternitatis, ad ſuum intrinſecum ſecretum, & ęternale manerium, ſecure & gaudens cum Pſal. petat dicens. Deduc me Domine in via æterna. Pſalm. 38.

De itineribus, quibus ad illud intrinſecum ſecretum, & æternale manerium in Chriſto acceditur.

De primo itinere æternitatis. Sectionis ſecundæ. Partic. 1.

PRimum igitur iter ęternitatis (quod eſt ęternorum recta intentio) ſpiritus humanus deſiderio ęternorũ ab omnibus alleuiatus, et ad perambulandũ incitatus & expeditus, primo aggrediatur vnum ęternum intendendo, vnum æternum attendendo, vnum ęternum ingrediendo, in vno ęterno permanendo, propter vnum ęternum quod eſt optimum & neceſſarium, & finis quietans, & conſummans multitudinem omnium deſideriorum in vnum, quod non auferetur ab eo in ęternum. Sed quia

Luc. 10.

nemo caute itinerat, q vias itineris ignorat, iõ ad cognitionem iſtius viæ ſiue itineris, quòd eſt ęternorum recta intentio, oportet ſex conſiderare per ordinem. Primum eſt, quę ſit neceſſitas iſtius itineris, & quare alijs itineribus pręmittatur. Secundum eſt, quid ſit intentio, & a qua potentia animę oriatur. Tertium eſt, qualiter intentio deiformis, & ęterna efficiatur. Quartum eſt, per quę ſigna intentio recta ſimplex & perfecta cognoſcatur. Quintum eſt, qualiter per intentionem rectam ad intrinſecum ęternum Ieſu ſpiritus humanus accedat & ingrediatur. Sextum, qualiter ſpiritus humanus ad veniendum per iter illud, ad intrinſecum ęternũ Ieſu dulciter & amanter ab eo inuitatur.

Diſtinctio 1.

Intẽtio primum iter.

PRimo igitur videndum eſt, q̃ ſit neceſſitas iſtius itineris, quod eſt ęternorũ recta intentio, & quare alia itinera pręcedat. Circa quod notandum eſt, quod cum intentio finem actionis & itineris nobis pręoſtendat, vt dicit Greg. 28. moral. vbi ſic dicit. intentio priuſquam ſe in actione exerceat, hoc iam quod appetit contemplatur. Item cum intentio actionem dirigat noſtram in operatione, vt dicit Greg. ibidem. vbi dicit ſic. Vnaquęque actio intentionem ſuam quaſi intuẽtem oculum ſequitur, Itẽ cum intentio opi nr̃o quaſi fundamẽtũ finale ꝯſtituatur vt dicit Greg. 28. mor. vbi dicit ſic. Sicut fabrica columnis, columnę autẽ caſib. fulciuntur, ita vita noſtra virtutibus, virtutes vero intima intentione ſubſiſtunt. Item rationabiliter iter intentionis alia itinera pręcedere debet. Vnde Greg. ibidem dicit. Vigilanti cura per cuncta opera intentio noſtra nobis penſanda eſt, vt nihil temporale in his quę agit appetat, ſed totum ſe in ſoliditatem ęternitatis figat, ne ſi extra fundamentum noſtrę actionis fabrica ponatur, totum opus in nihilum ſoluatur, quia etiam ſumma opera inaniter fiunt, ſi intentiones cordium extra ęternitatis certitudinem deflectuntur. Hęc ille. Et ibidem dicit. Si recta intentio in operatione non tenetur, totum opus amittitur & deturpatur, ſi autem recte intendimus, bonum opus efficitur, etiam ſi minus bonum extra videatur, plane ergo patere poteſt illius itineris neceſſitas in ordine reſpectu aliorum.

Diſtinctio 2.

SEcundo videndum eſt, quid ſit intentio, & a qua potentia animę oriatur. De quo notandum eſt, ꝙ ſicut dicit Anſel. lib. de concord. pręſci. & lib. arb. Voluntas eſt inſtrumentum ſeipſum mouens, & omnia alia inſtrumenta quibus ſponte vtimur, & quæ ſunt in nobis, vt manum, linguam, viſum, & cętera huiuſmodi, & quę ſunt extra nos, vt ſtilum, ſecurim, & cętera huiuſmodi, & facit omnes voluntarios motus, ipſa vero ſe ſuis affectionibus mouet in finem deſideratum, & ideo ſola voluntas elicit actum intentionis proprię dictæ & principaliter, ſed a ratione ſiue intellectu dirigente ſiue dictante. Et nota, quòd hæc intentio non fit ſine amoris deſiderio, quia quanto maior eſt amor finis, tãto vehementior eſt motus intentionis in finem, ita quòd amor mouet in finem deſideratum, ſed intentio omnia ꝑ quæ amor poteſt conſequi hunc finem deſideratum, ordinat, & diſponit ad illius finis conſecutionem. Vnde glo. ſuper illud Pſal. In laqueo iſto quem abſconderunt, dicit ꝙ pes animæ eſt amor, & eo mouetur anima ad locum, quaſi ad terminum ad quem tendit, id eſt ad dilectionem bonam vel malam, quo ſe perueniſſe ad amorem lętatur, amor autẽ eſt actus voluntatis. Ex quo patet, ꝙ intentio proprie & principaliter eſt actus volũtatis elicientis, & libere ordinãtis & mouẽtis in finẽ, & a ratione directus. Et nota, quòd iſta intentio vt eſt a voluntate per gratiam formata, non ſolum actualis, ſed & habitualis facit actum & opus meritoriũ. Cuius ratio eſt, quia præter naturalem bonitatem quæ eſt in actu voluntatis, eo ipſo quo eſt ens, tota alia bonitas ipſius eſt ex eius ſufficienti ordine intentionis ad debitũ finẽ. Tunc aũt eſt debiti finis ſufficiens ordo, qñ ex parte agentis per intentionem bonam, fit ordinatio actus ſui in debitum finem, & quando ex parte actus eſt, ꝙ ſit ordinabilis ad illum finẽ, vt ꝑ ipſum poſſit finis acquiri, i. qđ actus ſit de genere bonorũ, talis. n. ordo includit bonitatem eſſe in actu, quæ ſibi debetur ex obiecto debito, & ex forma debita, quæ eſt charitas, & ex circunſtantia & ex debito fine. Deficiente autem altero iſtorum, actus vitioſus eſt. Ex quo patet, quod etiam actus indifferens per ordinationem debitam, & debitum finem fit meritorius, quia intentio recta ſi ſit actualiter a voluntate elicita mediante gratia, addit aliquam bonitatem ſupra habitum, cui debetur præmium ſubſtantiale. Per actus enim volũtatis elicitos ex gratia, meremur vitam æternam. Ex his etiam patet, ꝙ intentio actualis eſt perfectio & magis meritoria habituali, quia addit aliquam bonitatem ſupra habitualẽ. Vñ Greg. 28. moral. dicit. Sicut lucerna corporis eſt oculus carnalis lucens toti corpori, ita per radium intentionis illuſtrantur itinera actionis. Nam dicit Dominus. Intẽtio ſicut lucerna fulgoris illuminabit te.

Voluntas quid.

Pſalm. 30.

Intẽtionis deſcriptio.

Intentio actualis maioris eſt meriti, q̃ habitualis.

Luc. 11.

Diſtinctio 3.

TErtio videndum eſt, qualiter intentio rectificetur, & ex hoc deiformis & quaſi æterna efficiatur. De quo notãdum eſt, ꝙ ſicut dicit Hugo lib. 1. de arca Noe. Cor hominis quod prius amore diuino ſtabile & fixum in æternitate perſiſtit, quia vnum amando vnũ permanſit, poſtquã aũt per deſideria terrena defluere cępit, quaſi in tot diuiſum eſt, quot ea ſunt quæ concupiſcit. ergo ſecundum diuerſitatem concupiſcẽtię ſiue amoris erit diuerſitas intentionis. Vnde Bernardus

In Cant. Ser. 40.

nardus super Cantica ostendit, q̃ si amans turpia appetit, etiã intentio turpis erit, & fœdans faciem animæ vel spiritus, & si honesta, etiam intentio recta erit. Vnde Bern. ibidem describit diuersas intentiones, secundum diuersas affectiones. Primo ergo secundum Bern. est quædam intentio peruersa & iniqua, vt illa quæ procedit ex voluntate affectata carnaliter, siue ex amore carnali tendens ad finem, qui contrarius est vltimo fini & æterno, vt est intentio illorum, qui terrena sapiunt, quorum Deus venter est, qui intendunt gulæ, vt magis possint exercere actus luxuriæ. Talis intentio est obstinatorum in temporalium amore. Vnde Bern. ibidem dicit. Tendere non in Deum sed in sæculum secularis animæ est, vt dictum est, & habet talis faciem fœtidissimam fœtore peccati. Secundo est intentio quædam ficta & falsa, vt quæ procedit ex voluntate affectata mendaciter tendẽs in Deum apparenter & false & non vere, quia propter fauorem hominum, de qua dicit Bern. ibidem, Tendere quasi in Deum, sed non propter Deum hypocritæ plane animæ est, omnem decorem animæ exterminantis, & totam illam fœdantis propter turpitudinem hypocrisis. Tertio intentio quædam est obliqua & mercenaria, vt quæ procedit ex voluntate affectata pusillanimiter, tendens in Deum non propter Deum, sed propter præsentis vitę necessaria, ex qua recuratur ad se. Vnde mercenaria est, quia veris filijs non conuenit, vt patet p Amb. qui dicit in glo. Luc. 3. sic. Filius qui habet sancti spiritus pignus, in sæculari corde mercedis lucra non q̃rit sed seruat ius hæredis. De hac intentione dicit Bern. ibidem. Si autem intentio solum vel maxime ob vitæ præsentis necessaria, se ad Deum conuertit, non quidem fece hypocrisis fœtidam, pusillanimitatis tamen vitio dicimus obscuram & minus acceptam eo quòd non quæri Deum propter se, ideo prędicta itinera sunt obliqua & temporalia, non ęterna. Quarto quędam intentio est recta, quę est & propter Deum principaliter, & propter ipsum directa, quæ est actuum bonorum, & hæc procedit ex voluntate affectata spiritualiter, id est æstu diuini amoris calefacta, quæ voluntas sic æstuans, intentionem ad consecutionem æterni finis desiderati operãdo impellit, liquefaciendo in Deum dirigit, nec eam sistere nisi in Deo æterno finit. Vnde Origen. super Cant. ca. 5. dicit. Qui sancto desiderio intus æstuat, ad quolibet opus bonũ habilis inuenitur, quia nihil duri in corde, sed est in intentione portat, quod non feruore æstuantis desiderij in Deum liquescat. Hæc Origen. Hęc tamen intentio perfectum decorem, non habet per omnia, qa adhuc circa multa est occupata, licet propter Deũ. Vnde Bernard. vbi supra dicit. Porro in aliud tendere quã in Deum, & tamen propter Deum, non ocium Mariæ, sed Marthę negociũ est. Absit autem, vt quę huiusmodi est, quicquam dixerim illam habere deforme, nec tamen ad perfectum affirmauerim peruenisse decoris, qp pe quę adhuc solicita est, & turbatur erga plurima, & non potest terrenorum actuum vel tenui puluere non aspergi quem tamen facilè, citoque detergat in hora sanctę deuotionis, vel dormitionis casta intentio, & bonę conscientię interrogatio ad Deum. Hęc Bern. 41. super Cant. Quinto intentio quędam est recta, simplex, et magis immediata, & odore finis ęterni dulciter allecta, quę est contemplatiuorum, & illa procedit ex voluntate finis ęterni affectiua experimentaliter. Experimentalis enim odor vltimi finis, omnia alia aliquo modo contemnere facit, ex quo intentionem in nullo alio fine quiescere facit, sed eam quam potest vltimo fini immediate vnit. Dicit enim Hugo, quod experientia est mater vel magistra intelligentię, & quod ille optime veritatem nouit, qui eam non audiendo solum, sed etiam gustando & faciendo didicit. In tali enim experientia intentio non ambulat, sed quasi currit. In odorem (inquit sponsa) curremus vnguentorum tuorum. Hęc intentio tendit in Dominum solum immediate quantum potest, & propter ipsum, sed vt pluries non totaliter ꝑ pter ipsum solum, sed etiam querit propter se meditari, & consolari, retinens adhuc aliquid de proprio, vt dicit Bernardus. & ideo talis intentio diuisa est. Talis clamat cum Petro. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Et cum Psal. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in ęternum, propter retributionem. Quam tamen intentionem Dominus non reprehendit, quia non principaliter quęrebat mercedem, sed Domini volũtatem, cum multi tales sint in ęterna domo patris. Sexto intentio quędam est immediata, simplificata, & deificata, & amore finis ęterni totaliter attracta. Et hęc est beatorum in patria, & inde intentio fit intentio ęterna, & elicitur a voluntate affectata deiformiter. Deificatio autem (vt dicit Bernar. lib. de diligendo Deum, parum post medîũ) nihil relinquit in voluntate admixtum vel proprium, sed totum per intentionem dirigit in Deum. Vnde dicit ibidem sic. O pura & defecata intentio voluntatis, eo certe defecatior, & purior, quo in ea de proprio nihil iã admixtum relinquitur, eo suauior, & dulcior, quo totum diuinum est quod sentitur, sic affici deificari est, sic omnem tunc in sanctis qui sunt in patria, humanam affectionem, quodam ineffabili modo necesse est quiescere, & a semetipsa liquescere, atque in Dei penitus transformari voluntatem, alioquin quomodo omnia in omnibus erit Deus, si in homine aliquid de homine supereritmanebit quidem substantia, sed in alia forma, in alia gloria, aliaq; potentia, & videtur sentire Ber. hoc impossibile fieri, nisi post resumptionem corporum, cum beati adhuc ante resumptionem corporum, desiderio naturali appetant vnionem corporum suorum. Hęc Bern. idem sentit August. de appetitu corporum, vt patet lib. 12. super Genesim.

Diuersificat intētio nes iuxta diuersitatem affectionum.

Ibid. Ser. 42.

Super 7. Angel. hier.

Can. 1.

Matt. 19.

Psal. 118.

Luc. 15.

Beati in patria appetũt reassũptione corporum.

Distinctio 4.

Quarto videndum est, per quę signa recta & simplex intentio cognoscatur. Circa qđ notandum est, quod huius intentionis, aliqua signa sunt quasi exteriora, & quo ad homines, & quędam interiora, & quoad conscientiam. Signa ergo exteriora rectę & simplicis intentionis (secundum Orig. exponens illud. Quam pulchri sunt gressus tui &c. sunt quinq; Loquens ergo de multa pulchritudine gressuum intẽtionalium dicit. Sponsa calceata pulcherrime incedit, quia rectissima intentione. Post sanctorũ exempla incedit calceata, sed hypocrita nudo pede incedit, quia Deum sequitur corrupta intẽtione, caret enim exemplari pelle, vterque tñ ex fructibus suis cognoscitur. Et ponit ibi quinq; signa rectę & simplicis intentionis, per quę illi ab istis distinguuntur. Primum signum est humanę laudis detestatio, & dicitur glorificatio. Vnde Saluator. Cum facies elemosynã, noli tuba canere ante te, sicut hypocritę faciunt. De hoc dicit Chrys. Tuba est omnis actus, per quem operis iactantia demõstratur. Secundum signum, est sobria tristitia, & exultatio mẽtis. Vnde Christus dicit. Cum ieiunatis nolite fieri, &c. vbi Orig. dic. Nõ inueni verius signũ boni cordis, quam si erumpat foras dulcedine mentis, & frequentia sobrię exultationis & tristitię. Tertiũ signum est ordo correctionis, vt primo a teipso incipias, et post alios corripias. Vnde in Matth. dicitur. Hypocrita eijce primum trabẽ de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Et Origenes ibidem. Nisi fallar nihil aliud appetis, nisi apparere iustus, dum me corripis & te negligis, aut si me & te corripis, quare a

me

In Cant. 7.

Rectę intẽtionis quinque sunt signa.

Matt. 6.

Mat. 7.

me incipis & non a te? Quartum ſignum eſt benignitas
Matt. 23. cópaſſionis. Vnde Saluator di. Vę vobis ſcribę hypocri
tæ, qui alijs clauditis regnum cęlorum, & imponitis eis
grauia onera, &c. Greg. Qui bonus eſt corde, benignus.
eſt compaſſione. Quintum ſignum eſt immobilitas mé
tis, tam in aduerſis quam in proſperis, q̃ vt alter Iob oĩa
ęqualiter acceptat dicens. Si bona accepimus de manu
Iob. 1. Dñi, cur nó ſimiliter & mala? Vnde Greg. exponés illud
Iob. 1. Erat ſimplex & rectus, dicit. Simplex & rectus
eſt ille qui in aduerſis non frangitur, qui ad temporalia
non inclinatur vel incuruatur, qui ad ſuperiora tot' eri
gitur, qui domini voluntati humiliter ſubijcitur, hæc
Greg. Hæc Orig. breuiter enumerat d. Quam pulchri
ſunt greſſus tui in calcaneo tuo filia principis. Si in ope
ribus quæ agis laudem humanam vitas, ſi ſobrie exul-
tas, ſi primo te corripias, ſi alijs benignitatem exhibeas,
ſi patientiam in aduerſis oſtendas. Hæc ſunt ſigna exte
riora. Poſt hæc primo videndum eſt de ſignis interio-
ribus rectæ & ſimplicis intentionis. De hoc nota, quòd
Bern. lib. de præcep. & diſpen. dicit ſic. Quod interior
oculus intentionis veræ ſit ſimplex, duo arbitror illi ne
ceſſaria eſſe, ſcilicet charitatem in intentione, & verita-
tem in electione. Primo neceſſaria eſt charitas in inten
tione. Cuius ratio eſt, q̃a charitas in intentione ad om
nia illa quæ ad finem ſunt principaliter intenta dirigit
& extendit, & per hoc arctius vnit, cum in omnibus v-
num intendit, & ad vnum tendit, & omnia quantumpo
teſt cũ illo vnire quærit. Vnde Greg. in paſtora. di. Cha
ritas diuiſa vnire conſueuit & cor iuſti diuidi per multa
compellit, quod tanto arctius in Deo colligit, quanto il
lud latius per ſancta deſideria ſpargit. Secundo ad hoc
quod oculus intentionis ſit rectus, & vere ſimplex, req
ritur veritas in electione, quia illa non ſinit errare circa
finem intentum. Vnde Bernar. ibidem dicit, Quomodo
denique ſimplex erit oculus intentionalis, cum ignorá
tia veritatis etiam qui bonum diligit, & malum neſcius
agit? Sed illius non immerito oculum ſimplicem duxe-
rim, cui neutrum bonum deſit, quia iſta duo, oculũ in-
tentionis faciunt ſimplicem, ſcilicet amor boni, & co-
gnitio veri. Hæc Bernard. Sic igitur nec charitas inten
tionem ſinit ante finem intẽtum ſtare, nec veritas ſinit
eam circa finem errare. Veritas enim non amat angu-
los, nec ei diuerſoria placent, ait Bernar. Igitur opus per
intentionem bonam agitur, quando illa charitate & ve
ritate munitur, ſpiritum igitur rectum innoua in viſce
ribus meis.

Diſtinctio 5.

QVinto videndum eſt, qualiter per intentio-
nem rectam & ſimplificatam, ſpiritus huma
nus ad intrinſecũ & ęternale maneriũ Dñi
Ieſu accedat, & ingrediatur. De hoc nota,
quod cum recta & ſimplex intentio ſit quædam tendẽ
tia recta ſine obliquitate, & ſimplex ſine admixtione,
in æternitatem a voluntate deſideratam, & a ratione di
ctatã, conſequens eſt, quod intentionis tendentia con-
tinua eſt æternitatis conſideratæ approximatio, & attin
gentia continua. Vnde Hugo primo lib. de arca Noe
dicit ſic. Hoc eſt ad Deum tendere, ſemper eum per de
ſiderium quærere, per cognitionem inuenire, & per gu
ſtum tangere. Intentio charitate & veritate munita,
Cant. 3. omnia temporalia derelinquat, & ad æterna redeat do-
nec intentio tentio fiat, vt dicere poſſit, Inueni quem di
ligit anima mea, tenui eum nec dimittam, donec eum
introducam in omnes mentis capacitates, tam commu
nes quam ſingulares, vbi intentio omnibus inferiori-
bus ſuperfertur, extra mundum conſtituitur, in ęternis
collocatur & quietatur. Vnde Greg. 25. moral. dicit ſic.
Si ſemel in appetitione cœleſtis patriæ forti ſtabilitate
animus pro intentione figitur, minus rerum tempora-
lium perturbatione vexatur. A cunctis quippe exte-
rioribus motibus eandem intentionem ſuá quaſi quen
dam ſecretum ſeceſſum petit, ibiq; incommutabili in-
hærens & mutabilia cuncta tranſcendens, iam ipſa trã
quillitate quietis ſuæ in domo, ſcilicet in mundo, extra
mundum eſt. Excedit quippe omnia ima intentione
ſummorum, & cunctis rebus quas non appetit, liberta-
te quadam ſupereſſe ſe ſentit, nec tempeſtatem rerum
temporalium intus ſuſtinet, quam intuetur foris, quia
terrena omnia quę concupita opprimere mentem pote
rant, deſpecta ſubtus iacent. Vnde per prophetam dici- Hier. 31.
tur. Statue tibi ſpeculum, quia dum quiſque ſpeculatur
ſumma, ſupereminent infima. Hæc Greg. Si igitur ſpi-
ritus noſter in ſe bene ordinatus, cum omnibus actio-
nibus in vnum ſe colligat, ſurſum ad æterna tendat, &
licet quoad aliqua inſtabilis permaneat, intentione ta-
men in æternitate ſtabilis perſiſtit, quæ non niſi in æter
nis ſtabilitur. Dicit Greg. & Hugo lib. 4. de arca Noe.
Quandiu homo ordinem ſuæ naturę tenuit, quamuis
per actionem variaretur, interius tamen per intentio-
nem & amorem ſtabilis permanſit, quia vnum intende
bat, & propter vnum omnia faciebat, vnum diligebat,
& omnium voluntatem atq; actionum ſuarum finem
ad vnum referebat creatorem ſuum, qui ſolus ſufficie-
bat. Hęc ille. Et Baſilius exponens illud Luc. Porrovnũ Luc. 10.
eſt neceſſarium, dicit. Vniformis eſt vita Chriſtiana, ad
vnam tendens intentionem, ſcilicet gloriam Dei, multi
formis vero & varia eſt vita eorum quæ deforis ſunt,
pro libitu ſuo variata.

Diſtinctio 6.

SExto videndum eſt, qualiter ſpiritus ad veniendũ
per iter rectę ſimplicis intentionis ad ęternum in-
trinſecum Domini Ieſu, dulciter ab eo inuitatur, di Cant. 2.
cente ſponſo in Cant. O anima mea propter intẽtionis
tuę ſimplicitatem. Nam tam in quiete interioris con-
templationis, quam in exercitio exterioris actionis, &
in cõſolatione Angelicę allocutionis me ſolum intende Cant. 3.
bas, cum me in lectulo quęſiſti, ciuitates circuiſti, vicos
perambulaſti, cuſtodes Angelicos ſuſtinuiſti, quare p-
tranſitis his omnibus ſingularis me ſingulariter inueni
ſti & tenuiſti? Surge, ſi enim amica mea es, ſurgendum
eſt tibi, per tuę intentionis ſtabilitatem ad me inceſſan
ter tendendo, quia & ſi me vt amicum inueniſti, nondũ
tamẽ ad plenum cognouiſti. Quęre ergo faciem meam Pſalm. 26.
ſemper cum Pſalm. Quia qui ſine fine eſt amandus, ſine
fine eſt quęrendus. Ait Auguſt. in glo. O columba mea
propter intentionis ſimplicitatem & vnitatem. Vna e- Cant. 6.
nim eſt colũba mea, quę vt dicit Vercell. ibid. vnica ſim
plicem habens intuitum, vnde ſignat puram intelligen
tiam cõtemplans diuinam ſimplicem eſſentiam, ex quo
ſimplificata magis fuit, ſicut ſcriptum eſt. Eſtote ſimpli Matth. 10
ces ſicut columbę. Propera propter intentionis tuæ agi
litatem mihi continue approximando, quia per conti-
nuam deſiderati finis intentionem, conſequeris conti-
nuam approximationem ad me, qui ſum principium &
finis. Principium te liberaliter creans, finis te finaliter Apoc. 21.
quietans. O formoſa mea, propter intentionis tuę dei-
formitatem. Ipſa enim intentio ait Dominus, quaſi lu- Luc. 11.
cerna fulgoris illuminabit te, vt iam nihil proprium in
te relinquens, quod in te amoroſe non ordinaueris, p-
pter quod tota pulchra es amica mea, & macula non
eſt in te. Veni igitur ad meam diuinitatem, quia inten-
tionis tuę tendentia non quieſcit niſi in mea ęternita-
te, quę eſt ſecretum meũ intrinſecum & ęternale mane-
rium. Veni autem, quia iam eſt itinerandi temporanea

oportu-

oportunitas, quia iam hyems transijt. Quod Vercell. exponens ait. Hyems multiplici intemperie itinerantes præpedit. Vnde Dominus ait. Orate, ne fuga vestra fiat hyeme vel sabbato. Hyemis igitur nomine inquit Vercell. intelliguntur quælibet impedimenta, vel offendicula itinerum æternitatis. Horum autem itinerum offendicula, sunt concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, cum omnibus familijs suis, sed hæc omnia iam sunt diminuta, quia iam hyems transijt. Hæc ille. Et æstas solis æterni incarnati verbi, iam in terra nostra apparuit, & ideo iam temporanea itinerandi est oportunitas, ideo dicit Vercell. Hæc itinera sibi carpit sponsa per totam seriem canticorum sponso vocante, illuminante, adiuuante, supportante, & amplexãte, cœlestibus paranymphis obsequia sua impendentibus. Hæc ille. O Domine Deus, veni ergo amica mea, quia iam hyems peccati intentionis tuę ascensum retrahentis transijt. Veni columba mea, quia iam hyems peccati intentionis tuæ agilitatem retardantis, abijt. Veni formosa mea, quia iam hyems peccati intentionem pulchritudinis tuæ deturpantis, recessit. Veni autem amica mea, per intentionis tuæ singularitatem, vt me æternaliter amplexeris. Veni columba mea, per intentionis tuæ deformitatem, vt me æternaliter fruaris. Ego enim perpetua dilectione dilexi te. Ad quam fruitionem æternam nos perducat, qui in æternum regnat æternus Deus, in æternum benedictus. Amen.

Mat. 24.

Hier. 31.

DE SECVNDO ITINERE æternitatis, Particula secunda.

SEcundum iter æternitatis per quod spiritus humanus tendit ad intrinsecum secretum, & æternale manerium Domini Iesu. i. ad ęternam eius diuinitatem, est æternorum studiosa meditatio. De quo itinere sunt septem per ordinem notanda. Primum est, quare iter studiosæ meditationis immediate iter rectæ intentionis sequatur. Secundum est, quid sit meditatio, & qualiter a cogitatione distinguatur. Tertiũ est, qualiter in itinere meditationis Deus spiritum humanu illuminet, & confabuletur. Quartum est, qualiter spiritus humanus in itinere meditationis Deum alloquatur. Quintum est, qualiter allocutio diuina intrinseca a nostra meditatione distinguatur. Sextum est, qualiter spiritus humanus per iter meditationis æternitatẽ Domini Iesu ingrediatur. Septimum est, qualiter spiritus humanus ad veniendum per iter meditationis, ad æternitatem a Iesu inuitatur.

Distinctio 1.

PRimo igitur notandum est, qualiter iter studiosæ meditationis, iter rectæ intentionis sequatur, & quæ istiua itineris sit necessitas. De quo notandũ est, quod cum radius rectæ & simplicis intentionis, spiritu humano æternum & beatificum finem omnis consolationis vel consummationis, quasi speculatiue præostendat, quod necessarium est, quia nisi spiritus humanus finem illũ aliqualiter præcognosceret, nesciret quo tenderet, vel vbi quiesceret, & nisi illum finem aliqualiter desideraret & inueniret, nunquam quęrere curaret, sed vagus & profugus super terram (vt alter Cain a facie Domini proiectus) nunquam stabilis permaneret, vt dicit Hugo libro primo de arca Noe, meditatio studiosa per omnia discurrendo ad hunc finem intentum inuestigando, quasi practice quęrat & inueniat, & spiritum ad illum cum animi ratione, & exultatione non desistat adducere, ideo rõnabiliter immo necessario iter meditationis immediate sequitur iter intentionis. Vnde Richar dicit. Meditationis studium est semper quouis industriæ labore, qualibet animi difficultate, ardua quæq; apprehendere, obscura irrumpere, occulta penetrare, donec veritatem diu quæsitam inueniat, & animum siue spiritum ad veritatis contemplationem, cum admiratione & exultatione adducat. Hæc ille. Hæc etiam duo itinera mutuo se iuuant. Intentioni duo sunt necessaria. s. amor boni, & cognitio veri, vt supra dictũ est, sed meditatio hæc duo augmentat, & confortat suo feruore, quia secundum Psal. In meditatione mea exardescet ignis, quia intentionem ad cognitionem veri illuminat, & quoad desiderium boni finis inflammat, ex quo intentio meditationem in finem intentum & desideratum rectius dirigit, & vehementer impellit. Item intentio finem itineris ostendit, meditatio viam ad summa & æterna pandit, & quę sint necessaria itineri prouide disponit. ait Bern. Ex his patet, quare iter meditationis sequatur iter intentionis, & eius necessitas.

De arca mystica lib. 1. c. 4.

Psalm. 38.

In ser. de S. Andr.

Distinctio 2.

SEcundo videndum est, quid sit cogitatio, ne spiritus humanus, per viam cogitationis, pro via meditationis iter arripiat. Oportet scire quid sit cogitatio, & quid meditatio, & qualiter inter se distinguantur. De quo nota quod Richard. dicit sic. Sciendum, quod vnam eandemq; materiam habentia, aliter per cogitationem intuẽtur, aliter per meditationem ruminantur. Multum enim a se inuicem differunt hęc, quamuis quandoq; in materia conueniant. Et ideo dicit Rich. ibidẽ, quod cogitatio est ipsius animi aspectus, ad euagationem pronus. Ipsa enim singulis pene momentis consueuit se ad inepta & friuola relaxare, & sine vllo discretionis fræno ad oĩa se ingerere; vel præcipitẽ dare. Meditatio vero, vt dicit idẽ, est studiosa mentis intentio, ad inuestigandũ diligenter intendens, & est prouidus animi intuitus, ad veritatis inquisitionẽ vehementer occupatus. Ex his patet multiplex istorũ dña, vt ostẽdit Rich. ibidem di. Prius differt, quia cogitatio per diuersa quandoq; lento pede graditur, sine respectu perueniendi, passim huc illucq; vagatur. Meditatio vero sæpe per ardua, & aspera ad directionis finem cũ magna animi industria peruenire nititur. Secundo differunt, quia cogitatio serpit; meditatio incedit, & vt plurimum currit. Tertio differunt, quia cogitatio est sine labore, & fructu, meditatio vero cum labore, & fructu. Quarto differũt, quia cogitatio semper vagis motibus vno in aliud trãsit; meditatio autem semper circa vnum aliquod incessanter incedit. Quinto differunt, quia cogitatio oritur ex imaginatione. & ideo quandoq; est sine ratione. Ad cuius intellectum nota, quod sicut dicit Rich. duplex est imaginatio. Vna est bestialis, alia rationalis, bestialis sine vtilitate, & deliberatione huc illucq; discurrit, quod & bestia facere potest. Rationalis autẽ, est illa qua imaginamur diuersa, componendo vel diuidendo prout volumus, quod bruta nõ possunt sic facere. Meditatio enim oritur ex ratione. Vnde quandoq; transit in contemplationem per admirationem, & exultationem. Hæc ille. Et sic apparet, quid sit cogitatio, & quid meditatio, & qualiter inter se differunt & conueniunt, vnum tamen pro altero frequenter ponitur, quia cogitatio in meditationem conuertitur, vt dicit Richard.

Quid sit cogitatio, & quid meditatio, & qualiter inter se distinguantur.

De arca mystica li. 1. c. 3.

In lib. de Beniam. c. 26.

Lib. 1. c. 4.

Distinctio 3.

TErtio quia allocutio diuina illuminans mirabiliter a montibus æternis, mentem hominum ad ambulandum ad æterna inducit, & alleuiat viã. Et ideo notandum est, qualiter in itinere meditationis Deus spiritũ humanũ alloquatur, & de ęternis quandoq;

quasi

Digitized by Google

In cant. quasi confabulator,ne sicut dicit Bernar.itinerantes la
Ier.31. boribus fatigentur,sermonibus delectari. Dicit nam-
que Bern.super Can.sic. Deus quasi viator quispiam
itinerantibus sese associans, iucundis confabulationi-
bus suis,a labore viæ omnem hominem releuat & cõ
Luc.14. mutat,ita vt eo discedente loquantur. Nonne cor no-
strum ardẽs erat in nobis,dũ loqueretur nobis in via?
Hæc ille.Primo ergo videndum est , qualiter Deus in
meditationibus nostris cum spiritu nostro loquatur &
confabuletur. De quo notandũ,quod Dionys.in prin
cipio Ang. hierar.di.Pater æternus lumẽ generat sim
plicissimum in essentia,& ipsum vniuersale lumen ab
ipso patre prodiens,ad communicãdum sui cognitio-
nem & participationem,non solum admittit cœlestes
mentes,sed & ad nos per distributionem bonitatis suę
venit,vt nos ab infimis separatos, suscitet ad sui desi-
derium & cognitionem, & remota mentis distractio-
ne,conuertit nos ad congregantis patris visionem æ-
ternam.Hæc ille;Et hoc est lumẽ,quod illuminat om
Ioan. 1. nẽ hominẽ venientem in hunc mundum,quantum in
se est,sed diuina illuminatio est inspirata Dei locutio.
Vnde Greg.2.moraliũ dicit.Quasi in audientibus di-
citur,quod videntibus inspiratur.Et Augustin.de tri-
plici habitaculo,dicit sic.Dei locutio est occulta inspi
ratio,qua mentibus suam voluntatem, & suam verita
tem ostendit visibiliter.Sic & Greg. primo moral.ostẽ
dit , ꝙ Deus nos alloquitur per inspirationem mẽtis
intrinsecã. Vndè & 35.moral.dicit sic. Loquitur quip
pe Deus intrinsecus silenter, sonans inuisibili lingua
compunctionis,& quanto plenius intus auditur,tanto
ab exteriorum desideriorũ strepitu perfectius audiens
Psalm. 84. auertitur,vt cum propheta Dauid dicat. Audiã, quid
loquatur in me Dominus Deus &c. In his qui conuer
tuntur ad cor,id est mentem in qua Deus tanquam in
imagine sua habitare dignatur,quomodo autẽ ibi ha-
bitaret æternus,& non loqueretur de æternis? Sed no-
Math.11. ta quis diuinam allocutionem audiat. Ad hoc respon
Apoc.2. det Dominus di. Qui habet aures audiendi audiat. Et
in Apoc. Qui habet aures audiendi,audiat quid spiri-
tus dicat Ecclesiis. Quod exponẽs Rich. ibidem dicit.
Aures audiendi habet ille, qui spiritum habet intelli-
gendi,& affectum diligendi, & promerendi ea quæ di
cuntur vel promittuntur. Vnde Dominus loquens Iu
dæis surdis quantum ad auditum interiorem, siue sen-
sum spũalem,dixit , Quare non cognoscitis loquelam
meam?quia non potestis audire sermonẽ meũ,quia ex
Deo non estis,sed ex patre diabolo estis,qui in verita-
te non stetit,& iõ mendax est,sed qui ex Deo est,ver
ba Dei audit,& si quis sermonem meum seruauerit ,
mortem non gustabit in æternum, sed qui viuit hẽt sẽ
sus interiores spũales uiuaces, sed tamen nõ omnes ha
bent eos exercitatos,& apertos ad audiendum verbũ
Dei.Nisi enim sensus auditus & interior excitetur,&
a Iesu aperiatur, spiritus noster surdus & mutus ad au
diendum efficitur,vt de talibus dicatur illud psalm.
Psalm.113. Aures habent & non audiunt Deum intus loquentem,
neque enim est spiritus in ore ipsorum ad Deum allo
quendum.His concordat Greg.27.mora.vbi dicit sic.
Vox Domini auditur,cum gratiæ eius aspiratio men
te concipitur,cum sensualitas occultæ nostræ sordita-
tis rũpitur,tunc auditus reparatur. De hoc no.inf 6 iti
nere dist. 4. Sed qualiter sensus interiores reparantur
Rom.8. & excitantur,docet Apostolus ad Rom. vbi dicit. Si
spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis,scilicet se-
cundum spiritum. Qui autem secundum spiritum vi-
uunt,quæ spiritus sunt sentiunt, idest spiritualia eius sa
piunt.Cuius ratio est,quia viuificato spiritu, viuifican
tur & sensus spiritus,vt in spiritualibus exercitẽtur, &
delectentur in eis,scilicet in spiritualibus, quod nõ so
lum verum est de sensu interiori auditus,sed ẽt de om
nibus sensibus interioribus. Quod etiam probatur in
lib.de spiritu,& anima,vbi dicitur sic.Cum exterior sẽ
sus carnis bono suo vtitur,interior sensus quasi obdor
mit. Non enim cognoscit bona interioris sensus,qui iu
cunditate exteriorum bonorum capitur. Nam qui in
carne viuit,in carne sentit, & dolores carnis fugit quã
tum potest,& cõsolationes quærit carnis, sed talis vul
nera animæ prorsus ignorat,ideo nec medicinam quæ
rit eis.Cum autem mortuus fuerit sensus animæ, quo
viuit in carne,tunc viuificari incipiet sensus interior ,
quo sentit semetipsum,& tunc sciet dolores suos ipsũs,
& sentire incipiet sua vulnera, & etiam oblectamẽta
sua,& tanto perfectius quanto intimius. Hæc ille. Ta-
les ergo cum iam habent interiorem auditum apertũ,
audiunt Deum in se loquentem,vt dicant illud Psalm. Psal.118.
Ignitum eloquium tuum vehementer, & seruus tuus Inf.itinera
dilexit illud,& de hoc infra. Et nota quod,sicut patet 9. dist.3.
per Greg.2. moral. Deus nõ omnes æqualiter alloqui
tur in meditationibus suis , nec vnumquemque homi-
nem oĩ tempore ęqualiter alloquitur,sed prout vnicui
que opus est. Quare & Dominus discipulis dixit. Mul Ioan.16.
ta habeo vobis dicere, sed non potestis portare mo-
do. Item sciendum est , ꝙ Dñs multipliciter loquitur
nobis.s.acriter arguendo dicens . Quos amo, arguo& Apoc. 3.
castigo. Quod Ric.& Haymo exponentes dicunt , vt
ad illud quod Dominus suadet,nos perducat, propo-
nit arguere & castigare quos amat,ideo libenter tole-
randa sunt eius verba & verbera. Terribiliter commi
nando dicit,Si quis in me non manserit,mittetur foras Ioan.15.
sicut palmes,& arescet, & in ignem mittetur & ardet.
Prudenter docẽdo dicit. Vos dixi amicos . Quare?quia Ioan.14.
omnia quæ a patre meo audiui,nota feci vobis, s.quæ
necessaria ad salutem fuerunt , ait Chr.in Math. Ape Math.5.
riens os suum docebat eos, dicens Beati pauperes spi- Apoc.3.
ritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Vtiliter
suadendo,dicens. Suadeo tibi emere aurum ignitum
probatum,vt locuples fias. Per aurum vt dicit Ric. ibi
dem,signatur charitas,quæ vt aurum fulget, quæ dile
ctione feruet,quæ in tribulatione fornacem examina-
tionis sustinet. Hæc ille. Veraciter promittendo. Vn-
de ait Dominus. Qui diligit me,sermonem meum ser Ioan.14.
uabit,& pater meus diliget eum,& ad eum veniemus,
& mansionem apud eum faciemus . Hic tria pro
mittit.s.dilectionem,visitationem,& mansionẽ. Quid
maius his?Dulciter consolando,dicẽs. Comedite ami- Cant.5.
ci mei,& inebriamini carissimi . Comedite corpus
meum,bibite sanguinem meum, & inebriamini diui-
nitate mea. Verbum caro factum est, vt cibus angelo-
rum fieret cibus hominum, ait Greg. Familiariter su-
surrando,vnde in Iob dr̃.Porro dictum est ad me ver Greg.Iob.
bum absconditum,& quasi furtiue suscepit auris mea 4.
venas susurrii eius. Quod Greg.exponens.5.moral.di-
cit,quod per verbum absconditum allocutio internæ
aspirationis intelligitur,quæ mentem siue spiritum cõ
tingens subleuat , & temporales cogitationes depri-
mens hanc æternis desideriis inflammat,vt nihil nisi
superna cogitare & libeat, & cuncta inferiora contem
nat. Abscõditũ igitur verbum audire,est locutiones sã
cti spiritus in corde concipere , quem mundus audire
non põt,quia spiritũ sanctũ accipere nõ põt,qui ad di-
ligenda inuisibilia non assurgit. Hæc Greg. Et sequi-
tur. Et quasi furtiuè suscepit auris mea venas susurrii
ei⁹,vbi dicit Greg. Susurrium occulti verbi,est ipsa lo
cutio aspirationis internæ. Venę autem susurrii,dñr ea
rum cogitationes,quib. hęc ipsa aspiratio ad mentẽ du
citur. Venas igitur superni susurrii auris cordis furtiuè
suscipit,quando subtilitatem locutionis intimè afflata
mens raptim,& occultè cognoscit . Nisi enim ab exte
rioribus desideriis se abscõdat, interna nõ penetrat, &
occultatur vt audiat,& audit vt occultetur. Hæc ille.

Verba

Verba huius diuini fufurrii quandoque fic funt abfcō
dita & occulta,vt in intimis audita,extra dici non pof
fint.Vnde dicit Greg.15.moral. Riuuli fpūalium do-
norum,in amantis mente', ita de cœleftibus fub ilter
curruntur,vt per os carnis explicari non poffint Hæc er
go nemo fcit,nifi qui accipit,ait Dom.in Apoc.vbi di
Apoc.5. cit Haymo,qui ad hoc prædeftinatus eft , Vel vt dicit
Aug.ibidem. Qui acceperit per experientiā, vel p re-
uelationem.Sic igitur apparet,;qualiter Deus fpiritum
noftrum in meditationibus alloquatur.

Diftinctio quarta.

QVarto videndum eft,qualiter fpiritus nofter,fiue
mens noftra,in meditationibus fuis Deum fe al-
loquentem alloquatur.Cum enim Deus, vt iam fupra
dictum eft,fpiritum fiue mentem noftram in medita
tionibus quandocunque tam amicabiliter & dulciter
Pfal. 118. alloquatur,vt fpiritus nofter quafi admirando[cū pro
pheta clamet.Quam dulcia faucib. meis eloquia tua
fuper mel ori meo,condecens & neceffe eft,vt fpirit⁹
nofter Deum alloquentem fe,humiliter & dulciter cū
reuerentia,& cum gratiarum actione alloquatur. De
Sup Cant. ser.48. hac allocutione dicit Ber.Sicut quondam Moyfes qua
fi amicus ad amicum cum Domino loquebatur,& Do
minus rñdebat,ita & nunc inter verbum & animam,
ac fi inter duos vicinos, familiaris admodum celebra-
tur allocutio.Nec mirum,ex vno.n.fonte amoris vni-
cuique influit diligere inuicem , & confoueri pariter,
dulciora ergo melle volant hinc inde,totius in fe ver-
ba fuauitatis,& mutui feruntur afpectus,fancti indices
Cant.1. amoris,cum dicat alter in Can.Ecce tu pulchra es ami
ca mea,& ftatim altera dicat.Ecce tu pulcher es dile-
cte mi.ibidem Lectulus nofter floridus.Hæc ille. Pri-
mo igitur de ifta allocutione notandum eft, ꝙ Deus
fumme affabilis,vt fpiritum fiue animam ad hāc allo-
cutionem animet & incitet,ipfe prior alloquitur eam,
dulciter inuitando ad fe alloquendū,dicens.Sonet vox
Cant.5. tua in aurib.meis.i.defiderium tuum . Et reddit illius
rōnē,dicens. Vox.n.tua dulcis, quia procedit a fonte
dulcedinis infpiratæ charitatis,& ex fonte candidæ &
fapidæ veritatis,ideo in fpiritu & veritate fonent in au
Can.4. rib.meis.Et quia verba tua exteriora dulcefcūt ex dul
cedine verborum interiorum,iō fauus diftillās funt la-
bia tua,quantum ad verba exteriora , quia mel dulcis
charitatis,& lac candentis veritatis fub lingua tua ab-
fcondita funt quantum ad verba interiora,ideo dicit.
Cant.5. Eloquium tuum dulce.Secundo de ifta allocutione no
ta,quid fit os animæ vel fpiritus,& quid lingua quibus
Deum alloquimur,Greg.15.mora.dicit.Quod os cor
dis,i.animæ,eft meditatio fiue cogitatio, alias prophe
Pfalm. 11. ta non diceret. Labia dolofa in corde,& corde locuti
funt.Ex abundantia.n.cordis loquitur,tam fpūale quā
corporale,fiue bonum fiue malum.Lingua vero fpiri-
fuper cant. fer.4. tus fiue animæ,quid fit oftendit Bern.dicens. Verbum
Dei eft fpiritus & anima eft fpiritus, & habēt linguas
fuas,quibus fibi fe alterutrum alloquantur, præfentes-
que fe indicent.Et verbi diuini lingua,eft fauor digna
tionis.Animæ vero lingua,eft feruor deuotionis.Et fe
quitur ibidem.Elinguis eft anima atque infans, quæ
hanc non hēt,& nullatenus poteft illi effe fermocina-
tio cum verbo Dei , ideo cum verbum hm̄ōi linguam
mouet,volens ad animam loqui,non poteft anima nō
Heb.4. fcire,vel fentire eius fermonē.Viuus eft.n.fermo Dei,
& efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti , per-
tingens vfq. ad diuifionē fpūs & aīæ. Et rurfum cum
fua verba mouet anima,verbum Dei multo minus pōt
latere,non p p hoc quia vbique præfens, fed magis ,p

pter hoc quod nifi ipfo ftimulante, deuotionis lingua
minime ad loquendum mouetur.Hæc omnia Bern.&
Greg.Tertio neceffarium puto, circa iftam allocutio
nem fpūalem fcire, quid fint verba fpiritus,& animę,
& qualiter diuerfimodè Deum alloquitur anima . De
hoc dicit Greg.5.moral.fic.Animarum verba funt ip-
fa defideria.Nam fi defiderium fermo non effet,'pro-
pheta non diceret.|Defiderium cordis eorum audiuit Pfalm. 9.
auris tua.Magnum defiderium eft magnus clamor.Tā
to ergo minus clamat quis,quanto minus defiderat ,&
tanto maiorem vocem in aure circumfcripti fpiritus
exprimit,quanto fe in eius defiderio plenius fundit.In
de dicit Aug.x.lib.confeffi.Et nota,quod nihil corpo
rale in fpirituali allocutione imaginandum eft. Vnde
Berna.dicit.Quoties legis vel audis verbum æternum In cāt. fer. 46.
& animam pariter colloqui, & feinuicem inuicem in-
tueri,noli imaginari corporeas voces,vel apparere cor
poreas imagines,quia hæc locutio verbi eft infufio do
ni,& refponfio animæ eft admiratio cum gratiarum
actione.Hæc Bern.Sed quia Greg.2.mora.dicit.Vox Aīa in oratione multipliciter loquitur cū Deo.
animæ per diftincta verba fe explicat , dum fe per in-
numeros modos admirationis format.Ideo notandū
eft quod anima fiue fpiritus humanus fecundum di-
uerfa defideria,& diuerfos modos admirationis diuer
fimode Deum alloquitur in fuis meditationibus. Qui
licet fint infiniti,tamen ad feptem reducuntur. Quan-
doque enim eum animus alloquitur, vt Deum fideli-
ter orando,vt quando in meditationibus fuis defideria
fua in vera fide & fyncera charitate foli Deo exhibet,
quod foli Deo debetur,quia fcriptum eft, Dominum Matth.5.
Deū tuum adorabis,& illi foli feruies. Veri adorato- Io.4.
res funt,qui eum in fpiritu & veritate adorant. Ita ꝙ
concordat cultus exterior interiori . Soli autem Deo
feruitur,cum totus homo in Deum per intentionē or-
dinatur.Vt creatorem vehementer admirando,vt quā
do cum ftupore mentis diuinorum operum & perfe-
ctorum magnitudinem rimatur,per gradus admiratio
nis afcendendo vfque ad mentis exceffum,ait Ric.lib.
5.cap.15.vt clamet cum Apoftolo. O altitudo diuitia Rom. 11
rum fapientiæ,& fcientiæ Dei & cætera.Et Pfal.Quā Pfal.103.
magnificata funt opera tua Domine. Vt patrem con-
fidenter deprecando,vt quando defideria filialis necef
fitatis ad ternam confidentiam humiliter clamant, di
cēdo.Pater nofter qui es in cœlis & cætera.In quo om
nes petitiones nobis neceffariæ includuntur.Greg.15.
moral.dicit. Vera poftulatio non eft in vocibus oris,
fed in cogitationibus cordis . Valentiores voces apud
fecretiffimas aures Dei non faciūt verba noftra,fed de
fideria petitoria. Vt dominum humiliter honorando,vt
quando fe inutilem reputans feruum , nihil boni fibi
afcribit,fed omnia a domino largitore omnium,fe gra
tis recipere cognofcit.Vnde Greg.16.moral.dicit fic
recitans illud Pf.Dixi Domino Deus meus es tu,quo Pfal.15.
niam bonorum meorū non eges, & dicit. Talis vere
nobis Dominus eft,qui bono ferui nō indiget, fed bo
na confert.Vt iudicem horribiliter timendo, vt quan
do trepidis defideriis reatū & infirmitatē propriā cū
confidentia infinitæ mifericordiæ infinuat,dicēs illud
Iob.Loquar in amaritudine aīæ meæ, vbi dicit Greg. Iob.10.
Amaritudo præfentis pœnitētiæ extinguit fupplicia fe-
quentis iræ,quare confidenter dicit.Noli me condēna
re.Si autem dicis,non cōdemnabo te,ergo indica mi-
hi cur me ita iudices.Rñdet dicens per Apoftolū. Cū
a Domino iudicamur corripimur,vt non cum hoc fæ-
culo damnemur. Vt focium familiariter confabulādo, 1.Cor. 11.
vt qñ anima diuina allocutione refecta,ecōuerfo feip-
fam cum gratiarum actione in feruore defideriorum
focialiter fe exhibet,& familiariter fe alloquētem allo
quitur.Quod autem focietas poffit effe inter Deum
& animam,dicit Apoftolus.Fides eft per quam uocati

eftis

1.ad Cor.1. testis in societatem filij eius, & Ioãnes. Si in luce ambu
Ioann.1. lamus, sicut & ipse in luce est, societatem habebimus
adinuicem. Quòd autem mutuo se & socialiter allo-
quantur, patet supra, vbi dicitur, quod Deus quasi via
tor itinerantib. sese associat, & iucundissimis confabula
tionibus suis a labore viæ releuat oẽm hominem, & cõ
mutat &c. Septimo Vt sponsum dulciter susurrando, vt
q̃si pia magnitudine amoris occulta, & intima desideria
nec ad plenum formare valet, nec plene exprimere.
Cum enim Dominus Deus cum anima susurret, vt su-
pra dictum est, necesse est, vt anima cum Deo susurret,
Susurrium autem diuinũ, vt ait Gregorius quinto mo-
ral. est cum animam tam intima inspiratione alloqui-
tur, vt per os carnis exprimi non possit. Sic & susurriũ
animæ est, vt cum ad intima sua reducta fuerit per diui-
num susurrium, concipiat verba, quæ per os carnis ex-
primere non potest. Hoc autem susurrium non fit, nisi
in silentio & in solitudine. Ideo dicit Dominus per Pro
Osee.2. phetam Oseæ. Ducam eam in solitudinẽ, & ibi loquar
ad cor eius. Ducit autem in solitudinem, vocando
eam ad sua intima, vt sola cum solo loquatur, in nullo
impedita. Vnde Canticorum vltimo dicit. Fac me
audire vocem tuam, ac si dicat. Ego intimus menti
sum, tu autem exterius adhuc quasi longe distas, ait
Vercell. & ideo vox tua quasi exterior minus audibilis
tanquam frigida, & ideo minus gratiosa, & ideo fac me
audire vocem tuam in intimis ardentissimorum deside
riorum. Vnde Vercellen. exponens idem verbum dicit.
Sponsus trahens se ad interiora supernarum allocutio
num, vt animam ad interiora desideriorum prouocet,
& eo feruentiora desideria in eis suscitet, dicit. Fac me
audire vocem tuam in intimis tuis. Non enim est spon
so vox audibilior, quam feruens desiderium sui. Hæc il
le. Ex quo patet, ait Vercell. q̃ dominus ostendit nihil
nobis esse salubrius, nihil in nobis esse Deo iucundius,
nihil in portione Mariæ esse perfectius, quam in feruo
re desideriorum extaticorum, in diuinum radium extẽ
torum incessanter exerceri semper in supernis, iucun-
dando in intima Dei allocutione. Ibi audit verba arca-
na, quæ non licet homini loqui, ait Hugo super Angel.
hierarchia.

Distinctio 6.

QVintò, quia simillima sunt cogitata nostræ
mentis sermonibus veritatis, ideo necesse
est, (vt arbitror) scire qualiter allocutio di
uina a nostra meditatione, & cognitione
distinguatur. De quo notandum est, quòd cum, secun-
dum Augustinum de triplici habitaculo, Allocutio
Dei sit diuina inspiratio, qua mentibus nostris suam vo
luntatem, & suam veritatem inuisibiliter ostendit. Me
ditatio autem humana sit studiosa mentis intentio ad
inuestigandum veritatem, diligenter insistens cum la-
bore, ait Richardus, planum est, quod meditatio huma
1.ad Co.3 na, ab allocutione diuina multipliciter distinguitur.
Primò distiguuntur hęc, quia allocutio diuina præce
dit, & inchoat meditationem humanam. Dicit enim
Apostolus, quòd non sumus sufficientes cogitare ali-
quid ex nobis, tãquam ex nobis, quanto minus sumus
sufficientes aliquid meditari ex nobis, tanquam ex no-
bis? cum meditatio perfectior sit cogitatione, sicut di-
cit Richardus libro primo cap. tertio. Sufficientia au-
tem nostra ex Deo est. Vnde sapiens. Cor hominis san
Eccl.24. talias patitur, nisi ab omnipotente iuuetur & illustre-
tur. Nisi ergo allocutio diuina, siue inspiratio, mentem
ad meditandum excitet, & inspiret spiritui quid, qualí-
ter, & quando de diuinis sit meditandum, humana me-
ditatio vana & inutilis remanet, quia in ea non exarde
scit ignis deuotionis, sed ignis vanitatis, & cupiditatis.
Secundo distinguitur, quia allocutio diuina meditatio
nem humanam instruit, & verificat. Allocutio enim di
uina ex inspiratione diuina procedit, a veritate infalli-
bili, docens loqui, & meditari cœlestia, & super natura-
lia ostendit, vt supra dictum est. Meditatio autem ori-
tur ex ratione humana, vt dicit Richardus, libro primo
capitulo tertio. Qualiter ergo ratio meditationem de
cęlestibus instruet, vel verificabit, cum ipsa sine inspira
tione & vnctione, quę de omnib. docet, (vt dicit Ioan.)
non possit se extendere ad supernaturales veritates? & 1.Ioan.2.
ideo circa talia cæca, & muta est. Qui n. de terra est, de
terra loquitur. Super quibus verbis dicit Augustinus, Ioan.3.
quòd homini secundum se considerato, non conuenit,
loqui nisi terrena. Talis enim ex proprijs loquitur, &
animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt. Talis ini
quitatem meditatus est in cubili suo, ait Psal. id est in
corde suo, de quo exeunt furta, homicidia, & cætera, di Psalm.35.
uina autem allocutione adueniente & audita, in interio
ri inspiratione tota meditatio instruitur & verificatur. Matth.15.
In inspiratione enim idem est dicere & illuminare, audi
re & videre. Quia sicut dicit Gregorius secundo mo-
ral. quasi audiri dicitur, quod videntibus inspiratur. Lo
quendo veritas docetur, illuminando veritas videtur.
Hæc ille. Experientia prædictorum patet. Quia cum ex
abundantia cordis os loquitur, tam cordis quam cor-
poris. De corde sic inspirato non exeunt cogitationes
malæ, furta, homicidia, & cætera talia, sed meditationes
odoriferæ, verba dulcia, vt talis anima dicere possit il-
lud Cant. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter
vbera mea commorabitur. Dilectus, inter vbera, id est, Cant.1.
in mea memoria (ait glosa) commoratur per continuã
meditationem, vt fasciculus myrrhæ quæ corpora a pu
tredine conseruat, et vermes mortificat, ait Vercellen.
& ideo fasciculus myrrhæ signat suauissimam fragran
tiam sanctarum meditationum de Deo, quæ mentem
a putredine & corruptione mortalium præseruat, &
vermes idest offendicula meditationum mortificat. Ta
lis meditationis eloquium est dulce. Tertio patet di- Cant.4.
stinctio inter allocutionem diuinam & meditationem,
quia allocutio diuina meditationem humanam perfi-
cit & consumat. Dicit nanque Diony. Quod bona
naturalia perficiuntur per bona supernaturalia. De bo De Angel.
nis autem naturalibus animæ dicit gl. super principium Hier.in 1.
Cant. sic. Omnes animæ motiones vninersitatis condi-
tor creauit ad bonum. Cæterum, ad qd tñ per se perue
nire non poterant, nisi super naturalib. bonis supernatu
raliter pficerent. Vnde dr ibid. Disce motus aię tuæ &
naturalis amoris incendiũ ad meliores transferre. s. ad
supernaturales perfectiones. Motus enim animæ tam
intellectuales quam affectuales, inter Deum, & animã,
in meditationibus quasi quidam nuncij discurrunt, qui
inutiles, & indigni erunt in conspectu Dei, nisi lumine
veritatis, & feruore charitatis per diuinum alloquium
præueniantur, alioquin si homo ex proprijs loquatur,
mendax inuenitur. Hæc enim dona supernaturalia fa-
ciunt motus mentis, tam intellectuales, quam affectua-
les, dignos, & acceptos in conspectu Dei, tanquam fi-
lias Iudæ & Hierusalem Regem suum in decore suo
videntes. De istis nuncijs loquens Richardus dicit
sic. Quotidie (nisi fallor) qui meditationi, & locu- De cõtẽpl.
tioni insistitis, Dei nuncios suscipitis. Quoties enim li.4.c.14.
ex abditis scripturę recessibus, nouos intellectus erui-
mus, quid aliud quam quosdam dilecti nostri nuncios
recipimus? huic sane negocio subseruit oĩs sacra lectio,
sagaxque meditatio. Alij nanque legentibus, alij medi-
tantibus, diuinorum secretorum internuncij occurrũt
qui dilecti nostri ad nos mandata perferunt, & de sin-

Digitized by Google

gulis instruunt. Non enim decet amantes, mutua stu-
dia mutuaque in alterutrum desideria nescire, neq; suf
ficit æstuanti aiæ ardentiq; desiderio semel audire dile
ctũ. Obsecro ergo mãda remãda. Nũcius medius inter
nos discurrat qui me de singulis instruat, doceat me nõ
solum super statum meum, sed & de statu tuo, doceat
Qualiter quomodo apud te sit. vel qd tibi de me placuerit. Hęc
cognosci ille. Sed qualis differentia inter nuncios veros, & falsos
possit an sit, & quomodo cognoscamus docet Richar. dicens sic.
aliqua mo Diuinus nuncius proculdubio est, per quem diuinę vo
tio sit a luntatis beneplacitum cognoscimus, per quem ad æter
Deo vel a norum cognitionem illuminamur, per quem ad ęterno
Demone. rum desiderium inflammamur. Hæc iste. Ex quo pa-
Vbi supra tet istorum nunciorum differentia. Nunciantes enim
li. 5. cap. 1. nobis quæ sunt contra Dei voluntatem, vel de munda-
nis, vel de his quæ sunt carnis, sunt falsi nuncij, quę car
nis sunt sententes, quia caro, & sanguis reuelauit eis.
Alij vero sapiũt quæ Dei sunt, quia pater reuelauit eis,
ergo ex fructibus eorum cognoscetis eos. Aqua frigida
In cãti. ser. animæ sitienti, bonus nuncius de terra longinqua. Sed
32. Bernard. aliter distinguit inter allocutionem diuinam,
& meditationem humanam, dicens. Sunt quedam ver
ba nostri sponsi ad nos, nostræ meditationes de ipso &
de eius gloria, elegantia, potentia, & maiestate, & non
solum hæc, sed & cum versamus auida mente testimo-
nia eius, & iudicia oris eius, & in lege eius meditamur
die ac nocte sciamus pro certo adesse sponsum, atque
alloqui nos, vt non fatigemur laboribus, sermonibus
delectati. Tu ergo cum tibi talia volui animo sentis nõ
tuam putes cogitationem, sed illum agnosce loquentẽ,
qui apud Prophetam dicit. Ego qui loquor iustitiam.
Isa. 45. Sequitur. Similia enim sunt cogitata nostræ mentis
sermonibus veritatis in nobis loquentis, nec facile q di
scernit, quid intus cor suum portat, quid te intus au-
diat, nisi qui prudenter aduertit Dominum in Euange
Matth. 15. lio loquentem. Quia de corde exeunt cogitationes ma
Idem. 9. læ, & illud. Quid cogitatis mala in cordibus vestris, &
2. ad Co. 3. loquitur mendacium, qui de proprijs loquitur? Aposto
lus autem. Non sumus sufficientes (inquit) cogitare ali
quid ex nobis tanquam ex nobis, subaudi bonum, sed
sufficientia nostra ex Deo est. Sequitur. Cum ergo ma
Psal. 84. la in corde versamus, nostra cogitatio est, si bona, ser-
mo Dei est. Illa cor nostrum dicit, hæc audit si bona
sunt. Audiam (ait propheta) quid loquatur in me Do-
minus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suã.
Itaque pacem, pietatem, iustitiam Deus in nobis loquĩ
tur, nec talia nos cogitamus ex nobis, sed in nobis audi
mus. Cæterũ homicidia, adulteria, furta, blasphemiæ,
& his similia de corde exeunt, nec illa audimus, sed ea
dicimus. Sequitur. Fiunt tamen quandoque in cordib.
immissiones per angelos malos, vt in corde Iudæ misit
Diabolus &c. nec talia de corde exeunt, sed ei immittũ
tur. Quid autem in his tribuatur cordi, vel quid hosti,
& quando, incertum est mihi, sed hoc quidem sine peri
culo est. Sed sane aliud est vbi periculosè, imò damnabi
liter erratur, atq; vbi certa regula præfigitur, ne quod
Dei est in nobis, demus nobis, putantes verbi visitatio-
nem, nostram cogitationem. quantũ ergo distat bonũ
a malo, tantum distant ista duo a se, quoniã nec de ver
bo malum, nec de corde exit bonum, nisi forte quod
prius de verbo concepit. Sciant enim inimici gratię ab-
sque gratia, nec ad cogitandum bonum, sufficere cor
humanum, sed sufficiẽtia eius ex Deo est. Et sciant qui
2. Cor. 3. cogitant bonum, vocem Dei esse, nõ cordis prolem exi
stere. Vide autem quoniam verbũ Dei quod egreditur
de ore Dei, non reuertitur ad eum vacuum, sed pro-
1. Cor. 15. speratur, & facit omnia ad quę misit illud, vt dicere pos
sis & tu, gratia Dei in me vacua non fuit. Sequitur fę-
lix mens cui indiuiduus comes vbique se affabilem prę
bet, cuius indesinẽter oblectata suauitate facũdię, a car
nis molestijs, & vitijs sese vendicat, omni hora redimen
do tempus a diebus malis, quoniam talis non contur-
babitur (sicut dicit scriptura) quicquid acciderit ei. Hęc Prou. 12.
omnia Bernard.

Distinctio 6.

SExtò videndum est, qualiter spiritus noster in iti-
nere studiosæ meditationis intrinsecum secretum,
ęternum manerium Domini Iesu ingredi conatur. Vt aĩa ad
Circa quod notandum est, quod cum verbum æternũ perfectio-
se spiritui nostro in meditatione sua quasi quẽdam via- nem perue
torem, iucundissimis consabulationibus associet ipsum niat contẽ
de temporalibus abstrahendo, de æternis instruendo, plationis
ad æterna inuitando, vt ex prędictis patere potest, ideo tpalia fuge
necesse est, vt spiritus noster temporalia fugiat, quia ex re debet.
hoc ęternis appropinquat, & ad interiora deserti cum Exo. 3.
Moyse intrat, vt de æternis audiat, in solitudine medita Phil. 3.
tionis assiduæ permaneat, in ęterna introeat, & cum A-
postolo Paulo conuersationem in cęlis habeat, vt cum
Psalm. dicere possit. Ecce elongaui fugiens, & mansi in Psal. 54.
solitudine. Quod verbum exponens Bernardus super
Cant dicit sic. Non fuit contentus exire, nisi & longe se
faceret, vt quiescere posset, & si trãsilisti carnis oblecta
menta, vt minime iam obedias cõcupiscentijs eius, nec
tenearis illecebris, & curis perfecisti & separasti te, sed
nondum te elõgasti, nisi & irruentia vndique fantasma
ta corporearum similitudinum, transuolare mentis pu-
ritate pręualeas. Hucusque noli tibi promittere requiẽ.
Erras, si circa te inuenire ęstimas locum secretum quie
tis, & solitudinis, secretum luminis, & habitaculum pa-
cis. Hęc Bernardus. Sed nota, qđ hęc solitudo medita-
tionis in mente est humana, vt dicit Gregor. 4. moral.
vbi dicit sic. In solitudine manere est a secreto cordis
terrenorum desideriorum tumultus expellere, & in v-
na intentione ęternę patrię, amorem intimæ quietis an
helare. Sequitur. A tumultu rerum temporalium ma-
gnum quendam secessum petierat, quietã mentem, in
qua tanto verius Deum cerneret, quantò hunc cum se
solo solum inueniret. Hęc ille. Vnde Psal. manens in soli
tudine illa, ait. Expectabam eum, qui saluum me fecit, Ps. vbi sup.
a pusillanimitate spiritus & tempestate. In quibus uer
bis dicit propheta, se a duob. malis liberari in solitu-
dine, quę consueuerunt impedire ambulantes in tene-
bris ęternitatis, s. a pusillanimitate spiritus, & tempesta
te. Primus est interius, secundus est exterius. Primum
scilicet pusillanimitas est ex defectu fidei, ex quo oĩa
interiora impedimenta oriuntur, quia spiritus sine fide
infirmus est vsq; ad mortem. Ab hac pusillanimitate in
solitudine tantum saluatus fuit, vt dicat. Quoniam in
te eripiar a tentatione, & in Deo meo transgrediar mu
rũ. Quod Gregorius exponẽs. decima sexta moral. di
cit. Murus est omne quod itineri nostro obijcitur, ne
ad Deum quem diligimus transeamus, sed murum
transgredimur, cum prę amore illius oblectamenta Psal. 17.
omnia in mundo calcamus. Secundum. s. tempestas, est
ex defectu charitatis ex quo oriuntur impedimenta iti
nerantium ab exteriori, quia omnis tempestas exterior
frequenter generat interiorem, nisi adsit charitas, quę
omnia suffert Ab hac tempestate in solitudine Psalm.
tantum liberatus fuit, vt diceret quoniam in solitudi-
ne expectabam, perfecit pedes meos tanquam ceruo-
rum. Quod Gregorius vigesima octaua morali. expo- Psal. ibidẽ.
nens dicit. Electorum mentis cerui dicuntur, dum
quęque, quę in hoc mundo obuiantia, obsistere si-
bi conspiciunt, contemplationis saltu transcendunt,
& more ceruorum despectis terrenarum rerum sen
tibus, in superna, id est, æterna se euehunt. Hæc
ille.

Digitized by Google

ille. Igitur in hac meditatione ſolitaria, ſola, cum ſolo ſe
cure manet, a temporalibus abſcondita, æternis veritati
bus meditatione fidei, & charitatis feruore viuificata
& ſtabilita. Quod etiam Hugo lib. 3. de arca Noe, oſté
dit dicens. Si per ſtudium meditationis aſſidue cor no-
ſtrum inhabitare cęperimus, iam quodammodo tem-
porales eſſe deſitimus, & quaſi mortui mundo facti, in
tus cum Deo viuimus, tūc quicquid fortuna extra mo-
litur, facile contemnimus, quia ibi fixum eſt noſtrum
deſiderium, vbi mutabilitati non ſubiacemus. Ecce iam
ſtudioſa mentis meditatio intantum ſe exercuit & per-
Vbi ſupra fecit, ꝙ in contemplationem tranſiuit. Et hoc eſt quod
li. 1. c. 4. dicit Rich. Veritatem per meditationem diu quęſitam,
tandem inuentam, mens ſolet cum auiditate ſuſcipere,
miratiq; cum exultatione, eiuſdem quoque admiratio-
ni diutius inhærere, & hoc eſt iam meditando medita-
tionem excedere, & per meditationem in contemplatio
nem tranſire, ſicut etiam cogitatio quandoq; in medita
tionem tranſit. Hęc ille. Ex his apparere poteſt, quomo
Phil. 2. do ſpiritus humanus per meditationem æternorum a
temporalib. recedit, & æternis inhæret, vt dicat cum A-
Pſal. 65. poſtolo. Noſtra conuerſatio in cęlis eſt, & cum Pſalm.
Tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in re
frigerium.

Diſtinctio 7.

SEptimò videndum eſt, qualiter ſpiritus humanus ad
veniendum per iter ſtudioſæ meditationis, ad intrin
Cant. 2. ſecum & æternum Domini Ieſu ſecretum, ab ipſo dul
citer inuitatur, dicens ſpōſæ in Can. Surge propera ami
ca mea, columba mea, formoſa mea, & veni, Cuius inui
tationis ſubiungit allectiuum dicens. Veni quia iā eſt
itinerandi optata facilitas. Iam. n. imber curæ temposa
lis diſtrahentis & impedientis ambulātes in itinere me
ditationis, abijt & receſſit, & qa pluuia æſtiualis deſcē
dit, & venit in vellus virgineū, colligendo diſperſiones
meditationum, ad congregandas patris vnitatem, & ſim
plicitatam æternitatem. dicit ergo animam inuitando.
O amica mea, propter meditationis tuæ amoroſam aſſi
duitatem, quæ eſt incentiua amoris, quia in ea exarde-
Pſal. 38. ſcit ignis, ait Pſal. Quod Hugo lib. 4. de arca Noe expo
nens dicit. Sicut ligna ignem nutriunt, ſic cogitationes
Cant. 2. ſiue meditationes deſideria paſcunt, quare in Cant. di-
xit ſponſa meditatrix æternorum. Faſciculus myrrhæ
dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur, i.
in memoria mea (ait gl.) ſiue meditationū, ſurge ꝑ me
Gen. 24. ditationis tuæ extenſionem a temporalib. in æternitatē,
vt primo egrediaris cum Iſaac in agrum ad meditan-
Phil. 3. dum. Secundo extendas te in cęlum cum Apoſtolo ad
conuerſandum, O columba mea propter meditationis
Eſa. 38. tuæ columbinā ſimplicitatem ait Iſaias. Meditatur vt
columba. Vercellenſis dicit, ꝙ columba habet ſimplicē
intuitum, & ſignat puram, & ſimplicem intelligentiam.
Ex pura autem & ſimplici intelligentia oriuntur purę,
& ſimplices meditationes, q̄ ſunt Deo gratiſſimæ. Pro-
pera per meditationis tuæ agilitatem q̄ agilitatē deſi-
Pſal. 54. derabat qui dixit. Quis dabit mihi pennas ſicut colum
bæ, & volabo & requieſcam? Quam agilitatem obti-
Idem 38. nuit, cum dixit, Si aſcendero in cęlum tu illic es, ſi deſcē
dero ad infernum ades: Si ſumpſero pennas meas dilu-
culo &c. O formoſa mea, propter meditationis tuæ pul
chrificatam puritatem. Meditationis. n. ſedula exercita
tio circa æterna mentem purificat a temporalibus ab-
ſtrahendo, & eam pulchrificat, & formoſam facit, ad ę-
Pſal. 76. terna extendendo, vt cum Pſal. dicat: Meditatus ſum in
nocte, ſ. temporalium, exercitabar me ad æterna exten
dendo, & ſcopebam ſpiritum meum, non ſolum a tem-
poralibus fugiendo, ſed etiam vmbram temporalium ſi

militudinum, & imaginum omnino abſtergendo. De-
hac extenſione ad æternitatem dicit Aug. Mens quan- Libro. 1.
to magis ſe extendit ad illud quod æternum eſt, tanto Tri. c. 13.
magis ſe extendit ad illud quod formatur ad imaginem
Dei, & ideo quærenda eſt facies Dei ſemper, vt imago
magis reformetur, donec (ſecundum Apoſtolum) in 2. Corin.
eandem imaginem transformetur, vt dicat illi Deus il Cant. 4.
lud Cantic. Quam pulchra es &cæt. Veni igitur ad
meum intrinſecum, & intra gaudium domini tui, ve-
ni iam ingreſſa, vt amplius ingrediaris, quia poſt me
ingredi non ceſſabis. Et huius amoroſæ inuitationis Cant. 3.
ſubiungit amoroſum allectiuum, dicens. Surge velo
citer & veni, quia imber abijt & receſſit. Quod Ver- Imber qd
cellenſis exponens dicit. Imber eſt aqua hyemalis a ſpūaliter ſi
cœlo fugiens, & in terram corruens, frigefaciens, & in gnificat.
multas guttas ſeu partes diuidens, & lutum generans,
& itinerantes impediens, & ſignat affectum curæ tem
poralis, quia lubricum, & ſeorſum trahit, & quaſi iu-
ſta neceſſitate mentem retrahit a ſuſpendio ſpirituali
in æterna ſpectacula, & ad ſollicite tractanda negotia
terrena, vehementer vrget. Vnde ſpiritualis mentis
feruorem, ſæpe tepefacit, vel etiam totaliter extinguit, Leu. 26.
licet quidam perfectiſſimi inter maiores exemplo An-
gelico præcedant, & incedant erecti, inferius agunt ſur
ſum erecti, ſ. per rectam, & deuotam intentionem. Iſte
imber eſt vitandus in vſu & intentione. Hæc ille. Sed
quia iſte imber ſiue aqua hyemalis abijt & receſſit, &
imber æſtiualis ſiue aqua ſapientiæ ſalutis aduenit, quę
iter meditationis noſtræ ab æternis non impedit, ſed
promouet, dirigit, & perficit, ideo veni. Nam aqua æſti
ualis ſpiritum tuum in meditationibus ad veniendum
ad meam æternitatem ſurſum erigit, ad meam æternita
tem ſalire facit, ad meam æternitatem introducit. Vn-
de dicit Ieſus ſol æſtiuus. Aqua quam ego do, fiet in eo Ioan. 4.
fons aquæ ſalientis in vitam eternam. In his verbis ve-
ritatis innuit, quód aqua æſtiualis a fonte vitæ oritur,
quia apud Deum eſt fons vitæ, vt ait Pſalmiſta, & ideo Pſal. 35.
meditationem noſtram ſurſum trahit per deſiderium Idem. 41.
æternorum, quare Pſalm. dicit. Sitiuit anima mea ad
Deum fontem viuum. Secundo innuit, quód aqua æſti
ualis ſpiritui noſtro ad velociter veniendum per medi-
tationem multipliciter cooperatur, tum quia ſitim ſpiri
tus itinerantis ad æterna, quo ad temporalia extinguit,
quia aqua illa fiet in eo fons aquę fluentis, per omnes
valles animę, qui autem intra ſe habet fontem, ſitire nō
poteſt, ait Chryſoſtom. Item ſpiritui itineranti ad æter
na vigorem tribuit, quia eſt aqua ſaltare faciens. Tertio
aqua hæc æſtiualis ſpiritum itinerantem reformat, &
perficit, quia ad vitam aeternam introducit, quia non
ſaltat ad temporalia, ſed ſalit in vitam æternam, vt dici
tur hic. Ad quam vitam nos perducat Pater & Filius &
Spiritus ſanctus, vnus Deus benedictus in ſæcula ſæcu
lorum. Amen.

DE TERTIO ITINERE æternitatis.

Particula tertia.


Ertium iter ęternitatis, per quód ſpi-
ritus humanus venit ad intrinſecum
& ęternum manerium Ieſu eſt æter-
norum limpida contemplatio. Ad cu
ius itineris maiorem notitiam ſeptem
per ordinem ſunt notanda. Primum
quæ ſit iſtius itineris neceſſitas, & quare iter meditatio
nis immediate ſequitur. Secundum eſt quid ſit contem
platio, & qualiter deſcriptio eius intelligat. Tertiū eſt

qualiter cõtẽplatio a cogitatione, meditatione, ſpeculatione, & intuitiua viſione diſtinguatur. Quartũ eſt, qualiter cõtemplatio ſecũdũ diuerſos gradus diuerſimode a diuerſis diuidatur. Quintum eſt, quantã iucũditatem ſpiritus humanus in itinere contemplationis experiatur. Sextum eſt, qualiter per iter contemplationis ſpiritus æternum manerium Ieſu ingrediatur. Septimum eſt, qualiter ſpiritus humanus ad veniendum per iter contemplationis, ad ſecretum Ieſu inuitatur.

Diſtinctio 1.

Cõtemplatio, finis eſt meditationis.

PRimo igitur videndum eſt, quæ ſit neceſſitas iſtius itineris. ſ. contemplationis ęternorum, & quare immediate iter meditationis ſequatur. De quo ſciendum, ꝙ cum meditatio æternorum ſit quædam inueſtigatio & inquiſitio cũ magna animi induſtria veritatis ęternorum, nec ab inquiſitione deſiſtat, donec ꝙ quærit inueniat quantum poteſt: planum eſt, ꝙ ſpiritus humanus per ipſam meditationem in æternis non figitur nec ꝗetatur, donec per contemplationem ei oſtendatur, ꝙ per meditationem quærebatur, ſed quam citò quæſitum inuenitur, & ſpiritus illi quaſi acquieſcendo cum admiratione inhærere cęperit, tã cito meditatio eſſe deſinit, & in contemplatione tranſiit, ait Rich. Per meditationem

Li. 1. de arca myſ. c. 4

veritatẽ diu quæſitã tandemq; inuentã, mens ſolet cum auiditate ſuſcipere, mirari cum exultatione, eiuſdẽ quoque admirationi diutius inhærere. & hoc eſt iam meditatione meditando excedere, & per meditationem in cõtemplationem tranſire. Proprium eſt. n. contemplationi, iucunditatis ſuæ ſpectaculo cum admiratione inhærere. Meditationi vero proprium eſt, ſua promotione ſemper in vlteriora tendere. Hæc ille. Ex his igitur patere poteſt iſtius itineris neceſſitas, quia motus & inueſtigatio meditationis imperfectus & minus vtilis permaneret, ſine termino & quiete contemplationis, cum meditatio terminetur & tranſeat in contemplationem, tanquam in illud ꝙ perfectius eſt. Ex his etiam patet ordo iſtius itineris contemplationis ad iter meditationis, ex quo ſtudio meditationis ſpiritus humanus ſurgit in iter contemplationis, vt ait Richar. & per veritatis contemplationem homo conuertitur ad iuſtitiam, & confirmatur ad gloriam, & ſic patet primum.

Diſtinctio 2.

Contẽplationis diffinitio.

SEcundò videndum eſt, quid eſt contẽplatio, & qualiter deſcriptio eius intelligatur. De quo notaadum eſt, ꝙ contemplatio ſecundum potiſſimum ſtatum, eſt actus intellectus nõ impediti, gratia ſanati, in ęterna ſpectacula directi, cũ admiratione ſuſpenſi. Sic videtur Rich. contemplationem deſcribere dicens ſic. Contemplatio, eſt libera mentis perſpicatia, in ſapientiæ ſpectacula cum admiratione ſuſpenſa. Iu hac deſcriptione innuuntur quatuor, quæ contemplationib. ſunt neceſſaria. Primum eſt liberæ contemplationis motus ab omnib exoneratus, & in nullo impeditus, vt Rich. ib. dicit. Cõtemplatio libero quodam motu, & ſecundum ſpontaneum nutum huc illucq; circunfertur, & nullo difficultatis obſtaculo a diſcurſionis ſuę impetu impeditur, quin cõtemplatiua contempletur quantum poteſt. Ex hoc apparet, quòd ſpiriritus conteplatiuus debet eſſe ſine peccato, quia qui peccat ſeruus eſt peccati, & vinculis eius ligatur ne ſurſum feratur. Debet etiam eſſe liber a deſiderio & cura temporalium, quæ ſunt iuga duræ ſeruitutis. Liber autem ſpiritus dimittitur, quando calcatis terrenis deſiderijs, ab appetitione temporalium in ſecuritate mentis exoneratur. Hæc Greg. 3. moral. Secundũ, ꝙ neceſſarium eſt contemplantib. ꝙ hic ponitur in de-

Vbi ſupra.

Contẽplationis ſpũs debet eſſe libe à pctõ & a cura tẽporalium.

ſcriptione, eſt ꝙ oculus contẽplationis ſit perſpicax. i. gratia ſanatus. Dicit. n. Hugo commẽtator ſuper angel. hierar. quod triplex eſt oculus. Eſt enim oculus carnis, quo videt homo ea quæ ſunt extra ſe, & oculus rationis, quo videt homo ea quę ſunt intra ſe, & oculus contemplationis, quo videt homo ea quę ſunt ſupra ſe. Oculus carnis apertus eſt, oculus rõnis lipp⁹, & oculus contemplationis clauſus eſt. Hæc ille. Igitur neceſſe eſt, vt oculus contẽplationis perſpicax ſit & ſanetur, oportet igitur ſcire quatuor. Primo quid oculus contemplationis dicatur, ſecundò qualiter oculus ſanatur, tertio quid ſit aſpectus eius, quarto quid ſit viſio eius. Hæc quatuor dicit Aug. li. de ſpiritu & aïa, omni animæ neceſſaria eſſe, & oſtendit quodlibet eorũ dicens, Spiritus dr̃ mens rationalis, vbi eſt quędã ſcintilla tanquam oculus animæ, ad quam pertinet imago, & cognitio Dei. Sequitur. Oculus ergo aïæ eſt mens, & hęc ab omni labe corporis debet eſſe pura, & tunc eſt ſana. Mentis aũt aſpectus eſt ratio, intellectus vero viſio. Hæc omni aïæ neceſſaria ſunt. i. vt oculos habeat, & ſanos, vt aſpiciat, & vt videat. Sequitur. Sanos oculos habet, cum ab amore talium cupiditatũ purgata eſt atq; remota. ſ. ab imaginib. Aſpicit, cum in Dei lumine oculus figit, ſed videt cũ in iſta contemplatione conſpicit, quãta ſint gaudia, quanta lętitia, quanta ſerenitas, quanta iucunditas. Sanitas facit illam ſecutam, aſpectus rectam, viſio beatam, quæ eſt finis aſpectus. Hæc ille. Iſte eſt oculus contemplationis, de quo dicit ſponſus. Vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum. i. tua intelligentia ſimplificata penetraſti omnia, pertingẽdo ad cor meum, & propter te vulneratum fuit ex amore intimo quo dilexi te. Tertium ꝙ ponitur in deſcriptione contemplationis eſt, ꝙ oculus contemplationis in ſpectacula ſapientiæ ęternæ ſit directus, quod notatur per hoc quod dicitur, in ſapiẽtię ſpectacula. Ex hoc aũt patet, ꝙ Ric. hic non accepit contemplationem, vt eſt actus intellectus præciſe, ſed etiam vt ſaporoſam dilectionem includit. Nam ſapiẽtia a ſapore dicitur, vt dicit Ber. & obiectum ſapientię principalẽ & primarium eſt ipſe Deus, ſub ratione qua verũ excitatiuum voluntatis, ad eius ſaporoſam dilectionẽ, & actus ſapientię eſt contemplari Deum: non quocunque modo, ſed cũ dilectione, cum quadam experimentali ſuauitate in affectu. Igitur ſpectacula ſapientiæ ſũt cognitio veri, & amor ſiue ſapor boni. Dicit. n. Linconie. Quod ſapientia oritur ex amore, quæ prorumpit in lumen cognitionis & ſaporem guſtationis, ſicut ex calore prorumpit lux & flamma. Hęc ille. Actus igiẽ contemplationis duo includit, ſ. cognitionẽ, & ſaporoſam dilectionem, & dilectio adiuuat cognitionem. Vnde ſecundũ menſuram dilectionis, diſpenſatur & modus manifeſtationis. ait Ric. Quartum quod ponitur in deſcriptione contemplationis eſt mentalis ſuſpenſio ex admiratione accuſata, & notatur in hoc quod dicit, admiratione ſuſpenſa. De hac admiratione dicit Rich. li. 5. de arca myſtica. c. 9. Ex nouitate rei q̃ eſt ſupra ſpẽ & noſtrã ęſtimationem oritur admiratio, ex admiratione aũt accreſcit attẽtio, & ex attentione cognitio, & ex his mẽtis ſuſpenſio, quia ſicut dicit ibid. Dum humana intelligentia, diuino lumine irradiata intelligibilium contemplatione ſuſpenditur, dum in eorum admiratione ad modum auroræ diſtenditur, quanto ſemper ad altiora vel ad mirabiliora ducitur, tanto amplius tantoque copioſius ad modum auroræ dilatatur, Vnde quanto ab infirmis ſit remotior, tanto a ſemetipſa purior, & ad ſublimia ſubtilior inueniẽ. Ex quo ſeqtur, qđ tanto in ſuperiorib. diutius ſuſpenditur, quãto a retrahentib. dilatatur & elongatur. De hoc ſuſpendio dicit Iob. Suſpendiũ elegit aïa mea. Qđ Vercel. exponẽs dicit ſic. Suſpendium illud eſt extenſio mentis in ęterna ſpectacula, vt cũ fieri poteſt, nunquam ex intentione voluntatis, ſed ſola inter-

Cant. 4.

Super 8. angel. Hie.

Iob. 7.

Digitized by Google

interpellatione necessitatis, acies mentis inde flectatur, vt dicit Psal. Oculi mei semper ad Dominum.

Psal. 24.

Distinctio 3.

Qualiter distinguatur cogitatio, speculatio, meditatio, & cōtēplatio.

TErtio videndum est, qualiter contemplatio differt a cognitione meditationis, speculatione, & ab intuitiua cognitione. Hæc enim quendā ordinem, & gradum habent inter se. Nam cogitatio quæ oritur ex imaginatione, trāsit & terminatur in meditationē. Meditatio, q̄ oritur ex rōne trāsit & terminat in speculationē. Speculatio qa partim orit ex ratione, & partim ex intelligentia, transit, & terminatur in contemplationem. Contemplatio autem quæ oritur ex intelligentia, trāsit & consumatur in intuitam cognitionem. Hęc n. omnia in hoc conueniunt cum fuerint ordinata, q dirigunt in diuinum aspectum, sed tamē differunt, & hęc differentia prędictorum quatuor, a contemplatione potest cognosci per quator, quæ in contemplationis diffinitione ponuntur, quam Rich. ponit in lib. 1. cap. 4. Primo differt contemplatio a cogitatione per hoc, quod in descriptione cōtemplationis ponitur, quod sit libera. Vnde Richar. lib. 1. de arca mystica. cap. 4. dicit sic. Cōtemplatio libero volatu, quocunq; eam fert impetus, mira agilitate circūfertur. Cogitatio autem per deuia, atque lento pede, sine respectu puentionis passim huc illuc vagatur. Et quia cogitatio ex imaginatione orit, ideo quādoque sine ratione mouetur, vt dicit Richar. & ideo minus libera est, quam contemplatio, quę ex intelligentia procedit, & oritur, immo cogitatio rationi subijcitur, quæ est infra intelligentiam, & per eam regitur. Vnde Greg. lib. 1. moral. sic dicit. Cogitationes ad modum ancillarum rationi subijciuntur, quia si a domo mentis ad momentum quasi absente Domina, cogitationū se clamor velut garrula ancillarū turba multiplicat, vt aūt rō ad mentē redierit, mox se confusio tumultuosa compescit, & quasi ancillæ ad iniunctum opus se tacite reprimunt, dum cogitationes protinus se causis proprijs ad vtilitatem subdunt. Hæc Greg. Et sicut Richard. lib. 1. cap. 4. dicit. Si cogitatio quandoque ratione moueatur, vt ad cognoscendum aliquid ambiat & ad hoc vehementer & fortiter insistat, iam non est cogitatio, sed modum cogitationis cogitando excedit, & cogitatio in meditationem transit. Secundo igitur sciendum est, quod contemplatio etiam differt a meditatione per hoc, quòd in descriptione contemplationis ponitur, quòd ipsa est mentis perspicacia. De quo sciendum est, quod perspicacia est actus intelligentię. Intelligentia autem, vt dicit auctor libri de spiritu & anima, est ea vis animæ, quæ supponitur Deo immediate, qua de diuinis quantum homini possibile est cognoscitur. Sed sicut dicit Rich. Ex intelligentia oritur contemplatio, ex ratione autem oritur meditatio. ex hoc ipse ostēdit, quantum contemplatio excedat meditationem, ex quo patet etiam differentia eorum. Vnde Rich. dicit sic Ecce tria, imaginatio, ratio, intelligentia. Inter hæc intelligentia obtinet supremum locum, imaginatio infimum, ratio medium, & omnia quæ subiacent sensui inferiori, necesse est ea subiacere sensui superiori, sed non econuerso. Vnde constat, quod cuncta quæ imaginatio vel ratio comprehendit, sub intelligentia cadunt, & etiam illa quæ nec imaginatio vel ratio comprehendit. Sequitur. Vide quam late contemplationis radius se expandat, qui oīa illustrat, & qūo contemplatio sub vno visionis radio, ad innumera se extendit. Sequitur. Per intelligentiam siquidem sinus mentis in immensum expāditur, & contemplantis animi acies acuitur, vt capax sit ad multa compræhendenda, & perspicax ad subtilia penetranda. Hæc ille. Et propter hoc dicit Richard. ibidem. Quod meditatio in contemplationem, contemplatio in meditationem transit, tanquam in illud quod perfectius est, id est in aliquem gradum cōtemplationis, q. dicitur speculatio, qui non est perfectus gradus contēplationis, licet vnum pro alio ponatur, vt patet. Tertio sciendum est, quod contemplatio differt a speculatione per hoc, quia in descriptione contemplationis ponitur quod fertur in sapientiæ spectacula. De quo nota, quod secundum August. lib. 15. de trini. Speculatio dicitur, cum aliquid non in se, sed per imaginationem suam videtur, & in ænigmate, id est obscure. Richar. li. 5. de arca mystica dicit. Quamuis cōtemplatio & speculatio pro inuicem soleant poni, & in hoc sæpe scripturę sententiæ proprietatem obnubilent, & inuoluant, apertius tñ & expressius speculationem dicimus, qñ p speculū cernimus, cōtēplationem vero qñ veritatem sine aliquo inuolucro, vmbrarumque velamine in sui puritate videmus. Ex quo apparet, quod contemplatio in speculationē sapientiæ clariorem aspectum habet, quam speculatio, & gustum sapidiorem. Vnde Richard. ibidē exponens illud; Montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium, dicit. Colles ad agnorum similitudinem exultant, quando immensa illa intimæ solennitatis tripudia, eos vsq; supra semetipsos leuat, vt cœlestiū secretorum arcana, saltem per speculum in ænigmate videre valeant, montes vero quasi ad instar arietum exultant, quando maiores in iucunditatis suę excessibus, in pura & in simplici veritate vident, & minores vt iam dictum est, vix per speculū in enigmate videre valent. Hæc ille; expedit etiam scire, quod Lincon. commentatur Dionysij, loquens de speculis spiritualibus super 3. Angel. hierar. dicit. Quod specula spiritualia pura, clara & plana, spiritualiter primo recipiunt radios solares, sibi incidentes immediate a fonte luminis. & tale dicitur lumen contemplationis, contemperatum tamen in oculo contemplantis, vt infra patebit, & secundariò lumen receptum, specula refundunt in eos, qui luminis sunt capaces, non tamen secundum claritatem illam qua ipsi, recipiunt, sed secundum cuiuslibet capacitatem, & hoc dicitur lumen speculationis, quia mediante speculo spirituali recipitur, vel per scripturam, vel doctrinam, vel per exempla ab illuminatis speculis procedentia, quemadmodum speculum materiale primò a lucido suscipit radios sibi incidentes, quos reflectit in oculos conspicientis, quos oculus tanquam sibi iam mediante speculo proportionatos recipit, quos tamen in fonte luminis propter nimiam refulgentiam òculus debilis immediate videre non potuit, vt patet ad sensum, nec lumen speculare ita efficaciter repræsentat lucidum oculi videntis, sicut lumen immediate receptum a lucido, vt patet in perspectiua, & in epistola Iacobi vbi dicitur. Quod considerans vultum suum in speculo, statim oblitus est & cætera. Quarto sciendum est, q contemplatio differt ab intuitiua cognitione per hoc, q in descriptione contemplationis ponitur, admiratione suspensa. Suspensio enim dicit, quasi quandam violentam eleuationem, dū aīa natiuæ suæ possibilitatis supergreditur terminos. Vnde Richard. dicit. Proculdubio, cum aīa sancta de interno quodam tripudij sui applausu a semetipsa excutitur, dum supra semetipsam mentis alienatione vrgatur, dum in cœlestibus tota suspenditur, dum angelicis spectaculis tota immergitur, natiuæ possibilitatis terminos supergressa videtur, propter quod anima contemplatiua frequenter ad inferiora dilabitur. Vnde sequitur ibidem. Nonne velut terra a terra suspenditur, quando homo super hominem ducitur, cui per exprobationem a Domino dicitur. Terra es, & in terram ibis. Sequitur. Terra rectè dici potest, quandiu luteas inhabitat domos, & terrenum habet fundamentum, Sed Gregorius 10. moral. dicit. Anima a contempla-

De arca mistic. l. 1. c. 3.

Psal. 113.

Iacob. 1.

De arca mystic. l. 5. c. 14.

Gen. 3.

tiua infirmitatis ſuæ victa pondere laſſatur, & tanto celerius labitur quanto carnis. clauſtra tranſgrediens, ſupra ſemetipſum ire conatur, ſed anima intuitiue cognoſcens Deum, nunquam ad inferiora relabitur, ſed ſine intermiſſione, & fatigatione Deum in eternũ dulciter intuetur, quod in corpore corruptibili fieri nõ poteſt. De quo plenius nota in quinto itinere. Vnde dicit Diony. 5. angel. hierarchiæ ſecundum commentatorẽ. Deus quia ſemper vniformiter & æqualiter bonus & pulcher eſt, et quia habet in ſe ſimpliciſſime omnem ſpeciem deſiderabilem, & ſecũdum omnia eſt totus deſiderabilis, ideo plenarie, intime, & irreuocabiliter in ſe trahit omnium ſuorum compræhenſorum deſideria. Hæc ille. Omnes igitur iſtę differentiæ ſunt ſecundum clariorem, & minus clarum aſpectum ad Deũ, et quodlibet prædictorum terminatur in ſequens ſe, tanquam in perfectius, eo ſic ẽt contemplatio perficiendo, terminatur in intuitiuam cognitionem, tanquam in ſuam perfectionem. Vnde gloſſa Lucæ 10. dicit. vita contemplatiua hic incipit, et in cęleſti patria perficitur, quia amor eſt ignis qui hic ardere incipit, ſed cum ipſum quem amat videbit, amplius in amore igneſcit. Et Gregor. in moral. exponens illud Lucæ 10. Maria optimam partẽ elegit quæ non auferetur ab ea, dicit. Actiuæ vitę opera cum corpore tranſeunt, contemplatiuæ autem vitæ gaudia, melius ex fine conualeſcunt, et ſic patet differentia prædictorum.

DISTINCTIO QVARTA

Articulus primus.

Diuerſi sũt gradus contemplationis.

QVarto videndum eſt, qualiter contemplationis iter per diuerſos gradus vel modos ſecundum varias conſiderationes ſanctorum & diuerſas traditiones doctorum diſtinguatur, vt per hoc verius, breuius, ſecurius iter contemplationis eligamus, & per hoc ad æternum intrinſecum Domini Ieſu verius perueniamus. Sed ad intellectum iſtorum, hoc prænotandum eſt. Quod aliud ſunt gradus contemplationis, & aliud ſunt gradus perueniẽdi per diuerſas diſpoſitiones ad contemplationem. Gradus contemplationis, ſunt quidam progreſſus, & profectus intellectualis cognitionis, & ſaporoſæ dilectionis, ad cotemplandum Deum ſub ratione veri, & boni. Vnde Greg. 22. moral. dicit. Gradus dicuntur menſurę creſcentium virtutum. Tales autem gradus profectuum ſunt innumerabiles. Gradus autem ad contemplationẽ diſponentes, ſunt illa quæ adiuuant, & diſponunt gradatim intellectum & affectum ad contemplandum, & ſic omnis creatura eſt quaſi quædã ſcala, per quam gradatim aſcenditur ad coutemplandum Deum, cum creaturæ ſint creatæ propter electos. Loquendo tamen ſecundum cunctum modum, gradus contemplationis dicuntur illa incrementa contemplationis, & illæ diſpoſitiones quæ magis intellectum & affectum coadiuuãt ad contemplandum, & quæ diſtincta ſunt & tradita a ſanctis doctoribus. Vnde Greg. 22. moral. dicit Gradus vocantur incrementa virtutum, diſtincte tradita a ſanctis. Neceſſitatem autem iſtorum graduum contemplationis, oſtendit Gregor. 22. mora. dicens ſic. Nemo in uma deferens, repente fit ſummus, quia ad obtinendum perfectionis meritum oportet, vt mens quotidie in altum quaſi quibuſdam aſcenſionis gradibus perueniat. Vnde & recte Pſal. dicit. Ibunt de virtute in virtu-
Pſal. 83. tem, donec videatur Deus Deorum in Syon. Et idem. Deus in gradibus eius cognoſcetur. i. contemplationis,
Idem 47. cum ſuſcipiet eam contemplator. Similiter Lincon. ſuper Angel. hierarch. oſtendit neceſſitatem iſtorum graduum per exemplum, dicens ſic. Sicut oculi carnis infirmiores prius ſuſcipiunt lumẽ ſolis obſcurum & magis coloribus ſuperfuſum, deinde magis confortati, ſuſcipiunt illud a coloratis medijs coloribus, & poſtea viſu roborato, plus ſuſcipiunt illud ſuper fulgidum colorib. albis, deinde vero plus aucta ſanitate, ſuſcipiunt illud fulgentibus coloribus ſuperfuſum, vt ſpeculis tandem oculis perfecte ſanatis, ſuſcipiunt ſolarem radium, non autem alicui ſuperfuſum, ſed in ſe purum ipſum ſolem in ipſo puro ſolari lumine irreuerberate conſpicientes. Sic etiam oportet, mentis oculum infirmiorem prius aſſueſieri ad conſpiciendum lumen ſolis, intelligentia in groſſioribus, deinde in ſubtilioribus, donec tandem ex ipſa luminis datione multis multipliciter ſuperfuſa, extendamur & reſtituamur in ſimplicem ipſius radium. Hæc ille. Ex prædictis apparet, quòd tam radioſo lumine contemplationis ſpeculatiuæ quam in ſaporoſo guſtu contemplationis practicæ, oportet paulatim, & gradatim, proficiendo aſcendere; & aſcendendo clarius cognoſcere Deum, quia ſicut dicit Hugo ſuper angel. hierar. Quanto magis creſcit aſcenſio, tanto magis creſcit cognitio, donec oculus intellectualis magis ac magis illuminetur & conforteiur, & affectus mẽtalis magis purificetur & inflammetur, & totus homo exterior, & interior in Deum ordinetur, & hoc verius, & perfectius videtur fieri, per gradus illos qui mentem ad ſimilitudinem cęleſtis hierarchiæ purgant, illuminant, & perficiunt. Ait enim Hugo commentator ſuper 3. angel. hierarchiæ, & oportet, quòd mens quæ Deum vult contẽplari, primum purgetur, poſtea illuminetur, & deinde perficiatur, quia niſi præcederet purgatio, non ſequeretur illuminatio, & niſi eſſet illuminatio, non veniret cõſummatio ſiue perfectio, & tales quanto magis aſcendunt tanto magis appropinquant, diuinitati. Quanto autem magis appropinquant, tanto verius contemplantur. Tales autem gradus Dionyſi. in angeli. hierar. dicit eſſe tam in mente angelica, quam in mente humana bene ordinata. Vnde ſecundum commentatorem Linco. & Hugo, Vercellen. dicit Dionyſi. Addam ego & ex abundanti non inconuenientet, quod vnaquæque mens angelica, vel humana bene ordinata, habet in ſua ſingulari, perſona primas, medias & vltimas ordinationes, & virtutes, & ſurſum actiones, hierarchiarum illuminationes manifeſte diſtinctas. Hæc Dyon.

Optima cõparatio.

Super Iſa. c. 7. & in prologo ſuper Cant.

Hæc verba exponens commentator Vercell. dicit ſic. Qualiter in ſingulis mentib. hierarchicis diſponantur tres hierarchiæ, & in ſingulis earum tres ordines iuxta angelicam diſpoſitionẽ, videlicet in infima Angeli, Archangeli, & Principatus, videndũ eſt. Per os enim mens bene ordinatur ad exteriora, vel reſpectu exteriorum. In media mentis hierarchia ſunt Poteſtates, Virtutes, & Dominationes, per hos ordinatur reſpectu interiorum. In ſumma mentis hierarchia, ſunt Throni, Cherubin, & Seraphin, per hos ordinatur reſpectu ſuperiorũ, Et has nouem ordinationes vocat Vercell. nouem gradus cõtemplationis, quibus reducimur in diuinam monadem. Et proſequitur ibi de ſingulis gradibus, pręmittens, quod infima mentis hierarchia conſiſtit in eius natura, media in induſtria, tertia, in gratia, quæ incomparabiliter excedit vtranque. In prima operatur natura, in ſumma ſola gratia, in media induſtria & gratia. Et ſequitur. Infimus ordo infimæ hierarchiæ qui dicitur angelicus, continet primas & ſimplices appræhenſiones naturales, tam intellectus quam affectus, ſine aliqua dictatione commodi vel incommodi, quæ tanquam angeli, ſcilicet nuncij aliquid ſimpliciter annunciant. Ecce Vercellen. ſubtiliter incipit ab infimo gradu intellectualis operationis et affectionis, quæ ſunt primæ et ſimplices appræhenſiones, et aſcendit paulatim et gradatim

In contemplatiõe tres põt diſtingui hierarchię, & in qlibet tres grad⁹ ad inſtar celeſtis hierar.

per

Google

per cacumina collium æternorum, vsque ad summos apices intellectus & affectus, vt patebit infra. Mediua ordo infimæ hierarchiæ continet naturales dictationes appræhensorum, vtrum videantur commoda vel incómoda, ex his fit admiratio principalior; quã sit prima. Tertius ordo vel gradus infimæ hierarchiæ continet appetitus, vel fugas appræhensorum secundum dictationes commodi vel incommodi. Fuga autem est mali, & appetitus boni, & ita iste ordo præbet ducatum inferioribus in diuina, quòd signatur nomine Principatuũ. Hæc Vercell. Ecce per hos tres ordines & gradus infimæ hierarchiæ mentis humanæ, fit homo bene ordinatus respectu exteriorum, dum primi & infimi gradua intellectus & affectus fuerint bene ordinati, quòd fit, dum sibi obiecta simpliciter appræhenduntur, discretiue discernunt, syncere bona appetunt, & mala fugiunt. Vnde Bernar. super Cantic. dicit. Beata mens, quam totam sibi vendicant sapor boni & odium mali, hoc est reformari ad sapientiam. Quartua ordo vel gradus qui est infimus in media hierarchia mentis, continet volũtarios motus intellectus & affectus, a libero arbitrio iã exceptos, distantia boni & mali cum deliberatione rationis, examinantis & ordinãtis mentem, quantum est in ipsis, per diffinitiuam sententiam, ad petendum & q̃rendum totis visceribus intellectus, et affectus summũ bonum, et ad repellendum omnia obstacula. Nomen autem potestatis signat ordinem secundum Dionysiũ. Quintus ordo qui est medius mediæ hierarchię mẽtis, continet robora virtutum, valida naturalium et gratuitarum, ad exequẽdum fortiter, quòd a potestatibus recte decretũ est, ꝙ notatur nomine Virtutũ. Sextus ordo q summus est in media hierarchia mẽtis, cõtinet autẽtica imperia liberi arbitrij, quibus apices intellectua & affectus tota virtute suspenduntur, ad suscipiendum diuinos superaduentus, quantum possibile est libero arbitrio adiuto a gratia. Et huiusmodi suspendij & imperij ac libertatis sublimitas, vocatur nomine Dominationum. In isto autem ordine mens adhuc sobria, extenditur ad radium superiorem vsque summos naturę terminos. Et infra. Mens itaque contemplatiua decursis seriatim quinque gradibua cõtemplationis prædictis, in culmine sexti aciem figẽs in ordine dominationum mẽtis nititur in theoricos excessus cupiens in ordinem Thronorum mẽtis assumi. Hæc Vercellen. Ecce per hos tres gradus medię hierarchiæ mentis humanæ, fit homo bene ordinatus respectu interiorum, i. ad seipsum, ita vt totum regnum animæ pacificetur, dum primo per gradũ infimum potestate ordinata, viriliter repelluntur omnia offendicula mentis bene ordinatæ, & Deo conformiter operante, vt sine vlla ordinia confusione, & perturbatione tendat ad finem vltimum, ad quem creata est, & dum secundo per gradum medium mens in virtute valida & inconcussa exequitur omnes operatione a intellectus, & voluntatis siue affectus, Deo conformiter operante ad Deum seu finem intentum consequendum, quantum potest, iuxta gratiam & virtutes a Deo acceptas: & dum tertio per gradum summũ mediæ hierarchiæ plena libertate & in nullo impedito, & Deo cõformiter operante (vt possibile est) intellectus & affectus cum omni familia sua liberi, in æterna extendũtur, ergo ordinatio interioris hominis est necessaria, quia sicut dicit Hugo, Sicut sine gratia operari vanum est, ita præter ordinem operari, ac contra ordinem peruersum est. Et quia sicut dicit Lincon. ibidem. Ordo dicitur potestas a Deo tradita, ad disponendum sacra omnia potestati suę subiecta, ideo homo interior ordinatus ꝑ istos tres gradus, fit etiam ordinatus respectu interiorum. Septimus ordo qui est infimus in suprema vel summa hierarchia mentis, per mentis excessus susceptiuus est diuini superaduentus. Vnde thronorum nomine censetur, & quot sunt sinus mentis, siue capacitatis illius supersubstantialis solaris radij, supersimplicis in essentia, & multiplicis in efficacia, tot sunt throni mentis. Throni autem inconcussi collocantur stabiliter, & sunt susceptiui diuini superaduentus, & sunt deiformes, & familiariter aperti ad Deum in se suscipiendum. Hæc Vercellen. Hugo vero idem dicit. Subselia Dei. s. sedilia subleuantur per dignitatẽ, collocantur per stabilitatem, deum aduenientem in se suscipiunt, & serunt, quia sunt ad susceptiones aperti. Hæc ille. Octauus ordo siue gradus qui est medius in summa hierarchia mentis (sicut dicit Vercell.) continet omnimodam cognitionem intellectus, & affectus, intellectus attracti diuina dignatione, quo non valet ascendere per se, & atracti affectus, affectionem tamen & summitatem intellectus attracti non extendentis, simul enim attrahuntur, & quasi coambulãt ipse affectus & intellectus, vsque ad nouissimum defectũ intellectus, qui est in summitate huius ordinis Cherubin, quem intellectuales etiam attractus nõ excedũt, sed ibi habet suæ cognitionis, & sui luminis consummationem. Vnde ordo siue gradus ille Cherubin vocatur. Hæc ille, & iterum dicit sic. Quod manifestatio interp̃tationis huius nominis Cherubin, signat, quòd substantię huius ordinis siue gradus habent virtutem excellenter cognitiuam, & diuinorum mysteriorum inspectiuam, & supremæ insluitionis luminum diuinorũ post Seraphin susceptiuam principaliter, contemplatiuam diuinæ pulchritudinis, quam etiam communicãt inferiorib. Nonua ordo siue gradus qui est summus in summa hierarchia mentis continet principalia in Deum suspiria, super intellectuales extensiones & immissiones, feruidos fulgores, & fulgidos feruores, ad quorum omnium sublimes excessus, & excedentes sublimitates, intelligentia trahi non potest, sed solus affectus principalis Deo vnibilis. Sequitur. In hoc ordine offerũtur Deo orationes castissimæ, quibus Deo assimilamur. Iste ordo sponsum amplexatur, & sponsi amplexibua admittitur, speculum nescit, Mariæ partem percipit, quæ nõ auferetur ab ea. De isto ordine siue gradu contemplatiuo in inferiores ordines, & gradus seriatim. i. ordinate fluit diuini luminis inũdatio. Hæc ille. Ecce per hos tres gradus supernæ hierarchiæ mentis humanæ, fit homo creatus & bene ordinatus respectu supernorum. s. respectu Dei: dum primo per gradum infimum omnes Throni siue mentis capacitates Deo aperiuntur, & ab ipso inhabitantur. Et dum secundo per medium gradum omnes intellectuales actiones ad Deum contemplandum intime (quantum possibile est) & veraciter diriguntur, & dum tertio per supremum gradum, omnes voluntatis affectiones ad Deum diligendum totaliter & finaliter reducuntur, vt Deum in omnibus, & omnia in Deo ordinate diligant. In hoc gradu fuit anima contemplatiua constituta, quando dixit ipsa. Ordinauit in me charitatem. Quod exponens Vercellen. dicit. Per ordinem Seraphicum omnes inferiores ordines siue gradua participant lumina diuina, & hierarchiæ disponuntur. i. inferiora, & exteriora, per media inferiora reducuntur ad superiora, scilicet in Deum ordinata charitate. Vnde bene dicit. Ordinauit in me charitatem.

Super 3. aug. hier. — Sup Ang. Hier. c. 7. — Luc. 10. — Cant. 5.

Articulus secundus.

Richardua aũt ponit sex gradus vel species cõtemplationis, quasi quasdã dispositiones & itinera ad æternitatem. Et sicut cõmentator Diony. infimũ gradũ cõtẽplationis ab infimo gradu intellectualis & affectualis operationis q̃ sunt simplices apphẽsiones, incipit, et instituit, et ascẽdere gradatim docet, ꝑ cacumina colliũ æternorũ, vsq; ad summos apices intellectua, & affe-

De cõtẽpl. li. 1. c. 6.

Sex sūt gradus cōtemplationis.

& affectus, vt supra patuit, ita Richardus ponendo sex gradus contemplationis, instituit primum gradum & infimū in imaginatione, quæ non est aliquis gradus intellectualis operationis, sed longe inferior est intellectu & affectu, & ab illa ascendit gradatim vsque ad cognitionem increatę veritatis, omnem humanum intellectū excedentis, & etiam vsque ad excessum humanæ mentis. Vnde idem Richardus dicit. Nos debemus a nouissimis incipere, & scientiæ nostræ promotionem paulatim subleuare, & per exteriorum notitiam ad inuisibilium cognitionem ascendere. Cum enim exteriorum scientiam apprehenderis, & in eorum doctrina exercitatos sensus habueris, debes ad altiora ascendere, & spiritualium creaturarum scientiam comparare. Hęc ille. Primū ergo gradum siue infimum Richardus dicit esse imaginationem, & secundum solam imaginationem. Vnde dicitur. Tunc contemplatio nostra in gradu imaginationis versatur, & secundum solam imaginationé formatur, quando nihil arguendo quærimus, & ratiocinando inuestigamus, sed libere mens nostra huc illucque discurrit, quo eam in hoc genere speculationis admiratio rapit, quæ oritur ex his, quæ sensu corporeo hauriuntur, dum imaginamur quam sunt multa & varia & pulchra, & iucunda, talium enim forma, & imaginatio in considerationem adducta, inferunt stuporem & admirationem, sed necessarium est, hoc scire q duplex est imaginatio, vt supra dictum est. Dicit nanque Richardus. Quòd imaginatio alia est bestialis, vt illa quando circa ea quæ ante vidimus vel fecimus, sine vtilitate & absque omni deliberatione huc illucque vagamente discurrimus. Vtique hæc bestialis est, & ideo ad contemplationem non pertinet. Alia est imaginatio rationalis, vt quando aliqua imaginamur rationabiliter ex his quæ videmus, & illis sæpe vtimur in contemplatione. Hæc ille. Et licet imaginatio non sit aliquis gradus intellectus, est tamen ordinata dispositio ad intellectum, quia sicut dicit Richar. imaginatio rationi famulatur, & ideo aliqualiter gradus contēplationis dicitur. Secundus gradus contemplationis secundum Richard. est, qui in imaginatione consistit, tamen secundum rationem formatur, atque procedit, ratiocinádo circa ea quæ imaginationi præsentantur, quod fit, quando ea q̄ in imaginatione versamus, & ad primum gradum contemplationis pertinēt, ratione quęrimus, & inuenimus, & inuenta in considerationem cum admiratione adducimus. In primo itaque gradu tres istas imaginamur. In secundo autem gradu rerum vtilitatem, rationem, & ordinem & cæteras conditiones rimamur, speculamur, & miramur. Hæc itaque contemplatio in imaginatione consistit secundum talem rationem, quia circa ea ratiocinando procedit. Hæc ille. Hic gradus est superior pręcedenti gradu, eo quod ratio in eo operatur, licet cum imaginatione quę rationi subijcitur. Dicitur. n. in libro de spiritu & anima: Et imaginatio ad rationem non ascendit, sed infra remanet, eam aliqualiter deducere potest, & quasi a longo quædam ostendit, ad quæ non potest peruenire, & iō bene ponitur gradus contemplationis, quia p ipsū spiritus humanus magis appropinquat, & ascendit ad cognitionem veræ contemplationis, quā præcedens gradus. Multa enim ratio concludit ex imaginatione, actione assumpta, quæ continue assistit rationi famulando, etiam sensu absente, siue quiescente. Tertius gradus contemplationis, vt dicit Richar. est qui in ratione secundum imaginationem formatur. Isto autē gradu cōtemplationis tunc veraciter vtimur (vt inquit Richard.) quando rerum visibilium similitudine in rerum inuisibilium speculationē sublouamur. Sequitur, Hæc vero speculatio in ratione cōsistit, quia his solum, quę imaginationem excedunt, per intentionem, & inuestigationem insistit, vt quę sunt inuisibilia. Dicitur autem secundum imaginationem formari, quia ex rerum visibilium imaginatione in hac speculatione similitudo trahitur, vnde in rerum inuisibilium inuestigatione animus adiuuetur. Et hic gradus perfectior est p̄cedentibus, ex eo, quòd iste se extendit ad contemplationem inuisibilium & spiritualiū, licet ex imaginatione visibilium similitudinem trahat in sui adiutorium. Vnde Ricard. dicit, Cum scriptum sit, quia inuisibilia Dei a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: manifeste ex hoc colligi potest, quod ad inuisibilium cognitionem, nunquam ratio consurgit, nisi ei ancilla sua (videlicet) imaginatio, rationi visibilium formam repræsentaret. Per rerū enim visibiliū speciem, surgit ratio ad rerum inuisibilium cognitionē, quotiens his adiuta, illa trahit ad quandam similitudinem. Sed constat quia sine imaginatione corporea nesciret, sine quorum cognitione ad cœlestium cognitionem vel contemplationem nō ascenderet. Quartus gradus secundum Richard. est, qui in ratione, & secundū rationem formatur, quod vtique fit, cum semoto omni officio imaginationis, solum illis animus intendit, quæ imaginatio non nouit, sed quæ mens ex ratiocinatione colligit, vel per rationem depræhendit. Tali enim speculationi tunc insistimus, quando inuisibilia nostra, (quę per experientiam nouimus, & ex intelligētia capimus) in considerationem ducimus, & ex eorum consideratione in cęlestium animorum, & supermundanorum intellectuum contemplationem assurgemus. Sequitur. Hęc autem contemplatio in ratione consistit, quia sensibilibus semotis, solum intelligibilibus intendit. Et hęc quidem contemplatio ab illis vtique inuisibilibus nostris videtur initium sumere, & fundamentum capere, quæ humanum animum constat per experientiam intellectualem nosse, & per communem intelligentiam contēplationem comprehendere. sed tamē pro hac parte hæc contemplatio etiam in ratione recte dicitur consistere, quia ipsa inuisibilia nostra a ratione comprehendūtur, & in eo ipso ratiocinationis modum minime supergreditur. Hæc ille: Hic gradus contemplationis perfectior est præcedentibus, eo quod tam à corporalibus, quam a temporalibus magis elongatur, & spiritus magis in eo purificatur & æternis vnitur. Vnde Richar. ibidem dicit, quòd in hac contemplatione animus humanus primum pura intelligentia vtitur, quæ semoto omnis imaginationis officio, ipsa intelligentia nostra in hoc primū negocio seipsam per seipsam ingerere videtur. Hęc enim per seipsam operatur, & quasi per speciem contēplatur. Hæc ille, quintus gradus contemplationis esse dicitur, qui est supra rationem, sed non præter rationē. In hac autem contemplationis speculatione, mentis subleuatione ascendimus, quando ea ex diuina reuelatione cognoscimus, quæ nulla ratione humana plene compræhendere valeamus, & nulla ratiocinatione nostra intelligere & inuestigare sufficimus. Talia sunt illa quę de diuinitatis natura in illa simplici essentia credimus, & scripturarum diuinarum auctoritate approbamus. Sequitur. Ergo contemplatio nostra tunc veraciter supra rationem ascendit, quando id animus per mētis subleuationem credit, quòd humanæ capacitatis metas transcendit. Et supra rationem, nec tamen præter rōnem censenda est, quando ei q per intelligentiæ aciem cernitur, humana ratio contraire non potest: quin potius facile acquiescit, & sua attestatione alludit. Hæc ille. Et hic gradus est perfectior & sublimior præcedentibus gradibus eo quod ista contemplatio est supra rationem. Circa q nota, q sicut dicit idem Richar. Quędam sunt infra rationem, vt quę sensu corporeo percipimus. Quędam secundum solam rationem sunt, vt quę

Vbi supra li. 4. c. 5.

In li. Beniamin. c. 18.

Imaginatio alia bestialis, alia rōnalis.

Vbi supra cap. 5.

De contēplatione l. 4. c. 2.

ratione

ratione inuestigamus, Quædam supra rationem sunt, vt quæ vel per reuelationem, vel quæ nullus sensus corporeus potest attingere, & nulla ratio humana penetrare, sed tamen veraciter ea esse credimus, licet nec experimento, nec intellectu comprehendere possimus. Sextus gradus contemplationis est, quæ in his versatur, q̃ sunt supra rationem, & videntur esse preter rationem, seu etiam contra rationem. In hac vtiq; suprema omniq; dignissima contemplationis specula, tunc animus veraciter exultat, atq; tripudiat, quando illa ex diuini luminis irradiatione cognoscit, atq; considerat: quibus omnis humana ratio reclamat. Talia sunt pene omnia, quæ de personarum Trinitate credere iubemur, de quibus cũ humana ratio consulitur, nihil aliud quam contraire videtur. Iste gradus contemplationis perfectior est omnibus præcedentibus, eo quod in eo pura intelligentia operatur, quę ad contemplationem diuinæ maiestatis admittitur.

Vbi supra cap. 5.

Vnde idem Richar. dicit. Quãtum quæso est, quod intelligentia humana quotidie ad illos super cęlestium animorum theoricos excessus nititur, & quandoque etiam pro diuinæ dignationis beneplacito, ad illa summæ maiestatis magnalia contemplãdo subleuatur? Hæc autem subleuatio quæ quandoq; extenditur vsq; ad mentis eleuationem, fit ex tribus, quãdoq; ex magnitudine deuotionis, quandoq; ex magnitudine admirationis; quandoque ex magnitudine exultationis, vt semetipsam omnino non capiat, sed supra semetipsam eleuata in alienationem transeat. Magnitudine deuotionis mens supra semetipsam eleuatur, quando tanto cęlestis desiderij igne succenditur, vt amoris intimi flamma vltra humanum modum excrescat, quæ animam humanam ad ceræ similitudinem liquefactam, a pristino statu penitus resoluat, & ad instar fumi attenuata, in superna eleuet, & ad summa emittat. Magnitudine admirationis anima humana supra semetipsam ducitur, quando diuino lumine irradiata, & sũm & summæ pulchritudinis admiratione suspensa, tam vehementi stupore concutitur, vt a suo statu funditus cõcutiatur, & in modum fulgoris coruscantis, ex despectu sui in se ad ima deijciatur, & tanto sublimius & celerius per summosũ desiderium reuerberata, & supra semetipsam rapta in sublimia eleuatur. Magnitudine vero exultationis & iucunditatis mẽs humana supra semetipsam rapit, & a se alienatur, quando intima illa æternæ suauitatis abundãtia potata, immo plene inebriata, quid sit, quid fuerit, penitus obliuiscit, & in alienationis excessum tripudij sui nimietate traducitur, & in super mundanum affectum quendam sub quodam miræ fœlicitatis statu raptim transformatur. Hi sunt igitur gradus contemplationis secundum Richardum.

Articulus tertius.

Multi sunt grad' ascẽdendi in Deum.

SEd auctor libri de spiritu & anima considerans, q̃d etiam Dion. dicit in epistola ad Titum, ꝙ homo ex duabus naturis cõstat, anima. s. & corpore; anima rationali quæ simplex est in essentia, & ex corpore composito, vt iuxta vtriusq; naturę proprietatem illuminetur diuinis cognitionibus; & vt mens eius puras & simplices & intimas sensibilium signorum intelligentias, segregantes ab ipsis signis cõspiciat, & vt sensualitas eiusdem per naturæ proprietatẽ cooperetur mentali cognitioni, vt sic ad diuina extendatur, & iõ in contemplatione oportet vti sensibilib. formis, in quib. diuina inuisibilia immundis. i. carnalibus abscondãtur, & spũalibus manifestentur. Ideo auctor prędictus primum gradum ascendendi in Deum, dicit esse in sensuum operatione per q̃ concipiuntur res corporales. Secundum in imaginatione, per quam concipiuntur corporalium similitudines. Tertium in ratione, per quam percipiuntur rerũ naturæ siue rationes. Quartum in intellectu, per quem percipiuntur spiritus creati. Quintum in intelligentia, per quam percipitur spiritus increatus. Sextum in sapiẽtia, per quam aperitur spiritualis gustus. Et auctor prędictus addit ibidem. Quicquid sensus percipit, imaginatio repræsentat, ratio inuestigat, intellectus iudicat, memoria seruat, intelligentia comprehendit, & ad contemplationem adducit, sed sapientia gustare facit. Sequitur, Sic fit ascensus ab inferioribus ad superiora, & a summis deprehendit ima, & cum ab inferioribus ad superiora. i. tẽporalibus ad æterna ascendere volumus, prius occurrit nobis sensus, tanquam primũ iter, deinde imaginatio, postea ratio, intellectus, intelligentia, & in summo est sapiẽtia. Et statim subdit diffinitiones prędictorum, dicens.

Sensus qd.

Sensus est ea vis animæ, quæ rerum corporearum corporeas percipit formas præsentes, quæ varie & multipliciter ostendunt suum creatorẽ.

In Cantic. ser. 31.

Vnde Bern. super Cant. dicit. Quid est, ꝙ hic est tanta formarum varietas, atque numerositas specierum in rebus conditis, nisi quidã radij diuinitatis, monstrantes quidẽ quia vere est, a quo sunt, non tamen quid sit prorsus diffiniẽtes? Itaq; de ipso vero verum vides, sed non ipsum verum, vnde hoc genus videndi commune est, in promptu enim est (iuxta Apostolum) omni vtenti ratione, inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspicere.

Ad Ro. 1.

Hæc ille. Et hæc est a temporalibus ad æterna ingressio. Ait Augustinus de vera religione. Secundum gradum dicit esse imaginationem.

Imaginatio quid.

Est autem imaginatio secundum eum, ea vis animæ quæ rerum corporearum incorporeas recipit formas, absentium, presentium, preteritorum, & futurorum, quandoq; vt sic ipsa inter sensũ & rationem, quasi ancilla inter Dominũ & seruum discurrat, & quicquid exterius haurit, per sensum carnis intellectui repræsentat ad obsequium rationis. Ex hoc apparet, ꝙ imaginatio simplicior est, & nobilior potentijs sensitiuis, cum ipsa sola similitudines obiectorum omniũ sensuum in se recolligat, & quoad aliquid quasi ab hoc loco & hoc tempore abstrahat, vt patet per Richard. quare imaginatio animam magis facit appropinquare æternis, quam sensus exteriores.

Lib. de patriarchis. c. 5. & 6.

Vnde Rich. dicit, ꝙ ratio ad inuisibilium cognitionem nunquam assurgeret, nisi ei ancilla sua imaginatio visibiliũ formas repręsentaret, sine quarum cognitione, ad cęlestium cõtemplationem nunquam ascenderet. Merito ergo gradus contemplationis potest dici, dispositiue saltem. Tertius gradus ascendendi ad Deum, siue contemplandi, dicitur esse in ratione.

Ratio qd.

Ratio autem secundum eum est ea vis animę, quę rerum corporearum naturas, formas, differentias, & propria accidẽtia percipit, omnia incorporea, sed non extra corpora. Abstrahit. n. a corporalibus quæ fundantur in corporibus, non actione sed consideratione. Natura nempe ipsius corporis, secundum quam omne corpus est, nullum corpus est. Hæc ratio sensum mentis acuit, veraq; a falsis distinguit, & imaginem Dei in se conseruat. Hęc ille. Ex quo apparet, ꝙ ratio sensum & imaginationem incomparabiliter excellit dignitate, & excedit opere. Vnde anima per rationem non solum Deum esse cognoscit, sed etiã eius capax sit, vt patet per Aug. 14. & 15. de trini. Nam per rationem anima de Deo meditatur, meditando contemplatur, Deus contemplatus amatur, & vere amatus habetur, immo sicut dicit Aug. in originali: Hæc est vis naturæ diuinitatis, vt creaturæ rationali iam ratione vtenti, nõ omnino ac penitus possit abscondi, vnde est vere gradus contemplationis ratio. Quartus gradus secundum eum, est in intellectu.

Intellect' quid.

Intellectus autem secundum eũ, est ea vis animæ quæ inuisibilia percipit, sicut angelos, animam, et omnem creatum spiritum, & sic intellectus acceptus, ad contemplationem cooperatur, quia importat quandam intimam contemplationem. Dicitur. n. intelle-

tellectus,quaſi intus legens,penetrat.n.vſq; ad eſſentiā
3. De aïa. rei,quia obiectum intellectus eſt,quicquid eſt, quod
etiam aſſerit Philoſophus. Accipitur etiam intellectus
qńdoq; vt eſt virtus intellectualis, ſiue vt eſt habitus
principiorum naturalium, q̄ ſub lumine ſunt naturali.
& ſic intellectus oſtendit veritatem infallibiliter. Dicit
nanq; in libr. de ſpiritu & aïa, & Auguſt. 2. ſuper Gen.
quòd intellectuali viſione nunquam fallitur aïa. aut.n.
tantum intelligit,& verum eſt,aut ſi verum non eſt,in
telligit,& ideo intellectus ſic acceptus dicit aſpectū ma
niſeſtum & infallibilem circa principia, & ſic acceptus
intellectus ēt cooperatur ad contemplationem. Acci-
pitur.n.aliō intellectus,vt eſt donum Spiritusſancti,
& ſic intellectus eſt habitus ſup naturalis principiorū
ſupernaturaliū, quæ ſunt articuli fidei,& ſic nominant
quandam excellentiam cognitionis,penetrandi ad inti-
ma cognoſcibilium. Vnde Greg. lib. 1. mora. dicit. Intel
lectus in die ſuo conuiuium parat in mente, quia in eo
quòd audita penetrat, reficiendo cor,tenebras eius illu
ſtrat. Nam lumen intellectus ſic acceptum, ita ſe habet
ad principia,quæ nobis naturaliter innoteſcunt,ſicut ſe
habet lumen naturale,ad ea principia quæ primordiali
ter cognoſcim⁹,ſed ſicut lumē naturale infallibiliter ve
ritates principiorū naturales oſtendit. Ita et donū intel
lectus ſupernaturales veritates infallibiter oſtendit. Vn
de intellectus ſic acceptus,eſt verus & neceſſarius con-
templationis gradus. Quintus gradus aſcēdendi ad ęter
na,ſiue contemplandi ſecundum eum eſt intelligentia.
Intelligen tia quid. Eſt autem intelligentia,vt ibidem dicitur,ea vis animæ
quæ immediate ſupponitur Deo, cernit quippe ipſum
ſupremum verum & incommutabile. Et infra dicit ſic.
Intelligentia eſt vis animæ,qua de diuinis(quātum ho
mini poſſibile eſt)cognoſcitur ad cęleſtia archana pene
tranda,quæ vt dicit Boetius, paucorum eſt hominum.
Ex quo patet quòd intelligentia excellit intellectum in
De cōtēpl. li. 1. c. 3. ſua actione, & ab ea differt, & quòd eſt pfectior gradus
contemplationis. Quod etiā Richar. videtur ſentire di-
cens. Per intelligentiam ſiquidem ſinus mentis in immē
ſum extenditur,& contemplātis animi acies acuitur,vt
capax ſit ad intelligibilia compræhēdenda & perſpicax
ad ſubtilia penetranda. Et nunquam contemplatio po-
teſt eſſe ſine viuacitate intelligentiæ. Sequitur. Etiam
quotiens contemplantis animus dilatatur ad ima,quo-
tiens eleuatur ad ſumma,quotiens acuitur ad ſcrutāda,
quotiēs agilitate mira & pene abſq; timore rapitur per
innumera,ex quadam vi intelligentiæ hoc eſſe,nō dubi
tatur. Hæc ille. Sextus gradus contemplationis ſiue aſcē
dendi ad æterna(ſecundum prędictum)eſt in ſapientia,
quę ſequitur intelligentiam,quia ſicut dicit idem,vt vi
ſio mentis eſt intelligentia,ſic mentis guſtus eſt ſapien-
tia. Illa contemplatur,iſta guſtat & delectatur. Sed hic
primo notandum eſt,quòd ſapientia,quædam eſt, quæ
acquiſita eſt per ſtudiū humanū,quę eſt virtus intelle-
ctualis. De qua loqtur philoſophus ī metaphyſica ſua.
Et hęc per rationis inueſtigationem inquirit rectum iu
dicium de diuinis,& actus intellectuales,& omnes ope
rationes animæ perficit(ſecundum eum)quantum pōt.
In Epiſ. 59. Quia ſicut dicit Seneca. Sapiēs ad omnem incurſum im
munis & intētus eſt. Non ſi paupertas,ſi luctus,ſi igno
minia,ſi dolor impetū faciat,pedē & referat,interritus,
& cōtra illa ibit, & inter illa infra ſapiēs plenus eſt gau
dio & inconcuſſus,cum dijs ex pari iuir. Hęc ille. Ideo
Iac. 3. poteſt dici aliquis gradus contēplationis. Alia eſt ſapiē
tia quæ de ſurſum eſt infuſa. Et hoc eſt donū Spiritus-
ſancti. Et ad iſtam non ſolum pertinet ſecundum iudi-
cium rectum contemplare diuina,ſed guſtare & regula
re humanos actus,excellentiori modo quam ſapientia,
quę eſt virtus intellectualis,vtpote magis de ꝓpinquo
Deum attingens,& experiens per quandam vnionē ſpi
ritus & animæ ad ipſum,vt directa p regulas legis æter

-οιlas

næ. De iſta ſapientia loquens Bern lib. de amore Dei,di
cit ſic. Sapientia a ſapore dicitur, ſapor autem iſte, in
guſtu quodam eſt. Guſtum autem illū nemo exprime- Pſal. 33.
re poteſt,nec etiam ille qui meretur guſtare,ſed dicere
pōt. Guſtate & videte,quoniam ſuauis eſt Dñs. Hoc gu
ſtu(ſecundum Apoſtolum)guſtatur Dei verbum, gu-
ſtantur ēt diuitiæ ſæculi venturi. Et ſequitur. Hic guſtus
ſi defuerit ſolus,oēs alij ſenſus.ſ. ſpirituales quatuor lā-
gueſcunt. Guſtum aūt ſequitur quędam ſaporis dulce-
do,q̄ in interiori ſuo ſentiens anima,quodam modo ſin
gulari quæ ſuſcipit cuncta diſcernit,& dijudicat,ſeq; &
omnes ſenſus vegetat,& confirmat,ſcilicet interiores.
Hi ſunt gradus contemplationis ſecundum illam.

Articulus quartus.

AD hos gradus ſiue ſpecies cōtemplationis ſupra di
ctorum doctorum,quaſi omnium aliorum docto
rum gradus & ſpecies contemplationis mediate vel im
mediate poſſunt reduci, vt patet de ſex gradibus con-
templationis Origenis,quod declarat,dicens. Contem- Orig. ſup Cant. ca. 2.
platorem verum & iubilatorem certum te iudico, ſi
principiū perficiat te actio. Hic Orig. ſubtiliter conſide
rat,ꝙ vbi vita actiua terminatur & perficitur,ꝙ ibi vi-
ta cōtemplatiua inordinate inchoatur, & gradatim ſur
ſum tendit & proficit,donec in viſionem intuitiuā con
ſummatur. Vñ proprie loquendo de contēplatione,per
fectio actionis non eſt gradus contemplationis,ſed pōt
dici ſtatus quidā,reſūltās a ſumma perfectione vitę acti
uæ,quæ neceſſario præcedit tanquam diſponens poten
tias contemplatiuas ad actus ſuos non impeditos,ſed p
fectos. Greg 6. moral. dicit ſic. Qui arcem contēplatio-
nis aſcendere deſiderant,prius neceſſe eſt, vt in ope a-
ctionis pfecte ſe exerceant. Et pro tanto dicitur gradus
contemplationis. Secundo ſecundum Orige. verus con
templator es,ſi in te eſt ſenſuum exteriorum retētio, ſi
ue retractio ad interiora,& collectio eorum in vnum.
Hoc.n.(iuxta Vercelleñ.)eſt greges.i. ſenſus beſtiales,
minare ad īteriora deſerti p itinera ęternitatis. Hoc fit, Rom. 1.
quando inuiſibilia Dei a creatura mundi,per ea quæ fa
cta ſunt intellecta,cōſpiciunt,& ſempiterna virtus eius
& diuinitas. Hæc eſt ſicut dicit Aug. lib. de vera religio
ne,a temporalibus ad æterna regreſſio, & ex vita vete-
ris hominis in nouum hominem reformatio, vt ſupra
patuit. Tertio,verus contemplator es,quando eſt in te
omnium imaginabilium tranſitus,quando mente om-
nia imaginabilia tranſcendis. Talis contemplator(ſicut SuperCāt. ſer. 52.
dicit Bern.)fuit qui dixit. Elongaui fugiens,& manſi in
ſolitudine. Non.n. fuit cōtentus exire,niſi lōge ſe face-
ret vt poſſet qeſcere. Sequitur. Trāſiliſti carnis oblecta
menta,vt minime iam obediàs concupiſcētijs eius, nec
tenearis illecebris,perfeciſti & ſuperaſti te, ſed nōdum
elongaſti,niſi & irreuerentia vndiq; fantaſmata corpo
rearum ſimilitudinum,tranſuolare mentis puritate prę
ualeas. Hæc ille. De quo vide ſupra diſt. 6 Quarto ver⁹
cōtemplator es,ſi tranſcendiſti oïa rōnalia propter fan-
taſmata,& alia impedimenta & retardantia aïam ad ſu
periora properantem. De hoc dicit Rich. cōtemplatio De cōtēpl lib. 1. ca. 9.
noſtra tunc veraciter ſupra rōnem aſcendit, quando id
animus per mentis ſubleuationē cernit, quod humanæ
capacitatis metas tranſcendit,vt ſunt illa quæ de diuini
tatis natura,& de ſimplici eius eſſentia credimus. Et li-
cet illa contemplatio ſupra rōnem ſit,non tñ pręter rō-
nem cenſenda eſt,qñ ei quod per intelligentię aciē cerni
tur,humana rō contraire non pōt,quin potius ei facile
acquieſcit,& ſua atteſtatione alludit. Hęc ille. Quinto De myſti ca the. c. 1 Lxo. 24.
verus cōtemplator es,ſi ſurſum tractus es ſuper oïa in
telligibilia in caliginē ignorātię. Et hic gradus contem-
plationis eſt,de quo loquit̃ Diony. dicēs. Adhuc reſtat
principalior Dei cognitio,quę figuratur in eo, ꝙ Moy
ſes ſeparat̃ ab his qui locū Dei ſecum viderāt,& ſubtra
hit illis viſis,& intrat in caliginē ignorātiæ,& vnitur in

con-

comprehensibilitati diuinæ, quam non penetrat intelligentia, quę vere est omnium clarissima, & in se claudit, & secretissime cęlat omnes cognitiones comprehensiuas tanquam in causa prima omnium, & per ea omnis vnitus Deo (qui est supra omnia) cōstituitur in excellētia, quam neq; ratio inuestigat, nec intellectus speculatur, & ab omnibus et quasi a seipso segregatur, et per vnionem dilectionis quæ affectiua est veræ cognitionis, vnitur Deo intellectualiter ignoto, cognitione multo meliori, quam sit cognitio intellectualis, in eo ꝙ intellectualem cognitionem dereliquit, & super intellectum & mentem Deum cognoscit. Hæc Dyon. secundum cōmētatorem Vercell. dicit, hęc require plenius supra. Sexto, contemplator es, si in te est vniformis fixio intelligētiæ puræ & ab omnibus omnino denudatæ, & conformis affectio volitiuæ potentiæ per omnia, in nullo impeditæ in vno fontali principio cęlestium gaudiorum, ꝙ est Deus Trinus & vnus. Vnde Orig. ibidem prædicta in vnum recolligens, dicit. Contemplatorem verū & iubilatorem certum te iudico, & si primum te perficiat actio, si sensum ab exteriorib. reuoces, si imaginabilia fęlici motu pertranseas, si rationabilia celeri motu curras, si intelligibilia fęlici & illuminatiua fide cognoscas, si in primo vero & in summo bono intelligentiam & voluntatem totam tuam ponas, sugens vnde temeritudinem tuam nutrias, bibas, vnde gaudias, haurias vnde nunquam deficias. Hi sunt gradus contemplationis secundum Origenem.

Articulus quintus.

QVinto videndum est, quantam iucunditatem, et vtilitatem spiritus humanus in itinere vitæ contemplatiuæ experiatur. Nam Deo per totum illud iter associatur continue. Primo ergo videamus, qualiter spiritus in hoc itinere dulciter a Domino consolatur. De quo illud Lucæ de vita duarum mulierum, s. Marthæ & Mariæ, de quibus dicit Grego. lib. 6. moral. Quid per Martham exteriorib. obsequijs, occupatam, nisi actiua vita figuratur? Quæ stetit, quia sic dicit glo. Vita actiua in laborioso desudat certamine, quæ & querulabatur de sorore, quia turbata circa plurima vitæ actiuę. Vnde Bern. dicit. Cum anima in actione sua in aliud tendit, quam in Deū, quis hoc faciat propter Deū, tamen non hoc est Mariæ ocium, sed Marthę negociū, quæ adhuc sollicita est, & turbatur erga plurima, & nō potest terrenorum actuum vel tenui puluere non respergi quem tamē cito facileq; detergei in hora sanctæ deuotionis vel dormitionis casta intentio, quę est intendere & quærere solum Deum propter ipsum solum, ꝙ proprium est sponsę, &c. vt dictum est supra in primo itinere dist. tertia. Ex quo patet, quòd itinerantes in vita actiua frequenter turbantur, sed spiritus ambulās in itineribus vitę contemplatiuę, a Deo dulciter consolatur post actiuam. Vnde Grego. lib. 6. mora. dicit. Quòd per Mariam quę ad pedes Dñi residebat, audiēs verbū dñi, nisi vita contēplatiua exprimitur, q̄ ex hoc a Dño cōmendata fuit. quia optimam partem elegit, q̄ non auferetur ab ea. Quę autem illa optima pars fuit, quęrit Rich. dicens. Quę est pars optima, quam elegit Maria, nisi vacare & videre quam suauis est dominus? Nā Maria sedens secus pedes domini, audiuit verbū illius. Summam itaque sapientiam Dei in carne latitantem (quam oculus carnis videre non poterat) audiēdo intelligebat, & intelligendo videbat, quia credebat. Et in hunc modum sedendo, & audiendo summę veritatis contemplationi vacabat. Sequitur. Hęc est pars, quę electis & perfectis nunquam auferetur, & sane est negocium, quod nullo fine terminatur. Non veritatis contēplatio in hac vita inchoatur, sed in futura vita iugi perpetuitate celebratur. Per veritatis sane contemplationem homo eruditur ad iustitiam, & consummatur ad gloriam. Hęc ille.

Vitę contēplatiuę vtilitates.
Luc. 10.

Vita actiua, & contempla. in duabus sororibus obūbrata.
In Can. ser. 40.

De cōtēpl. lib. 1. ca. 1.

Secundo videamus qualiter, humanus spiritus ambulans per itinera vitę contemplatiuę, Deo familiari amicitia vnitur, in Ioāne. n. legitur, quòd dominus dixit Petro. Sic volo eum manere donec veniam. Tu me sequere. Vbi dicit Augu. quòd p hos duos Apostolos signantur duę vitę. Vna actiua per Petrum, altera contemplatiua quę signatur per Ioannem Euāgelistam. De Petro per quem significatur actiua vita, dixit domin'. Tu me sequere, per imitationem perferendo mala temporalia. Vita igitur actiua Petri est in labore, altera. s. contēplatiua Ioānis, in requie. Vna est in opere actionis, altera in mercede contemplationis. Prima igitur dum facit bonum, & declinat a malo, quę tamen finitur, altera vero fruitur homo qđ non finitur, Chri. s. gloria. De Ioanne vero dixit dominus. Sic eū volo manere, donec veniā. Vbi dicit glo. Nolo eum per martyrium consummare, sed expectabit placidam absolutionem carnis suę, quando ego veniens, recipiam eum in ęternam beatitudinē. Vnde hęc vita contemplatiua hic inchoatur, & in futura vita consummantur. Hanc vitam dominus in Ioanne inchoauit, quando volentem nubere, sibi familiariter associauit, quam multis familiaribus signis amicitię cōtinuauit, donec eum inuitando dulciter in ęterna beatitudine consummauit. Hęc vita contemplatiua est summum beneficium, quod conferri potest animę. Habet enim sibi annexas perfectissimas, & supremas, & vltimas delectationes, consequētes virtutes, dona, beatitudines & fructus, magnificatiuas, & contentiuas, & vnitiuas spiritus creati rationalis, & Dei increati, tanto fęlicius quanto immediatius, sicut dicit Orige. super Can. Signa familiaritatis patent in Euangelio. Tertio videamus, qualiter spiritus humanus ambulās per itinera vitę contemplatiuę vigili somno quietatur, & illuminatur post luctā vitę actiuę, sicut patet de Iacob, qui post luctam & somnum contemplationis didicit videre spiritualia, vt diceret. Vidi dominum facie ad faciem, et salua facta est anima mea. Vnde Hugo dicit, Tunc ex Iacob fit Israel, quando post sudationes bonę operationis peruenitur ad lucem contemplationis. Tunc exultabit Iacob, & lętabitur Israel. Igitur per Iacob luctātem signatur vita actiua, quę contra vitia luctatur. In quo luctamine & si spiritus non mortificatur, vt plurimum tñ infirmatur, & fatigatur, vt clamet cum Psal. Afflict' sum, & humiliatus sum nimis. Per Israel vero vidētem, signat vita cōtēplatiua, qa in via dormiens, cęlestia contemplatur. Quid nanque est dormire in via ait glo. nisi in præsentis vitę transitu a rerum temporalium amore labentium, oculos mentis claudere? Hos oculos concupiscentię aperuit Diabolus, quos innocentia clausos tenuit. Hęc gl. Iste somnus tantum placet Deo, vt cum contestatione iuramenti prohibeat tales excitari a somno tali & pausatione, dicens cōtemplatiua. Adiuro vos filię Hierusalem, ne exciteris, neq; euigilare, &c. Quòd exponens Origen. dicit. Coniurationem tuā audiui Domine, quam (nisi fallor) sponsę tuæ actus & status causabat, & status optimus, actus præcellentissimus, tibi incumbens sine medio, te videns in iubilo, in te quiescens sine tedio, de te hilarescens sine modo, a te permanentiam accipiens sine termino, Hęc ille. Quarto videndū est, qualiter spiritus humanus ambulans per itinera vitę contemplatiuę facie pulchrificatur, & visu clarificatur. Rich. dicit. Duas (vt legim') vxores Iacob habuisse cogebaf, Vna Lya, altera Rachel vocabaf. Lya fuit fęcūdior, Rachel fuit formosior: Lya fęcūda sed lippa, Rachel sterilis, sed formosa singularis. Per Lyam signatur vita actiua, per Rachel vita contemplatiua. Ad Lyam pertinet flere, dolere, gemere, & suspirare, & ideo recte talis vxor Lya, hoc est, laboriosa, vocatur, & minus videns. Seu ad Rachel (quę interpretatur visum principium, vel ocium) pertinet meditari, & contemplari, discernere.

Vita contēplatiua. Deo vnif. Ioann. vlt.

De quiete vitę contēplatiuę.

Gen. 32.

de claustro animę. lib. 5. c. 12.

Psal. 37.

Can. 5.

Anima cōtēplatiua illuminaf. & decoraf de 12. Pat. c. 1.

Digitized by Google

ſcernere,& intelligere. Sequitur. Sed quid dulcius, quidve iucundius poteſt eſſe, quam oculum mentis ad ſummæ contemplationem ſapientiæ erigere? Ad hanc itaq; contemplationem cum ratio dilatatur, merito Racheli nomine honoratur. Hæc ille. Ex hac autem contemplatione ſummæ ſapientiæ facies mentis pulchrificatur.

Exo. 34.

Exemplum habemus de Moyſe, Cuius facies ſplēdida fuit facta ex conſortio ſermonis Domini, vt Iudæi non poſſent intendere in eam. Similiter ex hac contemplatione viſus mentis clarificatur. Exemplū de ſancto Benedicto, de quo narrat beatus Gregor. libro dialog. 2. Quod cum in oratione conſtitutus, quendam radium diuini ſolis aſpiceret, totus mundus ante oculos ſuos adductus videbatur, vbi vidit etiam animā Germani Epiſcopi Capuani, in ſphæra ignea in cœlum ferri ab Angelis. Et Grego. dicit ibidem. Quid mirum, quòd mundū ante ſe collectum vidit, qui ſubleuatus in mentis lumine, & contemplatione extra mundū fuit? Hęc ille. Spiritus igitur in itinere contemplationis facie pulchrificatur, viſu clarificatur. De hac contemplatione pulchrificante dicit Hugo.

Super 7. ang. hier.

Contemplatio eſt deifica ſimilitudo, quia dum per eam illuminati lucentes fiunt, quodā modo ipſius luminis lucentis ſimilitudinem accipiunt. Hæc ille. Et Gregor. lib. 6. moralium. Vita contemplatiua ſpecioſa eſt in anima contemplantis, propter quod dicitur animæ contemplatiuæ.

Can. 4.

Tota pulchra es amica mea. Quinto ſpiritus humanus ambulans in itinerib. vitæ cōtemplatiuæ, dulciter, & multipliciter reficitur. Nā cibatur primo vt fortificetur.

Anima cō tēplatiua tripliciter reficitur.

Comedere autem animæ ſpirituale eſt, ſupernæ lucis cōtemplationibus paſci, ait Gregor. 5. moralium. De hac refectione dicit Greg. ſuper Ezech.

Super Eze. parte. 3. homil. 5.

Contemplatiua vita amabilis valde dulcedo eſt, quæ ſupra ſemetipſam animam rapit, cœleſtia aperit, terrena autem debere eſſe contemptui oſtendit, ſpiritualia oculis mentis patefacit, corporalia abſcondit, vt talis cōtemplatrix dicat illud Cant.

Can. 5.

Ego dormio, & cor meum vigilat. Vigilanti etenim corde dormit, per hoc, quod dum interius contemplando proficit, ab inquieto corporis opere foris quieſcit, neque adhuc tamen pręſens Deus in ſua claritate conſpicitur, ſed quædam ſub ipſa ſpeculatur anima, vnde refecta proficiat, & poſt ad viſionis gloriam pertingat. Hęc ille. Hanc refectionem anima contemplatiua gloriatur ſe eſſe expertam, dicēs.

Can. 2.

Fructus eiꝰ dulcis gutturi meo. Vbi Orige. ſic dicit. Da mihi domine fructum dulcē, fructum vitę animę meę, altus eſt, attolle deſideriū, benedictus eſt, ſanctifica obſequium, imputribilis eſt, purifica affectum, ſuauis eſt, lętifica animam. Item in hoc itinere vitæ contemplatiuæ ſpiritus reficitur potu inebriantis gratiæ. Vnde anima contemplatiua in Cantic. oſtendit, ſe hanc potationem inebriantem expertam eſſe, cum dixit.

Can. 1.

Introduxit me rex in cellam vinariam, vbi gloſa dicit. Quam cito guttur meum dulcedinem gratiæ eius attingit, ita me recreatam ſpiritu, et ab amore terrenorū in ſuperna tranſlatam ſentio, ac ſi in cellam introducta, nouo ſuo meri odore, & poculo inebriata ſim. Sed hanc refectionem ſpiritus ambulans in vijs vitæ actiuæ vix, & raro experitur. Vnde Auguſtinus in epiſtola ad Hebr. dicit, Cōtemplatiui, non actiui amare & guſtare poſſunt ſyncerum bonum, ad quod deguſtandum, neceſſe eſt ceſſare a tumulto mundi, propter quod eſuriunt & ſitiunt modo actiui, quia nō habent guſtus ſenſum exercitatum.

Anima cō tēplatiua, a labore viæ releuatur.

Luc. 24.

Sexto ſpiritus humanus ambulans in itineribus vitæ contemplatiuæ, a labore viæ releuatur per diuinam allocutionem. Vnde in Luc. dicitur: Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dū loqueretur nobis in via? Quod exponens Gregorius dicit ſic. Exaudito ſermone inardeſcit animus, torporis frigus recedit, fit mens in ſuperno deſiderio anxia, audire libet præcepta cœleſtia, & quot mandatis inſtruitur, quaſi tot facibus inflammatur. Et idem Gregorius ſecundo libro moral. dicit. Cū in itinere comes iungitur, via quidem non ſubtrahitur, ſed de ſocietate comitis labor itineris leuatur. Item cum ſpiritu illo in itinere ambulante quandoque Deus confabulatur, vt ſupra patuit, vbi dicit Bernard. Deus quaſi viator quiſpiam itinerantibus ſeſe aſſocians, iucūdiſſimis confabulationibus ſuis a labore viæ omnem releuat comitem, quam plura ibi de hoc. Item, cum ſpiritu ambulante in hoc itinere contemplationis Deus habet dulcia ſuſurria. Vnde Origenes exponens illud Cantic.

Can. 2.

Vox dilecti, & cætera. dicit ſic. Quando ad cor redeo, quod cum contēplantibus ſua ſuſurria habet Deus, quibus tanto fortius clamat, quanto efficacius ſuſurrat, non ſine admiratione commendatam te habeo, quod hanc vocem, & tenuiſti mente, & commendaſti ore dicens. Vox dilecti. & cætera. vbi dicit gloſa. Gaudeo conſolatoriam vocem eius audiens, & dum eius faciem nondum video, tamen ſubleuato ad cœlum animo, aliquam ſuauitatem futuræ beatitudinis prægusto. Tali igitur allocutione ſpiritus a labore viæ ſic releuatur.

Anima cō templatiua, a terrenis eleuata in cęlo cō moratur.

Septimo ſpiritus humanus ambulans in itineribus vitæ contemplatiuæ, vltra omnia inferiora mentaliter eleuatur, in cœleſtibus floribus ſpiritualiter commoratur, & in ſancta Trinitate ineffabiliter iucundatur. Vnde Hugo dicit.

In prin. lib. tertij de clauſtro animę c. 2.

Contemplatio clauſtrum animę dicitur in cuius ſinu dum ſe recepit animus, ſola cœleſtia meditatur, a terrenis ſeparatur, a turba carnalium cogitationum longe ponitur, dulces carnis refugit effectus, vagos ſenſuum aſtringit motus, in Domino delectatur, Angelica dulcedine fruitur, legit in libro vitæ, pro ſilentio pacem tenet, in choro virtutum ſeruat concordiam morum, ſummi patris potentiam conſiderat, ſapientiam filij inueſtigat, Spiritusſancti benignitatem amat. Dum hæc tria contemplatur, tribus modis conſolatur. Hęc ille. Hos autem tres modos conſolando poteſt experiri pro vero, qui in itinere cōtemplationis ambulans, experitur in memoria Patrem admonentem & trahentem ad Verbum ſuum Ieſum Chriſtum audiendum.

Ioann. 6.

Quia ſicut dicitur in Ioan. Nemo venit ad me, niſi Pater meus traxerit eum per internā inſpirationem. Item conſolatur, qui experitur in intelligētia filium patris illuminantem, ad patrem ſuum cognoſcendū, quia ſicut dicitur in Matth.

Matt. 11.

Nemo nouit patrem niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. Item cōſolatur, qui experitur voluntatem Spiritum ſanctum afficientem, ad patrem & filium amplexandum, et tenendum, quare in amore qui appropriatur Spiritui ſancto, pater & filius tenentur & amplexantur. Quod oſtendit Auguſtinus.

De tri. li. 6. cap. 5.

Spiritus ambulans in itineribus vitę actiuę, ſæpe ab huiuſmodi conſolationibus impeditur, & amaritudinib. repletur. Vnde Origenes ſuper Cant. dicit.

Can. 5.

Qui terrenis inhęret, inuenire non poteſt, niſi quod in terrenis latet, ſcilicet amaritudinem & diſſipationē. Sunt & alię multę vtilitates contemplationis.

Articulus ſextus.

Spiritus cō templatiuꝰ debet priꝰ mūdo mori, vt deum in oratione videre poſſit.

SExto videndum eſt, quomodo per iter contemplationis ſpiritus noſter ad intrinſecum ſecretum Domini Ieſu ingrediatur, & ab exterioribus abſcondatur, & quamuis ex prędictis gradib. contemplationis ſatis patere poſſet qualiter ſpiritus humanus contemplando ingrediatur in ęternum manerium Ieſu. Cum Hugo ſuper primum Angeli. Hierar. dicit, quòd quanto magis creſcit a ſeipſo aſcenſio, tanto magis creſcit cognitio, donec oculus intellectualis magis ac magis illuminetur & confortetur, & affectus mentalis magis purificetur & inflammetur, & totus in Deo quietetur, &

illum

Digitized by Google

istum ascensum doceant prædicti gradus contemplationis, planum est, quòd per eos potest cognosci, qualiter spiritus contemplatiuus in illud secretum intrinsecum Domini Iesu ingrediatur & absconditur. Tamen propter istius manerij vtilitatem notádum, quòd cum Dominus dicat, Non videbit me homo, & viuet, necesse est, vt spiritus contemplatiuus mundo prius moriatur, & mundus sibi moriatur, & ex tunc in æterna ingrediatur, & in eis abscondatur. Quid est autem spiritum per contemplationem illud intrinsecum secretum intrare, nisi ab omnibus temporalibus absolui & elõgati, & in ęterna extendi, & in eis abscondi cõtinuis profectibus, donec totus homo exterior, & interior in Deum ordinetur, prout possibile est statui viæ. Vnde Gregor. lib. 14. moralium dicit. Contemplationis penna nos subleuat, atq; a nobis ad illum erigimur intuendum raptim, & intentione cordis & dulcedine contemplationis, aliquo modo a nobis imus in ipsum, & hoc ire, est requiescere. dissimiliter tamen requiei diuinæ assimilamur, & imitamur requiem Dei. Nam sequitur ibidem: Nanq; vt beati simus & æterni, æternum imitabimur in æternum, & magna nobis est ęternitas, imitatio æternitatis, nec experti sumus eius quam imitari possumus. Hæc Gregor. Oportet, enim verum contemplatorem mori mundo, vt mundus sibi moriatur, vt in nullo cõtemplatio eius impediatur. Dicit enim Gregor. libr. 18. moralium: Quisquis sapientiam (quæ Deus est) videt, huic vitæ funditus moritur, ne iam amore eius teneatur. Talis fuit ille verus contemplator Paulus, quando dixit. Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Quòd Greg. exponens libr. 5. moralium dicit. Mundus quidem ei crucifixus fuerat, quia hunc cordi suo iam mortuũ non amabat, sed seipsum mundo crucifixerat, quia talem se exhibere studuit, vt ab eo quasi mortuus concupisci nõ posset. Et sequitur. Sancti igitur viri ab importunitate desideriorum temporalium, a tumultu inutilium curarum, a clamore perstrepentium turbationum semetipsos sacri verbi gladio mortificare non desinunt, atq; intus ante Dei faciem in sinu mentis absconduntur. Vnde rectè per Psal. dicitur. Abscondes eos in abscondito vultus tui, a perturbatione hominum. Quod quamuis perfectè postmodum fiat, etiam nunc ex magna parte agitur, cum a temporalibus tumultibus, & eorum delectatione in interiora rapiuntur, vt mens eorum dum in amore Dei tota tenditur, nulla mundi perturbatione laceretur. Hinc est, quod Paulus contemplatione mortuos quasi in sepulchro absconditos, discipulos viderat, quibus dicebat. Mortui enim estis, & vita vestra abscõdita est cum Christo in Deo. Hæc ille.

Exo. 33. Galt 6. Psal. 40. Col. 3.

Articulus septimus.

Inuitatur spiritus humanus ad iucunditatem contẽplationis.

SEptimo videndum est, qualiter spiritus humanus ad veniendum per iter iucundæ contemplationis ad intrinsecum secretum Domini Iesu, ab eo inuitetur, sponso in Cantic. dicente. Surge propera amica mea, columba mea, formosa mea & veni. Cuius inuitationis subiungit allectiuum, dicens. Veni, quia iam est itinerandi amæna iucunditas, quia flores apparuerunt in terra nostra. Iam enim tempus vernale aduenit, ex præsentia diuini solis incarnati. Vnde Origenes super Cantica dicit. Ipso sole iustitiæ oriente, hyems transijt, & ver fidei colore Spiritussancti terram soluit, & flores virtutum producit. Ergo o amica mea, propter contemplationis tuę amorosum affectum, vulnerasti cor meum sponsa mea, penetrando dulcifluam dulcedinem in vno oculorum tuorum, sicut exponit Vercel. id est intelligentia tua attracta, & simplificata in contẽplatione pulchritudinis meę. Surge mentaliter per amorosæ contemplationis sursum actionem, vt sicut dicit glosa super illud Matth. Respice volatilia cœli. Sola contemplatione iam in cœlo degas quasi auis cęlica, nõ terrena. O columba mea propter contemplationis tuæ radiosum aspectum, quia oculi tui columbarum, vbi dicit glosa. Sensus tui spirituales contemplatione, spiritualium rerum excellentia reuerendi sunt & simplificati, ideo magis confortati, propera ait Isa. assument pennas vt aquilæ, volabunt, & non deficient. Aquila (sicut dicit Hugo) sup 15. Angel. hierar. auis est altifera, & cito volans, & signat agilitatem spiritus, & cætera. O formosa mea, propter contemplationis tuę speciosum obiectum. Ex pulchritudine enim obiecti beatifici, mentes contemplatrices beatificantur & pulchrificantur. Vnde Dion. in angel. hierar. dicit. Deus pulchros facit suos cõtẽplatores, & amatores. Iuxta illud ad Cor. Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eã dem imaginem transformabimur, & cętera. Tali cõtemplatrici dicitur. Ostende mihi faciem tuam. Facies enim tua decora, non decore corporali, sed decore vero, & spirituali, & interiori. Veni ergo de labore ad requiem, de dolore ad cõsolationẽ, de lãguore ad impassibilitatem. Veni ad interiores theorias vnitiuæ contemplationis, tanquam ad interiora deserti; vbi iam apparent flores, id est splendores cęlestis sapientiæ, qui ibi apparent in contemplatione clara, qui prius te latebant in prima desideriorum extensione. Vnde in Iob dicitur. Auditu auris audiui te, nũc autem oculus meus videt te. Veni, aperta sunt prata, apparuerunt herbę florẽtes. Varios flores, & odoriferos, & spirituales in Ecclesia producentes. Vnde Greg. exponẽs illud Gen. Odor filij mei, sicut odor agri pleni, dicit. Aliter redolet flos vuæ, per quem signantur prędicatores in doctrinis ebriati. Aliter flos olei, id est misericordes, qui lucent & refouent debiles. Aliter flos rosę, id est martyres exẽplis fragrantes. Aliter flos lilij, id est virgines candidam famam spirantes Aliter flos violæ, id est humiles purpuram cęlestis vitæ seruantes. Aliter spica, nardi id est pfecti & maturi, opera bona fructificantes. dicit Greg. & Orige. Quis iã non surgat, quis non properet, aut quis non veniat, vbi tot vtilitatis insignia concurrunt per illud iter floridę cõtemplationis fideliter & amorose ambulare tribuat nobis, qui est ęternorum via, veritas & vita. Amen.

Can. 4. Matt. 6. Can. 2. Isa. 40. 2. ad Co. 3. Can. 6. Iob. 42. Prou. 27. Gen. 27.

DE QVARTO ÆTERnitatis Itinere.

QVARTVM iter ęternitatis per quod spiritus humanus venit ad intrinsecũ secretum, & æternum manerium Iesu, est ęternorũ charitatiua affectio: Ad cuius itineris maiorem cognitionem, septem sunt notãda. Primo, quare iter charitatiuę affectionis, iter contemplationis immediate sequatur. Secundo quid sit charitatiua affectio, & quomodo sit iter ad ęterna, vt verius cognoscatur. Tertio, qualiter charitatiua affectio a naturali affectione, vel acquisita dilectione distinguatur. Quarto quibus signis, & coniecturis charitatiua affectio qualitercunq; manifestatur. Quinto, qualiter charitatiua affectio a sanctis Doctoribus per gradus diuidatur. Sexto qualiter spiritus noster per iter charitatiuę affectionis, ęternum manerium ingrediatur. Septimo qualiter spiritus noster ad veniendũ per iter charitatiuę affectionis ad ęterna, a Domino inuitatur.

Distin-

Distinctio 1.

Amor sequitur contemplationé.

PRimo igitur videndum est, qualiter iter charitatiuæ affectionis iter contemplationis immediate sequatur. De hoc nota, quòd quia affectio charitatiua tanquam posterior perficit contemplationem (dicit enim Augustinus. Quod quáto fragrantius Deum diligimus, tanto certius sereniusque eum videmus) ideo charitatiua affectio debet immediate sequi contemplationem tanquam excellentiur, & perfectior, & perficiés intellectum contemplatiuum. Voluntas enim tãquam posterior in ordine, aperit intellectui suam perfectionem. Cuius signum est, quia voluntas imperat intellectui quærere & inuenire notitiam, quæ est perfectio intellectus, & partus mentis, sic ostendit August. Et Hugo super 7. ang. hier. dicit. Dilectio supereminet sciétię, & maior est quã intelligẽtia. Plus enim diligitur Deus, quam intelligatur, & dilectio intrat & appropinquat, & vbi scientia foris stat. Et istius dicti reddit rationem dicens. Nec mirum, quia dilectio semper amplius præsumit, & confidit, semper acutum habet penetrans omnia, & sequens impetum ardentis desiderij, nec dissimulare valet, donec ad amatum perueniat. Hæc ille. His concordat Gilbertus porretanus, vbi dicit. Scientia inflat, charitas perflat, charitas intimior est quam sciẽtia & ad secretiora pertingit. Omnia. n. interiora perflat spiritus amoris, quo & scrutatur profunda Dei. Hæc ille. Nullum etiam bonum perfecte noscitur, quod non perfecte amatur, sicut August. dicit. Vnde in Eccle. dicitur. Qui timetis Deum, diligite illum, & illuminabit corda vestra. Rationabiliter igitur charitatiua affectio sequitur contemplationem, tanquam perficiens eam, quamuis incognita amari omnino non possint, secundum Augustin.

De Tri. lib. 8. c. peń.

Vbi supra li. 9. c. 8.

Super Cãt. ser. 39.

Li. 83. quęstionum. q. 35.

Eccl. 2.

Distinctio 2.

Quid sit charitas.

SEcundo vidẽdum est, quid sit charitatiua affectio, vt ex hoc spirit' cognoscat, qualiter ipsa sit iter ad æterna. De quo primo sciendum est, quòd amor dilectio, & charitas, in scriptura frequenter pro eodem accipiũtur, vt dicit Diony. quarto de diuinis nominibus, vbi dicit. Communiter & vniformiter vtendum est in diuinis nomine amoris, nomine dilectionis, siue etiam charitatis. Et August. 6. de trini. dicit, ꝙ nihil aliud est charitas, nisi amor boni. Est igitur sciẽdum, sicut dicit Diony. vbi supra, ꝙ vnus est amor increatus, qui sua supersubstantiali et vniuersali appetibilitate ingignit amorem creatum omnibus rebus, qui amor creatus, est quædam inclinatio & coordinatio amantis ad bonum amatum, & ideo Diony. distinguit ibidem diuersos amores secundum diuersas inclinationes ad bonum appetibile, dicens. Quando amorem nominamus, siue diuinum, siue angelicum, siue intellectualem, siue naturalem, designamus nomine amoris quãdam virtutem vnitiuam, vbi dicit commentator. Amor est cõnexio & vinculum, quo omnium rerum vniuersitas ineffabili amicitia insolubiliq; vnione copulatur. Et commentator exponit, & declarat istos amores ibidem. Ex quib' magis quid amor siue charitas sit, apparebit. Amorem naturalem vocant inclinationem ad bonum, quæ non pręsupponit cognitionem aliquam, quę inest omnibus rebus a creatore indita, qua inclinentur ad conseruationem sui esse, quod est bonum eis. Vnde dicitur in Iob. Frumẽtum desiderat nubes. i. naturalem habet inclinationem ad hoc bonum, amorem animalem vocat inclinationem ad bonum, quæ præsupponit cognitionem sensitiuam, & his tantum est in his, in quibus est sensibilis appetitus, vt in homine, & in brutis. Amorem intellectualem vocat inclinationem ad bonum, quæ præsupponit cognitionem rationis (vt commentator ait) quæ est in homine, & hic amor distinguitur. Quia quãdo est inclinatio ad bonum, quæ non præsupponit nisi naturalem cognitionem boni absolute, & est a voluntate non deliberata, quædam est inclinatio in bonũ, quæ pręsupponit cognitionem deliberatã respectu boni relati ad aliud, vt ad finem, vel circũstantia, vel ad aliquid aliud, tunc est amor electiuus, qui proprie dicitur dilectio. Si aũt ille amor fit, per aliquem habitũ supernaturalé, per quem fit homo acceptus Deo, & dignus remunerari in æterna vita, amor charitatis est siue gratuitus, & hic necessarius est, vt sicut intellectus ꝑ fidé (qđ est lumé supernaturale) eleuatur ad beatifici obiecti supernaturalem cognitionem; ita & affectus siue voluntas per supernaturalem habitum charitatis eleuatur ad beatifici obiecti supernaturalem affectionem: vt infra patebit. Amorem autem angelicum vocat inclinationé in bonum, qua præsupponit altiorem cognitionem, ꝙ sit cognitio humana & ideo Angelus fortius inclinatur in bonum cognitum & perfectius. Vnde Lincon. commentator super 5. ang. hierar. dicit. Angeli ex rationis abundantia scientes, id quod appetunt esse vere desiderabile, & vehementissime, & intime, & totis virib' desiderandum, & amandum amore puro, & non in aliud tendente; illud intendunt, ita fortiter & inauertibiliter, & quòd illa intentio a nulla potestate & potentia intercipi potest, vel impediri, & sic amor intellectualis tendit in eis in ipsum bonum, quod est verum, & summum bonum. Hæc ille. Amorem vero diuinum Dion. vbi supra ponit, præexistentem supersubstantialiter in bono ad existentiã emanantem, qui & rursus ad bonũ conuertitur, in quo diuinus amor monstratur, sicut quidam æternus circulus, habens sui interminabilitatem, & principij carentiam, circumambulantis propter bonum ex bono, & in bonum, per quandã circulationem non errantem, & ipse amor in eodem & secundũ idem procedens, semper in se manet, & ad se restituitur. Hæc ille. De isto amore dicit idem sic. Audeo & pro vero dicere, quia ipse Deus omnium tam pulchro & bono amore omnium per abundantiam abundantem amatiuę bonitatis, quasi extra seipsum fit, prouidendo omnibus existentibus, & per amorem & bonitatem trahitur, & ex eo quod est super omnia, ad id quod est in omnibus deducitur secundum virtutem supersubstantialem facientem extasim, sed a se inegressibilem (propter quod Deum zelotem vocant) tanquam abundanter amantem existentia, & excitantem mentes ad feruens desideriũ ipsius. Vnde amabilis & diligibilis dicitur inquantum est plenitudo bonitatis, & pulchritudinis & cunctis apparentibus dicitur Deus amor, & dilectio inquantum ipse est virtus mouens, & quasi sursum agens omnia, ad se naturaliter appetendum, quemadmodum adamas quiescens, facit ferrum moueri. Hęc Dionysius. Ex his omnibus cõcludit, dicens. Quando ergo amorem nominamus siue diuinum, siue angelicũ, siue intellectualem, siue animalem, siue naturalem, designamus nomine amoris quãdam virtutem vnitiuam & concretiuam, mouentem superiora ad prouidentiam inferiorum, & coordinatam ad continuam & mutuam habitudinem inferiorum, ad conuersionem ad superiora. Ex quibus omnibus apparere potest, quòd amor est virtus vnitiua amantis cum amato.

Diuersi modi amores.

Amor naturalis.

Iob. 37.

Amore quid.

Distinctio 3.

TErtio ne spiritus humanus eripiat iter naturalis affectionis, vel acquisitæ dilectionis, ꝓ itinere charitatiuæ affectionis; expedit videre, qualiter affectio charitatiua siue gratuita a naturali affectione & acqsita dilectione, vel amore differat, vel distinguatur. De quo notandum est, qđ sicut dicit Hugo de sancto Victore in lib. qui incipit. Accipe frater charissime. Affectus est spontanea qdam ac dulcis

Affectio charitatiua qualiter ab affectione naturali & acquisita differat.

Digitized by Google

cis ipsius animi ad aliquid inclinatio. Et quia sicut ipse dicit ibidem. Secundum variam inclinationem affectionum & motuum variantur nostri amores, ideo vt de omnibus affectionibus et motibus quibus amor no ster multipliciter variatur, quis illorum maxime sequedus sit, & qualiter, vt cōpetenter fiat & qs respuendus sit vel etiam reprimendus, subtilius est inquirendum. Per hoc patebit, in quo amores isti conueniunt & differunt. Sunt autem sicut oppositi idem quinque amores affectiones, quibus inclinamur ad aliquem vel aliquid. Primus est affectus naturalis, de quo dicit Hugo ibidē sic. Naturalis affectus est cuiuslibet ad carnem suam, ne mo enim carnem suam odio habuit. Item matris ad filium, non enim potest mater obliuisci infantem vteri sui. Item hominis ad domesticum suum. Qui enim curam domesticorum non habet, fidem negauit, & est deterior infideli. Hunc sane affectū sicut non admittere impossibile est, ita non sequi summæ virtutis est, nisi ratione reguletur. Semper enim iste affect⁹ mollia suggerit, & suaue & iucundum, quod terrenum, quod voluptuosum, & quod delicatum libenter amplectitur. Qd vero asperum, quod voluntati contrarium omni horrore refugit, quo circa huius affectionis executio amor peruersus est. Hic amor a saluatore interdicitur cum dicit. Qui amat animam suam perdet eam. Proinde sanctus Augustinus dicit. Si male amas tūc odisti, si bene oderis tunc amasti. Sequitur. Qui enim amat secundum talem affectum vtique odit, quia qui diligit iniquitatem, odit animam suam, qui vero odit secundum illum affectum, secundum rationem diligit. Naturale quidem est, ꝙ homo erga se & suos affectū habeat, sed amorem secundum affectum habere non debet. Hæc ille. Quod in isto affectu naturali affectio charitatiua differat, patet, quia ista cum homine nascitur, illa vero a Deo inducitur. dicit idem Hugo. Secundus est affectus carnalis, de quo dicit idem sic. Carnalis affect⁹ duplex est. Plerumq; enim neq; virtus neque vitiū est, sed est quædam exterioris hominis habitudo, animum intuentis sibi inclinās facile. Quippe cum alicuius forma est elegātior, et sermo suauior, venustus aspectus, etiam ignorantis qualis ipse sit, prouocat, & perstringit ipsum affectū. Hoc in puero Moyse apparuit, quòd propter elegantem formam tribus mensibus contra pręceptum Pharaonis abscondebatur, & a filia ipsius Pharaonis in filium fuit adoptatus. Porro & qui ad noxiam voluptatem in qualibet specie suauitatis male blanda compungit, motum carnalis affectus nemo sani capitis dubitauit. Hic carnalis affectus fuit, Dauid ad speciem Bersabeæ præuenit incautum, præuentum dissoluit, dissolutum obruit. Hic affectus sapientiam Salomonis absorbuit, & carnali libidine dissolutū, in spiritualis fornicationis baratrum, & nefandissimam idolorum culturam deiecit. Hęc ille. Talis affectus non meretur habere nomen amoris veri, sed (vt dicit Diony.) est longinquum idolum veri amoris, & plenus anxietate. Affectio autem charitatiua plena est iucunditate. Vnde Richard. de trini. Sicut charitate nihil est melius, ita & nihil est iucundius. Tertius affectus est officialis, de quo Hugo sic dicit. Officialem affectum dicimus qui meritorum vel obsequiorum exhibitorum quorundam animos inclinat, qui quamuis sit periculosus, tamen admittendus est, ne sis ignarus vel ingratus in officio, cauendum est ne tam homini impertiatur quā vitio. Quid magis cauēdum est, quam ne obsequijs vel muneribus illectus, aut foueas vitia aut vitiosa. Proinde in muneribus vel obsequijs suscipiendis, magna habenda est discretio. Et attendendum est ad personæ dignitatem, vt si forte tanti meriti sit, vt affectus officialis transeat in rationalem, vt quem cępimus diligere, quia nobis gratus, diligi incipiatur, quia virtutibus adornatus, & retributio secun

Eph. 5.
Isa. 49.
2.Reg. 11.
3.Reg. 11.
De Ang. hier. c. 5. & de diui. nomi. c. 2.

dum rationem non secundum affectum impendatur, sed & desiderium quo amati præsentia desideratur, vel actus quo ipsa præsentia comparatur, rationem sequatur non affectum. Iste quoque affectus qui hominem sine alterius causæ respectu sponte complectitur, per omnia temperetur. Ab isto affectu multum differt affectio charitatiua, quia ista quærit quæ sua sunt, per charitatem autem singula sunt omnium, & omnia singulorum, quia non quærit quæ sua sunt, vt ait Grego. in moralibus. Quartus est affectus rationalis de quo Hugo sic dicit. Rationalis affectus hic est, qui ex consideratione alienæ virtutis oboritur, videlicet cū oculis nostris cuiuslibet virtus, vel sanctitas explorata, vel fama diuulgata, mentem nostram dulcedinis suauitate perfundit, Sequitur. Hic est affectus, qui nos audita triumphali martyrum passione, suauissima compūgit deuotiones ac memorabiles actus præcedenriū quasi sub oculis delectabili meditatione depingit, & ad proximi dilectionem contemplantis eius virtutibus accendit, propter qd constat, hunc affectum esse perfectiorem. Etenim nō modicum virtutis iudicium est, ipse amor virtutis, ex quo ad actum virtutis excitabitur. Hæc ille. Ab isto affectu differt affectio charitatiua, quia ista ratione mediante ab exemplis exterioribus oritur, & exercitatur. Affectio vero charitatiua a Spiritusancto ad amandū et peccatores inflammatur, & bonorum exemplis mul to dulcius afficitur, vt patet per Apostolum vel p alios sanctos. Quintus est affectus spiritualis, sic dictus, quia vel a spiritu immittitur, vel a spiritu oritur, vel a spiritu inspiratur. Et hic affectus est triplex, quia qñdoq; immittitur a spiritu maligno, quandodoque oritur a spiritu humano, & qñdoq; inspiratur a spiritu diuino & sācto. A spiritu maligno affectus immittitur, (vt dicit Hugo) qñ inclinat aliquem ad vitia. Illo affectu maligno, filius Dauid improbe in sororis exarsit amplexus. Istūque affectum misit in cor Iudę, vt Dominum traderet. Illo affectu inclinat ad quęque turpia. Vnde Oseæ, Spiritus (inquit) fornicationis decepit eos. Quod autem affectio charitatiua differat ab illo planum est, quia illi contrariatur, a spiritu aūt humano tam ex innata ingenuitate, q̄ ex studiosa & exercitata exquisitione, oriūtur quandoq; affectus amorosi ad summum bonū diligendum, quod est summe appetibile, & sunt simillimi affectioni charitatiuæ siue gratuitæ. Nam si accipiatur gradus maxime charitatis, q(testante veritate in Euangelio) est, vt animam suam ponat quis pro amicis suis, similem gradum ex puris naturalibus inueniuntur multi ascendisse. Vnde Augustinus narrat, ꝙ multi vtilitatem reipublicæ propriæ vitæ proponebant. Et exemplificat de hoc. Et Tullius de officijs dicit, ꝙ duo erāt pręcepta Platonis volentibus reipublicæ prodesse. Primū, vt vtilitatem ciuium sic tueātur, vt quæcunq; agant ad eam referant, obliti commodorum suorum. Secundum pręceptum fuit, vt totū corpus reipublicæ curent principaliter ne dum aliquam partem tuentur, reliquas deserāt. A spiritu autem diuino affectus charitatis infunditur, vt patebit, qui licet in multis differat a prædictis, in multis tamen conuenit cum eis, propter quod difficile est distinguere inter istas affectiones, scilicet charitatiuam, naturalem, & acquisitā, propter similitudinem actuum suorum. Et tamen isti habitus differunt, quod certum est, primo quantum ad originem, quia charitas gratuita a solo Deo supernaturaliter infunditur. Vnde dicit Apostol⁹. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per inhabitantem Spiritumsanctum. Illa autem. s. naturalis per naturam cū homine nascitur, & altera per exercitium acquiritur. Secundo differunt quantum ad substantialitatem, quia charitas gratuita est viuificatiua, purior & feruentior, quia nunquam est sine spiritu sancto qui datur in ea, neutra autem aliarum viuificat.

Tertio

Affectus triplex.
2.Reg. 13.
Ioann. 13.
Ose. 4.
Iuan. 15.
De ciu. dei li. 1. c. 18.
Tulli⁹ duo præcepta Platonis refert.
Charitas gratuita ab alijs affectibus dilectionis differt.

Tertio differunt quantum ad formalitatem, quia charitas gratuita alias virtutes, vel habitus informat, & pficit. vt dicit Ambro. Vtriq; autem illorum manēt informes, & imperfecti sine ista. Quarto differunt quantum ad finis capacitatem, quia charitas gratuita spiritū humanum a culpa educit, in gratiam conducit, & Deo vnit, & gaudio perreni & iubilatione, consummat & perficit. Vnde Rabanus in quodam sermone dicit sic: Charitas siue amor diuinus est ignis in meditatione, mentem purificans a sordibus vitiorum. Lux est in oratione, mentem irradians claritate virtutum. Mel est in gratiarum actione, mentem dulcorans, dulcedine diuinorum beneficiorum. Vinum est in contemplatione, mentem inebrians iucunda delectatione. Sol est in æterna beatitudine, mentem clarificans, serenissimo lumine, & suauissimo calore, exhilarans ineffabili gandio, in perenni iubilatione. Hæc ille. Nullum istorum potest perficere, sine charitate nec naturalis amor, nec aquisita dilectio. Bern. sup Cant. ser. 50. sic distinguit dicēs: Est affectio, quam caro, siue natura gignit, est affectio quam studiosa exercitatio acquirit, siue quam ratio regit, & affectio quam sapientia condit. Hæc vltima primam illuminat, secundam remunerat, prima quidem est dulcis, sed turpis, secunda est sicca, sed fortis, tertia suauis & pinguis, quę gustat quoniam suauis est Dominus. Hæc ille. Certa tamen differentia in bis non potest haberi.

Distinctio 4. Articulus primus.

Quib. coniecturis cognosci potest qui nō sit in gratia.

QVarto igitur videndum est, quibus signis vel cōiecturis charitatiua affectio, vt a Deo inspirata est, qualitercunq; cognoscatur. Circa quod sciendum, quòd quamuis magister in sentētijs notificare nitatur habitum charitatis di. Charitas est virtus gratuita, voluntatem in esse secundo perficiens, in ordine ad actum diligendi, prompte, & faciliter, propter se, & supra omnia summum bonum. Et licet habitus notificentur per eorum actus, tamē (vt supra patuit,) quia actus charitatis, & actus amoris naturalis, & acquisitæ dilectionis sunt similimi, ideo non possumus certitudinaliter scire, vtrum habeamus habitum charitatiuæ affectionis, quod non absq; rationabili causa a Deo ordinatum est, & ideo oportet nos esse contentos aliquibus signis, & coniecturis, quibus aliqualiter confidimus nō habere charitatem gratuitam. Et quia ista signa & coniecturæ oriuntur ex actibus charitatis, quorum aliqui ex ipsa charitate oriuntur, aliqui ex ipsa imperantur, & horum aliqui sunt charitatis incipientium, & alij charitatis proficientium, & alij charitatis perfectorum, ꝓpter quod sancti & doctores aliqui dicunt, aliqua signa esse charitatis iam roboratæ, & aliqua esse charitatis signa iam perfectæ. Et signa charitatis iam genitę siue infusæ, sicut dicit Bernar. sunt quatuor, quæ ibi numerat di. sic. Primum signum charitatis genitæ siue infusæ est dolor de culpa præterita: Ratio huius est, Charitas & culpa mortalis opponuntur, & ideo simul stare nō possunt in eadem voluntate, ideo quādo charitas est in voluntate, expellit culpam per dolorem contritionis. Vnde August. dicit sic. Radix omnium bonorum est charitas, & radix omnium malorum est cupiditas, & simul ambę nō possunt esse, quia nisi vna radicitus euulsa fuerit, alia plantari non potest. Ergo dolor contritionis signum est habitæ charitatis, cum vtraq; simul in volūtate esse non possit. Secundum signum charitatis genitæ secundum Bernard ū. est firmum propositum cauendi futura peccata cum effectu. Cuius ratio est, quia habere propositum cauendi omnia peccata mortalia cum effectu, nec per amorem naturalem, nec per acquisitam dilectionē, potest diu quis habere sine gratia, siue charitate adiuuante. Vnde Aug. dicit ꝙ voluntas ipsa nisi gratia Dei liberetur a seruitute, qua facta est serua peccati, vt vitia superet & per gratiam adiuuetur, recte pieq; viui a mortalib. non potest, licet enim pp libertatem, posset vitare quodlibet peccatum mortale signatum, nō tamen propter infirmitatem potest diu omnia in communi vitare, quin in aliquod incidat, ergo diu esse sine mortali peccato, signum est charitatis iam habitæ, sine mortali, id est sine conscientia mortalis. Tertium signū charitatis genitæ, secundum Bernard. est delectatio in auditu diuini sermonis. Ratio huius est, quia amantes delectātur in sermonibus mutuis, siue sint sermones inspirati, siue scripti, siue exterius anditi, vt ex illis capiant experimentum mutuorum affectuum, quos charitas silentio tegere non potest. Mos enim amantium est (ait Chrysost.) vt amorem suum silentio tegere non queant. Vnde & Gilbertus por. idem dicit. Ideo charitas inspiratione, id est interna locutione non est cōtenta, sed sacri sermonis institutiones, velut clypeos, vndique memoriter appræhendit, sed nec his contēta, quasi vociferando clamat. Nunciate dilecto quia amore langueo, vbi dicit glo. Illis volentibus docere, ista flagrans amore prior alloquitur. Ex bis apparet, qđ dilectatio in auditu verbi Dei, est signum charitatis genitæ. Quartum signum charitatis genitæ est promptitudo boni operis. Ratio huius signi est, quia charitas maxime est operatiua, quia ipsa est amor finis, & ideo imperat omnem actum ordinatum, vel ordinabilem in hunc finē. Vnde Greg. in homil. super Ioann. Si quis diligit me, dicit. Nunquam amor est ociosus, operatur enim magna si est, si autem operari renuerit, amor nō est. Et ibidem probatio dilectionis est exhibitio operis. Et Bernar. super Cant. Magna res est amor, & si ad suum recurrit principium, si suo origini reducitur, si refusus suo fonti, semper ex eo sumat, vnde iugiter fluat, igitur operatio bonorum operum, signum est charitatis habitę. Quintum signum charitatis iam genitę ponit Ambro. in libr. de similitudinibus, vbi dicit. Quòd quando aliquis de defectu alicuius tristatur spirituali, & de profectu aliorum spirituali lætatur, signum est charitatis. Et Augustin. in vna epistola ad Hyponenses dic. Qui non dolet de malo proximi, non est in eo charitas CHRISTI. Ratio huius signi est, quia cum secundum Dion. chritatis ardor sit virtus vnitiua, ideo nititur omnia liquescere, & in vnum conflare, vt ipsa vniantur. Vnde Grego. super Ezech. dicit sic. Ecce qualis est charitas, quæ diuersitates mentium accendit, concremat, cōflat, & quasi in vnam speciem auri reformat. Sed hanc conflationem vnitiuam defectus spiritualium impedit, & profectus perficit, ideo charitas facit de vno tristari, & de altero lætari. Vnde Apostolus dicit, quòd charitas non congaudet iniquitati, sed magis cōgaudet veritati, igitur tristari de defectu spiritualium, & gaudere de eorum profectu, signum est charitatis.

In serm. de omnib. sanctis.

In hom. 8. super Ioā.

Li. 1. retra. c. 8. In peccato mortali existēs diu peccata mortali vitare non potest.

In Cantic. Serm. 26.

1. ad Cor. 13.

Articulus secundus.

Signa charitatis proficientis.

SEcundo quidam tradunt aliqua signa charitatis iā roboratæ, siue proficientis. Et licet multa sint signa istius charitatis, tamen quinque sufficiant magis vtiliora. Primum igitur signum iam roboratæ, & proficientis charitatis, est frequens & iusta conscientiæ examinatio, non solum de peccatis mortalibus, sed etiā de venialibus. Ratio huius signi est, quia sicut charitas opponit peccato mortali, ita feruor charitatis opponitur veniali, vt ipsum expellat ab anima, ne Spiritui sācto displiceat, quia omnes officinas mentis visitat & mundat. Vnde Gregor. in moralibus, & Bernard. in sermo. de penthe. dicunt. Spiritus sanctus profecto monet, mouet, & docet, monet memoriam, mouet voluntatem, &

docet

Digitized by Google

docet rationem, nec minimam peccati paleam, infra cordis (quod possidet) habitaculum, patitur residere, sed statim igne subtilissimæ circunspectionis exurit. Hæc ille. De quo igne Ambro. super illud. Veni ignem mittere, dicit sic. Dicit ignem, quia aurea vasa Dominicæ domus meliorat, fœnum vero consumit & stipulam. Dum igitur frequens examinatio conscientiæ sit a Spiritusancto per fauorem charitatis, planũ est, quia ipsa est signum roboratæ charitatis, quæ operit multitudinem peccatorum. Secundum signum proficientis charitatis ingenitæ, est concupiscentiæ diminutio. Ratio huius signi est, quia quanto charitas diligens Deũ magis augmentatur, tanto magis homo a concupiscentia temporalium elongatur, ex quo ipsa concupiscentia intantum diminuitur. Vnde Augustinus in Enchiri. dicit, quòd minuitur concupiscentia, crescente charitate, donec veniat ad magnitudinem, qua maior esse non possit. Vbi autem non est charitas, ibi regnat cupiditas: regnat autem cupiditas, quando desiderium veri & boni expellit, & saporem. Tertium signum charitatis proficientis est sensuum interiorum, siue spiritualium vitalis exercitatio. Ratio istius signi est, quia sicut exercitatio sensuum corporalium signum est corporalis vitæ, ita exercitatio sensuum spiritualium, signum est spiritualis vitæ. Sunt namque quinque sensus interiores in mente, sicut sunt quinque sensus exteriores in corpore, sicut dicitur in libro de spiritu & anima, & Gregor. in moralibus dicit. Habitare in corpore animam, probant vitales sensus: ita habitare in anima spiritum, probat vita spiritualis. Illud ex visu & auditu dinoscitur, istud ex charitate & alijs virtutibus probatur: igitur ex charitate siue dilectione, quæ est vita animæ (secundum Hugonem de arha animæ) sensus interiores viuificantur & exercitantur, ideo profectus interioris siue spiritualis exercitationis, signum est augmentatæ dilectionis, quæ omnia exercet in finem, id est, ordinat. Quartum signum charitatis est studiosa mandatorum Dei obseruatio. Ratio huius signi est, quia obseruatio mandatorum vera sine charitate fieri noo potest. Vnde Dominus dicit sic. Qui diligit me sermoné meum seruebit, & pater meus diliget eum, &cęt. Quod exponens Gregor. in homil. dicit sic. In quorundam corda venit, & mansionem non fecit, quia tempore tentationis ab eo recedunt. In quorundam corda venit & mansionem facit, quia sic amor siue charitas Dei eos penetrat, vt ab amore, tempore tentationis non recedant. Qualiter autem charitate non proficeret, qui fontem dilectionis in se haberet, & iam aliqualiter gustaret? Vnde Augustinus dicit. Tu qui veram requiem, quæ post hanc vitam promittitur, quæris etiam hanc inter amarissimas vitę huius molestias, suauem iucundamque gustabis, si eius vis qui eam promisit, præcepta seruando, dilexeris. Et sic patet quartum signum charitatis proficientis. Quintum signum charitatis proficientis est diuinarum veritatum manifestatio. Ratio huius signi est, quia amor est signum communicationis, & ideo amicus reuelat, & communicat amico suo secreta sua, quasi non credens ea ponere extra se, sed in eo qui est sicut ipse. Amicus enim meus est, quasi alter ego, ait quidam. Vnde Richard. dicit sic. Si vis noscere quia subtilitas diuinarum reuelationum sit manifestũ diuinæ dilectionis indicium, audi, Iam oon dicam vos seruos (inquit Dominus) sed amicos, quia omnia nota feci vobis, quæ audiui a patre, quia ex magnitudine diuinæ dilectioois pendet modus diuinæ reuelationis. Et idem dicit sic. Certum igitur signum tibi sit, quòd dilectum tuum minus diligis, & ab illo minus diligeris, si ad theoricos excessus, nondum vocaotem, sequi merueris. Ex quo patet, quòd cresceote reuelatione, crescit

Luc. 12.

Si hoc diffusius scire desideras, require infra itiné. 6. dist. 4.

De hac exercitatiõe sensuum require supra dist. 4.

Ioann. 15.

De cõtemplat. lib. 4 cap. 16.

Ioann. 15.

& dilectio. Et signum quintum charitatis proficientis patet sic.

Articulus tertius.

Tertio quidam tradunt quædam signa charitatis iã perfectæ, prout potest persici in via. Quia iustorũ semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem, s. perfectę charitatis. Et ideo sciendum est, quòd in viatoribus duplex est perfectio charitatis. Vna est necessitatis & sufficientiæ, alia est priuilegiatæ sanctitatis & excellentiæ. Has perfectiones tangit Prosper de vita contemplat. vbi dicit sic. In hac vita perfecti sunt illi, qui perfecte diligũt, qui volendo quod vult Deus, nullis peccatis quibus offenditur Deus acquiescunt, & semper ad virtutes habendas se extendunt. Perfectionem necessitatis tangit cum dicit. Qui volendo quod vult Deus & hanc habet quicunque manet in charitate, & ad hanc perfectionem inuitat Dominus dicens. Perfectus eris & absque macula, coram Domino Deo tuo: Absque macula nempe criminali, vt ait glo. Perfectionem autem excellentiæ tangit Prosper, cum dicit. Semper ad virtutes habendas se extendunt. Vnde bene in epistola quadam dicit sic. Indefessum ꝓficiendi studium, & iugis conatus ad perfectionem, reputatur perfectio. Sed quia Apostolus dicit. Velle mihi adiacet, perficere autem non inuenio, ideo plena charitas qualis erit in patria, nullo modo in via haberi põt. Propter quod signa talis perfectæ charitatis, in his non quęruntur, sed signa perfectæ charitatis, prout in via haberi potest, quæruntur. Est igitur notandum, quòd signa charitatis perfectæ dupliciter considerari possunt, quia quædam habentur ex actibus exterioribus, & quędam quasi ex actibus interioribus, & licet de vtrisque multa assignari possint, tamen de vtrisque quinq; ad pñsens sufficiant. Primum igitur signum extrinsecum charitatis perfectæ est, si quis pro salute proximi mori paratus est. Ratio istius signi est, quia sicut dicit Augustinus libr. de gra. & libe. ar. Parua charitas non sufficit ad implenda magna mandata, vt sunt mori pro CHRISTO, vel pro fratribus, & cętera huiusmodi: sed requiritur ad hoc charitas magna, idest perfecta. Vnde super epistolam Ioh, dicit Augustinus. Perfecta charitas hęc est, vt quis pro fratribus sit mori paratus, sicut & Origen. etiam exponit illud Cant. Ascendam ad palmam, dicens. Voluntas patiendi probauit, quia veraciter amauit, & tanto erat amor altior: quanto patiendi pro Ecclesia voluntas erat paratior. Hæc ille. Et Dominus dicit. Maiorem hac dilectionem, &c. Signum igitur perfectę charitans est, si aliquis paratus est mori pro salute proximi. Secundum signum extrinsecum perfectæ charitatis est, si inimicos diligit, & eis propter Deum benefacit. Ratio huius signi est. Quia sicut dicit Hugo de arrha animæ. Amor transformat amantem, in similitudinem amati, inquantum potest: non solum quantum ad substantiam, sed etiam quantum ad operationes arduas & difficiles. Cũ ergo Deus amatur ab eo qui diligit inimicos & bene facit eis, sibi assimilat, vt ipse ostẽdit dicens. Diligite inimicos vestros, & bene facite eis, vt sitis pfecti, sicut & pater vester pfectus est, & hoc nõ possit fieri per quamlibet dilectionẽ, sed per perfectã: vnde dicit Augustinus in Enchiridio quòd talis dilectio perfectorum est, & Origenes super Cantic. dicit. In exhibitione pietatis probatur magnitudo amoris: ideo illud verum est signum, diligere inimicos propter Deum dilectum. Tertium signum charitatis perfectæ extrinsecum est, si omnia aduersantia gaudenter suscipit, & patienter sustinet Rõ huius signi est, quia charitas perfecta mentem ab amore huius vitæ quasi totaliter auertit, & occidendo quasi insensibilem reddit, quia pœnas

Signa extrinseca charitatis perfectæ.

Prouer. 4.

Charitatis pfectio duplex.

Deut. 16.

Rom. 7.

Cant. 7.

Ioan. 15.

Matth. 5.

temporales,& mortem contemnere facit. Vnde Greg.
in homi.9.dicit sic Fortis est vt mors dilectio, quia si-
cut mors corpus interimit,sic charitas vitæ æternæ ab
amore temporalium mentem auertit & occidit. Nam
mentem,quam perfecta charitas absorbuerit,ad terre-
na foris desideria velut insensibile reddit, neq; sanctus
quilibet mori pro Domino potuisset in corpore, nisi
prius a terrenis desiderijs in mente mortuus fuisset.
1. ad Cor. 13. Hæc ille. Charitas enim omnia sustinet, ait Apostolus.
Act. 5. Vnde Apostoli ibant gaudentes a conspectu concilij,
&c. Ex quo patet veritas istius signi. Quartum signum
perfectæ charitatis extrinsecum est,si omnibus renun-
ciare paratus sit,& sequi Christum. Ratio huius signi
est,quia perfecta charitas omnia renuit,quæ eius offi-
Phil. 3. cium impediunt. Vnde Apostolus omnia arbitratus est
vt stercus, vt dilectum lucrifaceret. Sed temporalium
concupiscentia maxime impedit officium charitatis.
In libr. 83. q. 86. Dicit enim Aug.q. charitatis venenum,est spes adipi-
scendorum temporalium:& nutrimentum charitatis,
imminutio cupiditatis: perfectio vero charitatis est,
In moral. lib. 8. ca. 9. vbi nulla est cupiditas. De hoc dicit Greg. Sunt non-
nulli illorum,qui ad contemplandum culmen perfe-
ctionis,dum ad altiora interius appetunt,exterius cun-
cta derelinquũt,qui rebus habitis se nudant,gloria ho-
noris se expoliant,qui desideriorum internorum assi-
duitate se affligunt,de exterioribus habere consolatio-
Col. 3. nem nolunt,quibus Paulus dicit. Mortui estis,& vita
vestra abscondita est in Deo. Hæc ille. Et sic patet, ꝙ re
nunciare omnib. & sequi Christum, eius voluntatem fa
1. Ioan. 2. ciendo,signum est perfectę charitatis. Vnde Ioan. dicit.
Qui seruat verbum Dei,vere in eo charitas Dei perfe-
cta est. Quintum signum perfectę charitatis extrinse-
cum est,si nihil aliud quam solum Deum timuerit. Ra
tio huius signi est,quia sicut dicit Io. Perfecta charitas
foras mittit timorem. Quod exponens Gilbertus pore
ta. ser. 18. dicit. Charitas proximi caret liuore,sed chari
tas Christi caret timore. Hæc enim nihil pęnale habet,
timor autem pœnam habet, ergo in Christi charitate
non erit timor nisi filialis. Quid enim timebit charitas
veteres offensas,quia multitudinem peccatorum ope-
rit charitas? Quid infirmitatem propriæ conscientię ti-
mebit ne decidat,quia fortis vt mors dilectio? Quid
temporales pro Christo timebit molestias finibiles, cũ
nec quidem si æternæ fuerint,defatigari aut nec euane
scere poterit dilectio consummata,id est perfecta? Non
ideo amat charitas vt pereat,sed magis vult foris in æ-
ternũ perire pęnaliter,quam priuari visu amoris interni
ęternaliter. Hæc ille. Ex his patere potest, ꝙ timorem ex
pellit charitas perfecta. Quidam etiam ponunt signum
istius amoris corporalis, vt faciei pallorem, corporis lã
guorem, actionis torporem,& cætera huiusmodi. Sed il
la sunt signa tam amoris carnalis, quam spiritualis vt
communiter patet.

Articulus quartus.

Signa intrinseca charitatis perfectæ. VLtimò videndum est de signis intrinsecis charita
tis perfectæ. Sunt enim quædam actiones charita
tis perfectæ quasi intus manentes,a charitate elicitę vel
imperatæ,& tanto sunt veriora,quanto interiora. Quã
to.n. charitas perfectior,tanto acutior,& ad intima per
tingens,vt patet per Hugo, ideò intimiores & perfe-
Super 7. Angelicæ hierarch. ctiores elicit actus. Primum igitur signum intrinsecum
charitatis perfectæ,sunt profunda & intima suspiria mẽ
tis. Ratio huius signi potest esse talis,quia quando me
moria rei amatæ intima mentis tangit, statim suspiria
amorosa quasi quosdam nũcios amoris expellit,donec
eam præsentia dilecti visitet,& visu reficiat. Vnde Gre-
Iob. 3. gor. 5. libr. moral. adducens illud Iob. Antequam come
dã, suspiro: dicit. Mens ad inspirationem fulgoris inti-
mi, suspirijs vegetata conualescit,quia eam amor veri-
tatis afficit, & refectio contemplationis pascit,tepidus
autem amor hoc non facere potest,sed amor perfectus.
Patet ergo,quòd intima suspiria sunt signum charita-
tis perfectæ,vt idem & Rich. dicit. Secũdum signum chari
tatis perfectę,sunt alta desideria. Ratio istius signi est,
quia August. lib. 13. confessi. dicit. Omnia ponderibus
suis aguntur,& loca sua petunt grauia deorsum vt la-
pis,sursum leuia vt ignis. Hæc extra loca sua exeunt
quasi inquieta,sed quod est põdus in corporalibus. est
amor in spiritualibus. Vnde dicit idem. Amor meus põ
dus meum,eo feror quocunq; feror,dono tuo accendi
mur,& sursum ferimur. Ergo quantò amor magis ac-
cenditur,tantò desideria amorosa perfectius sursum fe
runtur,nec quiescunt,donec ad locum suum scilicet ad
amatum Deum perueniant. Vnde sequitur. Inardesci-
mus,& imus,& ascendimus ascensiones in corde ad pa Super 3. angelicę hierarch.
cem in Hierusalem. Simile dicit Lincon. Et Greg. lib.
7. moral. dicit sic. Sancti viri cum desiderium æternita-
tis anhelant,in tanta altitudine vitæ se subleuant, vt au
dire iam quæ mundi sunt,graue sibi,ac deprimens pon
dus credant. Valde enim intollerabile æstimant, quic-
quid id non sonat,quod intus amant. Sequitur infra.
Et multiplicata charitate maioribus desiderijs eleuant,
& iam peruenire ad vitam spiritus,etiam per cruciatus
corporis anhelant. Ex quo patet, ꝙ alta desideria quæ
in summum desiderabile tendunt,signa perfectæ chari
tatis sunt. Idem dicit Richar. in tractatu de charitate.
Tertium signum & intrinsecum perfectæ charitatis,
sunt cogitationes languidæ: Ratio istius signi est ista;
Fulgentius in quodã sermone dicit. Necesse est, vt quo
præcessit dilectionis thesaurus, id est amatum, illuc se-
quatur cogitationis affectus,id est desiderium amoro-
sum. Ideo veritas ait. Vbi enim thesaurus tuus est, ibi Matth. 6.
& cor tuum erit. Sequitur. Vt ergo cęlestia thesaurize-
mus,cœlestia diligamus. Vis ergo nosse vbi thesauri-
zas? attende quid amas,attende & quid cogitas, & ita
fiet,vt thesaurum tuum ex tuo amore recognoscas, &
amorem tuum iudicio tuæ cogitationis intelligas. Hæc
ille. Si ergo cogitationis affectus est vbi est thesaurus
amoris,id est,amatum,planum est,quòd cogitatio fasti- Cant. 2.
dit omne aliud ab amato. Vnde glosa super illud Cant.
Adiuro vos filiæ Hierusalem,vt annuncietis dilecto,
quia amore langueo: dicit sic. Præ magnitudine amo-
ris, omnia temporalia sunt mihi fastidium, vnde lan-
gueo. Languor autem iste causatur ex amore perfecto.
Vnde Orige. ibidem, distinguit inter amorem simpli-
cem,& ardorem,& languorem. Amant (inquit) inci-
pientes, ardent proficientes, languent perfecti: ergo co-
gitationes languidæ sunt signum amoris perfecti. Simi
le ostendit Richard. infra. Quartum signum intrinse- Super 7 Ang. hier.
cum amoris perfecti, sunt expectationes tædiosæ. Ra-
tio huius signi est,quia sicut dicit Linconien. Amore
tendente in rem amatam nihil velocius, nihil acutius, ni
hil subtilius aut penetrabilius,quia sua natura non quie
scit donec substantialiter totam penetrauerit profun-
ditatem,& pertransierit amabilis totalitatem quantum
potest. Et idem. Quando cursus istius amoris impedi- De contẽpla. libr. 4 cap. 21.
tur,vel retardatur qualitercunq;, tota mens turbatur,
& expectatione attædiatur. Quia sicut dicit Richard.
Amanti omnis mora nimis longa videtur, expectatio Iob. 3.
onerosa,clamat cum sancto Iob. Tædet animam meam
vitæ meæ. Quod exponens Greg. 9. moral. dicit sic. Præ
sens vita vilescere,id est tædere incipit,dum diuinus a-
mor dulcescere cœpit, id est perfici. Vnde amans perfe-
cte,cum tædio quodam fastidit omne quod cursum a-
moris impedit. Ideo Gilbertus porretanus, sermo. 11. di
cit sic. Amor terrenarum occupationum impatiens est,
suis satis habet inseruire negocijs, ocio gaudet, quie-
te fo-

Digitized by Google

Eccl. 6. re fouetur, ad internam dilectionem libera tempora habere volens. Sequitur. O quam durum est amanti animum dimidiare cum Christo & mundo. Et quam durum est in dilectionis uia peregrinas admittere curas, & cœleste secretum secularibus infestari turbis. Sequitur. Amor nihil magis vult quam amare. Hæc ille. Et sic patet, quartum signum charitatis perfectæ. Quintũ signum intrinsecum perfectæ charitatis, sunt affectiones extaticæ. Extasis autem est excessus mentis, ait Papias. [De diui. nom. c. 4.] Ratio huius signi est, quia sicut dicit Dionysius. Amor in Deum tendens, est faciẽs extasim spiritus. Et reddit rationem ibidem, dicens. Quia amor nõ permittit amatores esse sui ipsorum per mentis sobrietatẽ, sed eorum qui amantur per mentis excessum, sed illi qui [De præcepto & dispensa. parum ante finem,] sunt aliorum, extra se sunt. Quia sicut dicit Ber. Nõ est præsentior noster spiritus vbi animat, quam vbi amat. Quod tamen intelligendum est, quantum ad conatum affectionis. Hunc autem excessum, non potest facere nisi charitas perfecta, quæ per fortem inclinationem, causat tendentiam vehementem in rem amatam, quod ostendit Diony. ibidem per exemplum dicens sic. Vnde beatus Paulus in amore Dei magnifice excellens dicit. [Gal. 2.] Viuo ego, iam non ego, viuit autem in me Christus. Sequitur. Hoc autem dicit verus amator, & extasim passus, viuens Deo & non sibi. Hæc exponens Vercell. dicit. [In prolo. super Can.] Viuo ego vita naturali, iam non ego, per imitationẽ excessiuam ad æternitatis immensitatem, quasi absorpta & suo officio suspensa, dirigor, moueor, doceor, & regor vita supersubstantiali, cui vnior, qua repleor, viuit autem in me Christus, id est sicut anima sobria me regit naturaliter, & disponit ad omnem actum interiorem, sic virtus Christi cui vnior gratuite, me viuificat & ad omnia disponit. Sequitur. Hęc dixit sicut verus amator. Verus amator est, qui in solum, & summe, & vere diligibile, & desiderabile, immediate, & propter ipsum, super intellectualiter tendit. Hæc ille. Et sic patet quintum signum charitatis perfectæ. Sunt tamen plura alia signa charitatis perfectæ, sed hæc propter breuitatem ad præsens sufficiant.

Distinctio quinta. Articulus primus.

[Gradus charitatis affectuosę. Super Cãt. Ioan.] QVinto videndum est, qualiter charitatiua affectio a sanctis doctoribus distinguatur per gradus. Dicit. n. Aug. sic. Nunquid mox vt nascitur charitas, iam prorsus perfecta est? immo vt perficiatur nascitur, cum fuerit nata nutritur, cum fuerit nutrita roboratur, cum fuerit roborata perficitur, & cum ad perfectum venerit dicit. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Ex quo patet, ꝙ in charitate sũt diuersi gradus. [In Epis. ad Macedonium.] Et quia August. alibi dicit. Tanto nobis melius, quanto magis ad Deum imus, quo nihil melius est, imus autem non ambulando, sed amando, quem tãto habebimus præsentiorem, quanto eundem amorem quo in eum tendimus, poterimus habere puriorem. Hæc ille. Et quoniam maior & minor puritas in gradibus inuenitur charitatis, ideo de gradib. eius videndũ est, quomodo ab infimis ascendamus ad medios, & per [n. Moral.] medios veniamus ad summos, quia (vt ait Greg.) Nemo repente fit summus, sed per gradus ad summum peruenitur. Propter quod notandum est, ꝙ quidam distinguendo gradus charitatis, siue amoris gratuiti, incipiũt ab infimo gradu amoris, ascendendo vsque ad gradus amoris violenti. Et quidam alij docent ascendere vltra per gradus amoris violenti vsq; ad gradus amoris seraphici. Primo igitur notandum, ꝙ quidam doctor, s. Cantuar. super Cant. incipit rationabiliter ab infimo gradu charitatis, siue amoris gratuiti, ascendendo per sex gradus, vsq; ad gradus amoris violenti siue vehementis, dicens. Non omnis amor inducit languorem siue vulnerat, sed vehemens amor, qui habet sex gradus præcedẽtes, quos enumerat ibi dicens. Primus gradus est amor intemporalis siue incomparabilis, & iste est communis omnium electorum. Secundus gradus, est amor incontaminabilis, & iste est mundi contemptorum & religiosorum. Tertius gradus, est amor infatigabilis, & iste amor est iugiter proficientium & confessorum. Quartus gradus, est amor inseparabilis, & iste est bonorum contemplatiuorum. Quintus gradus, est amor insuperabilis, & iste est Christi martyrum siue victorum. Sextus gradus, est amor insatiabilis, & iste est iugiter desiderantium, vt solitariorum. His sex gradibus decursis, [Grad⁹ sex amoris gratuiti.] sequitur amor violenter inducens languorem. Primus gradus charitatis siue amoris & infimus, est amor intẽporalis, qui est communis omnibus electis, qui est tantæ virtutis, ꝙ omne peccatum mortale ab anima expellit, & Deum super omnem creaturam diligit. Et hic gradus est necessitatis, vt ostendit Dominus in Euangelio Math. vbi dicit. [Matth. 10.] Qui diligit patrem & matrem, &c. nõ est me dignus. Ergo super omnia diligendus est Deus. Vnde Anselm. dicit, ꝙ creatura rationalis, nihil debet [Mono. ca.] diligere, nisi summam essentiam, aut propter illam. Ratio istius est, quia in quo est summa diligibilitas, summe debet diligi, hoc autem est Deus. Secundus gradus amoris charitatiui, est amor incontaminabilis & hic gradus est mundi contemptorum, qui tantæ est virtutis, vt hominem a mundana conuersatione abstrahat, ne mens polluatur, & ne charitas ab opere impediatur. [1. Ioan. 2.] Vnde Ioan. dicit. Si quis diligit mundũ, non est charitas patris in eo, quoniam omne quod in mundo, est aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Ratio istius est, quia ignis amoris (vt dicit Lincon. in Ang. hierarchia.) separat Heterogenea & vnit homogenea: separat enim omne inconueniens ab amato. Tertius gradus charitatiui amoris, est amor infatigabilis. Et iste est iugiter proficientium & Christi confessorum, qui est tantæ virtutis, vt animam non sinat quiescere, donec inueniat quem diligit. Vnde in Cant. dicitur. [Cant. 3.] In lectulo meo quæsiui per noctem, &c. Surgam circuibo per vicos & plateas, quærens quem diligit anima mea. Quod exponens Orige. dicit. Quærendus es Domine cum frequentia laboris, nunc in lectulo lumine veritatis, nunc per noctes feruore charitatis, abiecta superstitione naturalis rationis. Sequitur. Solus amor te inuenit, q̃a qui te amat te habet vt amet amat vt habeat, & ne te in æternũ ꝑdat. Hęc ille. Quartus gradus amoris charitatiui, est amor inseparabilis, & hic est assidue contemplantium, & hic gradus tantę virtutis est, vt continuis stimulis agitet mentem contemplatoris ad comprehendendum dilectum, donec tandẽ dicat. Inueni quem diligit anima mea. Et dicit Bernar. Quis te non teneat Domine Iesu, qui tenentem te spe fortificas, perfectione decoras, perseuerantia conducis, remuneratione perducis? Ego aũt non dimittam te, nisi benedixeris mihi, & nunquam dimittam te, quia non benedicis nisi tenentem te. Istum gradum videtur habuisse Apostolus cum dixit. Quis separabit nos a charitate Christi? &c. [Rom. 8.] Quintus gradus amoris gratuiti, est amor insuperabilis, & hic est Christi martyrum, & aduersitatibus non cedentiũ, qui est tantæ fortitudinis, vt in libro de moribus Ecclesiæ dicat Augu. Nihil tam durum, atq; ferreum, quod non igne amoris vincatur. Et Hieronymus in quodam sermone dicit. Nihil amantibus durũ est, nullus labor difficilis. Sequitur. Amemus & nos CHRISTVM, & facile videbitur esse omne difficile. Ratio huius est, quia sicut dicit Augu. de sancta viduitate. Nullo modo onerosi sunt amores amantiũ sed ipsi delectant, sicut venantium, aucupãtium, & piscantium labores. In eo. n. quod amatur, aut non la-

boratur, aut labor amatur. Amor autem reddit minus fenfibilem, ait Auguft. Sextus gradus amoris gratuiti, eft amor infatiabilis, & hic eft iugiter defiderantium, & folitariorum. Hic gradus tantæ fortitudinis eft, vt nihil fibi fufficiat præter vnum folum quod amat, & ad ipfum femper amplius in hac vita fitit & defiderat. Ratio huius eft, quia ficut dicit Richard. lib. de charitate. Charitas ifta femper inuenit quod adhuc concupifcere pōteft, quia quicquid agit defiderium ardentis aīæ non fatiat, fitit & bibit, bibendo fitim nō extinguit, fed quo amplius bibit, eo amplius fitit, auida. n. immò & infatiabilis animæ fitis vel efuries non fedatur, fed irritatur. Sequitur. Quid quęfo amore fcelestius, moleftius, qdve acerbius, cum fitim fuam nec refiftendo temperare, nec inebriādo poffit extinguere? Hęc ille. Ecce ꝙ ifte gradus amoris iam fe extendit ad violentiam quandam amantis, vt clamat cum Pfalmifta. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Vnde Cant. idem dicit. Iftis fex gradibus decurfis, fequitur amor inducens languorem, qui eft gradus amoris violenti: Et ideo nunc de illo dicendum eft.

Pfal. 41.

Articulus fecundus.

De gradibus amoris violenti.

DE gradibus igitur amoris violenti, loquens Richardus in tractatu de charitate dicit. Vis magna dilectionis, magna virtutis, charitatis multi gradus in ea, & in illis magna differentia, & quis eos diftinguere vel faltē dinumerare fufficit? Et dinumeratis aliquibus gradibus, idem dicit. Supra tamen oēs gradus dilectionis, eft amor ifte ardens & feruens, qui cor neceffitat, & medullitus transfigit, vt veraciter dicat. Vulnerata charitate ego fum. Et fequitur. Cogitemus ergo, quę fit fupereminentia charitatis Chrifti, quæ dilectionem parentum vincit, amorem prolis fuperat, affectum carnis tranfcendit vel extinguit, infuper & animam fuam in odium vertit, ò violentia dilectionis, ò violentia charitatis Chrifti, ò excellentia & fupereminentia charitatis Chrifti. Hoc eft de quo loqui volumus de vehementia charitatis, de fupereminentia perfectę ęmulationis afcendendo ad opera violentæ charitatis: & inuenio ꝙ charitas vulnerat, charitas ligat, charitas languidum facit, charitas defectum inducit. Quid horum non violentum? quid horum nō validum? Hæc omnia Richar. Et poft hæc profequitur dicens. Primus igitur gradus violenti amoris, eft quando mens defiderio fuo refiftere non poteft quin vulneretur. Nonne tibi cor percuffum videtur, quādo ille igneus amoris aculeus mentem hominis medullitus penetrat, affectumq; transuerberat, intantum vt defiderium fiue æftum cohibere animo non valeat, defiderium ardet, affectum æftuat, anhelat profunde ingemifcens, & longa fufpiria trahens, vt dicat, vulnerata charitate ego fum. Sed nota, quod amor violentus non folum vulnerat matrices animas, fed etiam cœleftes fubftantias, immo etiam ipfum fontem amoris Deum vulnerat. Vnde Vercell. exponens illud Cant. Filij matris meæ pugnauerunt contra me, dicit. Filij funt fubftantiæ fupernæ ciuitatis, ex qua ipfa affidue fpiritualia percipit alimenta, pugnauerunt contra me, pugnantes corporaliter fpiculis acutis mutuo fe feriunt & pungunt, fic mentes contemplatiuæ fpiculationes volatiles, feruentia defideria, fubtilia & acute penetratiua immittunt. Primo quidē in paranymphos prorfus eifdem pertranfitus in fponfum dirigūt fagittas scu tas volatiles, violenti fcilicet amoris, vt dicat. Vulnerafti cor meum foror mea fponfa ficut dicitur in Can. Et fequitur. Ex quo a dieb. Ioannis regnum cęlorum vim patitur, ex tunc enim regnum cęlorum quafi violenter rapitur ab his, qui ftimulo violenti amoris aguntur, mētes enim cęleftes ad fimilitudinem pugnantium, his fpeculationibus & defiderijs occurrentes, luminibus feruidis & penetratiuis illos perfundunt, & ad fui ipfarum exceffum, quafi ad quandam fpiritualem mortem prouocant, quam eligunt offa, vt viuant vita fponfi. Hæc Vercellen. De figno huius amoris Richar. vbi fupra dicit. Hæc tibi animæ vulneratæ certa funt figna, gemitus & fufpiria, vultus pallens, atq; tabefcens, quę omnia operatur amor vehemens. Sed poft fubiungit vtilitates iftius gradus dicens. In primo ifto gradu fpiritus ifte intrat fuper mel dulcis ad animam, & inebriat eam intantum, vt habere dicatur mel & lac fub lingua fua. Et parum poft dicit fic. Hic eft ille cibus cœleftis, qui egredientes de Aegypto folet reficere, & per folitudinem ducere & pafcere, hoc eft illud manna abfconditum, quod nemo fcit, nifi qui accipit, non per doctrinam, fed per experientiam, & hic eft ille dulcor fuauitatis fpiritualis, & tenera fuauitas, quæ folet lactare, & alere, & ad maturitatem paulatim perducere. Et infra, hoc ergo æftimo, per dilectionis gradum agitur, vt dum mens fæpe vifitatur, fæpe reficitur, fæpe inebriatur, quandoque ad maiora audienda prouocatur, & ad fecundum gradum charitatis difponitur. Hæc ille. Secundum gradū amoris violenti (inquit Richar.) diximus illum qui ligat, ficut primum diximus, qui vulnerat. Nonne (inqt) fine omni contradictione animus ligatus eft, quando omnium obliuifcitur, vt aliud meditari nō poffit? quia quicquid agat, quicquid dicat, femper hoc mente reuoluit, perenniq; memoria retinet, hoc dormiens fomniat, hoc vigilans omni hora tractat. Vnde facile eft perpendere (vt arbitror) quomodo hic gradus priorem gradum tranfcendit, qui mentem hominis nec ad horam quietam effe permittit. Sequitur. Recte itaque dictum eft, ꝙ prior gradus fit qui vulnerat, fecundus fit ifte q ligat: licet ergo ligare minus fit quandoq; quam vulnerari, tamē maior violentia videtur effe, ſi poftquam aliquis percuffus deijcitur, deiectus deprehenditur, deprehenfus abducitur, abductus incarceratur, incarceratus catenatur atque ligatur, & iam omnino captiuus tenetur. Quid horum quęfo maius & violentius? Ille liber eft, ille autem a loco in quo detinetur, recedere non poteft. Sic vtiq; qui a fecundo gradu violentæ charitatis abforptus eft, quicquid agat, quocunq; fe vertat, ab illa vna & intima follicitudinis fuæ cura auelli non poteft, quia ligatus eft. Hæc ille. Sed quæ funt vincula, quibus fpiritus fiue animus fic ligari poteft? Refpōdet idem dicen. Si vultis audire de charitate ligante, propheta Ofee dicit. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis: Sed qui funt ifti funiculi Adam primi parentis noftri, nifi munera Dei? In magna. n. gloria creatus fuit. Quid igitur funt ifta charitatis vincula, nifi Dei beneficia, bona naturæ, boni gratiæ, & bona gloriæ? Huius. n. beneficētiję vinculis debitores obnoxios nos fecit, quia naturam condidit, gratiam contulit, & gloriam repromifit. Ecce funiculus triplex. Funiculus autem triplex difficile rumpitur. Seneca dicit, Qui beneficium accipit, libertatem uendidit. Sequitur. Adiecit autem Dominus adhuc noua vincula charitatis, quæ manu valida multiplicat fuper nos, vt nos fibi arctius aftringat, quæ enumerari non poffunt. Hæc ille. Cum his concordat Vercellen. qui exponens eandem auctoritatem dicit. In funiculis Adam traham eos, id eft in vinculis charitatis. Ipfe fiquidem Deus mentem mouet in fe fuo amore, adducitque fuis participationibus, quibus folum cognofcitur, quantæ autem illæ fint quis nouit? Richardus igitur quafi concludendo dicit. Sicut in priori gradu deguftata fuauitas faciat animum, transfigitque affectum, fic in hoc fecundo gradu, infpecta charitas cogitationē ligat, vt illius obliuifci, uel aliud cogitare non poffit. Vincula illius alligatura falutis di-

Cant. 1.

Cant. 3.
Matth. 11.

Ofee. 11.

Digitized by Google

Eccl.6. tis dicitur in Ecclesiastico. Ad tertium itaq; gradum violenti amoris ascendit, quando omnem alium amorem excludit, quando nihil præter vnum, vel nisi propter vnum diligit. Sequitur. In hoc itaque tertio gradu violentæ charitatis, nihil omnino satisfacere potest, præter vnum, sicut & nihil sapere potest, nisi propter vnū, vnum amat, vnum diligit, vnum sitit, vnum concupiscit, ad vnum anhelat, in vnū suspirat, & in vno inardescit, in vno requiescit, vnum solum est in quo reficitur, vnum solum ex quo satiatur, nil dulcescit, nil sapit, nisi hoc vno cōdiatur. Sequitur. Quicquid vltra se offerat, quicquid sponte occurrat, cito reijcitur, citò conculcatur, quod suo affectui non militat, vel eius desiderio non deseruiat. Sed quis huius affectus ty rannidem digne describat? quoniam omnium desiderium expellit, omne studium excludit, omne exercitium violenter opprimit, quòd suæ concupiscentiæ deseruire non conspicit. Quicquid agat, quicquid dicat, quicquid cogitet, inutile immò intolerabile videtur, nisi in vnum sui desiderij finem concurrat, cum autem frui potest eo quod diligit, omnia pariter se habere credit, sine illo autē horret omnia, corpore deficit, corde tabescit ac languescit, consilium nō accipit, rationi non acquiescit, nullā consolationem admittit, sed clamat cum sponsa; Nunciate dilecto, quia amore langueo. Vbi ait glosa. Præ amoris magnitudine, oīa temporalia sunt mihi fastidio. Sequitur. Tertius itaq; gradus amoris est, quando mens rapitur in Deum luminis abyssum, ita vt humanus animus in hoc statu omnium exteriorum oblitus, penitus nesciat seipsum, totusque transeat in Deum suum. In hoc itaque gradu, compescitur plene carnalium desideriorum turba, & fit in cęlo silentium quasi dimidia hora, in hoc namq; gradu dū mens a seipsa alienatur, dū in illud diuinum secretarium rapitur, dum ab illo diuini amoris incendio circundatur, intime penetratur & inflammatur, seipsum penitus exurit, & diuinum quendā affectum induit, & inspectæ pulchritudini configurata, tota in aliam gloriam transit. In hoc statu anima in illū quem diligit liquescit, & in seipsa tota languescit, vt dicat. Fulcite floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Hæc ille. Sed nota, ꝙ triplex est languor. Primus est defectus corporis, ex intēsione feruoris, amoris, vel charitatis. Vnde glosa dicit. Iam anima supradictis confortata, ita in amore Dei ardet, vt pręnimio ardore, languor carnis immineat, crescente enim virtute mentis, decrescit fortitudo corporis, ait glo. super illud Gene. Angelus Domini tetigit neruum, & cæt. Item est alius languor charitatis respectu temporalium. Vnde glosa ibidem. Quanto (inquit) ad amorem sponsi se accendit mens, tanto ab amore temporalium languescit. Item est alius languor respectu tribulationum, habet enim amor plagas suas, secundum Augustinum, quæ quandoque amarissime infliguntur. De his tribus dicit Origenes. O si sic languescat seruus CHRISTI in spe æternæ visionis, vt caro ptessa non lasciuiat, mundus fallax non inuoluat, tribulatio vtilis eos custodiat, cum quo suis in tribulationibus est ipse Deus, vt dicit Psalm. Cum ipso sum in tribulatione, & cæt. Et Richardus concludens in fine dicit. Primus gradus affectum sauciat, sic secundus sauciatum ligat, sic tertius actionem implicat, vt animus circa aliqua occupari non possit, nisi quo eam voluntatis diuinæ nutus trahit vel impellit, & sic quid ad hunc tertium gradum amoris profecerunt, nil iam propria voluntate agunt, nihil omnino suo arbitrio relinquunt, sed diuinæ dispensationi omnia committunt. Hæc ille. Sed hic caute intelligat, vt non cooperationem totaliter excludas creaturæ. Vnde Richar. idem addit dicens. Sicut artifex liquefactis metallis, formam quamcunque voluerit imprimi, sic anima in illo statu ad omnem diuinæ voluntatis nutum se facile applicat, immo spontaneo quodam desiderio ad omne eius arbitrium se ipsam accommodat & iuxta diuini beneplaciti modum, omnem volunt item suā informat, vt obediat cum CHRISTO vsque ad mortem. Huic exemplari quilibet se debet conformare qui vult summæ charitatis gradum attingere. Quartus gradus violentiæ charitatis est (vt ait Richa dus ibidem) quando æstuantis animi desiderio iam omnino nihil satisfacere potest, & ideo ad defectum ducit. Sequitur. Quis huius supremi gradus violentiā digno pensare sufficiat? quid quæso cor hominis profundius penetrat, vehementius exagitat, cum sitim suam nec restinguendo temperare, nec inebriando extinguere possit? in hoc quarto gradu est amor insuperabilis, quia alij affectui etiam maiori non cedit. Inseparabilis est, quia a memoria nunquam recedit, singularis est, quia socium non recipit, insatiabilis est, quia ei satisfieri non poterit. Sequitur. Quanta est excellentia ipsius amoris, qui omnem alium affectum excedit, quanta quæso vehementia, quæ mentem quiescere non finit, quanta obsecro violentia charitatis, quæ omnem alium affectum violenter expellit, quanta supereminentia, cui omnino nihil sufficit? O excellentia amoris, ò violentia dilectionis, ò charitatis vehementia, ò æmulationis supereminentia. Et infra dicit. In primo gradu, aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatē eo qđ insuperabilis sit. Cant. 8. In scđo gradu, iam ponit dilectū suum super cor suū sicut signaculum, eo qđ illum oīno obliuisci non pōt. In Ibid. tertio gradu, si dederit homo omnem substantiam suā pro dilectione, quasi nihil despiciet eam, eo quòd in re alia delectari non possit. In quarto gradu, fortis est vt Ibid. mors dilectio, & dura vt infernus æmulatio, eo quòd ei fit dulce, quicquid pro Deo facere, vel sustinere possit; hic enim omnem alium affectum expellit & vincit, si enim ad aliquid affectum habemus, quod propter Deum non diligimus, profecto adulterinus affectus est, qui summæ charitatis constantiam frangit, viresq; eius minuit, inquantum ad aliena animam trahit vel impellit. Sequitur. In primo igitur gradu, diligit Deus ex corde, in secundo ex toto corde, in tertio ex tota anima, in quarto autem ex tota virtute. Et infra dicit, secū dum aliquem modum anima in hoc gradu efficitur immortalis & impassibilis, immortalis, quia a vita separari non potest. Certus sum (inquit Apostolus) quod neque mors, neque vita, neque aliqua creatura, &c. Nonne impassibilis secundum aliquem modum videtur, Rom. 8. quæ illa damna non sentit, quæ in omni iniuria hilarescit, & quicquid infertur ei ad pęnam, totum præsumit ad gloriam, vt cum Apostolo dicat. Libentes gloriabor in infirmitatibus meis, &c. Et Apostoli ibant gaudentes, &c. Nonne hic gradus amoris violenti, videtur 1. Cor. 12. Act. 5. animum hominis quasi in amentiam vel in sanctā insaniam vertere, dum non finit eam in æmulatione modū vel mensuram tenere? Nonne summæ amentiæ videtur esse, veram vitam repellere, summam sapientiam redarguere & omnipotentiæ resistere? Nonne vitam repulit, qui pro fratribus a CHRISTO separari cupiit sicut ille qui dixit. Aut di mitte illis hanc noxam, aut dele me de libro in quo me scripsisti. Nonne sapientiam Exod. 18. arguere voluit vel docere, qui ad Deum loquitur dicens. Absit a te Domine vt rem hanc facias, & occidas Gen. 18. iustum cum impio, fiatque iustus sicut impius. Non est hoc tuum facere. Nonne omnipotentiæ resistere tentat, quia iram eius mitigare homo præsumpsit atq; pręualuit, quando Dominus sententiam mutauit? Ecce in quantam præsumptionis audaciam, consummatio charitatis solet mentem hominis erigere. Hæc omnia Richar. præpostere tamen.

Cant. 2. / Cant. 2. / Genes. 32. / Psal. 90. (left margin notes)

Articulus tertius.

De gradibus amoris ſeraphici.

DE gradibus autem ſeraphici amoris nunc dicendum eſt, non ꝙ nos ſimiles actus amoris exercere in hac vita poſſimus, ſed ꝙ nos ſtudeamus aliqualiter ſmitari eos, inquantum poſſumus in diuino amore. Primo igitur videamus de amore Angelorum in communi. De quo ſciendum eſt, ꝙ ſicut Dionyſ. dicit, ſecundum translationem Vercell. Amorem diuinũ Angelorum intelligere oportet immaterialiter, qui eſt ſupra mentem & deſiderium, indeclinabile in aliud, & irremiſſibile a proprio feruore contemplationis diuinę, & per exceſſum omnis ſubſtantiæ in ſolos ſponſi amplexus tendentis, & nulla anxietate afflictus, vt accidit in deſiderijs carnalium voluptatũ, quarum appetitus plenus eſt anxietate; & infra deſiderium non volens coerceri vel remitti propter ſui fortitudinem, ad id quod appetit, & incorruptibilitatem ad id quod nulla actione valet intercidere, propter hoc ꝙ pure Deum & ſimpliciter deſiderant, & nihil eſt quod poſſit eos ab eius amore reuocare vel retardare. Et quia ſemper Deus eſt vniformis, & æqualiter bonus & pulcher, & quia ipſe habet in ſe ſimpliciſſime omnem ſpeciem indeſiderabilem: vt ſapientiam, bonitatem, pulchritudinem, æternitatem, omnipotentiam, &c. & ſecundum omnia eſt totus deſiderabilis, vt habetur in Cant. Ideo trahit plenarie, intime, irreuocabiliter in ſe omnium ſuorum oĩa deſiderabilia compræhenſorum. Hæc ille. Et cum hoc cõcordat Lincon. commentator ibidem dicens ſic, Angeli ex rationis abundatia ſcientes illud quod appetunt eſſe deſiderabile, & vere & vehementiſſime & totis viribus deſiderandum, & amandum amore puro, & non in aliud tendente, illud intendunt ita fortiter & tam inuertibiliter, quod illa tentio a nulla potẽtia interdici poteſt vel impediri, & eſt ipſe amor intentio & progreſſio ad illud, & amplexus illius adepti, nec aliqua rõne aut mõ aliquo retinetur, aut auertitur, aut remittitur eorũ tẽtio in illud, aut progreſſus, aut illud adeptum amoris amplexu deſeritur. Hæc ille. Ex his apparet, quantum amor Angelorum excedit amorem noſtrum, ſaltem q̃tum ad actum & operationem, Non inueni in ſcriptura ſacra, gradus amoris Angelici diſtincte traditos, niſi Seraphin. De quorum amore Dionyſ. loquens ponit quinq; gradus, vel magis quinq; proprietates dicens.

Ang. hier. cap. 5.

Cant. 5.

De Ange. hier. ca. 7.

Congruum eſt, vt in ſupremis ſubſtantijs ordinetur prima Hierarchia, quæ ſuper cæteras exaltatur, & circa Deum immediate collocatur, ad quam tanquam Deo proximam principalius deferuntur, primo Dei influitiones & perfectiones. Et illius Hierarchiæ ordo primus Seraphin, id eſt calefacientes vel incẽdentes interpretantur. Sequitur. Interpretatio autem iſtius nominis Seraphin, incendentes vel calefacientes iuxta naturales proprietates ignis, q incendit & calefacit, nobis ſignificat æternam mobilitatem ſubſtantiarum illius ordinis circa diuina, & inceſſabilitatẽ, & caliditatem, & acutũ, & ſuperferuidum. Alia translatio habet, & excedentẽ feruorem ſempiternæ motionis eorum in Deum, quæ attentiſſima eſt irremiſſibilis, & in aliud deſiderabile nunquam declinans. Hæc verba occultiſſima ſunt, ideo Linconien. commentator exponens ea dicit ſic. Ad hos deiformes habitus tam excelſos, & a noſtra infirmitate longinquos, & viſui noſtro tam abſconditos exponendos, omnino minores ſumus. Veriſſimile eſt enim hoc eſſe de arcanis verbis, quæ Paulus in raptu ſuo audiuit, quæ homini non licet loqui. Hæc tamen Dionyſio quaſi ſpecialiſſimo diſcipulo, & cœleſti eius conciui locutus eſt, quæ ille (vt exiſtimo) non omnibus communiter, ſed puritate intelligentiæ & diuinis illuminationibus & gratia priuilegiatis, ac per hoc ſuper hominem eleuatis decreuit communicare, de quorum numero ego non ſum, tamen communicabo ea inquantum poſſum. Hæc ille. Similiter commentator Hugo, oſtendit ſubtilitatem iſtorum verborum, & dicit ſic. Si quod ſentio dicam, primum hoc fateor, quia verba audiui aut non homini dicta, aut non dicta ab homine. Nam per hominem ea dici tam magnum mihi videtur, vt nihil amplius homini dari poſſit. Et quia forte verba illa ab iſtis nata ſunt, qui audiri poterunt, dici non debuerunt. Nam ille qui hoc dicebat, vſq; ad tertium cœlum peruenerat, & intrauerat in Paradiſum Dei, ibique verba audierat, de verbo quædam ſecreta omnino & proxima ſilentio, vſq; ad quæ auris humana non contingeret, quæ nemo audiret, nec ſciret. Intus enim audiebantur, ibi dicebantur, & non poterant exire foras vbi erat homo, propterea ab eo qui intus erat & valde intus, introrſus audiri potuerunt: ſed his qui foris erant, dici non debuerunt, nec tamen qui foris erant derelinquerentur, ſi ab eo qui intus erat non vocarentur, nata ſunt verba de verbis, ſicut de verbo nata fuerant, de verbis quæ intus ſeruari debuerunt, verba quæ foris proferri debuerant, de immenſis magna, de occultis obſcura, de impenetrabilibus profunda: quæ a nobis audita ſunt tanquam tonitrua, vtrum intellecta neſcio. Et addit ibidem. Si hæc non guſtantur, non amantur, ſi autem non amantur, non intelliguntur & ſi non intelliguntur, vane audiuntur. In amore autem fit guſtus, id eſt experientia quæ eſt magiſtra intelligentiæ & noſtra conſummatio. Hæc ille. Igitur qui volunt hoc perfecte intelligere, primo experiantur. Narrata autem difficultate iſtorum verborum, prædictorum doctorum expoſitionem videamus vtrorumq;. Prima igitur proprietas ſeraphici amoris, ſiue ſupremus gradus ſecundum Dionyſium, eſt ſemper mobile. De quo Linconien. & commentator Hugo concorditer dicunt.

Quod auctor volẽs oſtẽdere proprietates amoris quo feruent Seraphin, ſicut ea ſignificauit per ignem, ſic eorum deiformes habitus ſignat per ignis proprietates. Ignis namque proprietates ſunt, ſempiterna non interrupta mobilitas, caliditas, acumen penetratiuum, & velociter acutum & ſuperferuidum: quia interius, calidum ſibi eorum quæ contingit eſt aſſimilatiuum. Et infra ſequitur. Eadem ignis proprietas quæ dicitur motio amoris (vt æſtimo) ſignat actionem, & amationem non interruptam, nec finitam quiete vel pauſationem ab agendo. Quæ enim poteſt eſſe alia amoris motio, niſi eius actualis amatio, quæ non in illis cęleſtibus ſubſtantijs, ſicut in nobis quandoq; quieſcit & finitur, ſed ſempiternæ agit, exiſtens intenta vt non deſiſtat quandoque ab agendi motione: ac per hanc intentionem irremiſſibilis ab amandi intenſione, & indeclinabilis & inflexibilis ab amando ordinate amatum, & indeclinabile ad aliquid aliud inordinate amandum. Sequitur. Huiuſmodi ergo ſemper motione prædicto modo attẽta, & per hoc irremiſſibilis & indeclinabilis ſemper mobilis circa diuina, primo docet manifeſtatiue cognominationem Seraphin. Hugo commentator addit hic d. ꝙ motio dilectionis quæ ad ſuperiora eſt intenta, intima inflexibilis dicitur, prout autẽ fit ad obiecta, id eſt inferiora reductiue & actiue exemplatiuum nominatur, motus enim ille qui in ſuperiori eſt contemplatio, in inferiori eſt operatio, & ad ſuperiora tendit, vt in eis requieſcat, ad inferiora tendit vt ea ad ſe reducat, ſurſum charitas mouetur, vt illic maneat, deorſum vt redeat. Præterea motio charitatis in ſuperioribus quidem ad inferiores reductiua & actiua dicitur, reductiua in eo ꝙ illos ad creatorem ſuum eodem igne charitatis ſuccendens conuertit, Actiua verò, in eo ꝙ illos accepta claritate illuſtrans, ad ipſius voluntatem cõponit, propter quod itaque dilectio illorum contemplatiua, facta eſt in inferiorum ad ſuperiora occaſio tendendi, &

di, &

Digitized by Google

di, & secundum superiora incendendi tanquam recalificans ista, scilicet inferiora, & resuscitans in consimilem caliditatem, vt semper ardeant, sed non ęqualiter. Mobile igitur amoris est, vt non torpescat dilectio nostra, neque tepescat. Hæc Hugo ibidem. Secunda proprietas, vel gradus seraphici amoris, est incessabile & infinibile. Et hæc proprietas amoris differt a prima. Et commentator Linconien. reddit rationem differentiæ dicens. Sicut hæc particula, semper mobile, tollit interruptionem motionis in amotione; sic hoc adiunctum incessabile vel infinibile, tollit terminationem durationis. Vel forte (inquit) Linconien. per hoc quod dicit auctor, incessabile vel infinibile, intendit exprimere hanc proprietatem amoris, ad similitudinem proprietatis ignis, videlicet quod sicut ignis non habet terminum in agendo, dum inuenit aptam materiam in quam possit transire, sic amor & eius actio non habet terminum in agendo, dum inueniunt materiam aptam in quam possunt transire: Deus autem infinitus est, quia infinitę potentiæ, sapientiæ, bonitatis, iustitiæ, misericordiæ, &cęt. De ipso igitur dictus amor in seipsum transiens, semper inuenit aptam materiam, in quam naturaliter aptus natus est transire, & ignis qui est amor aptus natus accendi. Sequitur. Amor igitur & amoris motio in diuina, terminum non habet in agendo. Signatur igitur per mobiles semper, sempiternitas priuans interruptionem, & durationis interminationem, per incessabile vero & infinibile, amoris & amotionis signatur augmentabilitas, priuans terminum augmentationis seu intentionis & magnitudinis. Vnde verus & consuetus sermo quo dicitur. Modus amandi Deum, est quod sit sine modo & mensura. Secundo idem declarat dicens. Si scibilia sunt infinita, saltem ex infinitate specierum, numerorum, & figurarum, & his per se accidentibus, & intellectus naturaliter amat omnia scibilia scire, &cæt. Tertio idem declarat per reflectionem amoris super omnem suum actum, respectu omnium virtutum. Aduertendum est, quod per prædicta duo nomina, scilicet per mobile, & incessabile seu infinibile, ex vi sermonis non signatur actus, sed ad prætactos amoris actus naturalis aptitudo. Hæc omnia Linconien. & ibidem addit dicens. Motio igitur illorum spirituum summæ diuinitati appropinquantium, incessabilis dicitur, & intenta per intima & inflexibilis, quia a se per amoris desiderium in Deum tendens, & mobilis semper est, & nunquam in se subsistit, & intenta vt in illum pergat, & intima vt ad exteriora non defluat, inflexibilis vt ad alia extra ipsum nō diuertat, mobile ad inquisitionem excitat, incessabile ad perseuerantiam confirmat. Hæc ille. Tertia proprietas siue gradus seraphici amoris est calidum. De quo dicit Hugo in commento, quòd hoc tertio loco conuenienter ponitur, quia sicut mobile præcedit vt inquisitionem excitet, & incessabile sequitur, vt ad perseuerantiam confirmet; ita calidum sequitur vt sensum viuificet, & acutum sequitur, vt ad appræhendendum penetret, & vltimò superferuidum sequitur, vt adhæsionem & amplexum quietum manifestet. Require plura ibi si vis. Linconien. autem de calido loquens dicit sic. Sicut prima actio ponderosi vel leuis, est inclinatio ad vniuersalem locum, sic actio virtutis seu potentię amatiuæ est inclinatio ad naturale amabile. Hæc tamen actio nondum multiplex est amatio, sicut inclinatio ponderosi vel leuis nondum actualis est motio ad locum naturalem, cum frequenter sit inclinatio ad quietem rei inclinantis, altero prohibente actum motionis. Hanc igitur inclinationem virtutis amatiuæ, puto significari per calidum: motionem autem ad naturaliter amabile amplexandum, existimo significari per acutū. Ideo sequitur. Ipsam autem rei amatæ amplexationem, semper intentionem, seu cum illa adhæsionem, & in illam quietationem manifestari per superferuidum. Caliditas. n. naturaliter est inclinatiua subiecti in dilatationem & diffusionem sui in omnem partem. Gaudium autem est animi diffusio, sed amor est res, quæ per se & sola est gaudiosa & dilatabilis. Cum igitur amor sit res per se dilatationis, & diffusionis participatiua: qua propter & inclinatio ad actum amoris, est inclinatio ad actum dilatationis & diffusionis. Vnde conuenienter hæc inclinatio nomine calidi est expressa. Calor namque qui intus est, non videtur, & mouet virtutem incendij latentis, sed quod mouet videtur, & ex quo videtur intelligimus vim magnam & violentiam fortem caloris, qui latet & non videtur. Calor iste sine tumultu & actione sensitiua ad amorem ingreditur, vt ingressus illius sibi assimilet, & tandem potenter a seipso eijciat, & tandem per calorem totus ignescat. De isto gaudioso amore dicit Richardus sic. Amor est dulcedo saporis intimi, & — Amor q̃d.
quanto ardentius amat, tanto suauius gustat. Et amor est gaudium spei, quia vbi amor, ibi spes, & vbi est spiritualis amor, ibi est spirituale gaudium. Quarta proprietas siue gradus seraphici amoris est acutum. Quod exponens commentator dicit sic. Acutum, significat quendam impetum amoris, & vehementiam desiderij ardentis & penetrantis, vt ibi sit vbi est ipsum amatum, cum ipso & in ipso, vt non solum ab ipso calidum sit, sed trāseat acutum in ipsum; Poterat enim calidū esse, & quasi de longe calidum fieri, vt hoc, & esset satis amare absentem, & præsentem non videre, vel præsentissimum possidere. Sed non erat iste amor perfectus, nisi acutum faceret sibi foramen, & transiret omnia, & penetraret donec ad dilectum perueniret, immo potius in dilectum iret. Si enim in dilectum non vadis, adhuc foris amas, neque acutum habes dilectionis, & torpens diuisus es, manens extra, & alius a dilecto, & vnum non efficeris cum ipso. Amor autem te vult vnum facere cum ipso, & ideo penetrat omnia, & appropinquat quantum potest ad vnum ipsum. Vnde propheta ait. Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur. Impetus acutum est. Et — Ezech. 1.
infra dicit. Acutum non quiescit, donec intret & penetret & dicat. Tenui eum nec dimittam, donec introducam eum in domum matris meæ, & in cubiculum ge — Cant. 3.
nitricis meæ. Sed tamen ipsum ad te introductum, non quolibet modo, vt scilicet subsistat extra apud te vel in partibus tuis, siue ante ostium domus tuæ, aut etiam solummodo in domo tua: quia hoc non esset signum magnæ dilectionis, nisi vsque ad thalamum perueniat, & cubiculum ingrediatur, & vsque ad interiora penetret, & in intimis requiescat. Ipse autem ingreditur, vt & tu ingrediaris ad illum. Hæc ille. Linconien. illud verbum exponit, dicens sic. Acutum, dicitur tam quod subtile & penetratiuum est, quam quod in motione velox est. Inhiatione autem tendente in rem amatam, nihil velocius. Vnde nihil acutius, nihil subtilius amore, aut penetrabilius, quia natura non quiescit, donec naturaliter totam amabilis penetrauerit virtutem, & profunditatem, & totalitatem quantum potest, hoc igitur existimo significari per acutum. Hæc ille. Quanta proprietas siue gradus seraphici amoris est superferuidum. Quod Linconien. exponit. Primò ostendit quid sit feruidum, & quid sit superferuidum. Dicit ergo sic. Feruere dicuntur, qui impresso calore supra se sursum feruntur, & proprio pondere in se redeunt. huiusmodi super se leuationes, & in se relapsus vicissitudinarie, feruores dicuntur. Sancti itaque viri qui exarserunt sancti spiritus gratia, supra se efferunt in Deū: & ex proprio pōdere recidunt in se ab actuali supra se eleuatione. Hi vicissitudinantes, congrue dici possunt spiritu fer-

uentes,& qui in hoc supereminent, superabundanter superferuidi dicuntur. Sed oritur quæstio, si Angeli quorum amor defixus in Deum non tepescit aut remittitur, aut aliquo modo declinatur ab ipso, quomodo dici possunt ferventes? & si feruentes dici possunt, quomodo superferuidi dicuntur? Respondet Lincon. ꝙ potest dici, ꝙ sicut Dei cognitio in se est sicut mane, & cognitio eius in creaturis est velut vespere, sic amor in se est eleuatior, & amor ipsius in creaturis depressior. Et in hoc vtroque ipsius amore sese naturaliter ad inuicem consequente, quasi quędam vicissitudo feruor est spiritualis, cuius supereminentia est esse in termino possibilis sibi intensionis. Vel ꝙ forte (inquit Lincon.) posset dici, amor quo Deum Angeli amplexantur, superferuidus est, qui est intensus ad summum, non lentescit nec remittitur, sed immobiliter ꝑstat in intentionis suæ summitatem. Si enim vis caloris sursum ferentis, partes liquide feruētis supra se posset eas portare, & sustinere in sua super se eleuatione, ita vt neq; caloris remissione, neque proprio pondere relaberentur ad inferius; liquidum huiusmodi vsitato modo loquendi, non diceretur feruere, sed verissime diceretur superferuere, cum maioris virtutis esset id eleuare, & quietare in sua eleuatione supra se, quam id solum eleuare absq; quietatione, & statim laberetur inferius. Et sic patet cognominatio Seraphin. Docet etiam hæc proprietas istius potentiæ amatiuæ primum actum, qui est inclinatio, & consequenter secundum actum, qui est motio animi ad naturaliter amatum, intendens ipsum penetrare, vt possibile est: & deinceps docet tertium & vltimum actum istius potentiæ amatiuæ, qui est cum amato iā adepto, adhęsio & quietatio. Intellige tamen prioritatem & posterioritatem naturæ, non temporis. Hæc ille. Hugo verò commentator exponens prędictum verbum, s. superferuidū d. Admonet nos hæc res, aliqd magis cogitare de superferuido, quam de calido & acuto. Nostis enim quomodo id feruet, quadam caloris incendij sui violētia iactatur extra se, tollitur supra se, & facit motionem magnam inuisibili ęstuatione. Quod. n. prius acutum fuit in dilectione, obsistentia omnia penetrans, superferuidum fit, iam bulliens, in seipso stare non valens: Acutum. n. amoris est cum omnia trāscendendo despicit: superferuidum autem, cum etiam seipsum contemnendo relinquit. Nam qui hoc solum appetit quod amat, in illius comparatione, etiam seipsum contemnit & despicit. Neq; n. vere hoc solum appeteret, si vel semetipsum cum illo amaret: non autē hoc facere potest, nisi magna & singularis dilectio, vt pręamore illius qđ solum diligitur, ille etiam qui amat quodammodo a semetipso despiciatur. Sic ergo miro modo ꝑ dilectionis ignem sustollitur, qui etiam supra se per vim amoris expellitur, vt exeat etiam a se; quomodo igitur seruet: & quomodo bullit corde, qui percōceptū amoris superni ignem dum in illum solum qui sursum est, appetendum fertur cogitatione, & desiderio extra se proijcitur, & supra se eleuatur, nec se cogitat, dum illum solum amat? Et in fine concludit dicens. Ecce diximus mobile illius dilectionis incessabile, & calidum, & acutum, & superferuidum, & intentum, & intimum, & inflexibile, & exemplatiuum, & reductiuum, & actiuum, & recalificās, & resuscitans, vt ex illorum aliquali cogitatione imitetur, vt possumus in amando cęlestes substantias.

Distinctio 6.

SExto videndum est, qualiter spiritus noster per charitatiuā affectionem intrinsecum & æternum secretum Domini Iesu ingrediatur. Circa quod notandum est, ꝙ amare Deum, est accedere ad ipsum, & intrare & gustare, quoniam suauis est Dominus. Est hoc ostendit Grego. 15. moral. dicens sic. Superiora amare, iam sursum est ire: dumq; magno desiderio ad cœlestia animus inhiat, miro modo hoc ipsum quod accipere quærit, hoc iam degustat. Et Greg. super Ezech. dicit. Quantum quisq; amat, intantum ad ingressum regni appropinquat. Inquantum vero ingredi negligit, intantum recusat. Ratio istorum est, quia verus amor siue charitas, nullum patitur medium inter se & obiectum quod est Deus, sed vehementer tendit in ipsum immediate: & ideo nunquam quiescit, donec omnia transeat, & ad ipsum & in ipsum veniat. Et Hugo dicit. Dilectio siue amor impetum sui ardentis desiderij sequens, amato appropinquat quantum potest, & eo amplius sitiens intrare ipsum cupit, & esse cum Christo, & tam prope vt si fieri potest, hoc idem ipsum sit quod ipsum est: ideo super oīa verius, citius, perfectius ꝑuenitur ad Deū gressibus affectionum, non gressib. pedū. Vnde Aug. dicit.

Super 7. angel. hier.

In Epistola ad Macedonium.

Ire ad Deū tanto nobis melius est, quanto magis ad illum imus, quo nihil melius est. Imus autem non ambulando sed amando, quem tanto habebimus præsentiorem, quanto eundem amorem quo in eum tendimus, poterimus habere puriorem. Hæc enim charitas, vt dicit auctor de spiritu & anima, est via Dei ad homines, & via hominum ad Deum. Per charitatem nanq; venit Deus ad homines, venit in homines. Per charitatem eligunt homines Deum, diligunt Deum, & ad Deum currunt, & ad Deum perueniunt. Sic familiaris est Deo charitas, vt mansionem habere nolit, vbi charitas non fuerit. Et ibidem dicitur sic. Anima nanq; quam Dei pietas respicit, humilitas subijcit, pęnitentia ducit, iustitia deducit, obedientia conducit, perseuerantia perducit, deuotio introducit, puritas cōiungit, & charitas venit. Sequitur. Habet anima in se amorem, quo semper potest stare cum Deo. Si igitur charitatem habemus, & Deum habemus, & in eo manemus, qꝛ Deus charitas est. De hac materia require plus in hoc quarto itinere quasi per totum.

Distinctio 7.

SEptimò videndum est, qualiter spiritus humanus ad veniendum per iter charitatiuæ affectionis, ad intrinsecum & æternum secretum Domini ab ipso amicabiliter inuitatur, dicente sponso in Canticis. Surge propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.

Cant. 3.

Et huius inuitationis allectiuum subiungit dicens. Veni, quia iam est ambulantium alleuiata agilitas, quia tēpus putationis aduenit, id est omnium superfluorum & grauātiū depositio. Dicit ergo. Amica mea, propter tuam vnitiuam charitatem. Charitas enim vt ait Apos. est fortissimum vinculum amicitiæ: quia ipsa est vinculum perfectionis. Immo fortis est, vt mors, dilectio. Surge, propter dilecti tui attractiuam amabilitatē. Ego. n. traho te mouendo sicut amatū & desideratū, & traho te in vinculis Adā, & in funiculis charitatis, id est in vnitiuis attractionib. primæ dilectionis, ait Verce. O columba mea, propter charitatis tuæ synceritatem, Charitas syncera est (ait Ber. in lib. de diligendo Deum) qua proximi bonum ęque diligimus vt nostrum. Nam qui magis aut certe solum diligit suum bonū, conuincitur non caste diligere bonum, quod propter se diligit, non propter ipsum. homo (secundum prophetam) confitebitur tibi cum benefeceris ei. Propera, propter charitatis tuæ velocitatem. Nihil enim velocius est amore acuto tendente in rem amatam, ait Linconien. super 7. angel. hierar. cui etiam hora breuis longa videtur, vt supra. O formosa mea, propter charitatis tuæ pulchriformitatem. Quam pulcha es, & quam decora charissima in delicijs,

Coll. 3.

Cant. 8.

Psalm. 48

Cant. 7.

Digitized by Google

cijs, ibidem dicit Origen. Mirabilis laus tua nō ex tuo,
sed ex eo qui diligit te. Fide. n. polles, spe nites, charita-
te luces, iustitia splendes, fortitudine rutilas, prudentia
fulges, & temperantia candes. Veni per iter charitatis
non diuisæ, sed integræ, quæ fit ex toto corde. i. secun-
dum Aug. toto intellectu sine errore, ex tota anima. i.
ex tota voluntate sine contradictione, ex tota mente. i.
memoria sine obliuione. Si vnum illorum deest integre
non venis. Huius autem inuitationis subiungit allecti-
uum dicēs, veni, quia tempus putationis aduenit, idest,
omnia aggrauantia & impedientia spiritum itineran-
tem in itinere charitatis sunt amota, quia charitas ope-
rit multitudinem peccatorum, non quærit quę sua sūt,
& alleuiantia itinerantes collata sunt, scilicet palmites
omnium habituum virtutum. Vercel. exponens hæc
verba dicit. In vite putantur, i. resecantur sarmenta,
quæ si in vere manerent, fructum multiplicem sed mi-
nus nobilem proferrent. Sic (inquit) in mente sunt vir-
tutes & motus, qui apti sunt in vita actiua fructificare,
Luc. 10. sed illi fructus minus reputantur, respectu fructuum
vitæ contemplatiuæ. Maria optimam partem elegit
quę &c. Similiter intellectus speculatiuus fructificat in
diuinorum cognitione per creaturarum inuestigatio-
nem, sed ille fructus minus nobilis est, quia ænigmati-
cus est respectu cognitionis vnitiuæ. Nā dicit Dionysi.
De diuin. nomi. c. 7. Est iterum diuinissima cognitio Dei, qua ipse cognosci
tur per ignorantiam, quando. s. mens ab omnibus intel
lectualibus & intelligibilibus recedens, & tandem seip
sam excedens, vnitur radijs æternæ sapientiæ, inscruta-
bilis profunditatis. Et sequitur. Quoties ergo superin-
tellectualiter exercemur ad diuinum radium, toties o-
pus est, vt resecemus intellectuales operationes, vt do-
cet Dionysi. 1. de mystica theo. & similiter creatura-
Exod. 3. rum similitudines, vt innuitur in Exod. vbi dictū fuit
Moysi. Solue calciamēta de pedibus. Pedes sunt intelle
ctus & affectus, quibus spiritus noster ęternum Deum
accedit, vt supra dictum est. Qui pedes mundandi sunt
ab omnibus pellibus. i. creaturarum similitudinibus,
Cant. 5. quos sponsa dixit se lauasse in Cant. vbi dicit Ver. Pe-
des meos. i affectum & intellectum, quibus carpsi iti-
nera æternitatis, laui, & purgaui vel purificaui: quomo-
do iterum inquinabo illos vmbris & imaginibus tem-
poralium? Cum etiam intellectuales operationes &
formæ in hoc loco. i. superintellectuali exercitio, repu-
tentur vmbræ & offendicula? Hæc ille. Et hęc sufficiāt
pro quarto itinere charitatis.

DE QVINTO ITINERE æternitatis.

Particula quinta.

QVintum igitur iter æternitatis, per q̄
spiritus noster venit ad intrinsecum
secretum, & ęternum manerium Do
mini Iesu, est æternorum occulta re-
uelatio. Reuelationes autem æter-
norum sunt studiosissime considerā-
In cāt. c. 1. dæ, & assidue ruminandę: quia sicut dicit Vercell. Assi-
dua reuelationum spiritualium ruminatio, præbet assi-
duum cognitionum & exultationum mentis incremen
tum, & ex hoc excessum æternorum, & ingressum oc-
cultorum consequitur. Sunt autem ad maiorem hu-
ius itineris cognitionem septem consideranda per or-
dinem. Primo qualiter iter occultæ reuelationis æter-
norum, iter charitatiuæ affectionis sequatur. Secundo
qualiter reuelatio æternorum, occulta dicatur, & quali
ter distinguatur. Tertio qualiter per sensibilē reuelatio
nē spūs nr̄ ad accessum æternorū mittat. Quarto qua-
liter per intellectualē reuelationem ęternorum, spiritus
noster ad æterna introducatur. Quinto qualiter per
superintellectualem reuelationem æternorum, spiritus
noster æternitati vniatur. Sexto qualiter superintelle-
ctualis reuelatio æternorum a nobis acquiratur. Septi-
mo qualiter ad iter occultę reuelationis æternorum spi
ritus noster a Domino inuitatur.

Distinctio 1.

PRimo igitur videndum est, qualiter iter occultæ
reuelationis æternorum, iter charitatiuæ affectio
nis sequatur. De hoc potest assignari ratio talis.
Cum secundum Aug. 13. libr. confessio. Charitas siue
amor sit pondus inclinans amantem ad amatum: & ap
propinquare facit amato, quantum potest, vt etiam trās
formet amantem in amatum secundum Dionysium.
Quanto ergo propinquius est amans amato, tanto ve-
rius subtilius & perfectius sibi reuelatur amatum. Vn-
de Hugo super 7. angel. hier. dicit. Constat, vt qui ardē
tius diligunt, profundius conspiciūt, & subtilius discer
nunt. Et quia magis profunde prospiciunt, proculdu-
bio euidentius cognoscunt. Ergo rectissime quanto æ-
terna magis amantur, tanto perfectius cognoscuntur.
Et sic verificatur verbum Rich. dicentis lib. 4. de con-
templa. Ex magnitudine dilectionis pendet modus di-
uinæ reuelationis, ideo rationabiliter illud iter sequitur
præcedens iter, ex quo pendet modus diuinæ reuelatio
nis.

Distinctio 2.

SEcūdo videndum est, qualiter reuelatio æterno- Deus nihil
rum dicatur occulta, & qualiter distinguatur. De reuelat nisi
primo notandum, quòd reuelatio diuinorum dici in loco se-
tur occulta, quia non nisi in occulto percipitur. Siue. n. creto.
reuelatio prout est occultorum manifestatio per exte-
riores figuras fiat, siue per sacras scripturas, siue per il-
luminationes inspiratas, siue per collocutiones exterius
expressas, semper fit in oculto, vt ostendit Hugo lib. 4.
de arca Noe, vbi dicit, q̄ in reuelationibus necessaria
est secreta habitatio, & mentis collectio & vnio, Vnde
dicit sic. Scrutemur scripturas, & inueniemus vix aut
nunquam Deum fuisse locutū in multitudine, sed quo
tiescunque innotescere voluit aliquid hominibus, non
gentib. & populis, sed vel singulis, vel admodū paucis,
& a communi hominum frequentia segregatis, vel per
nocturna silentia. Vnde in campis & solitudinibus, &
montibus & vallibus se manifestauit, sicut locutus est
cum Noe, cum Abraham, cum Isaac, cū Iacob, & Moy
se, Samuele, Dauid, & omnibus prophetis. Et sequitur.
Quid est quòd semper loquitur in secreto Deus, nisi q̄
nos ad secretum vocat? & quòd cum paucis loquitur,
nisi quòd nos colligat siue vniat? Et dicit ibi sic. Simi-
lis ratio est quare Deus obscure loquitur in scripturis,
nisi q̄ veritas malis abscondatur, & bonis reueletur. Si-
mile dicit Deus in Euāgelio, ne margaritę pedibus por Matth. 7.
corum cōculcentur. Simile dic. Dio. in mystica theolo
gia loquens ad Tim. Ex his patere potest secundum. s. Reuelatio
qūo reuelationes distinguantur. Non. n. oēs æqualiter nes diuinæ
a sensibilibus abstrahuntur, nec æqualiter in intellectu multiplici
exercitantur, nec æqualiter superintellectualiter sur- ter fiunt.
sum extenduntur: ideo necesse fuit, vt quibusdam fie-
rent reuelationes sensibiliter, quibusdam intellectuali-
ter, & quibusdam superintellectualiter, quas reuelatio Exod. 3.
nes legimus Moysi factas. Quando exiuerat Aegyptū
temporalem ad interiora deserti, vt illas nunciaret fi-
lijs Israel, de Aegypto exire desiderantibus, vt testaba-
tur clamor eorum ad Dominum: vt pergerent iter triū
dierum in solitudinem, quæ possunt intelligi tres reue-
lationes. Prima reuelatio sensibilis, & simpliciter viuen
tibus

Digitized by Google

De angel. Hier. 15.

tibus fit de Aegypto huius mundi exire deſiderantibus. Vnde quibuſdam patribus fiebant ſenſibiles reuelationes, vt exemplificat Dionyſ. ſicut paſtoribus,& quibuſdam alijs. Hæc reuelatio ad intrandum ad æterna allicit. Secunda reuelatio eſt intellectualis quę fit intellectualiter viuentibus,in filijs Iſrael de Aegypto huius mundi exeuntibus, iam intellectualiter ambulantibus. Et hæc reuelatio ad æterna introducit vt 4.c.patebit. Tertia reuelatio eſt ſuperintellectualis. Et hęc tantum fit vnitis mentibus,& egreſſis de Aegypto,& in interioribus deſerti exiſtētibus, vt Moyſi. Et hæc reuelatio ęternitati vnit, vt patebit infra c. 5. Iſtas reuelationes mens percipit,quę in intimis,& imis ſtare conſueuit,ait Richa. Et ſic patet ſecūdum, ſcilicet qualiter reuelatio diſtinguatur.

Diſtinctio 3.

De reuelatione ſenſibili.

TErtio videndum eſt de qualibet iſtarum reuelationum. Et primo de ſenſibili,qualiter ſpiritus noſter per eam ad exceſſum æternorum alliciatur. De quo notandum eſt, quod hæc reuelatio fit plebi ſimpliciter viuenti,de Aegypto temporali iam exire deſideranti ad terrā promiſſæ æternitatis. Et hæc reuelatio,vt dicit Richar. 1.ſenſibilis fit dupliciter.

Super Apoc.cap.1.

Fit enim quandoq; per ſigna ſenſibilia, vt quando res videtur corporalibus ſenſibus extra abſq; ſignificatione myſtica, vt Pharaonis & huiuſmodi, qui nullum ſenſum ſpiritualem vel myſticum intellexerunt. Et ſic non fuit reuelatio facta illis,quia vltra ſenſum nihil manifeſtatum fuit. Eſt & alia reuelatio ſenſibilis ſiue viſio corporalis,quæ fit ſenſibus exterioribus, vt quando res videntur,in quibus latet ſignificatio myſtica, qualis facta fuit patribus veteris legis,& nouæ,vt dictum eſt:&

De angel. hier. ca.4.

patet per Diony. qui myſteria nouerunt, vt Abraham, Iſaac,& Iacob &c. Neceſſitas hui' reuelationis fuit (vt dicit Diony. in epiſtola ad Titum) vt homo qui conſtat ex duabus naturis,anima ſcilicet rationali,quæ ſimplex eſt in eſſentia, & corpore compoſito iuxta vtriuſque naturæ proprietatem illuminetur diuinis cognitionibus,vt & mens eius puras & ſimplices & intimas ſignorum ſenſibilium intelligentias ſegregate ab ipſis ſignis conſpiciat, & ſenſualitas eiuſdem per naturæ proprietatem coaptetur mentali cognitioni, & ſic ad diuina extendatur. Hæc ille. Et ſecundum Aug. de vera religione. Sic inuiſibilia Dei a creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, & ſempiterna eius virtus & diuinitas. Et hæc eſt a temporalibus ad æterna regreſſio, & ex vita veteris hominis in nouum hominem reformatio. Hæc ille. Quia iam ſenſualitas ordinate cooperatur cognitioni mentali. Hæc reuelatio ſenſibilis facta fuit Moyſi,cum de rubo ardenti Dominus ſibi ſenſibiliter apparuit in ſubiecta creatura, & dixit filijs Iſrael dicens. Ego ſum Deus Abraham,Iſaac, & Iacob,hoc nomen mihi eſt in æternum. In hac reuelatione ſenſibili oſtendit Dominus ignem Diuinitatis, in qua verbum paternum oſtendit ſuam ſenſibilem denominationem, in qua coniungit æterna cum temporalibus ſpiritualia corporalibus,patriam exulibus,cum dicit. Ego ſum Deus Abraham,Iſaac, & Iacob. Ego (inquit) ſum,quia eſſe meum æternum, & immutabile eſt. Quod etiam oſtendit Dominus dicens. Antequam Abraham fieret ego ſum. Et dicit Hieron. ad Marcell. Deus qui exordium naturæ non habet, vere nomen eſſentię tenuit. Ego ſum Deus Abraham Iſaac, & Iacob: Deus autem ſum viuorum non mortuorum. Ego ſum Deus Abraham,Iſaac & Iacob. Ergo Abraham,Iſaac,& Iacob viuunt? ſed non viuunt in temporali mutabilitate,non exilij aulus calamitate, ſed æterna

Rom. 1.

Exod. 3.

Ioan.8.

Matt. 22.

hæreditate,quia nomen hoc mihi in æternum eſt. Dicens ergo filijs Iſrael. Ego ſum Deus Abraham,Iſaac, & Iacob, eos alliciendo, vt Aegyptum temporalem, corruptibilem & peregrinam egrediantur,ad terram hęreditatis patribus promiſſam & datam,terrā (inquam) æternæ ſtabilitatis & veritatis,terram æternæ beatitudinis & hæreditatis. Nam vt dicit Aug. Natus eſt nobis Chriſtus in tēporis mobilitate,vt nos perducat ad patria æternitatem. Factus eſt Deus homo, vt homo fieret Deus. Veniat igitur modo non corporaliter, ſed mētaliter memoria æterna cogitādo,quia ſicut Aug. dicit. Cum æterna cogitamus,non ſumus in hoc mundo quē iam tranſcendimus,venit etiam intellectui æterna contemplatio,quia 18.mor.dic.Greg. In ſanctis fit æternitas,aſpiciendo Dei æternitatem, veniat etiam voluntati ęterna amādo,quia ſicut dicit Gre. 1.mor. Vnuſquiſque electorum adhuc in mundo poſitus corpore, mente amante,etiam extra mundum ſurgit. Et 15.dicit. Superiora amare iam ſurſum eſt ire,cumq; magno deſiderio ad cęleſtia inhiant,miro modo hoc ipſum quod accipere quærunt,iam deguſtant. Sic igitur patet,qualiter ſenſibilis reuelatio æternorum ad æterna allicit.

In ſer. de natiui. Domini.

Lib. 4.de Trin.c.27.

Diſtinctio 4.

De reuelatione intellectuali.

QVarto videndum eſt, qualiter per intellectualem reuelationem æternorum ſpiritus noſter ad æterna introducitur quæ fit intellectualiter viuentibus, vt filijs Iſrael de Aegypto huius mundi mentaliter iam egredientibus,& ad æterna tendentibus. Et hæc reuelatio non fit oculis carnis,ſed mentis, vt dicit Rich. Et fit dupliciter,quia quandoq; fit quando per Spiritum ſanctum animus illuminatus,formalibus rerum viſibiliū ſimilitudinibus præmonſtratis ſiue pręſentatis, ad inuiſibilium cognitionē ducitur: qualiter Ioannes vidit in Apoc.& tamen veritatem in eis intellexit. Hæc reuelatio ad æterna ducit,quia per eam intellectus in inuiſibilium & æternorum cognitionem exurgit & perducitur, vt dicit Ric. Secundo modo fit hęc reuelatio ęternorum ſiue viſio intellectualis, vt dicit Rich. quando ſpiritus humanus per internam inſpirationem ſuauiter tactus,nullis mediantibus rebus viſibilibus,ad cęleſtiū cognitionem erigitur,ſicut vidit propheta, qui vidit in ſpiritu. Et Haymo ſuper Apoc. concordat vbi dicit. Intellectualis viſio ſiue reuelatio fit quandoque non per corporales res,nec per ſimiles,ſed ipſa veritas immediate manifeſtatur videntibus, ꝙ proprie electorū eſt. Vnde ſaluator dixit Petro. Caro & ſanguis non reuelauit tibi,ſed pater meus qui in cœlis eſt, per interiorem inſpirationem. Ait Pſal. Audiā quid loquatur in me Dominus Deus. Hęc occulta reuelatio ęternorum, videtur innui per hoc ꝙ dictum eſt Moyſi. Quando in interioribus deſerti dictum eſt ſibi,dices filijs Iſrael. Qui eſt,miſit me,hic apparet ꝙ hęc reuelatio fit intellectualiter viuentibus,quia filijs Iſrael,& in interioribus mētis quia interiora deſerti ingredientibus. Vnde Vercell. dicit ſic. Populo Iſraelitico mandatur nomen intellectuale. ſ.qui eſt,ſiue ens, ꝙ eſt emanatio primę exiſtentiæ a cauſa cauſaliſſima. Et Dam. dicit, ꝙ qui eſt, principalius eſt nomen omnibus nominibus Dei, quæ de Deo dicuntur. Totum enim in ſeipſo compręhendit, velut quoddam pelagus ſubſtantię infinitum & interminatum. His concordat Aug. 5.lib.de Trin. cap. 2. Et quia illud verbum eſt, ſignificat pręſens nunc æternitatis,eo ꝙ ambit omnes differentias temporis, prout de Deo dicitur,ideo mentem ſiue intellectum a temporalibus ad ęterna,a ſenſibilibus ad intelligibilia ducit & pertrahit,vſque ad nunc ęternitatis, ꝙ varietates temporis neſcit, vt tales dicant illud Pauli. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. Sed ſciendum eſt, ꝙ iſta reuelatio intel-

Matt. 18.

Pſalm. 84.

Exod. 3.

In prologo ſuper Canit.

lib.1.c.3.

Eſſe nomē eſt quod principali' Deo conuenit.

Phil. 3.

lectiua

lectualis æternorum non fit niſi intelligentibus, & in-
teriora ingredientibus, vbi omne velum remouetur ab
Reuelatio vnde dicatur. eis. Nam reuelatio dicitur quaſi veli remotio ab oculis
intellectualibus, quam remotionem petiuit Dauid di-
cens. Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de
Pſal. 118. lege tua. De hoc velamine dicit Apoſtolus. Vſq; in ho-
2. Cor. 3. diernum diem velamen in lectione veteris teſtamenti
manet non reuelatum, quod in Chriſto euacuatur. Nos au
tem reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in ean
dem imaginem transformamur, a claritate in claritatẽ,
tanquam a Domini ſpiritu. Velamen ergo a Chriſto e-
Matt. 11. uacuatur, vt nobis pater manifeſtetur. Vnde ait ipſe.
Neq; patrem quis nouit niſi filius, & cui voluerit filius
reuelare: Chriſtum autem Spiritusſanctus clarificat, nõ
Ioan. 16. in ſe ſed in nobis, vt ipſe dicit. Cum venerit paracletus,
ille me clarificabit, & docebit vos omnia, quia amor di
uinus omne velum remouet, & omnem veritatem do-
1 Cor. 2. cet. Vnde Apo. dicit. Nobis autem reuelauit Deus per
ſpiritum ſuum, quia omnia perſcrutatur etiam profun-
1. Ioan. 2. da Dei. Et Ioann. Vnctio docebit vos omnia. ſ. Spiritus
ſanctus.

Diſtinctio 5.

QVinto videndum eſt, qualiter per ſuperintellectua
lem reuelationem æternorum ſpiritus noſter æter
nitati vniatur. Sed hic primo occurrit dubium, quod in re
uelatione iſta ſuperintellectuali videtur includi oppo-
ſitum in adiecto, quia vt ait Papias, Reuelatio, eſt mani
feſtatio eorum quæ fuerunt abſcondita: ſed abſcondita
reuelantur cum intelliguntur, quæ autem intelliguntur
non ſunt ſuperintellectualia, ergo nulla reuelatio dici-
tur ſuperintellectualis. Sed ad horum cognitionem ha
bendam, eſt notandum quod ſecundum ſanctos Auguſti-
Habitus ſupernaturales nobis infunduntur. num, Gregorium, Dionyſium, et alios doctores bonos,
homini a Deo donantur diuerſi habitus ſupernatura-
les, ad ſuum finem (qui eſt ſupernaturalis) comprehen-
dendum vel conſequendum, donantur. n. intellectui ha
bitus ſupernaturales ad ſuum finem cognoſcendum, vt
fides, & ſcientia diuinorum &c. Donantur etiam volũ-
tati ſupernaturales habitus ad Deum diligendum, vt
charitas ſiue amor gratuitus &c. Sed habitus charita-
2. Cor. 3. tis excellit omnes habitus intellectus, vt fidem, & ſpẽ,
& ſcientiam, & cæt. vt expreſſe oſtendit Apoſtolus in e-
piſtola prima ad Corin, vbi primo enumeratis aliqui-
bus actibus, & habitibus intellectus & voluntatis, ma-
ior autem horum, infert, eſt charitas. Et oſtendit ibid.
quod nullus habitus, vel actus intellectus eſt meritorius,
ſine habitu voluntatis, qui eſt charitas: & quod habi-
tus intellectus aliqualiter euacuabuntur, propter im-
perfectionem eorum, in patria. Habitus autem volun-
tatis propter ſuam perfectionem permanebunt in pa-
tria, ſed perfectiores eliciunt actus, vt patet: & ideo a-
Matt. 22. ctus dilectionis hic præfertur actui cognitionis, tan-
quam perfectior. Vnde in Matt. dicitur, quod dilectio eſt
primum & maximum mandatum. Item actui dilectio-
nis conuenit venire & transformare, vt dicit Dionyſi.
de diui. no. vt viſum eſt ſupra, hoc autẽ nullus attribuit
intellectui proprie. Ex his igitur patet plane, quod actus di
lectionis excellit & præcedit actum cognitionis intel-
lectualis in aliquo gradu. Inquantum autem eum excel
lit, intantum eum excedit attingendo Deum in aliquo
gradu dilectionis, ad quem actus intellectualis extendi
non poteſt, quia ſuperintellectualis eſt, ſaltem in hac vi
ta, quia in patria videbimus Deum ſicuti eſt, vt dicit
1. Ioan. 3. Ioan. Nec obſtat quòd dicit Aug. Incognita nequaquã
poſſunt amari, quia eſt notitia aliqua non intellectua-
lis, ſed affectualis ſeu experimentalis, vt ſtatim patebit.
Cum prædictis concordat Hugo commentator Dio. di
Super 7. ange. hier. cens ſic. Intelligas quanta eſt vis veri amoris, & dile-
ctionis: ſi tamen intelligi poteſt, quoniam dilectio ſu-
pereminet ſcientiæ, & maior eſt intelligentia, plus. n. di- Dilectio intrat vbi ſcientia foris ſtat.
ligitur, quam intelligitur. Intrat dilectio & appropin-
quat, vbi ſcientia foris ſtat. Et reddit rationem. Quia a-
mor (inquit) præſumens & confidens amato, ſuo acu-
mine penetrat omnia, impetum ſequens ardentis deſi-
derij ſui nec diſſimulari valens, donec ad amatum per
ueniat, & eo ipſo amplius adhuc ſitiens intrare ipſum,
& eſſe cum ipſo, & eſſe tam prope, vt ſi fieri poſſit, hoc
idem ipſum ſit quod ipſe. Ecce expreſſe dicit, quod verus
amor Dei, venit Deo immediatius quam intellectio,
& quòd intellectus non capit. Sic ergo talis notitia affe
ctualis eſt ſuperior intellectuali. Cum his concordat
per omnia Vercell. ſuper Cant. dicens, quod affectus & in
tellectus ſimul coambulant, vſque ad nouiſſimum de-
fectum intellectus, vbi habet ſuæ cognitionis, & ſui lu-
minis conſummationem. Affectus autem adhuc conti-
net principalia in Deum ſuſpiria, ſuperintellectuales ex
tenſiones, & immiſſiones, feruidos fulgores, & fulgi-
dos feruores, ad quorum omnium ſublimes exceſſus &
excedentes ſublimitates, intelligentia trahi non poteſt,
ſed ſolum principalis effectus Deo vnibilis, & hoc idẽ
poſt dicit. Tãta eſt virtus veri amoris & pulchri, quod
non ſolum facit homines & angelos excedere propriã
naturam, vt in Deum aſcendant; ſed etiam Deũ quaſi
naturam propriam egredi, vt ad creaturas quaſi infra
naturam ſuam procedendo condeſcendat. Et hoc (vt
dicit Diony.) audendum eſt dicere pro veritate, cum
tamen ſit ingreſſibilis a ſe. licet ipſe ſuam immenſitatẽ
noſtræ capacitati contemperet eo immutato. Hęc reue
latio ſuperintellectualis ęternorum fuit facta Moyſi in Exo. 3.
interioribus deſerti conſtituto, quærenti a Domino, quod
ſibi nomen eſſet. Reſpondit Dominus in ſubiecta crea
tura dicẽs. Ego ſum qui ſum, vt dicit Vercel. ego ſum,
eſſe in ſe reflexum, vel entitas, quale nomen non conci-
pitur niſi ab apice principalis affectionis quæ æternita-
ti vnitur. q. d. Me nemo poteſt cognoſcere, niſi per me-
ipſum. Vnde nomen quod quęris eſt mirabile, quod nemo Apoc. 2.
ſcit, niſi qui accipit. Niſi. ſ. qui acceperit per reuelatio-
nem vel experientiam (vt Aug. ait.) vel ſicut dicit Hay
mo, qui ad hoc prædeſtinatus eſt, vt experimento co-
gnoſcat. Ex quo patet, quod reuelatio hæc non fit niſi mẽ
tibus ſeraphicis, in interioribus deſerti exiſtentibus. i.
in caligine occulti ſilentij, in qua reuelate & vere appa
ret Deus ſuperintellectualiter, vt dicit Lincon.

Diſtinctio 6.

SExto cum reuelatio æternorum iſta ſit ſuperintel
lectualis. & ideo cogitari nec dici poſſit, vt ſupra pa
tuit. Ideo oportet videre, qualiter ſit attingenda &
obtinenda. Circa quòd notandum eſt, quòd Diony. vo
lens Tim. oſtẽdere acceſſum ad iſtam reuelationem ſu- In libr. de Mil. Ther.
perintellectualem æternorum, docet eum derelinquere
omnes reuelationes ſenſibiles, & omnes reuelationes
intellectuales tam naturales quam ſupernaturales, &
omnia ſenſibilia, & intelligibilia, donec ingrediatur ca-
liginem occulti ſilentij, in qua reuelate & vere apparet
Dominus ſuperintellectualiter. Vbi Diony. c. 1. dicit
ſic ſecundum tranſlationem Abbatis. Tu autem amice
Timothee, ad hoc quod capax fias myſticarum cõtempla-
tionum ſiue reuelationum incorporare, ſic radicitùs ti-
no derelinque ſenſus, & ſenſibilia exercitia, & intelle-
ctuales operationes, & omnia intelligibilia, & forti co-
natu hic cõprime te, & ſi eſt tibi poſſibile, cõſurge igno
te & ſuperintellectualiter ad vnionem Dei, quæ eſt ſu-
per omnem cognitionem. Iſtud verbum conſurge
ignote, exponens Lincon, commentator dicit ſic. Surge
& reſtitue te incognite, vt poſſibile eſt ad vnionẽ Dei,
ideſt eius qui ſuper omnem cognitionem eſt, quæ qui-
dem reſtitutio vel reſurrectio fit per ipſius ſolius forte
deſide-

Digitized by Google

desiderium, & amorem super feruidum quæ nulla ratiocinatiua inuestigatione pôt esse cognita. Et infra dicit. Cessans.n. in ista caligine ab operatione cognitionis, sed æstuans, desiderium solius Dei perfecte ab ipso incogniti, ipsi soli vnitur, & cognoscens videt in ista caligine superintellectum, quia ad hoc cognoscendum non posset intellectus humanus & inoculatus attingere, non quòd intellectus dicatur inoculatus a priuatione potentiæ visiuę, sed a priuatione omnis actus visiui, dum ociatur in illa caligine. Sequitur. Et hi sunt gradus ascensionis in spiritualem caliginem, signati per ea quæ sunt historice facta Moysi. Et is est modus habendi se in caligine illa, donec diuinus radius vere in circumuelate appareat, & se reuelet dicto modo. Hæc Lincon. Gradus igitur ascensionis istius sunt, primo derelinquere omnia sensibilia, secundo omnia intelligibilia, tertio ingredi caliginem vbi apparet Deus. [Super myst. theol. cap. 1.] Cum his concordat quasi per omnia Vercell. commentator per eandem historiam Moysi, ostendens gradus ascendendi caliginem mysticam, in qua se Deus incircumuelate reuelat. Vnde dicit, quòd Moyses, primo [Exod. 19.] visus est se purgare a multitudine sensibilium, & deinde a non puris separari, & post omnem mundationem audit sonum buccinæ, & tonitrua videt, & fulgura micantia, & radios multos emittentia, & post separatus a multitudine populari cum Aaron, & Nadab, & Abiu, & septuaginta senioribus in Israel tanquam rationabilibus ascendit, & tunc fuerunt sibi releuata intelligibilia scilicet æternæ architipiæ, siue rationes exemplares omnium creaturarum, quæ in Deo sunt, quarum intellectuali inspectione Deum cognoscimus, quibus nihil diuinius oculis intellectualibus intuemur. Hæc ille. Tertio dicit, sed adhuc restat principalior Dei cogni- [Exod. 24.] tio, quæ figuratur in eo quòd Moyses post prædicta separatur ab his, qui prædicta secum viderant, & subtrahitur illis visis & intrat in caliginem ignorantiæ, & vnitur incompræhensibilitati diuinæ, quam non penetrat intelligentia, quæ omnium clarissima, & in se claudit & celat secretissime omnes cognitiones compræhésiuas. Exemplum huius plane videtur in luce stellari, quomodo absconditur in luce solari in meridie. Sequitur. Et omnis vnitus Deo per eam qui est super omnia constituitur, in excellentia quam nec ratio inuestigat, neque intellectus speculatur, & quasi ab omnibus talis quasi a seipso segregatur, & per vnitiuam dilectionis, quæ est effectiua veræ cognitionis vnitur Deo intellectualiter tñ ignoto, & tamen cognitione multo meliori, quã sit cognitio, in eo qđ intellectualis est, qa in eo quod cognitionem intellectualem derelinquit, superintellectum & mentem Deum cognoscit. Hæc ille. Ex prædictis patere potest, quod reuelatio superintellectualis non fit per intelligibilem cognitionem, sed per ardétissimam immo superferuidam dilectionem & experimentalem notitiam. Ex his etiam apparet sicut dicit Lincon. quòd hæc reuelatio quæ fit incircumuelate & vere, absque symbolis & imaginibus, secundum sui nudam apparitionem, solum fit his qui transcendunt immunda omnia .i. terrena omnia quæ amore contracta maculant amantem, mentem, & etiam pura quę non maculant mentem contingentem, & qui ascendũt super ascensionem omnium sanctarum extremitatum, hoc est, ascẽdunt super omnes actus, omnis virtutis apprehensiue agentis quantum possibile est intense, & derelinquunt omnia diuina lumina illustrantia, & introeunt in caliginem, hoc est actualem ignorantiam omnium. Vbi vere est (vt eloquia aiunt) qui est super omnia, solum enim ibi inuenitur & tenetur. Qualis ibi inuenitur non est effabilis. Hæc ille. Cur talis reuelatio [Matt. 11.] facta fuerit, dicat illud Matth. Confiteor tibi pater domine, &c.

Distinctio 7.

SEptimo videndum est, qualiter spiritus humanus ad veniendum per iter occultæ reuelationis, ad intrinsecum secretum Domini, ab ipso inuitatur di- [Cant. 2.] cente. Surge propere amica mea, formosa mea & veni, & huius inuitationis subiungit allectiuũ dicens. Quia iam ambulantibus reuelata est veritas, quia iam vox turturis audita est in terra nostra .i. vox paterni verbi reuelãtis omnem veritatem in terra humanitatis nostrę. Dicit ergo. O amica mea. propter secretorum reuelatio- [Ioann. 15.] nem, vnde saluator dicit in Ioan. Vos dixi amicos, quia omnia quæ audiui a patre nota feci vobis, notitia experimentali, dicit Greg. in homil. Surge ad reuelationum perfectioné a sensibili ad intellectualé, ab intelligibili ad superintellectuale, & secundũ Psal. Disposuit ascen- [Psal. 83.] siones in corde suo in valle lachrymarum. O columba mea, propter reuelationum exercitationé, & sequitur. Oculi tui sicut columbarum super riuos aquarũ .i. vt dicit Ver. innitentes aquis sapiétiæ, quę deriuatur à fonte sapientię, in quibus mentes columbinæ tanquam in puro speculo contemplantur reuelationes, mentem simplificantes, & purificantes. Propera, pp reuelationũ ple- [Cant. 5.] nissimam effusionem. Vnde in Cant. columbæ quę resident in mentis suspendio, quietatę iuxta fluenta plenissima, propter qđ vt dicit Ver. quãtum mortalibus conceditur ad plenissimas sapiétię essentialis copias acceditur, quarum plenitudo nulla effusione diminuitur. Hęc Ver. O formosa mea, propter reuelationum radio- [Isa. 58.] sam illuminationem. Vnde dicit in Isa. Implebit Dominus splendoribus animam tuam, & eris quasi hortus irriguus cuius non deficiunt aquę. Exemplum de Moyse, cuius facies ex consortio Domini splendida facta est, vt videri non posset oculis corporalibus. Veni, pro- [Psalm. 2.] pter diuinarum reuelationum certam directionem. Psal. Specie tua & pulchritudine tua &c. quia vox iam turturis audita est in terra nostra, gemitu amoroso cantans. Ego sum via, veritas, & vita. Ego sum via, per quã tutissime ibis, ego sum veritas, ad quã certissime ibis, [Ioan. 14.] quia iam finis ęnigmatis est, Ego sum vita, in qua ęternaliter permanes. Qui.n. inuenerit me, inueniet vitam. [Prou. 8.] Ergo veni, quia mẽs quasi auis turturea inuenit sibi nidum continuę mansionis, ab ęterno turture pręparatũ, vbi reponat pullos suos .i. omnes castos & amorosos conceptus castæ mentis, à casto, & amoroso turture .i. verbo paterno auditos conceptus, & gemitus. Vnde gl. dicit. Turtur est Christus amor castitatis, cuius vox audita est in terra nostra .i. in humanitate, in qua ver- [Ioan. 15.] bum paternum denunciat nobis amęnissimum aduenisse tempus veris .i. tempus gratię, & in quo nobis reuelabis omnia quę audiuit a patre. Dum (sicut dicit Greg.) Affectus nostri imprimuntur diuino amori, cui nihil occultatur. Vnde Vercell. exponit illud verbũ dicens sic. Turtur est soliuagus: & signat mentis virtutem vnitiuam & superintellectualem, quę nidificat in amœnissimis locis virentibus, & assiduis contemplatiuis mentibus & pullos vt turtur fouet nocte in superlucenti caligine occulti silentij. Amen.

DE SEXTO ITINERE æternitatis.

SExtum iter ęternitatis per quod spiritus noster venit ad intrinsecum secretum, & ęternale manerium Domini Iesu, est æternorum experimentalis pręgustatio, & notitia. Nisi enim esset in nobis ęternorum quędam spiritualis pręgustatio, non diceret Psalm. Gu- [Psalm. 33.]

state,

state,& videte, quoniam suauis est Dominus &cęt. Ad maiorem huius itineris notitiam septem per ordinem sunt notanda. Primo igitur videndum est, quid hac experientia dicatur, & quare præcedentia itinera sequat. Secundo quarum potentiarum ista experimentalis notitia dicatur. Tertio qualiter spirituales sensus potentiarum ab experimentali notitia impediatur. Quarto qualiter interiores sensus spirituales reparantur vel reformantur. Quinto, qualiter per gustum interiorem spiritualem æterna prægustantur. Sexto, qualiter quilibet sensus interior spiritualis æterna experiatur. Septimo, qualiter spiritus noster ad veniendum, per iter experiētiæ ad intrinsecum Domini, inuitatur.

Distinctio 1.

Experientia quid.

PRimo igitur videndum est, quid hęc experientia dicatur, & qualiter alia itinera sequatur. De quo notandum est, sicut dicit Papias: ꝙ experientia idem est ꝙ notitia. Vnde experientia videtur esse obiecti cuiuslibet potentiæ presentialis actus & notitia. Actus.n. vitales attingūt sua subiecta actiue vel passiue vel vtroque modo, secundum quosdam: alias potentia non fieret in actu. Vnde si omnes homines dicunt mihi hoc esse dulce, per hoc non habeo notitiam experimentalem de illo, etiam quantumcunq; probent per rationes, sed opinionem vel fidem vel scientiam possem habere. Sed si gustus meus attingit gustabile, vel attingitur ab illo, tunc habeo notitiam experimentalem illius. Similiter est de gustu interiori, & alijs sensibus spiritualibus. Vnde si ego lego vel audio ab aliquo, quòd dulcis sit Dominus, propter hoc non habeo notitiam experimentalem de hoc, nisi gustus spiritualis attingatur a dulcedine diuina, vt dicat cum sponsa. Fructus eius est dulcis gutturi meo. Vbi loquitur de gustu spirituali, vt patet in glo. Et ista notitia experimentalis perfectissimorum est. Vnde dicit Ber. quicquid de tuis occultis scimus o Domine Iesu aut scriptura docente, aut te reuelante, aut certe, ꝙ perfectissimorum est, gustando didicimus. i. experientia. Ex quo patere potest secūdum. s. ꝙ istud iter experimentalis notitiæ æternorum rationabiliter sequitur itinera pręcedentia. Quid prodest namq; multa cognoscere & intelligere, nec illa experiri, nec ad aliquem vsum illa habere? ergo experientiæ notitia quandoq; est necessaria. Vnde Hugo dicit sic. Non facit perfectum cognitio virtutis, nisi & habitus virtutis in experientia subsequatur. Magistra.n. est intelligendi experientia, & illa optime iudicij veritatem cognouit, quia iam non audiendo solum, sed gustando & faciendo didicit. Sequitur. In experientia namq; & habitu virtutis, cognitio perficitur veritatis, quia in sola intelligendi illuminatione inchoatur. Hæc ille. Ad hanc experientiā hortatur Pet. di. Si.n. gustastis quam dulcis est Dominus, rationabiliter itaq; iter experimentalis notitię ęternorum, sequitur præcedentia itinera tanquam illa perficiens.

Cant. 2.

Super Cant. 2.

Super 7. Angel. hierar.

1. Pet. 2.

Distinctio 2.

SEcundo videndum est, quarum potentiarū & quorum sensuum experimentalis notitia esse dicatur. Circa ꝙ notandum est, ꝙ in libro de spiritu & anima dicitur sic. Duo quidem in homine sunt sensus, vnus interior, & alius exterior, & vterq; bonū suum habet in quo perficitur. Sensus exterior reficitur in contēplatione humanitatis, sensus interior in contemplatione Diuinitatis. Propterea.n. Deus fact' est homo, vt totum hominem beatificaret, & tota conuersio hominis esset ad ipsum, & tota dilectio esset in illo, cum a sensu carnis videretur per carnē, & a sensu mentis per Diuinitatis contemplationem. Sequitur. Hoc erat totum bonum hominis, vt siue ingrederetur, siue egrederetur, pascua in suo factore inueniret. Et infra dicit. Cum homo constet ex carne & anima, & in carne sint quinque sensus. s. visus, auditus, olfactus, gustus, & tactus, quos tamen non mouet absq; animæ societate, ita anima similiter habet quinq; sensus suo modo, quia spirituales res non corporalibus sensibus, sed spiritualibus rimandæ sunt. Et sequitur, Vnde diuina vox in Deut. ait. Videte ꝙ ego sum De': ecce spiritualis visus. Et in Apoc. Qui habet aures audiat, quid dicat spiritus ecclesijs: ecce spiritualis auditus, & in Psal. Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus: ecce spiritualis gustus. Et Apost. Bonus odor Christi sumus, ecce spiritualis olfactus. Et in Euange. Fide mulierem se tetigisse magis, ꝙ corpore ostendit dicens. Quis me tetigit: ecce spiritualis tactus. Et sequitur. Sic modo cum omni cautela seruandum est, quid ad corporis sensus, & quid animæ dignitatem pertineat. Hæc ille. Ex his plane patet, quod sicut experiētia corporalium fit sensibus corporalibus, ita experientia spiritualium fit in mente spiritualibus sensibus.

Tot sunt animæ sensus, quot corporis.

Deut. 32.
Apoc. 2. & 3.
Psal. 33.
2. Cor. 2.
Matth. 5.

Distinctio 3.

TErtio videndum est qualiter sensus nostri interiores spirituales ab illa experimentali notitia impediuntur. De quo notandum, ꝙ sensus spirituales dupliciter impediuntur ab experimentali notitia. Vnum impedimentum est ex natura corrupta, aliud est ex nostra negligentia. De primo impedimento Ber. dicit sic. Saporem interiorem perdidimus ab ipso pene exordio generis nostri. Vnde ex quo cordis palatum sensu carnis prȩualente infecit virus serpentis antiqui, cepit non sapere bonum, ac sapor noxius subintrat, & insipientia mulieris. i. sensualitatis saporem boni excludit, quia serpentis malitia, & astutia mulieris insipientiam circunuenit. Hæc ille. Iste morsus serpentinus fecit sensus interiores languescere & tabescere. Ex tunc enim visus interior spiritualis tenebrescit, audit' surdescit, olfactus tabescit, gustus amarescit, & tactus crassescit, vt clamet propheta, Oculos habent & non videbunt, aures habent & nō audient, &c. Tales manent in tenebris exterioribus carnis. De impedimento secundo, dicitur in libro de spiritu & anima, sic. Hoc bonum magnum ꝙ habuit ex duplici sensu scilicet interiori & exteriori bene ordinato, malum magnum secutum est, quoniam perdito bono ꝙ intus erat, egressa est anima ad bona aliena quæ foris erant, & pactum fecit cum delectationibus seculi, requiescens in illis, non attendens homo boni sui interius absentiam, eo ꝙ consolationes suas cerneret in bonis alienis. Nam cum exterior sensus carnalis bono suo foris vtitur, interior sensus quasi obdormit. Non.n. cognoscit bona interioris sensus, qui iucunditate bonorum exteriorum capitur. De hoc vide hic proximo mēbro plenius, qualiter vtrunque impedimētum tollitur. s. experimentalis notitiæ. Item in tertio itinere aliqua inuenies de eodem.

Serm. 85. super cant.

Psal. 113.

Distinctio 4.

QVarto videndum est, qualiter sensus interiores spirituales reformantur vel reparantur, circa ꝙ sciendum est, ꝙ contra primum impedimentū. s. corruptionē naturæ, necesse est, vt a Iesu q est clauis Dauid sēsus nostri aperiantur, antequā ęterna experiantur. Vnde Bern. dicit. Dñs post suam resurrectionē loquens discipulis (ait Euangelista Lucas) aperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas. Cum.n. inquit Ber. scripturarum interiorem sensum, &. virtutem miraculorū & sacramentorum Dei cœperimus non solum intelligere, sed etiam quadam (vt ita dicam) experientiæ manu palpare & tractare, ꝙ non fit nisi quodam conscientiæ sensu, & experientię disciplina intelligentis & scientis bo-

Lib. de amore. c. 10.
Luc. 24.

Digitized by Google

possibile est, quod intellectus attingat corpus Christi,
vt existit sub speciebus sacramentalibus nisi lumine su
pernaturali certissimæ fidei illuminetur & dirigatur,
alias non videbit riuulos fluminis torrentis butyri &
Iob. 20. mellis, vt dicit Iob. Quod exponens Greg. 15. moral. d.
Butyrú nascitur ex carne, & significat Christi humani
tatem, mel vero descendit ex aere, & significat Christi
diuinitatem. Ex his duobus descendunt septem riuuli
contemplationis humanitatis, & septem diuinitatis,
quos solum fideles in tanta plenitudine quandoque re
Super Cá. cipiunt, vt videant quod dicere non valent. Attingit
ser. 76. enim fides inaccessa, ait Bernar. quia intellectus per fi-
dem illuminatus & confortatus, attingit hanc veritatẽ
indubitanter, qđ Christus vere est in sacramento, & di
uinitas vere est in Christo. Itẽ tertio ego (inquit) vere
Ioan. 10. ostium voluntati, per charitatem feruidam, apertum,
gustatum, & inhabitatum, quia qui manducat meam
carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego
in eo. Hæc autem manducatio fit spiritualiter. Mandu-
care aum spiritualiter, est attingere ad rem huius sacra
menti. Res autem huius est duplex, vna contenta & si-
Res sacra- gnata, & est Christus integer qui continetur sub specie
menti du- bus panis & vini. Alia est res signata & non contenta,
plex. & hæc est res corpus Christi mysticum. Ille ergo man
ducat spiritualiter, qui Christo coniũgitur per fidem &
charitatem. Fides pertinet ad cognitionem, charitas ad
refectionem, ideo etiam vnitur corpori Christi mysti-
co, i. Ecclesiæ. Ex ista enim manducatione oritur attin-
gentia spiritualis, alias Christo non incorporaremur,
dum carnem eius gustam'. De ista incorporatione Au
gust. super Ioan. dicit. O Sacramentum pietatis, o signũ
vnitatis, o vinculum charitatis, qui vult viuere accedat,
super 7. credat, incorporetur, & viuificetur. Et Hugo dicit, qđ
Ang. hier. ista manducatio dicitur viuifica, quia viuos secum effi
cit omnes, quibus se manducandam præbet. Dicat er-
Cant. 5. go manducans illud Canti. Comedi fauum cum melle
meo. Fau' sicut dicit Origen. est cera virginea, cellulis
distincta, melle repletus. Quid ergo est aliud, Comedi
fauum cum melle meo, nisi manducare corpus virgineę
carnis dulcissima diuinitate repletum? & sic per gustũ
humanitatis peruenitur ad gustum diuinitatis, & ideo
ad prælibamen æternitatis.

Distinctio 6.

SExto notandum est, qualiter quilibet sensus inte-
rior spiritualis æterna experiatur. De quo sciẽdum
est, quod Bernardus dicit. Sicut corpus habet suos
Li. de amo quinque sensus, quibus animæ coniungitur, vita me-
re Dei. cap. diãte, sic anima habet suos quinque sensus quibus Deo,
6. siue æternis coniungitur, mediante charitate. Quare
Rom. 12. Apostolus dicit. Nolite conformari, huic seculo, sed re-
formamini in nouitate sensus vestri, vt probetis idest
experimento sciatis, quæ sit voluntas Dei bona, bene-
placens, & perfecta. Sequitur per sensus corporis vete-
rascimus, & huic seculo conformamur. Per sensus vero
mentis, renouamur in agnitione Dei siue æternorum
Et infra dicit. Sicut omnes sensus corporales, scilicet vi
Cap. 19. sus, auditus, odoratus, & tactus, sine sensu gustus infir-
mantur, & hebetantur in operationibus suis, sic ante
aduentum Iesu mediatoris, omnes sensus nostri spiri-
tuales languebant, propter absentiam gustus spiritualis
vel sapientialis, quæ necdum fuit incarnata, nec quasi
gustata, a cuius gustu quanto diutius abstinemus, tan-
to sensus interiores magis deficiunt, & infirmantur in
actibus suis circa æterna. Vnde Gregorius 30. moral.
Iob. 18. exponens illud Iob. Attenuatur fame robur eius, &
inedia inuadat costas eius, sic dicit. Ex rationali anima
habet homo, vt in perpetuum viuat, & tamen hominis
iniqui robur attenuatur fame, quia anima eius nulla in
terni cibi refectione pascitur, & inedia inuadit costas
eius, quando spirituali refectione subtracta, sensus mẽ-
tis deficiunt, & tunc cogitationes suas nec regere, nec
tueri possunt, quia fames interna sensus mentis exte-
nuat, & ideo se foris extendunt ad temporalia spretis
æternis quæ eis non sapiunt. Adueniente autem gustu
sapientiæ (ait Bernardus vbi supra) tunc sequitur quæ
dam dulcedo saporis, quam in interiori suo sentiens a-
nima, modo quodam singulari, quæ suscepit cuncta di-
scernit & dijudicat, seque & omnes sensus vegetat &
confirmat. Nam hic panis spiritualis est de quo di- Sap. 16.
citur. Paratum panem dedisti eis de cœlo sine labo-
re omne delectamentum in se habentem, & omnis sa-
poris suauitatem. Et ideo iste panis sapientialis nobis
in sacramento charitatis exhibitus maximæ attingen-
tiæ est. Attingit enim omnes sensus interiores, intran- Ioan. 6.
tum, vt in omnibus manducantibus eum, maneat, &
ipsi in eo vt non moriantur in æternum, sed in æterni-
tate viuant, & maneant vt dicit Saluator. Diuinissi-
ma igitur eucharistia in se habens delectamentum, om
nem sensum interiorem attingẽs, sensum visus spiritua-
lis excitat ad experiendum æternorum contemplatio-
nem, sensum auditus spiritualis excitat ad experien-
dum æternorum auditionem, sensum olfactus exci-
tat ad æternorum olfactionẽ, sensum tactus spiritualis
excitat ad experiendum æternorum tentionem: sensum
gustus spiritualis excitat ad experiendum æternorum
prælibationem. Nisi istis sensibus interioribus æter-
na aliqualiter in hac vita experirentur, Greg. 5. lib. mo
ral. non diceret Sic. Aeternitas per inhiantem men-
tem sine specie cernitur, sine sono auditur, sine mora
suscipitur, sine loco retinetur, sine corpore tangitur, &
cum mens fantasmata imaginationum corporalium
abijcit, iam æqualiter æternam diuinitatem conspicit,
quam si nec dum quid sit appræhendit, agnouit tamen
certe quid non sit. Videamus ergo de singulis sensibus
interioribus. Primo igitur Iesus panis vitæ in sacramen De sensib'.
to manducantur, cum vere in se habeat delectamẽtum exteriorib.
omnis suauitatis omnium sensuum spiritualium. Et
cum ipse sit candor lucis æternæ & speculum sine ma- Sap. 7.
cula. Attingens sensum visus interioris hominis iam
aliqualiter exercitatum, ipsum excitat ad æternorum
recipiendam contemplationem vel inspectionem. Vn-
de Gregorius 21. moral. exponens illud Iob. videbit fa Iob. 33.
ciem eius in iubilo. dicit sic. Plerique contemplationem
quandam retributionis æternæ, etiam priusquam spo-
lientur carne hilarescunt, dum in iubilo faciem Dei cõ
spiciunt: quòd fit, cum aliquis spiritualem oculum in
radio ęterni solis figit, ibi lumen viuens videt, quia iam
omni mutabilitatis vicissitudine atque obumbratione
calcata, veritati æternitatis inhæret, eique inhærendo
quem cernit ad similitudinem incommutabilitatis as-
surgit, atq; in semetipsam auctoris sui inconuersibilem
speciem dum recipit assumit. Quæ enim ad mutabili-
tatem per seipsam lapsa est, ad immutabilitatis statum
immobilem videndo formatur. Hæc Greg. Huius sen-
sus experientiam habuit, qui dixit. Dilectus meus can-
didus & rubicundus, &cæt. Experimentaliter loqueba Can. 5.
tur, ait Vercellen. Secundo Iesus panis sacramentalis
cum sit verbum patris, verbum autem est notitia de-
claratiua cum amore (vt ait August. lib. 6. de trinita.)
attingens aures spirituales in sacramento, excitat eas
ad experiendum allocutionem de æternis, quia quan-
tum in se est, semper notificat æterna, & illuminabit
omnem hominem. Anima autem nisi haberet au-
res spirituales habiles ad audiendum æterna, Iesus non
dixisset. Qui habet aures audiendi audiat. Dominus Matth. 13.
autem (vt dicit Gregorius) non quærit aures corpo- & Luc. 8.
ris, sed mentis. Et in Apocal. dicit' idem. Qui habet SuperEze.
aures, &cæt. vbi dicit Richardus. Ille habet aures au- hom. 4.
diendi, qui habet sensum intelligendi, & affectum di- Apoc. 2.
ligendi

ligendi ea quæ promittuntur, & idem dicit Haymo. Auris carnis tantum ad audiendum consistit, auris vero cordis auditu simul & intellectu viget. Has aures verbum patris multipliciter alloquitur, vt supra dictũ est in itinere meditationis. Et Augustin. super Gen. ad litt. dicit. Sapientia filius Dei non cessat loqui occulta inspiratione ad intellectualem creaturam. Sed Grego. 15. moral. dicit. Vnde exterior auditus aperitur, inde interior obsurdescit. Huius allocutionis experientiam

Cant. 2. habuit, qui dixit. Vos dilecti mei. vbi dicit glosa. Gaudeo consolatoriam eius vocem audiens, dum eius faciẽ nondum video, tamen subleuato ad cœlum animo, aliquam suauitatem pregusto futuræ beatitudinis, & hoc in præsenti seculo. Hæc glosa. Tertio Iesus panis sacra

4. Angel. hierar. mentalis excitat olfactum ad æternorum odorem sentiendum. Cum sicut dicit Dionysi. existit fontana copiosa susceptionum diuinarum suauitatum, refundens de sua plenitudine diuinissimas fragrantias, ideo olfactum interiorem spiritualem excitat & aperit, ad experiendorum æternorum odorem, vt Ioannes Euangelista tanquam expertus diceret. Odor tuus Domine excitauit in nobis concupiscentias æternas. Sed hic nota quid sit olfactus spiritualis in anima, & in Angelis. De hoc dicit Lincon. Commentator super angel. hierarc. sic. De olfactiua virtute discretiua odorum, quæ intus suscipiendo agit, dicit Dionysi. signare susceptiuum bene redolentis, hoc est, bene contemplantis gratiæ diuinæ. Et 4. Eccle. hierarchiæ dicit Diony. sic: Si sensibilium aromatum susceptio moderata, vim olfactiuam nostram sanam delectabiliter refouet, pariter & intellectualem sensum nostrum spiritualis suauitatis discre-

Cant. 1. tiuum ab appetitu inordinato purgatum, susceptio diuini boni odoris sancta delectatione nos replebit. Huius odoris experientiam habuit qui dixit. In odorem vnguentorum tuorum currimus post te, vbi dicit Bern. sic: Et si Dñs suauis odoris vniuersis, maxime tamẽ, domesticis, & quanto quis sibi familiarius vitæ merito ac mentis puritate aperiat, tanto eum arbitror, recentiorum aromatum, & vnctionis suauioris sentire fragrantiam. Porro in huiusmodi non cadit intelligentia, nisi quantum experientia attingit. Hæc ille. Deo igitur gratias, qui odorem notitiæ suæ manifestat per nos in om-

2. Cor. 2. ni loco, vt dicit Apostolus. Quarto Iesus panis sacramẽtalis. Cum sit summæ attingentiæ, quia ipse se dat in

Ioan. 6. cibum, & manet in cibato, & cibatus in eo, vt dicitur in Ioan. & hoc in maxima charitate, vbi fit verissima attingentia animę & Dei spiritualis. Sed notãdum, quod Hugo in lib. de arca Noe. primo, dicit sic. Ad Deum attingere, est semper per desiderium eum quærere & per cognitionem inuenire, & per gustum tangere. Ex quo patet, quod attingentia ista habet quosdam gradus, per quos Deus acceditur, & inuenitur, & attingitur, non accessu locali, nec tactu corporali, sed similitudine spũali acceditur ad Deũ, & dissimilitudine a Deo receditur, vt dicit Aug. lib. 6. de trin. Primus igitur gradus est quo Deus cum p desiderium q̃ritur q̇uis. n. attingitur Deus vt desideratur, s̃m aliquid vt præsens nõ habeatur, tñ necesse est, vt ẽt s̃m aliquid pręsens habeatur, alias non desideraretur. Dicit enim Gregor. in homil. Profecto qui Deum desiderat, iam habet quem amat, & tamen habitus amplius quæritur, quia sine fine est quærendus, vt ait Augustin. exponens illud Psalm.

Psal. 104. Quærite faciem eius semper. Secũdus gradus quo De⁹ attingitur, est cum per cognitionem inuenitur. Cognitio enim est actus vitalis. Actus autem vitales attingũt

Cant. 4. sua obiecta, vt dictum est, supra alias dilectus non dixisset dilectæ. Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, intelligentia tua penetrante ait Vercell. Sed attingentia manet imperfecta, nisi id quod præsens est cognitioni fiat præsens voluntati amantis. Quia Augustin. dicit. quod quidam Deum cognoscunt, qui tamen Deum propter hoc non habent, quia si eum vt Deum cognouerunt, non tamen vt Deum glorificauerunt, ait Apol. Tertius gradus quo Deus attingitur, est cum Deus per amorem tenetur, & amplexatur, & spiritualiter manducatur. Hi autem actus & gradus sunt principium ipsius affectus & volũtatis. Vnde August. dicit quod voluntas habet vnum proprium actum, qui est actus tenendi siue amplexandi, & quasi possidendi, quos actus non potest habere intellectus. Nam possessio non est intellectus cognoscentis, sed voluntas habentis, sicut sanitas sani non est medici cognoscentis, sed sani eam habentis. Vnde & actum gustandi non habet intellectus, sed voluntas, quia gustus est in charitate, sicut dicit Richard. sed charitas vel dilectio est actus voluntatis. Nam sicut dicit Richard. Sicut Deus per memoriam auditur, & per intelligentiam videtur, ita per affectum amplexatur & attingitur. Hunc tactum spiritualem experta fuit quæ dixit. Læua eius sub capite meo. Leuę nomine intelliguntur splendores intellectus speculatiui, qui ad gustum viatoris pertinent, dextræ nomine quæ patriam signat, intelligitur super intellectualis vnitio ad Deum, quæ speculum nescit, & quasi ad premium inclinat tanquam arra & pignus, nec auferetur, quare dixit sponsa. Tenui eum nec dimittam illum, post tam excessiuos amplexus & ineffabiles. Hæc Vercellen. Quinto Iesus est panis supersubstantialis, sicut patet in Matthe. Ideo gratissima & sufficientissima refectio Angelorum & hominum, vt dicitur in Psalm. Ideo attingens gustum interioris mentis, aperit eum ad æternorum dulcedinem gustandam. Vnde Vercellen. super Cantic. dicit. Nihil est quod ita gratam mentibus pręstet refectionem, sicut panis supersubstantialis. Hæc enim refectio non fit per speculum, sed per diuinæ dulcedinis experientiam, iusta quod gustus & tactus non exercentur per speculum sicut visus, & in hac Dei participatione fundatur portio Mariæ, quæ non aufertur ab ea. Sed hæc est principalis ruinæ antiquæ reparatio, quando in primo Adam spoliati fuimus, & vulnerati in naturalibus. Hæc ille. Quamuis autem iste panis habeat omne delectamentum, & omnem saporem suauitatis, & sanet omnes infirmitates nostras, secundum Psalm. non tamen omnibus sapit æqualiter. Dicit namque Bernar. Deus non vniformiter sapit omnibus. Oportet namque pro varijs animæ desiderijs diuinæ pręsentiæ gustum variare, & infusum saporem diuinæ dulcedinis diuersæ appętentis animæ aliter, atque aliter oblectare palatum. Multum enim differenter sapit iste panis vitæ æternæ reprobis & electis. Vnde Greg. 11. moral. exponens illud Iob. Auris verba dijudicat, & fauces comedentis saporem, dicit sic. Iob in his verbis aliquid de reprobis, & aliquid de electis innuere videtur, quia verba sapientiæ, quæ reprobi audiunt tantum, electi non solum audiunt sed etiam gustant, vt eis in corde sapiat, quod reproborum non mentibus, sed solummodo auribus sonat. Aliud namq; est cibum nominatim audire solummodo, aliud vero est gustare. Electi itaq; cibum sapientiæ sic audiunt, vt degustent quia hoc quod audiunt ipsis per amorem medullitus sapit, reprobi vero qualiter sapiat ignorant. Aliud enim est aliquid scire de Deo, & aliud quod cognoscitur faucibus intelligentiæ gustare. Illa enim dicta in sapientiæ radice solidata sunt, quæ per viuendi vsum & actuum experimentum conualescunt. Hæc Greg. Sed (vt supradictum est) oportet volentem gustare hunc panem supersubstantialem, habere sensus excitatos. Hos sensus interiores videtur beatus August. habuisse, qui 10. lib. confe. ait. sic. Quid amo cum Deum meum amo? certe non exteriora, sed quãdam lucem, & quan-

Marginal notes (right column): In epist. ad Darc num. — Roman. — 9. de tri. cap. 8. — Lib. 4. d cõtempl cap. 15. — Cant. 2. — 2. Cor. 1 — Lun. 10. — Cant. 3. — Matth. — Psalm. 7 — Luc. 10. — Sermo 3 super ca — Iob 12.

Digitized by Google

quandam vocem,& quendam odorem,& quendam cibum,& quendam amplexum interioris hominis mei, vbi fulget animæ meæ lumen, quod non capit locus & vbi ſonat verbum,quod non rapit tempus, vbi olet odor quem non ſpargit ventus,& vbi ſapit cibus,quem non minuit edacitas,& vbi hæret ꝙ non diuellet ſacietas.Hæc amo cum deum meum amo.Hęc Aug.Ex his patet,qualiter ſenſus interiores noſtri ęterna experian-
Li. de Tri. cap.3. tur.Vnde & Ric.dicit.Non debet nobis ſufficere illa æternorum notitia,quæ eſt per viſum ſolũ, niſi & appræhendamus illam quæ eſt per intelligentiam,ſi nec dum ſufficimus ad illam quæ eſt per experientiam.Hęc ille.

Diſtinctio. 7.

SEptimo videndum eſt,qualiter ſpiritus noſter adueniendũ per iter experimentalis ꝑguſtationis æterno
Cant.2. rũ,ad intrinſecũ Dñi Ieſu inuitatur ab ipſo dicente.Surge,propera amica mea,columba mea & veni. & huius inuitationis ſubiungit allectiuum dicens,quia ficus protulit groſſos ſuos.i.quia iam eſt deſiderati viatici optata ſuauitas.Tunc nanque eſt itinerandi ſecuritas, quando itinerans ſuauiter reficitur,& itinerãtis virtus aug-
3.Reg.19. mentatur,donec cũ propheta ad montẽ Dei Oreb perueniatur.Dicit igitur,ò anima mea,propter experimẽ-
Cant.5. talem mei manducationem. Nonne comediſti fauum meum cum melle meo.i.dulcedinem diuinitatis cum corpore & ſanguine meæ humanitatis.Hoc.n.propriũ eſt amicis meis,vt comedant & bibant, & inebrientur chariſſimi,vt corpus meũ comedant & ſanguinẽ meum bibant,& experientia intima mea Diuinitate inebrientur. Hoc.n.proprium electorũ eſt, dicit Haymo ſuper
Ioan.6. Apoc.Surge ad meam experimentalem cohabitationẽ vt vbi ſum ego & tu ſis,quia ex hac manducatione mei
Eccleſ.25. tu manes in me & ego maneo in te, tanquam mihi iam incorporata.Ego quidẽ in altiſſimis habito, & tronus meus in columna nubis. Ideo ſurge ò columba mea, propter experientiæ tuæ ſimplicem fruitionem & ſingularem. Solum.n.quæris experiendo frui præſentia
Pſal.76. mea,Vnde dixiſti Renuit conſolari anima mea memor fui Dei & delectatus ſum.Quod exponens Gr.18.mo. dicit ſic.Qui temporalium amiſſione non lugeo,de temporalium abundantia conſolari nequaquam poſſum,& tamen memoria Dei ſolum delectatus ſum. Si igitur tantum delectatur in ſola memoria Dei,dicat cum Ber.ſuper mel & omnia eius dulcis præſentiæ.Propera ꝓpter experientiæ tuæ perfectionem & delectationem.Quanto.n.ſpirituales delitias plus experiris,tantò auidius appetis eas,propera igitur venire ad me fontem omnium delitiarũ.Nam & celeritas in deſiderio mora eſt, vt dicit Sen.O formoſa mea propter experientiæ tuæ radio
Cant.2. ſam multiplicationem.Experiris.n.me,te viſitantẽ,poſt parietem ſtantem,per cancellos proſpicientem, in montib.ſalientem.Item experiris me,te alloquẽtem,te odore meo ſemper attingentem,te reficientem & amplexan
Sermo 27. tem &c.vt patet in cantico amoris per totũ.Vnde Ber.
ſuper Can. dicit.Attendite ſponſæ deuotionem,atque ſolertiam ſiue experientiam, quod vigili vtiq; oculo.ſ.experientię obſeruat ſponſi aduentum,& deinceps omnia ipſius intuetur.Venit.n.illa,accelerat,appropriat,adeſt,reſpicit, alloquitur,& nihil horum momentorum ſponſæ induſtriam fugit.Hæc ille.Veni igitur ad experientiæ tuę cõſummationem,quia ficus protulit groſſos ſuos. In quo oſtendit ſuæ inuitationis dulce allectiuum.Quid per ficus conuenientius intelligi poteſt producentem fructũ dulcedinis,quam pater æternus principium omnis dulcoris,qui protulit nobis groſſos infinitæ dulcedinis & refectionis.ſ.verbum ſuum,Spiritum ſanctũ,conſubſtãtiales,& coæternos.Verbũ ſuũ infinitæ dulcedinis protulit incarnatum,vt nobis eſſet in redemptionẽ,& panẽ ſuperſubſtãtialem,vt eſſet nobis in refectionem,qui deſcendit de cœlo nobis pręparatus,& habens in ſe omne delectamentum,& omnem ſaporẽ ſuauitatis,vt per ipſum dulciter reficiamur in via,ne deficiamus, ſed ad ę-
ternum patrem reducamur.Ecce dicit Hug.Vnum fer Super 7.
culum proponitur in menſa Domini,ſed noli contem- ang.hier.
nere.Continet.n.in ſe omne bonum.Sed hãc refectionẽ non omnes guſtant.Ipſa.n. vna eſt & ſingularis, quia cum aliena & extranea delectatione & dulcedine non percipitur.Dicitur domeſtica,quia amicis & familiaribus tantum pręparatur,dicitur vnifica,quia vnum ſecũ efficit omnes,quibus ſe ſumendam,& percipiendam ꝓbet.Hæc ille.Ficus etiam paterna protulit nobis ſpiritũ
ſanctum conſubſtantialem,& coæternum,qui eſt fons Eccl. 24.
infinitæ dulcedinis ſaliens in vitam æternam. Spiritus.n.meus ſuper mel dulcis. A quo oĩs dulcedo emanat. Vnde Greg.lib.5.moral.dicit,quòd vnctio Spiritusſancti facit contemnere inferiora & eleuat ad ſuperiora,& ꝙ dulcedo eius hic ſentiri poteſt,non dici. Hunc groſſum infinitę dulcedinis pater nobis protulit,dum nobis cum inſenſibilibus ſignis miſit,& quotidie inuiſibiliter electis mittitur,qui itinerãtes per ſeptem dona quaſi per ſeptem dies,& per ſeptem refectiones ſpirituales, nos ad conuiuium æternorum collium perducit. Vnde Greg.lib.1.moral.dicit,quod vnum quodque donum Spiritusſancti,diem ſpiritualem facit in mẽte per ſuam illuminationem,& in qualibet die conuiuium facit per ſuam dulcedinem.Intellectus in die ſuo conuiuium facit & præparat,quia in eo quod audita penetrat,reficiẽdo cor tenebras eius illuſtrat.Sapientia in die ſuo conuiuium facit,quia mentem æternorum ſpe & certitudine reficit.Conſilium in die ſuo conuiuium exibet,quia dum præcipitem eſſe prohibet,ratione animum replet. Fortitudo in die ſuo conuiuium facit,quia dum aduerſa non metuit,trepidanti menti cibos confidentiæ apponit.Scientia in die ſuo conuiuium præparat,quia in ventre mentis ignorantię ieiunium ſeparat.Pietas in die ſuo conuiuium exhibet,quia cordis viſcera miſericordię operibus replet.Timor in die ſuo conuiuium facit, quia dum premit mentem ne de præſentibus ſuperbiat, de futuro illam cibo ſpei confortat.Hæc ille. Et ſic itinerans ad ęternitatem confidenter & velociter incedit.Et hæc dona ſancti ſpiritus ſunt quædam perfectiones animæ,per quas redditur bene mobilis ad ęterna cõſequẽdum,& exercitata ad experiendum,quia ſpiritualis omnia dijudicat.Ad cuius ęternitatis plenam experientiã nos perducat æterna ſapientia benedictus Deus. Amẽ.

DE SEPTIMO ITINERE AETERNITATIS.

Particula ſeptima.



Eptimum iter æternitatis per quod ſpiritus noſter venit ad intrinſecum ſecretum & æternale manerium domini Ieſu eſt ęternorum meritoria operatio, ſiue deiformis.i.diuinę operationis conformis;niſi.n. opera noſtra
eſſent iter ad ęterna,dominus nõ dice Matth.16.
ret ſe redditurum vnicuique ſecundum opera ſua.Ope
ra.n.illorum ſequũtur illos,ſicut dicit Ioa. Ad maiorẽ Apo. 24.
aũt huius itineris notitiam habendam,ſeptem ſunt notãda.Primo quare iter meritorię operationis pręcedentia itinera ſubſequatur.Secundò quare natura rationalis ad hoc facta eſt,quod operetur, & æternum finem per hoc conſequatur.Tertiò quare homo ſecundũ du

plicem naturam corporalem.s.& spiritualem operari teneatur. Quarto qualiter operatio vtriusque naturæ corporalis,s.& spiritualis deiformis efficiatur. Quintò qualiter diuersi gradus vtriusque operationis vel species distinguantur. Sextò qualiter spiritus per vtranq; vitam s.actiuam & contemplatiuam ad æterna ingrediatur. Septimò qualiter, ad veniendum per iter meritoriæ operationis a domino inuitatur.

Distinctio 1.

PRimò qualiter istud iter præcedentia sequatur. Notandum est, quod cum aliquis in spiritualib. exercitatus fuerit ad æterna directus per rectam rationem vel intentionem, cum fuerit in itinerib. æternitatis expeditus per frequētem meditationem, cum fuerit ad ęterna directus per limpidam contemplationem, cum fuerit ad æterna inclinatus per feruidā dilectionem, cū fuerit de ęternis instructus per multiplicē reuelationem, cū fuerit æterna expertus per dulcem prægustationē, vt de omnibus patuit supra, quid modo restat, nisi vt æterna ingrediatur per deiformem, & meritoriam operationem? Quid nam prædicta omnia valerent, si ea deiformis operatio non consummaret? non enim perfectum facit cognitio veritatis, nisi subsequatur habitus virtutis in operatione, ait Hugo super 7. ang. hierar. Et in lib. de tribus dictis dicit sic circa finem. Quid nobis prodest, si in Deo cognoscimus maiestatis celsitudinem, & nullā nobis inde colligimus vtilitatem? Si.n. de illo intimo diuinæ contemplationis secreto reuertimur, quid nobiscum afferre poterimus nisi lumen exemplaris operationis, &c. vt supra in prologo dist. 5. quare iter meritoriæ operationis rationabiliter prædicta sequitur.

Distinctio 2.

SEcundo sciendum est, quod natura rationalis ad hoc facta est, vt operationes proprias operetur, & per hoc gratia mediante finem suum vltimum consequatur, propter hunc.n. finem conditus est homo, vt opus propter quod factus est operetur, & non solum ne a vita æterna siue a suo fine excludatur, sed etiam ne quasi naturali sua perfectione priuetur. Quod Linco. commentator super 3. ange. hierar. sic ostendit dicens. Facta est rationalis natura non solum propter inhærere Deo per dilectionem Dei, sed ēt operari secundum sacras ordinationes bene ad proximum ex dilectione proximi: & si prædicto modo non operatur, tunc fine (propter quem facta est) caret, cum neutra dilectio sine altera permaneat, ac per hoc cassa & vana est, & ideo indigna subsistere, ēt secūdum existentiam naturalem ei diuinitus datam propter
1. Thes. 3. hmôi finem. Sicut enim (secūdum Apostolum) qui nō laborat non manducet: sic omne quod propter opus factū est, si suæ negligentiæ vitio non facit, existentiæ suæ naturalis fulcimento priuari debet, vt videlicet plenitudinem integram, & integritatem plenam existentię naturalis non retineat, sic primus angelus & primus homo, non operantes secundum sacras ordinationes gratiæ propriæ, recedentes voluntarie, & elongantes se a per se ente, & per se esse, deciderūt in corruptionem naturalis existentiæ, non quod ipsa caderent in penitus non esse, sed quod ipsa, vt prętactum est, a proprię integritatis plenitudine deciderunt, & propter auersionem ab illo qui solus per se est, & cōuersionē ad aliud quod per se non est, aut deficienter est, dicuntur, magis non
Nota. existere quam existere. Hæc ille. Et ideo non licet ociari a bono opere. Ocia enim sine literis mors est, ait Seneca, & viui hominis sepultura. Et Ber. in sermone ad solitarios. Nihil preciosius tempore, quia sicut capillus nō peribit de capite, sic nec momentum peribit de tempore, quin oporteat reddere rationem. Igitur natura rōnalis facta est vt operetur, & per hoc finē suū cōsequatur.

Distinctio 3.

TErtio videndum est, quod cum homo constet ex duplici natura, corporali.s.& spirituali, & ideo duplices operationes debet operari, vt secundum vtranq; naturam ad æterna passibus operationum dirigatur per intentionem, in finem vltimum rectam, qui est Deus ęternus, vt sic totus homo cum tota familia sua spirituali bene ordinetur, & pacificetur, & regnum efficiatur ęterno Deo. Nisi enim Deus regnum suum in nobis habere posset, nō dixisset regnum Dei intra vos est. Hoc Luc. 17.
autem regnū non est esca vel potus, sed iustitia & pax Rom. 14.
& gaudium in Spiritu sancto. Iusticia iustificans iudicia cordis siue rationis, pax tranquillans imperia facultatis, gaudium adimplens desideriū volūtatis. Et Greg. exponens illud verbum dicit. Hæc sunt quasi imago & arra perennis letitię futuri seculi. Istarum operationum tam spiritualium quam corporalium ordinem, & directionem in finem.s. Deum bene ostendit & docet autor libri de spiritu & anima dicens. Nobilis est creatura anima, ciuitas nanque Dei est, de qua tam gloriosa dicta sunt, quod ad imaginem & similitudinem Dei facta est. Hæc ciuitas Hierusalem merito appellata est, quia ad fruēdum visione illius pacis summę, quę facit vtraq; vnum, creata est. Mēs eius paradisus est, in qua dum cęlestia meditatur, quasi in paradiso voluptatis delectatur. Domus etiam summi patrisfamilias est anima, propter vnitatem morum. Sponsa Christi, propter dilectionem. Templū spiritussancti propter sanctificationē. Sequitur. Ciuitas Regis ęterni, propter cōcordiam ciuiū. Et quia nulla est ciuitas absq; populo disposuit in ea cōditor noster populum triplicis gradus, s. sapientes ad cōsulendum, milites ad pugnandū, artifices ad ministrandū. Ciues huius ciuitatis, sunt naturales & ingeniti animæ vigores tanquam indigenę, quorum distincti sunt gradus. Alij superiores, alij medij, alij inferiores; ad similitudinem angelicę hierarchiæ. Superiores sunt quidā intellectuales sensus, medij rationales, infimi animales, quorū hęc differentia est. Animalis siue sensualis appetit sensibilia. Rationalis discernit & discretionis oculo aspernatur ea. Intellectualis pertrahit ea ad diuina.
Sequitur. Intellectuales igitur sensus sunt tanquam ani Eccl. 12.
mæ consiliarij dicentes ei. Deum time & mandata eius obserua: propter hoc est enim omnis homo. Rationales sunt milites, qui hostes cōcupiscentiarū impugnant per arma iustitiæ. Animales siue sensuales sensus sunt tanquam rustici & artifices mechanici, qui corporalib. rudimentis insistunt, & corpori necessaria ministrant. Sequitur. Hanc triplicem vim animæ. s. sensualem, rationalem, & intellectualem, philosophi partes animę vocauerant, non integrales sed virtuales, quia potentiæ eius sunt. Hęc omnia in libro prædicto. Tota igitur ista familia pacificata, & qualibet ad suum officium & opus ordinata & directa, & Regi suo plene subiecta, & om- Libr. de cō
nes extranei regnum animę turbantes eijciantur, & ex- tēpl. c. 15.
cludantur. Extranei autem sunt (vt dicit Ric.) omnes cogitatus tam vani quam noxij, qui nulli nostræ vtilitati seruiunt, & similiter turba inordinatarum affectionum & sollicitudinum, quas omnes oportet eijcere, vt regis nostri legibus, & dilecti nostri amplexibus, quan-
to liberius tanto iucundius, liceat inhærere. Qui abster Apoc. 21.
get omnem lachrymam ab oculis eorum. Ex his apparet, quod homo secundum vtranque naturam debet operari, cum secundum vtranque sit beatificabilis.

Distinctio 4.

QVarto videndum est, cum. Dionys. dicat, quod ex 7. Eccles.
scriptura edocemur, quòd iam in hac vita dei- hierar.
formem

formem vitam inchoamus, quam in cœlo consummabimus, qualiter vtraque nostra operatio, scilicet spiritualis & corporalis, deiformis, id est diuinæ operationi cõformis efficiatur. Nisi enim aliqualiter possemus

Mat. 5.

nos Deo patri nostro conformiter operari tanquam filii, Dominus non dixisset Estote perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Sicut enim imaginẽ Dei patris nostri habemus in mente vel tenemus, ita etiam, vt Dei filij simus, debemus similitudinem tenere in operatione. Nam eius filii sumus cuius opera facimus, dicit Dominus.

Ioan. 8.

Ca. 5. eccl. hierar.

Vnde Dionys. dicit. Vniuscuiusque hierarchicę, id est bene ordinatæ personæ perfectio, est ad Dei imitationem secundum propriã operationem reductam esse, & fieri cooperatricem, quòd efficacius omnibus diuinam ingignit conformitatem, & facit repræsentare diuinã operationem in seipso, secundũ quod possibile est.

1. Cor. 3.

Iuxta illud Pauli. Dei enim adiutores sumus. Notandum igitur, quòd Dionys. 5. Ecclesiast. hierarchiæ dicit, ne illuminationes diuinarum operationum confusæ, & indistinctæ videantur, ideo tam angelici, quam ecclesiastici gradus sunt diuisi in primas, medias & vltimas sanctas operationes & ordines secundũ hierarchicas discretiones. i. ordinatas distinctiones. Et cap. 10. angel. hierar. dicit, quod vnaquæque mens bene ordinata, tam angelica, quàm humana habet in se primas, medias, vltimas, siue infimas ordinationes. & virtutes & sursum actiones, secundũ quas vnusquisque angelus & homo, hierarchicus & bene ordinatus percipit secundum propriam capacitatẽ Dei purgationẽ, & illuminationẽ, & perfectionẽ, quæ sunt deiformes operationes nos Deos confirmãntes. Oportet igitur volentes deiformes operationes operari esse hierarchicos. i. bene ordinatos ad similitudinem angelicæ hierarchiæ vt videlicet s̃m supremas operationes simus bene ordinati ad nosmetipsos, secũdum vltimas siue infimas, simus bene ordinati quantũ ad exteriora, & sic erimus totaliter ordinati, & operationes nostræ deiformes, & Deo acceptę erunt, quia per eas purgamur, illuminamur, & pficimur, & ex tũc erimus idonei ad purgandum, illuminandum, & perficiẽdum alios dispositiue, quia sumus coadiutores Dei, qui solus hoc facit effectiue. De hoc vide supra itinere tertio & quarto. Primò igitur vt tanquam bene ordinati deiformiter operemur quoad Deum, ad similitudinem angelicæ hierarchiæ. In qua (sicut dicit Bern.) libro quinto de cõsideratione. Deus in seraphin amat vt charitas, in Cherubin noscit vt veritas, in thronis sedet vt æquitas. Oportet etiam vt nos (quantum possumus) Deum summũ bonum diligamus, vt summã veritatem cognoscamus, & vt summam æquitatẽ in nobis teneamus, & sic erimus bene ordinati quoad Deũ per deiformes operationes. Quia sicut dicit Lincon. super angel. hierar. Intellectus humanus in suo supremo gradu ad intus, habet vt ferueat amore cũ Seraph. luceat scientia cum Cherubin, spiritualis factus iudicet omnia cum Thronis. Secundo vt tanquam bene ordinati circa nosmetipsos, deiformes operationes operemur ad similitudinem mediæ angel. hierarch. In qua sicut dicit. Bernardus vbi supra, deus dominatur vt maiestas, operatur vt virtus, tuetur vt salus, oportet vt ẽt nos, omne impediens participationem diuinæ dominationis superemus, vt opera omnium virtutum secũdum gratiã nobis datam studiose agamus, vt omnibus inordinatis moribus & impulsionibus potenter resistamus, & illa (vt possumus) inferioribus cõmunicemus, & sic erimus bene ordinati in nobis per deiformes operationes, quia sicut dicit Lincon. vbi suprà. In media hierarchia nostra oportet, quod dominemur cũ dominationibus, vt fortes simus cum virtutibus, vt ordinati simus cum potestatibus. Tertio tanquam bene ordinati ad exteriora, operemur deiformes operationes ad similitudinem infimæ angelicæ hierarchię. In qua deus, sic dicit Bern. vbi supra, regit vt principiũ reuelat vt lux, & assistit vt pietas, oportet vt omnia exẽplariter ad primum principium reuocemus, vt lumen veritatis verbis, & factis aliis ostendamus, vt opera pietatis omnib. deuote exhibeamus, & sic erimus ordinati quoad exteriora per deiformes operationes, quia sicut dicit Linc. vbi supra. In vltima nostra hierarchia oportet, vt principemur cum Principibus, s. media ad primum principium reducendo, vt reuelemus veritatem cum Archangelis, & pie assistamus indigenti cũ Angelis.

5. Ca. eccl. hierar.

Vt igitur dicit Dionysius, diuinitas cœlestes animos prius naturaliter mundat, postea illuminat, & illuminatos perficit ad operationes perfectionis Deo conformes. Hæc ille.

Distinctio Quinta.

Quinto videndum est, qualiter vtriusque operationibus diuersi gradus vel species distinguantur. Sed quia de operationibus spiritualibus, prout respiciunt vitam contemplatiuam, supra dictum est in tertio itinere, distinctione quarta, de gradibus contemplationis. Ideo modo dicendum est de gradibus operationum, prout respiciunt vitam actiuam. Et primò dicendum est de gradibus operationum spiritualium, prout ordinantur ad proximum, secundo vt ordinantur in proprium subiectum, & tertio prout ordinãtur ad Deum. Gradus operationum virtualiũ prout modo loquor de virtutibus, consistunt in quatuor virtutibus cardinalibus, quarum quælibet habet plures gradus, vt ostendit Macrobius libro primo de quatuor virtutibus, vbi recitat dicta Platonis, qui distinguit quatuor genera virtutum, quarum quædam dicũtur politicæ, quædam purgatoriæ, quędam purgati animi, quædam exemplares. Primæ ordinant hominem quoad proximum. secundę quoad subiectum propriũ, tertiæ quoad Deum, quartæ perficiunt alias.

Quatuor genera virtutum.

Politicæ sunt quibus boni viri reipublicæ consulunt, vrbẽ tuẽtur, parentes venerantur, liberos amant, proximos diligunt, ciues suos bene gubernant. Purgatoriæ virtutes sunt inquantum ab his animũ ad diuina trahunt. Purgati animi virtutes sunt, inquantum animum innixũ diuinis expeditum tenent. Exemplares siue heroicæ sunt, quæ in solo Deo sunt, non vt in nobis, sed incõparabiliter excellentiori modo, à quibus omnes virtutes in nobis influunt, & operantur, & consistunt.

Virtutum cardinaliũ diffinitiões & gradus.

Notandum est igitur, quod Macrobius ibidem quãlibet istarum virtutum distinguit & diffinit, per quas diffinitiones patet earum gradus siue species & proprietates. Primo igitur diffiniens prudentiam primam virtutum cardinalium, vt est virtus politica dicit. Prudentia est ad rationis normam vniuersa dirigere. Secundo vt est virtus purgatoria diffinit eam sic. Prudentia est mundum istum & omnia quæ in eo sunt, diuinorũ cõparatione despicere. Tertio vt est virtus purgati animi diffinit eam sic. Prudentia est diuina non quasi in electione aliis præferre, sed quasi nihil aliud sit intuere, q̃ perfectorũ est. Exẽplaris aũt prudentia vt est in Deo, est ipsa mẽs diuina, vel diuinæ mẽtis regula, quæ disponit vniuersa in cęlo & in terra. Hæc ille. Ex his apparere põt, q̃ prim' gradus prudẽtię, vt est virt' politica, facit finẽ in omnib. rationabiliter operari, & cũ oĩb. honeste cõuersari. Secũdus gradus prudẽtię vt est virtus purgatoria, mentẽ altius erigit, quia dũ mũdana despicit, æterna siue cęlestia prudẽter appetit. Tertius gradus prudentię, vt est virtus purgati animi, mẽtẽ plenius pficit, dum eã in ęterna figit, quia sola ęterna appetit. Exemplaris autẽ prudẽtia quę in solo Deo est, p̃

dictos gradus inchoat, deducit, & conſummat, quia Eccl. 1. omnis prudentia vera a Deo eſt, vt patet. Secundo, Macrobius ſecundam virtutem Cardinalem, ſ. fortitudinem diſſinit. Et primo vt eſt virtus politica dicens. Fortitudo eſt quæ habet mentem ſuper metum erigere, & nihil niſi turpia formidare. Secundo vt eſt virtus purgatoria, diſſinit eam ſic. Fortitudo eſt animam nõ terreri corporis cruciatu, ductu philoſophiæ præcedẽte. Tertio vt eſt virtus purgati animi, eſt paſſiones nõ vincere, ſed animo penitus ignorare. Exemplaris fortitudo quæ in Deo eſt, eſt quod ſemper idem eſt, nec vnquam mutatur. Ex his patere poteſt, quod primus gradus fortitudinis vt eſt virtus politica, hominem facit omnem timorem pro vtilitate reipublicæ poſtponere, & turpia formidare. Secundus gradus fortitudinis vt eſt virtus purgatoria, mentẽ magis confortat, vt nulla pœna temporalis eã terreat, quia ad ſola æterna fortiter anhelat. Tertius gradus fortitudinis vt eſt virtus purgati animi, mentem in æternis figit, quia cum oĩa contraria vicerit, repugnare omnino, & confidenter contemnit. Exemplaris autem fortitudo, quæ in Deo eſt, prædictos gradus inchoat, deducit, & conſumat. Ipſa enim attingit a fine vſque ad finem fortiter, ſuauiter diſponens omnia. Tertio, Macrobius virtutem cardinalem tertiam, ſ. Temperantiam diſtiniens primo, vt eſt virtus politica, dicit ſic. Temperantia eſt virtus Sap. 3. quæ in nullo moderationis metam excedit. Secundo vt eſt virtus purgatoria diſſinit ſic. Temperantia eſt omnia relinquere, niſi quantum natura requirit. Tertio temperantia vt eſt virtus purgati animi, eſt terrenas cupiditates non reprimere, ſed obliuiſci. Exemplaris aũt temperantia quæ in Deo eſt, ſic eſt, quod in ſe perpetua intentione cõuerſa eſt. Ex his apparet, quod primus gradus temperantiæ, vt eſt virtus politica hominem ab exceſſu, & defectu cuſtodit, quia ei medium virtutis in omni operatione oſtendit. Secũdus gradus temperantiæ, vt eſt virtus purgatoria, mẽtem ad æterna perfectè dirigit, quia omnem ſuperfluitatem rerũ grauantium firmiter excludit. Tertius gradus tẽperantiæ, vt eſt virtus purgati animi mentem æternis infigit, quia concupiſcentia omnis inordinati concupiſcibilis penitus extinguit, exemplaris autem temperantia, quæ in Deo eſt, prædictos gradus temperantiæ inchoat, deducit, & perficit, quia oĩ creaturæ numerum, pondus, & mẽſuram tribuit. Quarto Macrobius, virtutem quartam cardinalem, ſ. iuſtitiam, vt eſt virtus politica diffinit dicens. Iuſtitia eſt mundum iſtum deſpicere, & ſeruare vnicuique quod ſuum eſt, ſ. ſibiipſi, & proximo & Deo. Secundo, iuſtitia, vt eſt virtus purgatoria, eſt ad veram propoſiti viam conſentire. Tertio iuſtitia, vt eſt virtus purgati animi, eſt cum diuina mente perpetuo fœdere ſociari. Exemplaris iuſtitia, vt in Deo eſt, eſt quod perenni lege a ſuperna ſui operis continuatione non flectitur. Hæc ille. Ex his patet, quod primus gradus iuſtitiæ, vt eſt virtus politica hominem ab omni iniquitate cuſtodit, & cum omnibus pacificè conuerſari docet. Secundus gradus iuſtitiæ, vt eſt virtus purgatiua, mentem ad æterna directè trahit, quia iuſto ordini rectæ rationis perfectè conſentit. Tertius gradus iuſtitiæ, vt eſt virtus purgati animi, mentem in æternis figit, quia illam cum Deo perpetuo ſociat fœdere. Exemplaris autem iuſtitia, vt in Deo eſt, prædictos gradus inchoat, deducit, & perficit, quæ omnem creaturam perpetua, & inflexibili lege iuſte regit. Ex his aliqualiter patet, quomodo gradus operationum virtualium differenter ſunt in actiuis & contemplatiuis, & qualiter per virtutes, vt ſunt virtutes politicæ homo ordinatur in operationibus ſuis quo ad proximum per virtutes, vt ſunt purgatoriæ ordinantur quantum ad ſeipſum, vt ſunt virtutes purgati animi quantum ad Deum. Alias virtutes exemplares quæ in Deo ſunt ſolum, perficiunt ſecundum magis, & minus, prout operãtes in fide & charitate opera lucis, eas perfectius, vel minus perfectè participant, vel imitantur.

Diſtinctio ſexta.

SExto videndum eſt, qualiter per vtraſque operationes, ſ. interiores & exteriores hominis ſiue vitæ actiuæ ſiue contemplatiuæ ſpiritus humanus ad intrinſecum & æternale manerium Ieſu ingrediatur. De quo notandum eſt quod ſicut dicit Proſper in libro de vita contemplatiua. Licet vita actiua & contẽplatiua itineribus diſparibus incedant, ad eandem patriam tamen tendunt. Actiua vita, ait proſper, habet ſolicitum curſum, cõtemplatiua vero habet gaudium ſempiternum, quod non auferetur ab ea in æternum. Item in contemplatiua vita regnum percipitur, in actiua regnum acquiritur. Hæc. ſ. actiua facit te plurimum bonorum copia operum pulſare ianuam, illa. ſ. contemplatiua vocat conſummandos mũdus in patriam. In hac ſ. actiua contemnitur mundus, In illa videtur Deus. Hæc ille. Cum his concordat Auguſtinus in ſermo. de dedicatione templi, dicens ſic. Sicut malis operibus quaſi quibuſdam vectibus, & ſeris vitæ bis ianua clauditur, ita abſque dubio bonis operibus aperitur, igitur non ſolum bonis operibus hominis interioris, ſed etiam bonis operibus hominis exterioris peruenitur ad æterna, quia Deus reddit unicuique ſecundum opera ſua, iuxta illud. Opera enim illorum ſequuntur illos. Qui bona opera facit, quid aliud, quam ad æter- Apoc. 14. na quaſi quibuſdam paſſibus tendit? Et qui æternam uitam quærimus, quid aliud quam quædam itinera agimus, per quæ ad patriam feſtinamus, ait Gregorius 22. moral. Quia quamuis in vſu operis ſit temporalitas, tamen in intentione debet eſſe æternitas. Et notãdum quod ſicut per opera interioris hominis, ut per contemplationem, quandoque fit quædam prælibatio æternæ uitæ, ita & per opera exterioris hominis fit in eo aliquando ſimilitudo aliqua uel imago æternæ uitæ, ſicut dicit Bernardus in libro de amore Dei, ubi dicit ſic. Sicut in ſanctitate uitæ & hominis interioris cõtemplatione, & fruitione diuinitatis, iam futuræ uitæ beatitudinem prælibare in hac uita uidentur, & imitari, ſic etiam de corporum ipſorum glorificatione quã plenè ibi percepturi ſunt, in hac vita nonnihil percipiunt. Accepta. n. illa gratia, quam habitantes in unum ſeipſis in Deo, & Deo in ſeipſis fruũtur, ipſius carnis ſe ſentiunt uiciſſe omnes contradictiones, ut uniuerſa ſubſtantia carnis non ſit eis niſi inſtrumentum boni operis. Nam & ſi ipſius miſeriis, & infirmitatibus contabeſcunt, ex hoc ipſo in interiori homine fortius conualeſcunt, quando enim infirmor, tunc fortior ſum, & potens, ait Apoſt. Sequitur. Senſus ipſi nouam perci- 2. Cor. 12. piunt quandam, & prope ſpiritualem gratiam, oculos ſimplices & aures obtemperantes & aliquando in feruore orationis tanta cordis ignota quadam fragrantia inſpirat, tanti guſtus, & ſi non guſtando ſuauitas tanta per mutuum tactum ſpũalis charitatis incentiuum ſit, ut uideantur ſibi intra ſeipſos ſpũalis gratiæ, cuiuſdam uoluptatis gerere paradiſum. Vultus etiam & totius corporis cõpoſitione uitæ & morum, & actuum decore, mutuæ etiam ſeruitutis in illis deuotis exhibitionib. & piis ſuſceptionibus, cuiuſdã gratiæ beneplacito ſibi conueniunt inuicẽ, & conueniunt, ut uere ſit cor unũ & anima una. Nimirũ corporũ ſuorũ, gloriã iã hic inchoant uel iniciant, & puritate cõſciẽtiæ & intimæ conuerſationis grã pfecte habituri, eã in futura

per

perenni vita pronunciat. Hæc Ber. Poteſt ergo huma-
nus ſpiritus dicere. Ingrediar in locum tabernaculi tui.

Distinctio 7.

SEptimo videndum eſt, qualiter ſpiritus humanus
ad veniēdum per iter deiformis actionis, ſiue meri
toriæ operationis ad intrinſecum & æternum ma-
nerium Domini Ieſu, ab ipſo amoroſe inuitatur dicen-
te. Surge propera amica mea, formoſa mea, colūba mea
& veni. Dicit igitur. O amica mea, propter operatio-
nis meę hierarchicam imitationē. Amica (inquit) mea,
Cant. 5. quia manus tuæ ſtillant myrrham. Quod exponēs Ver
cellen. dicit ſic, ꝙ per manus ſtillātes myrrham ſignan-
tur operationes hierarchicę ordinatę. Nam ſicut Deus
ſtillat dona gratiarum, & perfectionem operationum
primę angelicę hierarchiæ, & illa inſtillat mediæ & me
dia vltimæ, vt patet per totam angelicam hierarchiam:
ita anima in ſuo ſupremo a Deo recipiens ſuam perfe-
ctionem, ſuarū operationū circa ſuperiora, & vt illa ſtil
lat in mediam perfectionem ſuarum operationum cir-
ca ſuperiora, reſpectu interiorum, ſic & illa ſtillat in vl-
timam mentis hierarchiam perfectionem ſuarum ope-
rationū reſpectu exteriorum, & hæc eſt ſtillatio gratui
tæ myrrhæ, quæ operationes præſeruat a putredine va
næ laudis, & fœtore humani fauoris. Surge propter o-
perationis tuæ oſtenſionem rectam, vt pater cœleſtis
honorificetur, & proximus ædificetur, quia opera tua
Apo. 3. ſunt plena coram Deo meo, vt dicitur in Apoc. Opera
ſunt plena coram Deo, vt Haymo ait, quando virtutes
d itæ vitijs non commaculantur, & exterius humana
Rom. 13. gloria non quæritur. Plenitudo. n. legis eſt dilectio, ait
Apo. O columba mea propter operum tuorum fœcun-
dam parturitionem. Quaſi. n. columba, quæ eſt auis fœ
cunda, aquas ſteriles mundi fugiens, & ad meum intrin
ſecum, & ęternum manerium quaſi ad arcam ſalutis cō
fugiens, portans ramum oliuę virentibus folijs. i. amo-
roſam voluntatem plenam operibus bonis, ibi vt colū-
ba fœcunda in foraminibus petræ nidificans, æterna ſe-
cura parturis opera lucis. Vnde Bernar. ſuper Cant. ex
ponens illud verbum dicit ſic. O amica mea, ſi quietem
deſideras, ſi ſecuritatem affectas, ſi fœcunditatē amas,
aſſume pennas ſicut columba, & volans nidifica in vul-
neribus Ieſu Chriſti, nuſquam quies gratior, nuſquam
ſecuritas tutior, nuſquam fœcunditas vberior, vbi hau-
ries, ꝙ pullis miniſtres. Propera ꝓpter operationis tuæ
ſpiritualem refectionem. Dicit. n. Orig. ſuper Cant. de
natura boni operis eſt, ꝙ ipſius multiplicatione multi-
plicetur etiam dilectio, & delectatio, & quaſi quoddā
condimentum cibi ſpiritualis eſt hylaritas bene o-
peratiua. Nam bonum operatum facit dulcedinem in
guſtu, & gaudium in corde. Et Greg. 21. moral. dicit.
Comedere animæ eſt bonis operib. ſatiari. Ergo prope
ra. O formoſa mea, propter operum tuorum deiformē
ordinationem. Deiformis autem ordinatio, vt dicit Lin
con. ſuper 3. ang. hier. eſt renouatio ſpiritus rationalis,
& confortatio ipſius, prout poſſibile eſt ſecundum tria
ſ. amorem, ſcientiam, & operationem ad Deū, ad ꝙ dei
forme attingit noſtra poſſibilis aſſimilatio ad ipſum, vt
amor referatur ad ſpiritum, ſcientia ad filium, operatio
ad patrem. Sequitur. Eſt enim in nobis primò amor bo
ni in genere, deinde ſcientia bonorum in ſpecie, de qui-
bus procedit in operationem ſingularium bonorū ſci-
torum, & amatorum. Et quaſi concludit dicens, quòd
rationalis creatura debet, vt poſſibile eſt, ſecūdum amo
rem, ſcientiam, & operationem Deo aſſimilari, & ad e-
ius imitationē reduci deiformiter. Et veni propter ope
Apo. 5. rationis tuæ plenam remunerationem, Merces. n. mea
mecum eſt, dare vnicuique ſecundum opera ſua. Veni
ergo ad me de libano ſpoſa mea, veni coronaberis. Hoc Cant. 4.
verbum exponēs Vercellen. dicit. Quod omnes tres hie
rarchiæ ſponſę candore lucis ęternę perfuſę ſunt, quaſi
montes eleuati, & ideo in libanum conuerſę ſunt, qui
interpretatur candidatio, quare ter dicitur, veni. Primò
igitur dicitur, veni ſponſa mea de infima hier. tua, quæ
perfuſa eſt lumine virtutum politicarum, per quas cha
ritate iam formatas, operaris ordinate circa omnia ex-
teriora exemplo, & doctrina alios ad me reducendo. Se
cundò, veni de media tua hierarchia, quę perfuſa eſt lu
mine virtutum, quę dicuntur purgatoriæ, per quas ope
raris ordinate circa omnia tua interiora, habitus virtu-
tum, & donorum deiformiter exercendo, & proficien-
do, vt dictum eſt. Tertiò, veni de ſuprema tua hierarc.
quę perfuſa eſt lumine virtutum, quę dicuntur purga-
ti animi, per quas operaris ordinate circa ſuperiora,
Deum ſynceriter contemplando, & feruiter amando,
& ſurſum tendēdo, vt coroneris. Pro operibus enim in
fimæ hierarchię coronaberis corona gaudioſa. Vnde Eccl. 50.
ſapiens dicit. Circa te corona fratrum quaſi plantatio
cedrorum in monte libano, quia de omnibus per exem
plum, & doctrinam tuam conuerſis gaudebis: Secun-
do pro operibus mediæ hierar. coronaberis corona ſpe
cioſa. Vnde in Apoca. dicitur in capite eius corona 12. Apo. 12.
ſtellarum. Per duodenarium ſignatur vniuerſitas perfe
ctionis alicuius, vt patet per Augu. in lib. de ciuit. Dei.
Tertiò pro operibus ſupremæ hierarchiæ coronaberis Prou. 17.
corona glorioſa interminabilis ęternitatis. Vnde in Pro
ue. b. Corona tribuetur ei in generatione & generatio-
nem. i. ſempiternum. Corona nec habet principium ne-
que finem in figura, & ſignat æternitatem, quę nec fine
nec principio clauditur. Veni igitur ſponſa mea, quia
mihi & tibi omnia communia ſunt. Vnde Ber. ſer. 7. ſu
per Cant. dicit. Non ſunt inuenta æque dulcia verba, q
bus verbis animę quaſi dulces adinuicem exprimunt
affectus quemadmodum ſponſus & ſponſa, quibus ęp-
pe omnia communia ſunt, nihil proprium, nil a ſe diui-
ſum habentibus, vna vtriuſque hæreditas, vna domus,
vna menſa, vnus thorus, vna caro, & ſecundum Apoſt. 1. Cor. 6.
Deus, & anima vnus ſpiritus. Vltimo dominus ſubiun
git huius ſanctę imitationis dulce allectiuum, dicens.
Veni, qa vineę florentes odorē dederūt, qui odor illius
itineris medium facit odoriferum, & fugat & expellit
venenata. Quid autem per vineas florentes, & odorem
ſpargentes cōuenientius intelligitur, quā fœcundę men
tis potentiæ, & capacitates odoriferæ illius ſapidę par-
tis, quę eſt vera vitis, quam pater cœleſtis agricola in
mentib. humanis, tanꝗ in horto vinearum ſacris inſpi
rationibus plantat, ſacramentis vegetat, & bonis operi-
bus maturat, prout gradatim ipſam vineam excolit, vt
fructificet? Vnde Hugo libr. 3. de arca Noe dicit. Hoc
eſt vere lignum vitæ verbum patris, ſapientia Dei, quæ
in cordibus ſanctorum tanquam in paradiſo inuiſibili
ter primo per timorem ſeminatur, poſt per gratiam ri-
gatur, per dolorem moritur, per fidem radicatur per de
uotionem germinat, per compunctionem oritur, per
deſiderium creſcit, per charitatem roboratur, per ſpem
viret, per circumſpectionem frondet, & extendit ramos,
per diſciplinam floret, per virtutum fructificat, per pa-
tientiam matureſcit, per mortem carpitur, per contem-
plationem cibat. Hæc ille. Cum igitur (vt dicit Dionv-
ſi. quarto Eccleſiaſ. hierar.) Ieſus qui eſt vera ſapientia
patris ſit fontana copioſa ſuſceptionem diuinarum ſua
uitatum, & refundat de plenitudine ſua diuiniſſimas
fragrantias ſiue odores ad deiformes intelligentias, in
quibus mentes ſuauiter delectatę, & ſanctis, & odori-
feris ſuſceptionibus adimpletę vtuntur intelligibili ali
mento, penetrante ad intimos ſuos intellectuales ſinus
ſecundum ſuam diuinā participationem, bene olentiū

distributionum planum est, quod hi quos sapida sapientia inhabitat, sacris susceptionibus quasi vineæ florentes fecundantur, habitibus virtutum, & fructib. bonorum operum perficiuntur, & sic tot suaues odores alijs dant quot exempla odoriferorũ operũ euaporãt. Vnde Paulus dicit. (2. ad Co. 2.) Deo autem gratias, qui odoré notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. Bonus. n. odor Christi sumus, his qui salui fiunt, qui bono odore reficiũtur, & his qui pereunt, qui bonũ odoré abominãtur, sicut bufones bonum odorem vineæ florẽtis. De hoc odore require supra itinere 6. Vineæ igitur florentes dicũtur fecundæ mentis potentiæ, & capacitates odoriferæ, quas cœlestis agricola inhabitans & excolens, facit eas floridas & odoriferas. Floridas per verbum veritatis, odoriferas per scriptũ charitatis. (De diuinis nominib' c. 2.) Dion. di. Quod filius & Spiritussanctus, quasi quædam pullulationes a patre originé habent, & quasi quidam flores, & superiubstãtialia lumina ab ipso luminé, vel patre luminum existent. Vnde agricola cęlestis dicit. (Can. 4.) Veni auster perfla hortũ meũ, vt fluant aromata illius. Quod verbum exponens Ver. di. Spõsa hic inuitatur ad perfectioné hierarchicæ operationis. Auster. n. est ventus calidus, & purus, & peum potest intelligi verbum quantum ad puritaté veritatis, & Spiritussanctus quantum ad calorem charitatis, dicit igitur agricola celestis. Veni auster, pfla hortum meũ. i. supremam hierarchiam, quam speciali zelo tanquam hortum voluptatis fęcũdam operib. veritatis & odoriferis exemplis, vt producat vinũ germinans virgines, & virgineas mentes, & aromata illius et participationes luminum odoriferorum fragrantis mentis fluant hierarchicæ, i. fluant de summa mentis hierarchia in mediam, & de media in infimam, vt sic més exercitatur ad perfectionem hierarchicæ operationis. I. vt fortiter & incessanter extendatur sursum ad Deum, ad hauriendũ diuinum odoriferum lumen, quo vineam maxime fecundat, & perficit, & fecundo haustum lumen odoriferum firmiter in se custodiat, & exerceat. Tertio illud lumen odoriferum alijs omnibus sine decremento luminis (Eccl. 24.) sui, veris doctrinis & odoriferis exẽplis communicet, vt dicere possit illud Eccl. Ego sicut vitis fructificaui odorem suauitatis. Tota igitur Trin. has vineas inhabitat, Pater in memoria, operarios ad laborandum excitans sacris inspirationib. Filius in intelligẽtia, operarios ad prudenter laborandum claris veritatibus illuminãs: Spiritussanctus in voluntate, operarios ad laborandum (Sup Can. 6. ca.) exemplariter feruidis affectionib. inflammans. Vnde Orig. dicit sic, delitiosus intuitus memoriæ per patrem confortatæ, intelligentiæ per filium illuminatæ, & volũtatis per Spiritum sanctum expeditæ ad operandum, quia Deo existente in vineis engaddi, tanto ero remotior, quãto sterilitati propinquior. Et ibi. dic. O amica mea conuertere in requiem tuam. i. in Deum suum, vt in te tanquam in speculo imaginem suam expressiuam representet, in te inestabiliter delectetur, & familiariter congratuletur, te eleuet innouando, te innouet decorãdo, te decoret amando, te amet inhabitando, te a casu futuro præseruet præcauendo, & te lætificet de cõuersione gratias agendo. Hæc ille. Spiritus igitur noster ad veniẽdum, iam a domino amorose inuitatus, & ex hoc ad ambulandum prædicta itinera æternitatis vigorose animatus, & amorose & gratiose a patre tractus, competenter petit dilectum inuitantem horum itinerum esse socium, ducem, ductorem, & conseruatorem, quia ipse est via veritas & vita. Ipse est via per quam imus, de (Isa. 30.) qua Isa. d. Hæc est via ambulate in ea. Et Augu. super Io. dic. sic Verbum assumendo hominem factum est via, ambula per hominem, & peruenies ad Deum. Ipse est veritas per quam perueniemus, quia veritas est (1. Ioan. 3.) finis ænigmatum. Vnde Io. ait. Videbimus eum sicuti est. Neq; patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Ipse est vita in qua permanebimus in æternum, vnde dicitur in Prouer. (Prou. 8.) Qui me inuenerit, inueniet vitam. æternam. Dicit igitur spiritus amans confidenter illud verbum Can. Veni dilecte mi ad sitibundam æternorum intentionem, quantum ad iter primũ. (Can. 7.) Egrediamur intentionis: ingrediamur in agrum per deuotã æternorum meditationem, quantum ad iter secundũ, commoremur in vallib. per limpidam æternorum contemplationem, quãtum ad iter tertium: mane surgamus ad veniendum per inebriantem æternorum dilectioné, quãtum ad iter quartum: videamus si vinea floruit, per pullulantem æternorum reuelationem, quantũ ad iter quintum, si flores fructum parturiunt, per experimentalem æternorum prægustationem, quantũ ad iter sextum: si floruerunt mala punica, per collium æternorum deiformem operationem, quantum ad iter septimum. Sic ibit homo in domum æternitatis suæ. In qua (sicut (Eccl. 22.) dicit auctor de spiritu & anima) erit manifesta visio, plena cognitio, vera dilectio, firma coniunctio, societas in diuidua, similitudo perfecta, vita beata in æternum, & vltra in perpetuas æternitates. Odor aũt & dulcedo prælibatur prędictorum, & gustatur a spiritib. ambulãtib. in prædictis itinerib. ex quo velocius currunt. Vnde Gre. 15. moral. dicit. Superiora amare iam sursum ire est, dũ que magno desiderio ad cęlestia homo inhiat, miro modo hoc ipsum quod accipere quærit, iam degustat. Ex quo spiritus itinerans maxime consolatur, consolatus currendo calescit, calefactus deuotione mollescit, mollificatus amando liquescit, liquefactus feruendo sursum effluit, vt nusquam nisi in æternitate sistere, & quiescere velit. Vnde Orig. di. sic. quasi admirando. Diuinæ cõsolationis dulcissimus affect', vt audio, est liquefactio. (SuperCãt. cap. 2.) Liquescit. n. mens cum deuotione mollescit, vt sponsus in ea suauiter cubet, & nihil ei duri obsistat. Liquescit dum deuotione calescit, vt dilectus in ea calorem diuini amoris inueniat, vt quasi quidam contactus spiritualis fiat, qui maximam delectationé generat. Liquescit, quia dum deuotione superfluit, vt Deus solum plenũ dominium in ea obtineat, tunc omnes motus, omnes nisus, omnes impetus eius æternitate fęliciter terminat. Hæc ille. Ad quam domum æternitatis nos perducat, conducat, & inducat, qui est trinus & vnus Deus in æternum benedictus. Amen.

SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS.

TRACTATVS DE QVATVOR virtutibus Cardinalibus.

DE quatuor virtutib. Cardinalib. quæ sunt virtutes politicæ. i. scientię de gubernatione ciuitatũ, purgatorię, purgati animi, ac exemplares. Senec. Quatuor virtutum species multorum sapientum sententijs diffinitę sunt, qb. animus humanus comptus, ad honestatem vitæ possit accedere. Quarum prima est prudentia. Secũda magnanimitas. Tertia continentia. Quarta iustitia. Singulę igitur honestum & bene morigeratum faciunt virum. Greg. Solidum nostræ mentis ędificiũ prudẽtia, tẽporantia, fortitudo, iustitia sustinent. In his igitur quatuor virtutib. tota boni operis structura consurgit. Vnde quatuor paradisi fluminib. terra irrigaf, qa dum his quatuor virtutibus cor cõfunditur, ab omni desiderio rum estu temperatur. Cardinales appellantur, quia sicut ostium vertitur in cardine & regitur, ita his regitur, & vertitur vita hominis. Per virtutes namque cardinales rectificatur anima in suis virtutibus.

Nam

Digitized by Google

Nam prudentia rectificat vim rationalem. Fortitudo siue magnanimitas irascibilem. Temperantia siue continentia concupiscibilem. Iustitia vero rectificat omnes vires. Ipsa enim iustitia apprehendit omnes virtutes ad proximum, vt est liberalitas, & ordinantes ad seipsum, sicut est penitentia & innocētia. Et ordinantes ad deū, sicut est latria, pietas, & obedientia. Et ideo iustitia dicitur retinens omnes virtutes, quia non tātum est specialis, sed generalis virtus, comprehendens totius animi rectitudinem, cum ipsa dicatur rectitudo voluntatis. Nota, per virtutes cardinales, homo in omnibus operibus instruitur, & contra vitia armatur. Primum fit dupliciter, quo ad se per prudentiam, ad proximum per iustitiam. Secundum etiam dupliciter. In prosperis per temperantiam, in aduersis per fortitudinem armatur. Aug. Prudentia est in præcauendis insidijs. Iustitia in subueniendis miserijs. Fortitudo in perferendis molestijs, temperantia in coercendis delectationibus prauis. Politicæ dicuntur, prout sunt in recto regimine rationis. Purgatriç prout sunt in victoria vitiorum, & respiciūt partim interiora, & partim exteriora. Purgati animi dicuntur, quando deuictis vitijs possessor virtutum quiescit, raro insurgentibus motibus prauis primis. Exemplares dicuntur, quæ in mente diuina consistunt. Nam ideæ in Deo sunt, & omnium rerum exemplar est. Nota, quòd quælibet virtus cardinalis potest coaptari singulis virtutibus iam præmissis. Nam prudentia prout est virtus politica, vt ait Macrobius, est ad rationis normam quæ cogitit, & quæ agit vniuersa dirigere, nihil p̄ter rectum facere vel velle. Secūdo prout est virtus purgatoria, est mundum, & omnia quæ in mundo sunt diuinorum contemplatione despicere. Tertio prout est virtus purgati animi, est sola diuina noscere, & ea tanquam nihil sit aliud intueri. Exemplaris autem est ipsa mens diuina, cui omnia nuda sunt & aperta, & disponit vniuersa quę in cęlo sunt, & quæ in terra sunt &c. Primus gradus facit hominem in omnibus rationaliter operari, & cum hominibus honeste conuersari. Secundus mentem altius erigit, quia cum mundana despicit, æterna, & coelestia prudenter appetit. Tertius mentem plenius perficit, dum eam in æternis figit, quia sola eterna coelestia bona concupiscit. Quartus qui in solo Deo est, prædictos gradus inchoat deducit & cōsumat, quia omnis vera prudētia a Domino Deo est. Sen. Quisquis prudentiam recte desideras, tunc per rationem recte viuas, & omnia prius æstimes & perpenses. Si prudens esse cupis, in futura prospectum intende, & quæ possint contingere cūcta ante propone, nil tibi subitum sit, sed ante totum prospicias. Nam qui prudens est, nunquam dicit, non putaui id fieri, quia nō dubitat, sed expectat, nec suspicatur, sed cauet. Si prudentiam amplecteris vbique idem eris, & prout varietas exigit rerum, ita te accomodes tempori. Sermo tuus non sit inanis, sed aut suadeat, aut moneat, aut consoletur, aut præcipiat, lauda parce, vitupera parcius. Nam similiter reprehensibilis nimia laudatio, sicut immoderata culpatio. Illa siquidem adulatione, ista malignitate suspecta est. Si prudēs est animus tuus, tribus temporibus dispensetur, pręsentia ordina, futura præuide, & præterita recordare. Nam qui non de futuro præmeditatur, in omnia incautus incedit, propone animo tuo mala futura & bona, vt illa sustinere possis, ista moderari. Non semper sis in actu, sed interdum animo tuo dato requiem. Sed & ipsa requies plena sit scientiæ, studijs, & cogitationibus bonis. Nam prudens, nunquam marcet ocio. Aliquando animum remissum, nunquam dissolutum habet. Non te moueat auctoritas dicentis, nec quis sed quid dicatur attendito, nec quam multis, sed qualibus placeas cogites. Prudentia est bonarum rerum & malarum discretio vtraque, cum fuga mali & electione boni, de qua procedit circunspectio, docilitas, & cautio. Circunspectio est cautela contrariorum vitiorum, qua fugimus auaritiam, & cauemus prodigalitatem. Docilitas est potentia erudiendi, hoc ordine vt prius te, & postea alios instruas. Cautio est prudentia discernēdi vitia virtutum speciem inferentia. Prudentia in sex diuiditur. In cognitionem præsentium, vnde in Prouerbio dicitur. Præcedant palpebræ tuæ gressus tuos, id est consilia tua facta tua præueniant. Secundo, in memoriam præteritorum, vnde dic. Ezechias. Recogitabo tibi oēs annos meos, & cætera. Tertiò, in prouidentiam futurorum. Vnde Boetius. Non sufficit intueri quod sitū est ante oculos, prudentia rerum exitus metitur. In circunspectionem contrariorum, vt in Prouerbio dicitur. Est via quę videtur homini recta, nouissima autem illius ducunt ad mortē. Quinto, in exhibitionem peccatorum, vnde dicit Paulus Castigo corpus meum & in seruitutem redigo. Sexto, in exercitationem virtutum, ait enim Ecclesiastes. Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare. Secunda virtus cardinalis est temperantia, quæ prout est virtus politica, est nihil appetere penitendum, in nullo legem moderationis excedere, & sub iugo rationis cupiditatem domare. Secūdo prout est purgatoria, est omnia relinquere inquantum natura patitur, quæ corporis vsus requirit. Tertio, prout virtus purgati animi, est terreas cupiditates non solum reprimere, sed penitus obliuisci. Quarto prout exemplaris quæ in Deo est, sic est, quod in se perpetua in intētione cōuersa est. Primus gradus ab excessu & defectu custodit, quasi medium virtutis omni tempore attendit. Secundus mentem ad æterna perfecte dirigit, quia superfluitatem rerum grauantium firmiter excludit. Tertius mentem in æternis figit, quia concupiscentiam omnis inordinati concupiscibilis penitus extinguit. Quartus prædictos gradus inchoat, deducit, & perducit, & perficit, quia omni creaturæ numerum, pōdus, & mensuram tribuit. Seneca. Si continentiam diligis circuncide superflua, & in arctum desideria constringe. Considera tecum quantum natura deposcat, non quantum cupiditas spectat, palatum tuum fames excitet, non sapores, nec ad voluptatē, sed ad cibum accedas, nec pręsentibus delitijs inhærebis, nec desiderabis absentes. Si continentiam diligis, turpia fugito antequam accidant, nec quicquam aliud magis vereberis quam teipsum, oīa præter turpitudinem tolerabilius crede, a verbis quoque turpibus te abstine, quia licentia eorum impudentiā nutrit. Si cōtinens es, opus est continue affectiones adulationum repellere, quorum sermones animum quadam voluptate resoluunt. Si continens es, & animi & corporis motus obserua, ne indecori sint, nec ideo contemnes, quia latent, nam nihil differt si nemo videat, cū ipse videas. Cunctis esto benignus, nulli blandus, & paucis familiaris, omnibus æquus, bonæ famæ, neque tuæ seminator, neque inuidus alienæ, ad iram tardus, ad misericordiam pronus, in aduersis firmus, in prosperis cautus, & humilis virtutum occultator sicut vitiorum, rari sermonis, sed loquentium patiens. Quæ nosti sine arrogantia postulanti impertics, quæ nescis sine occultatione ignorantiæ, tibi postula humiliter impartiri. Notandum quod temperantia est virtus cum potentia resistendi illecebris in nobis impetus facientibus, ex qua procedit continentia, quę est virtus ab illecebris, castitas, sobrietas, parcitas, qua retinemus retinenda, largitas, moderantia, honestas, abstinentia, verecundia, modestia, omnium rerum moderatio. Tertia cardinalis virtus est fortitudo politica, quæ est animum supra periculi metum erigere, nihilque nisi turpia timere. Secunda purgatoria est animo non terreri contra quæque aduersa. Tertio purgati animi est, passiones non solum vincere corporis, sed animo penitus ignorare. Exem-

Margin notes (left): De prudētia. — Senec. qualis non prudēs sit ostēdit. — Prudentia quid.

Margin notes (right): Prudentia 16. diuidit — Prou. 4. — Isa. 38. — 1. Cor. 1. — Eccles. 9. — Notabiles Senecæ sententię.

p'aris quę in Deo est, quod semper idem est, nec vnquã mutatur. Ex bis potest patere, quòd primus gradus hominum facit omnem metum pro vtilitate reipublicæ postponere, & nihil nisi turpia formidare. Secundus magis confortat, vt nulla pœna carnalis eum terreat, quia ad sola æterna fortiter anhelat. Tertius mentem in ęternis figit, cum contraria viderit repugnare animo, & cõfidenter cõtemnit. Quartus prædictos gradus inchoat, deducit & consummat. Ipse attingit a fine vsq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. *Sap. 8.* Seneca. Magnanimitas quæ & fortitudo dicitur, si insit animo tuo, viues cum magna fiducia, liber, intrepidus, alacer. Magnum animi humani bonum est, finem huius vitæ intrepidũ expectare. *Magni animi ẽ nocẽti gnoscere.* Si magnanimus fueris, nunquam iudicabis tibi contumeliam fieri. de inimico dices non mihi nocuit, sed nocendi animum habuit, & cum ipsum in potestate tua videris, vindictam putabis vindicare potuisse, & non fecisse. Scito enim magnum, & honestum vindictæ esse genus, ignoscere. Eris magnanimus, si pericula non appetas vt temerarius, nec formides vt timidus. Nam timidum nil facit animum, nisi repræhensibilis vitæ conscientia. *Fortitudo quid.* Fortitudo est immobilis inter aduersa animi laborum, & periculorum susceptio, quæ aduersitatis incursu frangitur, nec prosperitatis blandimento eleuatur. De qua oritur magnanimitas, fiducia, securitas, patientia, perseuerantia, longanimitas, humilitas, mansuetudo, &c. *De iustitia.* Quarta virtus Cardinalis est Iustitia politica, q̃ est mundum despicere & seruare vnicuique quod suum est, s. sibijpsi, & proximo, & Deo. scđo Purgatoria est ad veram viam proximi consentire, & vniuscuiusq; virtutes in suo vigore seruare. Tertio, purgati animi est, cum diuina mente perpetuo fœdere sociari. Exemplaris Iustitia quæ in Deo est, perenni lege a sempiterna operis sui continuatione non flectitur. Primus gradus ab omni iniquitate custodit, & cum omnibus hominibus conuersari facit. Secundus mentem ad ęterna trahit, quia iusto ordine rationis perfecte consentit. Tertius, mentem in ęternis figit, quia illam cum Deo ęterno perpetuo fędere sociat. Quartus. Prædictos gradus inchoat, deducit, & perficit, qui omnem creaturam sua perpetua & inflexibili lege iuste regit. Ex hic patet, quomodo per virtutes cardinales, vt sunt politicæ, homo ordinatur in operationibus suis, quo ad proximum suum, per virtutes, quæ sunt purgatoriæ, ordinatur ad seipsum. Per virtutes purgati animi ad Deum. Senec. Iustitia est naturę tacita conuentio in adiutorium multorum inuenta.



EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS.

Octo collationes factæ In conuentu Tholosano.

De verbi incarnatione. Col. 1.

VIde anima mea innouata mirabilia veritatis. Hæc omnia videre possumus, quæ fecit iunctura cõfęderans deũ & hominem in verbo, quod factum est quod fecit Deus & ostẽdit nobis. Primo vis videre æternitatem nouam, quia qui filius Dei est æternaliter, caro factus est temporaliter. Vide anima mea, non poterat te redimere, nisi haberet precium, nec debebat secundum legem nisi esset propinquus. Homo propinquus erat, sed preciũ non habebat. Deus precium habebat, sed propinquus non erat, non debebat nisi homo, non poterat nisi Deus. Factus est ergo Deus homo propinquus, & factus est noster Iesus vir preciosior auro. & homo mũdior obrizo. vt dicit Isa. *Isa. 13.* Sacculum pecuniæ tulit secum, quia Deus homo in carne apparuit, & verbum in carne quasi pecuniam in sacco abscondit, & hominem reum redemit. *Ad Ro. 9.* Secundò admittit immensitas breuitatem, quia verbum abbreuiatum fecit Dominus super terram. Verbum (inquam) diuinitate immensum est positione præsepij abbreuiatum. Vide anima mea, dulcia mirabilia & omnino tibi necessaria. Tua necessitas non minus quã Dei filio supplebatur, sed tua possibilitas non capiebat immensum, & maior erat necessitas, quam capacitas. Propter qđ mirabilis dispensatio consilij charitatis diuinæ prouidit, vt. s. daret nobis filium, quo indigebamus, & paruulum quem capere poteramus. Ideoque paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. *Isa 9.* Tertio admittit pulchritudo obscuritatem, quia quicquid iucunditatis habeo, si non possum videre tam immensę charitatis donum, quid mihi prodest? Vnde in nostro Iesu aperta est illa facies, in quam desiderant Angeli prospicere, *1. Pet. 1.* facco mortalitatis nostræ, vt non solum visibilem cerneremus inuisibili specie, sed nobis similẽ amaremus in nostra carne. Vnde in Apoca. dicitur. Factus est sol sicut saccus cilicinus. *Apo. 6.* Sol iustitiæ Christus Deus noster, qui secũdum Apostolum est splendor gloriæ, & figura substantiæ patris. *Heb. 1.* Speciosior plane sole, super omnem dispositionem stellarum luci cõparatus inuenitur prior, & tamen propter nos factus est quasi saccus cilicinus propter asperitatum. Quarto, admittit celsitudo abiectionem, imperium seruiturem, quando non ad me, sed infra me descendit, quando hodie iacuit ad pedes animalium ille, cuius gloriosi pedes vix erant accessibiles altissimis Angelorum, Ecce ipse benedictus Deus omnia fecit ex parte sua, vt eum habeamus, fit homo, vt ei attineam, fit paruus, vt eum accipiam, fit visibilis, vt eũ agnoscam, fit humilis vt eum attingam. Quinto, fortitudo admisit infirmitatem, sapientia simplicitatem. Ego sum reus, & coram eius sapientia venire erubesco. Ego aduersarius, & ideo ab eius potentia contremisco. Commissa mea (inquit) pauesco, & ante te erubesco. Ideo mira Dei benignitas, quę semper magnificauit benefacere nobis, suam abscondit sapientiam in simplicitate, ne erubescam comparere, fortitudinem in infirmitate, ne pertimescam accedere. Ipse enim est qui portat oĩa verbo virtutis suæ. Ipsum (inquam) tale verbum factũ est caro, & non solum homo passibilis, sed etiam in paruulitate mihi similis, & carne mortalis. Sexto iustitia subijt reatum, quia ne dicas quid proderit accedere, nec negocium meum contingat complere? Hæc autem est mea necessitas, quia conceptus sum in omni malo, & priuatus omni bono propter culpam meam & debitã pęnam, & indigeo a malo releuari, & in omni bono restitui. Et ideo stupendo consilio iustitia subijt reatum, vt iustificemur a malo, opulentia defectũ, vt locupletemur in bono. Eum enim qui non nouerat omnino peccatum, scilicet innocentem Iesum, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, fecit Deus peccatum pro nobis, id est peccati nostri reatum sibi imposuit. Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrorum, vt efficeremur iustitia Dei in illo. O vere felicem necessitatem, quia ex quo Deus homo Iesus nostrum reatum assumpsit soluendum, vel necesse fuit Deum odire seipsum quod est impossibile, vel reconciliari hominem reum, quod quidem est Deo acceptabile, & ab ipso intentum. Septimò subijt opulentia egestatem, vt locupletemur in regno. Scitis gratiam Domini no-

stri

Digitized by Google

ftri Iesu Christi, quoniam cum esset dues, propter nos
2.ad Co.8. egenus factus est, vt illius inopia diuites essem*. O quātum deberemus esse locupletati, quibus Deus tantum dedit, q nudus & pauper remansit. Vide fœlicem necessitatem, in qua se posuit pro nobis. Amore nostro ebri* benedictus Iesus, quia necesse est hominem restitui in regnum, vel Iesum regem a regno exulare, post quam ipse nostram assumpsit inopiam, & simul in vnum conueniunt diues & pauper. Sic ergo anima mea tuus Iesus æternus assumpsit nouitatem, vt ei attineas, immensus breuitatem, vt eum accipias, pulchritudo obscuritaté, vt eum attingas, sapientissimus simplicitatem, ne erubescas, Fortissimus infirmitatem, ne contremiscas, iustissimus reatum, vt iustificeris a malo, opulentissimus defectum, vt locupleteris in bono. Hæc Vbertinus.

De timore Domini. Collat. 2.

AQua sapientiæ salutaris fons vitæ, & initium sapiētiæ timor Domini est, ait Bernard. Optime refrigerans animam, in omnibus noxijs desiderijs æstuantem, iacula inimici potēs extinguere, & per omnia pietati proximorum timor Domini præferendus est. Qui timorem Domini semper habet præ oculis, vitæ eius pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ. Stat propositum Dei, stat semita pacis super timentes eum, ipsorum & dissimulant mala, & remunerans bona. Vt miro modo eis bona, & mala cooperentur in bonum. In veritate didici, nil tam efficax ad gratiam promerendam, retinendam, & recuperandam, quam si omni tempore coram Deo inueniaris, nō altum sapere, sed timere. Beatus es, si cor tuum triplici timore repleueris, vt timeas quidē pro accepta gratia, longe amplius pro amissa, lōge plus pro recuperata. Time ergo cum arriserit gratia, time cū abierit, time cum denuo reuertitur. Cum adest time, ne indigne opereris ex ea. Si recesserit multo magis time endum, quia vbi tibi deficit gratia, ibi deficis & tu. Time ergo subtracta gratia, tanquam mox casurus. Time qa reliquit te custodia tua. Pro omni tempore time Deū, & ex omni corde tuo. Tunc demum si plene, si perfecte timueris, dabit tibi sapotem charitatis.

De obedientia. Collat. 3.

VT igitur obediētia religiosi, Deo sit acceptabilis, ideo debet esse prompta sine dilatione, deuota sine dedignatione, voluntaria sine cōtradictione simplex sine discussione, perseuerans sine cessatione, ordinata sine deuiatione, iucūda sine turbatione, strenua sine pusillanimitate, & vniuersalis sine exceptione. Qualiter nos audiuimus nostros superiores, taliter nostras exaudit Deus orationes. Hęc Augustinus. vt autē melius valeas esse obediens, cogita semper quando vox pcipientis sonat in auribus tuis, q vocem istam non tanquam ab homine audias, sed tāquam ab ipso Deo. Item non est obediens, sed negligens, qui secūdum expectat mandatum. Item Bernardus. At parum est esse iubiectum Deo, nisi sis omni creaturæ humanę ꝑpter Deū, siue Abbati tanquam pręcellenti, siue ab eo Prioribus constitutis. Ego plus dico, paribus subdere, subdere & minoribus. Et si vis in iustitia esse perfectus, vade ad minorē, subdere inferiori, iuniori te iclinato. Nota. Clymachus. Si quis erga patris subiectionem suam conscię tiam ad summum possedit mundam, iste de cętero per singulos dies mortem quasi somnum, magis vero vitā expectans & non conturbatur, cognoscens in solido, quia non ipse in tempore separationis, sed qui preest reddet rationem. Idem. Quando absente eo qui preest, vultum ipsius imaginamur, huna nobis astare putātes, & omnem collocutionem vel sermonem, vel cibum, vel aliud quippiam eū suspicamur odire in nobis, auertimus, tunc cognoscam, quia legitimam obedientiam vere exequimur.

De verecundia. Collat. 4.

NEscio, an quicquam gratius verecundia ad ornatum in moribus hominum, esse queat? Quam pulchra hæc, & quā splendida gemma in vita & vultu adolescentis, quam vera, & minime dubia bonæ nuncia spei, bonæ indolis est index, virga disciplinæ est illi, qui pudendis affectibus imminens, lubricæ ætatis motus, actusq; leues coerceat, reprimat insolētes. Quid ita turpiloquij, & omnis deinceps turpitudinis fugitās? Soror continentiæ est, indicium columbinæ simplicitatis, testis innocentiæ, lampas pudicæ mentis iugiter lucens, & nihil in ea turpe vel indecorum residere attētat, quōd non illico prodat. Illa expugnatrix malorum, & propugnatrix puritatis innatę, specialis glorię continentia est, famæ custos, vitę decus, virtutis sedes, virtutum primitię, naturę laus, & insigne totius honestatis. Quid tam amicum verecundo animo, quam secretum? Sed quid tam proprium verecundię, quam proprias vitare laudes, & vitare iactantiam? Quid tam indecorum, maxime adolescenti, quam ostentatio sanctitatis.

De taciturnitate. Collat. 5.

SIlentij amicus appropinquat Deo, & latenter colloquens a Deo illuminatur. Solicitus de exitu circuncidit sermonem, & qui luctum animę possidet, quasi ignem auertit multiloquium. Hęc Clymachus. Bernardus. Bonum silētium a iactantia, bonum a blasphemia, bonū a murmure & detractione. Sileat a nobis lingua maledica, lingua blasphema, lingua magniloqua, quoniam bonū est in hoc triplici silentio salutare Dñi pręstolari. Ita cum ab his oīno taceas, nec desideres silentium Deo, loquere illi contra iactantiam in confessione, vt obtineas veniam de pręterito, loquere in gratiarū actione cōtra murmurationem, vt ampliorem inuenias gratiam in pręsenti, loquere in oratione contra diffidētiam, vt consequaris gloriam in futuro. Confitere (inquam) pręterita peccata, & pro pręsentibus gratias age, & deinceps ora studiosius pro futuris, vt ne ipse quidē sileat, a remissione, ab immissione, a promissione. Itē, iuge silentium & ab omni strepitu secularium perpetua qu es, cogit cęlestia meditari, porro continentię labor & rigor disciplinę, Psalmorum, & hymnorū dulcedine releuantur. Pudor de pręteritis, nouę conuersationis temperat austeritatem, venturi timor iudicij pio cē dit charitatis fraternę exercitio. Tędium & accedia procul pellit sanctarū varietas obseruationū, Itē. labor & latebrę, & voluntaria paupertas, hę sunt monachorū insignia, hęc vitam solent nobilitare monasticam.

De deuotione. Collat. 3.

REnuat consolari anima mea in alienis, si vis in Dei amore delectari, delicata siquidem consolatio est nec omnino tribuitur admittētibus alienam, ait Bern. Cuius mens ad alienas inhiat consolationes, & non penitus renuit in caducis & transitoris consolari, ipse sibi profecto subtrahit cęlestis gratiam consolationis. errat omnino siquis cęlestem illam dulcedinem huic carni, diuinum illud balsamum huic veneno, charissimata illa spiritus misceri posse huiusmodi illecebris arbitratur. Non amat veritas angulos, in medio stat disciplina omnium, omnium studijs delectatur. Item sancta anima sola

Digitized by Google

ma sola esto, vt soli illi serues teipsam, quem ex omnibus elegisti tibi. Fuge publicum, fuge domesticos, secede ab amicis & intimis, nihil tibi & turbis, nihil cum multitudine cæterorum. Ipsum obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & cõcupiscet Rex decorem tuum. Secede ergo, sed mente non corpore, sed intentione, sed deuotione, sed spiritu. Solus si es, communia non cogitas, si non affectas præsentia, si despicias quod multi suscipiunt, si fastidias quod omnes desiderant, si iurgia deuitas, si damna non sentias, si non recorderis iniuriarum. Cibus animæ gratia Dei dulcissimus, sane & omnem habens suauitatem, & delectamentum saporis, non modo delectat, sed reficit & medetur. Quatuor sunt signa, quæ ostendunt præsentiam gratiæ Dei. In primis si cor in se est pacatum & quietum, quia in nulla re requiescit, & impletur cor nisi in solo Deo, quamuis & cætera afficere quidẽ possunt, implere autem non possunt. Secundum, quando mens & animus ad deuotionem inclinari se sentit. Tertium, in præsentia gratiæ, tunc plus solito facies hominis hilarescit, & benignam se ostendit. Quartum est fere idem, videlicet, cum in motibus exterioribus plus homo est compositus a que ordinatus.

Psalm. 44.

De diligentia. Collat. 7.

VNum est quod multos a perfecta & feruenti emendatione retrahit. Horror difficultatis seu labor certaminis. Quoniam vero illi maxime præ alijs in virtutibus proficiunt, qui ea quę sibi magis contraria & grauia sunt, virilius vincere nitũtur. Nam vbi homo plus proficit, & gratiam ampliorem meretur, ibi magis seipsum vincit, & in spiritu mortificat. Duo specialiter ad magnam emendationem iuuãt, videlicet subtrahere se violenter, ad quod natura vitiose inclinatur, & feruẽter instare pro bono, quo amplius quis indiget. Quam nociuum est negligere vocationis suæ propositum, & ad non commissa sensum inclinare. Religiosus qui se intente & deuote in sanctissima vita, & passione Domini exercet, omnia vtilia necessaria sibi abundanter ibi inuenit, nec opus est vt extra Iesum aliquid quærat. Religiosus feruidus omnia bene portat & capit, quæ illi iubentur. Religiosus negligens & tepidus habet tribulationem super tribulationem, & ex omni parte angustiam, quia interiori consolatione caret, & exteriorem quærere prohibetur. Religiosus extra disciplinam viuens, graui patet ruinæ. Qui laxiora quærit & remissiora, semper in angustijs erit, & cęt. vt patet in deuoto libello de imitatione Domini nostri Iesu Chri.

De disciplina. Collat. 8.

PRima omnium, iugo disciplinæ insolentia morũ domanda est, quousq; duris ac diuinis seniorum attrita legibus humilietur, & sanetur ceruicosa voluntas, bonumq; in se naturæ quod superbiendo amiserat, obediendo recipiat. Accedit nimirum disciplinatis moribus bonum naturæ, quo redditur homo suauis & mitis, homo sine querela, neminem circumueniens, neminem concutiens, neminem lędens, nemini se super extollens aut præferens. O quam compositum reddit omnem corporis statum, nec non & mentis habitum, disciplina, ceruicem submittit, ponit supercilium, componit vultum, ligat oculos, cachinnos cohibet, stringit gulam, iram sedat, format incessum. Nam de monachis ordinatis & inordinatis dicit Abbas pastor sic. Qui querulosus est, monachus non est. Qui malitiam in corde tenuerit, monachus non est. Qui iracundus est, monachus non est. Qui elatus & verbosus est, monachus nõ est. Qui vere est monachus semper est mansuetus, humilis, charitate plenus, & timorem Dei semper & vbique pr ę oculis habet, vt non peccet. Item Ioannes Abbas montis Synai dicit. Monachus est, qui solum quæ Dei sunt agit, cogitat, & loquitur, Christo vnitus in omni tempore, loco & negocio. Monachus est, violentia naturæ indesinens, & custodia sensuum indeficiens. Monachus est, sanctificatum corpus, expurgatum os, & illuminata mens. Et quis putas est fidelis & prudens monachus, qui sub obedientia, subiectione, & labore doloreq; calorem suum custodit inextinguibilẽ & vsq; ad suum exitum ignem igni, & feruorem feruori, & amorem amori, & desiderium desiderio, & solicitudinem solicitudini quotidie non cessauit. Vnde & Bernardin. Ille vere est monachus, qui deuotionem tenet in choro, patientiam in capitulo, disciplinam in labore, meditationem in lectione, feruorem in oratione, castitatem in tentatione, tolerantiam in aduersitate, humilitatem in prosperitate.

Qualis debeat esse monach'.

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS. S. BONAVENTVRAE.

Libellus Apologeticus, id est excusatorius, in eos qui minorum Fratrum ordini aduersantur.

Quæstio aduersariorum prima.

PRAETER hoc quòd surripitis clericis eleemosynas, quæ ipsis darẽtur, si vos non essetis, conquæruntur, q͛ detrahatis eis in populo, & confundatis eos in p̃dicationibus vestris, vitia eorum propalãdo. Insuper, quod suadeatis hominibus, ne cõfiteantur eis, & ne dent eis sua lationes, & alia quæ deberent, cum ipsi sint potius quã vos, qui pro animabus eorum sint rationem Domino reddituri. Respondeo ad illa per ordinem. Omnia quæ ipsis iure debentur in oblationibus, decimis, & alijs, vel de approbata eis consuetudine dari solẽta populo, nos potius suademus eis dari, quam impediamus, immo hortamur populum, eis ista non subtrahere, nec in alios pios vsus erogare, & ius suum cuiq; tribuere, etiã peccatori. Si autem quandoq; quærunt consilium, vbi secundum Deum melius sit dare eleemosynam, ad quã non tenentur ex debito, dicimus libere, q̄ ibi sit melius, vbi vel maior est indigentia, vel maior Deo honor exhibetur, & ipsis dantibus, exinde efficaciora orationum suffragia prouenire creduntur, vel quo ipsorum deuotio ad benefaciendum pro Deo feruentius inclinatur. Quod autem Plebanis suis confiteantur (vt debent) suademus etiam his, qui nobis cõfessi fuerint, vt agnoscant eorum conscientias, quos regere debent, vt sciãt, quibus exhibere, vel negare debeant ecclesiastica sacramenta, nisi forte tales sint aliqui, a quibus prohibeãt canones sacramenta requiri, vt suspensi ab officio, vel irregulares, vel ius ligandi, & soluendi non habentes, vel p̱ quos animæ magis irretiuntur peccati laqueis, q̃ purgẽtur, de quibus non est nũc vlterius prosequẽdũ. Quod autem detrahamus eis, & confundamus eos in populo, non oportet, q͛ nobis hoc imponant singulariter, cum ipsi nõ abscondant scelera sua. Sed per facti euidentiam omnibus ea propalent, & nobis etiam tacentibus, omnibus ingerant inde materiam detrahẽdi. Vtinam nos

soli ea

Digitized by Google

soli ea sciremus. Vtinam ita essent occulta eorum peccata, quòd nobis ea prodere volentibus, non crederetur, & mendacij, & detractionis a populo argueremur. Núc autem tanti & tam aperti sunt multorum excessus, quòd laici arguunt nos, cum aliorum vitia in prædicatione tágamus, quare tam enormia, & aperta, & multa, & magis nociua clericorum scelera non reprehendamus, cú non debeat esse personarum acceptio apud veritatis doctorem, nec pro timore vel fauore debeat apertam veritatem tacere, & hoc grauius redarguere, quod est nociuius, & quo Deus magis offenditur in quocunque. Inde est, quod propter hoc cogimur interdum, aliquid de clericorum excessibus tangere, ne putemur ex timore tacere, vel ex priuato fauore, qua cum ipsis contra laicos pariter conspirauerimus, & vt laici æquanimius ferant, si eos corripimus, videntes, quòd nec clericis parcimus, & maxime vt veritas Euágelij seruetur, quę omnium peccata detestatur, ne aliter putarent simplices, quòd peccata non essent Dei odibilia, quæ non audirent in clericis reprehendi, & stultę mulierculæ putarent non esse illicitum cum ipsis peccare, sicut aliquibus earum notum est, ab eis fuisse persuasum. Quod autem non nitamur eos in prædicatione confundere, nec populo eos odibiles reddere, potest ex hoc patenter agnosci, quòd multos eorum defectus scimus, & dissimulamus, nec populo propalamus expresse, parcentes eisdem. Cum & si non in omnibus, tamen in pluribus eorum plures reperiantur, per quos fierent despecti populo, si vellemus eos publice prędicare, & hoc caute tacemus, his de causis: Vna propter pacem & reuerentiam cleri, ne laicos contra clericos prouocemus ad discordiam, cum pro pace cleri & etiam ędificatione populi, a Deo & a sede Apostolica specialiter missi simus. Secunda, quòd non possemus tamen per hoc emendare eos, nec haberemus alios meliores qui eis mox substituerétur, si isti omnes qui sunt reprehensibiles abijcerentur, & est minus malum aliquo modo habere istos quam nullos, maxime cum Episcopi & prælati non intenderent substituere meliores. Tertia, quòd deferimus in hoc bonis qui sunt inter eos, & si pauci sint qui cum ceteris confunderentur, cum rudis populus sine discretione bonos & malos persequi inciperet & odire. Quarta & quasi præcipua, ne si populus perderet omnino fidem in clericis, hęretici insurgerent & attraherent sibi populum, quasi oues destitutas pastoribus, & facerent eos hęreticos, gloriantes quòd nostro quasi testimonio, tam viles essent clerici, quòd nullus eis obedire deberet, nec doctrinam eorum curare. Omnis enim hęreticorum intentio ad hoc tendit, quòd spreto clero eis credatur, & ad hoc non conuenit nos ipsorum esse cooperatores, quin potius debemus contra eos quasi lupos rapaces clero & Ecclesiæ esse propugnatores, cótra eorum versutias populum præmuniendo, errores ipsorum veritatis testimonijs ex scripturis autenticis confutando. Quinta, quòd lucra animarum quæ quærimus, melius promouemus cum beneuolentia cleri & assensu, quos si indiscrete agendo exacerbaremus, cum non possemus contra eos continuè præualere, prohiberent nos animabus prodesse prædicando, & confessiones audiendo. Et sic salus multarum animarum impediretur, & fieret quasi scissio in Ecclesia, dum clerici nos quasi reprobos persequi inciperent, & laici aut nobis aut ipsis fauentes, alteros despicerent, & eis credere recusarent. Et cum non possemus eos qui nobis fauerunt, defendere a clero, quin eos nobiscum persequerentur & excommunicarent, tandem omnes nos desererent, & ex odio nostri doctrinam nostram clerici infamarent, & sic hęreticis qui modo nos timent, aditus ad subuersionem fidelium sine contradictione pateret, sicut lupis, vbi canes non metuunt, & pastores sunt desides, datur audacia oues

Peruersa hęreticorū omniū intentio.

inuadendi. Nisi enim essent isti ordines in Ecclesia, qui ex officio prędicationis & confessionis fideles illuminant, cito plurimi efficerentur hęretici in his terris, vbi tam pauci inueniuntur clerici in sacra scriptura periti, cum nescirent hæreticorum versutijs obuiare. Immo ipsi clerici cito ab hęreticis subuerterentur per callidas expositiones scripturę, in quibus nescirent eorum depręhendere fallacias, vel per promissiones seducerét eos, spondentes quòd magni fierent inter ipsos. Et cum laicos attraherent clerici, etiam potius adhęrerent eis, quam soli relicti perirent inopia, cum nullus curaret eos, nec daret eis oblationes vel decimas; aut certe persecutionibus eorum exterminarentur, cum iam haberent laicos adiutores contra clerum, sicut modo clerici hęreticos persequuntur. His ergo de causis & alijs, vt multa mala vitentur, vtilius iudicamus tacere quędá mala clericorum, quam populo prodere, vbi sine scandalo possumus euitare, vt sunt ista. Quandocunque habet plures Ecclesias curam animarum habétes, sine dispensatione Apostolica, omnes vacant ipso iure pręter vltimam, & nullum ius habet in alijs ligandi vel soluendi, nec eius vicarius, nec aliquos inde reditus percipiendi. Item illegitime natus nullum ius habet in beneficio curam animarum habente. Item qui recipit Ecclesiam per quamcunque symoniam. Item qui recipit Ecclesiam ab eo, qui non habet verum ius conferendi eam. Omnis notorius fornicator, cuius criminis testis est populus, iure taxatus, siue in domo sua teneat fornicariá siue extra, vel vnam habeat vel plures, est ipso iure suspensus ab officio, ita quòd subditi non debét eius missam audire, nec confiteri ei, nec alia ab eo sacramenta recipere, nec potest eos excommunicare, nec absoluere. Item si suspensus celebrat et officiat Ecclesiam, vel quacunq; excommunicatione ligatus, seu recipit ordinem clericalem, aut in eo solenniter ministrauit, factus est irregularis, & non potest exercere officium clericale, ét si iam fornicari cessauit, vel ab excommunicatione absolutus fuerit, nisi cum eo super irregularitate contracta per sedem Apostolicam dispensetur, maxime si a iudice suspensionis sententia fuit lata. Huiusmodi autem sententiæ iam sępe feruntur in clericos, ab officialibus & archidiaconis & iudicibus ordinarijs vel delegatis, & parum curantur a multis. Videmus in terris istis tot esse imperitos iam clericos, in his quę ad regimen pertinent animarum, licet forte in grammatica vel alia scientia sint instructi, quòd vbi centum vel plures plebani & vicarij conueniút, vix pauci sint, qui vere sciant animas suas, vel alia quę ad salutem sunt necessaria, in his per scripturarum scientiam expedire. Et talibus imperitis non deberent eorum subditi confiteri propter periculum, ne forte ex ignorantia relinquant eos in statu damnationis, docendo nó esse peccatum, quod est mortale peccatum, aut non ostendendo formam debitam satisfactionis de peccato confesso, vbi certa forma satisfactionis est necessaria, vt de restitutionibus rerum illicite acquisitarú, certis locis vel personis vel heredibus faciendis, vbi multi seducuntur. Scimus etiam, quòd qui sciéter in mortali peccato positus celebrat missam, qualibet vice mortaliter grauiter peccat, & quantum in ipso est, rursum CHRISTVM crucifigit, quem pro denarijs, quos sibi sperat offerri, & illicite & indigne cótrectat. Qui ergo offert ei quem talem esse præsumit vel scit, & rogat eum missam celebrare, facit eum Christo tantam inferre contumeliá, vt eum indigne contrectet, & peccat mortaliter. Sed qui facit alienum peccare mortaliter, ipse peccat, vbi ignorantia nó excusat, & secundum ista si nullus offerret vel audiret missas eorum, qui illicite celebrant, cessarent a celebratione vel corrigerent vitam suam, & sic multa peccata omitterentur. Multi ét inordinate excommunicantes incidunt

Clericorú scelera nó dissimulánda.

in pœ-

in pœnā suspensionis & irregularitatis, & per alios actus plures inobedientiæ merentur suspendi ab officio, & in efficax fit eorū auctoritas in subditos suos. Scimus etiam, quòd qui est in peccato mortali, cum sibi De⁹ iratus sit, non placat eum pro alio peccatore. Ergo oratio clerici in peccato positi, inefficax est sibi, & alijs qui offerunt ei eleemosynas, vt oret pro illis. Item clericus lubricus, vanus & male expendens res Ecclesiæ, quo plura habuerit plus peccat. Sed qui illi dant oblationes & alia, promouent eum ad amplius peccandum, expedit ergo ei non dari. Item qui recipit pretium operis alicuius, & non deseruit, male recipit, sed clericus habens curam animarum, & non faciens quę debet eidem in doctrina salutis, & bono exemplo, & efficaci oratione, & debita correctione, & in aliis, peccat recipiendo stipendia ecclesiastica, quæ non deseruit vt debet. Ergo non deberent ei dari, ne daretur occasio peccati. Quam paucissimi autem in terris istis iam reperiantur, qui debito modo præsint animabus commissis, nimis est miserabile, qui aut ex defectu iuris, aut scientiæ, aut vitæ, aut diligentiæ circa eas, aut libere executionis officij sui nihil habeant repræhensibile, & quod eos tali officio reddat indignos. Quomodo vero tota Ecclesia per mala exempla clericorum & auaritiam corrumpatur, & negligentiam deformetur, & a statu debito elongetur, & quanta ex hoc quotidie peccata increscant, & quot bona negligantur per mundum, quæ vix aliquis sufficit æstimare. Hæc & plura alia cum vera esse scimus, & tamen ea populo non aperte prædicemus, non debemus a clero iudicari, quòd confusioni eorum intendamus, & eos populo studeam⁹ odibiles facere, sed magis si haberent intelligentiam, agnoscerent, quantum eos honoramus, & deferimus talia subticendo, propter causas supra notatas. Ideo tamen securius ista dissimulamus, quia nec clericorum nec laicorum cura nobis ita commissa est, vt de ipsis teneamur reddere rationem sicut prælati ipsorum, ad quos spectat eorum correctio, nisi inquantum ex libera charitate consideremus eis prodesse. Vnde possumus tacere & loqui, quæ secundum Deum & nobis & alijs expedire videmus, cum nihil a nobis amplius requiramus. Vitia autem laicorum liberius arguimus, quia & patientius sustinent, & nesciūt literas, quibus instruantur quid debeāt cauere vel facere, & min⁹ periculum sequitur si eorum in publico propalētur excessus, & facilius emendentur. Clericis autem possumus in capitulis suis, omnia pericula sua in sermonibus literalibus seorsum ostendere, cum reuerentia charitatis, & maturitate benigna, & sic magis proficimus apud

Quæst. 12. eos. Quæst. Cum ergo non sitis iudices clericorum vel laicorum, nec ad vos spectet eos redarguere vel corrigere, sed ad suos tantum rectores, quid vsurpatis vobis iuris, etiam si causę prædictæ non essent, vt alicuius vitia publice repræhendatis, sicut sępe tangitis in prædicatione vitia quorūlibet laicorum, clericorum, & religiosorum, cum prædicator non debeat arguendo descendere ad species peccatorum, sed in genere solum ostendere vitia & virtutes, & nullum notabiliter confundere coram populo, peccata sua publice obiurgando alij in scādalum! Respon. Intelligentibus constat, quòd multum differunt actio iudicis & doctoris. Iudex enim ad quem spectat correctio delinquētium subditorum, debet inuestigare excessus delinquentium, eos audire, testes recipere, peccantem citare, crimina contra ipsum proposita ei obijcere, negantem cōuincere, conuictum vel confessum punire, contumacem amplius vt magis terreatur arctare, & cogere ad satisfactionem, etiam inuitum. Cum ergo formam istam omnino nō teneamus in prædicando, non vsurpamus nobis iudicis officium iudicantis super aliquem, sed imitamur eītum formam doctoris. Doctor enim seu prædicator qui diuersi ge-

Iudicis officia.

neris auditores debet instruere, vt virtutes magis reddat commendabiles necessarias ad salutem, vitia his opposita quam sint nociua & detestabilia ostēdit. Et quibusdam generib. hominū quædam vitia sunt magis vsitata, vt mercatoribus fraus & mendacia, militibus & rapina & incēdia, & ita de alijs necesse est, quòd propter generalem instructionem quodlibet genus hominum specialiter arguat, & moneat sibi specialius insidiantia vitia cauere, sicut medicus ægros diuersis infirmitatibus laborātes, doceat a sibi magis noxijs cibis & alijs abstinere. Nihil enim prodesset infirmis si diceret, cauete ab omnib⁹ cibis nociuis generaliter, nisi specificaret in qualibet passione quid illi specialius noxiū esset aut proficuum sanitati. Quod autem dicitur, quòd prædicator debeat in genere omnes arguere peccantes, & nō descendere ad species, hoc est intelligendum de notabili specificatione personarum, nō vitiorum vel statuum vel officiorum, quæ non possunt proprie describi sine expressione officij vel status illorum, qui in hoc specialiter offendere consueuerunt. Potest enim sic congrue generaliter dici vos artifices peccatis frequēter in hoc, & vos milites in hoc, & vos religiosi in isto, vos clerici in illo, & sic de alijs, si sunt ibi plures de quolibet genere illorum ad quos loquitur, sine nullus, vt quisq; sibi conscius talis peccati compungatur, & in se confundatur, & nullus specialiter notabilis de hoc reddatur, quē facti euidentia alias non facit notabilem, vel qui seipsum non prodit esse reum, sibi ascribendo specialiter cum murmure, quod generaliter dictum constat iuxta illud Poetæ. Conscius ipse sui, de se putat omnia dici. Correctioni enim & ædificationi tantum debet intendere doctor fidelis, non confusioni vel infamationi alicuius præsentis vel absentis. Vbicunque ergo præsumitur, quod aliquis specialiter de peccato prius incognito alijs, ex prædicatione reddatur notabilis, vnde potest oriri grauamen vel scandalum, melius est tacere, & alia ædificatoria magis loqui. Qui vero facere consueuit contrarium, aut contentiosum, aut inuidum, aut imprudentem se demonstrat, aut vanæ gloriæ cupidum, qui non aliunde esset acceptus apud hominem, ex aliorum infamia gloriam sibi quærit. Quem confundendo exasperas, tunc tardius ædificas, & rancoris aculeo vulneras. Quæst. cum in prędicatione & confessione audienda, multa sit discretio necessaria, & peritia scripturarū, quare ad hęc officia tā iuuenes (vt videtur) & immaturos promouetis, qui & sibi & alijs aliquando minus plunt, & fortasse etiam obsunt, cū in clericis alijs hoc repręhendere soleatis animarum rectoribus? Resp. Licet enim aliquando quòd iunior literatior sit, & magis discretus sit quam senior, & facies iuuenilis sæpius maiorem celet ętatem, & morum maturitas ętatis defectum suppleat, in plerisq; tamen etiam propter hoc aliquoties ad hęc officia promouemus iuniores, vt iterim discant per exercitium, quia cum vident se ad hęc officia assumptos, diligentius studēt, qui alias forte segniores essent in studendo, & minus proficerent. Minus etiam obest, si minus adhuc perfecti sunt promoti, dū viuūt adhuc seniores, qui eos possunt informare, & corrigere, & defectus illorum in cōsilijs supplere, quam si illi deficerent penitus, & nemo eos tūc sciret instruere, si tunc primo exercitari deberent. Tot etiam sunt requirentes a nobis prędicationes & confessiones & consilia, quòd seniores nō sufficiunt omnibus satisfacere, ideo oportet nos de iunioribus, aliquos qui sperantur idonei promouere, qui onus seniorū subleuent, & petētibus satisfaciant, prout sciunt. Quamuis nullum scienter promoueamus, quem non speremus idoneum. Tamen aliquando aliquis prçter voluntatem nostram, minus efficitur vtilis, quia multa sunt quę ad idoneitatem tanti officij requiruntur, & satis est difficile, hęc omnia simul

Munus doctoris seu prædicatoris.

Quæst. 13.

Cur iuniores inter religiosos merito promoueantur ad prædicationes, & confessiones.

simul in omnibus reperiri. Quæstio. Quæ sunt ergo necessaria illi, qui ad prædicationis & cõfessionis officiũ est assumendus? Resp. Vt ad hoc sit idoneus, pręter habilitatem illam quam confert gratia, quæ etiam est efficacior omnibus, quæ non in nostra potestate consistunt, sed in beneplacito Dei, singulis prout vult dona sua diuidens, ista considerare in promouendis solemus ad hæc officia. Primo, quod sit competentis ętatis, non multum a tricesimo distans anno, quia quæ fiunt a pueris, puerilia reputantur. Secundo, ꝙ non sit etiã facie & moribus puerilis, quia ista multum minuunt auctoritatem apud homines, tam dictorum quam factorum. Tertio, quod non sit valde notabiliter deformis in corpore, videlicet nimis breuis, vel crassus, vel gibbosus, vel aliter turpiter deformatus, ne per hoc eiꝰ prędicatio despectui & risui haberetur. Quarto, quod non sit ẽt valde debilis corpore, cũ ex hoc labores huius officii exequi viriliter non valeret. Quinto, quod sit competentis facundiæ, vt possit ea quæ debet, proponere sine fastidio auditorum. Sextò, quod sit saltem in grammatica & sacra scriptura tam sufficienter instructus, quòd sine errore vel cõfusione sciat coram populo & clero proponere veritatem, & in consiliis competenter satisfacere requirentibus de causis necessariis, & in confessione de pœnitẽtiis iniungẽdis & imponẽdis. Septimo, quod sit talis in vita & in moribus, quòd de ipso & fratres interius, & alii exterius nihil videãt vel audiãt, per quod doctrina prædicationis eius apud audientes quoquo modo vilescat. Nã cuius vita despicitur, testat vt eius etiã prædicatio contemnatur. Octauò, quòd etiam naturali tantum polleat industria, ꝙ per fatuam simplicitatem non reddat contemptibile, qđ per acquisitã scientiam appræhendit, vt sciat se honestè gerere inter homines, & prudenter in omnibus se habere. Nonò, quod non sit minus ad hoc voluntarius, vt si ad hoc motu proprio nõ trahitur, saltẽ propter obedientiæ bonum proximorũ saluti intendere prædicando, cõsulendo, & cõfessiones audiendo, & alios ędificando non contentiose recuset. Greg. Quod mens volũtariã non recipit, congruè non disponis. Sic multi sanctorum officium quo prodesse debebãt proximis, humiliter refugiebãt, & tamẽ ad hoc tracti per obedientiam, solicite adimplebant, vt Moyses, Hieremias, & alii plures noui & veteris testamẽti doctores. His donis ornato, si gratia affuerit, potest & debet imponi officium prędicationis, & confessionis, in ordine vbi fuerit necessarium. Qui verò alios non idoneos ꝓ priuata societate promouent, ordini confusionem, & animabus nocumentum, & ipsis promotis detrimentum, & sibimet culpam non paruam procurant, cũ negligentiæ inutilium & imperitorum tam in consiliis incautis, quam in absolutionibus inefficacibus, & in aliis nocumentis animarũ ab eis qui tales promouẽs, merito requirãtur. Tales enim in multis sæpe possunt offendere vel scandalizare, dum non dicenda populo prædicant, vel falsa docendo errorem inducũt. vel aliter forte minus compositè se habendo. Item in cõfessiõne forte nesciunt confitentes debito modo instruere, nec inter peccata grauia & leuia distinguere. & aut faciunt ex nimio rigore desperare, aut cum adhuc in statu damnationis sunt, dans eis spem de saluatione, & indulgent eis corpus Domini recipere. Et maxime circa rerum iniustarum acquisitionem, vel restitutionem multi seducuntur, dum non informantur quæ sit iniusta conquisitio, vel qualiter putè restituant quibus debent. Ex morib. ẽt quorundam & vita prædicantiũ vilescit sæpe doctrina verborũ, dũ alia docẽt verbo prædicationis, sed minus ædificaturia ostendunt exemplo actionis. Vnde vt diligenti examinatione indiget, qui debet esse doctor in medicina corporum, ita multa cõsideratione opus est, si sit idoneus qui debet esse doctor & medicus animarum, cum sint subtiliores & periculosiores & incurabiliores morbi peccatorũ, quam passiones corporalium infirmitatum. Illi verò qui se ad hæc officia imprudẽter ingerunt, indignantes si ad ea tardius promouentur, quum sint imprudentes perpendere nolunt aut nesciunt, & eo ipso se ad hoc ostẽdunt & reddunt indignos. Nam si digni fuerint & idonei, non debent se ad hoc ingerere, sed modestè expectare, quousq. per inspirationem Dei, à prælatis suis & fratribus ad hoc suo tempore assumantur. Si autẽ indigni vel nondũ idonei, tunc si se ingerunt, primo quidẽ temerarij sunt, quòd antequam vocentur, ad tantũ officium currere pręsumunt, vnde Hier. Ipsi currebãt, cum ego non mitterem eos, scilicet prædicare, & Paulus. Quomodo prædicabunt nisi mittantur? idem alibi, Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. & cætera. & Christus dicit in Io. Neque enim à meipso veni, sed ille me misit, scilicet pater. Secundo superbi, quia seipsos reputant dignos & idoneos, ad quod forte nec Deus nec fratres vel prælati sui iudicant eos idoneos, sicut Chore, qui voluit sibi sacerdotium vendicare. Tertio stulti, quia cum talia officia sint occasio tentationis per inanem gloriam, auaritiam, luxuriam, noxiã libertatem & internæ deuotionis extinctionem, & alia plura pericula, quod ipsimet se talibus incaute ingerunt, nimis stulte se satis periculis sine necessitate exponunt, cum fugere magis deberent à periculo, quam illud appetere, nescientes, quo exitu bellum quòd sibi concitant, finiatur. Quartò non carent rancore inuidiæ, vel cõtra eos qui ad hæc officia eos ꝓmouere possunt & nõ faciũt, vel qui fortè impediuerũt, imputãtes illorũ maleuolẽtiæ magis quã suæ insufficientię, quòd non promouẽtur, cũ ipsi sibi videantur ad hæc digniores, quã illi quos vidẽt iã promotos esse, quibus in sciẽtia & aliis se reputãt aptiores. Quæst. Cũ prudentũ sit non leuiter retractare quæ faciũt, sed ante diligẽter deliberare faciẽda, ne postea oporteat reuocare, & vos toties mutetis p̃latos ordinis, videmini aut incõsideratè cõstituere inutiles ad tãtũ officiũ, aut sine rõne vtiles deiicere, & quod est signum inconstantiæ & impatientię, quod non possitis pati rectores idoneos, quos iniurio se abiicitis, aut quod in officio ita peruersi fiant, quod merito non debeant in eo diutius tolerari, aut quod tã paucos habeatis in ordine pro officio regiminis idoneos, ꝙ sp quæritis meliores. Resp. Sicut supra de officiis & confessionibus dictum est, plures cõditiones ad hæc fore necessaria, ita de officio regiminis animarũ est tenendum. Requiritur. n. in prælato ætatis maturitas. Honesta admodum personalitas. Vitæ irreprehensibilitas. Quarto ꝙ non sit idiota in literarũ scientia. Quinto quod sit discretus & prouidus ex naturali industria. Sexto quod sit zelator iustitiæ & ordinis disciplinæ. Septimo quod sit tractabilis per mansuetudinis lenitatem. Octauo quod sit cõpassiuus pietate fraterna. Nono quod sit deuotus hñs orationis usum, & fiducialiter agens cum Deo. Decimo ex gustu internæ dulcedinis eius, & experimento crebro exauditionis, qui sp in officio esse sedoleat, & tñ cum ad hoc compellitur, æquanimiter illud ferat, nec propter hoc ut citius absoluatur ab officio, negligẽtius in eo se gerat. Vndecimo quod corporis imbecillitate a cõmunis uitæ obseruantia non omnino impediatur. Istę cõditiones simul omnes in paucis repetiuntur, iõ paucos stabiles in officio possumus hr̃e prælatos, dũ aut minus sunt corpore debiles, pro talib laborib. & solicitudinib. sufferendis, aut nimis inuoluntarii pro timore conscientiæ, dum sp timent minus quam debeãt facere, aut in exterioribus prouisionibus miti, aut mo

Marginal notes (left): Qualis debeat esse, ꝓmouẽdus. — Dictum Gregorii. — Ineptia eorum q̃ audiunt confessiones dãna multa causat.

Marginal notes (right): Hier. 23. — Rom. 10. — Heb. 5. — Ioan. 7. — Num. 16. — Quæst. 5. — In officio regiminis q̃ æ sint spectanda

Digitized by Google

tes eorum in aliquo fratrib. displicent vel minus pla
cent, aut fortè in alio loco vel officio vtiliores sunt q
dam, propter ista sæpè mutantur prælati. Bonum est
etiam propter hoc, ne fiant aliquando insolentes, si sci
rent se in dominio permansuros diu, vt sic in humilita
te seruentur, & subditi quibus forte grauis esset aliorũ
alicuius prælatio, de spe facilis absolutionis eius conso
lentur. Sunt etiam quidam boni subditi, sed inutiles ꝓ

Quæst. 6.

prælatis, ideo deponuntur. Quæst. Cur autem toties
mutatis fratres aliquos de loco ad locum? Suspectum
.n. videtur, quasi aliquod crimen ibi commiserint, vn-
dè mutantur, vel quasi ex impatientia sua vel aliorum
non possint ibi manere, vel ex rancore nõ ꝑmittat eũ

Cur fratres de loco ad locum iuste mutentur.

prælatus ibi stare, vbi diligit & consolatur esse. Rñ.
Vix aliquid fit tam purè, quin possit ab aliquo sinistrè
interpretari, quasi male fiat. Sed bonum non ideo ma
lum est, si illud mali seu stulti dicunt malum. Sunt au-
tem plures causæ quare fratres de loco ad locum mutã
tur. Aliquãdo consolatio eius qui mutatur, quia sic pe
tiuit. Aliquando consolatio ipsorũ ad quos mittitur,
quia hoc petiuerunt diligentes eum pro bona conuer-
satione vel vtilitate. Aliquando forsitan quia alibi
magis necessarius est, & vtilis pro prædicatione & cõ
fessione, vel alio officio domus illius. Aliquando pro
maiore spiritus eius quiete, quia ibi minus a parentib.
& aliis requirentibus infestatur. Aliquando pro cõmu
ni recreatione, quia aer vel victualia plus ibi cõperunt
ei, vel suppetunt pro indigentia sua. Aliquando quia
in vno loco habet aliquis tentationis alicuius materiá,
quam non habet in alio. Posset etiam aliquando acci-
dere, quod aliquis deliquisset in uno loco, quod pro so
piendo scandalo, expediret eum mutari in alium locũ.
Similiter posset aliquis ita esse distortus morib. vel ex
aliqua corporis qualitate onerosus, quod pro petitione
oneris aliis transmitteretur ad tẽps, vt alii interim ab eo

Simile.

releuarentur, sicut onus ab vno humero in alium com
mutatur. Valet etiam ad hoc maxime talis mutatio, vt
fratres secundum regulam agnoscant se peregrinos &
aduenas in hoc mundo, non habentes hic manentem
ciuitatem, & semper æternam patriam inquirentes. Si
.n. in uno loco diu stare deberẽt, quidam nimias ibi cõ
traherent cum extraneis, cum potẽtibus, cum fœminis
amicitias, corporis commoda procurarent, sumptuosa
ædificia construerent, & cum ibi quasi notiores magis
uiderentur esse necessarii, tanto vellent esse super cæte
ros potentiores, ita vt nec prælati auderent sine ipsis
in domo aliquid ordinare, & veluti quadam diuturni
tatis præscripsione stabiliti, vix æquo animo ferrent, si
vellent eos pro aliqua causa mutare, etiam si omnimo
dis expediret. Vt ergo puritas paupertatis & obedien
tiæ melius obseruetur in ordine, & mala plurima præ

Quæst. 7.

caueantur, expedit fratribus aliquando a loco mutari.
Quæst. Cũ potius deberetis diligere si religiosi & bo-
ni apud vos essent vicini, quam seculares & insolentes
laici, quare impeditis aliquando etiam per priuileg ũ
Papale, alios religiosos circa vestram habitationẽ sibi
mansionem construere, nisi q videtur inuidia esse in
cã? Resp. Non pro inuidia, sed potius pro pace priuile
gium hoc a sede Apostolica datũ agnoscitur, & ob eã
dem causam pacis eo vtimur, cum nõ tam nobis quã

Cur iure cautum est ne monasterium iuxta aliud monasterium ædificetur.

etiam aliis possit aliter in posterum turbatio & mate-
ria scãdali suboriri. Si. n. aliquãdo necesse foret, eis vel
nobis areas nostras ampliare non possemus, cum alii
priores eas iam occupassent. Si autem aliquę areæ in-
ter nos & illos essent mediæ, cum vtriq. eas certatim
præoccupare desiderarent, ex auaritia sua venditores
earum vix pro triplicato precio eas darẽt. Vel si forte
pauperes essent possessores earum, aliquis diues auarus
eas præemeret, vt nobis eas postea carissime venderet,
videns nos ipsis necessario indigere. Itẽ forte conueni
ret eis vel nobis, officinas nostras ꝑꝑ situm loci aliqñ
sic ordinare, quod essent aliis pro magno incõmodo,
& frequenti cordium turbatione, vt si chorus ipsorũ
poneretur apud locum infirmorum nostrorum, uel ali
ter quolibet mõ, videlicet latrina, coquina, dormi to-
rium, refectorium, capitulum, domus hospitum, quod
ꝑꝑ pacem infirmorum cordium, magis expedit nos
esse longius segregatos. Posset etiam qñq. diuinum of
ficium apud alterutros impediri, si oratoria nimis es-
sent contigua, cantu suo mutuo se impedientib. Idem
posset fieri de prædicatione, cum vtrobiq. forte pro cã
aliqua prædicare contingeret. Si etiam aliquis quãdo-
que confiteretur apud illos, & placeret ei etiam alicu
ius apud nos consilium requirere, aut non auderet fa
cere hoc, timens, quod prior confessor indignaretur,
quasi non sufficeret ei pro confessore dum quæreret
alium, aut forte putaretur velle explorare, quid ille vel
ille consuleret, & inde quærere materiam detrahẽdi.
Si qui etiam magis frequentarent illos, quam istos in
officio diuino vel in aliis, uiderentur alios minus dili
gere, & fieret materia murmurãdi. Infi. mis. n. cordib.
ex leui occasione plus infirmãdi materia ministratur,
& iõ necesse est, ut præcaueantur talia q ipsis noceãt,
& alios scandalizant, ne postea emendari non ualeat,
qđ in principio facili⁹ præcauetur. Vtilis ẽt est hoĩb.
ciuitatis, ubi fratres morantur, qđ in diuersis locis a se
disiunctis religiosi morentur, quã quod in uno angu
lo plures manerent, & alia pars inanis remaneat, per
quorum uicinitatem possent spũaliter consolari. Qđ
si forte tales forẽt religiosi qui apud nos habitare uel
lent, ꝑ quos non ædificarentur fideles, sed potius scã-
dalizarentur, tunc omnino expedit, quod non sint
nobis uicini, ne forte ipsorum insolentiæ nobis aliqñ
ascriberentur, aut nesciretur an ad eos uel ad nos latẽ
ter intrarẽt ꝑsonę suspectæ, aut certe ipsorum dissolu
tio fieret aliquando nouitiis nostris tentationis occa-
sio, uel etiam aliis causa inquietudinis, & impedimẽtũ
in studio spirituali. Si autem quidam infirmi aliquan
do dolerent, cũ forte viderent aliis religiosis largiores
eleemosynas dari quàm sibi, & ex hac inuidia torque-
rẽtur de vicinitate illorũ, hoc nec probamus nec om-
nino negamus, sed non est nostra intẽtio propter hoc
prædicto uti priuilegio, sed potius propter causas ante
positas, & si quæ alię possunt rationabiles inueniri.
Quæst. Cum unicuiq; liberum sit, vestem suam forma Quæst. 8.
te prout uult, & de panno seu colore quolibet, uidemi
ni ualde iniuriari quibusdam religiosis uiris uel fœmi
nis, prohibendo ne deferant uestes in colore uel for-
ma habitui uestro conformes. Resp. Multis de causis
habitũ nostrum alios ferre nõ sustinemus, & per priui

Cur habitum nostrũ ab aliis deferrĩ indecẽs sit nec sustinendum omnino.

legium Apostolicũ omnibus inhibemus. Vna causa
quia cum simus ex professione regulæ mendicãtes, si
sub nostro habitu diuersi hinc inde mendicarent, ho-
mines qui iam illis eleemosynam dedissent, & nos uel
alii in simili habitu iterum superuenirẽt, putarẽt, quòd
idem ex auaritia iterum peteret, & scandalizarẽtur de
ipsis uel de nobis, quòd nimis eos petẽdo grauaremus.
Item cũ putarent nobis dedisse, quod aliis nobis simili
bus dederunt, qui inter habitus nescirent discernere,
recusarent nobis iterũ dare eleemosynam, & sic nihil
acquirere possemus & periremus. Itẽ cũ multi intelli-
gerent, q homines magis diligerẽt nos, & libẽtius no
bis subuenirent quam aliis, sub habitu nostro ꝑ terras
discurrerent, & quod nobis dandum esset, ipsi præri-
perẽt fraudulenter, & peccarent, & nos fraudaremur,
& homines grauarẽtur. Alia causa, quia ꝓ ædificatio
ne Ecclesiæ specialiter missi sumus, si sub nostro habi
tu ali⁹ aliquo peccato scãdalizaret hoĩes, vel nos tali-
ter infamaret, uel suã sic nequitiã cõtegeret, cũ reiecto
habitu nostro non agnosceretur, sed frater ordinis no

stri

ſtri putaretur hoc feciſſe, Eccleſia non haberet de no-
bis ędificationem ſed ſcandalũm,& nos freqoentes ex-
inde confuſiones pateremur, cum multa ſimilia atten-
tarent,ſicut comperimua aliquoties eſſe factum. Item
poſſet hæreticus aliquis ſub noſtro habitu in locis op-
portunis docere hęreſim,vt ſic ei quaſi ꝓbato fratri or
dinis noſtri crederetur,& nos ſimiliter infamaret. Item
ſi forte aliquando ex noſtris aliqui in via minus hone-
ſte ſe gererent,cũ ſuper hoc corriperentur a nobis,poſ-
ſent excuſare ſe,quòd ſub noſtro habitu alij hoc feciſ-
ſent,cum de perſonis eſſet dubiũm, quæ fuiſſent. Ne
igitur tantus ordo taliter confundatur,& tot mala inde
proueniant, expedit vt ordinis noſtri habitum nullus
alius permittatur deferre. Quid ẽt mali ſequeretur, ſi
mulieres eum ferre permitterentur,quiſq; prudens per
ſe poteſt perpendere, & ideo eſt ſtudioſſime prohiben
Quæſt. 9. dum. Quæſt. Cum aſſeratis vos ſecundum regulam &
profeſſionem veſtram,nullos debere recipere prouen-
tus,reditum ſeu poſſeſſiones,exceptis domibus in qui-
bus habitatis,videmini tranſgreſſores regulæ veſtræ,in
eo quòd recipitis domos vel areas non cõtiguas veſtris
areis,in quibus habitatis. Eodem enim modo ſi hoc li
cet,poteritis etiam vineas recipere,& agros,& manſos.
& ſimilia queq; recipere,immo grangias,& villas,& ca
ſtra,& terras,& oppida, & quęcũq; fuerint vobis data,
& ſic priſtina paupertas & mendicitas, quam profeſſi
eſtis,paulatim euaneſceret,& non eritis diſcipuli ſancti
Franciſci,cum non ſequamini veſtigia eius, nec eius re
gulam teneatis. De domibus enim vobis contiguis po
teſt eſſe excuſabile,quòd pro dilatãda area veſtra illas
quandoq; recipiatis,ſed de alijs nõ ita,in quibus homi
nes alios pro ceoſu locatis,quem procurator veſter lo-
co veſtri exigit,& in vſus veſtros conuertit de volunta
te veſtra. Reſp. Si qui in talibus incaute agũt,dolemus
& contradicemus, & prohibemus. Qualiter autem in
Quẽadmo-dũ legata poſſint a fratribus recipi. hoc licite agere poſſimus,aduerte,& tunc nõ iudicabis
nos (ſi ſane intelligis) trangreſſores. Proteſtamur nos ſe
cundum regulam noſtram,nil debere ſeu velle poſſeſ-
ſionis,vel certorum redituom recipere, vel habere.
Quia vero mendici ſumus & pauperes, ea quibus pro
præſenti neceſſitate indigemus, ideo recipimus ꝓut li-
cet,ſiue pro ſoluendis debitis,vel alijs neceſſarijs procu
randis. Cũ ergo aliquis ex deuotione vult nobis legare
domum ſuam, vel aream non contiguam noſtræ man-
ſioni,non recipimus eam,nec per nos, nec per interpo-
ſitam perſonam vt noſtram. Sed ſi ille eam diſponit per
alium quemcunq;, vt ea vendita,de precio eius proui-
deatur nobis ex parte ſui, in his quibus tũc indigemus,
procurandis vel ſoluendis debitis, acceptamus. Si autẽ
ille timens ne forte eius talis diſpoſitio p hæredes ſuos
vel alios in poſterum impediatur,& propter hoc pręoc
cupat roborare illam ſigillo alicuius iudicis, vel ciuiũ,
vel alterius,& cõmittit ſic alicui amico ſuo eam, vel fra
trum,qui conſeruat,qđ ipſe diſpoſuit de domo tali vel
area,nil ad nos,cum de rebus ſuis poſſit ordinare quod
volet. Nec domum nec locum talem dicimus eſſe no-
ſtrũ,cum nihil iuris noſtri in ea proteſtemur habere. Simi
liter ſi aliquis diſponeret per amicum vel alium, ꝙ de
precio vel de prouentib⁹ illis vel illis,darẽtur fratribus
tot panes quotidie,vel tantum eleemoſynæ ſingulis ſe-
ptimanis aut annis,non eſſemus propter hoc predij vel
redituum poſſeſſores. Nam ſi me petẽte eleemoſynam,
aliquis diues promittat, quòd ſingulis annis velit dare
fratribus duas tunicas vel tantum vnã, vel ſingulis heb
domadibus tot panes, & hoc cõmitat officialibus ſuis,
vt vice ſui iſta dent etiam eo abſente,& hoc pro fratri
bus recipiam, vel etiam ſi illi negligant dare, admonen
do exigã, nunquid propterea certos reditus habere,di
cendi ſumus,cum non ex iure,ſed ex gratia ſolum talẽ
eleemoſynam recipiam, vel exigam? Et ſi poſt obitum
illius,vxor eius vel alij amici pro anima illius,adhuc ve
lint aliquo tempore talem nobis eleemoſynam p ſe vel
ex diſpoſitione illius largiri,poſſumus ſimiliter recipe-
re ex eadem gratia,ita quòd quandocunq; nolent am-
plius iſta dare,nil peteremus ab eis quaſi ex debito,ſed
amore mendicorum recurreremus ad domum clemen
tis Domini pro quotidiana eleemoſyna,quãdiu illi pla
ceret,ſed quando plus nollet, abiremus vacui, gratias Nota.
agentes de dato, & non murmurantes de negato. Hęc
eſt vera & pura vita mẽdicorum, quod datur ex gratia
recipere,non ex iure. De cenſibus vero domorum fra-
tribus legatarum nihil quærimus,ſicut nec de alijs redi
tibus. Si autem antequam vendantur,aliquem inde cen
ſum recipiunt,in quorum tunc poteſtate ſunt illæ do-
mus,nil iuris habere in eo proteſtamur, ſed eleemoſy-
nam nobis ſponte oblatam ſimpliciter recipimus,ſicut
aliunde donatam. Quia vero Dominus docet nos ca- Matth. 10.
uere ab hominibus,& Apoſtolus ab omni ſpecie mala 1. Theſ. 5.
abſtinere,ne putemur ab ignorantibus trangreſſores re
gulę noſtræ,debemus aperte proteſtari,nil nobis iuris
in talibus donationib⁹ velle habere,ſicut tenetur ſuſpe
ctus de fornicatione omnia illa cauere, ex quib⁹ poſſet Quęſt. 10.
iſta ſuſpicio probabilis iudicari. Quæſt. Cum nulli de-
beretis facere iniuriam vel damnum inferre, hoc nõ ſer
uatis,quia ſæpe contra volontatem plebanorum recipi
tis domos in eorum parochijs, vnde eis multum depe-
rit de oblationibus & alijs prouentibus,dum vos occu
patis loca in quibus alij habitarent, qui eis iſta perſol-
uerent. Itẽ ſæpe ſine licentia Epiſcoporum, intratis eo-
rum diœceſes. Aliquando inconſultis Dominis terræ
vel ciuitatis domos recipitis in eiſdem. Reſp. Non om-
nia quæ fiunt contra voluntatem alicuius, ad iniuriam Reſp. 1. quæſiti.
eius fiunt. Cum ergo ciues alicuius oppidi nos vocant,
& locant nos apud ſe in tali loco,vbi etiam poſſent Iu-
dęos locare,vel areã proludis facere,vel horrea ſeu ſta-
bula de quibus nil prouenĩret plebano loci, etiã ſi nos
ibi non eſſemus,non facimus eis iniuriam vllo modo.
Sumus etiam non deterioris cõditionis quam alij Chri
ſtiani vel religioſi,quibus cõceditur domos recipere,&
loca vbicunq; dantur eis,qui habent ius liberũ dandi
eis, maxime cum per ſedem Apoſtolicam ſit ordo no-
ſter approbatus,& in ſubſidium animarum in Eccleſia
deſtinatus:& hoc bonum per aliorum malitiam nõ de
beat impediri. Si enim nunquam deberemus morari ni
ſi de volũtate clericorum,vix vnquam in Eccleſia poſ-
ſemus diu morari,dum aut per ſe aut incitati per alios,
eijcerent nos de parochijs ſuis potius quam hæreticos
vel Iudæos. Epiſcopis etiam nullam facimus iniuriam, Reſp. ſecũdi.
cum non grauemus eos in aliquo,ſed iuuemus,prædicã
do & conſulendo eorum ſubditis,vt deuotius obediãt,
& onus regiminis eorũ tãto portabilius fiat eis,de quo
in iudicio extremo oportet eos reddere rationem. Si au
tem mouet eos, quòd ſumus exempti a iuriſdictione
ipſorum quoad noſipſos,tunc econuerſo conſolentur,
quòd liberiores ſunt,quòd pro nobis non tenẽtur red-
dere rationem,vt de noſtra gubernatione carent hono
re,ita ſint liberi a ſolicitudine & labore,excepta proui-
dentia pietatis,& inter nos in ſuæ pacis vnitate ſeruan-
da. Domino etiam terrę vel villæ non facimus iniuriã, Reſp. tertij.
ſi eo inconſulto,quandoq; vocati a ciuibus, manſionẽ
recipimus in villa,vbi liberum eſſet eis (ſi vellent) thea
trum facere,vel locare iudęos,vel locum relinquere va
cuum,qa de ipſius fundi poſſeſſione nil ei ſubtrahim⁹,
nec aliquid proprietatis nobis de illo vẽdicamus, maxi
me cum ciues amore noſtræ commorationis ibidẽ Do-
mino refundant aliunde,ſi quid forte de area noſtra de
beret annue cenſus percipere, ſi nolit pro Deo carere.
Nam ſi etiam contingeret, nos poſt hęc a loco penitus
diſcedere,nec vẽderemus aream,nec alicui partem tra-
deremus,ſed ſicut conceſſum eſt nobis,eis ad quos pti
net

net duminium, relinqueremus. Ipsum quoq; oratoriū nostrum non fit parochiali Ecclesiæ præiudicium, in quo nec oblationes eius ad missam percipimus, nec aliquos homines ab ipsa nobis attrahim⁹, quin omnia iura sua viuentes & mortui, Ecclesiæ parochiali persoluant. De sepultura vero constat ex iure communi, qđ si apud nos eligunt sepeliri, possent & alibi si vellēt vbicunq; sine præiudicio parrochialis Ecclesiç hoc facere, nec ad hoc possent in aliquo impediri.

Quæst. 11.

Quæst. Quid ergo dicitis ad hoc, quòd in pluribus locis dicūtur fratres vestri alios religiosos vel clericos eiecisse violēter de ꝓprijs Ecclesijs vel monasterijs, & ibidem eis inuitis sibi mansionem fecisse, quomodo potest hoc excusari ab iniuria & violentia? Resp. Vbicunq; hoc factum est, non est per fratrum violentiam factum, sed vel per Episcopum loci, vel ex iussu Domini Papæ, qui intelligens clericos illos, vel religiosos ibi min⁹ honeste se gerere, vel ad tātam paupertatem redactos esse, quod diuinum seruitium ibi ita esset delapsum, ꝙ per ipsos non erat spes restaurationis, auctoritate Apostolica mādauit illos alibi locari, assignatis sibi certis reditibus, vnde possent congrue sustentari, & fratres nostros ibi habitare, & diuina officia celebrare, cum ad ipsum spectat de omnib. locis religiosis ordinare, vt sacra ibi religio instauretur siue per illius ordinis personas, siue per alias alterius ordinis, sicut viderit expedire.

Quæst. 12.

Quæst. Cum deberetis omnia mala vobis illa patienter sustinere, & nullam super his apud iudices quærimoniam facere vel mouere, qđ est, quòd non solum istud non facitis, sed etiam non cōtenti Episcoporū iudicijs, obtinetis a sede Apostolica iudices & conseruatores, & ad illos quoslibet molestantes, vos etiam leuiter citatis, & grauatis laboribus & expensis, donec satisfaciant vobis pro velle vestro? contra Apost. ad Cor. qui ait. Delictum est in vobis, quod iudicia habetis.

1. Corin. 6.

Resp. Iniurias & molestias ex quib⁹ aliud malum non sequitur, nisi quòd illa hora sentiri potest, vt sunt verba probrosa, vel damna rerum, seu verbera, & similia, possunt viri religiosi æquanimiter sustinere, quia nil aliud afferunt nocumenti. Sed vbi possunt grauiora damna subsequi, videlicet animarum grauia nocumenta, ibi non est expediēs talia tolerare. Nam cum sim⁹ in Ecclesia Dei, ad multarum animarum salutem, a sede Apostolica destinati, per officium docendi & extrahendi homines a peccato, si quis infamaret ordinem nostrum, quòd essemus seductores, aut hæretici, aut criminosi aut non habentes auctoritatem prædicandi, seu confessos nobis & contritos absoluendi cum a Domino Papa vel etiam Episcopis habeamus, non solum læderet nos sic reddendo despicabiles hominibus, ꝙ subtraherent nobis beneficia, sine quibus sustētari non possumus, sed etiam noceret omnibus, qui ex hoc inciperent nos persequi, & grauiter peccarent. Et qui crederent nos tales esse, sicut & ille assereret, nec prædicationes nostas attenderent, nec consilia salutis requirerent a nobis, & iam nullus ordinē intrare curaret, immo debiles mente ordinem tentarent relinquere, quem viderent ab omnibus conculcari. Insuper hæretici se detractoribus nostris libenter adiungerent sub specie amicitiæ, vt nos amplius redderent odiosos, ad hoc vt doctrinam nostram hominibus redderēt odibilem, & ita astute sibi attraherent corda eorum, & paulatim ducerēt in errorem, cum nos maxime timeāt, modo in hoc sibi esse resistentes. Plura alia mala suscitarent nobis veritatis aduersarij, si non haberemus munimen per sedem Apostolicam, quæ non tam nobis quam Ecclesiç & fidei catholicç valde nocerent, & hęc in dedecus ipsius sedis redundarent, quæ ordinem plantauit & confirmauit, & ad profectum ecclesiæ destinauit. Nam & Apostolus Paulus, qui paratus erat omnia aduersa subire ꝓ Christo, videns obesse fidei & Ecclesiæ si traditus fuisset a Fęlice vel Festo iudęis, ipsum perimere cupientibus, Cęsarem appellauit, vt legitur in Act. Vt ergo parcam⁹ eis a peccato iniquæ persecutionis, & nobis a frequenti vexatione, & alijs a nocumento animarum, cōseruatores habemus a sede Apostolica nobis datos, qui priuilegiorum nostrorum iura defendant, & a calumniātibus tueantur.

Act. 25

Quæst. 13

Quæst. Cum denarios seu pecuniam, nec per vos nec per interpositam personam, ex regulæ vestræ ꝓcepto debeatis recipere, & tamen aliqua recipiatis, quę venduntur postea pro pecunia, non video qualiter excusemini a transgressione huius præcepti, quia vendita re illa, sicut prius vestra fuit res ipsa ante venditionem, ita etiam erit pecunia vestra, quę pro re data est, cū non habeat alium dominum nisi fratres, quod illicitum est oībus manifeste. Responsio. Tria eleemosynarum genera dantur nobis. Aliqua enim recipimus quibus vti volumus, vt victus & vestit⁹, & libri nobis vtiles, & similia quę non proponimus alienare ab ordinis vsu. Quædam autem dantur nobis, quibus nūquam in illa specie uti volumus, vt vestes seculares, & libri nobis nō apti, vel etiam aliqua superflua victualia, quibus forte nō indigemus ad præsens. Ista si nolunt fratres recusare propter deuotionem dantium, potest procurator ea vice illorum seruare, sicut pecuniam pro fratribus ei commissam, vt suo tempore inde prouideat eis, quibus indigēt ex parte illorum. Quædam vero dantur nobis pro vsu nostro, & ea per nos recipimus, & postmodum aliquādo contingit, quòd ea volumus alienare. Si illa simpliciter vendimus, tūc fiet sicut dicitis, quòd illa pecunia nostra est, sicut res vendita fuerat ante nostra. Sed ne transgressores regulæ nostrę simus, recipiendo pecuniā per interpositam personam, tres vias pro hac cautela tenemus. Aut enim rem illam quæ vendi deberet, commutamus pro alia, qua indigemus, nō interueniente pecunia, vt librum pro libro, oleum ꝓ cera ad luminaria, & sic de similibus. Aut rem illam damus pro solutione debitorum quantum res illa valet. Aut damus eam alicui vt sua sit, & nobis pro ea de alijs quibus indiguerimus tantum acquirat, quantū res illa distracta valeret. Siue autem ille qui sic eam recipit, postea vēdat, siue reseruet vt suam, nil ad nos, cum iam nō sit nostra sed ipsius, & ita non erimus pręcepti illius de non recipienda pecunia transgressores. Qui aliter facit, videat quomodo conscientiam suam apud Deum iustificet, & apud homines de scandalo se excuset.

Eleemosinarum quæ fratribus fieri solent tria genera

Quæst. 14.

Quæstio. Olim non mendicastis, nisi solum quo indiguistis, nunc autem nō solum petitis pro futuro tempore necessaria, sed etiam de vna specie tanto plus acquiritis, vt vnum pro alio cōmutetis, vt oleum pro caseis, vel similia pro alijs in hūc modum. Responsio. Vt supra dixi, dum pauci eramus, paucis indigebamus, nūc autem plures facti, pluribus indigemus, & sicut aliquando mēdicus per plateas discurrēs (cui solum panis aridus hinc inde datur, quē communius habent homines & paratius quam alios cibos) dat aliquam partē panis ꝓ buccella casei, vel ouo, vel pomo, eo quòd non semper valet arido pane sustentari, cum sit inedia confectus, ita & nos, cum non inueniamus vbiq; singula quibus indigemus pro sufficiētia ad mendicandū, eo quod in omnibus terris non omnia abundent æqualiter, & homines non habent nobis dare illa que non habent, & oportet nos de talibus quę in quolibet loco magis abundant, tāto plus petere, vt per illa & alia conquiramus, quæ aliter ibidem non possemus habere, & quibus similiter indigemus, & hoc non est auaritiæ, sed indigentiæ imputandum.

Quæst. 15

Quæstio. Multitudo est in causa quod multis indigetis, quare ergo magnos conuentus facitis, & nō potius bini vel quaterni, vel ad plus seni vel octeni in domib⁹ pauperculis habitatis, vt quietius et in maiori paupertate ibi viueretis & humilitate, quia pompositas quadā videtur gloriari

riari de multitudine? Responſio. His de cauſis magis diligimus magnos conuentus quā paruos, videlicet, quia maior diſciplina poteſt ibi ſeruari, dum occupatio officiorum in plures diuiſa ordinatius & expéditi' adminiſtratur, & coram pluribus quiſque minus audet negligens aut inſolens eſſe, & quilibet informatur ab altero moribus & ſcientia. Et ex his maior poteſt eſſe deuotio, & ordinatior vita, & officium diuinum pulchrius, & maior cautela contra quælibet tētamenta vitiorum, & nouitij melius ibi informantur. Item, quia maior prouenit vtilitas inde animarum, dum plures ibi ſtare poſſunt confeſſores & prædicatores. Vel etiam poteſt ibi melius teneri ſtudium Theologiæ, in quo habiles exerceantur ad eruditionem aliorum. In paruis autem domibus dum alij ſunt in terminis, alij in villa pro eleemoſyna, alij ſorte debiles et īfirmi, alij occupati officijs in domo, nec diſciplina religionis, nec ſtudium, nec deuotio in diuinis valet, prout expedit obſeruari.

Cur magni cōuētus à fratribus recipiātur.

Queſt. 16.

Quæſtio. Cum videmini zelatores eſſe animarum, & ſancti Franciſci deberetis in omnib. imitatores eſſe, cur ordinem illum qui dicitur pœnitentium, quem ipſe inſtituit, non promouetis, vt vbique dilatetur in Eccleſia, & multi ſaluētur in eo, cum laboratis cōuertere & ſouere ad bonum, qui vobis ſunt minus ex paterna traditione annexi? R. Quòd in alijs laboramus vt conuertantur & proficiant in bono, ibi habemus fructum, & conſeruamus libertatem noſtram, ne plus quam nobis expedit, occupemur per eos. Per iſtos autem pœnitentes ſi multiplicarentur impediremur, quòd alijs minus prodeſſe poſſemus, dum quaſi ex iure exigerēt a nobis, vt ad omnia quæ tangerent eos, eſſemus parati. Alioquin improperaretur nobis, quare ad hunc ordinem eos induxerimus, ſi curam ipſorum nollemus. Si contingeret eos aliquādo aſtare iudicio vel ſęculari vel eccleſiaſtico, vocarent nos, vt eis aſſiſteremus, & pro eis intercederemus. Si aliquis impeteret eos pro debitis vel offēſa, obiurgarent nos, quare non faceremus ei iuſtitiam fieri ab illo, qui in noſtro regimine & obedientia conuerſatur. Et ſiue iuſte ſiue iniuſte moueretur, nobis imputaret, ſi pro voluntate ſua ei nō ſatisfaceret, maxime ſi iſte diceret, ſe nil facere niſi de noſtro conſilio ſiue iuſſu. Si aliquis eorum captiuaretur, vel a domino ſuo vel alio moleſtaretur, vellet quòd fratres cauſam eius agerent, & hinc inde diſcurrerent, vt eum a tali moleſtia liberarent. Sicut vidua ad Eliſeum venit, vt eam a creditoris ſui vexatione liberaret. Si aliquis inops eſſet nimis, & non habens aliūde ſubſidium corporale, iuſtum videretur eis, & alijs, quòd nos ſicut fratribus ſpiritualibus eis prouideremus, & forte plures in illa ſpe ordinem illum aſſumerent, vt eis in huiuſmodi ſubueniremus, & maxime fęminæ vel beguinæ. Si aliqua ipſarum de aliquo crimine infamaretur fornicationis vel adulterij, ſtatim qui nos forte non diligerent, diuulgarent iſtud in noſtram infamiam, dicentes. Ecce ſorores nudipediſſę, paruulos nudipedes procreant eis. Sed a quo illos concipiunt, niſi ab eis qui toto die occupantur cum ipſis? Et laſciui clerici vel laici, in odium noſtri magis eſſent ſororibus illis infeſti, vt aut corrumperent eas, aut infamarent, cū ipſarum dedecus in nos pluſquam in alios redundaret Si quando inter eas aliqua fieret diſceptatio, oporteret nos occupari in reformatione pacis inter eas, propter cauendum ſcandalum aliorum. Si ciuitas vel oppidum indigeret, nō poſſemus eas tueri, qn oporteret eas ſoluere quæſtas & tallias, & obſeruare vigilias nocturnas, & exire cum alijs ad bellū, & habere arma, & equos, vel pro ſe mittere bellatores, vel etiā dominis ſuis a quib. haberent feuda, vel quibus aliter aſtricti oporteret eos in talibus deſeruire. Clerici etiam qui nos non diligunt, imponerent nobis, quòd plebes ſuas nobis vellemus ſub hoc colore attrahere, & noſtræ obedientiæ ſubiugare, vt res eorū nobis cederent totaliter, & quæ ipſis offerre deberent, nos eis præriperemus. Et quando nos non poſſent in perſonis noſtris forte grauare, illos quacunque occaſione quærerent perturbare. Infamarent etiam nos, quando haberemus cum eis aliquando ſecreta capitula, quaſi celebraremus conuenticula hæreticorum in latebris cum ipſis, potius ſi eccleſiæ rectores deberent eos ſecundum morem eccleſiæ corrigere, ſi quando offenderint, & punire. Nam & ipſi eorum magiſtri qui prouinciales dicuntur, cum ſint laici, & aliquando vxorati, quandam habent ſimilitudinem cū hæreticorum magiſtris, & ſi non pro inuidiæ prauitate, tamen in laicali habitu, nomineque hæreticorum in contemptum clerici, laicos habent magiſtros, & doctores. Et cum nos ſub vna forma viuendi, multiplici cuſtodia, vix conſeruemus ordinem noſtrum in ſuo vigore, ne dilabatur per negligentiam, quomodo poſſemus illum ordinem in bono ſtatu diu ſeruare, vbi quiſque vadit in domum ſuam, & exercet negocium propriū, & habet curam domus ſuæ, & vxoris & filiorum, & verſatur in ſæculo, & multis quatitur tentationibus mundi & carnis? Et qui nobis non eſſent aſtricti obedire, niſi pro velle, & quos non poſſemus ſicut expedit coercere, quin cito dilaberetur ſub manibus noſtris diſciplina & iuſtitia, Et ſic melius fuerat nō incepiſſe, quam non poſſe perficere, & tāta negocia aſſumpſiſſe, per quę diſſipatur pax noſtra, & fama vileſcit, & inter nōſipſos poſſunt plura ſcandala ſuboriri. Præter alias occupationes, quas in confeſſionibus eorum & conſilijs, tota die nos oportet habere cum ipſis. Et ſi ſoli diuites admitterentur, inciperent nos homines habere ſuſpectos, qđ pro auaritia faceremus, vt res eorum ſic nobis attraheremus.

Cur pœnitētium ordo tertius non admodum excreuerit

4. Reg. 4.

Et clerici & alij religioſi contra nos grauarentur, ſi familiares eorum eis per hoc abſtraheremus, & inde lites & ſcandala inter nos & ipſos orirentur.

Si autem omnes paſſim admitterentur, fieret confuſio, cum non poſſemus omnes regere vel corrigere, & multa inconuenientia ſequerentur. De ſancto aūt Franciſco alia fuit ratio, quia ſtatus illius terræ, & illius temporis, circa ordinem & homines alios in multis aliter ſe habebat, & ipſius ſancti patris Franciſci, & primorum fratrum eius diffamata ſanctitas effecit, quòd tunc habebatur pro bono, quòd modo, & in alijs terris non talem haberet ſucceſſum. Qui noſtræ doctrinæ volunt corrigi conſilio, poſſunt ſub alia forma & colore ita vtiliter in bono per nos informari, ſicut congruit cuilibet, & tamen nos prædictis implicationibus vel alijs ſimilibus non inuoluemur, & ab alijs bonis vel melioribus non retardabimur.

Queſt. 17.

Quæſtio. Quare ergo ordinem ſanctæ Claræ in cura habetis, per quā libertas veſtra ſimiliter inpeditur? R. Ordo ille non eſt annexus ordini ſeruiliter, vt eis intendere teneamur, ſed ex petitione domini cardinalis, qui vtrique præeſt ordini, miniſtri conſtituunt eis confeſſores, qui eccleſiaſtica interdum ſacramenta miniſtrent, & viſitatores qui eas corrigant. Alij fratres non tenentur occupari pro ipſis, niſi ſicut pro alijs amicis ordinis quando volunt. Et quia clauſæ manent ſub vniformi conuerſatione, hæc facilius regi poſſunt.

Quādocumque autem ordo noſter communiter videret non expedire ſibi curam illarum gerere poteſt ſe ab eis eximere, cum ex regula noſtra non ſimus alicui ex debito niſi ordini obligati, & ſingulari libertate inter cæteros ordines ex priuilegio gaudeamus. Licet autem omnino non poſſimus impedire, quin aliqua fiant in terris iſtis prædicti ordinis monaſteria, tamen ſi nos ſtudioſe obſiſteremus, cito multiplicarentur per conceſſionem Domini Papæ vel cardinalis, & per hoc oſtēditur, quòd non diligimus multum occupari cum

Quæst. 18. ipsis. Quæstio. cum ergo sitis informatores earum quare permittitis, quod plures apud eas in pure, id est per pecuniam recipiuntur, quæ si nihil secum ferrent, nullatenus reciperentur, & aperte simonia videtur. Resp. Si illud alij faciunt, de hoc non a nobis, sed ab illis est ratio exigenda. Sed tamen vt satisfaciamus quærentibus, sciendum, quòd quantum spectat ad hanc materiam,

Recipiẽdorũ ad ordinẽ quadruplex forma.

quadruplex est forma recipiendi ad ordinem qualemcumque. Prima quando aliquis recipitur, nec pro pecunia, nec cum pecunia, sed pure pro Deo, & ista est purissima coram Deo & hominib. Secunda quando aliquis recipitur non pro pecunia sed cum pecunia, ita vt si nihil afferret, tamen reciperetur pro Deo, & similiter hoc purum est coram Deo, sed est caute agẽdum coram hominibus, ne detur eis occasio scandali, & ne sit ibi affectus auaritiæ infectus ex spe lucri. Tertio quando quis recipitur nõ pro pecunia, nec tamen reciperetur sine pecunia, eo quòd non habent aliter ei qui eum recipiunt in necessitatibus corporis prouidere, cum tenues facultates domus vix sufficiant iam receptis, nec ad eas audeant plures recipere, & istos suis necessitatibus spoliare, ita quod talis persona quæ sic recipitur, si abundaret locus, sine pecunijs reciperetur. Similiter aliquis duxit vxorem propter diuitias eius vel nobilitatem, quæ habet nasum, nec tamen propter hoc ducit eam quia nasum habet, quam tamen si naso careret, nullatenus duxisset, & hoc non est impurum, licet non appareat forsitan pulchrum. Quarto cum aliquis recipitur amore pecuniæ, ita quòd si possent illam pecuniam habere sine persona ista, non reciperent personam, sed vt habeãt pecuniam personam recipiunt, & hoc penitus impurũ est & simoniacum, quia ibi pecunia cã est receptionis psonæ, & non econuerso. Vbi ergo recipitur persona pp pecuniam simonia est, quia ibi venditur spirituale, id est, consortium spiritualis societatis, pro temporali, scilicet pro pecunia. Et hoc plerique faciunt, etiam ex mera inopia optantes aliquem venire cum pecunia, quem reciperent, vt eorum inopia repararetur, vel debita contracta soluerentur, vel bona concupita emerentur, vel ædificia construerentur, de talibus dicit Ecclesiasticus. Propter inopiam multi deliquerunt. Vbi verò pecunia recipitur propter personam, quam alias libenter reciperent si haberent vnde eam pascerent, non videtur esse simonia, dummodo forma cum intentione concordet. Et hoc modo sustinemus, quod sorores sanctæ Claræ recipiunt pecuniam cum personis, si quãdo oportet eas plures personas recipere, quam de facultatibus monasterij congrue valeant sustentari. Eccl. 27.

Quæst. 19. Quæstio. Cum doctrina salutis tam necessaria est illis, qui in rure & in abditis locis habitant, sicut illis qui morantur in bonis oppidis, & ita fructuosa esset in eis, & vos æqualiter vocati, & missi sitis ad ædificationem omnium indifferenter: videmini non digne ambulare in tali vocatione, eo q in bonis ciuitatib. & oppidis & villis frequenter prædicatis, in alijs autem locis raro vel nunquam. Videtur.n. q sitis in hoc personarum acceptores, q pauperes contemnitis, & ditioribus prædicatis. Vel quia in ciuitatib. multa habetis bona hospitia, & bene procuramini, quod nõ alibi, vel quia plura ibi dantur munera vobis in speciali seu communi, ideo ibi sæpius prædicatis. Resp. Messis quidem multa eorum, qui doctrina indigerent salutis, sed operarij pauci idonei & fideles, ideo non sufficimus omnibus qui indigent, prout vellemus docendo prodesse, cum nos pauci sumus respectu illorum. In locis etiam siluestribus vel desertis, si qui sunt habitantes, ita sunt dispersi, quod vix possent ad locum congruum prædicationi conuocari. Sed nec ad singula loca eorum possemus venire, vt eis prædicaremus ibidẽ. Raro etiam vacans ab occupationibus nisi in festo, vt prædicationi intendere valerent, & propter diem vnũ festiuum non possemus tota hebdomada in villa morari. Non enim permittuntur fratres tandiu extra domũ suam morari, quòd sic omnes villas singulariter possint visitare, nec haberent in pluribus locis, vnde toto possent tempore cõgrue sustentari. Et si aliquando forte vnus frater vellet & posset aliquandiu pati penuriã, socius eius forsitan hoc non posset. Et si aliqui aliunde vellent ad prædicationes nostras accedere, non inuenirent ibi victualia ad emendum. In opidis autem seu villis vbi abundant victualia, plures possent confluere & melius sustẽtari, & inter plures maior fructus speratur, & a quibus ministrantur nobis plura tẽporalia in eleemosynis, plus etiam requirunt vt eis spiritualia rependamus, non quòd omnino debeamus alios in locis desertis deserere, sed prout se oportunitas obtulerit, debemus etiam eis doctrinam salutis offerre. Illos tamẽ prædicatores & confessores non excusat a peccato negligentiæ, qui magis pro commodo corporis frequentant loca illa, vbi sunt bona hospitia, & nolunt pro salute fraterna diuertere ad villas pauperculas, & ibi pro Christo paupertatem, quam illi homines ibidem semper sustinent, apud illos aliquandiu tolerare, cum ipsi professi sint extremam & perpetuam in regula paupertatem, indignos enim se faciunt eisdem officijs, quæ pro subueniendo omnibus susceperunt, si pro commodo temporali vel muneribus ea vendunt, ideo dicit saluator in Matth. Gratis accepistis, gratis date: non pro munere temporali. Dicitur enim talibus in fine. Amen dico vobis receperunt mercedem suam, quam principalius hic & studiosius quæsierunt. Dicitur etiam eisdem in Trenis. Dederunt preciosa quæque pro cibo, & cætera. Preciosa sunt verba Dei, & auctoritas absoluendi a peccatis confessis, quæ dat pro cibo, qui pro corporis alimẽto ea principaliter impendit. Matt. 10. Matth. 6. Tren. 3.

Quæst. 20. Quæstio. Cum in alijs religionibus & collegijs ecclesiarum, maior reuerẽtia prioribus in ordine introitus soleat exhiberi, quod etiam inter Apostolos aliquo modo seruatum videtur, videlicet in stallo chori, & capituli, & mensæ, & alijs. Magna rusticitas videtur, quòd apud vos nulla in his differentia seruatur, cum Apostolus dicat. Honore inuicem præuenientes. Respons. Sanctus pater noster Franciscus in summa voluit ordinem puritate fundare, vt in nullo gloriarentur fratres, nisi in cruce Domini nostri IESV CHRISTI, id est humilitatis & charitatis eius, qua pro nobis pati voluit, deuota imitatione, cum in huiusmodi excellentijs qua vnus alteri præfertur, in aliquo soleas animus imperfectorum sæpe pueriliter extolli. Quod autem Apostolus docet, honore inuicem præuenire, non tantum ad istas extrinsecas reuerentias referendum est, qua vnus alteri assurgit, vel facit eum se præcedere, & in superiori loco stare, vel sedere & similibus, sed magis ad hoc, vt quisque reputet alium se meliorem esse. In humilitate sibi inuicem superiores arbitrantes, & cætera. Et non sit pronus ad interpretandum facta eius vel dicta in partem deteriorem, iuxta illud. Non ergo amplius inuicem iudicemus, & cætera. Vt offensus ab eo facile ei ignoscat. Donantes inuicem si quis aduersus aliquem habet querelam. Vt studiosè caueat, ne in aliquo eũ despiciat vel offendat. Vnde ait Do. Videte ne contemnatis, & cætera. Vt absenti non detrahat, nec libenter derogationem eius audeat, sicut dicit Salomon. Cum detractoribus ne commiscearis. Vt indigenti auxilium & promptum obsequium libenter impendat, iuxta illud Pauli. Per charitatem spiritus sancti seruite inuicem. Vt eum pure diligat, & apud Deum fideliter in quibus valet, promoueat. Qui hæc negligẽs, tantũ illas extrinsecas reuerẽtias (vt dixi) fratri exhibet, quas plerique magis ad hoc sibi mutuo exhibẽt, ne inciuiles notẽtur, vel adulatorie, vt sibi ista vicissim reexhibeãtur, verbũ Apostoli debiliter de honoris præuen- Rom. 14. Rom. 14. Matt. 18. Prou. 24. Gal. 5.

Digitized by Google

præuentione impleuit. Inter illos igitur qui aliquid exterioris gloriæ, vel officio dignitatis, vel ex alia intentione honesta, cupiũt habere secundum hominem, possunt istę reuerentiæ obseruari. Nos autem extremam, & altissimam paupertatem in regula professos, decet, etiam humilitatem summam in omnibus custodire. In alijs ordinibus vbi tempus & dies professionis cuiusq; potest obseruari, quis prius altero intrauerit, possunt etiam in locis istam prioritatis seruare distinctionem. Apud nos autem vbi sæpe de loco ad locum mutamur, sicut non possumus scire tempus introitus cuiuscunque, ita nec in quo eum debeamus stallo locare, cum ex obliuione, & ambitione, seu ex humilitate plures dicerent, prius vel posterius se venisse. Et aliquoties cognita veritate, contingeret aliquos postea de locis suis forte cũ verecundia remoueri. Et ista perplexitas frequens esset inter nos, quis videretur altero superior propter frequẽtes mutationes, & pro appetitu præeminentiæ, sæpe conscientiæ macularentur multorum. Et maius ex his omnibus detrimentum esset in ordine, quam vtilitas huiusmodi obseruantiæ de prioritatis honore, cum secundũ multitudinem meritorum magis quam annorum quis sit acceptior apud Deum, iuxta illud Sapientiæ. Consummatus in breui, expleuit tempora multa, placita, & cætera. Sap.4. Quest.21. Quest. Cum deceat bonos promouere, & alios ad bonum pro posse, multum videmini ab hac forma declinare, qui scripta vestra in libris, & quaternis tam difficulter alijs prestando communicatis, qui ex eis possent proficere, & alijs prodesse, et aut de profectu aliorum moueri ex inuidia, videmini. Aut ex inani gloria, vt videamini scire quæ nesciunt alij. Aut alia intentione corrupta. R. Quæ possunt etiam bona intentione et inculpabiliter fieri, aliquando temerarium est ea in deteriorem partem interpretari, cum cordis occulta ignoremus, et ea quę in se indifferentia sunt, possunt sæpe pro bono fieri et licite et bene. Scripta enim sua non cõmunicare alijs, sicut potest fieri reprehensibiliter, ita potest etiam fieri inculpabiliter, et licite, et prudenter. Prudenter, quando scriptum nondum est bene correctum vel ordinatum, ita quod alius inde se nesciret expedire, & forte magis esset materia scandali vel erroris alijs rescribenti vel legenti. Idem quod non competit illi qui desiderat, magisque foret ei nociuum quam vtile tale scriptum. Item si ille continuo & frequenter indiget suo scripto, vt si alteri concederet, ipse foret neglectus, cum nemo teneatur se neglecto, alios in minus necessarijs promouere. Inculpabiliter, quando sæpius & si non statim indiget suo scripto, & eo diu carere non potest. Item sunt in petendo multi valde importuni, sed in reddendo tardi, nuõd sæpius pulsati, vix tandem cum murmure concessa reddunt, & pro beneficio ingratitudinis verba impendunt. Item sępe p scriptores polluuntur quaterni & libri, & lacerantur, vel aliter male tractantur sic concessi. Item vnus concedit vlterius alij, irrequisito eo qui ei scriptum concessit, & ille forsitã iterum alij, donec tandem ille nescit a quo reposcere debeat, & sic elongantur ab eo quod nullus directe ei inde respondet. Item etiam sępe perditur, quod ita conceditur, quia forte negligenter relictum alius quasi nulli attineat, sibi illud similiter reseruat. Aliquãdo etiam ille vel iste de loco mutatur, & tam longe vnus ab altero disiungitur, q non potest concessum per nuncios repetere, vel timet in via destrui, vel amitti per nuncium aut pedonem, aut aquam. Illi autem quibus talia restituenda committuntur, quandoque volunt sibi rescribere priusquam illi restituant, vel commodant alijs, vel alicubi relinquunt, donec obliuioni tradunt, & postea negãt sibi fuisse commissa. Et sic plurima perduntur, alijs commodata; aliquando est ligatum in volumine cum alijs operibus, & si illud frater alicui concederet, oporteret eum totum librum dissoluere, cũ graui damno expensarum & laborum in ligando factorum. Sępe etiam cum vni rescribendum conceditur, alij nisi & sibi concedatur, indignantur, & per hoc aut diu cogitur ille scripto suo carere, aut per plures manus transiens sordidatur & perditur. Cum ergo tot causæ sint irreprehensibiles, propter quas contingit sæpe, vt aliquis non communicet alijs scripturam suam, non oportet, vt iudicentur non habere charitatem ad proximum, vel ex inuidia, aut vana gloria, vel rancore, vel alia non bona intentione petentibus hoc negare, licet aliqui ab his non sint immunes. Ille tamen non est excusabilis in hac parte, q & si non ex malitia, tamen ex quadam diffidentia non communicat alijs scripta sua, timens ne si per aliũ prius ea prædicarentur, ipse postea non habeat, cum necesse fuerit, aliqua alia quę proponat, quasi fons charitatis & sapientiæ Dei desiccatus sit, vt non alia pro his ei liberaliter restituat & refundat, si pro charitate, quæ ab ipso acceperat, studeat alijs impartiri. Cum etiam libri & quaterni fratrum sint tantum ad vsum a superioribus suis concessis & ad custodiam commissi, qui cauet cõmissum destrui vel amitti, quod non est eius propriũ, propter hoc non debet maleuolus iudicari. Quæst. Cũ (sicut ipsi asseritis) missi sitis in adiutorium plebanorũ, Quest.22. non in præiudicium iuris ipsorum, quare non prædicatis populo ius plebanorum, scilicet, quantum & qualiter debeant eis subesse, obedire, & quantam habeant super eos potestatem? Videmini enim hoc tacite præterire iõ, vt vobis magis adhæreant, & ea quæ illi donarẽt, in vsum vestrũ callide retrahitis, & sic eos iure suo fraudatis. Respons. Qui bene aduertit, sæpe intelligit, quòd etiam in prædicatione, & consilijs hortamur subditos prælatis suis in omnibus (quibus de iure tenentur) fideliter obedire, & iura sua illjs persoluere, & sententias eorum iuste latas reuerenter obseruare, & eos quasi Dei vicarios honorare, & quod in hoc meritum salutis eorum ex magna parte consistit. Sed quia non valde magnificamus eos in populo, videtur eis, quod parum pro ipsis faciamus. Quare autem hoc dimittimus, plures sunt causæ. Vna ne videamur hoc adulatorie potius facere (vt sic captemus eorum beneuolentiam) quam pro veritatis doctrina, cum prædicatio debet esse aliena ab adulatione præsentium, vel detractione absentium. Ne 1.Thess.2. que enim aliquando fuimus in sermone adulationis sicut scitis, ait Apost. neque in occasione auaritiæ. Altera, cũ ipsi per se sæpe plus amplificent iura sua super subditos suos, q̃ oporteat, pręcipiendo quod non debẽt, prohibẽdo quę non possunt, concedendo quæ non licet, exigendo indebita, fulminando sententias duras, & laqueos multiplicando animabus, quas soluere & expedire deberent, si nos adderemus terrendo populum, & magnificando potestatem clericorum super ipsos, prouocaremus amplius quorundam clericorum audaciam, & aut faceremus simplices subditos pusillanimes, aut tumidos prouocaremus ad proteruiam maiorem, vt magis e contra se erigerent contra clerum. Tertia cum plures clericorũ tam aperte viuant iniuste, quod laici sumant inde graue scandalum, si super hoc vellemus eos magnificare in populo scandalum suscitaremus contra nosipsos, q tã vituperabiles laudaremus, iõ dicitur in Prou. Prou.28. Qui derelinquunt legem, laudant impium, qui conseruant, succenduntur contra eum. Quia cũ plures in clero vt nũc, vel male & contra formam canonum teneãt regimen populi in ecclesia, vel propter excessus suos suspensi sint ab executione officij pastoralis, si omnes cõmuniter magnificaremus, etiam illi qui nõ haberẽt ius, cogerent subditos in his quæ non debent sibi obedire, quasi legitimis pastorib. Si aũt specificaremus quib. essent digni ad obediendum, alij grauiter ferrent, q eos notabiles & contemptibiles redderemus, iõ quasi dis-

simulando transimus. Quamuis autem nonnulli de cle ro plus oderint religiosos, quam Iudeos Christi aduersarios, tamen si saperent, potius diligerent nos pluribus de causis, tam pro temporali vtilitate, quam etiam pro spirituali vtilitate sua. Vna quoniam per nostrã doctrinam subditi eorum plenius soluunt et iura sua, & obediũt eis, & reuerentur eos amplius, licet ipsi clerici hoc
Heb. 13. non credant, dicimus.n. illis dictum Apostoli. Obedite prælatis vestris. Altera, quòd beneficia ecclesiastica quę nos teneremus, si essemus cum eis in sęculo, venientes ad religionem ipsis relinquimus obtinenda, quę quãtum diligunt se habere, tantum deberent diligere illos, qui eis ea reliquunt, nisi potius vellent nos mori, vt ea sic gaudentius possiderent. Tertia, ꝙ sumus testes eorum in doctrina fidei, vt melius credatur eis, quod docent obediendum sibi esse, tanquam Christi vicarijs. Sicut hæretici qui dicunt, quòd clerici pro suo quęstu seducant populum, vt sibi obediant, & dent ipsis oblationes & decimas, vt inde sustententur, & ditẽtur, & sine labore abundent, qui hæc aliunde tam commode non haberent, & ideo confinxerint festa, & officia diuina, animarum remedia, peccatorum penitẽtias, iudiciorum ecclesiasticorum sententias, sacramentorũ administrationes, & alias solennitates, & institutiones sanctę ecclesiæ, & prælationum dignitates, vt horũ omnium occasione exhauriant marsupia laicorum. Sed fideles cum vident religiosos relinquere mundum, & diuitias mundi, & ecclesiastica beneficia resignare, & paupertatem voluntariam profiteri, & tamen hæc eadem docere, & credere, quæ docent clerici, aufertur eis illa hæreticorum suspicio, qua pro sola auaritia possent opinari prædicta omnia a clericis adinuenta, cum vident illos esse testes eorum doctrinæ, qui hæc temporalia pro doctrina fidei reliquerunt. Quarta, ꝙ habeant in nobis aliquem stimulum correctionis, vt minus audeant peccare, & studiosius officium sibi commissum exerceant, & instruantur in aliquibus, quæ ignorant, & ad pœnitentiam prouocentur, & in bono amplius roborentur. Quis alius argueret eorum vitia, cum in simili morbo laborans alium non præsumat curare iuxta illud. Me-
Luc. 1. dice cura teipsum. Item si cæcus cæco ducatum præstet
Math. 15. &c. Quinta ꝙ sumus eorum coadiutores in subleuando onere sibi imposito, vt sit eis hic portabilius, & iudicium durissimum quod fiet in his qui præsunt, aliquo modo tolerabilius sentiant in futuro supplendo eorum vices, prædicando, consulendo, confessiones audiendo, vbi aliqui eorum minus sufficiunt pro multitudine populi, vel pro perplexitate casuum minus ab aliquo imperito instrui possunt, vel parochiani minus faciunt, quam deberent, vt quando eorum subditi timent eis confiteri ex causa aliqua speciali. Sexta, si quis inter eos timore periculi in quo sunt, quærit confugere ad statũ tutiorem salutis, vel desiderio vitę melioris, vult ea quę in mundo sunt relinquere, & statum perfectionis euangelicæ apprehẽdere, apud viros religiosos potest quod
Gen. 19. desiderat inuenire, qui sint ordinis sui fideles obseruatores. Sicut Loth fugiens ab excidio Sodomorum, confugit ad paruulam Segor, i. humilem religionem saluandus. Septima, quòd si immineret aliquando Ecclesiæ necessitas, vel pugna contra hæreticos, vel alios oppressores fidelium, vtri religiosi deberent se promptius exponere, & quasi primi in acie se opponere inimicis, si-
Iosue. 1. cut filij Ruben & Gad & Manasse fuerunt fratrum suorum propugnatores, ad obtinẽdam terram cum pace. Octaua, quòd sunt apud Deũ intercessores per orationis studium, & vitæ meritum, & dominum sibi & alijs placabilem facientes pro venia peccatorũ, pro gratia meritorum, pro amotione quorumcunque malorũ, pro gloria cœlestium præmiorum facilius obtinenda. Quæ nobis præstare dignetur Iesus Christus Amen. Et hæc ad præsens sufficiant pro excusatione nostra, contra calumnias exprobrantium, vel quæstiones ignorantium, qua forma vel intentione aliqua quæ videntur, aliquando minus intelligentibus quoquo modo reprehensibilia faciamus. Qui autem voluerint, possunt plura superaddere, & ista que hic posita sunt, melius explanare, quæ sicut impremeditate, ita & inordinate conscripsi, sicut tunc meæ memoriæ occurrerunt, modo hoc, modo illud, sicut aduertere potest legens.

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS.

Alphabetum paruum boni monachi, in schola Dei.

Vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Obsecro te Deus meus, doce me vias bonæ vitæ pro salute animæ meæ.

MAGISTER.

Lectio 1.

Ama nesciri & pro nihilo reputari, hoc tibi salubrius est & vtilius, quam laudari ab hominibus.

Lectio 2.

Beneuolus sis omnib. bonis & malis, & nulli onerosus.

Lectio 3.

Custodi cor tuum ab euagatione, os tuum ab ociosa locutione & cæteros sensus sub rigore disciplinæ.

Lectio 4.

Dilige solitudinem & silentium, & inuenies quietem magnam, & conscientiam bonam. Vbi.n. multitudo, ibi frequentes strepitus, & magna distractio cordis.

Lectio 5.

Elige paupertatem, & simplicitatem, & cum paucis sis contentus, & non facile murmurabis.

Lectio 6.

Fuge hominem & sæculi rumores, quia non potes esse satis Deo & hominibus, æternis & transitorijs.

Lectio 7.

Gratias age Deo semper, corde & ore, qualitercunque tibi succedit in grauamine & dolore. Nam Deus omnia prouide dispensat in mundo, vero & recto iudicio, ab æterno.

Lectio 8.

Humilia te in omnibus & sub omnibus, & inuenies gratiam ab hominibus, ens quoq; Deo acceptus & hominibus dilectus, & diabolus fugiet citius, propter humilitatis virtutem sibi valde contrariam.

Lectio 9.

In omni opere bono habeas intentionem puram ad placendum Deo, qui inspector est cordis, & diligit iustos & puros.

Lectio 10.

Karissimos reputa amicos, & patronos, qui te premunt & vituperant, si enim recte sapis & consideras, lucrum inde acquires, nam præsunt tibi in bono, qui obsunt in malo.

Lectio

Lectio 11.

Labore & dolore cum gemitu & fletu acquiritur regnum Dei, delitijs & honoribus perditur paradisus.

Lectio 12.

Magnum donum Dei est, pauperem esse in hoc mundo propter Christum, & infimum tenere locum. Magna superbia alrum petere gradum, ad alta semper diabolus suadet, honores ambire, fugere despectum, vt cadat ascensor eius retrorsum, cum ad breue dominatus fuerit pauperum. Minima dona per magna reputa, eris & dignus maiora accipere.

Lectio 13.

Neminem spernas, nulli noceas, afflicto & egeno condoleas, & nunquam te extolles.

Lectio 14.

Omne tempus cum Deo vtiliter expendas. Nihil.n. preciosius tempore, in quo promereri potes regnum Dei in perpetuum. Omnibus quoque te amabilem, benignum, & affabilem sine dissolutione exhibeas. Omnia bona ad laudem Dei referas, & sine consilio & deliberatione nihil facias.

Lectio 15.

Primo semper quære in opere tuo an Deo placeat, vel displiceat, nec timore nec amore age contra conscientiam tuam. In dubijs ad scripturam & obedientiam prælati tui recurre, nec tibi ipsi nimis cõfidens: disce tacere, quam loqui, potiusque velis instrui, quam docere. Tutius.n. est velle latere quam apparere.

Lectio 16.

Quæcunque ad te non pertinent, de his non iudices, nec te intromittas vt semper pacem habeas. Qui communia sectatur & singularia vitat, magis diligetur, & citius ad bonum finem perueniet. Qui tempestiue facit quod debet, lætior postea erit.

Lectio 17.

Reuertere ad interiora cordis tui, & claude ostia oris tui, ne vagari incipias per varia desideria mundi con filio diaboli. Nocent mala audita, tentant pulchra visa, turbant illata vituperia. Recede ergo ab omni iracundo, indocto, dissoluto, & mane in silentio cum Deo.

Lectio 18.

Sobrius esto in victu, modestus in vestitu, prouidus in verbis, honestus in moribus, maturus in consilio, fortis in aduersis, humilis in opprobrijs, & humilis in prosperis, gratus in beneficijs, hilaris in despectib. patiens in doloribus, & discretus in omnibus agendis.

Lectio 19.

Time Deum offendere in minimis negligẽtijs & defectibus tuis. Noli præsumere in bonis, nec desperare in aduersis, Timor Dei facit recedere a peccato, & sollicitat in bono opere, vt bonum bene fiat. Totum te Deo committe, & quod tibi est graue, fiet cito portabile. Pax tua in patientia multa. Leuis est omnis tribulatio pro vita æterna.

Lectio 20.

Vende Deo omnia cõmoda tua, & dabit tibi solatia meliora gratia adueniente in vna hora. Nemo ditior, nemo liberior eo, qui se ad omnia Deo dat, & Christũ amando emit, qui mundum cruce redemit.

Lectio 21.

Christus sit vita tua, lectio tua, meditatio tua, locutio tua. Ipse desiderium tuum, lucrum tuum, tota spes tua & merces tua. Si aliud quæris quam pure Deum, damnum patieris, laborabis & requiem non inuenies.

Lectio 22.

Ymnos & psalmos canere, monachorum est & clericorum, quibus congaudent angelorum chori, laudantes Deum iugiter in regno cælorũ. Seruire carni mors, cibus vermium, nidus Demonum, vita peccatorum, fomes morborum, corruptio corporum, inquinatio morum, perditio bonorum, acquisitio multorum malorũ & dolorum. Seruire Deo, beatitudo animæ, sanitas corporis, prudentia spiritus, vita celestis, dulces hymnos Deo cantat, qui in tribulatione sua Deum semper laudat. Initium & finis omnis boni religiosi. Deum corde amare, ore laudare, & fratrem suum exemplo ædificare.

Lectio 23.

Zachæe frater descende de altitudine secularis scientiæ, veni & disce in schola Dei viam humilitatis, & mansuetudinis, & patientiæ, & per quam possis Christo docente ad æternæ beatitudinis gloriam secure peruenire. Amen.

Conclusio.

Scribe monache alphabetum istud in corde tuo, quasi in libro vitæ, & per singulos dies cartulam tuam inspice, & bonos mores assuesce, pauca sunt verba, sed magna sunt mysteria & perfectorum opera. Ornant exterius, & quietant interius. A contemptu & suipsius abnegatione incipit vita boni religiosi monachi, & proficit vsque ad contemplationem Dei.

Eiusdem autoris alphabetum religiosorum incipientium.

Ama paupertatem, sis vilibus contentus.
Bonis semper actibus iugiter intentus.
Caue multiloquium, studeas silere.
Deum omni tempore præ oculis habere.
Esuriem amplectere, gulam refrenando.
Fratrumque conuiuia segniter sectando.
Gaudere cum gaudentibus, cum flentibus plorare.
Humilibus consentiens maiores honorare.
In omnibus obediens, prælatoque parebis.
Karitatem insuper cum omnibus tenebis.
Lumbos stringe lubricos Domini timore.
Mundans cordis oculum casto cum pudore.
Nihil seruans proprium nudum sequens Christum.
Onus leue sufferens, mundum vincens istum.
Passum Christum recole corde gemebundo.
Quærens Dei gloriam nil aliud in mundo.
Resistendo vitijs orando feruenter.
Sacramentum sumere debes reuerenter.
Tu motum mentis comprime iram mitigando.
Vanaque colloquia solicite vitando.
Christo frui cupiens, cellam frequentabis,
Yesum super omnia sic dulciter amabis.
Zelo Dei feruens charitatis igne.
Et in te peccantibus ignoscas benigne.

Non nomen sed factum, non verbum
sed adiectum, facit beatum.



SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS.

Mystica Theologia, quæ quamuis sit à quibusdam adscripta Henrico de Palma,

A pluribus tamen Sancto Bonauenturæ iure adscribitur.

PROLOGVS.

Tren. 1.



Iæ Sion lugent eo quòd non sit, qui vadat ad solennitatem. Licet Hieremias propheta dixerit hoc verbum, captiuitatem populi sui deplorans, tamē hoc poterit speculator quisque intelligēs exclamare, tātam captiuitatem animarum, tantam declinationem a semitis iustitiæ, & vijs æquitatis in mundo vniuerso discernēs. Viæ enim dicuntur amantium desideria animarum, q- bus ad Deum & ad supernam ciuitatem Hierusalem super omnem rationē & intellectum, etiam in terreno corpore babitantes, animæ subleuantur. Quæ viæ etiam lugere dicuntur, eo ꝙ non sit qui ad tantam solennitatem aspiciat. Eo ꝙ abiecta vera sapientia, tam clerus quam populus mundanis delitijs, vel inutilibus curiositatib. se immergat. Sed quod multo magis est dolendum, & cordis lachrymis incessabiliter lamentādum, quòd multi religiosi, multi etiam viri famosi reputati (veluti quōdam populus israeliticus relicto cultu creatoris sui manufactis idolis seruierunt) sic relicta vera sapientia qua Deus solus perfecte interius colitur, & à solis amantib. adoratur, diuersis scientijs & fabricationib. multipliciū argumentorum inuenticijs, quasi quibusdam idolis miserabiliter mentē impleuerunt. In quibus si absorbentur diabolo instigante, & sic mens ipsorum in istis totaliter possidetur, vt vera sapientia locum in eis non inueniat. Nam hac pessima occupatione (quam Deus dedit filijs hominum) infęliciter captiuantur, ita vt non sit spiraculum quo suum creatorem anima per flammigeras amoris affectiones contingat. Non. n. ad hoc animā creauerat, vt contra suam generositatem multitudine quaternorum ouinarum pellium repleretur, sed ad hoc vt esset sedes sapientiæ, & in ipsa rex pacificus ciuitatis supernæ, s. Deus altissimus, resideret. Sapientia. n. hæc q̄ Mystica Theologia dicitur, a Paulo Apostolo est edocta, a Dionysio Areopagita suo discipulo conscripta, q̄ idem est quod extensio amoris in Deum per amoris desiderium, quantū distat ortus ab occidente oīum creaturarū scientia incōparabiliter præexcellit. Nā alias sciētias mundi doctores edocent, sed de hac, hæc a solo Deo immediate, non a mortali homine, spiritus edocetur. Ista diuinis illuminationib. & distillationibus cęlestibus scribitur in corde, illa vero penna anseris, & atramento scribitur in pelle. Ista vero dicit, sufficit, nam p istam animus causam inuenit, scilicet Deum creatorem suum, & in ipso qui est fons bonitatis totius, & beatitudinis immediatissimę, conquiescit. Alia verò nunquam dicit, sufficit. Nam iustum iudicium est, vt qui non curando de summa sapientia, a summa veritate deuiat, veluti totus in tenebris inuoluatur, & sic p vana & deuia anima infatuata humanis inuentionib. insensata discurrat. Ista affectum inflammat, intellectum illuminat, alia vero quam pluries inueniens veram sapientiam cor eleuatum inflat, quam pluries va ijs opinionib. & diuersis erroribus intellectum obtenebrat.

Vera sapīa inutilibus sciētijs impeditur.

Igitur relicta humana sapientia, curiositate scientiæ inutilis, argumentationum, & opinionum capturis, religiosa anima, per amoris ascēsionem ad fortem omnium desiderando ascendat, in quo solo reperiat veritatem. Sed quia hæc summa sapientia non potest ab homine edoceri, subditur, quomodo quilibet quantumcumque laicus, in schola Dei existens, hanc sapientiam ab ipso immediate recipiat super omnem intellectum, per amoris affectum, quam nullus philosophus, nullusque alius scholaris secularisque magister, nulla humana intelligentia, quantumcunque, studeat apprehendit. Suasio.

Triplex est igitur via ista ad Deum, scilicet purgatiua, qua mens ad discendam veram sapientiam disponitur. Secunda vero illuminatiua dicitur, qua mens cogitando ad amoris inflammationem accenditur. Tertia vnitiua, qua mens super oēm intellectum rationem & intelligentiam a solo Deo sursum actu dirigitur. Nā sicut videmus in pontibus dum fiunt, quòd prius ligna supponuntur, vt firmitas muri lapidei superius ædificetur, & perfecto ædificio iam ligna supposita penitus admouentur, sic & mens cum primò sit in amore imperfecta, post ad amoris perfectionem meditando consurgit, & cum per multum exercitium in amore vnitiuo fuerit confirmata, & propter multas flammigeras amoris affectiones siue aspirationes supra seipsam creatoris sui dextera subleuata, citius quam cogitari possit, sine omni cogitatione præuia vel comitate quotiescunque placet, centies vel millesies de die vel de nocte in Deo afficitur, ad ipsum solum possidendum, innumerabilibus desiderijs aspirando. Sic. n. quilibet nouus discipulus ad perfectionem huius scientię gradatim ascēdat. Vt primo in via purgatiua quæ est puerilis & incipientium studiosissime se exerceat, quæ sic incipit. Iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. Postea autem per mensem vnum vel duos, secundum quòd diuino super irradiante lumine, sibi videbitur expedire, ad amorem cogitando consurgat. Quod si præsumptuosum forte alicui videatur, quòd anima inuoluta peccatis multiplicibus, audeat a Christo amoris petere vnionem, in seipso cogitet, nihil esse periculi. Dum primo osculatur in pede, per peccatorum recordationem. Secundo in manu, per beneficiorum sibi collatorum recognitionem. Tertio ascendat ad osculum amoris, ipsum solum desiderando, & ipsi soli affectibus flammigeris adhęrendo, vt secundum quod subsequenter videbitur dicendo orationem dominicam, prout per ipsum mens cogitando consurgit, ordinate ascendat. Quarto se exercendo secundum viam illam, quæ illuminatiua dicitur, quæ sic incipit. Nox illuminatio mea in delitijs meis. Conscendit anima ad multo eminentiorem gradum & statum, in quo etiam quotiescunque vult sine aliqua cognitione præuia in Deo afficitur, quod ad plenum non potest aliqua humana industria edoceri, sed exercendo per viam purgatiuam & illuminatiuam anima experimentaliter percipit, solo Deo interius dirigente & docente, quod non potest via aliqua mortali vel eloquentia referari, quod nec Aristoteles, nec Plato, nec aliquis mortalis aliqua philosophia, vel scientia potest, nec potuit, nec poterit intelligere, quòd solus amor docet interius, vt discat omnia rationalis anima a summo doctore, & æterno acquirere scientiam, in qua omnis ratio, & intellectus deficit, & affectus per amorem dispositus, transcendens omnem humanam intelligentiam superenatat, sola amoris vnitiui regula

Triplex via ad perfectam sapientiam.

Psal. 88.

Psal. 138.

ad

Digitized by Google

ad ipsum qui est fons totius bonitatis spiritum dirigen
te. Hæc igitur est Mystica Theologia, s. occultus sermo
diuinus, quo mens ardore disposita, linguis affectionũ
Christum suum dilectum occulto alloquitur, in cuius
mystico tractatu sic ꝓceditur. Primo manifestatur via
purgatiua, in qua declarantur tria. Primo quomõ ani-
Diuisio totius operis ma purgari debeat. Secundo qũo vera oratione gratiæ
abundantia impetratur. Tertio quomodo peccator ple
nam de peccatis indulgentiã consequatur. Secũdò duo
manifestantur. Primo de via illuminatiua subditur, vbi
primo docetur qũo mens visualiter per dominicam ora
tionem meditando, ad amorem consurgat. Secũdo quo
modo per eandem viam expositione orationis domini-
cæ, omnis scriptura anagogice totum referendo in Deũ
spiritualiter exponatur. Tertio determinatur de via vni
Eccl. 24. tiua, quæ incipit ibi. O sapientia quæ ex ore altissimi,
&c. Vbi primo manifestatur quanta vitæ sublimitas, &
quanta virtutum consummatio per mysticam sapien-
tiam, ad hoc vt magis appetatur, & ab ipsis exercentib.
acquiratur. Quod si forte alicui legenti nimis difficile
videatur vel propter scientiæ profunditatem, vel pro-
pter verborum obscuritaté, iam illud tangat tertia via,
quæ est super omnẽ intellectum, exerceat se in via pur-
gatiua, & via illuminatiua subsequente, & statim expe-
rietur & intelliget in seipso, solo Deo interius operan-
te, quicquid de tertia via inueniet in scripto, vel audiet
ab aliquo. Nam in hac sapientia necesse est, vt in seipso
primo percipiat experimentaliter veritatem, & deinde
sententiã omnium verborum, quæ ad mysticam sapien
tiam, pertinent in cõparatione cuiuslibet doctrinæ facil
Qũo sapiẽtia differt ab alijs scientijs. limam iudicabit. Hæc. n. sapientia in hoc differt ab om-
nib. alijs scientijs, quia in hac primo oportet vsum ha-
bere in seipso, quam verba intelligere, & practica hic ꝓ-
cedit theoricam. In alijs scientijs necesse est, primo ver
ba intelligere, quam quæ addiscitur scientia habeatur.
Quæ inquantum a nobiliori doctore acquiritur, intan
tum citius possidetur, & ita fit, vt in ipsa aliquis Deo
docente sit perfectior discipulus, quam in aliqua libera
lium artiũ perfecte intelligens magister, vel in arte me-
Psal. 33. chanica bonus faber. Secundo. s. in illo loco. Accedite
ad eum, & illu. &c. docetur quomodo per omnes crea-
turas tam superiores quam inferiores, anima rationalis
ad amorem creatoris obtinendum, perfecte instruitur.
Tertio ipsius Mysticæ Theologiæ textus manifeste ex
ponitur, in quo licet sint pauca verba, tamẽ est quasi in
finita sñia. Qua perfecte intellecta, tã librorũ beati Dio
nysij difficultas, quam totius veteris & noui testamen
ti sensus mysticus veris amantib. elucescit. Nam sicut
ab vno fonte deriuantur plures riuulli, qui quasi in in-
finitos fluuios deriuantur, & sicut ab vno puncto cen-
trali procedunt quasi infinitæ lineæ, sic intellectis illis
pauculis verbis, quę ibi exponuntur, in quib. spiritus e-
docetur, qũo vniri Deo debeat, in suo summo apice cõ
stitutus, & ibidẽ experimentaliter inueniet totius sapiẽ
tiæ originẽ. Ex qua coniunctione mens de inferiorib.
scientijs pręclare intelligendis, sacrę scripturę expositio
nib. verbis idoneis in ꝓdicatione, ad inflãmanda corda
audientiũ fidelis discipulus multipliciter, & affluentissi
me eruditur. Quarto subdũtur octo industrię, in quib.
aĩa ad acquirendã istam sapientiam, & conseruandã ha
bitam sagacititer edocetur. Vltimo contra aliquos scio
los hanc supremam sapientiã impugnantes, & dicentes,
ꝙ nunquã consurgit affectus, nisi pręmeditando & co
gitando, disputatio subditur, auctoritatib. & rationib.
ipsorũ error conuincitur, & huius sapientię veritas effi
cacius enodatur, ꝙ sine media ꝑeunte discretione sed so
lo amoris vehiculo, supra seipsam, quotiescunq; vult ex
perimẽtaliter aĩa subleuatur, qđ nec ratio intelligit, nec
Psal. 32. intellectus speculatur, sicut ibi dicit, gustate & videte.

De vita purgatiua. Cap. 1.
Particula. 1.

IVstitia & iudicium præparatio sedis tuæ, &c. Cũ. n.
anima per mentis affectum ad perfectam sponsi cęle Psal. 88.
stis vnionem peruenire desiderat, necesse est, vt qui
pane angelorum quo beati spiritus reficiuntur in glo-
ria, adhuc in miseria degens, quasi quibusdam micis ca
dentibus appetit saciari, triplici officio angelorũ quasi
gradatim ascendendo, in missione diuinæ influentię sub
leuetur. Cum. n. dicat bea. Diony. in hierarchia angelo- Triplex Angelorũ officium.
rum, ꝙ triplex sit angeli officium. s. purgare, illumina-
re, & perficere, oportet, vt anima quæ vult ascendere ad
illum altissimum panem in præsenti, in quo mentes an
gelicæ absorbentur in gloria, velut eorum imitatrix pri
mo purgetur, secundo diuinis fulgoribus illuminetur,
tertio in supremo apice affectiue cõstituta vnitiui amo
ris culmine perficiatur. Primo ergo dicendum est de pri
ma via. s. purgatiua, quę est quasi puerilis & incipiẽtiũ,
per quam mens adhuc rudis disponitur sine mortaliũ
hominum documento, solis insistens doctrinis cęlesti-
bus, vt experimentaliter quanquam sit simplex vel lai-
cus, ad practicam non ad theoricam illuminationem,
diuina manifestatione necessario subleuetur. Ante. n.
quam illa sapientia, quæ Deus est beatissimus, in spiri-
tu rationali veluti in domo propria conquiescat, iuxta
illud. Anima iusti sedes est sapientię, oportet, vt de ipsa Sap. 7.
iudicium & iustitia fiat. Iudiciũ vt sicut a creatore suo
se auertendo (sicut fit in omni peccato mortali) ipsum,
contempsit creatorem, pro creatura lamentabiliter re-
linquẽdo, sic ipsa humilietur totaliter, vt humiliatio ip
sius incipientis, intantum ipsius clementiam prouocet,
inquantum ipsius contemptus diuinam contra se sen-
tentiam in peccatis anterioribus prouocauit, oportet
etiam vt ibi sit iustitia, vt illa anima quæ aliquando de
lectationem creatoris, in delectationem creaturæ pec-
catis suis exigentibus commutauit, quòd intantum do
leat, vel saltem se non dolere doleat, vt diuinæ iniuriæ
secundum iudicium ipsius tam misericordis, videatur
secundum humanam iniuriam aliquatenus satisfactũ,
iuxta illud. Quantum glorificauit se, & in delitijs fuit, Apo. 18.
tantum date illi tormentum & luctum, vt secundum ar
tem medicinæ per duo contraria. s. per humilitatem cõ
tra pristinum contemptum, per dolorem de peccatis
contra pristinam delectationem, quasi nascens denuo,
illi qui est summa maiestas, & indeficiens bonitas, per
vnitiuum glutinum ardentissimi amoris vniatur. Di-
cendum est ergo, quomodo humiliatio & dolor de pec
catis, quadam necessitate congruente acquiratur. Et li
cet hæc via purgationis puerilis aliquibus videatur,
maximè respectu sequentium, tamen nisi per istã mẽs
circa diuina negociari attendens, solicita & attenta per
transeat, nunquam in præsenti vita ad cognitionem de
diuinis, nec ad ardorem vnitiui amoris practici poterit
accedere, nec ab istis inferioribus suos possessores de-
uorantibus sequestrari.

De modo purgatiuo. Particula 2.

SIc ergo debet anima se humiliare, vt primò reco-
lat peccata sua in aliquo loco occultissimo, & ma-
ximè in secreto noctis silentio, & maiora, succin-
cte, ne diabolus sibi inferat ad delectationem, vnde de
buit habere medicinam, faciem suam dirigendo in cœ
lum, & prout potest, sic maiora peccata sua vsq; ad de-
cem vel duodecim coram Deo quasi in loquendo enu
meret, & enumerando suspiret, ipsum Deum in omni-
bus exaltando, & se in omnib. deprimendo prout po-
terit, dicẽdo. Domine Iesu Christe, vel quocunq; mo-

Digitized by Google

do sibi melius placuerit. Ego sum ille peccator nequissimus, miserrimus, infœlicior, nequissimus, abominabilior, qui tuam maiestatem in tot, & tantis criminibus offendi, vt illa enumerare non sufficiam, sicut nec arena maris præ multitudine numerari potest, & ibi suspiret vel gemat, prout efficacius poterit. Quia sicut lima operatur in ferro, vt in qualibet ipsius singulari fricatione aliquid de ipsius ferri rubigine expellatur, sic quodlibet suspirium, vel gemitus aliquid de rubigine peccati, etiam post infusionē gratię relictum eliminat. Et sic magis ac magis anima se purgans, ad percipienda quę ratio non inuestigat, vel intellectus speculatur, diuino subsidio vel desiderio eleuetur. Et vt intentus dolore cōstringatur animus ad sui confusionem & humiliationem diuina beneficia, primo in generali, secundo in speciali attentissime coram Deo prout melius poterit, sibi ingrato diuinitus collata recordetur. Primo quod

Beneficia generalia.

ipsum quoad speciem tuam nobilem creaturam de nihilo sic creauit dicens. Nonne tu domine me ad imaginē tuam cum nihil antea essem, in tam nobile esse produxisti, vt te tenerem per gratiam in præsenti, & te facie ad faciem contemplarer in gloria? & ego intantum prouocaui districtum iudicium tuum, vt nisi mihi subuenias, magis non nasci quam ad lucem pręsentis vitæ perduci, mihi misero profuisset. Secundo beneficium incarnationis recordetur, sic dicens. Nonne tu domine es ille Rex altissimus angelorum, intātum pro me teipsum adnihilans, vt nostras miserias & peregrinationes itineris ad similitudinem cuiusdam pauperis humiliter sustineres. Et ego domine non me humiliando, sed intantum impudenter extollendo, tuam maiestatem contempsi, in miserias huius vitę momentaneas te fontem totius beatitudinis commutando, quo ergo fugiam? si ascendero in cęlum tu illic es, si descendero in infernum ades. De secundo aliquantulum insistendo, percurrat ad tertium, scilicet ad recordationem dominicæ passionis, sic dicens. Non suffecit tibi dulcissime Domine Iesu Christe, quòd intantum teipsum inclinares vt manēs Deus, carnis mortalis humanitatem assumeres, sed insuper propter vniuersorum mortalium miserias subleuandas, tam dira verbera, tam innumerabilia vulnera tolerasti, vt a planta pedis vsq; ad verticem non esset membrum in corpore tuo, quod non sanguine tuo sacratissimo spargeretur? Quid ergo faciam miserrimus, qui mortis tuę sum causa, non tm̄ vicem pro vice non rependens, sed it tm̄ te in sceleribus meis prouocās, vt digno iudicio deberet contra me pugnare totus orbis terrarum, á summo coeli cardine vsque ad vltimum centrum inferni. Surgant ergo creaturę omnes & veluti domino proprio famulantes, de me vindicent suum proprium Dominum & creatorē, & ibi cogitet de passione Domini aliquantulum, vt per vulnus lateris vsque ad contactū diuinitatis occultæ latentis interius, per experimentum amoris attingere mereatur. Hæc enim tria sunt in generali, quæ nō sibi tantum, sed & omnibus alijs altissimus condonauit. Quæ inquantum sunt generaliora, intantū indicant maiorem diuinam clementiam. Postea cogitet

Psal. 138.

Beneficia specialia.

in speciali, quæ sibi, non omnibus alijs pater totius consolationis contulerit, quem maxime ad religionem fratrum minorum diuina clementia prouocauit, quoniam ista via purgatiua solum est eorum, qui a vita seculari veluti columba vel turtur in desertum in secessum videlicet contemplationis (licet adhuc debiles) supra seipsos auolare nituntur, amotionem omnis culpæ mortalis quo ad iudicium conscientiæ necessarium supponens. Primo ergo recogitet, quot digniores, quot potentiores, quot ēt ad abundantiorem influentiā diuinæ gratiæ magis multipliciter præparatos, reliquit ipse altissimus in miserijs, & mundanis voraginibus inuolutos, & se de tenebris miseriæ conuocauit ad suam incommutabilem veritatem. Secundò non tantum respectu miseriæ modernæ sibi beneficium collatum recogitet, sed & illud diuinum beneficium respectu infernalis miseriæ pertractet, quia multi, qui non tantum quantum ipse diuinæ maiestatis oculos offenderunt, sempiternæ maledictionis pęnis perpetuis detinentur, & ipse qui multo plus idem meruerat, non meritis proprijs, sed dono cōditoris gratuito, ad gratiæ radium in præsenti vocatur, & ad præmium æternæ beatitudinis in futuro. Similitudinem duorum latronum recolēs, quorum vnus ab aliquo rege terreno condignus suspenditur, alter vero plus priore delinquens, sola regis terreni clementia, licet meritis contradicentibus, ipsi efficitur commensalis, gloriam non ignominiam reportando. Tertio illud ad quod vocatur recolat, quia eum nō ad regulā beati Augustin. vel Benedicti redemptoris gratia reuocauit, sed ad illam sacratissimam quam ipsemet elegit, quan-

Matt. 4.

do ductus est in deserto, vbi quadraginta diebus & noctibus continuis ieiunauit, & in maxima paupertate per mundum prædicauit, & saluti omnium ardentissime intendit. Et pcursor suos proprie instituit, & ipsam in seipso seruans, & nobis seruandā monstrauit. Intm̄ alijs regiminib. sublimior est hęc regula, inquantum doctrinam humanam diuinum eloquium præexcellit. Sed & sic persistens in oratione, non tantum cogitet in seipso, sed ad Deum immediate dirigat eloquium suum, tam peccata sua quam beneficia in generali, & in speciali humiliter referendo, tamen cum quodam ordine ista, vel alia secundum quod ipsum Dominus intus docuerit recolendo. Sic per recordationem peccatorum & diuinorum beneficiorum confusus, iam viam humiliationis incipiam, sic dicens. Domine pater totius miserationis, non possum tibi satisfacere de malis, quæ coram te miserabiliter perpetraui, non tibi respondere valeo ad beneficia, quæ mihi miserrimo contulisti, sed quia me interficere non debeo nec valeo, tu me infęlicem interfice, sed si tibi hoc non placet, mitte angelum tuum gladiatorem qui de me vindictam accipiat, sed si hoc propter misericordiam non vis adimplere quod merui, quia me interficere non possum, tamen hoc quod in me est faciēs, me quasi latronem tuum tibi reddo in perpetuū seruientem, nunquam diebus meis vlterius a tuo seruitio recedentem. Tunc prosternat se in faciem, & quantumcunq; poterit, seipsum humiliter deprimendo, & altissimum offensum exaltando, & inquātum humilius intantum ēt citius & abundantius gratiam diuinę misericordię prouocabit. Et tunc de necessitate diuinę cōgruentię oportet, quod qui pijssimus pater videt ipsum sic corā se humiliatum, dolorem conferat de peccatis, vel saltem dolorem quia non dolet, vt per ista duo contra duo prædicta, anima purgata recuperet, iam quoudam quod erat deperditum, & sibi quandoque multo amplius, quam antea idipsum restauretur. Sed si etiā dolorem non poterit, quoad affectum consequi, per ea quę dicta sunt, in qualibet nocte succinctè hoc teneat, quod dictum est, quia creatori sufficit, quādo hō fecit quod in se est, nec non ipse dominus rei exitum expectās quandoq; se subtrahit, vt & ista faciens, dolorem nullum ad consolationē inueniat, vt eius patientia ad tempus per diuinā sustinentiam comprobetur, & vt sibi postea amplior consolatio, & de peccatis cōtritio diuinitus conferatur. Sed quia quę prędicta sunt, non possunt fieri sine gratia speciali, sequitur de impetratione gratię per modum orandi, prout ad vitam purgatiuam pertinet. Sicut.n. oculo corporis vel sensuali de ioculatoribus in curijs magnatum cernitur, quod cupientes aliquod temporale commodum a principe inconfusibiliter obtinere, primo ipsum multipliciter commendant, deinde quod intendunt

De humiliatione q̄ pctōr corā Deo facere debet.

Gr̄a specialis a Deo qualiter peccator impetrare debeat.

dunt, sibi postulant cōdonari, sic & nouus ioculator spiritualis, mundum deceptorem despiciens, debet ordinate procedere. Cum enim Deus in se sit innominabilis, ipsum tamen in suis effectibus nominamus, et per ipsos ipsius magnificentiam collaudamus. Primo enim secundum quod ipse est omnis creaturæ tam corporalis quā spiritualis principium, & origo. Secundo aliquantulum submissius, prout se habet ad cōtemplantes in gloria, scilicet mentes angelicas & humanas, & ipsa contēplatione sua indicibilis pulchritudinis, quam vident, sicut est beatificans ab ipsis omnem eliminans potestatem. Tertio adhuc isto submissius, prout ad omnes creaturas se habet, quibus ipse tanquam altissimus imperat, & omnes tam rationales quam irrationales suæ obtemperant maiestati. Quarto respectu nobilissimæ creaturæ, quæ est homo; & primo respectu eorum qui sunt in charitate famulantium suo creatori, in hoc quòd ipsis adhuc degentibus in hac vita miseriæ superpositus pater, suppositis filijs multa encenia internarū consolationum, veluti quędam futuræ diuinæ beatitudinis siue beatificationis indicia, hominibus quasi nihilum existentibus, veluti filijs altissimus præostendit. Quinto & vltimo respectu existentium in peccatis, quibus in quantiscunq; peccatis diutius sua scelera protelātes extiterint, pulsantibus ad ianuam diuinæ pietatis, ipsos diuina clementia in sinum suæ charitatis recolliget, & perpetratis peccatis sic indulget, vt sæpius ab ipso, quem sic abominabiliter offenderunt, quādoque plus quam innotescunt vberiora & preciosiora beneficia illapsa cęlitus consequantur. In his enim diuina bonitas, ex primordiali diffusionis gratiæ manifestatione vsque ad fęces existentium in peccatis ostenditur. Et hæc quinque breuiter in quinq; his vocabulis includitur, scilicet bonus, pulcherrimus, Dominus, dulcis, misericors. Et postquam in his commendatus fuerit illud quod intendit, plenariam remissionem de perpetratis sceleribus secure poterit postulare. Iste enim modus postulandi & orandi edocetur, vbi sponsus dicit sponsæ. Vox tua dulcis, & facies tua decora, scilicet per interiorē purgationem, obtenebrantem caliginem expellendo, & vox dulcis, vt in quolibet verbo sponsus æternus in aliquo spāliter cōmendetur. Et hæc propriè appellationes sunt cantica canticorum, & intantum a parte animæ, vt quādocunq; mens ad Deum se erigit, in ipsis vocabulis inuolutam dulcedinē inueniat, ne per multiloquas enarrationes & vocales prolātiones animus in tantū colloquio elagetur, sed in his illectus, vel allectus infra se totaliter adunetur. Sic ergo dicat, quoties poterit bono modo isti consimili, bone, pulcherrime, Domine, dulcis, misericors, miserere huius peccatoris, quem redemisti sanguine tuo precioso. In hoc solum attendens, qđ sibi de malis perpetratis parcat clementia saluatoris, nō quod in quolibet verborum includitur theorice speculando, sed affectuose orando, potest illa vel consimilia dicere, prout dicens nouerit, maiorem affectionem in illis vel consimilibus reperire. Sed ad hoc vt mens desiderij completionem obtineat, necesse est, ipsam diuinā influentiam imitari, vt sicut ipse sol spiritualis Hierusalem ciuitatis supernæ, quantum est de se, bonos & malos radijs bonitatis suæ illustrat, sic non tantum pro ppinquis, sed pro omnibus illis, quicūq; sunt beatissimæ Trinitatis imagine insigniti, totis visceribus deprecetur illius clementiam saluatoris, vt sicut omnes creauit, omnes redemit, ita omnib⁹ indistincte dignetur misericorditer subuenire. Et in hoc irrefragabiliter citius diuinā misericordiam prouocabit, & obtinebit, inquatum hominem creatoris vniuersorum, & omnium mortalium redemptoris vestigia (suam charitatē super omnes beatissime diffundentis) fuerit imitatus, nisi quandoq; ad horam, pro se & pro alijs, singularibus orationibus coarctetur petitio, licet semp charitas habeat se diffundere, eundem affectuosum modum quem pro se, etiā pro omnibus exorans, sollicitus allegat, quantum est de modulo suæ paruitatis, sic dicendo. Bone domine, pulcherrime, dulcis, & misericors, miserere omnium peccatorum, quos redemisti precioso sanguine tuo. Et tunc inquantum poterit, habeat istam imaginationem, quando dicit, miserere, vt totus mundus suo creatori inclinetur, per verum cultum & reuerentiam condignam. Sed quia mens omnia ista non potest præ nimia carnalitate & vertibilitate, prout esset expediens, impetrare, oportet, quod ad instar illorum qui habent aliquod magnū in curiæ regalis palatio, vel summi Pontificis expedire, qui videntes se non posse propositum consequi, adeūt aliquem magnum de curia, vt quod per se nō possunt, ipsius mediatoris intercedentis reuerentia impetretur. Quòd si ille pauper aliquem magnum & præexcellentem inuenerit, qui has conditiones habeat, vt sit humilis ad audiendum preces pauperum, gloriosus in curia, vt cum ipso (si necesse fuerit) multi alij pro alio intercedant, dilectus summo Pontifici, vt eius dilectione astrictus, nihil velit penitus denegare atsq; vlla calumnia pauper suum desiderium obtinebit. Sed quia ista inter sanctos alios, in superlatiuo gradu excellentissime in beata Virgine reperiuntur, ad ipsam confugiat sic dicens. Tu quæ es misericordissima præ omnibus alijs, humilius peccatoribus te inclinans potentissima, quia per te ruinæ angelicæ reparantur, per te sanctis vitæ ianua aperitur, & ideo te clamante pro paupere, tecum omnes pariter acclamabunt regi æterno amantissimo, quem tuis sacris vberibus lactasti, & ideo ineffabili glutino charitatis tibi coniunctus est. Rogo, vt per te mea inopia subleuetur, vt sic per te de peccatis meis propriā purgationē obtineam, vt tandē ipsum in isto amore cōstringam, quem tu totis visceribus dilexisti, & tunc dicat ei. Aue Maria, quadraginta vicib⁹ vel quinquaginta. sub certo numero si voluerit diuidendo, vel cōsimile prout sibi melius videbitur. Hoc quasi in signum dilectionis & spiritualis homagij reddēs ei quotidie pro tributo, ipsam non in pictura parietis, non in sculptura lignea, sed in cęlo attente & affectuose salutans; ad ipsā immediate suam faciem dirigendo. Hęc est via purgatiua, & ipsius expeditio, quæ multo plus in corde potest citius recolligi, quam scripto vel verbotenus numerari, hanc purgationem recordetur incipiens breuiter & succincte, & vera sibi latissima via cito apparebit.

In quinq; deus est cōmendand⁹.

Cant. 2.

Citius diuina misericordia ad ntas pšo-nes inclinā tue, qñ gña liter ꝓ oībus hoībus oratur, quá qñ pro aliquo singulari.

Inuocāda est beata Maria.

De via illuminatiua. Cap. 2. Partic. 1.

PEr viam purgatiuam mens ad illuminatiuam immediate erigitur secundum illud Psalm. dicentis. Ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum, quia per gemitus & lachrymas anima a rubiginibus peccatorum abluitur, & per hoc immediate ad susceptionem diuini radij præparatur. Cuius necessitas sic apparet, primo a parte recipientis; nam sicut in speculo materiali videmus, qđ si sit ibi flatus vel aliquod obtenebrans, facies humana quamuis se ei obijciat, nō tamen resultat. Sed cum abstersum fuerit, in ipso facies humana apparet, vt si etiam speculum ratione humana vteretur, ad instar spiritus per illud quod in seipso recipit, ipsum cuius est similitudo reprę sentās cognosceret. Sic cum a rationali spiritu erit eliminata caligo offusiōis, iam ille sol spiritualis gratiæ suę radios immittit, qui quantum est de se, æqualiter omnibus infundit, immo quod plus est, quia sicut radius solis materialis stat immobilis ad fenestram, & statim cum sibi apertum est nunquam retrocedens, nunquam de sua naturali bonitate se retrahens, sed potius domum interiorē

Psalm. 83.

Optima cō paratio.

prius obscuratam irradiat, sic verus sol iustitiæ ciuitatis supernæ, cuius sol iste materialis obscuram gerit similitudinem vel imaginem, nihil aliud expectat etiam immobiliter præsto stans ad ianuam, nisi vt per aliquã abstersionem sibi auditus præpararetur, vt in mente velut in lectulo fœliciter conquiescat per spiritualiũ splendorum irradiationes, animam sibi desponsatam insigniens, & sic a parte recipientis, & a parte influentis irradiatio spiritualis purgationem consequitur. Sed hoc

Sap. 7.

idem manifestatur, per ipsorum distantium coniunctionem vnitiuam. Sicut enim in Sapientia dicitur, ipsa sapientia est candor lucis æternæ & speculum sine macula, oportet ergo vt aliqua cõsimilata conformitas, quando per veram amoris vnionem mẽs humana cãdori lucis æternæ vnitur, & prius semota ab ipsa omni obtenebrante caligine, speculo sine macula conformetur vel comparetur. Vnde oportet primo, quod mens sit quasi speculum sine macula, & statim ad suscipiendum lucis splendores diuiniores disponitur, & sic cum fuerit curata, æternæ sapientiæ conformetur. Sed de quo lumine intelligatur, quod mens anagogice consurgens ad tertiam viam vnitiuam erigitur, sciendum quod sicut sol materialis videtur in corpore terminato inferius, vt ipsum videmus in pariete, videtur etiam in radio suo, scilicet in aere, videtur etiam in seipso vt in fonte solari, sic radius diuinus etiam spiritui apparet tripliciter. Apparet enim in sacra scriptura, quando sub cortice literæ, per aliquod donum intelligentiæ sensus anagogicus inuenitur, quo mens sicut per quendã radium ad amorem sui creatoris multipliciter & mirabiliter erudita erigitur.

Sicut sol materialis oculo corporeo tribus modis videt, ita sol iustitiæ ab oculo interiori.

De isto radio, qui facit semper splendere spiritum, beatus Diony. de diuinis nomi. sic dicit. Indicibilia autem casto silentio venantes, ad illucescẽtes nobis in sanctis eloquijs splẽdores exercemur, & ab ipsis illuminamur. Secundus radius a sole spirituali missus resplẽdet in spiritu, & his solis radijs mens æternis spectaculis suspensa, cum quadam etiam admiratione ad meditandum de supercœlestibus eruditur, de rationibus æternis vel æterna generatione, vel nexu Spiritussancti, & de huiusmodi: quia sicut per solares radios resplẽdentes in aere, nõ per aliquod aliud lumen sensibile, oculus materialis ad contemplationem solis erigitur, sic oculus intelligentiæ per radios immissos a sole spirituali, nõ per aliquam aliam disciplinatam scientiam, vel mortalis doctoris ministerium, ad cognitionem occultorum supercœlestium eleuatur. Et de hac beatus Dionys. dicit. Verte te ad radium, quasi dicat. Non alium doctorem, non aliud exẽplar assumas ad percipiẽda diuina, sed intra teipsum ingredere, & per radios tibi datos desuper, ad contemplationem diuinorum arctius te exerce, quia sicut rationalis spiritus nobilior est inferioribus creaturis cæteris, sic nobilius per immissos bonitatis radios apparet diuina sapientia in ipso. De tertio vero radio vbi ipse fons totius beatitudinis apparet, (quod raptu fit) prætermitto quod fit, quando mens rapitur a corruptione, & sensificatione membrorum carnalium remota, quantum possibile est gratia trahente naturam, dono conditoris gratuito mẽs ad superna rapitur, ipsum facie ad faciem contemplans, cuius glorioso aspectu superna curia iucundatur. De primo radio latitante sub scriptura est præsens intentio, per quem ad amorem vnitiuum ascenditur. Secundus radius amorem sæpius comitatur, quia quanto plus per affectiones amoris mens fonti luminis appropinquat, in tantũ efficacius veluti ipsi vicinior (sicuti de aurora consurgente videmus, quod primo partes propinquas illuminat) radijs diuinioribus adimpletur. Per viam vero tertiam quando mens suspirijs insatiabilibus suspirat dilecto totaliter vniri, ad tertiam irradiationem in qua plus agitur, quã agat, diuinitus subleuatur, & sibi diutius suspiranti dicitur a dilecto. Amice ascende superius. De hac Dionys. in mystica theologia postquam dixit. Consurge ignote ad eius vnitionem, quæ est supra mentem & cognitionem, vbi tradit amoris vnitiui practicam, vbi scilicet ad ineffabile mysterium cõsurgit affectus, quod ignorat intellectus, postea subdit dicens ad Timotheum sic. Sic enim omnia a te auferens & ab omni irretentibili & absoluto, mundẽ ad diuinarum tenebrarum radium sursum ageris.

In Epistola ad Titi.

Luc. 24.

Vnde & in consurrectione vnitiui amoris dicit; consurge, quia simul ibi operatur natura & gratia, postea dicit, sursum ageris, quia non natura sed gratia mens ad experimentalem & immediatam cognitionem cœlestium eleuatur, & per illã animus ad illam disponitur. Sed quia de via illuminatiua est præsens intentio, dicẽdum est quomodo lumen in scripturis apparet, deinde quomodo per istud lumen ad tertiam viam, scilicet vnitiuam ascendamus. Et quod omnibus pateat, quod in omni scriptura sancta iste radius latitat velut lumen in testa, subditur exemplũ in vno, scilicet in oratione dominica, vt simul ex vniuerso nouo & veteri testamento ab vniuersis veritatis discipulis comprobetur, & vt non sit aliquod verbum, ꝗ non colloquijs sponsi, & sponsæ interius repleantur.

De triplici anagogia. **Parti. 1.**

NOx illuminatio mea in delitijs meis, &c. Nox enim hic vocatur obscurus cortex scripturæ exterior, vel etiam omnis insensibilis creatura, per quam mens interius irradiatur ad hoc, quod anagogicẽ in vnitiui amoris delitijs conquiescat. Via enim purgatiua respondet ordini angelorum, nam ibi tunc primò purgatur anima, ad hoc quod primò Deus in ipsa veluti in loco mũdo resideat. Ista aũt, vt dictum est, respondet Cherubin. Cherubin plenitudo scientiæ interpretatur, tantũ autẽ per artem huius theoricæ scientiæ lumen acquiritur, & tanta sapientiæ dilatatio in scripturis, vt quot verba in nouo & veteri testamento, quot creaturæ in mũdo, tot habeat ãĩa intelligentias, vel sermones, totum ad Deum ad punctum amoris omnia referendo, vt postea apparebit, tertia autem, i. vnitiua respondet Seraphin qui interpretatur ardens, ibi enim in tanto ardore fertur anima in Deum, vt maximẽ corpus per extensionem affectuum & motuum quandoque mirabiliter affligatur. Sciẽdum est igitur, quod triplex est anagogia. Vna quæ est de Deo in se, vt mentes cœlestes beatificãs, in gloria, vt dicitur de Dauid, ꝗ erat quidã homo ad literã, qui dicitur optimus propugnator, & moraliter significat animã, quæ ita debet viriliter pugnare contra diabolum, contra ipsum etiam insurgendo, & spernendo, ne seipsam permittat tam vili Domino subiugare, & a dulcissimo Iesu Christo in perpetuũ separari. Dauid etiam dicitur Goliam percussisse, signans allegorice Dominum Iesum Christum, qui diabolum superauit, pacem populo suo acquirens, & cætera. Dicitur etiam Dauid pulcher aspectu, inæstimabilẽ pulchritudinem diuinæ substantiæ signans, in suæ pulchritudinis visione, lætitia indicibili lætificantis in requie beatitudinis æternæ omnem mentem angelicam & humanam. Vnde in Ioan. dicitur. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesũ Christum. Et hæc est anagogica expositio, secundum quod Deum beatificantem respicit. Alia est anagogia, quæ respicit Ecclesiam militantem, inquantum in sponsi amplexibus totaliter inauertibiliter perseuerat, vt Hierusalem ad literam, quædam dicitur ciuitas. Hierusalem enim ciuitas optime munita & fortissimis muris circundata dicebatur, & significat ipsam fidelẽ animam

Psal. 138.

Triplicis anagogiæ expositio.

1. Reg. 17.

Ioan. 17.

mam

Digitized by Google

niam mortalem, quę debet interius muniri armis virtutum gratiæ, & amoris, sine quibus armis, nullus vnquam potuit, nec poterit Diabolo resistere aduersanti, quæ etiam debet exterius muris fortibus circundata esse, & hoc in honesta cōuersatione, & quinque sensuum mortificatione, quibus amore vnitiui regnantis integritas inexpugnabiliter conseruabitur. Secundo in hoc, quod sedes regni dicitur, Ecclesiam venturam fidelium sub Christo principe figurabat, in qua regnat ipse rex pacificus, sub cuius persona quondam dicebat Isa. Deus

Isa. 33.

legifer noster, ipse veniet, & saluabit nos regens militantem Ecclesiam exemplo vitæ, & verbo doctrinæ. Tertio Hierusalem interpretatur visio pacis, quod Ecclesiā triumphantem signat, in qua sunt habitatores pacifici, quia illius fęlici præsentia gratulantur, dicentes, & clamantes (gaudiorum ciuitatis æternæ super plenissima præmia admirantes) Melior est dies vna in atrijs tuis super millia.

Psal. 84.

Et hæc est anagogica expositio, Quid sit anagogia. proprie dicitur anagogia, idē quod sursum actū.

Anagogia quid.

Vbi etiam recte inter sursum actum, & illum ad quem supra se aspirando ardentius eleuatur, distantia annotatur. Vnde proprie, neque inter beatificantem altissimum, & illos quos ipsa pax vera beatificat, neque similiter econtra est proprie sursum actio extensiua, sed potius tanquam cum rege existentes fęliciter in thalamo, in ipso tranquillitate admirabili conquiescunt, & tanquam supra se iam in ipso exiltētes, ad ipsius vnionem, vel imitationem desiderabilem vlterius non aspirant. Sed hoc proprie sponsę adhuc a sponso peregrinanti cōpetit, quæ adhuc tanquam distans, ipsi insatiabilibus suspirijs vniri desiderat, quod in separatione animæ a corpore in tranquillitate vitæ plenissime obtinebit, secundum quam sapientiam anagogicam currunt cantica canticorum, cum dicit. Osculetur me osculo oris, & cætera.

Can. 1.

Et illud. Trahe me post te, & cætera. Et iterum. Veni dilecte mi, & egrediamur in agrum, & cætera. Quæ petitiones nihil aliud sunt, quam ignita suspiria, & inquietę affectiones, dilectum ad sui sursum actionem fœlicius obtinendam ardentius prouocantes. Similiter, & ex parte sponsi ad sponsam, cum dicit. Aperi mihi soror mea, sponsa mea, & iterum dicit. Veni de libano veni, &c. & iterum dicit. Surge propera amica mea & cætera. Quæ sponsi colloquia nihil aliud sunt, quam radiationes scintillantes emissæ ab ipso, affectum ad ardentiora desideria & inquieta suspiria importune incitantes.

Can. 5.
Can. 4.
Can. 2.

Acquiritur enim ista ars magis per amoris vnionem, secundum quam (vt dictum est) præsens est intentio, hanc vbique inclusam in sacra pagina ostendentes, exemplum ponamus in vno, vt simile in alijs sacrę paginę locis idē ostendatur, & ne longius hoc exemplum protraham, primo subditur in oratione dominica. Pater noster, & cætera.

Per qd ars anagogica acgratur.

Sicut enim in sensu literali artificialiter procedendo, sic etiam in anagogico primo captatur beneuolētia insundentis, secundo petitiones suas multiplicat. Sed primo ab ipsa dilectus in tribus præcipue cōmendatur, captando ipsius beneuoleniam in suis petitionibus, vt sua beneficia conferenti Domino ascribens, idem Dominus fauorabilior habeatur, Primo vt perfectę & spūalis generationis principium, secundo vt suæ bonitatis velut quoddam diffusiuum, tertio in habitaculi & mansionis dignitate qui tanquam rex præcellens habitare non dignaretur, vbi est firmum habitaculum, siue tabernaculum, & decore multiplici interius decoratum. Primum per pater, secundum per noster, tertium per cęlis.

Orōnis dominicę anagogica declaratio.

Imprecatur primo illud, quod est secundum proprietatem vocabuli anagogice ad sensum mysticum transferendo. Verbi gratia. Pater ad literam nihil aliud est, nisi qui de se aliquid emittendo, filium progenerat, sic anagogice transferendo verissime pater ille dicitur, qui tamen non naturaliter sed adoptiue multos filios generat, a se germen amoris deificantis emittendo, quo mēs perfecta natiuitate gignitur, quando viuere iam in vera vita incipit, sine quo a natura quātum ad verum omne nihil penitus efficitur, verius & efficacius progrediēs, qō de Deo vero qui est vera vita nascitur per amorem, quam quando de nihilo, quantum ad esse naturæ in natiuitate culpabili duxit primordialem originem, a quo non tantum vt principio affluētissimo vitam emittendo cœlitus generatur, ab ipso sensum & motum spiritualem recipiens, qui veræ vitæ principaliter attestantur, sed vsque ad perfectam ætatem claritatis æternæ, & quando ipse videbitur facie ad faciem, micas panis consolationis internę recipiens, scilicet Dei corroborantis, & confortantis amorem, ab ipso paterno affectu misericorditer educatur, & hoc totum importat hoc quod dicit, Pater, mystice occultatum, vt est totius vitæ fontale principium.

Pater.

Sequitur, noster, vbi laudatur ipsius beatitudinis inclusæ diffusio, quasi dicat. Tu es ille qui ratione tuæ latissimæ bonitatis, nō singulares personas consideras, sed omnes rationales spiritus quantum ex te est, per immissos a te radios ad te trahis, vt non aliqui quantūcunque excellentiori & præclara religione eminentes, te fontaneam bonitatis originem sibi appropriare valeant, sed vt non sit mēs humana vel angelica, quæ se abscōdit a calore tuo naturaliter abstractiuo, & hoc per noster, anagogice importatur.

Noster.

De triplici proprietate. Sequitur, qui es in cęlis. Hic captatur beneuolentia a ratione excessiuæ vel præcelsiuæ mansionis. Cœlum inter alia præcellit triplici proprietate. Est enim continue mobile, firmum, & varijs syderibus in ipso refulgentibus adornatum, hoc ad sensum anagogicum transferendo, sponsa sponsum in suo cubiculo collocans, in secreto cordis armario debet hac proprietate triplici adornari.

Qui es in cęlis.

Cęlū triplices habet ꝑ excellētes ꝓprietates.

Primo quod sit firma, & secundum hoc loquitur sic. O dulcissime tu qui es in cœlis, id est illarū mentium thalamum inhabitans interiorem, iam non tantum præsentialiter, potentialiter, & essentialiter, vt in alijs creaturis, sed vere teipsum qui es hospes iucunditatis & solatij sensibiliter & familiariter repræsentās, his qui ob amorem tuum efficacius obtinendum, vale facientes cæteris delectationibus dederunt libellum repudij, & tibi soli quietanti mentes in amore viuentes, continuata suspiria, impedimentis resecatis, glutino amoris suauissimi colligati, tibi firmissime & ineradicabiliter adhæserunt, vt sit etiam ipsis fortis vt mors dilectio, vt in canticis dicitur ad suam radicationem firmiorem sponsa proclamans ad paranymphorum subsidia, scilicet angelorum, quibus tanquam socijs adiuuatur, ita dicens. Fulcite me floribus, stipate me malis, vos qui videtis eum facie ad faciem, vestris consolationibus ipsum ad mihi subueniendum vberius prouocando, quia languco calore vnitiuo, æstuans ipsum totaliter amplecti desidero, quem adhuc paupercula in miseria existens, tam iucundum Dominum experimentaliter præcognosco.

Prima proprietas est firmitas.

Can. 8.

Can. 2.

Sequitur alia proprietas, cōtinue mobile, tunc enim mentem verissimus sponsus æternus certissime visitat, & eam inhabitat, quando non iam laboriosa tarditate in vnitiuis motibus, sicut cum esset in status incipientis exordio, se sursum erigendo affligatur, sed diuturno exercitio tantam agilitatem affectionum diuino meretur beneficio, & gratiam effluētissimæ largitatis accipere, vt quotiescunque vult, quasi sine afflictione inquietatiua suorum desideriorum dilectio mentis vt sursum ardenter agatur, afficitur, tūc ipsam Deus virtutum spiritualiter inhabitat, non tamen actu continuo (quod est super vires conditionis humanæ, propter laxationes virtutum.) sed continua habilitate motus amoris secundum libitum suum eliciente facilitatur, & affectus motui firmamenti similatur. Vnde qui in primis lento gradu & debili, vago &

Secūda est mobilitas.

tepido

Digitized by Google

tepido ad modum testudinis ambulabat, nunc currendo celeriter, ita vt môtes & colles, id est dignitates tam ecclesiasticas quam mundanas, ipsas vilipendendo trãsiliat, & hoc est quia in parte exaudita est eius petitio, cum interius voce suspiriorum diutissime proclamet, ita, trahe me post te. Quia ergo tracta est ab illo, qui solus potest ipsam supra se eminentius eleuare, prius lenta, iam currit in odorem vnguentorum suorum, quia nimirũ ardentiorib. desiderijs, plus solito ad spõsi amplexus erigitur, quia de encenijs Hierusalem ciuitatis supernæ veluti quibusdam micis cadẽtibus de mensa dominorum suorum, quæ experimentaliter præcesserunt, degustauit. Quia ergo non tantum sponso aperuit, ob cuius amorem mundana gaudia ipsam obfuscantia cõculcando respuit, sed pulsanti ad ostium cupienti intro ire, in occursum perrexit in affectiones flammigeras cõsurgendo, qui non propter seipsum, sed propter ipsam intrando inhabitat, cibum solidę affectionis apportãs, vt cœnet cum ea & ipsa secum. Sic enim in loco continuo mobili dilectus requiescit. Sequitur de tertia proprietate, diuersis syderibus adornatum. Cum enim virtutes efficaciore virtute siue purgatiore indigeant, nondum plene floridus & pręclarus dilectus mentem inhabitat, cum inordinatio virium, & immodesta delectatio sensuum, mentem nubilosa caligine obtenebrent, & qa lippos adhuc habet oculos, non est accepta acceptione gratissima æterno Iacob, qui Deus altissimus est, cuius pedibus omnia sunt subiecta, vt ab ipso in copulam desponsationis indiuiduam assumatur. Quare quia nulla conuenientia lucis ad tenebras, sed cum virtutes sunt purgatæ lumine virtutum clariori, ab interiori immunditia, vemens virtutum splendore fulgeat, sicut firmamentum syderibus resplendeat, ita vt suæ irradiationis claritate multiplici, & dignitate sui luminis aspectu spõsi ad sui placidam conspectionem promoueat, vt etiam luminosa gratiæ, & virtutum in mente multiplicata claritate, placidas exterius in cõspectu hominum faciat apparere, & sic ipsum dilectum altissimum in suo decore iam prouocat, vt ipsam familiarius ĩhabitare dignetur. Quod cito assequitur, cum ipse dilectus istud amplius quam ipsa desideret, vt prius mendica, modo regina, prius mundanis delitijs intenta insensibiliter sedeat ad sinistram, modo transformatione amoris transeat ad dexteram. Quæ etiam prius offuscata & inuoluta peccato leuitatis, modo preciosissimi amoris auro textũ induitur vestimentum, prius sordida diuersis vitijs, modo formosa virtutum fulgentium multiplici colore refulgeat, intantum, vt paranymphi, id est amici sponsi, scilicet angeli purgationem victoriosam acceptantes, dicant sponso. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato. Captata beneuolentia subditur de petitionibus.

Tertia est ornatus.

Psalm. 44.

Can. 1.

Prima petitio.

Septẽ sunt petitiones: in orõne dominica.

SAnctificetur nomen tuum. Septem petit, quorum prima quatuor, boni adeptionem, alia mali remotionem respiciunt. Primo enim petit illa quatuor, vt dilectum suum sine contrario retardante possideat. Secundo vt non in aliquo se obliquans, limites regularum veritatis transiliat. Tertio vt ipse beatissimus non tantum sibi id quod ipsa sentit, sed omnibus alijs peccatoribus per ipsius misericordiam innotescat. Quarto vt in consecutis ab ipso beneficijs, per ipsius manuductiuam sustentationem inauertibiliter in omnibus perseueret. Primo (vt dictum est) vocabuli proprietas assumitur, ad sensum anagogicum transferendo sanctum, & idem est quod sine terra. Sine terra ergo efficiatur nomen tuum in me, quod nomen est mirabile. Vnde in li. Iud. dicitur. Quid quæris nomen meum, quod est mirabile? Tunc enim mundanis delitijs deturpantibus, & imbuta terrenis desiderijs anima male viuens in amore, tranquillitatem serenam ingentem intelligere cordis lætitiam nec sentire vllaterus potuit, qa erat hõ & non Deus, carnalis & non diuinus, amore deificante est ab hominibus omnibus separatus, cum equis terrenis, i. affectionibus ineptis, insensatus, & carnalibus desiderijs traheretur, secundum illud Isa. Aegyptus & non Deus. Sed cum extensionibus ignitis aliquantulum ad experimentalem & diuiniorem lætitiam mens amantis attingit, cum nondum terrenis affectibus se sentiat expeditam, quia ad hoc virtus propria non sufficit, sciens se duo contraria simul nõ posse possidere, terrenam ponderositatem, ob carnem corruptibilem inferius attrahentem, petit a dilecto instantius remoueri, cum prior oblectatio respectu dignitatis sequẽtis lætitiæ iam vilescat cum ratione oppositionis spiritualis iucunditatis prioris gaudij denudet amaritudinem, cum radius interior licet non sit in perfecta plenitudine, tamen mundi deceptionem, & turpitudinem apertius manifestet, vt sic rubigine consumpta, igne amoris leuis effecta, pennis affectionum superius eleuata & stupefacta, admirabilem in præsenti certissime sentiat, quem aduenam ignorabat, vt per multas affectiones & continuata desideria multo tempore desideratũ inueniens, dicat admirans præ gaudio. Vere tu es Deus absconditus, tunc enim nomen quod est mirabile sanctificatur, quando in sua petitione exauditur, vt terra remota, id est carnalitate, solus sponsus cum sola sponsa mirabiliter præsentetur.

Iud. 13.

Isa. 35.

Isa. c. 35.

Secunda petitio.

ADueniat regnum tuum. Tunc enim regnũ Dei in animam venit perpetuo solio stabilitũ, quando intantum virtus ardentis amoris præualet in spiritu, vt non solum inordinationes interiorum sensuũ velocissima iurisdictione viriliter comprimens, domina totius regni spiritualis appareat, sed cum virtute ipsius amoris omnia acta iudicio rationis præsentantur, vt illud quod plus dilecto placere decreuerit, semper in omni actu exerceat, iam se cum suo corpore in obsequio ipsius dilecti adnihilans, per radios immissos ab ipso, pcogitans quæ beneplacita sunt illi, & ipsa cum discretione inauertibiliter exequatur, & si non semper actu, hora tamen consueta faciat orationem, nisi aliqua de causa exteriori vel maiori obedientia pręeditus, voluntas tamen in conspectu dilecti appareat non inanis, vt iam in omnibus non quærat quæ sua sunt, sed quæ Dei, secundum Apo. vt iam in ipsa regnet solus Deus, cum iã seipsam voluntas sacrificium medullatum obtulerit, quia iustum est, in ipso a quo creata est, finaliter conquiescat, ipse solus in ipsa solus resideat, vt sub ipsius regno reseruetur intacta, vt in ipso refrigerium suaue inueniat, & dicat præ gaudio. Sub vmbra illius quem desideraui, sed & subdit rationẽ, quia fructus eius dulcis gutturi meo. Tunc enim vere regnum aduenit, qa sub vmbra illius altissimi sedet, qui est rex regum, & Dominus dominantium, quem ipsa perfecte obtinet, quando (vt dictum est) voluntatem suam secundum quod humanæ fragilitati competit, Deo totaliter consecrauit, nulli creaturæ penitus subiacendo.

Phil. 2.

Regnum Dei in animam venit quando ipsa non quęrit sua.

Can. 2.

Apoc. 19.

Tertia petitio.

FIat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Cum enim vere non diligat, nisi quem diligit, & velit eum ab omnibus venerari, petit sponsa (quæ per

cęlum

Anima iusti signatur per cęlum, peccatores autem per terram.

cęlum signatur vt dictum est)vt id quod sentit alijs pec
catoribus (qui per terram denotátur)misericorditer in
notescat,vt ipse qui solus est colendus, & insaciabiliter
adorandus,sic se benignũ peccatorib.in sua reuelatione
exhibeat,vt scintillam veritatis & stillã roris,ipsum vni
ce attingentis,ipsorũ mentibus impartiendo distribuat,
vt omnis lingua exardescentis affectionis interior, qua
tione solus spiritus creat' spũm increatũ alloquitur,cõ
fiteatur experimentaliter cognoscendo, vbi est ineffabi
le iudiciũ,quod Dominus noster Iesus Christus in glo
ria est Dei patris,diligentibus ipsum, & derelinquenti-
bus terrena gaudia , ad multo illis preciosiora munera
multipliciter conferenda . Secunda ratio quare in glo-
ria patris esse dicitur,vt per amoris desideria vere dili-
gentem ipsum ad suę integritatis vnitatem misericordi
ter erigẽdo,suæ sollicitudini compatiens,in sinu suo im
Hierem. 31. mobiliter collocet,sicut Dominus dicit,in ppetua cha-
ritate dilexi te,ideo attraxi te miserans. Ait ergo. Fiat
voluntas tua sicut in cœlo,scilicet firmo,continuo, mo
bili,diuersis luminibus adornato,vt dictum est anago-
gice reducendo,& in terra.i. peccatoribus, scilicet qui
non immerito terra proprie nominantur; quia longe a
regione ignis sunt positi,per cuius consumptionẽ pur-
gatiuam,anima leuigatur,vt in terris existens,celestes a
mando & desiderando obtineat mansiones,quia vbi a-
mat ibi proprie inhabitat . Hoc nomen terra,nõ potest
exponi anagogice per essentiam,sed tantũ per causam,
quia sicut amor est causa,vt mẽs omnia bona per amo-
rem obtineat , sic absentia illius est causa omnis defe-
ctus scilicet pęnalis & culpabilis,id est venialis,& mor-
talis. Et hoc est quod dictũ est,quòd peccator terra di
citur , quia a leuitate amoris ignei distantius elõgatur,
& in talibus , quæ culpam dicunt vel defectum,est ars
alia exponendo anagogice , vel quia proprietatem de
se non habent,quæ sponsæ tendentiam ad dilectum re-
spiciat,& alia q̃ hic exponuntur per amoris absentiam,
sicut alia creatura, vel scriptura aliquam proprietatem
habet in se inclusam,qua sponsa ad sponsum erigitur ,
ad sensum anagogicum transferendo,vt sicut vnitiui a-
moris præsentia sit causa omnis boni , sic eius absentia
occasionaliter est præsentia omnis mali,non quod carẽ
tia sit aliquid in spiritu,sed quia per carentiam amoris,
aĩa non habet retinaculum , iam vaga per deuia quasi
Tren. 4. effrenata discurrit,& incurrit omnem miseriam,& non
immerito,quia denigrata est super carbones facies ei',
& intantum viluit regio diademate priuata , scilicet de
omnipotenti amatore suo qđ omnes amici eius spreue
Tren. 1. runt eam,scilicet Angeli,& facti sunt ei inimici, quia iã
non est ipsis mentibus cęlestibus conformis affinitate
amoris,ideo ipsi.s.animæ inimicati dicuntur, quia a sui
subsidio,scilicet Deo omnipotẽti priuata regali signacu
lo elongatur . Nõ igitur immerito dicitur,quòd anima
caret omni bono,cum amore priuatur,quia iniquitates
sua diuiserũt inter se,& Deum suum.s.illum quem nec
1. ad Co. 2. oculus vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascen
dit,quem præparauit Deus his qui diligunt illum. Sub
tiliter ergo & luculenter ista meditentur , quomodo p
Isa. 64. causam,vel per essentiam,vel amorem salientem in vitã
æternam claritatis æternæ,ampliorem radium, & gau-
dium haurientem,in his exerceat, quomodo etiam ista
quę nunc dicta sunt manifestissime comprobantur.

Quarta petitio.

PAnem nostrum,&cætera.Pro se.n.& pro alijs per
augmẽtum amoris sursum agi desiderat , vt supra
se eleuata,fonti totius beatitudinis existens pro-
pinquior sic in verbo refectibili satietur vere, vt in ipso
immutabiliter confirmata,delectationem inferiorem
miserabilem,tanquam ea non indigens, de cætero non
mendicet. Scit.n.quod statim ad creaturę vel carnis cõ
solationem quærendo prolabitur,si non refectione su-
percœlesti,pane videlicet Angelorum qui est amor,cu
ius haustu sugens delitias,in fonte beatitudinis æternæ
cõtinue aliquantulum satietur,ideo panem petit. i.aug
mentum amoris,quo solo infirma solidantur , & debi-
lia fortificãtur,& famelica satiantur,sed petit ipsum ho
die,sed quotidianum præmittit ordinate procedens . Quid sit panis petitus in dominica oratione & q̃ re pręmittitur quotidianũ ante hodie.
Quotidianum nominat,quia nec per diem,nec per ho-
ram,nec per instans potest mens vera vita viuere, nisi
stilla roris viuificante continue perfundatur,quia sicut
anima est vita corporum,sic amor vita spirituum. De
qua & etiam de his pro quibus anima non sufficit, pa-
ranymphi dilectio referendo gratias,dicunt illi. Vitam
petijt a te,& tribuisti ei Domine , quæ non est ad tem-
pus momentanea,vt est vita corporis,sed in longitudi- Psalm. 20.
nem dierum,vsque in sæculum & in sęculum sęculi per
manebit,quia amor quo sponsa viuẽdo totaliter adama-
uit sponsum non deficiet in futuro,sed tantum augmen
tabitur,vt compleatur sermo propheticus,quẽ ipse al- Isa. 31.
tissimus per os Isaiæ edidit, dic . Dicit Dominus cuius
ignis est in Syon,& caminus in Hierusalem,&c. Vel ali
ter potest dici secundum quod de mente anagogica est
præsens intentio . Nisi enim semel in die pane sensibili
corp' reficeretur animale,corporalis fortitudinis amit
teret vigorem,sic nisi mens in motibus amoris vnitiui,
semel in die aspirando ad osculum se extendat(nisi for-
te quandoque in agrum ad se exercendum exiuerit,vel
aliqua molestia reque corporali, vel aliqua de causa spi-
rituali) vix est quin in se ipsa efficiatur tepida,& de p-
fectione suæ altitudinis aliquid nõ amittat,nec mirum, Can. 2.
quia sponsus præstolatur ad ostium,dic. Surge propera
amica mea,& veni. Si ergo in nimia moræ protelatione
se absentat,ipse non immerito indignatur , & ab ipsa se
subtrahit ad tempus sępius. Et licet ita intẽso habitu vt
prius hunc diligat, tamen dicit . Quęsiui per noctem
quem diligit anima mea,quęsiui , nec inueni . Hoc est Can. 3.
proprie per noctes quęrere,videlicet per creaturas con
surgere,& dilectum in eisdem quærere,vt quidam dice
re voluerunt,quod quærere per noctes, erat quęrere p Quid sit p noctem q̃rere sponsum.
creaturas,vel per vestigia creaturarum,sed hoc anago-
gico & vnitiuo motui non conuenit, cum sine oĩ specu
lo affectus amore subleuante,ipsi fonti bonitatis æter-
næ inhęreat. Sed tunc per noctem dicitur quęrere, quã
do aliqua de causa mens in suis sursum actionibus im-
peditur,vt in quem primo lucide & expedite & præcla
re sine tenebra mouebatur,quandoque caliginosam se
sentiat,vt etiam affectus a cogitatione phantastica in
illo in quem mouetur, vix valeat separari,quod fit quã
doque propter suam negligentiam, vel alijs de causis ,
vt postea apparebit. Quæsiui ergo,& non inueni in tan Quid spor tet hodie.
ta agilitate affectionum ardentium,vt solebam. Petit et
hodie,hoc est in pręsenti vita,ratione æternitatis , quæ
est simplex,& vnica, quę in amore viuentibus incipit
in præsenti,quia amor ille sponsus in vita ista diligitur,
idem est numero cum illo,quo in ęternitate glorię gu-
bernatori oĩum vnietur,& hoc est,quod dicit, hodie ,
quod vnitatem & claritatem signat, & ideo pręsens vi-
ta dicitur,vt dictum est in ratione continuationis. prę-
sens dicit,quia cum amore inhęret verius, & veraci' vi
no & pane reficitur,quam aliquod corpus alij corpori
sensibili,per aliquod glutinum,vel vinculum materiale
copuletur. Et hoc est quod ait diuinus Apostolus, aspi
rantis animę vnitiua suspiria collaudans . Qui adheret 1. Cori. 6.
Deo,vnus spiritus est,&cęt. Bene ergo debent pręsen-
tia non immerito appellari, vbi non tantum pręsentia-
liter sponsa dilecti astat aspectibus, sed cum ipso vnum
a diuino Apostolo,hierarcha istius sapientię nomina-
tur. Hodie,etiam lucem importat, quia tunc sibi vere
oritur

oritur sol iustitiæ, cum radijs solaribus ad superiora instruitur eleuari, & ideo in canticis aurora meretur appellari.
Cant. 6. Vbi dicitur. Quæ est ista quę progreditur quasi aurora consurgens? Tunc enim pane vitę iam incipit refici, cum ad modum auroræ crescendo, & in amorē eleuando, virtute ipsius amoris in motibus egredientibus se sentit experimentaliter sursum agi. Quod experimentum (ne facultas errando indoctis & pueris detur,) nihil aliud est, nisi expeditio motuum, & surrectio ardentissima per eosdem quod non minus a mente exercitata percipitur, quā oculus corporalis bouem sensibilem transeuntem per semitam cōtempletur. Quod ergo sibi iam incipitur ad præsens, supponitur cum sequentibus, hoc argumentis irrefragabilibus comprobetur. Quia ergo vbi iam incipitur æternitas & sponsi præsentia, & lux etiam refulgere interius, dicit de talibus magrius hierarcha Apost.
Phil. 3. Nostra conuersatio in cęlis est, quia est iam lux solis iustitiæ super terram, i. mentem amantem adhuc terrestri corpori sociatam, per quod licet a sui tendentia multipliciter retardetur, tamen flante austro manuductiuæ diuinæ inspirationis, per radios diuinitus immissos ad diuiniora suscipiēda desuper aperitur, cum maxime a parte inferiori respectu mundanorum delectabilium obturatur, & hec superior portio, quæ Deo vnitur, & pane etiam vitæ & amoris reficitur, licet a parte inferiori terrestri non cœlica, multas importunitates sentiet sępissime, vel inuita. Claudat ergo quantumcunq; affectus ostium, ne ad inferiora respiciat, sed ad diuina sursum actionem fideliter ad hoc aspiret, vt sibi a dilecto dicatur iam cœname cum ipsa.
Cant. 4. Hortus conclusus est, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus, qui hortus dicitur florens rosa odoris, qui ideo cōclusus dicitur, vt nullus aduersarius, vel propinquus particulam veri amoris obtineat, nisi ille de quo dicit, qui solus ratione suæ floride honestatis nihil aufert penitus, sed potius reficit, de seipso iucundū perhibens testimonium, dic.
Cant. 2. Ego flos campi, & lilium conuallium, qui non extra ipsam, sed potius interiorem habitationem appetens, & ad hoc efficacius implendū, menti paupercule altissimus se inuitās, vt ipsam vino & pane reficiat, id est consolationem iucundæ diuinitatis tribuat, sic d.
Cant. 5. Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, quia caput meum plenum est rore, iam cōditionem prouocatricem apponit, & multiplicē ipsam multipliciter & dulciter prouocando, vt ex parte dilecti plena designatio habeatur, quòd per ipsum non steterit, quin mens profundis beneficijs, donis, & fulgoribus, plenarie repleatur. Caput plenum rore nominat, quia sicut a capite descendit motus, & sensus ad membra inferiora, quę vitā veraciter attestantur, & sic ab ipso altissimo qui caput est totius Ecclesię, vita amoris, & sensus lętitiæ vnitiuis mentibus illabuntur.

Quinta petitio.

ET dimitte nobis debita nostra, & cætera. Vbi requirit sponsa a tribus instantius liberari. Primo a malo culpæ venialis, quia mala mortalia elongata sunt ab ipsa propter ipsius radicationem in Deo ab ipsa dilecto, secūdo a malo periculi, quod est vtrumq;, & culpæ & pęnæ respiciens, tertio a malo pęnæ, per qd contractum in culpam frequenter incidimus. Primo a malo venialium quærit solicite liberari, quod non nisi per donum amoris poterit ab ipso totaliter obtineri. Quia enim mens luminis nihil habet, nisi inquantum præparando se a suo sole spirituali ipsi præparatæ, se inuertabiliter infundente irradiationem recipit. Quando vero per inordinationes virium interiorum, vel ineptas delectationes sensuum, quærens alibi requiem quam in fonte bonitatis vel beatitudinis, aliquantulum ab ipso obliquatur, & obliquata dispergitur, nisi ab ipso lumine fonte claritatis illustretur (anima enim per venialia aliquantulum obfuscatur) similiter a suo desiderio quærēs alibi delectari, quasi ille sibi non sufficeret, qui sola visione pulchritudinis suę, & atractu dulcedinis reficit omnem mentem angelicam & humanam, non immerito a suo desiderio retardatur. Petit ergo attentissime liberari, ne a suauibus desideriorum eloquijs sponsus ad sui subsidium vel subuētionem vocatus retrahatur, & ideo sub persona ipsius gementis terrenas cogitationes extirpare radicitus non valentis, dicitur in libro Sapientię, Sap. 9.
Corpus quod corrumpitur, aggrauat animā, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Cum enim multa de inferioribus cogitat, & voces creaturarum recipit afficientes interius, in tanto a summis subuentionibus distantius elongatur. Quia inquantum mens plus circa diuersa cogitando distrahitur, intanto minus in fonte beatitudinis adunatur, & tūc corpus animam aggrauare dicitur, quia quodlibet horum ad sibi locum naturaliter competentem tendit, ideo est in pugna continua, & mentis aggrauatione, qa aīa tendit ad Deum qui solus est sibi locus sufficiens, corp' vero ratione ponderositatis semper habet circa terrestria delectari. Vel aliter potest dici, ne propter suam offuscationem, & obliquationem a decorante lumine in tanti sponsi præsentia, quam intimis visceribus amplecti desiderat, indecenter ornata iudicetur ab ipso, cum minus speciosa sponsa eius illi appareat, qui in ipsa solum pulchritudinem interiorem ad sibi sponsam assumendā specialiter contemplatur, quia tunc est acceptum eius eloquium, quando per mētis interiorem pulchritudinem supercœlesti pulchritudini conformat. De qua ipsam pcipue admonet, in canticis dulciter alloquēs hanc. Vox Can. 2.
enim tua dulcis, & facies tua decora, quia tuus affectus non sapit nisi cęlestia, & facies tua non est in multitudine venialiū, vel carnalibus affectionibus deturpata, idō tuum mihi suaue est colloquium, cum hoc clamo, te pulsum affectionum alloquens, & facies tua decora, & ad dignitatem nuptiarum regalium præparata, quia nō est macula in te, quæ tamen nisi per sanctum amorem extinguitur. Quia cum mens consurgendo ad vnionē quæ immediate per motum amoris acquiritur, mens prius obliquata rectificatur, vt per istam rectificationē & consurrectionem, affectus tanquam gutta aquę, quę cadens in ignem sibi culpa venialis per sui concrescentiam vel adunationem importunū nullo modo valeat ingerere nocumentum. Illa etiam debita cognominat, quibus obligati propter illam, ratione iusta alicuius pęnæ debitores efficimur, cum mens in ipso qui est vera beatitudo minus delectatur, cum ex deliberatione alibi, quam in ipso requies appetitur, qui solus mentis humanæ desiderio est plenissimus & sufficiens consolator, ita vt ipsamet veritas de sua plenitudine protestetur, ad suam sufficientiam alios prouocando, sic di. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, in superiorum affectionum laborioso exercitio, sed tamen dulci, quia cum propter elongationem incolatus miserię, Matt. 11.
& dilationem gloriæ oneratos vos esse dicitis, & corporeæ sarcinę corpulenta substantia retardari, & ego reficiam vos, non alius, qui sum sapientia ęterna oriens ex alto, qui diuinas consolationes vestra desideria quietantes, non tantum in futuro, sed impartiar etiam in presenti. Nam quia mitis sum & humilis corde, ideo prouocantibus meam affluentiam per continua desideria me inclino, non pauperes despiciens, quia humilis sum corde, quia inquantum terrenis diuitijs mens fuerit pauperior, in tantum ad regales nuptias veluti conformior super humanę naturæ limites mihi, vniendo citius eleuabo. Quod vos non per speculationem attendatis, sed videte per gustum interius pręeuntem,

quia

Digitized by Google

Psal. 33.

quia non videbitis nisi sermonem Prophetæ impleueritis, sic dicentis, Gustate & videte quoniam suauis est Dominus, quia tunc erit requies, & proprie murmur aspirantis animę iam cessabit, cum creatorem seipsa maiorē, in seipsa persenserit quiescentem, & hoc est quod postea dicitur. Et inuenietis requiem animabus vestris, & tunc amoris iugum erit leue, & onus facile. Nam iugum amoris sua dignitate & iucunda allicientia sic ligat interius voluntatem, vt nihil pœnæ sentiat, qui ceruicem suam supposuerit ad hoc iugum suauissimū sustinendum, nam contra consuetudinem aliorum iugorum, illud manifestissime in suis sustinentibus comprobatur, nam aliud iugum trahentes ab ipso ceruices inclinant inferius, iugum autem illud tantum sustinentes eleuat, vt commorantes in terra, faciat in cœlestibus habitare, vt supra nosmetipsos extendendo, spirituum conciues faciat supernorum. Ideo vere leuę dicitur, qa ab inferioribus mētem alleuians, & ipsum ad superiora supra seipsum statuendo est leuigās. Suauę etiam dicitur quia ipsum sustinens, viuit vita Angelorum non hominū. Quāuis mō imperfectius, sed in separatione corporis & animæ plenissime fęliciter obtinebit. Vel iō suaue dicitur, quia in tanta lætitia, & iucunditate, interioris animæ facit vitam istam amaram deducere, quia sibi iā vita glorię incipit, vt iucunditas mentis pęnalitates corporis propter sui abundantiam exuperet absorbendo. Leue etiam dicitur, propter interioris animæ pinguedinem, veluti aurem pinguem, & pinguedine replētā carbonibus in veru appositam, vt frigoris egestas, vel ęstas, vel calor importunus nō sibi ingenerent aliqđ nocumentum, vt merito præsentiat, quod sibi antea sponsus promiserat, dic. Ego protector tuus sum, cum iugo meo suaui alliceris, & merces tua magna nimis, cū me in gloria videbis, meipsum non aliud tūc tuę militiæ stipendium recipies, sed nimis, quia tuum gaudium nunc tibi vsque ad completam cognitionem subtraho, sed cū meum iugum sustines parū in miseria, qualis ero in gloria misericoditer tibi communico.

iugum episcopi amore dei fit suaue.

Gen. 15.

Sexta petitio.

ET ne nos, &cætera. Tunc enim mens in tentationem inducitur, quando tantis blanditijs vel seductionibus mens illaqueata voluitur, vt iam in parte consentiat huic nefario operi, ad quod inclinari a seductore versutissimo instantius admouetur. Petit ergo sponsa non de dilecti continua subuentione diffidens, sed carnis humanæ fragilitatem considerans, vt ab isto periculo liberetur, quo tunc scit se firmiter liberari, quando benignissimo protectori per radiātissima amoris desideria præsentatur, & ideo obnixe semper intendit per affectiones sursum agi vt illum mereatur attingere, & suis affectionis clamoribus prouocare, de cuius misericordia confisa, hostium cuneos tētatores fortissimos conspuendo ob dilecti confidentiam vilipendit, quia sibi iam dudum per Ps. promiserat: Qui in me sperauerit, liberabo eum, protegam eum, quoniam cognouit nomen meū. Itē alia est ratio, videlicet propter importunas hostium insidias, qui intantum secundum quòd aduersari permittuntur concurrentes in sponsam insaniunt, inquantum creatori immediate subiecta, se ab ipsorum dominio distantius elongauit, & quod fortiori tentatione non præualent, multiplici importunitate & frequentia tentationis multiplicis, hanc furibundius persequuntur, sperātes hoc, quòd Iordanis adhuc influat in os eorum, & sternāt sibi aurum quasi lutū. Tunc enim Iordanis influit in os dæmonum, quando riuulo amoris a fonte bonitatis, vel beatitudinis æternæ exeunte, per quem vita descendit in spiritum, interrupto veluti secretissimo aquæ ductu, per partes corporis riuuli mundanarum cupiditatum, & vnde præcipitantes dignitatum terrestrium, suffocato balsamo affectuosi amoris, per quem anima in suis desiderijs loquitur, impetuosis fluctibus animam repleuerint, & tunc aurum quasi lutum sternitur, quando amor suauissimus creatoris suo decore animam pulchrificās, & dignitate præexcelsa insigniens, in amorem creaturæ faciem superiorem animę sordidantem, lamentabiliter cōmutatur. Ideo liberari se postulat ipsum desiderijs prouocando, vt sibi ille iam nolit deficere, ob cuius amorem efficacius obtinendum, terrena gaudia, & regnum diaboli conculcauit. Et ideo sibi per Prophetam desideranti, dilectus repromisit, vt videlicet suam petitionem non solum exaudiens, sed in sua tentatione tanquam fęlix dux, & comes sui iucunda præsentia ipsam totaliter liberabit, & pro victoria & fidelitate ipsius pugnando ipsam corona glorię pręmiabit, sic dic. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in. &cætera. Tertia ratio est, propter quā petit a periculo liberari, quia mens vnita Deo, iam non quærit quæ sua sunt, fęlicem insequens magistrum, qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, id est bonitatis suæ radios in bonis submittens, & deinde per ipsos ad seipsum attrahens, super malos etiam expectās forinsecus, sicut radius solaris ad fenestram clausam expectat, de natura bonitatis suæ nullatenus retrocedens, sed pulsans continue ne per defectum ipsius conferentis, vllus spiritus rationalis, Christianus videlicet, infidelis aliquis, vel iudæus diuini amoris inopiam patiatur. Qui ergo fideliter diligit, laboret attentius tam oratione interiori, quam etiam spirituali quodam exercitio, cum viderit multiplicem, vel (vt planius, & verius proferam) infinitam stragem animarum, vt omnes ad vitam amoris mutui suscitentur, & excæcati oculis interioribus, ad cognitionem perueniant lucidissimæ veritatis. Quia ergo mens vnita Deo, ratione amicitiæ a dilecto potest quam plurima beneficia peccatoribus impetrare, quia fidelium ac veracium amicorum est p omnia idem velle, & idem nolle, & cum ad hoc dat operam solicitam, potest multam, orando, & obsecrando dilectum, auferre prædam ab hostibus, & in hoc indignationem furibundam incurrere, & ideo petit pro omnibus, ab ipsorum laqueis liberari. Sed vltima est ratio, secundum quòd magis conuenit pręsenti tractatui, quia experimento præcognouit, quam suaue sui dilectū tā benignum diligere, hoc morte amarius reputat, quòd nec modo tantillo consentiat, vt a tam fęlici consortio, in modico nec in perpetuum separetur, immo etiam intolerabile dedecus, vt mens quę sentit pie quę sit ista iucunditas, aurem inclinare ad inimicorum colloquia, mundana gaudia, vel terrenas diuitias dignetur tanquam quid sit vere bonum, non experimentaliter cognouisset, cū ipsa maxime fęliciter edocta, animas peccatrices iurgauerit, quia ab ista fontali bonitate miserabiliter recesserunt, sic di. Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Postea subdit rationem, dic. Scito & vide quia durum & asperum est reliquisse te Dominum Deum tuum, duplicem infęlicitatem ipsam significans incurrisse, quia per malitiam creaturę inferiori inuerecunde adhęsit propter delectationem humanam, iusto Dei iudicio non oblectationem, sed amaritudinem potius reportabit, vt qui satiari voluit in ipsis delectationibus creaturarum, infinitis amaritudinibus repleatur, quia quanto delectatio mundana spiritus secreta ingreditur, tanto veneno pestifero lamentabiliter anima adimpletur, non tantum malitia, qua spreto creatore, creaturę adhęsit, sua inferiori vilitate arguit, sed diuisio a fonte totius beatitudinis increpat, qa sicut ipse

Psalm. 90.

Iob. 40. & 41.

Quid sit Iordanē influere in os demonū, & quid sternere aurū quasi lutum.

Psal. 90.

Mat. 5.

Hier. 2.

Digitized by Google

ipse est summum bonum & solum, & ideo omnia dicũtur bona, inquantum ipsum completius participant. Quod non bene participat bonum, non debet aliquid appellari, quod tamen impossibile est, & sic ipse fons iucunditatis & lætitiæ riuulos suæ beatitudinis mentibus impartitur, & secundum recipientium præparationem, quibusdam minus, quibusdam magis misericorditer se infundit. Quando ergo anima diuiditur a fonte illo, sine quo nihil est gaudij, nisi inquantum ab ipso inferius deriuatur, non est mirum, si anima diuisa ab ipso tristis efficitur, quia aquæductus amoris per quem iucundanter anima a creatore experimentaliter lætitiã obtinebat, intercisus rumpitur, & ideo continuo corpore cum se mens infra seipsam colligit, increpatur, quia abscissa non sentit illum, a quo tota iucunditas emanat & descendit, & anima ista considerans, inaudita lætitia circundatur, & singulare gaudium comitatur, a quo periculo per affectiones & dilecti desideria totaliter expeditur, & victoriosissime liberatur, quia propter illud quod sentit, subiectas sibi delitias vilipendit, intantum de inimicis triumphans, vt quod sibi credunt inferre ad ignominiam, ipsa exinde per virilem insurrectionem in ipsis, ampliorem dilecti gratiam, & vnionem strictiorem, & coronam gloriæ consequatur.

Septima petitio.

SEd libera nos a malo, amen. Petit hic liberari a multis pronitatibus excitantibus ad peccatum, quis cum supra omnem æstimationem mens experimẽtaliter edocta, ad intimiorem vnitionem aspiret, & ad dilectum suum sursum agi desideret, tamen quandoque ratione corporis terrestris, & carnis inimicantis, spiritus sursum actioni intentus a cęlis, ad sensuum concupiscibilia appetenda obliquatur, & quandoque nitens supra se erigendo habitare per amorem in cęlo, quãque inuenit se per cognitionem in luto. Quia ergo hoc execrabiliter testatur, vt mẽs (quæ est totius Trinitatis sacrariũ) libidinosas allocutiones recipiat, vel ad aliud inuerecunde ex deliberatione se inclinet, propter quod sponso contemptibilis habeatur, petit ab istis multiplici desiderio liberari, non propter pęnam vitandam quę sibi debeatur, sed ne obfuscationẽ incurrat, qua possit in aliquo a suo dilecto minus appreciabilis iudicari. Vnde oportet, quod ad illum benignissimum patrem, per quem est in vita amoris generata, sic aurem affectus inclinet, & oculum intellectus aperiat interius, vt tanto ardore dilectionis patri spirituali adhæreat, & ad eius mansionem aspiret, vt pro ipsius amore obliuiscatur patriam & parentes, vt sine contaminatione vniuscuiusq; causari alterius, vel creati virgineo decore adornata, illi cęlesti sponso concupiscibilis habeatur, cui etiam ille altissimus communicari cupiens, ipsam ad imaginem suã creauit ex nihilo, totius Trinitatis imagine insignitam,
Psalm. 44. ad sibi solum, tã in via quam in patria igniti amoris obsequium impendendum. Audiat ergo iugiter per Dauid Prophetam ipsius admonitionem dulcissimam inuitantis. Audi filia, & vide, inclina aurem tuam, &c. Et ita multiplicatis suspirijs per amoris efficaciã plenarie poterit obtinere, quia prima natiuitate, quando anima infunditur, has corruptiones a carne recipit, quibus sæpe ad inferiora prolabitur, sic econuerso secunda natiuitate, qua perfecte in Deo nascitur perfecta existit, ordine præpostero caro aspergitur a mente interiori pinguedine, vt per q̃ aĩa in prima natiuitate fuerat sauciata, in scd̃a eius natiuitate, peruncta affectu amoris vnguenti odoriferum distillantis prius contra, ab ipsa recipiat sanitatem, vt mens ratione obedientiæ inferiorum virium, iam parte reformata, & suo primordiali principio concordans, regnet in carne cœlitus obtenta victoria, sponso laudes debitas referendo, decantet pro dulci beneficio exaudita, scilicet immissione ignis in spiritu, & roris in carne pœnalitates ipsius fætidas extinguentis, iã ipsum spõsum in affectu libertatis possidẽs, iam in luce ambulans, iam in summo carnis experrect9 ipsius subsidio, iam ad ipsum cõsurgens attentius vigilat dicens. Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Sitiuit in te, &cætera. Cum enim iam est a pęnalitatibus liberatus affectus, vt ipsis non subiaceat, vigilare ad ianuam ipsius incipit ardentius, affectionibus concupiscẽdo intentius, vt ab ipsa intentione iam caro silere incipiat, & spiritui cõsentire, cui diebus omnibus anima fuerat inimica. Sic ergo patet per simile datũ in vno, quam mirabilis scientia absconditur in scripturis, quã lata, quã profunda, quam saporosa, quam nobilis, qua docetur spõsa ab inferioribus separare, vt regalibus nuptijs grata & accepta in posterum habeatur. Nullus ergo ambigat, quin totus textus noui & veteris testamenti, secundum viam anagogicam de sponsi, & sponsę colloquijs, vel eorum altercationibus amore præuio, lumine concomitante valeat explicari. Nec solum scripturæ, sed etiam omnes creaturæ, quæcunq; sint, ab vltimo centro inferni proprijssime ad hoc idem induci valeant, cum istam sapientiam & istas nobiliores proprietates in se occultatã habeant, quæ faciliter potest (desuper irradiante lumine) enodari.

Psalm. 62.

Tota scriptura sacra in sensu anagogico potest explicari.

De duplici via illuminatiua. Partic. 3.

ILluminatiua duplex est, practica et theorica. Primo dicendum de practica, qua mens actualiter cogitando conscendit ad Deum. Secundo dicetur de theorica, quomodo omnis scriptura ad Deum anagogice reducat. Dicto vero quomodo sensus anagogicus latitat in scriptura, dicendum est, quomodo per istam viam illuminatiuam ascẽditur ad vnitiuam, & iste decursus fundatur super hoc verbum Psal. In meditatione mea exardescet ignis, &c. Quia adhuc mens proficiẽs est indisposita, ad hoc, quòd expedite feratur affectionibus anagogicis in directum, oportet, quòd primo aliquantulũ meditetur eo modo quo dictum est, vt per cogitationẽ præuiam aliquantulum incipiat scintillando affici in illum, in quem in tertio statu sine omni cogitatione concomitante vel pręuia quotiescunque vult sine obstaculo sursum eleuatur, ad quam expeditionem cum perfecte poterit attingere, omnis ab ipsa sapientia in sua consurrectione cogitatio, vel meditatio abscindetur, quia cogitatio ibi non est, nisi vt per ipsam affectio accendatur. Sic ergo visualiter per meditationem prædictam proficiat, primo sicut dictum est, proprietatem vocabuli ad sensum anagogicum transferat, postea illud ad amorẽ reducat, tertio quòd in ipso Deo afficiatur. Verbi gratia. Pater, id est, tu es ille qui filios spirituales progeneras mediante viuificatiuo germine, tũc ergo ero vere filius tuus, quando te vero amore constringam, o qñ diligã te, constringam te intimis visceribus? Similiter per hoc quòd dicitur, noster, id est tu es ille q latissime diffundis bonitatem, si ergo vere te amatẽ, tunc aliquid in me tuæ latissimę diffusionis stillares, o quando te tã ardenter amabo, vt tua lata bonitas in me aliquãtulum appareat? Similiter p hoc quod dicitur in cęlis, & sic de alijs omnia anagogice transferẽdo, & sic per meditationem pręuiam per istas aspirationes affectio amoris paulatim accenditur, & sicut stuppa radio solari exposita primo exiccat, & statim accẽditur, sic per istas aspirationes dilectum prouocantes, ad mentis eleuationem magis ac magis accenditur, vsq; quo ad vnitiuam eleuationẽ affectio

Psalm. 38.

Alia expositio orationis dominicæ.

fectio sustollatur. Sic dicatur. Pater noster qui es in cęlis, secundum igitur virtutem prædictam sic dicatur, pater. i. tu es ille, &c. vt supra. Sequitur, qui es in cœlis, ò anima mea miserabilis, quando ad instar cœli clara efficieris & nitida, vt diuersarum virtutum syderib. adornata, tunc. n. bone pater in me habitare dignanter, & libenter te sentiam, quando te amore ardentissimo constringam, & per flammā amoris anima miserabilis plena fecibus expurgabitur, statim in me tunc certissime subintrabis, & mundum conscientię meæ hospitium inuenies. Sequitur sanctificetur nomen tuum. O bone pater, quando tua notitia sanctificabitur. i. sine terra efficietur in nobis miseris ꝙ tunc erit, quādo omni carnalitate depulsa, tu solus super omnia diligeris, ò quando igitur te tenebo, non. n. tūc terra in me locum habebit; quando tu dulcis pater, per tuam gratiam, & amorem in me habitabis. Adueniat regnū tuum. Væ mihi peccatori, vult quādoq; in me habitare & regnare inanis gloria, quandoq; gulositas, quandoq; luxuria. Sed nolo regnare in me nisi te pater bone, tunc vere in me regnares, si vere te ardenter amarem, nam in solo amore ardentis animi veluti in proprio hospitio requiescis, o qñ igitur per glutinum amoris ardētissimi te tenebo, vt in me regnare incipias, & solus ad regnandum in regno meo tenebroso aduenias? Fiat voluntas tua sicut in cœlo, & in terra. Tunc enim voluntas tua primordialiter efficietur in me, quando secundum fragilitatem humanam ego miser vermis terrenus, tuæ voluntati omnino consentiam, sicut illi beati spiritus qui in cœlis te facie ad faciem cōtemplantur. Sed quis me dulcissime Deus tibi faciat consentiri nisi sola amoris vehementia, quæ contrarias voluntates coniungit, & hominem nouit in teipso (qui diligeris) conformare, & miro modo transformata claritate in claritatem? Quando igitur te ò bone Dñe ex toto diligam, & glutino dilectionis vnitus tibi soli consentiam. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie &c. O panis angelorum quando tua refectione dulcissima reficiar? in hoc. n. angeli beati viuunt in patria, in quantum bone pater, affectionibus flammigeris te contingunt. O quando panem amoris habebo, vt de eodem cibo in præsenti nutriar, quo angeli sancti in gloria faciantur, vt de micis comedam quæ cadunt de mensa Domini mei? o bone pater hunc panem da nobis semper, quia inquietum est cor nostrū, donec hoc cœlesti pane aliquantulum confortetur, qui ideo quotidianus dicitur, quia inquantum plus comeditur, in tātum desiderio quotidiano reficit abūdantius. Et dimitte nobis debita nostra, &c. O bene creditor, quando debita peccatorum meorum quoquomodo esse dimissa cognoscam? nam sicut peccatum meum me tibi reddit inimicum a te me miserum separando, sic amor me vniendo tibi, omnia dimitti cogeret, & te mihi quondā offensum placatum efficeret, & redderet gratiosum. O quando igitur te amore contingam, vt omni peccato dimisso, mihi placatum notitia experimentali te sentiam? Et ne nos, &c. O bone pater hoc peto, non de bonitate diffidens tibi inseparabiliter colligari amoris glutino, sciens quod ex quo odor tuæ dilectionis me miserum ad se trahit, faciliter tanto ligamine ligatus sum astrictus omnia contraria vilipendendo & te solo inuento tibi inseparabiliter adhærebo, si quis iuuabit me, vt te solum astringam, qui solus bonus & dulcis es hospes animæ meæ, modò turbidum securum efficias? Sed libera nos a malo. Amen. A malo non tantum pęnæ infernalis, sed & purgatorij, non tamen pater hoc peto, vt effugiā tormēta, sed ne diu in purgatorio detentus, nimis protelетur desiderium meum faciem tuam plenam gratiarum videndi, in quam Angeli desiderant semper prospicere. Sed si ego te ardenter diligerem tunc amor reconciliationis pœnam infernalē pro offensa debitā absolueret, si te amarem, sic flamma amoris peccatorum rubigines exureret, vt in vltimo mortis exitu affectionib. flammigeris expurgatus, ad te, diu desideratum sine dilatione meus spiritus euolaret. Igitur quando te hoc ardore diligam, qui & pęnam excuiat, & a dilatione absoluat? Quod ipse præstare digneris.

De via vnitiua. Cap. 3. Partic. 1.

DIcto de via illuminatiua, & quomodo actualiter ꝑ ipsam vnitiuam ascenditur. Sequitur de via vnitiua quæ sit. Secundo de persuationib. ad ipsam. Tertio de industrijs quib. mens firmissime solidatur, & hoc ꝑtinet ad practicam, & ad vsum. Quod etiam si aliquis simplex nesciat ordinare, saltem quoquomodo doleat, secundo etiam si nesciat meditari in scriptura, vt dictū est, saltem aspiret ad amorem di. semper in suis orationib. O Domine quando te dulcissimo amore constringā? & sic quantumcunq; simplex vel laicus poterit per dolorem de peccatis veluti per osculū pedis, per recordationem beneficiorum veluti per osculum manus, vsq; ad osculum oris ꝙ est in desiderium amoris attingere, di. Osculetur me osculo oris sui, &c. & hæc iam præsumptuosa non iudicabitur, si primo in osculo pedis, & manus se exerceat, & postea in alio tempore ad osculū oris aspiret. O sapientia quæ ex ore, &c. Hæc autem via vnitiua sumitur in verbis illis vbi dicitur. O sapientia quæ ex ore altissimi prodijsti, attingēs a fine vsq; ad finem fortiter, & disponens omnia suauiter, veni ad docēdum nos viam prudentiæ. Verba. n. sunt aspirantis Ecclesiæ, desiderantis edoceri ab ipso, qui est fons totius bonitatis & origo. Licet. n. verba ista proprie sint de ipsa sapientia increata, quæ est Deus filius, vt possit intelligi in cuius exitu æterno summi patris effluentia bonitatis apparuit, tamen hic de ista sapientia prout temporaliter mittitur, seipsam rationali spiritui manifestās, est præsens intentio, quæ describitur a beato Dionysi. Areopagita Doctore egregio, ~. de diuinis nominibus, sic dicente. Sapientia, est dignissima Dei cognitio, per ignorantiam cognita, secundum vnionem quæ est supra mentem, quando mens ab omnibus alijs recedens, postea seipsam dimittens vnita est supersplendentib. radijs inscrutabili & profundo sapientiæ illuminata. Hęc est illa sapientia Christianorum, & totius Trinitatis inclusa & deifica diffusione diuinitus illapsa fidelib. qua mentes amantium cœlesti rore perfusæ, non aliquod emolumētum temporale, non aliqua dona sponsi. s. gratiam, virtutem, vel gloriam, sed ipsum qui est totius deiformis emanationis principium, scintillantib. affectionibus, insaciabilibus desiderijs, vnitiuis aspirationibus ipsum solum tangere, vel stringere non aliud affectantes, ipsi vniri desiderant. Consurrectio ergo per vnitiui amoris affectiones flammigeras, supra omne officiū intellectus in supremo affectiuę apice constituta, ipsa est sapientia intenta ad pręsens, quæ idem est ꝙ mystica Theologia, qua ipsa mens ignita, linguis affectionum occultissime dilectū alloquitur, quæ non alicuius mortalis industria reseratur, sed solum diuina miseratione seipsam manifeste prodit, q̄ in his verbis laudatur ꝓut est æterna, inquantum ratione suę immensitatis a fine vsq; ad finem attingit. Similiter prout est temporalis, inquantum suauiter cuncta disponit. s. rationales spiritus. Quō ergo per hanc rationalis spiritus ab ipsa fęliciter instructus, respectu oīum suauiter disponatur, diuino desuper irradiante lumine ostendemus. Primo respectu super cęlestium, cum. n. ipsa beatissima Trinitate sit a patre filius egrediēs, ab vtraq. Spūssanctus amor verus procedens, connectens patrem & filiū, sic a fonte boni-

Eccl. 4.

Sapientia quid sit.

Spiritus rationalis sapientia cęlesti illustratur respectu omnium suauiter disponitur, & primo disponitur respectu Dei.

te bonitatis supernæ sapientia vnitiua procedens, menti adhuc viatrici inferius illapsa, vniendo ipsam connectit increato spiritui, vt sicut pater & filius, licet sint distincti, tamen vnum dicuntur ratione amoris connectentis, sic per istam sapientiam qua sola mens supremo spiritui inhæret, tanta nobilitate (licet nihil sit) perfrui promeretur, vt vnum dicatur esse cum illo ab Apostolo,
Cor. 6. sic dicente Qui adhæret Deo, vnus spiritus est. Hæc autem ordinatio non tantum apparet ratione ordinis personarum per vnitiui amoris sapientiam acquisitam, sed ratione diuinorum actuum, quia cum isti duo actus sint coæterni & consubstãtiales in ipso beatissimo Deo videlicet seipsum cognoscere, & seipsum diligere, in hoc quod mens in ipso ardenter, & infallibili cognitione, per ardorem cognoscit, veluti in amoris inardescentis meridiano calore recubans, & ardens, in ipso quasi indicibili ardore se diligit, & per hoc ipsum intimius non tantum per creaturam sensibilem ipsi, pro vt possibile est, conformatur, & in ipsum amore deifico transformatur. Sic mens disposita, expressissima æternorum actuum est imitatrix, sed non tantum est ordo personarum, nec tantum actuum diuinorum æternitas, sed ipse Deus beatissimus est totius creaturæ tam mentis angelicæ, quam humanæ, tam creaturæ sensibilis quam insensibilis fontale principium. Vnde & in hoc solum insinuatur excellentia creaturæ, quando in id principiũ a quo habet originem primordialem, reuertitur, quia rationalis spiritus ab ipso immediate conditore creatus ipsius Trinitatis insignitus imagine, ampliore dignitate cæteras inferiores excellit, & tunc diuino iudicio perfectus & reformatus existit, quando per amorem excessiuum cogentem limites transcendere naturales, ipsi vnitur extatica amoris consurrectione, a quo primordialiter exiuit, vt iam circulus æternus in ipso apparere incipiat ad illum a quo exiuit primordialiter reuertendo. Sed & ipse conditor æternus nõ tantum est totius creaturæ principium & origo, sed & omnia suis rationibus æternis sic ordine inconcussibili regulantur, vt omnia queq; diuina regulante prouidentia, finaliter in suis ordinibus conquiescant, sic mens per intimas affectiones consurgens, quodam medio mirabili ipsam carnem irrorando perfundit, saltem quo ad hoc, vt innata corruptio paulatim sic debilitetur ipsa, inquantum mens per ardentius exercitium ad superna extenditur, quoniam diuina miseratione hac victoria perfruitur, vt inquantum per amorem integrũ se subijcit proprio creatori, intantum caro spiritui subiecta, contra naturalem inclinationem, ipsius iussioni obtemperet, & diuino iudicio consequatur vt sicut mens est concors sui conditoris per amorem prouecta, sic sequatur corporis subiecti & mẽtis concordia, vt in proprio corpore veluti in regno præ-
Psalm. 62. sideat, & dicat cum Psal. Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. Sed ipse altissimus creator non tantum voluit creaturæ preesse, vt factor, vel dominari, vt rector, sed etiam a fine temporum quasi celsitudine maiestatis exiliens, cum miseris peregrinari instituit, tandem in peregrinationis termino, ad supernas mansiones conscendit, sed & ipsi sic existenti in carne reuertenti in cœlum, mens per extaticum amorem disposita conformis efficitur, quæ in sua primordiali creatione libera a suo creatore progreditur. Sed & corruptioni corporeæ necessitas coniuncta, subiecta multiplici seruituti mendica efficitur, sed in posterum super cœlesti immissione diuturno aspirationum ardentium exercitio eleuata, iam quodammodo aream æternæ fęlicitatis pertingit, quia vbi amat, inhabitat, & in illo ad quem tendit, desideriorum importuna tendentia veluti in naturali termino cõquiescit, & sic qui in principio altissimus exiliens; secundo quo ad statum humanum mendicus: tertio glorificatus ascendens in cęlum, apparuit ipsi per vnitiuam sapiẽtiam conformatus, vt meri-
to dicatur in Apoc. de veris amantibus, iam quodammodo sibi reddita per purgamentum flammei amoris Apoc. 4.
innocentia puerili. Hi sequuntur agnum, quocunque ierit. Sed tamen non tantum in respectu ipsius conditoris, per istam sapientiam mens vniens in amore modis Secũdo respectu beatorum.
prædictis disponitur, sed etiam respectu iubilantiũ beatorum in gloria, quoad hoc quod vita, requies æterna, quæ est Deus beatissimus, finis vnicus, desideratissimus, immediatus constituitur vtriusque. Sed in hoc tamen est differentia, quod mens glorificata iam in eo per assistentiam præsentialiter conquiescit, hæc, id est mẽs corpori vnita, insaciabilibus desiderijs veluti absens sursum trahitur ineffabili ardore, vt tantum sibi inti-
mius vniatur, aspirat, & ista dicat. Trahe me post te, in Cant. 1.
odorem vnguẽtorum tuorum currimus, illa, idest mẽs
glorificata, dicat. Introduxit me Rex in cellam vinariã, Ibidem.
& cętera. Item illa mens superna coniunctione cũ sponso perfectissime iam obtenta fęlicitate indicibili delectatur, mens vero ista coniuncta hac sapientia, licet tendat superius, tamen quãtum est de suis motibus anagogicis, in ipso actuali exercitio sine omni mulcebri vnctione, vel delectatione consistit, sed potius est ibi miro modo corporalis afflictio, sed in hoc solum lęticia, quòd in ista actuali tendentia directe, & sine aliqua obliquatione consurgit, veluti lapis ad centrum inferius in ipsum beatissimum, qui est suæ dignitati locus vnicus, naturaliter correspondens. Vnde multi decipiuntur in hac philosophia minus experti, existimantes, in motibus anagogicis cœlesti dulcore mentem consurgẽtem multipliciter irrorari, cum econtrario mens laboriosissima sursum actione agatur, & ex extensione spiritus fit quædam corporis eneruatio, & spiritualis separatio, & membrorum etiam corporalium ex impetuositate motuum anagogicorum protensio, secũdum illud
Iob. Suspendium elegit anima mea, & mortem ossa Iob. 7.
mea. Vnde impetus anagogicus corpus sustinere non posset, sine magna afflictione, nisi gaudium spiritus de ipsius directa tendentia temperaret. Item mens beata cõtinuo & indiuisibili exercitio in ipso sũmo bono veluti æterno dulcore afficitur, hæc tñ modo intercalari & intenso in ipsum consurgit, cuius motus rectissime est instar emissionis syderis scintillantis, si illæ immissiones ex libera voluntate procederent, quia illi motus anagogici sunt quasi subitanei, vt statim post consurrectionem mens infra seipsam inferius prolabatur, iterũ & iterum consurgit, & iterum infra seipsam cadit. Item mens glorificata in ipso cuius pulchritudinem facie ad faciem contemplatur, ardentissima vnicione coniungitur, & licet ibi sint cognitio simul & dilectio, tñ cognitio naturaliter præcedit dilectionẽ, sed mens hæc huic consurrectioni actualiter intendens (prout est hic intẽtio omnis rationis & intelligentiæ) suis motibus radicitus rescindit officia, nam intellectus ex communicatione carnis corruptæ, phantasijs est admixtus, ideo debet in consurrectione amoris amoueri, sed in patria purgabitur, in qua carnis corruptio deponetur, ideo per solam affectus igniti consurrectionem erigitur, quia ibi affectiua intelligentia incomparabiliter præexcellit, vt iam cito probabitur. Et licet in his & multis alijs mens anagogice consurgens, a mentibus glorificatis incomparabiliter excedatur, tamen mediante ista sapientia vtraque eadem vita supercęlesti viuificatur, & eodem pane desiderabili vtraque reficitur, sed & per istam eandem sapientiam ad conformitatem, prout possibile est, spiritui viatori mentibus Angelicis ordinate disponitur, quia ipse Angelus est substantia intellectualis, ab omni corporali depressione penitus absoluta,

soluta, gaudiorum lucis æternæ impermutabili claritate absorptus, sed cum diuina sapientia dono gratuito suæ irrefragabilis bonitatis, menti vianti affectionum extensarum notitia experimentali seipsam præsentem denunciat, oculos intelligentiæ aperit ratione appropinquationis ad ipsam, quia ipsa in se proprijssime est lux & claritas, & exinde ex eo quòd spiritus ipsi qui est superior, strictius per amoris contactum coniungitur, non immerito plus rescinditur carnalis affectio, & exinde in carne super carnem extensa, magis ac magis absorbetur, & sic per desideria amoris vitam ducens Angelicam, dicat cum Apostolo. Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Inquantum ergo mens per pedes affectionum in ipso qui est vera vita aspirat ardentius quiatari, in tantum minus carnali affectioni coniungitur, cum sentiat ea quæ sunt spiritus, & per consequens magis ac magis in Deo absorbetur, & sic quodammodo per istam sapientiam, licet misera quoad tria prædicta, in magna tamen distantia vitam Angelicam imitatur.

Phil. 1.

Tertio respectu creaturæ irrationalis.

Sed per istam eandem sapientiam rationalis spiritus ordinatissime infra seipsum disponitur, quia illud signum mendicationis humanę infallibile comprobatur, quando in alia creatura extra seipsam egrediens, tendentię suę & sui etiam appetitus regimen existimat reperire, quia cum mens humana cęteris visibilibus creaturis excellentior iudicetur, ipsam eminentius & plenius sapientia super cœlestis inhabitat, quia est imago, cętera vero vestigia. Tunc ergo cum thesaurum diuinę sapientię anima occultatum reseratum diuina bonitate in seipsa percepit, iam non egena alterius delectabilis mendicitate fulcitur, iam non a sui primordiali nobilitate degenerans, infra seipsam inclusam, quadam iucunditate relicta, ex intimiore vnitione cum Deo continus iucunditate lętatur, di. cum diuino Iob, nolens ab ipso de cętero separari. In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies: & non tantum disponit animam in quātum facit ipsam infra seipsam quiescere, alienam mendicitatem extirpans, sed etiam ratione preciositatis suijpsius existētis in mente, inquāto. n. nobilior seu magis sanus possessus habitus, in tanto plus spiritus Angelicus, quia si omnes thesauri, omne preciosum, delectabile, quicquid oculus potest videre, ratio inuestigare, intellectus percipere, nihil ipsa mens ratione ipsius, qua sol⁹ Deus in corde possidetur, reputat, sed coram omni sapiente affirmat, tanquam lutum ęstimabitur aurum in comparatione illius.

Iob. 29.

Sap. 7.

Quarto diuina sapiētia disponit animā ad dona recipiēda, vnde per diuinam sapiētiam certificatur fides.

Quare? quia tanta est nobilitas in ipsa & dignitas & attrahentia, vt omnia quę desiderantur, huic non valeant comparari. Nobilitas etiam ipsius, non tantum apparet ratione suijpsius existentis in spiritu, sed & ratione aliorum multorum gratuitorum, vel gratis datorum, vel acquisitorum, quę magis inter cętera appetibilia iudicantur. Per ipsam enim certificatur fides, corroboratur spes, & charitas inflammatur. Certificatur enim fides in hoc, quòd mens sensibiliter se sentit trahi infallibili notitia in illum, qui est totius desiderij quietatiuus, & hoc scit ita vere, vel verius, quam oculus materialis videat materiale obiectū. Si ergo cum illum in quem tendit, istis consurrectionibus infallibiter sic cognoscit, iam quodammodo mēs certificatur, quòd ille est verus Deus, verus Dominus quem fide colit, vel etiam cum incipientes & proficientes ad istam sapientiam habeant per beneficia incarnationis & passionis pertingere, & per huius considerationem in ipsa diuinitate affectus magis ac magis inflammatur, oportet, quòd mens cum iam est in ipsa sapientia actualiter eleuata, quòd recto ordine ad illud pertingat, & sic ex consequenti connexionem diuinitatis & humanitatis cognoscat. Sed & cum mens per istam sapiētiam de multis, quę ad fidem pertinent, (licet adhuc misera) certificetur ad plenum, sciat quælibet fidelis anima, quòd ex quo mens ad istam sapientiam pertingit, si omnes mundi sapientes, omnes philosophi protestarentur, & confiterentur, & dicerent, tua fides non est vera fides, quinimmo deciperis, ipse contrario responderet. Vos omnes fallimini, & ego solum veram fidem teneo multo fęlicius quam per rationes & inuestigationes, per amoris vnitionem habens in corde infallibile firmamentum, vt dicat cum Apostolo. Scio cui credidi, & certus sum, &c. sic certificatur fides per hanc sapientiam.

1. ad Tim. 1

Corroboratur spes.

Sed & corroboratur spes, quia cum spes sit certa expectatio futuræ beatitudinis, intantum per istam sapientiam corroboratur, vt iam quasi de obtinenda futura gloria Non timeat, quia sic videmus, quòd quanto domic... alicui principi diuturniori exercitio familiarius obsequuntur, fit, vt quem primo timebant vt Dominum, ex quadam familiaritate iam timor ad reuerentiam maiestatis resiliens, penitus euanescit, vt de ipsius familiaritate & bonitate confidentes, nullatenus se credant ab ipso de cætero separari. Isto modo ad intellectum anagogicum referendo, mens prius tepida per affectiones, & desideria, vnitiuam familiaritatem consequitur, vt ipsius dilecti dono in ipsa quadam mera confidentia relinquatur, vt omnis timor pungitiuus (nisi per modum cautelæ) ab ipsa radicitus extirpetur, vt dicat cum Apostolo. Quis me separabit a charitate Christi? fames an gladius, &c. immo etiam nec instantia nec futura.

Exemplū.

Ad Ro. 8.

Inflammatur charitas.

Per istam etiam sapientiam inflammatur charitas, integratur, & perficitur, quia cum ipse Deus beatissimus sit ignis consumens, intantum a spiritu viatoris omnimodam frigiditatem expellit, inquantum per amoris extensiones ipsi interius appropinquatur, quia cum sic per modos anagogicos ad ipsius intimiorem vnitionem aspirat, solis spiritualibus radijs exurentibus se exponit, & veluti stuppa solaribus radijs exposita, ab igne desuper immisso accenditur. Vnde iste solus mentes dicitur exurere tripliciter, quia & ipse per se augmentat ardorem in spiritu, & mediante ardore obstacula præsecat quæ amorem impediunt, vt ardentius inflammetur, ipse spiritualia beneficia superaddit, quibus ipse amor in ipso perficitur. Item ipse facit mentem exurere, ad hoc quod ardentissime ipse Deus vnice diligatur. Exurit etiam ista sapientia mentem, vt in omnem proximum sicut in seipsum hoc amore ferueat, vt iterum ipsa insatiabilibus desiderijs, vsque ad plenissimam vnitionem aspirare languida non desistat. Non tantum virtutes per istam sapientiam perfectum obtinent principatum, sed & mens omni philosophiæ, omni inuestigationi rationis, omni speculationi, theologicæ etiam inquisitioni præponitur. Naturalis enim philosophia ipsam causam omnium per hoc quod apparet in sensibilibus creaturis, cognouit creatorem, affirmans infallibili argumento, quòd tanta creaturarum bonitas, tam mirabilis ordo, tanta earundem immensitas, non nisi ab vno omnipotentissimo creatore prodijt, secundum illud Apostoli. Inuisibilia Dei a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna eius quoque virtus & diuinitas, &cęt. & sic venit philosophus ad cognitionem.

Per ipsam sapiētiā naturalis philosophia ītelligitur.

Roma. 1.

Sed cum totus mundus nihil sit in comparatione spiritus rationalis, secundum ipsius sapientiæ increatæ protestationem dicentis. Ludens eram in orbe terrarum; & delitiæ meæ esse cum filijs hominum. Tādem totus mundus est sicut paruus ludus in quo paululum apparet pulchritudo respectu mentis Angelicæ vel humanæ. Vnde quia nihil de intimis mentis conditionibus habuerunt, stricta & mendica est naturalis cognitio & huic sapientię quantum distat ortus ab occidente, incomparabiliter substernitur. Item respectu considerationis methaphisicæ, vel

Prouer. 8.

Metaphisica acquiritur.

theoricæ quæ ambæ sub ratione entis, vel eius differentiarum vel practicarum intentionum, s. sub ratione vnius veri, vel boni, Deum simplicissimum apprehendunt. Mens autem per istam sapientiam, sub nulla ratione prædicta, sine aliquo cogitatu concomitante vel precedente motum amoris, habet affectione, ipsum qui est summum bonum appræhendere modo indicibili, ad quam appræhensionem nec intellectus consurgit, nec intelligentia speculatur. Qūo autem hoc fit, & quomodo intellectua possit diuidi ab affectu in theorica huius practicæ ostenditur, & de his quę ad hoc pertinent super illud Mysticæ theologiæ. Consurge ignote, &cæt. Videndum est, quomodo respectu inferiorum mens suauiter disponatur, respectu.n. corporis subiecti, dictum est superius, quando summæ sapientiæ regenti mundum mens per istam sapientiam conformatur, sed tamen addendum vlterius, quod sicut sessor in equo virtute freni iumentum sibi subiectum vertit ad libitū ad dextrum vel sinistrum, sic cum mens per istā sapientiam erecta, non curuata, existat in corpore virtute ipsius amoris veluti in quodam freno spirituali, sensuum exteriorum reprimit inordinationes, vt ad nutum, & ad imperium ipsius ad quem tendit, prout potest melius, omne regimen tam in viribus quam in sensibus ęqualiter reguletur, & faciet in suo subiecto tabernaculum, secundum exemplar, quod sibi in monte hoc monstratum est, secundum ꝙ diuino Moysi (vt habetur in Exodo) sub typo diuina sapientia imperauit. Sed etiam per istam sapientiam mens respectu omnium mundanorum disponitur, quibus per ipsam verissime dominatur. Quod sic apparet. Si enim aliquis princeps terrenus vniuerso orbi pręesset, & haberet tot delitias, diuitias, & honores, quot omnes mortales habuerunt ab initio mundi, & in his oblectari disponeret, iam ipsis subijceretur, dum ab eis quietem vel aliquam beatitudinem vel perfectionem, quam non habet de se, obtinere appeteret. Qui ergo in his delectatur, ipsis vere subijcitur. Solus ergo ille est Dominus, qui sic omnia inferiora vilipendit, vt nihil terrenum per amorem inquietum contingat, quia tunc in vilipensionem omnia sub suis pedibus conculcantur. In hoc ergo regno dominatur anima, cum non alibi quærens requiem, supernis desiderijs se extēdit, dic cū Apost. Omnia reputaui vt stercora, vt Christum lucrifacerem. Idcirco Petrus & Paulus gloriosi principes terræ vocantur. Sub typo etiam dictum est filijs Israel ab ipsa veritate inconfusibiliter promittente sic. Omnis terra quam calcauerit pes vester, vestra erit. Si ergo quis vilipēdit, cū calcat omnia, multo verius quam mundi principes omnibus dominatur. Sed & per hanc sapientiam respectu inimicorū suauiter disponitur, tum ratione irreptionis eorum, tum ratione fortitudinis. Sagaci.n. versutia instantius inimici peruigilant, quomodo Deo mentem vnitam a suo dilecto valeant separare, sed per istam sapientiam liberantur, quia haustu amoris fonti luminis appropinquat, & ex ipsa appropinquatione diuinis radijs necessario illustratur, quibus etiam versutissimas tentationes, & palliatas, & sub specie bonitatis prætentas cito & sagaciter deprehendit, tunc hostis sagacitas confutatur, quia secundum quod in prouerbijs dicitur. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum, qui per affectionum desideria volant sicut nubes, & quasi columbæ ad fenestras suas, sicut legitur in Isa. Disponitur etiam respectu ipsius fortitudinis, quia tanta vehementia ipsi inhęret, quem diligit veraciter, vt potius millesies se permitteret iugulari, quam semel ex deliberatione dilecti offensam incurreret, & ad istam fortitudinem obtinendam, habet ista duo coadiutoria, vt veluti de propria familia ipsius dilecti creatoris dirigente dextera protegatur, secundum illud Sap. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & illud a parte sui, quia si etiam fortissimis tentationibus ab inimicis propelletur intensius, veluti puer confugeret ad matrem cito, cum ab aliquo timet lædi. Sic mens in fortissimis tentationibus ad subsidium illius quem diligit, ad ipsum aspirans intensius recurrit, & iste modus vincendi Dæmones inter alios est præclarus. Per istam sapientiam temperātiæ virtus ducitur ad perfectum, ex hoc.n. est intemperantia humana, ꝙ homo in gula, vel luxuria, vel alijs carnis illecebris, omissa vera delectatione, quæ est ex coniunctione Dei & animę, miserabiliter delectatur. Cum igitur multo maior sit illa delectatio, quæ est in Deo, quam quæ est in carne, sicut Deus melior est quam vlla creatura, in qua carnales homines delectantur. Inquantū enim de vera illa delectatione mens sensibiliter experitur, in tantum vehementius carnalem delectationem respuit, & illum inueniens in lectulo amoris, qui est vera iucūditas, sic dicit. Mihi autem adhærere Deo bonum est) Igitur hac habita, ab ipsa cætera alia de facili vilipendit. Per mysticam etiam sapientiam iustitia perfecta acquiritur, quia vere iustitia hæc, reddere Deo quod suū est, & sibi quod suum est, & proximo suo quod suum est. Primo enim per istam sapientiam vnitiuam redditur Deo quod suum est. Nam per quemlibet motum consurrectionis anima constituitur ante Deum, per affectionem etiam amoris anima quærit quæ Dei sunt, nō quę sua sunt, nā aliter non est vera dilectio, nisi plus dilectum quam seipsum amans diligat, ipse amor etiam ipsam quiescere non permittit, nisi in eo quem diligit, quia sicut pondus lapidis non permittit ipsum quiescere, donec ad terram suum locum naturalem perueniat, sic nec amor spiritualis permittit in alio quam in solo Deo quiescere, qui est omnium spirituum (vltra quem nihil desideratur) terminus naturalis. Non tantum redditur Deo ꝙ suum est per ipsam sapientiam, sed & animæ redditur quod suum est, in eo quod per gratiam perficitur in se ipsa. Quia secundum Philosophum. Anima perficitur virtutibus, & scientijs, igitur tunc est ibi summa animæ diligentis perfectio, quando ille qui est fons totius sapientiæ, & omnis sapientia siue scientia creata, tam in superioribus quam in inferioribus ab ipso emanauit, spiritualiter per seipsum mentem inhabitare dignatur. Vnde verius quam aliquis in loco materiali sedeat, habitat Deus in anima ipsa, quæ diligit ipsum, & hoc spirituali habitatione, vt dictum est, quia ipse charitas est, & qui est in charitate, quæ est verus amor, in Deo manet, & Deus in eo, vt in canonica Ioan. legitur. Per hanc igitur redditur proximo quod suum est, & in eodem amore quo diligitur pater & filius. Ex hoc enim quod anima suum creatorem diligit, omnem etiam rationalem creaturam diligit, quæ ipsius patris æterni est imagine insignita. Ex eo enim quòd pater diligitur, ex eo venit feruens animarum sola dilectio, ex eo enim multiplicantur orationes pro animabus deperditis liberandis. Ille etiam idem amor gemitus multiplicat, vt animæ ad proprium creatorem reuertantur, vt. s. mortuæ per peccatum, per vitam gratiæ diuinę suscitentur. Sicut Hieremias clamat dicens. Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem lachrymarum, vt plorem super interfectos populi mei die ac nocte? Quomodo etiam per hanc disponitur respectu meriti secundum omnem affectionem theologicam planum est, quia quotiescunq; mens in Deum immediate mouetur, vitā ęternā toties promeretur, & quotiescunq; vult anima sic disposita, potest actualiter affici velocissimis motibus, tamen intercisis, & plusquā dicere valeam, eleuari meretur in gloria in qualibet cōsurrectione istorum, & quia singulari merito est respondens gloria singularis, excepta substantiali corona de visione pulchritudinis diuinæ, constat, ꝙ per hanc sapien-

Margin notes (left column):
Quintò diuina sapiētia disponit animā ad regēdū corp⁹ suū.
Exodo. 25
Sexto disponit respectu omnium mundanorum.
Phil. 3.
Prou. 1.
Per ipsam sapiētiam disponitur meas contra astutias Dęmonis.
Prou. 1.
Isa. 60.
Disponitur mēs respectu fortitudinis.
Sap. 3.

Margin notes (right column):
Per ipsam temperantiam perficitur.
Psal. 72.
Iustitia acquiritur.
1. Ioan. 4.
Hier. 9.

Digitized by Google

sapientiam sibi coronæ inumerabiles cumulantur. Concludendo ergo a primis, sic per istam sapientiam mens ignita perficitur, vt ad instar circuli qui est perfecta figura inter alias, in præsenti & in futuro mens a sensibilibus egressa, reuertendo in diem quasi protractione ab eodem puncto in eundem punctum, & directissima ordinatione regreditur. O ergo sapientia æterna, quia nullus mortalium potest manifestare istam admirabilem & increatam sapientiam, quæ a te fonte vitæ immediatissime procedit. Veni ad docendum nos viam prudentiæ, quia contra vsum aliarum scientiarum in ista sapiētia, practica præcedit theoricā. Primo ergo subditur de practica, qua mens purgatur in prima via, in secunda illuminatur, in tertia perficitur, vt hæc sapientia secundū triplicem viam vltimæ hierarchiæ respondeat. Purgatiua Tronis, illuminatiua Cherubin, vnitiua Seraphin. Quia ergo hæc sapientia, vt dictum est, persuaderi potest ab homine, sed non doceri, ideo subditur hæc triplex via, per quam quilibet quantumcunq; simplex doctrinam istam celestem non humanam quoad vsum diuinitus obtinebit. Tu beatissime Deus altissime, qui natura es inuariabilis, incommutabilis per te stans, omnium bonorum virtus principaliter conditiua, qui aspectu tuo Angelos reficis, tu qui es increata sapiētia, quæ mentes Angelicas & cęlestes tuis radijs præclaris irradias, tanquam viuifica virtus, ita amatores tuos adimples, vt ab infimis separatos suscites nos ad tui desideriū & cognitionem, & remota omni mentis distractione, conuertas nos ad aggregantis patris vnitatem, quibus in horrea claritatis æternę dispersiones congregas Israelis. Amen.

De triplici via ad diuinam sapientiam.

Particula 2.

SEquitur ergo primo quæ sit ista sapientia. Secundo de persuasionib. ad ipsam. Tertio de industrijs per quas mens in ipsa firmissime solidetur, & hęc pertinent ad practicam. i. ad vsum, quod etiam si anima simplex fuerit, ita q nesciat ordinare, saltem adspiret & primo, quoquō modo doleat. Secundò etiam si nesciat meditari in scriptura (vt dictum est) saltem adspiret ad amorē, dicens semper in omnibus suis orationibus, & petitionib. O Domine quando te strectissimo amore constringam? & sic quantumcunq; simplex vel laicus poterit p dolorem de peccatis, veluti per osculū pedis, per recordationem beneficiorum, veluti per osculum manus, vsque ad osculum oris q est in desiderijs amoris ascendere, dicens. Osculetur me osculo oris sui. Et hæc iam pręsumptuosa non iudicabitur, si primo in osculo pedis & manus se exerceat, & postea in alia hora ad osculum oris. Sequitur de tertia via. Accedite ad eum & illuminamini, &c. Cum.n. Deus beatissimus lucem inhabitet inaccessibilem, secundum q ait diuinus Apost. Cum omnis rationalis creatura distet ab ipso gradibus infinitis, ad hoc q lucis æternæ super pulchris claritatibus illustretur, necesse est, animā quasi a se egredi, & gratuito beneficio creatoris superis eleuari, vt sit aliqua approximatio, & aliqua assimilata conformitas inter creaturam recipientem, & ipsum benignissimum influentē, ideo dicit diuinus Propheta. Accedite ad eū & illuminamini, vt illud pręcedat & immediate illuminatio consequatur, ibi ergo tangit complete istius libri materiā, in quo cursu extraneo quasi contra omnes diuinos & theologicos tractatores, nō per speculum creaturæ vel ingenij inuestigatione, vel intellectus exercitio, docet ad cognitionem immediatam creatoris attingere, sed p amoris vnitiui aspirationes flammigeras, quib. nō tantum quia Deus est, sed etiam quid sit Deus beatissimus ipse principium totius beatitudinis & origo, infallibiliter adhuc degentes in miseria prægustamus, quę intantum excedit cognitionem rationis vel intelligentiæ (vt dicetur postea) inquantum Sol cūctis alijs planetis pulchrior, & stella matutina cæteris syderibus fulgentibus fulgentior vniuersis, qua reuelantur abscondita, qua referantur occulta, quæ non humanis & terrenis facit amantem intendere, sed potius supra seipsum eleuatum immediate diuinis & cęlestib. insistere disciplinis. Quia ergo amor æstuans ad vnionem dilecti adspirat ardentius, sursum trahi spiritum vt fonti veri luminis appropinquet, qui solus facit accedere ad illū, qui est oriēs ex alto, hos qui in tenebris & in vmbra mortis sedēt illuminans, vt per ipsum motiua & cognitiua cōpletissime suas perfectiones obtineant, vt mens ardore amoris & decore luminis a suo dilecto misericorditer decoretur, qm non solū per amorē vnitiuū gloria ęternę beatitudinis in recessu spiritus a corpore possidetur, nec solū vitam cœlestem ducere contingit in terris, non tantū humanam suis sursum extensiuis siue excessiuis actionibus mentem interius solicitam, sed insuper in animo incomparabiliter per amoris vnitiui desideria perfectio amplioris cognitionis relinquitur, quam studendo vel audiendo, vel pro rationis exercitio cōquiratur. In hoc ergo pręsenti opere, q a me ad declarandum beati Dionysij misticā theologiā conscribitur, est pręsens intētio ostendere theoricā ibi inclusam, quomodo anima creatori suo inhereat, & ipsi efficacius veluti dilecta dilectissimo radicabiliter vniatur. Vbi verba paucissima sunt, sed infinita sententia continētia, sicut manifestissime in sequētib. apparebit, qa in hac vnitiua sapiētia, nō ab eo q extra in scripta redigit, sed ab eo q intus pcipitur mētis extēsa vnitio, ad suum dilectissimum cupientis attingere, ipsius dono gratuito recipit incrementum. Stilus autem istius libri simpliciter & pure anagogicus est, nisi quandoque propter pium auditorem ad inferius aliquod quandoq; descendat, ad sensum anagogicum manifestius explicandum, vt solum pure amantes hanc supremam sapientiam vnitiuam in seipsis percipiant, & a mundi sapientibus vel mundana amantibus, neq; quo ad intellectum, neque quo ad affectum vlla tenus capiatur. Finis autem est, attendere quomodo anima ad sponsi vnionem totis viscerib. debeat adspirare, vt arrā gloriæ & diadema nuptiarum regalium valeat percipere in præsenti, q omnis rationalis spiritus tāquam suam beatitudinem debet appetere, propter quinq; rationes, quæ ante principale videndum ad auidius recipiēdum, quæ in sequentibus dicentur, prolixius pręmittuntur. Prima igitur ratio sumitur respectu rationalium creaturarū, & mūdanorum actuum, tres aliæ respectu perfectionis ipsarum personarum, quæ per vnionem amoris in pręsenti fęliciter obtinetur, vltima ratio ratione continuationis profectus & augmenti, quo mēs seipsa fortior efficitur semper, & pro amore dilecti ad maiora semper seipsam extendere cupiens, donec in recessu ipsius a corpore sibi sol iustitiæ ipsum visuræ facie ad faciem, sicut est, oriatur. In prima.n. insipientia omnium mortalium & maxime religiosorum ostenditur. Sicut.n. quidam sanctus dicit. Vniuscuiusque artis industrius appetitor, cunctos labores & pericula, atque dispendia æquanimiter libenterque sustentat, & hoc in agricolis & negociatoribus & in militibus exemplo sensibili comprobatur. Nam & agricola nunc torridos solis radios, nunc pruinas & glacies non declinat, terram infatigabiliter scindit, & indomitas agri glebas frequenti subigit vomere, vt eam cunctis sentibus expurgatam, vniuersisque graminibus absolutam, in modum solubilis arenæ exercendo comminuat, hunc solum finem intendens, scilicet perceptionem copiosarum frugum, ex-

Cant. 1.

Psal. 33.

Rationes pp quas vnitiua sapientia ab oībus desiderari debeat.

1. Timo. 6

Psal. 33.

Intentio Auctoris in hoc libro.

Quinq; rationes persuadentes ad diuinā sapiētiam.

uberantium segetum, non alias adepturum se esse confidens, quo vel ipse vitam securus ducere, vel suam possit substantiam ampliare. Si ergo tot laboribus, tot calamitatibus incessanter æstuat, vt possit terrenus terrena suscipere per modicum temporis in ipsis quietudinem inuenturus, non immerito omnis anima totius Trinitatis insignita imagine, & maxime religiosus, qui ad hoc obtinẽdum efficacius vt Deo æterno vniatur, strictius præ alijs se succinxit. In quo tanquam in fonte beatitudinis lætitiam in præsenti, & gloriam in futuro per vnitiua desideria poterit exhaurire. Et si in principio aliqua forsitan difficultas, vel carni intolerabilitas videatur, tamen cito in tam iucundo dilecto desideratam requiẽ poterit inuenire, quia in ingressu est via

Sap. 3. arctissima, secundum Salomonem in lib. Sapientiæ dicentem. In paucis vexati, in multis bene disponentur, & nõ immerito, quia ille citissime inuenitur, a quo omne gaudium, & omnis iucunditas emanauit. Secũdo videmus, quod illi qui negociationum solent exercere commercia, non incertos pelagi timent casus, nulla discrimina perhorrescunt, dum ad finem quæstus solicite attendentes, hæc omnia perpeti hilariter prouocãtur. Quod si tales corpus & animam tanto subijciunt discrimini incessanter, quanto deberet rationalis spiritus incessabili deuotione inardescere, vt illum suauissimum inueniret, qui sua iucunda præsentia per amorem vnionis obtentus, omnem ab ipso eliminaret egestatem, & omnem ab ipso inopiam remoueret, & non vltra ipsum vagari permitteret, non vltra oblectamenta adulterina in creaturis alijs mendicaret, cum ipse beatissimus inueniretur experimentaliter hospitatus, qui est omnis mentis

Iob. 29. tendentiæ sufficientissimus quietator? De quo dicit anima cum ipsius sentit iucundam præsentiam in Iob. In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies: nolẽs iam ad consueta discurrere, iam humana consolatione non indiget, quia iam illi vnita est, in quo omniũ languorum suorum, tam corporalium quam spiritualium, inuenit saluberrimam medicinam. Tertio etiam videmus, quod hi qui malitiæ mundialis ambitione libidinosa inflammantur, dum prospiciunt honorum ac potentię finẽ, exercitia peregrinationum vel pericula non sentiunt, nec pręsentibus erumnis bellisque frãguntur, dum propositum sibi dignitatis finem cupiunt obtinere. Si ergo in tot miserijs inuoluuntur, vt ad modicum temporis laudibus hominum vento inanis gloriæ eleuentur, hoc sufficiens præmium reputantes, pro omnibus perpessis multipliciter tam in spiritu quam in corpore fatigationibus. Quid dignum possit peragere mẽs rationalis creaturarum nobilissima, respectu tamen sui creatoris mẽdica, vt ad illa tanta dignitatis præmia perueniret, vt illi a quo creata de nihilo primordialem originem habuit, in amoris vnitiui desiderijs vniretur, & tanto honore in conspectu creatoris digna valeat iudicari, vt minus quam musca, minus quam nihil, principis vitæ sponsa, regis Angelorum dilecta proprijssime valeat appellari, & ad tantũ honorem ab altissimo crea

Cant. 5. tore minima prouocetur, sic dicente in Cant. Aperi mihi soror mea, columba mea, &c. Dicto quomodo per actus mundanorum & secularium mens ad tanta dile

Secunda ratio. cti gaudia prouocatur. Dicendum est, quomodo per creaturas rationales & irrationales ad quiescendum in suo creatore multiplici excitatur. Primo in sensibilib. secundo in vegetabilibus: tertio in animatis rationantibus & irrationantibus. Vide quia ad istud edulium ad quod aliqua experimentali notitia animal brutum gustui delectabile exæstuat, currendo cum impetu sine discretione accelerat. Cum ergo ratione prædicta mens habeat vnum solum delectabile obiectum in quo vera requies & omnis satietas pariter conbinantur, diuino iudicio misera iudicatur, vt tanto delectabili sibi præsentialiter, & immutabiliter existenti misera defraudetur, cum bruta ad suum delectabile cum tanta festinatione accelerent sensibiliter obtinendum, & ista non vult faciem suam erigere ad illam veram sapientiam vnitiuam, de qua ab increata sapientia in lib. Sap. dicitur, Omnia mihi bona venerunt pariter cum illa. Dicit. n. omnia, vt nihil in mente in ipsius pręsentia remaneat incompletum. Dicit bona, non bonum dicit, vt multiplicationem in mente diligentis diu notum beneficiorum insinuet. Venerunt dicit, per hoc signans nõ a se, sed ab illo hęc obtinere. s. ex influentia ipsius dilecti misericorditer influentis. Dicit pariter, cum in seipsa anima nihil boni habuerit, & si quod fuit multiplici amaritudine replebatur, cum illa dicit, vt non solum possessione ipsius vnitiuæ sapientiæ mens interius impinguetur, & medullarum ipsius multiplicatis fructibus irroretur. Sed & multa dilecti encęnia, s. splendores & distillationes multiplices præsentia vnitiuę sapientiæ comitatur, vt tam per ipsam, quam cum ipsa mens experimenta gloriæ obtineat in præsenti. Miserabilis ergo debet anima reputari, si illud quod videmus in sensibilibus, nos rationales non facimus, & respectu momentanei delectabilis pigritantes circa inferiora lamentabiliter occupati, contra etiam cordis humani generositatem, impudenter & miserabiliter dormitemus. Hoc etiam apparet in vegetabilibus, vt in arboribus, quæ vt stabiles sint, & in concussione ventorum immobiliter maneant in terra, radices immittunt profundius, ab humore ipsius terræ in qua figuntur recipientes fortificabile nutrimentum, vt etiam ramos superius emittentes, propter immissionem firmissimam sine sui confractione in suo loco firmissime perseuerent. Sic mens per amorem vnitiuum supra se erecta, per penetratiuas affectionum radices, in eo cui per amorem vnitur radicata infigitur, in qua infixione vnionis, stillæ roris æterni exhaustæ, per amorem maxime ratione redundantiæ ipsius fontis omnium delitiarum & plenitudinis, quia per importunitatem vnitiui amoris quasi quibusdam radicibus ad stipitem affectus descendunt inferius, mẽtem sic fortificantes in ipso, vt inauertibiliter ad sponsum sine obliquitate profectu continuo ascendat, vt etiam corroboratione motuum amoris, qui hic radices proprie nominantur rami cæterarum potentiarum omnium perfundantur, & inde sic fortificata, vt non iam ad modum arundinis spiritualium ventorum turbine quatiatur. Et sicut humor arbores facit virescere, florere, & fructificare, & nihil horum sine virtute ipsius humoris, arbor materialis obtineret penitus, sic & humor amoris facit florere altioribus ad magis placendum dilecto, conceptionibus quam plurimis, & fructum operũ sine exinanitione proferre folia verborum, non de ariditate mundanorum nisi ea vilipendendo, sed de his quæ placent illi quem diligit, facit amor viriditate perpetua apparere, vt illius promissionis veritatẽ experimẽtali notitia in seipsis percipiant, quam iam dudum degens in terris, & cũ miseris habitans, dilectus promise

rat dicens. Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrũ. Hoc Luc. 6.

enim promittit Deus altissimus animæ aspiranti, quæ ad instar insensibilium materialium arborum per amoris motus ignitos in ipso infigitur, & quod videt in creatura quam expertem & insusceptibilem delectationis, & iucunditatis cognoscit, hoc ipsa misera appetat, cui tot delectabilia præmia a collatore omnium promittuntur, & quæ sint ista in sententia prædicta insinuantur. Mensuram dicit; quia cuilibet se ad suam infixionẽ sollicite disponenti datur amor, idest perfecti amoris vnitio, quæ mensura proprie dr. Nã ipsa sola quantitas

animæ

animæ mensuratur, vt desideratũ perfectiorem vnitionem citius & efficacius apprehendat, ardentius quoque amare desideret, & secundum suorum desideriorum mensuram apportando secum encenia, ipse altissimus paupercula se infundit, quæ vere bona affectum mentis erigendo Deo æterno diligentem vniens non bono per participationem, sed summo bono, ampliori bonitate mentem sibi vnitam deificans, vt ea sola bona dicatur, & melior omnis mens Angelica, & humana, in qua amor transformans creaturam in creatorem, abundantior redũdauerit, vt iste solus nobilissimus habitus, bonus anthonomastice debeat nominari, quia in eo qui solus bonus est secundum ipsius sententiam facit in Deũ sua extensione deifica animam transformari, cuius fructum multiplicatione & exuberanti abundantia vires & virtutes animę perfundens, vt ratione redundantiæ ipsius nihil maneat vacuum, & ideo conferta statim dicitur. Sed etiã quia ex præsentia vnitiui amoris, ex qua totus homo respergitur, est ibi quædam virtutum creatio, vt vna motum alterius prępoccupare cupiat, ideo coagitata dicitur. Et quia verus amor tanquam ignis ęstuans, non potest sic adhibita diligentia cooperiri cineribus, quin semper quoad aliquid calorem emittendo alijs emineat, sic amor super effluentiam operatur vsque ad verba exterius, quia de his circa quæ vertitur mentis affectio, verba libentius proferuntur, ipsa mens quadam limitatione amoris præponderans, vt os quod est nuncius quo mens præmittit, quod sentit interius, proferat diuina non humana, cœlestia non terrena. Vnde potest dici mensura amoris, secundum quam affectus potentias suas dirigit, multiplici exhauritione corroborat, virtutes creatas ad operandum exagitat, vt etiam ad ea quæ sunt exterius se extendens, sua dignatione & ex deliberatione, loqui vel facere, nisi de pertinentibus ad ipsam suum possessorem, non permittat vllo modo. Inde ergo debet anima lamentabiliter excitari, vt laboret instantius, scilicet vt principium inceptionis, vbi quasi tota est vnitiuæ sapientiæ difficultas, aggrediatur audacius, vt tanto citius manens immobilis in loco sibi connaturali, suæ primordiali origini naturaliter competenti firmissime radicetur. Dicto quomodo per exempla sensibilium & vegetabilium mens ad suum delectabile obiectũ debeat excitari, & in suo loco naturali inauertibiliter radicari, dicendum est, quomodo per exẽpla inanimatorum ad idem efficacius excitetur. Sicut omnia corporalia locis sibi competentibus conseruantur, sic spiritualia. s. mentes Angelicæ, & humanæ locũ habent proprium non ad instar corporalium dimensionum, sed suæ contendentiæ, & ne redigantur in nihilum ipsa sua dextera continentem. Sicut. n. corpus ratione suæ ponderositatis statim ad locum naturalem (vt in ipso quiescat) naturaliter deportatur, sic mens donec pfecte constringat illum, qui sua dignitate non potest non appeti, per pondus amoris vsque ad ipsius vnionẽ a supernis collatam, sine quiete vaga, sine refectione famelica, mendicabit, quantumcunque extraneis delitijs vel honoribus occupetur, tamen nullatenus satiabitur, nisi illum cuius naturalis est imago, ipsum per contactum amoris quem vnicum naturaliter appetit, fuerit assecuta, & nisi in signo iugis lętitiæ in ipsa se præsentẽ annunciet, mentis importuna tendentia non quiescit.

Ioan. 6.

Et hoc in Ioan. Euangelio insinuatum habemus a diuino Petro præ cæteris amante ardentius, sic dicente. Viderat enim vbique inopiam, & in ipso solo cui loquebatur, præsentialiter perfectam quietem inueniens, dicit. Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes. Dominum vocat, quia ipsum colit omni postposita creatura, potest etiam appellare Dominum, cum amor non deriuetur ad aliud, sed conuertatur ad ipsum a quo tanquam a fonte primordialiter emanauit. Et sic dicit. Ad quem ibimus? quare vero non esset recedendũ ab eo in persona amantium subdens efficacissimam rationem. Verba vitæ æternæ habes, non verba oris exterius sed mentis interius, tuas distillationes multiplices immittendo, quibus multo efficacius quam per argumenta, vel creaturas, vel quæcunque alia verba vitæ æternę incognita, gaudia tuis amatoribus manifestas, vt ipsa sentientes (secundum diuinum Apostolum) cætera omnia vt stercora reputent, vt te lucrifaciant.

Phil. 3.

Quarto respectu rationalium. Cum naturaliter anima secundum suas potentias obiectis competentibus perfici desiderat, scilicet ad arduum, verum & delectabile aspiret, sed extendendo superius, vt illi ineffabili vniatur, qui est summa maiestas, incommutabilis veritas, & indeficiẽs bonitas. De istis breuiter pertranseo, quia de his inferius oportet determinare prolixius. Tamen ad præsens sic veram arduitatem increatam esse anima non reputet in eis, in quibus quantumcunque alijs præexcellens arctioribus honoribus eleuetur, ipsam necesse est, tam mentis quam corporis vt sensibiliter comprobamus, mẽdicitati, & subiectioni multiplici subiacere. Sed tunc solum mens in obtentu veræ arduitatis congaudet, quãdo per intimam amoris vnionem tanta libertate perfruitur, quæ non potest cognosci nisi ab illis, qui ipsam experimentali notitia prę sentiunt, vt Diabolum non timeat, mortalem hominem nullatenus pertimescat, vt tormentis pœnæ æternæ non sentiat, vt susceptionem mortis amplectendo gaudeat, vt quæ immediate per veram vnitionem creatori proprio se subiecit, in omnibus libertam ipsius promissionem consequatur, dicentis in Ioã. Si filius Dei vos liberauerit, vere liberi eritis.

Ioan. 8.

Tunc. n. vere filius Dei liberat, quando dexteram amoris ipsam extẽdendo porrigit, vt ipsi inhæreat omni creatura supposita, & nihil sub Deo pęnale amãti in vnitiuis desiderijs dominetur. Et hæc est ratio, quia in loco tuto per infixionem amoris se firmiter collocauit, nihil aliud timet extrinsecum, nec etiam ipsum in quo habitat, cum amor familiaris minas illius quem diligit, facit obliuisci. Vnde dicit ipsa veritas in Ioan. Hęc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis: In mundo autem pressurã habebitis.

Ioan. 16.

Tũc. n. quando Dominus menti loquitur & seipsum per spiritualium instuitionum colloquia prę sentem denunciat, statim pax sequitur, quia ipse est ab omni seruitute radicitus liberatus, qui etiam altissimus mundanis pressuram habendam promittit, quia dignum est; vt qui venerandissimæ maiestati seipsum per amorem verum non subijcit, ab omni creatura misera cõculcetur, vt oĩs creatura suum vindicet creatorẽ illum afflictione multiplici conculcando, qui nolens ei per amorẽ subijci Dñm proprium derelinquens, & adhærens vilitatibus alijs, quasi ille nõ esset verus Deus, vilipendit. Vnde quanto anima inhęret per ardentiorẽ amorem intimius Deo, in tantum efficacius ab omni subiectione libera, in regno proprio fœlicius iucundatur. Dicto quod ibi est verus honor in illius amoris vnione repositus, in quo est totius subiectionis priuatio, dicendũ, quomodo ratio in ipso inuenit veritatẽ, sed quia præsentis speculationis est, quod vera illuminatio ex amore relinquitur, ideo dicendum est quõ voluntas in ipso & non in alio perfectissime satietur, cum ad ipsius pertigerit in pręsenti existens viatrix beatissimam vnionem, tamen sicut diffusius dicetur postea, cum mens in re aliqua seipsa ignobiliori non quiescat, sibi consolatio vel delectatio terrena non sufficit, licet in ipsis quandoque contra sua naturalia lamentabiliter occupetur. Et hoc, quia omne delectabile, si verum est, quietat desiderium siue tendentiam appetentem, sed omne terrenum quantumcunque suauius æstimari valeat, appe

titum relinquit famelicum,& nisi forsan ad horam to-
taliter inquietum, vt apparet sensibiliter in omnibus,
ergo in mundanis oblectationibus nũquam appetitua
tendentia conquiescit. Quid nam ergo mens prædicta
faciet? Vnum.s.solum restat, vt ad ipsius præsentialem
vnionem acceleret,quem solum seipsa meliorem inue-
nit,qui solus habet thesaurum iucunditatis in seipso ab
sconditum,quem cum quis per experimẽtalem notitiã
inuenit,vadit,& vendit omnia prę gaudio,& emit agrũ
illum. Ager enim dicitur amoris vnitiui planicies, in
Mar. 13. quo mens currit per ignota desideria pedibus affectio
num fulcita,in quo thesaurus absconditus inuenitur,
quando per amoris exercitia ille qui est vera iucundi-
tas per spiritualem notitiam vel encenium aliquod spi-
rituale præsens esse sensibiliter comprobatur,pro cuius
amore adepto mens hilariter cętera oĩa vilipendit,cum
quis,vel qualis sit ille quem diligit,in affectu percepe-
rit,cum se supra se ad ipsum directe extẽdit, dilecti dex
tera subleuatus,vt ea quę prius audierat,verius quã il-
la quæ sensibiliter conspicit,manifestius comprobetur,
non immerito pp hoc dicit sermo Dauidicus. Melior
Psal.83. est dies vna in atrijs tuis super millia, quia dũ per atria
planiciei amoris mens aspirãdo percurrit celeriter,plus
sentit in vna die de mentali lætitia,quam in millib.die-
rum valeat in variarum rerum ineptis oblectationibus
experiri,& diem in atrio nominat,quia mens dum non
per istam planiciem percurrit,sciat se multiplici obte-
nebrante caligine obfuscari Sequitur de obiecto ratio
nali ꝙ etiã veritas dicitur. Ista.n.veritas rationali spiri-
tui respondens,non in veritate creata conspicitur, quia
omnis veritas a falsitate,a deceptione, ab opinione est
penitus elõgata,& non ibi de veritate increata mentio,
sed de creata hic loquitur,quia propter hoc ꝙ veritas
ignoratur, ideo accommodatur fallitas, ideo sequitur
deceptio,ideo multiplicatur opinio. Et hoc est,quia ve-
ritas occulta non potest cognosci,nisi in lumine desup
radiante.s.quo abscondita diuina intelligimus, tanquã
mediante lumine,sicut materiali lumine dirigente vi-
sualem radium ad obiectum sensu exteriori corporalia
sensibilia indeceptibiliter capiuntur. Si ergo lumen diui
num deficiat,iam creata veritas in mendacium conuer
tetur,non propter defectum ipsius, sed propter vel re-
manentem cæcutientis mentis obfuscationem,vel in se
percipere intelligibilis veritatis radium non valentis.
Cum ergo secundum ꝙ sensibiliter videmus,quasi om
nis veritas sit maxime de diuinis(nisi illa quibus per fi
dem acquiescimus)in dubitationem vel opinionem cõ
uersa,iam non pure per humanam doctrinam, veritatẽ
mens rationalis apprehendit. Vt ergo inueniat verita-
tem,ad amoris vnionem properet,& verius quam cor-
pus per materiale vinculum,vel artificiale glutinũ, vel
incastratum labore operatoris industrij,corpori alij cõ
iungatur,mens per amoris osculum vnitur illi (secun-
dum diuinum Apost.) qui lucem inhabitat inaccessibi
1. Tim. 6. lem,& tunc sibi dilectum suum timore filiali timenti
pariter & amanti promissionem diuini prophetæ Mala
chiæ consequitur,dicentis. Vobis timentibus nomen
meum orietur sol iustitiæ, tunc diuinam misericordiã
Malach.4. supradictam misericorditer consequetur. Accedite ad
eum & illuminemini, cujus reddit in septimo diuino-
rum nominum Dio. rationem. Quia quando mens cir
ca illa quæ sunt creatæ veritatis addiscenda immergit
affectum finaliter,non vnitur illi vt suo splendore mul
tiplici decoretur, qui facit solem suum oriri super bo-
nos & malos,sic dicens,quãdo mens ab omnibus alijs
recedens,seipsum postea dimittens,vnita est supersplen
dentibus radijs,profunde & imperscrutabili sapientia
illuminata. Vnde prius dicit vnita,quam inscrutabili sa
pientia illuminata,vt oĩ menti insinuet, ꝙ non nisi me
diante vnione amoris,mentẽ summo & inaccessibili lu-
mine caligãtis,veritas quoad profunda & inscrutabilia
penitus cognoscatur. Seqtur vltimo.s.de profectu men
tis diligentis,pro amore dilecti ad maiora se extendere
diligentis vel cupientis. Non.n. sicut humani philoso-
phi qui illa quæ quoquomodo capere poterant intelle
ctu,saltu superbiæ inflati,attribuere contempserunt il-
li fontali principio a quo in mentibus omnium ratio-
nalium spirituum omnis veritatis radius emanauit, sed
econtrario, inquantum sensibilibus mens maiori desi-
derio inardescit,quia per veram sapientiam mens edo-
cta scit se per sui merita quæ ipsa possidet, nullatenus
posse obtinere,in gratiarum laudibus collatori omniũ
se diffundit,vt inquantum ab ipso ampliora recipit, in
tanto se humiliorem in suis oculis se reputãdo abijciat
vt non furti diuino iudicio arguatur: vt ea in quibus ni
hil habet,sibi tribuendo proprij animi elatione inane-
scat. Ista ergo sunt duo brachia,quib. mediantibus mẽ-
tis sursum actio affectuum multiplicium recipit incre-
mentum,quia ab vna parte seipsam disponendo prępa
rat,ab alia parte diuinam influentiam prouocando, ip-
sius dono gratuito peruenire ad maiora & copiosiora
præmia,promeretur. In hoc.n.ꝙ ipsa quę habet, non si
bi attribuit,sed omnia redigit ad laudem omnium lar-
gitoris,concauitatem in se exarat contra seipsum ve-
rius propugnando,qua pluuia diuinarum gratiarum e-
xuberans,& colles transiliens,locis humilioribus se in-
fundit,vt quanto maioris humilitatis fuerit concaui-
tas,intanto amplioris gratiæ susceptibilis habeatur: &
hoc qa omnis creatura inquantum suum recognoscit
principium,seipsam annihilat, vt quæ de nihilo creata
est,in tanto plus recognoscit magnificentiam creatoris,
cum ipsi soli esse & omne bonum attribua,iam non im
merito dicitur. Deus superbis resistit,humilibus autẽ 1. Pet.5.&
dat gratiam. Aliud autem est brachium etiam a parte Iac.4.
dexteræ,quo iunguntur mentis desideria,vt ardentius so
lito mens in ipsius exercijs exerceatur,quia dum per a-
moris vnionem anima sentit quæ Dei sunt, prorumpit
in laudem ipsius multimodã,quæ laus super omnia ex-
ceptis amoris exercitijs ad conferendum collaudanti
maiora prouocat largitorem,dum in persona taliũ col-
laudantium dicit Io. in Apo. Benedictio,claritas, & sa- Apoc. 7.
pientia,& gratiarum actio,&c. Vnde frequens benefi-
ciorum cogitatio,est quasi quædã tuba intonans in au-
ribus dilecti,vt sibi ampliora condonetur. Ista.n bene-
ficiorum diuinorũ frequens meditatio stimulat ipsum,
vt se totaliter diffundat in ardentioribus obsequijs af-
fluẽtissimi creatoris. Vnde Dauid in persona talium di Psal.38.
cit: In meditatione mea exardescet,&c. quia dũ diuina
beneficia meditando recogitat,intantum ad amplecten
da maiora pro amore conferentis animus inardescit.

*Quomoda vnitiua & mystica sapientia obti-
neri possit. Parti. 3.*

Dicto de his propter quæ vnitiua debet ab omni ra
tionali spiritu concupisci & per consequens illa in
quibus ipsa sapientia determinata diffusius continetur,
præsentis intẽtionis est inquirere,quomodo vnitiua &
mystica sapientia valeat obtineri, tria principaliter in
hoc opere ostendentes. Primo de sapientia ipsa in gene
rali,secundum ꝙ alternatim duplex intellectus theori Diuisio.
cæ,in scripturis conscribitur. Secundò de mystica theo
logia quantum ad sui præparationem.i.de remouendis
obstaculis,vt prius inuia in subsequenti planissima ha
beatur. Tertio de vnitiua sapientia in seipsa cõsiderata.
Dicto ꝙ ratio naturalis spiritus nisi summo bono inhę
reat,nõ potest in alio aliquo quietari,dicendũ est de in
dustrijs p quas amor ardẽtius incitatur,& iuuatur vni
tiuum desiderium ad hoc,quod dilectus ipsũ erigẽdo,
oculo

Digitized by Google

oculo respiciat pietatis, & hoc ītelligitur per hoc quod dicitur postea. Inspectrix diuinæ sapientiæ. Ad quod notandum cum bona assuefactio sit omnis ardui possessi initiale principium, quatuor ibi de necessitate concurrunt, ad hoc quòd perfecte respiciatur diuinitus, & vnitiuam desideratissimam consequatur, quorum vnũ est interius in mente, secundum a corpore, tertium a loco, quartum a tempore. Primo enim sicut videmus, ꝙ quando sol sulget in virtute sua in meridie, reuerberantur oculi a solaribus radijs, & etiam obfuscantur, ideo necesse est, ad hoc ꝙ fontem solis directe aspiciat, vti quodam ordine. Primo videlicet clarum aliquod aspicere, vel etiam ipsum solem in ortu consurgentis auroræ, deinde ipsum circa horam tertiam, postea etiá per assuefactionem ipsum poterit in meridie videre, sic mens postquam iam omnia terrena dimisit, postquam etiam a gaudijs mundanis se penitus sequestrauit, tamẽ est inuoluta multiplici obtenebrante caligine, quæ adhuc non permittit ferri spiritum expeditis motibus in obiectum. Sibi ergo necessaria est industria, quia nemo repẽte fit summus, vt siue habeat deuotionem siue nõ, siue sentiat se calidum vel frigidum, tamen (vt postea prolixius dicetur) pulset ad ostium diuinæ bonitatis, affluentissimam misericordiam obsecrando, vt illum dilectum per amorem æstuanté sentiat, qui ipsum creauit ad suam imaginem, ad sibi soli amoris obsequia impendenda. non ergo a suo proprio proposito desistat, sed tantum pulset secundum suæ paruitatis modulum, donec per quietem amoris vocem dilecti suauius audiat consolantem. Ecce ego ipse sum, vt habetur in Ioan. Et hoc est quod dicit Beatus Dionysius in lib. de diun. no. Secũda industria est, vt cum in principio multum elongatum ab ardore vnitiui amoris se sentiat, per quem debet dilecto coniungi (quia hoc est supra mortalis hominis facultatem ꝙ misera, & distans tanti amoris vnionem appetat) necesse est, vt illos qui in epithalamio cum ipso letantur, in gloria totis visceribus orando inclinent, vt illum qui iam non ipsum amant, sed ardent in ipso totaliter, per ipsorum supplicationem scintillam ardoris existens in miseria recipere mereatur, nõ ardorem ipsorum desiderans, sed de micis quæ cadunt de mensa Domini, ad instar catuli desiderat saciari, maxime cum ista duo dederit secundum Psalmistæ consilium dicentis. Leuaui oculos meos in montes, &c. statim subdit. Vnde veniat auxilium mihi, cum Iob consilium obliuioni non dederit, & ad aliquem sanctorum conuertere, quia licet tanquam regales consortes omnes mentes angelicæ & sancti excellentiores sint attentione præcipua exorandi, tamen vnum specialem habeat, cui precipuum impendat obsequium, vt cum semper non possit ad diuina intendere, illos suos defectus impleat, qui in cœlesti gloria ipsius semper astat aspectibus, qui videt eum reuelata facie, quam ipse laudat incessanti iubilo: huius per suffragia amorem consequi desiderans, qui quantum etiam de se, vix est dignus ad plantam pedis dilecti sui oculum eleuare. Sed quia ibi dictum est, ꝙ mentes angelicæ & sancti beati in gloria sunt præcipue deprecandi, cum illa fœlix ciuitas ex hominibus constat & angelis, ipsos angelos reuereri non negligat, sed vocem audiat Raphaelis loquentis pro Tobia adhuc caliganti dicentis. Ego obtuli orationem tuam Domino, hoc sibi, dicens in persona animæ ascendere cupientis. Hi sunt enim expeditissimi paranymphi, quia mentium pias affectiones dilecto offerunt, vt suis miserationibus de sua naturali bonitate impermutabiliter inclusis defectum supplere debeát. Hi sunt q tot insignia impendunt obsequia, qui nostræ beatissimæ redemptionis in incarnatione verbi mediatores pacifici extiterunt, qui nobis pacem de cœlo redditam nunciauerunt, creatoris & creaturæ iam pace reformata per vitę principem Dominum nostrum Iesum Christum, ipsum pro nobis collaudando, gratias reddendo, solenniter beata gaudia humano generi reddendo, siue nunciandi iucundi nuncij affuerunt, & suum angelum a diuina bonitate a sua primordiali origine ad sui custodiam deputatum reuereatur, deprecando attentius, vt ipse pauper attingere valeat per amorem, illum in cuius amplexibus ipse absorptus luce inaccessibili fęlice beatitudine iucundatur, vt audire valeat illud quod Danieli prophetæ in persona animæ diligentis, dicitur ab eodem, quia vir desideriorum es tu. Quid enim poterimus illi beatissimo conductori & consolatori nostro respondere, qui tam dulciter admonet vt creatori suo perfecte etiam anima inhæreat, si in charitate debilis, si abscissa per peccatum est ab ipso, ꝙ ad fontem vitæ mortua iam anima reuertatur, qui mentem perfectam tot splendoribus ea quæ ipse percipit ipsi obijciens, multis modis irradiat, suis excitationibus accendit, suo consortio magna lætitia iucundatur, & maxime cum secundum suam paruitatem mens facta est cõformior, cum idem sapere desiderat, in quo ille totaliter absorbetur. Tunc. n. facilis est transitus, vt mens ea quæ sibi angelus obijcit, recipiat, quando non tantum in natura, sed etiam in gratia est proportionabilis conuenientia, quando est eiusdem amoris affinitas, licet vnus minus alio radicetur. Et sicut est impossibile, arenam maris & stellas cęli ab homine enumerari, sic sunt ipsius beneficia circa nos infinita. Ipse. n. est orantibus assistens, euntes concomitans, dormientes protegens & defendẽs. Sequitur de tertia industria, quæ est in modo quoad corpus quantum ad orantes in vnitiuis desiderijs existendi, & tamen modum multiplicem orandi nobis expressum in sacra pagina videamus. Primus in Moyse, qui erectus in corpore, manus extentas ad cœlum erigebat. Secundus Salomonis, qui genibus flexis, faciem suam versam ad terram, manus ad cœlum dirigebat. Tertia est in nouo testamento in beata Magdalena, quæ prostrata ad terram in faciem, beatos pedes benigni redemptoris lachrymis rigauit. Quartus in sedendo, quem habemus in Luca, ab ipsa Magdalena dum ipsa sedebat ad pedes Domini in silentio, plus orans interius in desiderio cordis, quam in labijs oris exterius. Quintus a Domino IESV CHRISTO, qui patrem vt ab eo calix passionis, si possibile esset, trãsiret, exorauit. Sextus in cruce, quando manibus extentis erectus corpore patri spiritum commendauit. Septimus ab Apostolis, Iesum ad patrem ascendẽtem desiderio reuerendi ad ipsos, in corpore erecti facie versa ad cęlum orabant interius. Cum ergo secundum diuersas affectiones vel cogitationes diuersus modus reperiatur ab orantibus oportunus, tamen in ista specialiter necesse est, quòd corpus totaliter sit erectum, & facies versa ad cęlum superius, quia secundum dispositionem actionis spiritui respondentem reformatur. Vnde si mens quando se extendit in ardore motuum, vnionem dilecti desiderás, faciem versus terram inclinaret, impediretur actualis tendentia, vel in parte maxima cessaret, cum ipsum desiderando appetat, qui est supra ipsum ineffabiliter collocatus, secundum beatum Dionisiũ, sibi in mystica theologia desiderata gaudia promittendo dicentem, sursum ageris ad illum, qui est supra omnem substantiam & cognitionem. Vnde vel corpore totaliter erectus stando, vel genibus flexis necesse est mentem per modos anagogicos consurgere, ratione conuenientiæ, sicut dictum est, secundum quod etiam videmus in illis qui de aliqua materia cogitant, subtilius se profundendo, vel etiam in his qui loquuntur de arduis, est necessaria corporis dispositio, vt semper se interioribus quod est exterius cõfiguret, tamen in meditando vel flẽdo pro peccatis, potest ibi esse alia dispositio

Assuefactio orationis necessaria ad amorem vnitiuum.

Ioann. 4.

Psal. 120.

Iob. 5.

Sanctus aliquis particularis habẽdus qui pro nobis intercedat apud Deũ.

Tob. 12.

Dan. 9.

De dispositione corporis in oratione habenda.

Exod. 17.

2. Para. 6.

Luc. 7.

Luc. 10.

Matt. 26.

Luc. 23.

Actuũ. 1.

dispositio corporalis, vt ad similitudinē Publicani terram respiciat inferius, qui suum benignum, redemptorem contra se ad iracundiam prouocauit. Et similiter secundum alia spiritualia exercitia meditando vel cogitando, potest esse dispositio alia & alia. Talis in anagogica actione necessaria est dispositio, quæ dicta est superius, quia cum ardendo afficitur vnionem desiderans, loquitur ad eum sic attente, & veluti si eum videret facie ad faciem. Cum ergo licet sit vbique, tamen vt est in cœlo dirigatur amantis eloquium. Cum ergo loquatur ad eum quem in cęlis adorat, superius est necesse faciem conuertere, cum ibi eum desiderando prouocet in ipsum totaliter transformari. Dicto de industria, quæ est in dispositione corporis, ad hoc vt citius respiratur ab illo, cui solum placere concupiscit, dicendum est de quarta industria, quæ est ratione temporis. Sicut enim videmus in necessitudine corporis, quòd e-

De tēpore orationi deputādo.

sca sibi competens semel vel bis in die tempore suo propinatur, sic anima quæ in amore viuere desiderat, hora debita & tempore congruo lumbos suos accingendo se præparet, & tempus orationi constituat, vt mens pane & vino in tali amore refecta quotidiano conuiuio non priuetur, cum multo nobilius, multo suauius ab amante illud inueniatur conuiuium, quam in pastu corporis carnis refectio sentiatur: non enim dignum est vt domina mellifiui amoris prandij langueścat inedia, & garrulæ famulæ hora debita & tempore oportuno carnale desiderium impleatur. Et quod talis sit temporis oportunitas manifestum est, quia sicut ex frequenti bene agere relinquitur habitus in anima, sic cum mens elegerit tempus orationi maxime de nocte specialiter deputatum, secundum illud Dauidicum propheticum.

Psal. 138.

Et nox illuminatio mea in delitijs meis, quædā affectabilis complacentia in mente remanet, vt semper suum exercitium illa hora impleat, in qua se ad Deum dirigere consueuit, & si etiam quandoque distat, vt non in hora assueta propter aliquod aliud impedimentū mens se in oratione extendat, a seipsa arguitur, & non modicum quandoque affligitur, si pro causa minus honesta remaneat, quia iam hora pertransijt, in qua mens dilecto inhærere consueuerat, sibi firmam amoris refectionem ministranti, & spiritualis lætitiæ odorifera pocula propinanti. Si autem de hora competenti sit quæstio, quo mens diuinis laudibus se extendat, audiet Dominum per prophetam loquentem. In die mandauit

Psalm. 41.

Dominus misericordiam suam, et nocte canticum eius: quod maxime dicitur, quia tunc minus videtur ab omnibus hominibus, quia tunc quasi omnia silent tumultuantia, maxime quia tunc dormit populus Christianus: cuius ratione charitatis causam debet assumere, non tantum animum sed omnium filiorum baptisma-

Nocturnū tēpus orationi apti⁹.

tis, vt ipse tunc vigilet viscerosis orationibus protegendo, vt leo circuiens quærens quem deuoret, in ipsis nō præualeat, quos pater omnium viuentium imagini filij sui conformauit. Tunc. n. ad amplexum Domini sui inardescet consurgere, stet peruigil custos, qui de nocte pro quolibet, vt pater suos seipsum immolauit hostiam viuentem. Sequitur de quinta industria quæ est ratione loci. Cum. n. antiquus seductor per pium laboris initium, & per alios effectus videat, quòd mens a sui dominio totaliter volens recedere, aspirans ad regnum, multo nobilius sub alijs dilecti desiderās protogi ad eius dominium se transferri eius felicitati inuidēs tentando circuit, vt quem sub specie apertæ malitiæ nō potest decipere, sub specie boni suspirantem ad alta mi-

Iob. 3.

serabiliter decipiat, sic ei obijciens. Veritas in Euangelio suos discipulos admonet. Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Tu ergo debes in loco publico & aperto insistere orationi, vt alij inspiratiores per tuū exemplū manuductiue superius attrahantur rustica sanctitate, non solum tuū profectum proprium desideres, sed per te multitudo non modica ad consimile sibi spirituale exercitium, multo plus exemplo vitæ quam verbo doctrinæ eminentius prouocetur. Vnde locus occultus requiratur, vt ex illo per qđ debet consequi vnitiui amoris gloriam, per omissionē circunstantiæ non incidat in ruinam, non tantum propriam sententiam, sed creatoris sui audiat in Euangelio fideliter edocentem. Cum oraueris intra cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuum qui est in cęlis, quia licet per modicum temporis ab hoste maligno orans in publico, pacifice relinquatur, vt ipsius prædicta admonitio in corde orantis radicetur amabilius, tamen postea timeat ne orationem suam ponat in ore hominum, & tanquam meliorem se alijs reputans, vel sanctum se iudicans, sic interius inanescat, vt sibi dicatur a Domino. Tu vero odisti disciplinam meam, Euāgelij consilium non tenendo: & proiecisti sermones meos retrorsum: scilicet multiplicium consolationum attente orantium, quibus solus Deus in mente (tanquā ipsis loquens) se præsentem annunciat, vt vnde consurgendo superius collatori respondere debuerat gratiarum actiones multimodas, pro beneficio non suis meritis sed gratis exhibito, retrorsum projiciat se ad fanorem humanum in laude hominum prosternendo. Et licet hæc industria propter instantia & multimoda pericula attente ab omnibus obseruari debeat, tamen nouus amans de nouo consurgere cupiens, cum magna cautela custodiat, cum adhuc habet arundineum amorem, quia multum plus siue maius periculum imminet ei, quam illi qui in duello spirituali diutius se exercens, tāquam clypeo amoris iam protectus, iam apertis oculis cognoscens machinationes hostiles, veluti expertus miles de inimico perfecutore nouit sagacius triumphare, quia tunc securius potest se alijs ostendere, qui pondere amoris cor suum interius in Domino protectore benigno non sine multis laboribus collocauit. Dicto de quinta industria, qua diuinam amans inspectionem occasionaliter promeretur, dicendum est de alia, quæ est ex multiplicatione spiritualium, quia secundum qđ videm⁹ in materiali refectione animalium corporum, si aliquid cæteris magis delectabile ad vescendum continue propinetur, cum ex eiusdem continua & diuturniori replicatione gustus sensibilis fatigetur, nouorum aliorum refectionem appetens, licet primum suauius (quantum in se est) ab omnibus iudicetur, & quando plus recentium epularum superuenerit copiosior multitudo, saciabilius quā in vno reficitur, & plus interius ingeruntur: sic mens, si horam quam sibi ad diuina colloquia dedicauit, totaliter in extensiuis siue excessiuis motibus aspirans ad sponsi vnionem expenderet, propter fatigationem corporis nō sustineret spiritus, cum sicut dictum est, ex amoris importuna tendentia non modica afflictio, immo maxima capiti & pectori in quibus amplius spiritus radicatur, & per consequens mens bris alijs corporis ingeratur, ideo epulas recentes sibi multiplicet, & maxime circa tria, vnum præcipuum & præclarum, & duo alia adiacentia comitentur: principale sit deuotissima oratio. & castissima affectio, qua sponso propter seipsum vniri desiderat. Sed ad hoc primum principium maxime incipientibus sit cogitatio de passione dominica, quomodo pro peccatis nostris radicitus extirpandis, Rex religiosus seipsum obtulit, in tantum pro nobis Deo patri obediens, vt morte crudelissima damnaretur, ita, vt a planta pedis vsq; ad verticem non fuerit in eo sanitas, & non esset pars, quæ nō sanguine sacratissimo respersa vniuersis aspicientibus appareret. Vnde cogitatio de carne est, ad ingrediendū ad diuinitatem amoris interius latitantis ianua, & in signum

Locus secretus orationi est cō ueniens. Matth. 6.

Psalm. 49.

De variatione meditationum necessaria contra fastidium.

Meditatio passionis Christi in cipiētibus conuenientior.

gnum illius, latus ſuum ſacratiſſimum ferro lanceę aperiri voluit, vt non niſi per plagas illius mens in diuinitatis intimis radicetur, quia (ſecundum q; dicitur alibi) cogitatio de paſſione, & refectio in eadem, dignitati animæ non ſufficit, ſed ſolum ille qui carnis velamine ſe ipſum ab humanis aſpectibus abſcondebat. Ideo di-

1.Petri.4.

uinus Apoſtolus admonet omnem animam ſuper ſe conſurgere aſpirantem: CHRISTO (inquit) ſemel in carne paſſo, & vos eadem cogitatione armamini, quia iam multum diuinitati beatiſſimæ appropinquat, qui humanitati ipſi vnitæ per compaſſionem imitatricem paſſionis pertractando, tam precioſa vulnera interius conformatur, q; tunc ſine aliquo retinaculo cogitationum de carnis paſſione poterit dimittere, quia iam finem in parte aſſecutus, ſolum in ipſo intimius deſiderat radicari, pro cuius obtentu de plagis oſtiarijs cogi-

Virum ſpiritualē decet de peccatis hominū cōpati.

tabat illud exercitij principiū ſpeciale. Sequitur de tertio ſubſequente, ſcilicet quo nō modicum diuinam miſericordiam ſiue reſpectionem miſericordialiter prouocabit, hoc eſt aliorum peccatorum expoſitorum hoſtibus in peccatis obdormitorum in fęcibus, in delitijs mortuorum compaſſio. In hoc enim apparet filialis & amoroſa dilectio, quando illis compatiendo qui ad patris ſui imaginem creati ſunt, vt illum imitantes in vita, regnent ſancti in gloria, videat ſic miſerabiliter alios laceratos, & alios ſic excæcatos recognoſcat, vt vix vnicus maxime de adultis inter cētum inueniri valeat, qui illum videre in gloria mereatur, in quem deſiderant angeli proſpicere, cum ſibi illud decretum obſtupeſcen-

Joan. 12.

dum ediderit. Qui mihi miniſtrat me ſequatur, quia quicunque viuens homo ſedulum famulatum præſtiterit, ſiue Altiſſimo in bonis, ſiue Diabolo in peccatis, iuſto Dei iudicio poſt receſſum animæ a corpore, illius glorioſis vel miſerabilibus agminibus coniungetur, cuius complebat, dum viueret, voluntatem. Si ergo materiali gladio videam aliquem corporaliter iugulari, vel perforari, vel cuiuſcunque potentioribus pedibus ſuffocari, naturali affectu miſeriæ ipſius cōpatior. Quomodo ergo mens ſe dicat patrem amare rationalium ſpirituum, cum tot filios ſua inſignitos imagine videat, crudeliſſimorum hoſtium pedibus ſuffocari, & illuc eos introducere, vbi omnes guttæ aquarum, & folia arborum citius certo numero redderentur, quam deſiſtant lamentabiliter proclamare illa verba, quę Do-

Iob. 3.

minus ſibi per Iob virum diuinum prædixerat. Pereat dies in qua natus ſum, & nox in qua dictum eſt, conceptus eſt homo: & poſtea immediate. Cur exceptus genibus? cur lactus vberibus? cur egreſſus de vtero non ſtatim perij? Rationem huius rei duplicem reddit ſibi diuinus propheta. Prima erit ex mirabili cruciatu, in quo corpus & anima quādiu Deus erit in gloria, in ſi-

Iſa. vlt.

mul punientur, quia pariter deliquerunt. Dicit Iſa. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: quia vermis eſt remorſus conſcientiæ, quo pœnam doloris ſenſibilem, & pœnam damni incurrere meruit in æternum, dolens de perpetratis in ſæculo, quæ iam non proſunt, ſed ſingulariter dolorem incu-

Sap. 5.

tiunt, ſecundum quòd de talibus Dominus in lib. Sap. proteſtatur, cum ait. Quid nobis profuit ſuperbia? &c.

Iſa. 26.

Sed & pęnam damni comminatur altiſſimus per Iſa. prophetam dicens. Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Et bene ipſum vocat impium, quia ſolus amor mē tem in propria pietate facit vitam deducere, quo verus cultor creatori proprio exhibetur. Digno ergo Dei iudicio a beatiſſima fruitione illius ſeparādo tollitur, qui dum vixit in corpore, non ſe ſic præparando diſpoſuit, vt bonitati increatæ amoris vinculo coniungeretur. Tunc.n. vere tollitur, quando moriens in tenebris a fęlici diuiſione diuinæ pulchritudinis peccatis ſuis exigentibus ſeparetur. Et hoc eſt quod ſequitur, ne videat gloriam Dei, qui vita brutali vixit in terris, non eſſet iuſtum iudicium, quòd vita angelica in cognitione veritatis æternæ, & amore beatitudinis increatæ, in quibus conſiſtit gloria, in cœlis iubilans perfruatur. quomodo ergo iam hilaris apparebit, qui tot patris ſui benigniſſimos filios vidit in tam inæſtimatis doloribus cruciari? Ideo dicebat diuinus Apoſtolus ad Cor. Solli-

2.Cor. 11.

citus non pro vno tantum, ſed pro omni congregatione fidelium. Quis enim infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror? Quia membrum viuum, & efficax, & vnitum CHRISTO capiti non videtur, qui dolores commembrorum ſuorū, & eorum vulnera inſanabilia non præſentit. Hæc ergo diuina induſtria non modicum cœleſtem ad ſe inclinans clementiam, vt ſapientia oriens ex alto inferius ꝓfundatur, qui ad hoc totis tam obſecrationibus, quam pijs affectionibus compaſſione linitis, tam verbis igni tis in prædicatione ad populum in omnibus laborans attentius, vt diuina maieſtas in immiſſione ſapientiæ & doctrinæ vel fidei, ſic miſericorditer inclinetur, vt omnis creatura pro qua princeps gloriæ in terris dignatus eſt apparere, quicunque ſit ab oriente in occidentem, ab aquilone in ſeptētrionem Chriſtianus, Iudęus, vel gentilis, ſic ad veram cognitionem veritatis pertingat, vt illius fęlici conſortio non priuetur, qui non pro vno tantum, ſed pro omnibus ſeipſum in ara crucis impreciabile precium condonauit, & illius beata viſione non careat, ad quem ſolum contemplandum, & amandum creata eſt, vt & mens patrem benignum Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM ſectari deſiderans, ſupportet pijs orationibus attentis & accenſis peccata omnium viuentium, vt illi conformetur, qui ouem perditam in ouile charitatis ęternæ portans in ꝓprijs humeris, patri ſuo reſtaurauit. Non enim diuinus

Hiere. 9.

propheta Hiere. fuit tanquam membrum mortuum, ſed viuum, & efficax: qui videns ſuum populum a Rege nequiſſimo tam atrociter ſuffocari, dicebat. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, vt plorem ſuper interfectos populi mei die ac nocte? Nabuchodonoſor enim Diabolum, Babylon confuſionem tartaream, Hieremias animam Deo vnitam

Exodi. 17.

per amorem proprijſſime ſignat. Sicut enim Moyſes qui ſolus vir fuit, licet eſſet mitis in gente ſua & cæteris manſuetior appareret, manus ſuas leuans ad cęlum orationis ignitæ clypeo, & haſta, amoris fortitudinis extenta vſque ad cęlum Deum exercituum attingente, prometuit, vt virtute ipſius Iſrael populus Amalech ſuperaret: ſic etiam eiuſdem virtute amoris quo Deo

Exodi. 32.

erat vnitus eundem populum ſic protexit, vt Dominus ei diceret, dimitte me vt populum iſtum deleam, quia ſic Dominum affectuoſæ orationis vinculo liga-

Optimum exēplum.

uerat, ne populo Iſrael pœna condigna criminibus inferretur. Si enim duo principis alicuius negociatores famulantes exiſterent, & alter eorum ſemper circa commodum proprium negociaretur attentius, alter vero vtilitatem totius familiæ Domini ſui ſe effundens ſolicite procuraret, citius a Domini ſui largitate potiora beneficia acciperet, quam ille qui de ſingulari profectu pijs circa afflictos carens viſceribus, ſeruili fidelitate lucra ſpecialia procurauit. Iſta duo tanquam duo concomitantia iucunda mentis deſiderantis tendentiam adiuuant, vt a ſuo deſiderio & tendentiæ termino non fraudetur. Primum ergo & præcipuum præcedit, vt dictum eſt, ſ. affici circa paſſionem & plagas redemptoris, per quæ ad perfectam inhærentiam ſubintramus, tamen ſæpe iam ceſſat maxime in quibuſdam, quando mens in ipſa Diuinitate ſine impediente obſtaculo, via iam aperta per exarationem ſuperiorum ardentium, poteſt dilecto ſolito perfectius adhærere. Sed iſta quæ eſt ex compaſſione proximi, reſpectu diuini prouo-

catrix

catrix compassio, nunquam cessat, immo mens quanto ardentius afficitur, tanto ipsum orat attentius, vt ipse miserorum visceribus vulneratis, salubrem misericordiæ & pietatis adhibeat medicinam, vt in consummata iustitia existens, dicat cum beato Iob. Semper creuit mecum miseratio, & ab vtero egressa est mecũ. Tunc enim semper crescit miseratio, quando non proprija affectionibus spirituali iucunditate attendit continue, sed infœlicium miseriæ condescendit. Tunc ab vtero secum egreditur ab illo instanti, scilicet quando ab emanatione fœcunditatis diuinæ vitalem amorem mens recipit, quo primitus natus diuino conspectui & virtutibus angelicis apparuit, ad ipsum vitam consimilem transformatus. Vltima industria est, quæ in sapientia anagogica dinoscitur ab ipsius amatoribus totis visceribus amplectenda, quia si omne confusum & inordinatum eo ipso corruptibile & instabile iudicatur, similiter econuerso omne ordinatum stabile & suæ ordinationis decentia iudicabitur stabilitum. Idcirco discipulis veritatis, est cum diuturniori exercitio sagaciter laborandum, cum suas orationes, vel psalmos, vel hymnos, vel quæcunque alia dixerint, vt stabiliant in se numerum dicendorum. Item quid primo, quid secundo, quid tertio: nisi fraterna charitate, vel necessitate aliqua, vel obedientia maioris, aliquantulum retardentur, semper id & eo modo quo decreuerint, studeãt adimplere: quia ex isto fęlici exercitio relinquitur quædam habilitatio in mente, de quo sæpe animus non modicum contristatur, si aliqua negligentia vel inertia cõsuetum exercitium derelinquat: immo quòd in principio ipsius exercitij spiritualis laboriosum videbatur, spiritui postmodum quasi versum in consuetudinem suo decore alliciat: vt iam frigiditas versa in calorem, tarditas in velocitatem, maxime quia amore vnitiuo trahitur, experimento infallibili comprobetur. Vnde in canticis sponsa petit trahi dicens. Trahe me post te. Et statim subditur. In odore curremus vnguentorum tuorum, quia ex quo amor attractiuus & sursum actiuus in supremum affectus iam inflammando immittitur in ipsam sponsam, in sui dilecti desideratissimum sinum collocando: iam mira agilitate currere incipit, vt quotiescunque voluerit, vnitiui amoris desiderio, veluti quodam ardore sibi sparso diuinitus, in ipsum ardentissime se extendit.

Iob. 31.

In spiritualibus exercitijs stabilitas & ordo requiritur.

Cant. 1.

Sapientia diuina à Deo edocta qualis sit.
Particula 4.

Dicto de persuasionibus & industrijs, quibus mens super intellectum ad percipiendã sciẽtiam vnitiuam attingit, subditur ipsa sapientia a Deo immediate edocta, a magistro hierarcha Paulo Apostolo tradita, a Dionysio Areopagita stylo anagogice & occulto cõscripta, ipsam ad Timotheum veritatis discipulum destinãte, & sic dicẽte. Tu autem Timothee amice circa mysticas visiones forti concertatione sensus derelinque, & intellectuales operationes, & omnia sensibilia, & intellectualia, & omnia existentia & non existentia, & sicut possibile ignote cõsurge ad eius vnitionem, quę est super omnem substantiam & cognitionem: etenim excessus tui ipsius ab omni irretentibili & absoluto, munde ad supersubstantialem diuinarum tenebrarum radium sursum ageris. Videas autem, vt nullus indoctorum ista audiat, &cæt. In hoc verbo Pauli Apostoli sapientia suprema includitur, & culmẽ totius perfectionis, vt possibile est in via: & tota profunditas librorum Dionysij Areopagitæ, quo perfecte cognito, quicquid est super itellectum in libris Dionysij, leuius omni æstimatione efficitur. Vnde ista consurrectio, quæ per ignorantiam dicitur, nihil aliud est, nisi immediate moueri per ardorem amoris sine omnis creaturæ speculo, absque præuia cogitatione, sine etiam motui intelligentiæ concomitante: vt solus affectus tãgat, & in ipso actuali exercitio nihil cognoscat speculatiua cognitio, & ille est oculus, quo spõsus in canticis sponsa dicitur vulnerari. Quod & vnum esse perhibetur ipsius testimonio dicentis. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, in vno oculorum tuorũ. Vnde cum sit triplex cognitio, vna videlicet quæ per speculum creaturarum sensibilium respicit, quæ docetur a Richardo de sancto Victore in arca mystica, vbi per quadraginta duas considerationes olim in populo Israelitico ab Aegypto ad terram promissionis veniente expressissime figuratas docet peruenire, & per sex gradus ascendere ad omnium creatorem. Alia est quæ intelligentiæ exercitio per immissionem spiritualium radiorum, docet primam causam per effectum cognoscere, & in omne exemplatum per considerationem exemplaris ad veritatem immutabilem peruenire. De qua Augustinus in libr. de magisterio, & vera religione, facit non modicam intentionem. Alia est istis multo excellentior, per amorem ardentissimum vnitiuum, quæ actualiter sine omni medio animum disponente, ardentissime facit in dilectum suis extensionibus sursum actiuis consurgere: quæ mystica theologia tradita in apice affectiuæ consurgit, quæ consurrectio ignorata, vel per ignorantiam dicitur, vt remoto omnis imaginationis, rationis, intellectus, vel intelligentiæ exercitio, per vnitionem ardentissimi amoris id sentiat in præsenti, quod intelligentia capere non sufficit: immo quod potius est, omnis speculatiua cognitio totaliter ignorat, quòd inquanto Seraphin nobilior est Cherubin, intantum amor verus omni habitu ab origine primordiali indito, vel gratis dato, vel gratum faciente, perfectior. Inquantum potentia motiua, potentia cognitiua excellentior, intantum cognitio per amorem vnitiuum quantum ad diuinorum secretissima penetranda, omni cognitiua apprehensione præclarior est. Vnde & hæc a beato Dionysio incomparabiliter omnes alias excedens, definitur sic. Sapientia est Dei diuinissima cognitio per ignorantiam cognita, & non tantum præclarior, immo etiam vniuersalior, & vtilior alijs scientijs, cognitionibus & apprehensionibus dicitur. Quæ non tantum affectum supra se erigit & amore extatico perfecte vnit sponso altissimo creaturam, sed insuper intantum eleuat intellectum, vt multo plus omni prudentia & cognitione diuinis fulgoribus illustretur, quã aliquo ingenij exercitio valeat obtineri. Vnde de illa dicit Diony. Hanc igitur irrationabilem & amentem, stultam, & sapientiam excedentem laudantes dicimus, quòd est omnis mentis & rationis & omnis sapientiæ & prudentiæ causa, ab ipsa est omne consilium, ab ipsa ẽt oĩs cognitio & prudẽtia, & in ipsa sunt oẽs thesauri sapientiæ & sciæ absconditi, vbi per sapientiã & cognitionem completa vtriusq; potẽtiæ perfectio denotatur affectione. s. & intellectione. Ipsam. n. vocat irrationabilẽ, quia nec ipsam ratio apprehendit, nec ratione inuestigando vtitur, amentem ẽt vocat. i. sine mente & sine intellectu, quia nec ipsa in suo exercitio vtitur intellectu, quia vsque ad tam summam cognitionem intellectus peruenire non sufficit: stultam vocat, quia sine vsu omnimodæ intelligentiæ in affectu ista sapientia consurgit, quam nulla intelligentia penitus apprehẽdit. In verbis. n. propositis a Dion. perfecte traditur hęc sapientia, subditur primo quid sit admouẽdum, secundo quomodo consurgendum. Et cum etiam in ista consurrectione anima sit in statu duplici scilicet vt perficiens & vt perfecta. Primo subditur quid remouendum in primo statu, ibi, sensus derelinque, secundo

consurrectio

Cant. 4.

Triplex cognitio diuinorum.

Sapientia quid.

Libr. 7. de diui. nom.

Quid admouendũ, & quomodo consurgendum ad vnitiuũ amorem.

Digitized by Google

consurrectio quando dicitur, consurge ignote vsque ibi, etenim excessus tuijpsius, &c. Mysticas enim visiones appellat ipse Dionysius in tota philosophia sua quæ transcendit omnis entis considerationes, quãdo intellectiua cognoscit ex ipso affectu præcedente, nec econtra, & ista est verissima & certitudinalis cognitio ab omni errore & adeptione & phantastica deceptione penitus elongata. Vnde & hæc quæ dicta sunt, & quæ dicentur, siue in theorica siue in practica huius sapientia, quæ affectiuæ directionem conspiciunt, sine dubitatione & opinione coram totius mundi philosophis doctoribus irrefragabiliter affirmantur: & ideo hæc cognitio mystica vocatur.i.occulta, tum quia pauci ad ipsam recipiendam se disponunt, tum quia occulte consistit in corde, vt nec stylo nec verbo ad plenum valeat enodari. In illa mystica cognitione vbi affectus dominatur, iubetur & sensus & intellectus radicitus derelinqui. Primo a parte ipsarum virium apprehendentium, vbi dicit, sensus & intellectuales operationes: secundo a parte ipsorum obiectorum scilicet sensibilium & intelligibilium, cum dicit, sensibilia & intelligibilia. Sed ne absurdum illud videatur, sensus debere derelinqui, subditur ratio, quia ista sapientia non est sicut alia scientia, quæ est ex præexistenti sensibilium cognitione, sed est potius desuper secundum regulam beati Iacobi dicentis, A quo hæc sapientia vocatur omne bonum, omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens, &cæter. Si omne donum, multo fortius hæc sapiẽtia quæ est optima portio Mariæ, quæ amoris dilecti igne succensa ardebat desiderio, quia igitur hæc apprehensio est desuper & non subtus, iubetur sensus exterior extirpari, quod non tantum de sensuum exteriorum officio intelligendum est, sed etiam de sensibus interioribus, quia nec sub ratione dulcis vel odorabilis siue olfactibilis, quod idem est, vel pulchri, vel melodiosi, vel suauis ipse Deus beatissimus apprehenditur, cum hæc omnia apprehensione rationis præuia dirigantur, & hæc vnitiua apprehensio sit supra mentem & rationem sicut dictum est, oportet ergo speculatiuum discipulum hanc alibi haurire sapientiam, quam in eis quæ apprehensionem speculatiuæ cognitionis respiciunt: & in hoc apparet huius sapientia mira & appreciãda nobilitas, & eiusdem diuinitas. Et quare diuinissima in distinctione Dionysij appellatur, in hoc quòd anima quasi seipsam expoliare necesse est, & amorem diuinitus collatum, affectui veluti pedissequum insectari, & per istam diuinam sursum actionem intellectui habituali cognitione cum tactu amoris relicta diuinissima informari, non tantum de simplici apprehensione ipsorum sensuum intelligendum est, sed etiam de delectatione eorundem, prout motiuam respiciunt, quia hæc est ipsius sapientiæ quasi summe præparatiuum, quòd a sensibus exterioribus inordinata delectatio in creatura (prout melius poterit) efficaciter rescindatur, vt quoquomodo Deus finis mediatus vel immediatus, vel finis vltimus requiratur: quia quãto plus in ipsis immergitur, tanto debilius ad diuina cõsurgit, vt dicat cum Psal. Renuit consolari anima mea: a quo etiam redditur illius renuitionis delectationum ratio, ab eo sic dicente, & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus; supple, dum se exercet mens motibus anagogicis ad diuina & directa tendẽtia, suijpsius ad Deum delectatur, deficit spiritus ab his delectationibus, quæ sibi a sensibus corporis exterius instigatione diabolica offeruntur. Quod etiam de delectatione sensuum interiorũ dicẽdum est, quia nec ab ipso vero diligente debet diligi dulcedo, vel suauitas concupisci, quia ipse solus appetitur, nisi quandoque hac de causa ipsam dulcedinem, vel suauitatem appetat, vt ad intimiorem vnionem efficacius affectus, & importunius inardescat. Vnde tota ista sapientia est in ardenti desiderio collocata, vbi omne ens vel vis & officium intellectualis virtutis extirpari, & derelinqui præcipitur. Nam quandoq; vis intellectualis multa de diuinis participat, maxime quando theorijs diuinioribus illustratur. Sed quia alia vis est in mente multo illa eminentior, cuius motibus mens ignita erigitur ad sapientiam profundiorem, tum ratione superioris apicis ipsius affectiuæ, tum ratione ardoris ipsam superius erigentis, qui super habitus gratuitos & infusos ratione suæ importunæ extensionis & dignitatis, in rationali spiritu obtinet principatum. Vnde commentator Vercel. super mysticam theologiam, sic dicit. In hoc libro alium & incomparabiliter profundiorem modum cognoscendi Deum tradidit superintellectualem & supersubstantialem, quem ideo gentilis prophetia nõ apprehendit, quia non quæsiuit, nec esse putauit, nec vim secundum quam diffunditur in animam, deprehẽdit. Putauit.n. summam vim cognitiuam inesse intellectui, cũ sit alia, quæ non minus excedit intellectum, quam intellectus rationẽ, vel ratio imaginationem, scilicet principalis affectio: & ipsa est scintilla synderesis, quæ sola vnibilis est Spiritui sancto.i. diuino. Et hac de causa cum incomparbiliter totius intellectus suspendat officium mentis suprema affectio, ab ea secludi præcipitur, non tantum operationes prout exeunt a vi sensitiua vel intellectiua eliminari iubetur, sed etiam obiecta ipsarum omnia sensibilia & intelligibilia, primo ea quæ sensu exteriori percipiuntur. Cum vero rationalis creatura constet ex duplici natura, corporali scilicet & spirituali, vtraque habet sibi obiectum respondens, cum secundum cuiuslibet capacitatem æterna veritas percipiatur; quomodo sensibiles homines sunt, qui non nisi sensibilia cognouerunt, veluti habentes intellectum obtusum & affectum recuruum: ideo nec bonitatem nec veritatem diuinam in se percipiunt. Sed tamen ne sint omnino expertes cogitationis diuinæ, posuit Deus altissimus sensibiles creaturas, vt inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspicerentur, vt secũdum Dauidicum sermonem aliquis excusationum non habeat, vt se abscondat a calore eius; cum egressus bonitatis ipsius a summo vsque ad summum in omnibus creaturis resplendeat, sed a filijs voluit increata sapientia ista sensibilia amoueri, vt multo felicius, multoque verius in thalamo affectus secretiori interius in lectulo amoris collocatum sentiant; quem Iudæi & cæteri philosophi per creaturas discurrendo mendicant. Vnde ab ipsa veritate verus orans in spiritu ingredi infra cubiculum (vbi inuenias thesaurum occultum) præcipitur, non tantummodo sensibilem prout sensui exteriori respondet, sed etiam prout est obiectum sensuum interiorũ; nec sub ratione apprehensiua ipsius beatissimi Dei, prout est dilectus pulcherrimus & suauis per mentis desideria anagogica appetatur, ne ipsa anima quæ velut filia habet soli desiderio conditoris inhærere, refectionem suam veluti mercenaria impudenter inquirat, nisi ratione superius dicta, scilicet vt in ipsum aliquo dulcedinis vel suauitatis nutrimento allecta, insaciabilius & immensius inardescat. Intelligibilia enim generaliter euelli admonentur, quia secundum q alibi dicitur, cum omnes homines naturaliter scire desiderant, in nulla tamen scientiæ notitia vel cognitione rationalis spiritus tendentia conquiescit, nisi primæ veritatis iucunda cognitione lætetur, quam solam inuenit nobilitati humanæ intelligentiæ respondentem. Si ergo sciat omnem naturam elementorum, complexiones corporum, virtutem astrorum, cum omnia illa viliora sunt, rationalis spiritus penitus non quiescit, sed potius sic labitur, vel etiam luxuriatur, cum idolo creaturę, seipsa infirmioris (nisi redigat ad finem vltimum)

inuolua-

Sensus & intellectus remouẽdi sunt in mystica cognitione.

Iacobi. 1.

Psalm. 76.

Rom. 1.

Psalm. 18.

Digitized by Google

inuoluatur. Cum etiam tantæ nobilitatis sit spiritus, vt species angelicas etiam fastidiat penitus constrictus & errabundus, nisi quoquomodo ad cognitionem illius a quo exijt originaliater & victor & triumphans virtualiter reuertatur. Quòd etiam si omnia creata vellent scire, reducendo ad finem debitum, vt per illa creator cognosceretur, ab ipso tamen respectu illius sapientiæ totum oportet relinquere, quia mens immediate ipsum per ineffabilem cognitionem relictum, ex amoris vnitione cognoscit. Et de illa cognitione in mystica theorica secundum tertiam translationem sic dicitur, per vnitionem dilectionis, quæ est effectiua veræ cognitionis vnitur Deo intellectualiter ignota: cognitione multo meliori quam sit aliqua intellectualis cognitio, &cæt non tantum intelligibilia, in quo verbo respectu exercitij illius, omnis finalis complacentia cognitionis de omni creatura tam inferiori quam superiori relinqui persuadetur, & etiam existentia & non existentia, per quæ duo omnis modus speculatiuus apprehendendi diuinam naturam excluditur. Existentia hic dicuntur rationes æternæ in mente diuina, quibus aliquid extractum in creatura inferius correspondet, quia ordinatissimus procedendi modus in humanis ad diuina certitudinaliter reperitur, quando mens supra se prouecta, mouetur immediate in Deū veluti in terminum sine etiam commixtione alterius cuiuscunq; creaturæ superioris vel inferioris. Quia ergo considerando rationes æternas mens inquantum ab ipsis egredientem creaturam considerat, intantum a parte altera infra se ipsam finitur, vt non totaliter supra seipsam integraliter erigatur: quia ergo sapientia vnitiua omnem contemplationem vel considerationem in suis motibus creaturæ relinquit, ad suum vnicum intelligibile supra seipsam aspirans, ideo respectu ipsius existentium (licet sit nobilis contemplatio) dimitti præcipitur, cum sit ibi aliqua incuruatio & perceptio naturalis, & ideo mens per istam relatiuam contemplationem non relinquit omnimodam humanam apprehensionem, vt omnino veluti per aliam mens super naturales limites collocetur. Sed & non existentia iubentur amoueri, respectu ascēsionis illius sapientiæ. Non existentia vero hic appellantur, secundum quæ nihil exemplatum in creatura reperitur, vt omnis consideratio de Trinitate & ordine personarum, quia illud nunquam in creaturis apparet exēplatum, quòd aliquis generet aliquē qui sit idem quod ipse: quorum quilibet sit vere existens substantia, nunquam quòd amor connectens aliquos, sit æqualis & existens substantia cum ipsis amantibus. Ista ergo speculatio inter speculatiuas contemplationes excellentissima relinqui iubetur, non quia bona non sit & nobilis, sed quia est alia superior apprehēsio in mente humana, per quam solam excellentissime supremus spirituum attingatur, quæ sola optima portio Mariæ dicitur: alia vero per Rachel signatur, contemplatio vero sensibilis in creaturis per Lyam, & hæc est ratio: quia intantum mens diuinius ad supercœlestia & eminentius attingit, inquantum ipsis magis appropinquat, vel in ipsum Deum intimius transformatur: quòd quia nulla est contemplatio speculatiua, quæ habet virtutem transformandi, sed solus amor extensiuus deificans, ideo ille solus diuina apprehendit, ad cuius pedem nulla contemplatio cognitiua, sed potius quasi de longe prospiciens aliquatenus se extendit. Ideo in 7. de diuinis nominibus sic dicitur. Oportet autem videre mentem nostram habere virtutem ad intelligendum, per quam inuisibilia respicit, vnitionem autem excedentem mentis naturam, per quam coniungitur ad ea quæ sunt supra ipsam: secundum hanc igitur differentiam oportet intelligere non secundū nosipsos, sed totos nosipsos institutos, & totos deificatos, &cæt.

A mystica cognitione, remouenda est consideratio de emanatione diuinarū personarum.

Quòd quia ita derelinquere est difficile, ideo concertatione & forti conatu mentis ista resecari iubentur. Dicto de his quæ oportet derelinqui necessario, subditur de ipsa consurrectione vnitiua: vbi primo notatur conditio consurgentis, quando per ignorantiam dicitur, & ipsa consurrectio extensiua: vbi dicitur: consurge. Et illud quod ipsa consurrectio solum & præcipue ascendit, cum dicitur: ad eius vnitionem quę est, &c. Sed cum omnis apprehēsio iam dicta sit extra mysticā consurrectionem, cum in illa oportet esse ignorantiam: ideo totaliter oculum intellectus rescindere oportet, quæ in ipsa consurrectione semper vult illud apprehendere, ad quod tendit affectio. Vnde, maxima aduersatio in ista consurrectione est vehemens inhærentia intellectus cum affectu, quam tamen rescindere necesse est per magnum exercitiū. Cuius causæ dictæ sunt superius, quia vel phantastice vel circūscriptibiliter, vel modo limitato apprehendit: & quomodo possit hoc fieri, dicitur in mystica theologia super illud. Cōsurge ignote, quia ibi eleuatio est vehementia tendentiæ affectus, quæ intellectum post se relinquit: pura ergo affectiua consurrectio nunquam est, nisi totaliter intellectiuus oculus rescindatur, & hoc est quod in ipso mysticæ theologiæ principio dicitur. Omnino autem ignorata notatio omnis cognitionis, & melius vnitur ex eo, quòd nihil cognosci super mentem eleuata cognitio. Vnde hæc est necessaria conditio ad istam eleuatissimam apprehensionem, quòd in ipsa eleuatione vacet omnis cognitio speculatiua, quia ipsa est ignota intellectui, & ipsam relinqui necesse est, si ad cognitionem super mentem desiderat peruenire. Et quantum in ipsa consurrectione intellectus se commiscet affectui, tantum est hic de impuritate: & inquantum plus intellectiuus oculus totaliter excæcatur (quod fit non nisi per magnum exercitium & laborem) intantum oculus affectionis in suis extensionibus liberius & incomparabiliter eminentius eleuatur. Et per qualecunque exemplum materiale, illud potest videri in aspiratione & respiratione anhelitus, quia sicut ex interioribus sine omni deliberatione procedit ista emissio, sic sine deliberatione affectus ignitus, qui est super omnem intellectum, tendit ad illum cui soli perfectius vniri desiderat: & habet suam actionem ab omni intelligentia totaliter separatam, tanta latitudine a parte superiori & promptitudine coadiutus, vt mira velocitate motuū citius etiam quam cogitare valeat ratione, ad instar aspirantis & respirantis consurgat. Cuius (vt supra dictum est) velocitate motuum ardore extensiuo & importunissimo eorundem, sicut mendicans nullius valoris reputatur & rescinditur, licet importune se misceat omnis speculatiuæ cognitionis exercitium, quod quia non potest dici, nec sufficienter verbotenus explicari, secundum illud mysticę theologiæ. i. Nunc autem ab inferioribus ad supremum ascendens, secundum mensuram ascensionis contrahitur, & post omnem ascensionē totus sine voce erit, & totus vnietur & ineffabiliter, &cęt. Quia doctrinam huius pręclarę sapientię sibi soli creata sapientia reseruare voluit, vt sciat omnis mortalis creatura, quòd est doctor in cœlo, qui solam sapientiam veram suis scholaribus per cœlestes immissiones, & suæ claritatis radios manifestet. Secunda ratio est, omnes sapientes mundi confutet, cum simplex vetula vel rusticus pascualis ad istius sapientiæ consurrectionem perfecte possit attingere, dum tamen modo prædicto se præparet, quòd nulla præhabita scientia, vel mortali industria apprehendit. Tertia etiam ratio in libro sapientię dicitur, quia omnium superborum sublimium colla propria virtute calcauit: quia quantumcunque pręclarus, quantumcunque clericus omnibus alijs gloriosior existat, fimbrias huius sapientię

Qualis cōditionis debeat esse, q ad amorē vnitiuum se disponit.

Quare cognitio speculatiua mysticā cognitionem impediat.

Ecclesi. 24.

non

Digitized by Google

non attingit: quæ super mentem eleuata cognoscitur, nisi per viam puerilem, s. purgatiuam, supposito quòd mortaliter peccauerit, ad vnitiuam se præparet: dolens & gemens quòd collatorem totius sapientię ad indignationem contra se peccatis anterioribus prouocauit. Colla ergo superborum & sublimium, vsque ad humilitatem puerorum incipientium, necesse est incuruari.

Isa. 33.

Vnde est ibi illud Propheticum impletum, in quo sapientia sapientium reprobatur, & sola purgatiuæ inferioris humilitas ab illo supremo exigitur, qui deponit potentes de sede, & exaltat humiles. Subditur etiam respectu cuius fit illa consurrectio, cum dicitur, consurge ignote, scilicet ad vnitionem illius altissimi, qui super mentem & cognitionem: & hæc causa partim supradicta est, quia nec ibi gratia nec gloria vel dimissio pœnę, vel aliquid aliud requiritur istis desiderijs sursum actiuæ consurrectionis, sed ipse solus cui soli propter se in conculcatione vehementium desideriorum mens vniri aspirat, qui sub ista apprehensione obtentus prout ab affectu tendente percipitur, supra omnem mentem humanį & cognitione attingitur: vt nõ solum esse ipsum absolute respiciatur: sed & modus apprehendendi ipsum, quia (vt dictum est) quando affectus tangitur, super mentem ducitur & rationem. Vnde tota ista sapientia in hoc solo perficitur, vt ipsa affectiua in suo supremo apice cõstituta, per abscissionem totius intellectualis operationis nihil aliud quam soli Deo vniri desiderat, & quia hoc est difficile: subditur propter hoc. Et

Psal. 115.

sicut est possibile vsque quo possit cum Psal. dicere. Dirupisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Quia cum prædicta impedimenta mediante diuino auxilio (scilicet omnia sensibilia & intelligibilia, & maxime immixtio intellectiuæ, quæ semper vult apprehendere illum in quem tendit affectus) perfectę sicut extensionis vnitiuæ vincula dirumpuntur, tunc libera ipsa affectiua veluti quędam auicula solis pennis affectionum ardentium prouecta, tanta libertate perfruitur, vt quotiescunque vult moueatur ardentissime in Deum: sic etiam vt orans affectionum desiderio, in mentis affectu quantum possibile est in via, sic attente exoret, ac si ipsum videret facie ad faciem: quandoque etiam vt supra ipsam mens erecta motu, & consurrectione quasi totaliter extra corpus videatur, ideo dicit, sicut possibile est. Quia nulla mens nisi immissione diuina hoc percipit, secundum illud in primo de diuinis nominibus. Nam supersubstantialem scientiam ignotæ supersubstantialitatis, quæ supra rationem & intellectum & substantiam ipsam ipsi tribuere conuenit, tantum ad superius respicienti, quantum theoricorum eloquiorum radius se immittit ad splendores superiores etiam, quod idem est, quòd illa scientia quæ est per ignorantiam (vt dictum est) solius Dei doctrina percipitur: & inquantum plus affectus de theoricis eloquijs, scilicet diuinis influitionibus, quibus mens cum dilecto garrula iucundatur recipit, in tantum Deus solus in mente intimus se immittit, vt ipse qui est vera sapientia, per diuiniores radios præclarius cognoscatur, postea subditur. Etenim excessus tuijpsius, quia non tantum creaturam sapientia vnitiua funditus eradicari perurget, sed ipsum specialiter intellectum mortificat, & soli diuinæ influen-

ad Cor. 5.

tię se submittit, & de illo excessu Apostolus dicit ad Corin. Siue mente excedimus Deo, &c. & per istum continuatum excessum, igne amoris anima efficaciorem cõsequens separationem & purgationem, per suas extensiones flammeas & consumentes rubigines efficacius promeretur, quam primo cum per istam incipit consurgere, quia sicut est duplex purgatio scilicet, per aquam & per ignem in corporalibus, sic & in spiritualibus, quia via prima purgatiua per dolores & frequentes attritiones purgat & per lachrymas, sed multo efficacius illa quæ est per consurrectionem ardoris. Vnde per istum excessum ardoris iam leuis ab omni irretẽtibili: scilicet mundano delectabili, & absoluto. s. ab omni aliena affectione, mundus ad diuinæ incomprehensibilitatis claritatem, iam penitus ablatis obstaculis, & absolutus spiritus a vinculis agillime sursum agitur. Vnde iste est ordo consurgendi. Primo oportet, quòd consideratione & amorem sensibilium derelinquat, & contemplationem omnium intelligibilium & purus consurgat affectus sine admixtione intellectus, in illum quem in sua tendentia cognoscit quietatiuum desiderij, vt ipsi intimius vniatur. Et per istam diuturnorum motuum anagogicorum consurrectionem, magis ac magis affectus extenditur, & quasi quibusdam flammeis scintillis mẽs purgatur efficacius, & ab amore carnalium alibi requiẽ inueniens, sine carnis murmuratione necessario sequestratur multo plus quam antea, & exinde affectus purus motibus fit agilior, vt quotiescunque vult, sine meditatione intellectus præuij ardentissime moueatur.

Ordo consurgẽdi ad amorem vnitiuum.

Vnde primo dicit consurge ignote, & post hoc dicit, sursum ageris, quasi diceret, quòd in principio exercitij consurrectionum anagogicarum affectus apex cum difficultate consurgit, sed per amorem excessiuum ipsius supra se, & per efficaciorem purgationem quasi sine difficultate ad libitum consurgit, & motuum agilitate mirabiliter leuigatur, vt licet in ipso motu anagogico natura & amor pariter concurrat, tamen efficacius iam remotis impedimentis, & exinde maiori immissione desuper adueniente, multo plus ardor amoris, quam vigor affectus naturalis facilitatem & agilitatem motuũ incorporabiliter operetur, & hoc est quòd dicebatur, cuncta auferens, &c. vbi duo maxime quę oportet derelinqui, tanguntur, scilicet omne irretẽtibile, & omne absolutum, quorum primum respicit affectum, quia in quocunque afficitur creatura, illi necessitate coniungitur; & per consequens irretitur, & tunc minus agilis ad consurrectionem diuinorum efficitur: sed non tantum irretentibile, sed omne absolutum dicitur. Absolutum dicitur omne quod sua propria forma cognoscitur habens esse distinctum, cuius omnem speculationem vel contemplationem amoueri necesse est, quia sicut omne irretentibile immundum reddit affectum, dum in creatura seipsa viliori delectatur affectus, ita per secundum immundus efficitur intellectus, id est tenebrosus, quia dum tantum humana scientia speculatiua repletur, in comparatione illius sapientiæ quæ est per supersplendentès diuinos radios, quasi quadam obtenebrante caligine obfuscatur. Sed & illud verbum vltimum non tantum de agiliori consurrectione est, sed de cognitione suprema ipsius intelligentiæ, quia secundum sapientiam beati Dionisij, illa sola vera est cognitio de diuinis, quæ experimentali notitia sursum actiuæ consurrectionis relinquitur. Vnde diuina miseratione secundum quòd competit, consurgenti hoc accidit, vt quando mens per multorum temporum curricula aspirauit, vt suum dilectum intimius sibi coniuncta ardentiori vinculo amoris constringeret, ad modicum prout capax ẽst, prout fit in raptu, visio beata conceditur, maxime cum ab irretentibili & absoluto fit munda, & erigitur tunc ad diuinarum tenebrarum radium, scilicet lumen diuinæ incomprehensibilitatis ibi vocatur tenebra, secundum quòd in epistola dicitur ad Timo. sic. Diuina caligo lumen est inaccessibile, in qua habitare Deus dicitur, & inuisibilis quidem existens propter excedentem claritatem, &c. Vnde sapientia illa est immediate ante cognitioné, raptus & sic diutius aspiranti a dilecto dicitur. Amice ascende superius. Vnde primo dicitur, consurge, & ibi sursum ageris, quia in consurrectione vnitiuæ sapientiæ natura operatur & gratia, in ista autem suprema

1. Timo. 4.

Lucæ 14.

ma operatione intelligentiæ sola gratia eleuans immediatissime operatur, quantum ad ipsam eleuationem raptus, prout mens sic in corpore erigitur, vt a sensibus corporis sequestretur, cum in ista vltima intelligentiæ eleuatione tam intellectiua quam affectiua potissime officium consummatum, non per modum patiendi sed agendi actum suum obtineant. Postea dicitur. Vide autem ne quis indoctorum ista audiat. Et hoc quidem admonet in fine primi de diuinis nominibus, sic scribens ad Tim. loquens de cognitione per amorem præuium dicit. Apponamus in sanctis, sancta, secundum diuinam traditionem collocantes, & ipsa ab indoctorum visibus & derisionibus auferentes magis ipsos illos si taliter sunt, tales quidem homines ab impugnatione Dei in hoc liberantes, &cæt. Hoc idem sæpissime admonet in alijs libris suis. Et hæc est ratio, quam ipse assignat statim postea, quia putant ea quæ secundum ipsos est cognitione, cognoscere eum qui ponit tenebras latibulum suum, quia non possunt Deum apprehendere, nisi sub ratione boni, vel veri, vel dulcis, & sic de alijs. Et ista sapientia anagogica est quædam theorica per se distincta, & diuersa ab omni speculatiua sapientia, quę omnem rationis apprehensionem transcendit. Et quia multi sapientes & doctores hoc videre non præualent, hanc summam sapientiam irrident, & in hoc per consequens Deum altissimum collatorem huius sapientiæ impugnant. Ideo cum beato Dionysio, sed quod magis cum Domino IESV CHRISTO rogo illum, quicunque hoc scriptum inspexerit, ne indoctis huius mundi doctoribus philosophis, carnalem vitam ducẽtibus, vllatenus manifestet, nisi hac via puerili velint incipere, scilicet purgatiua via, & citius quam aliquis esse non tantum in aliqua liberaliũ artium, sed in arte mechanica industrius operator in seipsos sola diuina immissione gradatim ascendentes, omnia quæ dicta sunt multo melius & multo iucundius experimentali notitia veracissima approbabunt. Sed hæc scribere volui, ad hoc quòd minus experti in ista sapientia, corroborato itinere semitas dirigant, scientes quòd citissime inuenitur, quòd si in principio purgationis vel extaticæ consurrectionis difficultas mirabilis sentiatur, tamen in paucis vexati citissime in multis bene disponentur: ita vt experimento videant, omne quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit: hoc etiam in præsenti videre possunt, qui ipsi per dilectionem huius supremæ sapientiæ inhærebunt vt iam mens dicat. Teneo eum nec dimittam, sed licet ab indoctis quasi stulta hæc sapientia videatur, subditur theorica, vbi per rationes & argumenta proceditur: vt quomodo mens consurgere valeat; quomodo remouenda obstacula: quę vnitione media: & multa alia quę ad hoc pertinent ad consultationem humanæ philosophiæ. Sed & ne ascensus tantæ sapientię videatur irrationabilis, argumentis tam naturalibus, quam theologicis, quam anagogicis sumptis a rationibus æternis, euidentius disputatur. Et ideo sapientia Dionysij difficillima videtur, quia modus procedendi super omnem rationem existit, & sola Spiritussancti influitione percipitur, maxime de diuinis nominibus: vt dicitur, quòd non asseueratur hæc doctrina in persuasionibus humanæ sapientiæ verbis, sed in demonstratione a Spiritusancto more virtutis in supremo apice, secundum quam ineffabilibus & ignotis ineffabiliter & ignote cõiungitur, &c. Quando ergo Spiritussanctus mouet apicem affectiuæ, secundum Psal. tange montes & fumigabunt, tunc tota profunditas sapientiæ Dionysij vt intellectum excedit, super omnem disciplinæ alterius leuitatem certissima & leuissima cõprobatur. Et ideo amantissima, quia sine omni dubitatione & opinione procedit: & ideo, quia primo oportet cognoscere practicam quam theoricam, vt illa leuissima cognoscatur, ideo theorica operatiuam consequitur. Pax ergo omnibus amatoribus verę sapientiæ & diuinæ bonitatis influentia concedatur. Amen.

Sapiẽtibus huius sęculi, q̃ apud Deum insipiẽtes sunt diuina sapientia nõ est propalãda, quia illam irrident.

Cant. 3.

Quæstio Vnica.

AD manifestationem illorum occultorum & mysticorum, quæ dicta sunt super veritate, quæritur difficilis quæstio, in qua cuilibet intelligenti, veritas huius sapientiæ manifestius illucescit. Quæritur igitur, vtrum scilicet anima secundum suum affectum possit aspirando, vel desiderãdo moueri in Deũ, sine aliqua cogitatione intellectus præuia, vel concomitante. Videtur quòd semper sit necessarium præcogitare, antequam per extensionem amoris affectus moueatur in Deum. Primo auctoritatibus sic, quia dicitur in Psal. In meditatione mea exardescit ignis, ergo primo oportet quòd mens præmeditetur cogitando, antequam in ipsum dilectum igne amoris consurgendo per affectionem, affectus interius inardescat. Item August. Inuisa possumus diligere, incognita autem nequaquam: ergo primo oportet ratiocinando vel intellectualiter cogitãdo cognoscere, antequam affectu amoris aliquod diligatur: cogitatio igitur affectionem amoris necessario præcedit. Hoc idem probatur rationibus, & in primo ratione sumpta in diuinis sic. Anima enim in Deum quem diligit, per amoris desiderium actualiter se extendens, vocatur deifica, vel deificata in 7. de diuinis nominibus: nam secundum quod possibile est creaturæ, per extensionem amoris Trinitati superexcellentissime conformatur. Sed in Trinitate ita est, quòd secundum ordinem naturæ primo est pater, qui est summa potentia, secundo filius qui est patris notitia vel summa sapientia, tertio est Spiritussanctus qui est verus amor: ergo sic erit in anima, quæ per extensionem amoris secundum modum suæ paruitatis (vt possibile est) Trinitatem beatissimam nititur imitari, quòd primo ibi erit, de ipso ad quem tendit aliqua cogitando vel intelligendo notitia, antequam amoris desiderio in ipsum possit aspirando consurgere: ergo cogitando cognoscere, semper præcedit affectionem amoris. Item secundum quòd dicit beatus Dionysius, Ecclesia militans imitatur (secundum quod possibile est) Ecclesiam triumphantem: ergo anima fidelis volens per amorem consurgere gradatim, secundum quòd est in ordinibus angelorum cõsurgit, & maxime mentes amantium vltimæ hierarchiæ comparantur, in qua sunt tres ordines scilicet Throni, Cherubin, & Seraphim. Igitur necessarium est in anima consurgere actualiter volente, quòd tres proprietates vel officia istorum triũ ordinum imitetur. Primo quòd sit Thronus, id est, quòd cætera scilicet mundanos honores, carnales affectiones, terrenas delitias, vt solus Deus iã sede præparata in ipsa resideat, penitus derelinquat. Secundo quod sit Cherubin, quod intelligitur plenitudo scientiæ, & hoc fit mediante lumine diuinitus immisso, quo mediante mens supra intellectualiter cogitando, secundum humanam intelligentiam, diuina cognoscit, & cœlestia apprehendit. Postea oportet quod sit Seraphin, qui est ordo supremus, id est, quod in illum quem iam mens cherubica cognouit, postea affectus ipsum solum desiderando non aliud, per affectiones flammigeras inardescat, & tunc est Seraphin qui interpretatur ardẽs. Cum enim Cherubin, cui appropriatur cogitantis cogitatio, ordinatè præcedit Seraphin, qui interpretatur ardor amoris: igitur sic erit in anima, quæ hoc triplex officium angelorum nititur imitari, quod per cogitationem cognoscere pręcedit actualiter ardere, vt sine cogitatione præuia nullatenus consurgere

Psalm. 38.

amoris

amoris affectio. Item anima per amorem cõſurgens, nititur illis beatis mentibus ſanctorum, qui contemplantur Deum facie ad faciem, conformari, ſed illis illic primo eſt videre quam amore inhærere, quia niſi illam indicibilem plenitudinem intelligendo cognoſcerent, nullatenus ipſi ignitis affectionibus, in quarum delectatione beatitudo completur, inauertibiliter adhærerent, ideo niſi nobis prius eſſet cogitatio ſeu cognitio quam affectio amoris, iam non conformaremur mentibus ſanctorum in gloria, quia ſic vidẽt diuinam pulchritudinem, vt in ipſa per amorem ſupra omnem intelligentiam interius affectionibus delectentur, in his ergo intelligere præcedit amare. Item ſecundum ꝙ anima ſuis potẽtijs ordinatur, ſic eodem modo naturaliter ordinate videtur moueri, ſed ego video ꝙ a ſua primordiali creatione anima tres habet potentias naturaliter diſtinctas, ſ. memoriam, intelligentiam, & voluntatem. Memoria nihil aliud eſt in nobis, quam intenſio diuinæ ſimilitudinis. Intelligentia eſt in nobis illud, mediante quo, naturaliter non inueſtigando nec ratiocinãdo, quælibet anima ſuum creatorem cognoſcit. Voluntas eſt illa potentia, per quam anima ſuum creatorẽ diligit, & in ipſum naturaliter tendit, & ex iſto vltimo eſt ratio, quare affectus humanus non poteſt ſaciari ad plenum terrenis diuitijs, & honoribus, cum in ſolum Deum tendat vt ipſo finaliter conquieſcat. Cum igitur potentia intelligentiæ in qua eſt cogitatio, præcedit potentiã voluntatis naturaliter, in qua eſt ardor vel amoris affectio, igitur motus intelligentiæ, qui eſt cogitare, præcedit motum voluntatis, q eſt amare, nullus igitur intellectus ſine cogitatione præuia poterit amoris affectione conſurgere quantumcunq; ignitis affectionib. vt diuinitus eleuetur. Itẽ hoc idẽ vr in apprehẽſiua, & in motiua ſenſibili. Nam primo neceſſariũ eſt, vt illud ad ꝙ imaginarie diligentiũ moueor, ꝙ illud antea ſenſibiliter ꝓcognoſcã, ante igitur oportet me comprehendere oculo exteriori vel alio ſenſu aliquod delectabile, quam in ipſo delecter, vt illud habendum deſiderem. Igitur ſic erit in cognitiua & motiua ratione ſuperiorum, ꝙ Deum ſiue aliqđ aliud delectabile anterius cogitem, quam ad ipſum poſſim interius affectionibus aſpirare, vel in ipſo eliquatenus delectari: ergo præcogitare ſemper præcedit amore conſurgere. Item ſecundum quod dicit beatus Dionyſius in principio myſticæ theologiæ, in conſurrectione amoris oportet omnem intellectum derelinquere, & cogitationem de creaturis ſenſibilibus, & etiam tam de Deo quã de Angelis, ſed illud ponere videtur ſtultiſſimum, quid enim faciat animus, ſi non poterit cogitare de Deo, vel Trinitate, vel Angelis? Vr ẽt tunc eſſe in nube vel in mari, quaſi cũ ſemper cognitio intellectus ipſum amorem dirigat: aliter enim ſapientia myſtica non videtur ſapientia, ſed abuſio vel ſtultitia. Item omne illud quod apprehenditur, apprehenditur ſub aliqua intentione entis. ſ. aut vt vnũ, aut vt verum, aut vt bonũ, ergo Deus quoquomodo apprehẽdatur, apprehendet ſub rõne entis, aut vt eſt sũma vnitas, aut vt eſt ſumma veritas, aut etiam vt eſt ſumma bonitas. Cum igitur nullo iſtorum modorum poſſit apprehendi niſi per cognitionem, nam ſi apprehenderem vt vnum, oporteret me cogitare de vnitate, & vt verum de veritate, ſi vt bonum de bonitate, igitur cum amoris apprehenſio apprehendat Deum, inquantum eſt bonum, oportet neceſſario, vt prius ibi ſit cogitatio præuia de ipſa bonitate, quam in ipſam actualiter per amoris affectioné moueri: ergo, &c. Contra. Videtur, quòd ſine cogitatione præuia vel concomitante affectus per amorem diſpoſitus libere moueatur in Deum, & primo auctoritate magni hierarchæ Dionyſij in princ. myſticæ theologiæ dicentis ad Timo. ſic. Tu autem amice Timothee circa myſticas viſiones forti contritione ſenſus derelinque, & intellectuales operationes, & omnia ſenſibilia, & intelligibilia, & omnia exiſtentia & nõ exiſtentia, & ſicut poſſibile eſt ignote conſurge ad eius vnitionem, quæ eſt ſuper omnem ſubſtantiam & cognitionẽ, &c. Cum igitur ſecundum hoc in conſurrectione amoris myſtica, oportet derelinquere omnem intellectualem operationem vel cognitionem, & ſolum ſecundum vnitionem amoris affectuoſi cõſurgere, quæ eſt ſuper omnem intellectum & cognitionem, igitur ſine cogitatione præuia vere amans amoris affectione conſurgit. In tertia translatione Dionyſij dr̃ in myſtica theolohia, p vnitionem dilectionis quæ eſt affectiua veræ cognitionis, vnitur Deo intellectualiter ignota, cognitione multo nobiliori, quam ſit cogitatio intellectualis, & in eo quòd cogitationem intellectualem derelinquit, ſuper intellectum & mentem Deum cognoſcit, &c. Cum igitur vt ibidem dicitur, Deus non poſſit cognoſci per intellectualem cogitationem, cognoſcitur veriſſime per tactum amoris, igitur vt plane dicitur, neceſſe eſt omnẽ intellectum derelinquere, & ſolum per amoris affectũ in Deum conſurgere. Item dicitur in 7. de diuinis nominibus, oportet autem videre, noſtram mentem habere virtutem ad intelligendum per quam intelligenda inſpicit, vnitionem autem excedentem naturam mẽtis, per quam coniungitur ad ea quæ ſunt ſupra ipſam, ſecundum hanc igitur diuina oportet intelligere, non ſecundum nos, ſed nos totos, totos ipſis ſtatutos, & totos deificos, & cætera. Igitur licet in humanis primo oporteat intelligere quam affici, in vera tamen & experimentali cognitione diuinorum, oportet primum ſentire per amorem, quam ipſum Deum qui ſentitur, intelligendo cogitare, ergo oportet conſurgere per amorem vt ex iſto ſtatu cognitionis in ipſa mente vera cognitio relinquatur, nam illud. ſ. de diuinis quod experimentaliter ſentit affectus, vere etiam intelligit intellectus. Itẽ in eodem capitulo dicitur de myſtica ſapientia ſic. Hãc igitur irrationabilem, ſtultam & amentem ſapientiam excedenter laudantes dicimus, quòd eſt omnis mentis & rationis & omnis ſapientiæ & prudentiæ cauſa, & in ipſa eſt omne conſilium, & ab ipſa omnis cognitio & prudentia, & in ipſa theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi, & cætera. Cum igitur ipſam irrationabilem vocet, non ergo per rationum inueſtigationem procedit, & cum ipſam ſtultam appellet, non procedit, ſicut alia ſcholaſtica ſcientia. Nam ordinate procedendo, primo cognoſcimus omne illud quod diligimus, ſi ergo myſtica theologia primo per rationes cogitando vel meditando procederet, ſicut videmus in alijs, non ſtulta a Beato Dionyſio vocaretur, nec amens, id eſt ſine mente, nam ſine omni mentali cogitatione vel meditatione affectus amoris accenditur, igitur ex affectu amoris relinquitur in mente cognitio, non econuerſo, &c. Item Pſal. Guſtate, & videte, &c. cum igitur guſtare affectum reſpiciat amoris, videre autem intellectus cogitationem vel meditationem, ergo primò oportet motu amoris conſurgere, quam occultiſſimum Deum intellectualiter cogitando cognoſcere, nam hæc eſt regula generalis in myſtica theologia, & primò oportet habere practicam, quam theoricam, id eſt vſum exercitij in corde, quam ipſius rei vel eorum quæ dicuntur habere notitiam. Item illud idem apparet auctoritate commentatoris Vercel. ſuper myſticã theologiam dicẽtis. Iſtud ſapientiæ negocium ſenſus imaginationis, rationis, intellectus, tam practici, quã theorici vſus & officia ſuſpendit, & excludit omnem intellectum & omne intelligibile, & ens & vnum & verum, & tranſcendit ſpeculum & ænigma, & ipſi diuino ſpiritui apicem affectionis principalis diuina dignatione vnit, & cætera. Igitur non requiritur in myſtica affectione aliqua cogitatio vel cognitio intellectus. Item hoc idem proba-

Quæ ſint officia triũ potẽtiarũ animæ.

Argumenta in oppoſitum.

Pſal. 33.

probatur per rationem in diuinis ſumptam, quia mens ratione perficitur, ſecundum quòd gradatim aſcendendo ordinate ad diuina conſurgit, ſed ego video, quòd in ipſa diuinitate ſunt tres perſonę. ſ. pater & filius & Spiritusſanctus, pater eſt ſummma potentia, filius ſumma ſapientia, Spiritusſanctus amor connectẽs, ſed Spiritus ſanctus qui eſt verus amor ſecundo naturam & etiam ſecundum noſtram intelligentiam, non ſecundum tempus eſt vltima perſona in diuinis. Nam primo eſt intelligere patrem generantem, ſecundo filium genitum, tertio Spiritumſanctum procedẽtem ab vtroque, vltimus ergo & nobis propinquior eſt Spiritusſanctus, cum ergo anima gradatim aſcendendo ordinate proficiat, oportet, ꝙ habeat primo amorem qui appropriatur Spirituiſancto (qui Spiritusſanctus nobis eſt affinior) antequam habeat intelligentiam cogitando, vel etiam ſapientiam quæ appropriatur filio. amoris igitur affectio præcedit cognoſcere, & non econuerſo. Item anima ſecundum ꝙ a Deo fonte totius beatitudinis recipit influentiam, ad inſtar Eccleſiæ triumphantis perficitur, ſed conſtat ſecundum Diony. quòd ordo Seraphin, qui interpretatur ardens, primo vberius & perfectius recipit influentiam a Deo, quam ordo Cherubin qui interpretatur plenitudo ſcientiæ, ergo affectus per ardorem amoris qui reſpondet Seraphin, primo & principaliter afficitur & mouetur in Deum, quam intellectus, illud quod affectus deſiderat cogitando intelligit, quod intelligere reſpondet Cherubin: ergo primò affectus mouetur in Deum ſine cogitatione præuia intellectus, ſed potius ipſum ſequitur. Item ſpiritus rationalis recipit a Deo influentiam primò & principaliter, inquantum ipſi eſt affinior, ſed affectus maxime per amorem diſpoſitus eſt ſupremus in rationali ſpiritu, & per conſequens ſpiritui increato propinquior: igitur tangitur apex affectus a Deo per immiſſionem ignis amoris in ſpiritu tã quam Deo propinquior, antequam habeat ipſum apprehendere intellectus, qui eſt potentia, multo plus affectu a creatore ſupremo diſtantior, igitur ſemper mouetur primo affectus in Deum, quam intellectus cogitando intelligat. Item cum Deus quaſi gradib. infinitis diſtet a qualibet cratura, ad hoc ꝙ ipſe in iſta miſeria aliquantũ cognoſcatur, oportet animã ſic appropinquare eidẽ, vt quoquomodo attingatur ab ipſa, cum ergo ſolus amor faciat animam appropinquare ad Deũ per ſui extenſionem, igitur inquantum mẽs amat attẽtius, intãtum fonti luminis appropinquat, & per conſequẽs inquãtum propinquior eſt fonti luminis per amorem, intantum plus intellectus illuminatur ab eo per cognitionem. primo igitur in diuinis eſt ardendo amare, quã intelligendo cognoſcere. Solutio. Dicendum ſecundũ beatum Dionyſium in principio myſticæ theologiæ, ſapientia iſta dicitur ſolum Chriſtianorum. Vnde fidei cognitionem ſupponit, & charitatis fundamentũ. Vnde nullus mortalis quantumcunque ſit philoſophus, vel ſciens, hanc ſapientiam quæ eſt in ſupremo affectu mentis humanæ facultatem tranſcendẽs, nec potuit, nec poterit apprehendere rõnum inueſtigatione, vel intelligẽtiæ exercitio, ſed ſolis filijs a ſolo patre æterno cõſolationem expectantib. paterno etiam affectu miſericorditer reſeratur, & ideo myſtica. i. clauſa vel occulta dicitur, quia a paucis cognita. Vnde notandum, ꝙ duplex eſt modus apprehendendi, ſecundum duplicem naturalem potentiam pertingendi ad Deum, nã quælibet aĩa habet potentiam intelligendi, & hęc eſt potentia intellectus, & potentia amandi quę affectus dr̃, quib. Deum apprehendimus, qui eſt ſumma veritas & ſumma bonitas. Vnde intellectu apprehendimus veritatẽ, & affectu attingimus bonitatẽ. Secũdum hæc duo eſt duplex via excellentiæ. Vna quæ dicitur contemplatio, & hæc figuratur per Rachelem, quæ dicitur venuſta aſpectu quando mens. ſ. lumine deſuper infuſo diuinitus, habet meditando vel cogitando ſolum cœleſtia contẽplari. Alia eſt in affectu, & hæc dr̃ ardor amoris qñ. ſ. igne Spiritusſancti deſuper miſſo anima flammigeris affectionib. ad ſolum Deũ aſpirans, ipſum ſolum deſiderat, vt ſibi per ſtrictiorem amorem intimius vniatur, & hæc dicitur optima portio Marię, quę ardebat deſiderio, vt dicitur in Ioanne. Vnde ſicut nouum teſtamentum præſtãtius eſt veteri, ſic via amoris ſiue perfectionis quæ eſt in ardore amoris, quæ eſt deſignata per Mariam, eſt nobilior omni meditatione vel contentione intellectuali, quæ deſignatur per Rachelem. Sed notãdum, quòd ad hoc ꝙ veritas efficacius videatur, ꝙ duplex eſt contẽplatio in intellectu. Similiter, & ardor amoris dupliciter acquiritur in affectu, quædam. n. eſt meditatio vel contemplatio ab inferioribus ad ſuperiora, quędam econuerſo. ſ. deſcendens a ſuperioribus ad inferiora. De prima determinat Richar. de ſancto Vict. in arca myſtica, oſtendens per quadraginta duas meditationes vel conſiderationes in creaturis, quomodo mens lumine intelligentiæ decorata ad cognitionem ſummi creatoris debet attingere, & ſicut Iſraeliticus populus peruenit ab Aegypto per quadraginta duas manſiones ad terram ꝓmiſſionis, ſic anima fidelis per illas quadraginta duas conſiderationes, in ſex gradib. ordinatas, vſque ad cognitionem ſummæ veritatis attingit, omni rationali ſpiritui adoptatam. Alia vero contemplatio eſt econuerſo procedens, nam mens lumine deſuper immiſſo, ſecũdum regulas veritatis, & rationes æternas, quas ſecundum diuinas illuminationes in ſeipſa percipit meditando, de inferiorib. creaturis iudicat, & ſecũdũ ꝙ ampliori lumine anima deſuper irradiando infunditur, ſic intãto infallibilius, ſecundũ illas cauſas & rationes quę ſũt idem quod Deus, a quo omnis creatura exemplata & ideata primordialiter exiuit, veritatẽ in creaturis & in omnib. affectib. multo melius quam ratiocinando, animus perſcrutatur. non tamen intelligendum eſt, quin iſta contemplatio in affectione terminetur, aliter nulla eſſet, de iſtis verò nihil ad ꝓpoſ. Multò. n. excellentior, & multò amabilior, & ad obtinẽdum facilior eſt ardor amoris. Sed ad iſtũ ardorẽ amoris eſt duplex modus attingendi, vnus ſcholaſticus & communis, alius myſticus, & ſecretus. Primus. n. eſt per modum inquiſitionis & eleuationis, & incipitur ab inferiorib. vſq; ad ſummũ per exercitiũ diuturnius aſcendendo. Verbi gratia, modus. n. amandi Deum per meditationẽ præuiam iſte eſt. Primò. n. fidelis diſcipulus ſenſu exteriori ſiue oculo conſpicit creaturas exteriores, deinde etiam aliquantulũ aſcendendo, quod iã percipit oculo exteriori, in imaginatione repoſitum conſeruat, deinde magis eleuando ratiocinando & conferendo, vna cauſa creatrix omniũ neceſſaria inuenitur, & ſic peruenerunt philoſophi ad cognitionem Dei. Nam ipſi videntes tantam creaturarum magnitudinem, tam decoram ordinationem, tantam vtilitatem earundem, per hoc ipſi, & quilibet alius vnum creatorem potentiſſimum ſapientiſſimum, optimum infallibiliter cognouerunt, & hoc per potentiam animę ſuperiorem ſenſu exteriori & imaginatione, quę ratio nuncupatur. Deinde ex iſta conſideratione creaturarum, quidam habitus per prædicta in intellectu relinquitur, vbi primordiale fundamentum creaturarum relinquitur, & eſſe non tantum per conſpectionem creaturarum, ſed per irradiationem, & illuminationem immiſſam, quodammodo mens a Deo ad contemplanda diuina præclarius eleuatur, & hæc potentia vocatur intellectiua ſiue intellectua, quæ ſolum in meditatione pura conſiſtit. Vltimo omnis meditatio vel contemplatio, ſine affectione amoris ſubſequente parum prodeſt, aut nihil. Vnde dicit Auguſtin. quòd licet ſemper volitando cogitare, & amando inhærere, vt ſemper

cognitio

Solutio q̄ſtionis.

Myſtica q̄re dicatur.

Ioan. 20.

Modꝰ amãdi Dei per meditationem.

Digitized by Google

cognitio vel meditatio præcedat affectionē amoris, secundo etiam anima fidelis sine omnib. alijs creaturis, per solam cognitionē immissam a Deo, in ipso afficitur. Alius autem modus consurgendi in Deum est multò his omnibus nobilior, prædictis etiam ad habendum facilior, & hæc est sapientia vnitiua, quæ est in amoris desiderio per affectiones flammigeras superius aspirando, quæ diffinitur a beato Dio. l. septimo de diuinis nomi. sic. Sap. quid. Sapientia est diuinissima Dei cognitio per ignorantiam cognita, secundum vnitionem super mentem, quando mens ab omnibus alijs recedens, postea etiam seipsam dimittens, vnita est supersplendentibus radijs inscrutabili & profundo sapientiæ illuminata. Vnde in hac sapientia secundū q dicitur in principio mysticæ theologiæ, sic sensus & sensibilia derelinque intelligibilia & non intelligibilia, & cætera. Vnde ista sapiētia sine omni inuestigatione vel meditatione præuia, amantis affectum sursum trahit. Vnde non ibi oportet cogitare nec de creaturis, nec de Angelis, nec de Trinitate, quia hæc sapientia non per meditationem præuiam, sed per affectus desideriū habet aspirando consurgere. Sed notandum, q ista sapientia alio modo intelligitur in proficientib. aliter in perfectis. Proficientes. n. necesse habent se purgare per viam quæ dicta est. s. per humilitatem, & contritionem, & illuminationem per modum orationis, & postea aliquantulum cogitando ipsi Deo desuper inflammanti occurrere, non tamen meditando de Deo, vel Angelis, vt dictum est, sed consurgendo secundum illam viam quæ immediate sequitur viā purgatiuam, in expositione minori do pater noster, quę est oratio in spiritu & veritate. Sed postquam affectus se exercendo diuturnius, vel cogitando secundum quod ibi dicitur, diligentius se exercuerit, tunc dimittitur omnis cogitatio vel meditatio, & solum per amoris desiderium quotiescūq; vult, vel de die vel de nocte, intus vel extra, ad vnitionem ipsius dilecti solum aspirans, animus consurgentia se erigit, & ibi amoris affectio præcedit cogitationem, nam illud quod sentit affectus, vere intelligit intellectus, & sicut dictum est de contēplatione, q duplex est, vna quæ ascendit, alia quæ descendit, sic in affectione amoris, nam secundum viam scholasticam quæ dicta est, ascenditur ab inferioribus creaturis vsq; ad affectum amoris, in sapientia autem mystica cōtrariū est, nam ille verus amor, q est Spiritussanctus, tertia persona in diuinis, & vltima respectu ordinis personarum, nobis est propinquior & prima in consurrectione affectiua in Deū. Vnde ipse Spiritussanctus per ignē amoris tangit & inflammat supremum affectiuę apicē, & indicibiliter sine omni cogitatione, vel rationis discretione ad se trahit. Vnde sicut lapis suo pondere trahitur, & fertur naturaliter ad suum centrum inferius, sic apex affectus suo pondere & directione immediate & sine obliqua obliquatione, absque omni præuia vel concomitante cogitatione, sursum fertur in Deum. Vnde illa potentia quæ est affectus, & supremum in spiritu hominis, Spiritui sancto immediate amoris vinculo est vnibilis. Et hæc potentia vt est supremum in spiritu, quasi ab omnibus ignoratur, nisi ab illis in quibus ab igne Sancti spiritus mediate affectus tāgitur & mouetur. Vnde Dionysius hanc virtutem vocat immediate motam a Spiritusancto, & secundum istam procedit tota ipsa mystica theologia, & dicit sic. Est & nunc nobis lex prædefinita, veritatem de Deo docens nos asseuerare, non in persuasibilibus summæ sapientiæ verbis, sed in demonstratione a spiritu more theoricarum virtutum, secundum quam ineffabiliter ignitæ, ineffabiliter & ignotæ coniungimur, secundum meliorem nostræ intellectualis virtutis & operationis vnionem, & cætera. Vnde secundum istam virtutem motam a Spiritusancto, immediate est multo maior de Deo cognitio, quam per omnem intellectum vel rationem inuestigando. Vnde primum tangitur supremus apex affectus, secundum quem mouetur per ardorem in Deum, & ex isto contactu relinquitur in mente verissima cognitio intellectus, nam illud solum quod sentit de diuinis, verissime apprehēdit intellectus, vt dicitur in fine principij mysticæ theologiæ, sic per vnitionem dilectionis quæ est affectiua veræ cognitionis, vnitur Deus intellectualiter ignoto, & cætera. Ex qua etiam vnitione ingenium ad inuestiganda occulta mirabiliter clarescit per hanc etiam imaginaria & phantastica dirumpuntur, per hanc etiam sensuum exteriorum inordinatio quasi quodam retinaculo interiori refrenatur, vsq; etiam ad carnis sensualitatem, corruptionem corporum vel iterorū mortificando affectus ibi, ignite affectus redundat, nā quanto mens plus aspirando erigitur, tanto plus debilitatur ipsius carnis male inflammantis corruptio. Per hoc pro magna parte scholastici & mystici doctoris diuersitas patet, nam secundum diuersos intellectus vtriusq; procedunt argumenta.

Nunc respondēdum est ad rationes prius factas. Ad primum dicendum, q illud in meditatione mea erat ignis, & cętera. Intelligitur in proficientibus, nam quia in talib. nondum adhuc ardor amoris abundat, propter hoc oportet, quòd aliquantulum affectus meditando secundum illam viam, quæ dicta est in expositione minori dominicæ orationis, non autem cogitando de Angelis, de super cęlestib⁹, de Deo vel de Trinitate efficacius excitetur, quod tamen in tertio statu in via vnitiua amoris perfectu iam exercitatu cogitatio præuia dimittit, sicut videmus in pontib. quod in pontis ædificatione ligna lapidib: supponuntur, postea iam constructo ædificio, muri lapidei firmitate perfecta cuncta, ligna mouentur, quia sine ipsorum obsequio structura, muri lapidei potest persitare immobilis. Sic etiam hic in proficientib. cogitatio prædicto modo præmittitur, deinde sequitur affectio amoris, qua perfectione obtenta totius cogitationis vel meditationis pręuiæ vel concomitantis obsequium (vt supra dictum est) amouetur. Ad secundum dicendum q illud bene concedimus. Inuisa possumus diligere, incognita nequaquam: nam sapientia mystica supponit cognitionem Dei. Vnde in principio mysticæ theologiæ vocatur sapientia Christianorum. Vel aliter, quia duplex est cognitio, vna pręcedit amoris affectum. In primo. n. affectu vel processu secūdum viam scholasticam communem, est ibi primo cognitio per creaturas de Deo, vel per intellectum antequam in ipso amoris affectio accendatur, & secundum hoc illud Augustini intelligitur. Sed in processu mystico secūdum Dionysium amoris affectus intellectus cogitationem pręcedit, vt dictum est, & de vtraq; loquitur propheta Dauid. Vnde quantū ad primum dicit, In meditatione mea exardescet ignis. De alia. Accedite ad eum & illumina mini. s. per cognitionē veritatis, & ista cognitio est certior quam prima & infallibilior, sicut multoties aliquid per aliqua signa quæ videntur in ipso, esse delectabile ad vescendum cognoscitur, ex qua cognitione ad hoc vt comedatur. appetitus vidētis quāpluries inardescit, postea quando illud gustatur, amplior & certior cognitio ex ipso gustu relinquitur, quā illa esset quæ ipsum gustum pręcesserat, sic & in his eodem modo intelligitur. Ad tertium in diuinis, & cętera. Psal. 38. Psal. 33.

Dicendum, quod verum est secundum modum communem, & ipsa anima actualiter conscendēte, secundum autem processum mysticum contrarium est, & sic procedit ista obiectio alterius partis, quòd patet in processu ipsorum argumentorum. Per hoc patet aliud de Cherubin, & Seraphin, verum est quantum ab infi-

Digitized by Google

ab infimis ſuperius aſcendendo,& ſic cogitatio præcedit amorem,ſicut Cherubin præcedit Seraphin:contrarium autem eſt deſcendendo,nam primo & principaliter recipit influentiam a Deo Seraphin quam Cherubin,& ſic ſimiliter deſcendendo, primo mouetur affectus per amorem in Deum,quam illud quod ſenſit affectus percipiat intellectus,& ſic currit ſecunda pars contrariæ partis. Ad quintum dicendum,quod non eſt ſimile de beatis & viatoribus, nam beati ipſam claritatem lucis æternæ vident facie ad faciem, abſq; vlla admixtione phantaſtica vel corporis corruptione,obtenebrante caligine, vel medio contemplantes, & ideo eſt ibi ſumma ordinatio,quia nullum eſt ibi impedimentum,ideo primo naturaliter intellectus diuinam pulchritudinem apprehendit,quam in ipſa affectus vnione indiſſolubili delectetur. In viatoribus licet amentes exiſtentes in corpore,tamen (ſicut dixit philoſophus) intellectus humanus eſt phantaſia admixtus,ideo omne intelligibile & maxime ſummum intelligibile,quod eſt Deus, ipſe phantaſtice apprehendit, quod ſi etiam per amorem & illuminationẽ, diuinitus immiſſam, ab intellectu admixtio phantaſtica ſepararetur, ſemper in intellectus quantumcunq; cœlitus illuminetur,Deum modo finito & limitato apprehendit,qui tamen immẽſus & infinitus eſt , & ideo oĩs intellectualis cogitatio ſemper eſt impura & immunda,& ideo in præſenti ſi vera ſit conſurrectio myſtica,iubet ipſam Dionyſius ab
Cant. 5. amoris affectu totaliter ſequeſtrari,& per ſolum ardoris amorem conſurgere,quia & ſi totus ſit deſiderabilis,ſicut in canticis dicitur, non tamen totus comprehenſibilis,nec in præſenti nec in futuro. Et inquantum efficacius in ipſa conſurrectione omnis intellectiua cognitio reſcinditur, intantum ardoris affectu veluti liber ſupernatans,citius quod deſiderat apprehendit. Et hoc ſumme cauẽdum eſt, vt nulla cognitio intellectualis ſe amoris vnitiui cõſurrectione admiſceat. Ad ſextũ dicendum eſt, ꝙ ſolutum eſt ſecundum duplicem modum cõſurgendi per amorẽ, vt dictum eſt,neq; de Trinitate,neque de Angelis. Per illud idem ſoluitur ſeptimum. Ad octauum dicendum eſt, quòd licet modus conſurgendi myſtice ſtultus & irrationabilis ignorantib. hanc ſapientiam videatur,tamen ſapiẽtiſſime & mira procedit ordinatione,nam ſolo pondere & diſcretione amoris affectus verius,& certius, & infallibilius,in ipſum quem diligit fertur,quam oculus corporalis aliquod ſenſibile videat,vel intellectus poſſit de Deo per cogitationem aliquam apprehendere veritatem.

Si quæritur,quid igitur cogitabo,cum de Deo cogitare non debeam,nec de Angelis? dicendum ꝙ ſolum aſpirat & cogitabit,vnde tunc ſine aliqua cogitatione de Deo,vel de alijs,ſi mens ſecundum viam purgatiuã eſt aliquatenus præparata,ſi neſciret alia dicere niſi hoc modo conſurgere,dicens ſic,O Domine quando te diligam? quando te conſtringã? ſi hoc ſæpiſſime frequentaret, citius ſe ſciret experimẽtaliter inflammari,quam ſi de ſecretiſſimis cœleſtibus,& æterna generatione vel proceſſione millies cogitaret.

Vnde iſta eſt optima ſtultitia, de qua dicit beatus Dionyſius ſic. Hanc igitur, ſtultam & irrationabilem & amentem ſapientiam excedenter laudantes dicimus, quod omnis eſt mentis & rationis & prudentię cauſa,ſicut dictum eſt ſuperius in opponendo. Ad nonum dicendum,quòd Deus ſecundum conſurrectionem illius ſapientiæ apprehenditur per modum entis,nec vt vnũ, nec vt verum,nec vt bonum. Sed quando iſta vis animę ſuprema,quæ eſt apex affectus, tangitur ab igne amoris,illo motu & tactu ſcintillat affectus aſpirando in Deum,ideo beatus Dionyſius iſtos doctores ſcholaſticos & ſpeculatiuos confutat,quia omnia ſe ſcire exiſtimant,cum tamen de vera ſapiẽtia qua mens ad Deũ trahitur,parum aut nihil,niſi forte coniecturando vel opinando cognoſcant, & talibus non debere vllatenus iſtam veram ſapientiam propalare,ad Tim. ſcribens,dicit ſic. Vide autem nequis indoctorum iſta audiat, indoctos dico,qui exiſtentibus ſunt firmati,& cætera. & in tales irridens, ſic infert ſtatim poſt,qui ſua æſtimatione credunt diuina percipere ingenio vel ſcientiæ plenitudine, ſic indoctos autem dico,& cætera. poſt vere putantes ea quæ ſecundum ipſos de cognitione ſcire eum qui ponit tenebras latibulum ſuũ,&c. Et hoc eſt, quia iſta cognitio eſt totaliter ſupra mentem, & vbi omnis intellectus deficit,qui non apprehendit niſi ſub ratione veri vel boni: Myſtica vero Theologia,per apicem affectionis docet diſcipulos veritatis conſurgere per amorem, immò quod plus eſt,nunquam actualiter mẽs poſſet iſtis motibus conſurgere,ſi aliquid cogitaret cõſurgens,immo miſerabiliter deprimeretur a ſua eleuatione affectio, ſed potius intellectiuam quaſi pediſſequam ſubtractã relinquit inferius,& ſine ſui obſequio ad dilecti vnionem conſurgit motibus ſurſum actiuis, ab ipſa eminentius eleuata plus diſtat ab ea, quam ab ortu ſolis meridies,& hoc quotieſcunque vult de die ſiue nocte,centies vel millesies, ſi corpus poſſet ſuſtinere,& ꝙ ita ſit,exemplo materiali ad præſens vtar, vt valeas intelligere. conſidero motum lapidis, ſuo pondere naturaliter deſcendentis ad centrum. Sic per pondus amoris affectus diſpoſitus in Deum ſine omni cogitatione vel deliberatione conſurgit, veluti in ſuum centrum ſe extendens,& motibus iſtis ſe eleuat in continuo deſiderio,cuius complementum & intuitus quietem in æterna beatitudine obtinebit,niſi quandoq; ad modicum temporis,ſicut eſt in raptu, diuina ſeleuatione ſupra ſeipſum non natura ſed gratia ſublimetur. Sed ſi hoc non poteſt percipere doctor ſpeculatiuus, vel ſcholaſticus diſcipulus, audiat ab Apoſtolo qui fuit principalis hierarcha huius ſapientiæ, quam nullus ſapientium Græcorum intelligere potuit,quoniam hęc ſapientia ſolũ ſpiritali examinatione cognoſcitur, De qua loquitur Corinthijs dicens, Spiritus noſter ſpi- Luc. 24.
ritui diuino vnitus, ſentit quę ſunt eius,& hęc ſapientia eſt,quam inter perfectos loquebatur. Vnde hoc eſt 1.Cor.2.
illud quod Dominus promiſit Apoſtolis,cum dixit. Induimini virtute ex alto. Vnde ſicut ſacerdos induit ſe a capite,ſic anima induitur a parte ſummi affectus. Vnde primo tangitur igne Spiritusſancti,quam aliqua cogitatio veniat. Patet ergo euidenter, ꝙ anima vere amans,poteſt conſurgere in Deum per affectum accenſo amoris deſiderio,ſine aliqua cogitatione præuia,&c.

SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS,

FASCICVLARIVS,

in quo de exercitijs ſpiritualibus tractatur.


CIRE debes, ꝙ quamuis omnia quæ in diuina ſcriptura reperiuntur, immò cœlum & terra,& omnia quæ in eis ſunt, de Deo loquantur & inſtruant, non tamen omnia conueniunt ad vtiliter meditandum, ſed ea debes potius ad meditandum ſuſcipere,vnde amplius timore concíteris,vel accenderis ad amorem. Sunt autẽ

quædam

Digitized by Google

Cõtempla tio gñaliũ meditatio num.

quædam generalia, circa quæ frequentia exercitia deuoti versantur, videlicet memoria peccatorum, qua compunguntur ad compunctionem vel dolorem. Memoria mortis, qua vt omnia huius mundi oblectamenta, gloriam, & honorem, altum statum vilipendant, accenduntur. Memoria extremi examinis, qua inflammantur ad bona opera peragenda, vt tũc cum iustis mereantur accipere præmium meritorum. Memoria pęnarum infernalium, qua omnia illicita licet dubia, respuant timore tormentorum. Memoria cęlestis glorię, vt hic quiescãt & exultent in spe, ac vt illic sint digni gloria, nitantur se veris virtutib. adornare. Memoria beneficiorũ Dei, & maxime beneficij incarnationis, ne gratiæ largitori inueniantur ingrati. Vt autem de his cogitare eo promptius ad manum valeas, habeas aliqua generalia, vnde tu valeas plura elicere. De vnoquoque præmissorum hic inferuntur, vt data occasione sapiẽti sapientior fiat, & ex paucis plura eliciat, sicut ipsi congruit cogitanti, Esto igitur animal mundum, ruminans & reuoluens ea, & ipsi similia in corde tuo, vt ita inutilia, & vana possis e memoria remouere.

Qualiter fiat memoria peccatorum.
Capitulum primum.

VT tibi de memoria tuorum peccatorum nascatur compunctio, talibus stimulis te concute meditando. Cogita, & vt sentire valeas diligenter stude, quantũ vnumquodq; peccatum Deo displiceat. Reuolue, q superbia eiecit Luciferum de cęlo. Inobedientia Adã de Paradiso proiecit. Luxuria subuertit Sodomam & Gomoram, & pene totum mundum in diluuio submisit, Christus pro peccato mortem sustinuit amarissimam, & ne peccatum inultum remaneret, & suæ iustitiæ non satisfieret. Cogita 3. q Deus aliter iudicare non poterit, quam opera nostra merentur. Est.n. Deus æquitas quędam intelligibilis, inconuertibilis, atq; indeclinabilis, non minus malorum pęna, quam beatorum gloria. Igitur tibi reddet iuxta opera tua. Nõ igitur palliemus, vel blandiamur nobis, quia non est ita durum, & Deus est misericors. Cogita de peccatis tuis præteritis ante conuersionem, cogita, quam multa sunt in locutione, opere, & cõsensu. In cogitatione tot sunt, q nequeas numerare. Cogita, quam turpia pręcipue ad carnalia, in quibus tamẽ minus immoreris, ne delectatio subrepat. Cogita, quam grauia, quibus deum offendisti, & rursum Christum quodammodo crucifixisti. Cogita de peccatis post conuersionem tuam, q semper tam negligens, tam tepidus tot annis sine profectu fuisti, & vide de singulis tuis criminib. numera ea si potes in conspectu domini, & pete veniam de præteritis, adiutorium de præsentib. & cautelam contra futura. Deinde cogita inquãto satisfecisti pro istis, certus, q quicquid hic non reddideris, in futuro a te exigetur vsque ad minimum quadrantem. Nullum.n. malum impunitum erit, sicut nec aliquod bonum irremuneratum. Demum cogita, q iudicia Dei sunt inscrutabilia, nescis si in gratia, nescis si vere conuersus, quid in te lateat quod Deum non latet sed offendit, nescis si perseueraturus. Hæc rumina, hęc cogita, & si bene sentis ea non altum sapies de teipso, caue tamen desperationem si profundius huiusmodi meditationibus te immerseris, atq; ita huiusmodi meditationes digere, vt non absorbearis tristitia nimia & deiectione, sed vt instigeris ad vitæ emendationem, & tolerantiam omnium tribulationum.

Generalis modus ad formandum meditationes de morte. Cap. 2.

DE morte tua ita poteris formare meditationes tuas. Primo vt horam mortis semper suspectam habeas. Cogita q improuise mors veniet, qa sicut fur, quando minime putabis, quando minime disposuisti, quando adhuc diutius viuere sperabas, & tamẽ adhuc multa agere cogitasti, prout experientia quotidiana te satis sufficienter docet, & docuit de pluribus tibi notis. Reuolue deinde ordinem quo ad mortem deuenitur, & habe te nonnũquam sicut si statim esses moriturus, & melius senties quę sequuntur. Cogita igitur qualiter præcedit mortem grauissima infirmitas, cuius aliæ infirmitates nõ sunt nisi sicut præcones, vide grauitatem huius infirmitatis. Cogita horrorem naturalis inclinationis appetentis permanere. Cogita deinde cum iam homo sentit se hinc transiturum, siue medicis hoc dicentibus, siue si ipse per se senserit, quantus tunc erit clamor conscientiæ, quantus remorsus in eo qui se non disposuit. Tunc.n. ipsa peccata ad memoriam confluũt, & cogita de singulis peccatis tuis, & passionib. proprijs singulariter, quantum tunc de eis dolebis, quia non vicisti. Cogita si tali articulo mortis esses constrictus, & vitijs & concupiscentijs ligatus, quanto desiderio desideraꝛes vnam horam, vel annum sanitatis pro emendatione. Cogita homo cum ad illam horam veneris, & hinc transibis, & tempus præteritum comparaueris ad æternitatem ad quam transibis, quam breue tibi videbitur, tota vita tua apparebit tibi breue somnium, & ita tibi erit totum tempus ac vita, ac si per modicum spacium, puta iter mediæ leucæ perrexisses. Cogita etiam quantus erit dolor ille, cum vides, quod propter tã paruam delectationem, illa sempiterna gaudia amisisti. Cogita, quam amara erit separatio, cum ab his, quę vitiose dilexisti separeris, puta ab honore tuo, qui hic in alto statu totis virib. honorem quæsiuisti, & a voluptatibus, & sic de alijs. Considera dispositionem morientis, quomodo totum corpus nigrescit & rigescit, oculi contabescunt. Cogita quomodo Demones sint ibi, tanquã rugientes parati ad escam expectantes, deinde imaginare quomodo anima in egressu a corpore suo, cum incipit considerare regionem ignotam, q tot Dęmones eã expectent, quam inuite exiret, quã libenter rediret ad corpus suum, sed non potest, quia clausæ sunt fenestræ sensuum, & aditus vitales. Cogita quomodo tunc singuli spiritus vitiorum ad eam occurrent, quęrentes sua in eis. spiritus superbiæ, superbiam, spiritus luxurię quęrit luxuriam, quilibet quæ sua sunt, & sic de alijs. Vltimò aduerte quomodo anima egressa de corpore statim statuitur ante tribunal iudicis, & refertur sententia quę ex hoc tũc vsque in ęternum non reuocabitur. Et vbicunque tunc lignum ceciderit, ibi manebit. Demum cogita, quod tandem corpus traditur sepulturę, & perpetuæ obliuioni hospes hic fuit vnius noctis, & abijt, & memoria eius recessit a terra. Poteris autem modum hũc contrarium sumere de morte iustorum, nam iusti videntes se de hoc mundo migraturos, gaudent in testimonio conscientiæ, exultant, quòd liberantur de istis miserijs, quia hic non fuerant ligati concupiscentijs, non dolent hinc exire, & sic de alijs. Eccl. 11.

Generales modi ad formandum meditationes de pœnis infernalibus. Cap. 3.

DE pœnis infernalibus, imaginare ipsum infernum secundum quasdam similitudines a sanctis super hoc positas. Aspice igitur chaos horribilissimum, lacum subterraneum, puteum profundissimum, & totum ignitum. Item imaginare ciuitatem magnam & horribilem & penitus tenebrosam, obscurissimis & terribilissimis flammis succensam, clamantib. vlulantib. & plangentib. vniuersis præ inexplicabilibus dolorib. & simiłes similitudines poteris cogitare.

Cogita de pęnarum acerbitate. Dicitur enim ignis ille
Nota. ad ignem nostrum tanti esse caloris quanti noster ignis
est ad depictum. Et ita cogita de frigore, & fętore. Hu
ius pęnalitatis acerbitas patet ex stridore dentium, ex
gemitu, & planctu, & blasphemia, & sic de alijs. Cogita
de penarum multiplicitate. Ibi.n. est ignis inextinguibi
lis obscurissimus, frigus intolerabile, fętor horribilis,
tenebræ palpabiles. Ibi erit pęna in oĩ sensu. In visu, p
horribiles visus & aspectus dęmoniorum. In auditu, p
lamentabiles gemitus, & clamores de miserabili societa
te, & crudelitate tortorum, sine omni misericordia, in
torquendo non fatigantur, nec ad misericordiam com
mouentur. Insultabunt dicentes, vbi nunc gloria? vbi
nunc altus status? vbi superbia? Cogita quomodo nunc
ibi per membra quib. quis peccauit eisdem puniatur, &
omnibus membris malus pœnam sustinebit. Cogita e-
tiam de pęna interiori, videlicet remorsu interiori con
Isa. 66. scientiæ, & vermis eorum qui non morietur. Quis po-
test sufficienter cogitare quantum doleant, ꝙ illam pe-
nam modicis laboribus, & breui tempore nō euaserūt.
Item internæ passiones maxime regnabunt in eis: erūt
.n. maxime iracūdi & inuidi, & erunt ita simul sicut ca
nes rabidi. Item recordabuntur priorum delectationū
ad augmentū pęnæ. Vnde ibi lamentabuntur dicentes.
Sap. 5. Quid nobis profuit superbia? Cogita de duratione pę-
narum, ꝙ. s. nunquam sit finem habitura. Non post mil
le millia annorum, imò non post tot annnos, quot anni
possunt in millibus numerari, quia nulla ibi redēptio,
nullus ibi finis.

Generales modi meditandi circa extremum iudicium. *Cap. 4.*

DE extremo examine, cogita quantus tunc fiat ter
ror. Ipsa.n. angelica tuba, mirabilis, terrenda, s.
fulgura, coruscationes percutient corda homi-
num, & pauere facient. Cogita, si potes, magnitudinem
irę iusti iudicis, venientis contra eos qui eum offende-
runt. Et quantum mali terrebuntur. Imaginare quomo
do & quam amara fiet ibi diuisio. Ponentur omnes iu-
sti, humiles, mites ad dexteram, superbi, inuidi, luxurio
Luc. 17. si, &c. ad sinistram, amodo non coniungendi. Nunc sūt
duo in mola vna, in domo vna, &c. & vnus assumetur,
& vnus relinquetur. Cogita quid timoris, & quid hor-
roris, quid admirationis erit superbis, elatis huius mun
di, cum se abiectos viderint, & pauperes, viles, & despe-
ctos, quos insanos putabāt ad dexteram Christi in glo
Sap. 5. ria viderint assistentes. Tunc pęnitentiam intra se a-
gentes, dicent. Ecce hi quos habuimus in derisum ali-
Ibid. quando. Econtra, iusti stabunt in magna constantia, ad
uersus eos qui se angustiauerūt. Cogita quomodo om-
nium operum ibi, & cogitationum fiet redditio. Hie-
Soph. 31. rusalem scrutabitur in lucernis, i. hi qui apparebunt ve
lut sancti, inuestigabuntur ibi, & quicquid in eis occul
tum fuerit, ad lumen veniet. Testes erūt Diabolus, qui
ostendet nobis omnia quę fecimus, vbi, & quando, &c.
Item proprium scelus, & totus mundus dabit testimo-
nium contra peccatores. Cogita quomodo Christus
exhibebit passionis suæ insignia, & quomodo p illam
Christus exprobrabit, quod eam contempsimus. Cogi
Matt. 25. ta de illo horribili tonitruo, & irreuocabili sententia,
Ite maledicti, & cęt. Cogita de dulcissima inuitatione
Ibid. iustorum ad sempiternam cęnam per illam vocem. Ve-
nite, &c. Cogita quam magna sint opera misericordię,
& pietatis, cum ea solum Christus ad iudicium suum
adducere videatur. Cogita ꝙ iusti ibunt in vitam ęter-
nam, iniusti in supplicium sempiternum. Et hęc duo lo
ca, per chaos magnum diuisa semper permanebunt.

Generales meditationes de gloria cœlesti. *Cap. 5.*

DE gaudijs supercœlestibus, imaginare locum illū
per imaginarias similitudines a sāctis pro nostra
capacitate inuentas. Est.n. ciuitas ex auro puris-
simo, gemmisq; preciosis mirabiliter constructa, singu De hac pul
læ portæ ex singulis margaritis, & cāpus spaciosissimus cherrime
ac speciosissimus omnium florum pulchritudine deco tractat
ratus. Ibi æstatis amenitas, ibi odoris suauitas, &c. cogi Ioa. in A-
ta quantum potes, quantum erit gaudium ex visione po. 21.
sanctissimæ Trinitatis, in qua relucet exemplar omnis
pulchritudinis, omnis bonitatis, omnis suauitatis, quā
videndo omnia scienda scies, & quicquid volueris ha-
bebis in illa. In illa.n. visione beatificaberis. Cogita
de visione humanitatis Christi, qui hic fuit propter
nos pauper & vilis homo, ibi sublimis Deus & homo.
Cogita de gaudio quod habebis ibi ex societate glorio
sæ virginis, omnium sanctorum Apostolorum, marty-
rum, confessorum, virginum, & de cuiuslibet gaudio
gaudebis & tu. Cogita de dotibus quas ibi corpus tuū
recipiet, quæ sunt immortalitas, impassibilitas, summa
agilitas, & maxima speciositas. Cogita de dotib. animæ
quibus ipsa anima replebitur, quæ sunt plenitudo scien
tiæ & lætitiæ. Cogita de istis dotib. quam multa alia cō
sequeris, videlicet securitatem, qua non timebis eijci,
non timebis a tentatione vinci, inde tibi libertas sum-
ma, inde sanitas, inde voluptas, inde amicitia, inde ho-
nor, inde concordia. Et breuiter habebis ibi quicquid
volueris, & quicquid nolueris non habebis.

Breuis modus meditandi circa beneficia Dei. *Cap. 6.*

VT circa beneficia Dei innumera, aliquem mo-
dum habeas meditandi, & memoriam tuam re-
formandi. Scias, quòd in his triplici considera-
tione potes tuas meditationes variare, & dilatare, vt
nunc tua quidem meditatio versetur circa ipsum bene-
factorem, nunc circa teipsum cui benefecit, nunc circa
ipsa beneficia quæ tibi multipliciter elargitur. Conside
ra, ꝙ ipse benefactor tuus Dominus Deus, ita tibi be-
nefacit, vt nihil a te repetat, nec te nec aliqua creatura
indiget. Considera, ꝙ sit infinitæ potentiæ, cuius poten
tiā declarat vniuersitas, & multitudo creaturarū suarū.
Considera ꝙ sit immensæ sapientiæ, & hoc attende ex
pulchritudine, & ordine totius vniuersi. Attende igitur
quantæ sit bonitatis, si hic talis tantusq; Dominus mo-
dicum enceniolum tibi tribuit, immo quātę bonitatis,
ꝙ tantus de tantillo dignetur cogitare. Considera quā
solicita sit tanta maiestas circa te, in tribuendo benefi-
cia, modo quo tibi magis expedit, ab æterno disposuit
tibi ea dare, ab æterno, & semper actualissime cogita-
uit, & talia ibi beneficia pręordinauit. Ita solicitus circa
te sicut circa integrum orbem, vel vniuersitatē creatu-
rarum. Ita enim hic magnus Rex tibi, & circa te inten-
dit, ac si vacaret singulis. Et hoc affectum tuum nō mo
dicum ad gratitudinem, & amorem accenderet, si singu
la beneficia diuina toti generi humano collata, ita tibi
attraheres, & ita te ex eis ad gratitudinem intelligeres
obnoxium, ac si tibi soli fuissent collata. V.g. ac si pro
te solo crucifixus, factus homo, &cæt. propter te solum
creasset cœlum, & terram & hoc docet nos Chrysost.
affectu etiam tanto beneficia illa dat, quod si etiā quid
minimum daret, gratissimum merito deberet esse. Per- Hier. 31.
petua (inquit) charitate dilexi te, & ex perpetua, & ma-
xima charitate donat sua beneficia. Attende qualis vilis
quam plenus malitijs, & concupiscentijs, sicut tibi supe
rius

Digitized by Google

rius satis est ostēsum, cum diceretur de discussione tui, & propria cognitione, & de memoria peccatorum. Circa beneficia forma dupliciter meditationes. Primò circa hoc, quòd mala tua benigne tibi remisit. Secundo, quod innumerabilia tibi contulit dona, & munera. Dimisit enim tot mala quot fecisti. De quibus supra dictum est, immo dimisit tot quot facere potuisti, a quib. te præseruauit. Attende quam longanimiter te expectauit in peccatis, & non occidit sicut meruisti. Circa beneficia autem quæ dedit tibi, cogita quam multa, quam bona, quam vtilia, quā magna, quis enumerabit ea? quis intelliget? quis loquetur? Attamen vt hic habeas modum cogitādi, cogita quomodo dedit tibi dona naturæ, dona gratiæ, dona superexcellentiæ. Percurre aliqua de singulis, nám in quolibet sunt multa bona valde. De donis naturæ est, quod creauit te in tempore, & quòd ab æterno te disposuit creandum, non creauit te in pecus, sed hominem, dedit visum, auditū, & cætera. Et singulis creauit sensibus, ea quę sibi congruunt oblectamenta. Item dedit animam immortalem, cui dedit rationem, ingenium, industriam, qua omnia materialia potest intelligerē. Dedit mentem, vel intellectum, qua immateriales spiritus Deum, & angelum intelligeret, propter te omnia in terra creauit. Omnia elementa ad tuam vitam, omnia animantia ad tuum nutrimentum. Dona gratiæ. Primo quod voluntatem tuam ab eo auersam ad se reuocauit, & ei gratiam suæ iustificationis infudit, quæ solum ab eo descendit. Dedit voluntatem, vt velles te emendare. Tunc & locum ordinauit, vt possis. Ad donum superexcellentiæ spectat, quod propter te fecit filium suum incarnari, vt esset amicus tuus, frater tuus, qui & propter te mortuus est, & crucifixus, & seipsum dedit in altaris sacramento. Misit tibi Spiritum sanctum, & hoc in signaculum acceptationis, in priuilegium amoris, in annulum desponsationis. Cogita, quam multa ab initio egit mirifica cum genero humano, propter genus hominum locutus est cum patribus, apparuit in figuris, loquebatur in prophetis, eduxit de Aegypto, induxit in terrā promissionis, & infinita mirabilia. Vt quid autem hæc omnia fecit, nisi vt per figuras, & per prophetas intellectum tuum in cognitione veri illuminaret, & affectum tuum detraheret ad amorem boni?

De cœna Domini, & præparatione ad susceptionem corporis Christi.
Capitulum 7.

SEd super omnia quotidię, & maxime dominici corporis sacramenta sumpturus memoriam facias illius deuotissimi mysterij, quod in cęna Domini primitus erat institutum. Siquidem postquā agnum paschalem typicum cum suis discipulis dominus Iesus comedit more Iudæorum, tunc verum agnum pascalem comedendum dedit. Consecrauit enim corpus suum atque discipulis suis tradidit ad manducandum, quibus & potestatem tradidit idipsum consecrandi, & alijs tribuendi. O vere magna munificentia, o inaudita largitas, ô charitas superexcellens, qui se ipsum dat, quid poterit negare? quid vltra faceret? omnia quæ potuit pro nobis fecit, omnia quæ habuit nobis dedit, dedit regnum suum, dedit & seipsum, ideoq;
Matt. 26. in hac cœna dicebat. Hæc quotiescunque feceritis, in
mei commemorationem facite. In memoriam, scilicet
Matt. 14. eorum quæ pro te in carne gessi, quod propter te deri-
Luc. 22. sus, illusus, crucifixus sum. In mei (inquit) memoriam
hoc sacramentum omnium sacramentorum excellentissimum ægrotis est medicina, peregrinantibus dieta, debilesque confortat, valentes delectat, languorem sanat, sanitatem seruat, fit homo mansuetior ad correptionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorem, sagacior ad cautelam, ad obediendum promptior, ad gratiarum actionem deuotior. Aduerte tamen, quòd effectus sacramentorum solet esse secundum dispositionē, & præparationem suscipientium. Neque enim Iudas præmissa dona suscepit, qui corpus Domini suscepit (si tamen suscepit) ideoque tibi summopere studendum est, vt quantum poteris ante susceptionem digne te prę-
pares. Qui enim corpus & sanguinem Domini indigne 1. Cor. 11.
sumit, iudicium sibi manducat, & bibit. Tria autem sunt, quæ exigit a te huius sacramenti digna susceptio, scilicet corporalem munditiam, puritatem conscientię, & actualem deuotionem. Corporalis autem munditia, aliquando ex decenti, aliquando ex necessario requisita. Puritas autem conscientiæ præsertim a criminibus, ipsa est necessaria. Ideo vide, vt ante susceptionem huius sacramenti contritionem habeas, atque si fieri potest, ante conspectum Domini humiliter lachrymas fundas, quibus te laues a peccatis tuis quę fecisti, & quę omisisti, & quæ facere potuisti corde, ore, & opere. Actualem autem in te deuotionem in te faciunt timor, & amor. Timor incutit reuerentiam. Amor autem desiderium, & affectum, habeas reuerentiam & timorem. Terribilis enim est hæc mensa, ad quam cum debita reuerentia, & congrua vigilantia necesse est accedas. Siquidem in hac sacerdotali mensa nūc præsens est Christus, & qui vltimam cœnam cum Apostolis cęnauit, ipse istam quoque consecrauit. Non enim homo est qui proposita, scilicet panem, & vinum, corpus Christi facit, & sanguinem. sed ille, qui pro nobis crucifixus est Christus sacerdotis ore proferuntur, & Dei virtute & gratia consecrantur. Quomodo tu igitur ad illam mensam, ad præsentiam Christi, ad tactum Dei filij intrepidus audes accedere, quem Ioannes Baptista tangere contremiscit? Petrus Apostolorum princeps a se præ
formidine repulit dicens. Exi a me Domine, quia ho- Matth. 3.
mo peccator sum. Cogita quòd iste quem tu sumis, erit
iudex tuus. Time igitur ne si indigne sumpseris, & sine Luc. 5.
reuerentia, post mortem inuenias iratum, cum ad eius tribunal præsentatus fueris iudicandus, quem tremunt potestates, adorant dominationes. Denique cogita, quòd licet mille millibus annorum te ad hoc sacramentum per puras orationes, sanctissimas præparationes præparaueris, nihil esset ad condignam susceptionem, etiam si haberes merita omnium sanctorum, quanto magis tu qui sine deuotione, sine præparatione accedis. Item attende propriam vilitatem modo superius dicto, & reputabis te indignum, & acquires reuerentiam congruam, & hoc valet maxime pro huius sacramenti susceptione, vt quantum poteris fias vilis in oculis tuis. Habet etiam desiderium ad huius reuerendi sacramenti susceptionem. Panis.n.iste (vt dicit Augusti.) esuriem quærit hominis interioris. Diuersi autem diuersimode affectum ad susceptionem huius sibi formant sacramē ti. Aliqui enim trahuntur amore vnionis Christi, vt dilectum in se sæpius amplexentur, aliqui trahuntur desiderio sanationis passionum suarum, & malorum desideriorum, vt eum quasi medicum aduocent, per quem ab omni infirmitate curentur. Aliquos trahit conscientia delictorum, eo quòd hoc sacramentum institutum est in remissionem peccatorum, aliquos trahit amor, & compassio proximi, vt succurrant per hanc hostiam viuis simul & defunctis. Vt autem desiderium tuum accendatur, cogita, quòd CHRISTVS omnium ad se accendentium dolores tulit, & omnes infirmitates nostras ipse portauit.

Mulier accedens retro sanata est, peccatrix pedes Matth. 9.
osculans est mundata, Chananæa dum importune Luc. 7.
sequitur, est exaudita. Leprosi accedentes curati sunt,

dæmoniaci,paralytici,& cuncta naturæ monstra dum Luc. 6. accedunt,& credunt,salutem consequuntur. Nam virtus ex illo exibat,& sanabat omnes;Publicani & peccatores accedentes,veniam merentur, nec eorum conuiuia despexit. Igitur cum feceris quod in te est, accede in fide,& fiducia,sperans de infinita Dei pietate. Debes etiam præcipue ante huius sacramenti susceptionem,deuotissime Christi passionem percurrere,nam specialiter in memoriam passionis hoc sacramentum legitur institutum. Si autem quæris quo te affectu magis debeas excolere,timoris,s.& reuerentiæ, an amoris & desiderij,an debeas,vt multi cum importuna desiderij festinantia anhelare,an vt nonnulli reuerentiæ, & timoris magnitudine,magnitudinem sacramenti attendens, & propriam infirmitatem considerans,magis debeas affectu retrahi & elongari. Ad hoc sancti responderunt vtrumque affectum commendantes, vniuscuiusq. conscientiæ quid ei melius visum fuerit relinquentes. Festi- Luc. 19. nauit siquidem Zacheus, vt dominũ gaudens in domũ suam susciperet. Centurio propriæ infirmitatis con- Matth. 8. scius,repulit eum dicens. Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Vnum tamen est quod omnibus generaliter tutum videtur,vt.s.ex reuerentia timẽtes spem & desiderium non relinquamus,vt ex spe & fiducia non amittamus timorem,& reuerentiam. Sed sẽper inter hec vtraq. confidentes,& timidi fluctuemus. Ait etiam sanctus Gregorius,nihil nobis securius, quã sub spe timere. Simpliciter tamen loquendo dubium non est,quin melior sit affectus amoris,quam timoris, sed quod est simpliciter melius,in casu est sæpe peius, & pluribus periculosius.

De generali materia exercendi in passione Domini. Capitulum. octauum.

Circa passionem dominicam,in qua te præ cæteris exercin js ardentius,& deuotius exercebis,vt ea quæ in sacris Euangelijs legis, ad tuam Deuotionem melius scias reflectere,& dirigere ad propriam vtilitatem. Scire debes, quòd tria sunt,in quibus tua consideratio circa mortem saluatoris nostri speciosissime speculatur. Sunt autem hęc tria, opus,modus,& causa. Opus, vt ipsam passionem sicut facta a sanctis Euangelistis narratur,studiosa,& deuota mente pertractes,& inuenies Christi mirabilem patientiam,& excitaberis tu ad compassionem. Cum autem sacramentum, diuinæ scilicet passionis historiam in mente tua reuoluis,vt ad literam materiam nostrę redemptionis contempleris,diligenter debes ad hoc niti, vt quoties audis Iesum vel Christum hoc fecisse, vel sustinuisse,per nomen Iesus,in mente tua representetur, nec solum Deus, nec solum homo,nec sola deitas, vel humanitas,sed in mente formabis conceptum personæ vnius,quæ simul est Deus & homo, & in qua Deitas & humanitas sine essentiarum permixtione,in vno supposito conuenerunt. Itaque Christus,vel Iesus cum dicitur,Deus & homo,& persona deitatis, & humanitatis designatur. Ita quicquid Deus fecisse dicitur, hominem fecisse firmiter fide catholica retinemus,quicquid homo sustinuit, Deum crẽdamus & cogitemus susti- Ioan. 11. nuisse. V.g.cum legis Christum fleuisse super Lazarũ, Luc. 19. vel Hierusalem,in mente concipies non nudum hominem,quoniam tunc minus mirabile est hominem fleuisse,sic cum audies Christum in cruce pependisse,non hominem solum in mente cogita,sed hominem Deum & amplius miraberis,& multo plus ad deuotionem accenderis,& moueberis ad compassionẽ. Es quidem omnibus fidelib. Iesus, vel Christus Deum hominem repræsentat,sed quanto illud lucidius & clarius attendere poteris,tanto eis deuotior in Christi vita,morte, miraculis & factis. Secundo circa opus passionis Christi vt magis accendaris ad compassionem, debes diligẽter aduertere quotiescunque legeris,aut in passione Christi aliquas pęnalitates Christo inflictas, eodem genere pęnalitatis seu eodem genere pęnarum Christum in passione sua vltra omnem æstimationem fuisse afflictum, quod ex multis causis poteris cõsiderare,quæ te vt passionis Christi amaritudinem sentias,multũ mouebunt si bene consideras, vnusquisque homo in eodẽ gradu pęnalitatis plus minusve patitur, quanto pęnam plus minus senserit,vt notum est. Tanto.n.quisq; penam facilius,& acrius sentit,quanto natura fuerit viuacior,& sensus eius facilius percipit. Sed Christus erat viuacissimus,ideo quælibet pęna ei inflicta erat ei grauissima, Cogita ergo si illa crucifixio & illa clauatio manuum Psalm. 21. & pedum(de quã Propheta ait. Foderunt manus meas &c)alteri fuisset homini intolerabilis, quam grauior, & acerbior Christo in sua natura delicatissima,nobilissima,& viuacissima? Item erat pœna eo grauior, quo a peculiari suo populo inflicta, cui merito dicere poterat,Popule meus quid facere debui tibi & non feci? Tu aũt quid peius mihi retribuere poteras quã fecisti? Itẽ pęna Christi erat in omni sensu,& in omni membro, sicut inuenies si bene opus passionis in mente tractaueris. Item deuote imaginare interiorem Christi pęnalitatem,quæ forte exteriori pęna nõ erat minor,immo forsitan multo maior,quæ interior pęna causabatur in eo ex zeli feruore pro humano genere,in quo tamen quo ad maiorem partem,videbat passionem suam fore inutilem. Item hæc interior pęna surrexit ex magna compassione suæ dilectissimæ matris. Item ex nostra cæcitate,& ingratitudine. Cum igitur legeris,vel in mẽte reuolueris quomodo Christus fuit flagellatus,derisus, illusus,consputus,crucifixus,&c.noli solum cogitare de pęna exteriori,sed ita Dominum Iesum respice in talib. pęnis,quasi hominem Deum exterius summa pęnalitate afflictum,& etiam vltra quam humana mens comprehendere potest interius tribulatum, & dolorosum. Et vere si ita respicis Christum in quauis afflictione constitutum,si non condoles,valde mirandum est. Cũ re vera si perfecte comprehenderes animal brutum,ita inexplicabili pęna affligi, humanitatis aspectu compatereris,quanto magis domino Deo? Et hæc de opere. Circa modum autem patiendi si diligens fueris, & deuote rimaueris,inuenies pręcipue humilitatẽ,mititatẽ, & generaliter omnium virtutum exemplar imitandũ. Vt autem modum patiendi in Christo in te melius sentias,debes in omnib. quæ de passione Christi legis vel cogitas,semper in mente tua reuoluere, quõ Christus se habuit in verbis,in responsionib. in factis,in pœnis, quomodo se habuit tam interius,quã exterius,& quo modo illa prout loco,& personis congruebat, optimo modo formabat,& hoc poteris in euangelio inuenire, vel certe si ibi non est expressum,ex teipso forma. Nam nullus Christianus ignorat,quin in omnib. optimo modo se habuit. Igitur de modo ita debes cogitare, cũ verbi gratia legis:Stetit Iesus ante Pilatum præsidem, &c. Matt. 27. Cogita primo modum stationis,quam humilis fuit,forte,inclinato capite,dimissis oculis. Deinde de modo ꝓlationis verborũ,quam leni & dulci voce deprompsit, ita vt te delectaret audire aliquem hominẽ ita loquentem. Nam vox eius non minus quam facies decora. Deinde cogita quomodo se habuit,& planum est, ꝙ stetit cum summa humilitate,non habens inuidiam cõtra Pilatum,& Iudæos,sed compassionẽ. Sic cogita quando Iudæi clamauerunt crucifige, &c.quomodo Christus Luc. 23. ea audiuit,certe summo dolore, & ex compassione, &

zelo

zelo tamen exterius humiliter se habuit, & sic omnia p tractans, imitare modum Christi se habendi secundum locum & tempora, & inuenies omnẽ virtutem in Christo, & optimum modũ quo se habere potuit. Maxime autem diligenter attende modũ, quo interius se habuit compassione, & zelo. Circa tertiam scilicet causam, ita semper lege & cogita de passione redemptoris tui, vt scias quia tu es causa. Passus est enim propter tuam redemptionem, illuminationem, iustificationem, & glorificationem, ita semper attrahe tibi & hoc beneficium, quasi sit pro te solo passus, (vt supra dictum est.) Ita cogita semper, vt qdquid legeris vel cogitaueris, quasi dicat Christus, hoc feci, vt sequaris vestigia mea, te humilies, patiens sis, tollas crucem tuam & sequaris me, quia non est seruus super Dominum suum.

PASSIO CHRISTI

breuiter collecta ad modum Fasciculorum.

Primus Fasciculus, Dominica die, de oratione in horto, & captione.



Can. 1. FAsciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur, loquitur anima deuota, designãs Christi amaritudinem simul collectam iugiter in suo pectore circunferre. Vt autem tu etiam quicunq; memoriam tuam per meditationem mortis Christi reformare desideras, in promptu habeas fasciculos, qui in memoria tua commorẽtur, passionem Christi hic tactam solummodo ordine Euãgeliorum inseruimus compendiose, vt ex illis paucis secundum illa tria, quæ dicta sunt, opꝰ, modum, & causam habeas materiam copiose meditandi, & de paucis plurima colligas. Cogita igitur quomodo solemni illa cœna, de qua supra dictum est, celebrata, & hymno dicto, Christ⁹ Deus & homo vidẽs appropinquare tempus suum, surrexit vt iret ad montem, hoc est opus ꝙ fecit. Cogita igitor, vt supra dictum est, de modo, quomodo se habuit intus & extra. Eundo, fugã discipulorum prædixit. Petrum asserit ter se negaturũ, & alia quę loquebatur, & hoc iterum opus attende. Cogita etiam quo modo exteriora verba illa de promsit,
Matt. 26. & quali interiori protulit affectu, sic facias vbique nec opus semper est repetere. Assumpto Petro, Iacobo, & Ioanne ait. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Re
Luc. 22. lictis illis solus orat in monte. Finita tertia vice oratione, ex imaginatione mortis, & interno doloris timore, factus est sudor eius sicut sanguis, innuens ineffabilem penã per hoc. Nam de nullo tale aliquid legimus. Tunc Angelus vnus suum Dominum confortauit. Cogita quomodo Christus inimicis suis obuiauit, & sponte se obtulit, & verbo suo eos in terram prostrauit. Deinde a Iuda osculatur, a Iudæis capitur, trahitur, vincitur, & ad domum Annæ deducitur. Et omnes discipuli fugerunt. Et hic sit tibi fasciculus vnus memoriæ commendandus. Et hic si placet, potes aspicere Christum, qui sit iste qui ista patitur, & te subdas ei per rationis asselum. Crede igitur, & cogita ipsum esse veraciter Dei filium, omnium principium, saluatorem omnium, & retributorem omnium.

Fasciculus secundus, de illusione coram Anna & Caypha, & negatione Petri.

IN domo Annæ confessus veritatem, a seruo nequam percutitur. Cogita hic opus, modum & causam, vel saltem aliquod eorum sicut tibi congruit. Deinde in domo Cayphæ vbi scribæ & pharisei expectabant, adducitur, illuditur, et percutitur tãquam blasphemus. Falsum testimonium quæritur, & non inuenitur, a pontifice adiuratur, a Petro ter negatur, Sed Christus respiciẽs Petrum exire, & flere amarissime compulit. Mane facto ad Pilatum vinctus ducitur. Cogita modum quo ipsi eum ducebant, quia pessime tanquam latronem & maleficum, &cæt. Iudas videns, ꝙ parabant Christum ad mortem, tantum in seipso doluit, ꝙ tam dulcem hominem, tradidit, vt se laqueo suspenderet, & retulit pecuniam, cum qua emptus est ager, sicut prædixit Zacharias. Zac. 11. Coram Pilato multipliciter innocenter accusatur, mittitur ad Herodem, ab eo vt fatuus illuditur, & irridetur, Hic diligentissime considera qualis est qui patitur, & ei configurate, vt compatiaris innocẽtissimo, mitissimo, amantissimo, & nobilissimo. Et hic sit fasciculus secundus.

Fasciculus tertius, de coronatione, & crucifixione.

POst hoc petentibus Iudæis dimittit Pilatus Barrabam, & tradidit Iesum ad crucifigẽdum victus importunitate Iudæorum, & timore Cæsaris. Tunc Iesus more & schemate Regis multipliciter illuditur, chlamide induitur, spinis coronatur, arundine percutitur, vt Rex in derisum adoratur. Hic homo cogita modum, attende causam, quomodo. f. Christus se habuit et quomodo Iudæi se habuerunt, causam quare tanta sustulit, vadens vt crucifigatur, proprium portat patibulum, populus sequebatur, & mulieres flẽtes quibus ait. Nolite flere super me &c. In monte Caluariæ crucifigitur. Luc. 23. Et hic diligenter pertracta modum crucifixionis. Aut. n. primo crucem erexerunt, & Christus ascẽdit ad crucem, aut certe crucem posuerunt in terram, & ibi eũ clauis affixerunt. Nam alius modus nõ apparet. Et hic tertio specialius conuenit considerare, quantus est iste qui tanta patitur, vt ad ipsum possis egredi per admirationis aspectum, quia immẽsus est potestate, speciosus te, felicitate, & æternitate. Admirare igitur maiestatem aonihilari, speciositatem decolorari, felicitatem tormẽtari, æternitatem mori. Et hic sit tertius fasciculus.

Fasciculus quartus, de his quæ facta sunt dum Christus penderet in Cruce, & de emissione spiritus.

PEndens Christus in Cruce, sitit. Cogita opus quo modo Christus pendet, cogita modum, & causã, cogita qoòd sitit, orat pro crucifixorib. blasphemaf in cruce, irridetur a prætereuntibus, a principibus, a latrone, titulus verissimus & indelebilis, Iesus Nazarenus Rex Iudæorum, scribitur. Ioan. 19. Stat mater Iesu dolorosa sub cruce, quam respexit, & Ioanni commisit. Fiunt tenebræ, designans tandem quanta sua esset pena, & ꝙ humanitas fuit deserta, in eo, ꝙ nulla fuit redundantia superiorum virium, in quibus fruebatur, ad inferiores quibus patiebatur. Clamabat Eli, Eli, lamazabathani? Accepto aceto, consummatis iam omnibus, cum nihil Matt. 27. restabat agendum, clamans alta voce tradidit spiritum, innuens, ꝙ quandiu vellet, tandiu viueret, & quòd nullus animam suam a se tolleret, sed quòd ipse spõte eam poneret. Et hic debes considerare, quali forma passus est a similationis amictu. Passus est. n. sicut verus agn⁹ liberalissime respectu proximi, seuerissime respectu sui, obedientissime respectu patris, prudentissime respectu aduersarij. Stude igitur ad habendum habitum secundum effigiem modi se habendi, f. benignitatis, seueritatis, humilitatis, & perspicacitatis. Et hic sit fasciculus quartus.

Fasci-

Digitized by Google

Fasciculus quintus de his, quæ facta sunt Christo pendente in cruce post mortem.

Exo. 12. & Num. 6. LAtronum ossa confringuntur, Christi os non cōminuitur, ne figura de hoc euacuetur. Latus eius aperitur, vnde perfluunt Ecclesiæ sacramenta, velum scinditur, sepulchra mortuorum aperiuntur, vt inde mortui in die resurrectionis cum Christo resurgerent. Hic considera quatenus pro te passus est, & crucē amplectere per passionis desiderium, vt sicut ipse passus est iniuriam, conuicia, ludibria, supplicia, sic tu passionem Christi imitando, amplectere pro eo omnem passionem plenam iniurijs, cōuitijs, ludibrijs, & supplicijs. Et hic sit fasciculus quintus.

Fasciculus sextus, de septem signaculis in passione Chhristi reseratis.

PAssio Christi non solum resumit memoriam per deuotam meditationem, nec solum inflammat desiderium ad deuotionem, quinimmo præcipue illustrat intellectum, & ducit ad cognitionem veritatis. Siquidem in vniuersitatis cognitione, septem erātclausa ante Christi passionem, quæ sunt in eius passione reserata. De quibus intelligi potest illud Apoc. Aperta Apoc. 5. sunt signacula septem. Primum signaculum fuit Deus admirabilis, qui per crucem manifestatus est esse summa sapientia, in eo, quod diabolum decepit, summa iustitia, in quantum quæsiuit redemptionis premium, summa misericordia, quia tradidit pro nobis filium. Secundum signaculum fuit spiritus intelligibilis, qui manifestatus est per passionem, quantæ sit benignitatis, quantum ad Angelos, qui permiserunt Christum crucifigi, quātę dignitatis quoad homines, nā propter eos Christus est crucifixus, quantæ crudelitatis quoad dæmones, qui Dominum Deum suum fecerunt crucifigi. Tertium signaculum est mundus sensibilis, qui in morte Christi probatur esse locus tenebrarum, in quo regnat cæcitas, quia lucem veram non cognouit, in quo regnat sterilitas, quia Christū infructuosum reputauit, impietas quia innocentem condemnauit. Quartum signaculum fuit paradisus qui per crucē apparet esse locus gloriæ, lætitiæ, & opulentiæ, in eo quòd Christus propter eius restitutionē factus est vilis, pauper, & miser. Quinto per mortē Christi infernus manifestatus est esse plenus omni egestate, vilitate, & paupertate, q̄a si hęc passus est propter peccati deletionem, multo magis damnati hæc patientur propter iustam operum retributionem. Sextum signaculum fuit virtus laudabilis, quæ per crucem Christi probatur esse preciosa, speciosa, & fructuosa. Preciosa, quia Christus ante voluit vitā corporalem perdere, quam contrariari virtuti. Speciosa, quia in cōtumelijs relucebat. Fructuosa, quia vnus perfectus actus Christi virtutis infernum spoliauit, cęlum aperuit, perditum restaurauit. Septimum signaculum per crucem apertum est, & in eo quòd apparuit reatus culpabilis, quam detestabilis sit, cum ad sui remisionē indigeat tam magno precio, tam grādi piaculo, tam difficili medicamento.

Fasciculus septimus, De resurrectione, Ascensione, & missione Spiritus sancti.

TErtia autem die Christus victor mortis resurrexit, & nos resurrecturos monstrauit. Si igitur Christo passo fuisti compassus, nunc resurgenti congaude. Cogita deuote qualiter anima Christi ad infernum descendit. Quid ibi egit, & de gaudio sanctorū patrum, & tristitia dæmoniorum. Cogita de timore custodum. Cogita de custodia Angelorum circa sepulchrum quomó nunc refertur vnus solus sedere, nunc stare supra lapidem, nunc in sepulchro, nunc duo, & hi diuersimode, per quod ostenditur multitudo Angelorum circa sepulchrum, & varia visitatio mulierum. Cogita quomodo amor & desiderium Magdalenam, & alias fęminas frequenter cogebat currere, & sepulchrum Domini visitare. Cogita de varijs Christi apparitionib. Cogita de dulcib. eius colloquijs cum discipulis. Cogita cur Christ⁹ voluit in Galilęa apparere, nisi vt debeas a vitijs transmigrare. Vnde Pascha transitus sed in Galilæa, id est transmigratione, & mutatione corporum nostrorum, in regnu cęlorum Christum videbimus post generalem resurrectionem. Post quadraginta dies resurrectionis ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem sanctorum patrum. Meditare de gloriosa processiune ascendentium cum Christo, nam sancti sequebantur; Angeli venientes obuiabāt, & tunc inter se questiones illas formabant, de quibus Isa. ait. Quis iste Isa. 63. est qui venit? &c. Cogita de tristitia Apostolorum, & Angelorum gaudio. Cogita de Angelis redeuntibus & Apostulos consolantibus. Disce tu ascendere ad Christum, sed per ascensiones prius dictas, vt relinquas hic vitium, quia nullum vitium ascendit cum saluatore, vt dicit Augustinus. Deinde de cęlo Dominus in linguis igneis misit Spiritum sanctum. Vide quomodo deinde Apostoli fuerunt cōfortati, & in charitate fundati. Meditare cur Spiritussanctus in igne, cur in linguis? cur in vtrisque simul? & cur in alijs creaturis apparuit? & stude proprietates rerum talium in te habere. Cogita effectus & dona Spiritussancti, & multa similia circa Spiritussancti missionem, signaque militantis sub gula, scilicet somnum, cordis duriciam, ociositatem, risus procacitatem, contradictionem, & insensibilitatem.

DE PVGNA SPIRITVALI

contra septem vitia capitalia,

Et primo de certamine contra Gulam. Capitulum primum.

EIA nunc milites Christi bellum spirituale ingressuri, induite vos armatura Dei, arripite gladium & scutum, gladium virilitatis, & strenuitais, scutum patientiæ, vt sitis patientes in sustinendo eorum impetus & dolores. Videtur autem incipiendum certamen primo cōtra gulam, quia quādiu gula in nobis dominatur, aliorum vitiorum certamina magis occulta videre non possumus. Item (vt Greg. dicit) Multi quandoque ardua & magna incipiunt, sed quia gulam non vincunt, ea quæ fortiter egerunt, turpiter perdūt. Qui. n. nequit in propria terra, id est naturali carne debellare, quomodo vincet in terra longinqua? Est autem gula inordinatus, & immoderatus appetitus cibi. Omnia illa quæ faciunt animam interius vtiliter occupari in viribus animalibus, & quæ eius desiderium internum augent, remedia sunt contra gulam, immo contra omnia vitia carnalia. Hoc est, quod dicit Hier. ad Rusticum. Ama scientiam scripturarum, & vitia carnis non amabis. Hinc est quod dicit Ioan. Clymachus, etiā in hac materia expertissimus, quòd carentia dolorum, & obliuio mortis, est occasio gulæ. Breuiter quælibet vacantia, vel vacuitas a desiderijs bonis, a meditationibus sunt origo, vel augmentum

mentum præcipuum vitiorum carnalium. Remedia igitur sunt timor mortis, iudicij, & inferni benè cordi impressus, si homo interius occupatur circa desiderium regni cœlorum, desiderium perfectionis, immo quodlibet bonum internum desiderium, vt deuotio, maxime compunctio, lachrymæ, oratio, hæc.n. intus cor hominis occupant. Et secundum Hieronymum desiderium desiderio, affectus affectu expellitur. Sobietas arcem concupiscibilitatis cõtra gulam deberet custodire. Est enim virtus, quam corporis alimenta cum moderamine admittuntur. Et debet sobrietas præcipuè esse vigil contra gulam, vide ne excedat in cibi qualitate, sed de quantitate difficile discernitur. Hic tamen in omnibus potest esse continentiæ finis, ne quis iuxta mensuram capacitatis suæ saturitatis oneretur ingluuie.

Virtus sobrietatis & grad' eius.

Primus gradus sobrietatis est, vt patienter sustineas & feras, cum non poteris habere cibum vel potum ad libitum. Secundus est, etiam velle his, quę possunt haberi, amore sobrietatis, paupertatis & boni exempli carere. Tertius posse abstinere sine difficultate ab habitis delectabilibus.

De pugna, & natura luxuriæ, remedijs eius. Capitulum secundum.

SI gulam nõn viceris, sed ipsa te vicerit, statim aduocat sororem suam, idest luxuriam, cuius aduentus in dicia sunt, quæ per naturale eius poteris agnoscere. Statim enim vi concupiscibili accendit amorem & inclinationem, & affectum ad fœminas, aut suscitat motus in carne, & hoc potes videre per motus carnis, & titillationes. Aliquando magis in anima, per affectionem, & inclinationem ad actum illicitum, vel ad personam affectu illicito. Et hunc modum affectus, potes considerare per imagines mulierum in te depictas. Cõtra illud vitium est certamen longum & durum, immò verò viribus nostris hoc specialiter non possumus perficere. Vnde radicale remedium secundum Aug. pluribus locis libri confessionum de continentia, & alios sanctos, est, vt homo cor suum humiliet, & cognoscat propriã fragilitatem, & recurrat ad misericordiam Dei. Sunt quædam remedia quæ magis luxuriam remouent ab anima, vt contritio spiritus, frequens oratio, continua meditatio mortis, inferni, & similium præmissorum. Horum remediorum ratio patet, ex his quæ dicta sunt de gula. Item repressio interiorum affectionum, & malarum cogitationum, quòd fit maximè per alia deuota, & spiritualia desideria. Item sunt quædam remedia, quæ magis restringunt luxuriam, abstinere a carne, & ieiunium. Maxime autem est tenendum contra hoc vitium æquale moderatumque ieiunium. Item opus manuum instabiles cordis peruagationes coercens. Sunt quædam quæ directè iuuant contra vtraque, idest luxuriam tam in carne, quam in anima, sicut est custodia diligens sensuum. Hi enim sunt fenestræ, per quas hoc vitium intrat. Item fuga societatis mulierum, nec familiaritatem habere cum eis, nec solus cum sola (maximè in secreto loco) loqui, nec domos earum secundum Hie. frequentare. Primus gradus castitatis est, vt viriliter cum labore abstineas ab actu carnis, cum proposito sic manendi, & neges semper consensum motibus illicitis. Secundus vt per remedia pdicta, & alia similia, caro tua spũi tuo subiugetur, vt rarius tenteris, & facilius tentatio cedit, imperando magis quam reluctando. Tertius gradus castitatis est, ita domitas habere concupiscẽtias carnis, vt vix rarissimè & tenuissimè sentias, & talem te induisse affectum, vt cum nausea & horrore inde audias vel loquaris.

De phylargiria vel auaritia, & remedio eius. Cap. 3.

POst luxuriam sequitur philargiria vel auaritia, q̃ passio vexat tepefactus in seruitio Dei. Nam raro impugnat certantes legitime, præsertim si sub alterius degunt cura. Remedium tibi sit, vt sciens aliquam artem, labore manuum victum & vestitum conquirẽs, illis sis contentus. Ideo Deo confide, quia non relinquit sperantes in se. Summa remediorum, si vis auaritiam ad plenum vincere, relinque omnia quæ habes, & alterius curæ te committe, cum alijs viuens in communi. Huic autem vitio in principijs obsta, vt nõ admittas desiderium cuiusque rei. Sicut enim hoc vitium in principio facile vincitur, ita si semel admittitur, potest cunctis difficilius excludi. Primus gradus quo proficis, contra hoc vitium in contemptu mundi est, nihil habere in iusti, & diuitijs non abuti ad peccatum, & eleemosynã facere. Secundus est, nil habere superfluum, sed necessarijs esse contentum. Sed multi necessitatem suam val de amplificant, sed non est tutum, vt homo in multis sibi confidat, sed potius alteri. Tertius est, nihil possidere in hoc mundo, sed dumtaxat capere vsum necessarium, & frequenter pati penuriam, cibo, potu, & vestitu.

De ira, & remedijs eius. Cap. 4.

TRia prædicta vitia arcem concupiscibilitatis oppugnant. Quartum autem vitium quod est ira, debellat vim irascibilem, & est nociua bestia sibi nocens, & altos scandalizans, virus mortiferum animam interficiens, & Spiritum sanctum expellens. Cum autem ira vim irascibilem obtinuit, statim introducit ibi suam familiam, quæ sunt rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, & blasphemia. Remedia contra iram sunt ista, primo eos tacendo comprimere, et accensam flammam in corde suffocare. Nota autem quod secundum Ambro. in lib. de officijs. Verus præliator eo vsq; per timorem meditationemq; mortis & similium, & maxime deuotam compunctionem, qua (secundum Clymachum, ait extinguitur ira & indignatio, sicut ignis aqua) motus iræ deberet reprimere & mansuefacere, vt morum tranquillitas vsu quodam, & affectione, & proposito, in naturam vertatur. Multum iuuat contra iram, si quotiens quis in ira recesserit, iam sopita commotione seipsum dure redarguat, & comprehendat, & humiliter reum se det toto corde, ab illis veniam petens quos offendit. Gradus autem quibus cõtra iram ascenditur, patent ex dictis. Primus est iræ resistere cohibendo linguam, membra &c. ne excedat foris. Secundus est: cum homo iam per exercitia didicit non turbari ex aduersis, sed est quasi in loco munito, non curans ea quę sibi fiant cõtraria. Tertius est, gaudere & in tribulationibus gloriari cum adsunt & desiderare cum desunt.

De inuidiæ natura, & ortu eius, & remedio. Cap. 5.

QVintum certamen est contra inuidiam, quã beatus Greg. ponit inter vitia capitalia, eo q̃ ex sui ratione habet, q̃ alia vitia inde sequantur. Licet Cassianus & Isidorus eam inter capitalia nõ enumerent, eo forsitam, q̃ ipsa ex vitio capitali suam ducit originem. Vt autem huius vitij naturam per suum effectum in te comprehendas, scire debes, q̃ inuidia est dolor de bono alterius. Inuidiæ.n. ob iectum,

iectum, est bonum fraternum inquantum est sibi malum. Hoc autem cõtingit dupliciter, vel tripliciter. Vno modo inquantum, sibi imminet malum, vt si inuidemus ꝙ inimicus noster, vel aliquis qui nobis non placet, sit noster prælatus, timentes ne nos deprimat, & hoc in casu staret sine peccato. Alio modo quando respicimus bonum proximi, non quòd sibi inuidemus illud, sed quia dolemus illud, nobis adesse, & hoc est interdum bonus zelus. Tali n. inuidia debemus omnes tendere ad humilitatem, & charitatem, & obedientiam. Alio modo fit illud, inquantum bonum fratris est diminutiuum nostræ præcipue gloriæ. Vnde inuidia est precipue circa illa, in quibus gloria consistit. Vnde generaliter vanagloriosi & pusillanimes sunt inuidi, quia illi timent minui gloriam suam, illi timent faciliter superari. Hæc inuidia vbicunque venerit, filias suas secum adducit, quæ sunt odium, susurratio, detractio, exultatio in aduersis proximi, & afflictio in prosperis eius. Inuidiam vero dilectio proximi expellit. Ideo de ipsa dilectione proximi aliqua dicamus. Et primo quibus medijs dilectionem inter nos mutuo seruare possumus. Deinde quomodo quilibet se talem exhibere debeat, vt & ipse diligatur ab alijs, & alios ipse diligat. Et ex his sufficientia remedia inuidiæ apparebunt. De primo scias ꝙ perfecta vera, & indisrupta dilectio solum inter tales inuiolabiliter seruatur, qui sunt vnius propositi, vnius nolle, & velle, & quodammodo vitijs omnibus expurgati, vt in 16 collatione patrum dicitur, & ista summa dilectio erit in patria, & fuisset vera in Paradiso, si non primus homo cecidisset. Attamen sunt quædam remedia, quibus dilectio inter nos acquiritur, & seruatur, & si non perfecta. Primum est, quod etiam inuidię est summũ remedium, vt vnusquisq; toto corde omnia quæ mundi sunt, ex quibus contentio, rixa, vel inuidia oriri potest, cordialiter despiciat & calcet, siue sint diuitiæ, siue honores. Secundum, ne quis sapiens sibi sequatur propriam suam voluntatem nulli acquiescẽs, & hoc causat maxime discordiam, & rancorem. Tertio, vt sciat quæ vtilia sunt, ac necessaria postponenda bono charitatis. Nam si habeam fidem, ita vt montes transferam: Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habuero; nihil mihi prodest. Ideo super omnia exercitia in omnibus operibus, præ omnibus debemus quærere fraternam charitatem. Nec est aliquid ꝙ tantum Angeli & Dominus Angelorum in nobis inuenire desiderant, sicut fraternam vnionem & mutuam charitatem. Quartum vt vnusquisq; summopere iracundiam, & alia quibus fratrem offendit, caueat, & deuitet, & si quando cõtra fratrem excessit, humiliter satisfaciat, si quando frater contra eum rãcorem sine causa concepisset, quãtum in ipso est, studeat pacificare. Hæc habentur in collatione patrum. 16.

Vanagloriosi, & pusillanimes quare sint inuidi præ cæteris.

Quomodo mutua dilectio cõseruetur.

De accedia, & remedio eius. Capitulum sextum.

SExtum certamen est contra acediam. Cuius natura est, vt tędium boni generet, animi torporem causet, mentem grauet, tristitia ad somnum & dissolutionem inclinet, horrorẽ loci, & cellæ fastidium, fratrum contemptum, & aspernationem gignit, nil operis libet maxime spiritualis. Nam interdum opus manuale arripit, vt possit spiritualia, orationes & similia relinquere. Huius filię sunt malitia, id est voluntas machinãdi malum, desperatio, pusillanimitas, rancor, id est odium inuetera tum, torpor, circa pręcepta Dei, euagatio mentis circa illicita. Summum remedium contra acediam est, nunquã tedere, sed repugnando acediæ obuiare, & vincere eam laborando. Attamen homo potest opera sua variare, vt nunc oret, nunc legat, nunc meditetur, &c. vt si vnum non sapiat, sapiat saltem aliud, sicut febricitanti habenti gustum infectum, apponuntur multa fercula. Item contra tedium cordis, valet varietas actionis. Item valet cõpunctio. Qui enim luget seipsum, non nouit acediam, Ait Climachus. Ligetur ergo ille tyrannus memoria offensionum & delictorum, & percutiatur opere manuum, & intenta meditatione futurorum bonorum.

De tristitia, & pugna contra tristitiam. Cap. 7.

NOta, ꝙ tristitia mala est duplex. Nam quandoq; tristitia dicitur generaliter, ita ꝙ versetur circa omnes passiones, nam in omni passione est inuenire tristitiam & delectationem, secundum quòd suum obiectum adipiscitur, vel ab ea repellitur. Et hanc tristitiam intantum superabis, inquantum singula vitia extirpaueris, si multum multum, si parum parum, omnino autem si omnino ipsam necas, sed ad hoc quis idoneus? Alia est specialis circa diuina, tædium, & ista potest cõprehendi sub acedia. Tristitiæ origo difficulter est cognoscibilis, eo ꝙ tã multas habeat origines omniamet vitia & affectiones. Contra hæc duo vitia acediam & tristitiam, pugnat charitas Dei, quæ nunquam est ociosa contra acediam. Ad quam charitatem triplici gradu peruenharis. Primus sicuti licitus concessis, vt tamen illicita deuites. Secundus est feruentiori desiderio omnia quæ Dei sunt, studiose facere in se, & in alijs promouere. Tertius est tanto affectu æstuare ad Deum, ꝙ quasi sine ipso viuere non possit. Valet etiam contra tristitiã deuota confabulatio in bona societate, memoria benignitatis & misericordię Dei. Item deuotus cantus, vt dicit Paulus ad Ephesios. Eph. 5.

De vana gloria, & remedijs eius. Cap. 8.

SI omnia prædicta vitia viceris, quòd sine maximis laboribus & multis doloribus non fit, si tamen fit, tunc amplius a vanagloria cauere debes. Hęc. n. occulte virtutibus se ingerit, ita vt vix a spiritualibus semper valeat comprehendi. Hæc est multiformiter vana, semper & in omnibus vanitatem ingerens in vestitu, in apparatu, in loquela, in taciturnitate. Si veste preciosa indutus fueris, adest, si humilis fueris, amplius gloriaẽ, si loqueris gaudet vnde dixeris, si taces, laudat velut humilem. Ipsa semper suggerit, & magnum desiderium ingerit ad illa, in quibus laus & honor consistit, etiam per magna pericula & labores. & maiorem fortitudinem dat suis amatoribus, quã spes beatitudinis veris præliatoribus. Hæc eadem bestia suggerit gradum clericatus, presbyterij, & diaconatus. Siquis tamen eũ vellet cogere, nam per se non vult, ne ipse appetere videatur. Vide super hoc exemplum libro de institutis cœnobiorum Cassiani. Non possunt varietates huius bestiæ explicari, sed vbicũque eam proieceris, semper stat aculeo recto sicut tribulus. Ipsa est sicut allium qd omnes vnum tegmen amoueris, aliud adhuc intus habet, vbi autem ipsa intrauerit, matrem dolosam sequuntur filiæ peruersæ, quæ sunt inobedientia, contentio, iactantia, hypocrisis, pertinacia, discordia, nouorum præsumptio seu inuentio. Quam vanam gloriam si vincere desideras, caue summo studio, nec quicquam intentione gloriæ incipias facere, cogitans illud Saluatoris. Receperũt mercedem suam. Et illud. Quoniam Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. Item illud. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Secũdo deberes niti, illud, quòd bona intentione incepisti, simili custodia ab inquinatione gloriæ custodire. Item quicquid singulare est, & vnde laus & gloria posset cõquiri, semper vitandum est, bellanti contra hanc bestiam. Nam principium priuationis vanæ gloriæ, secũdum Clymachũ, est

Matth. 6.
Psal. 52.
Gal. 1.

custodia

Digitized by Google

custodia oris,& amor humilis societatis,ignominia cō summata,coram multitudine miserabiliter adinueniri. Chryso. Vnicum vanæ gloriæ remedium,orare Deum, vt ipse te liberet.

De superbia, & remediis eius.
Capitulum 9.

VLtimo aggredienda est ipsa superbia, vitiorum regina,vitiorum radix, virtutum omnium deuoratrix,quæ tantæ est fortitudinis & seueritatis, vt Luciferum eijceret de cœlo.Attamen per Dauid in domino confidens,per humilitatem,Goliam quantalibet esset staturæ enormitate erectus,prostrauit. Est autem superbia duplex,vna spiritualis pulsans,scilicet virtuosos de perfectione,alia carnalis,quæ perfectos pulsat de aliqua excellētia exteriori. Nam primæ est in cor de suo magna merita sibi depingere,spiritualem gratiā attribuere sibi,quantum Deus eum diligat cogitare,mirari quòd non faciat mirabilia, turbari quòd Deus nō dat sibi nescio quid speciale , & alios velut carnales despicere.Et hæc est multum periculosa, & plusquam vitia carnalia.Nullum vitium est,quod ita omnes virtutes exhauriat,cunctaque iustitia, & sanctitate hominē expoliet,quemadmodum hujus superbię malum. Qui autem huius nequissimi spiritus laqueos vult euadere debet in singulis,in quibus se senserit virtutibus profecisse,dicere ex sententia.Gratia Dei sum id quod sum, & cogitare Deum esse,qui operatur in nobis,& velle& profitere bona voluntate. Item diligenter considerare, quia bona nostra nō sunt a nobis,sed dona Dei de quibus districte sumus rationem reddituri.Item bona nostra quam multis malis sunt permixta, tepiditate,hypocrisi,&cæt.Item considerare, quam multa sint in nobis mala & vitiosa. Item attendere meliores nobis homines & Angelos,vt ita in comparatione vilescamus nobis.Carnalis autem superbia his indicijs demōstratur. Est clamosa dum tacet,amara & indignabunda, & indissoluta in lætitia. Risus irrationabilis & sine causa, in tristitia sua est,seuera, dura, reprehēdit cum rancore non ex compassione, verba profert passim sine aliqua cordis grauitate vel ponderatione, expers patientiæ, charitatis,aliena audacter iniuriat,sed pusillanimiter iniuriam patitur,difficulter alijs obedit, exhortationem recipere spernit, in propria voluntate permanens, sed vult propria statuere,nunquam alterius diffinitioni acquiescere non vult consilium ab aliquo recipere magis sibi credens quam sapientibus. Huius remedium primum,est obedientia simplici corde suscepta, & humiliter exhibita.Secundum,vt intimo cordis affectu fratribus nostris humilitatem exhibeamus, in nullo eos lædere acquiescentes.Item semper niti exercere nos in humilibus operibus,vilibus & despectis officijs, puta ministrare in coquina,lauare scutellas,purgare domum, semper vilia officia eligere,humili habitu, humilibus gestis incedere. Hæc si in consuetudinem venerint,cor ad humilitatem inclinant. Item honorem fugere, magis semper eligere ministrare,quam ministrari, superba vocabula & nomen iactantiæ iam a propria familia deuitare.Item omnia signa & queque facta,iactantiam vel vanitatem prætendentia declinare. Humilitas quæ contra superbiam pugnat,tres habet gradus. Primus est,vt homo seipsum cognoscat infirmum,inopem boni,vitiosum,& si quos alios habet defectus, & non eleuet se supra se.Secundus est,cum homo se desiderat ab alijs reputari,qualem seipse noscit in veritate, scilicet vilem,inopem,superbum,&cæt.Tertius est,quando homo in magnis virtutibus,& honoribus non extollitur, & nihil sibi ex hoc blanditur,totum in illum refundēs, a quo totum accepit, & ei integrum restituens. Talis fuit humilitas Christi,& talis Angelorum, & sanctorū in gloria.

Superbia duplex.

1.Cor. 15.

SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS.

De septem gradibus contemplationis,
Tractatus.

COntemplatiuorum aquilinos obtutus acui , & ipsorum spirituale palatum perfundi dapibus supernæ dulcedinis affectans septem gradus eo gloriosissimos,qui scientia experientiæ probatissimos in medium censui deducendos,relceratione quorum odorifera confido, quod tam intellectui splendoris copia,quā affectui deifici dulcoris affluētia,pijssimę matris thearchicę exultabit. Primum igitur dicamus ignem,secundum vnctionem, tertium extasim,quartum speculationem,quintum gustū, sextum quietem,septimum gloriam. Primo enim anima vngitur,ignita iungitur,vncta rapitur,rapta speculatur vel contemplatur,contemplans gustat,gustans quescit,hæc in via possunt acquiri,non tamē subito sed gradatim. Citius autem hæc experitur,qui frequentius spiritualibus se exercet.Septimus in patria confertur abūdātius his,qui se in præcedentibus gradib. exercuerūt, Ignis est vehemens diuini caloris vel amoris feruor, ex camino supersplendentis Hierusalem flagellatus. Huius ignis calor,contemplatiui siue sancti actiui viri animam,cum se ad orandum Deum effuderit in cōspectu Dei, subito eam valde perlucido splendore irradiat, quamplurimum ignit & ardentes motus affectionesque accendit,malosq; concremat et exsluat,teporem inflammat,& torporem expergiscere facit, atque ipsam totam animam velut vespertinum quoddam & pinguissimum holocaustum diuino conspectui repræsentat, intuetur tunc & gaudet,Deus adest & pauet illa, Ille immissum ignem auget vt magis caleat,illa ortas affectiones colligens nutrit, vt eo amplius magis reddatur incendium,quo abundantius subministratur materia accēdendi.Super hunc gradum pedem fixit, qui potest dicere cum Propheta.Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescat ignis.Et iterum. Inflammatum est cor meum,& renes mei commutati sunt. Vnctio est velut quidam roseus liquor qui per totam animam se diffundens ipsam erudit,corroborat & confortat,disponens eam suauiter ad veritatis luculentias suscipiendas, atque pariter contemplandas. Hac cęlica vnctione perlinitus fuerat, qui dicebat. Vnxit vnctione misericordiæ suæ. De qua rursum dicit Dauid. Sicut ros Hermon qui descendit in montem Syon. Hermon interpretatur lumen exaltatum. Habet autem signare infinitissimam Iesu bonitatem. Ipse etenim de se dicit. Ego sum lux mundi Quæ quidem lux de terra in crucem,de cruce vero fuit super pulchritudinem cœlorum omnium exaltata,ita vt licet semper potuerit,nunc autem conuenientius propter suæ humanitatis superpulchrificam claritatem adiectam,dici queat supersplē dens candor,& supercandens splendor illius æternæ & fœlicissimæ regionis. Ros igitur montis huius descendit in montem Sion,i.contemplatiui viri mentē, ipsius præcordia tam irrigando fœcundans, quam fœcundando irrigans, & calorem.s. primi gradus leniter temperans,ne plus ardeat quam oportet. Quod.n.purificat ignis concremando,hæc vnctio mulcet suam pinguedinem

Ignis quid sit.

Psalm. 38.
Idem. 72.

Vnctio quid.

Psal. 132.

Ioan. 8.

Digitized by Google

dinem perfundendo, vt capacior sit diuinorum & pul-
chrificorum radiorum, ab æternaliter oriente aurita-
dinissime emanantium, quibus quidem salubriter perlu-
1.Io.1. strata, ita (secundum Apostolum) docetur de omnib. vt
nequaquam quisquam ibidem locus ignorantiæ tene-
Extasis quid. bris pateat, vbi fulgeat copia tam gloriosi luminis. Ex-
tasis, est deserto exteriore homine, suipsius supra se vo-
luntaria quædam eleuatio, ad superintellectualem di-
uini amoris fontem, mediantibus sursum actiuis virtu
tibus pro viribus se extendens. Virtutes sursum actiuas
voco humilitatē & puritatem. Humilitate etenim fit ex
terioris hōis desertio, puritate vero interioris hōis sur-
sum actio, quem quidē ad fontalem producens radiū,
ibidem haurit sanctos thearchici amoris & inolitas in
fluitiones. Quarum gratia posteriorū oblitus, ad ante-
riora empyrij & superlucidissimi tabernaculi se exten-
dit. Est enim extasim faciēs amor diuinus non dimittēs
suiipsorum amatores esse, sed amandorum, vt testatur
secretorum Dei conscius Dionysius. Igitur si in vera et
non ficta Dei charitate sumus & amore in sancta exta
si sumus, interiorem hominem ad anteriora extenden-
te, exterioris vero sicut posterioris obliuisci faciente.
Speculatio quid. Speculatio, est beatorum & supercœlestium, & soli Deo
visibilium diuitiarum, intellectualis & affectualis pia in
uestigatio. Contemplantur autem hi duo, s. intellectus,
& affectus, sed intellectus lōge dissimiliter ab affectu.
Cum enim animus contemplatiuus sensibus spirituali
bus suspensis, synderesim in specula æterna extendit a-
pex intelligentiæ, & principalis affectio pariter feruntur
mutuo in diuina se promouentes, & æqualiter ascenden
tes, illa speculando, hæc vero desiderando. Præcurren-
te aūt intelligentia nec ingredi queunte, vtpote per spe
culum videns, foris remanet. Affectio vero quæ nescia
1.Cor.6. est speculi, intrans vnitur, secundum illud. Qui adhæret
Deo, vnus spiritus est; Ingressoque intellectu qui ante
conatu suo ingredi non poterat, a superessentiali, & su-
perintellectuali deifica bonitate hilariter excipitur affe
ctio ipsa. Susceptamque superferuide ipsam desideran-
tem, & se sursum pro viribus impingentem ipsam in se
profundius trahens, tam intelligētiæ superclarorum ra
diorum pulchrificans claritatem fontani splendoris, q̃
affectioni thearchici & super immensi saporis suauiter
sanctum desiderium nutriens suauitatem superlucidis-
simam elargitur. Postea illis sic gustātibus, illam magis
desiderantibus, magis seipsam diuina bonitas immittit,
et abundantius superfulget, quoniam multum diligunt
illam summam veritatem, hoc summum bonum. Fœlix
nimis qui huius gradus collem attingit, hic plane Ange
lificatus in præsenti, futuram iam inchoauit vitam. Ex
2.Cori. 3. quibus fuerat, qui dicebat. Nos autē reuelata facie glo-
riam Dei speculantes, in eandem transformemur ima-
ginem a claritate in claritatem, tanquam a domini spi-
ritu. Vbi potissime diuin⁹ ille Apostolus vtilitatem ex-
pressit contemplationis. Quid enim est reuelata facie
gloriam domini speculari, nisi remota omni imputata-
te faciem nostræ intelligentiæ velante, gloriam Dei, i. tā
super ignotam, & simplicissimam & supersplendentem
æternitatis claritatem, quam superineffabilem & huma
nis mentib. non capitacitem omnino supercœlestiū sub
stantiarum supertranquillissimam pacem, pie pure, de-
uoteque rimari? Quid vero est taliter speculantes in
eandem imaginem transformari, nisi quia causa super-
actiuę suauitatis sunt hęc eadem, quę imaginati sumus,
vt nos a nobis abstractos & in seipsa absorptos, ita tor-
rente voluptatis nos potant, vt necesse sit de terrenis in
cælestes, de carnalibus in spirituales, de hominibus in
quodammodo Angelos transformari? Sic ergo intelligo
verbum in eandem imaginem transformari, i. in eadem
imaginata. Bene autem dicitur a claritate in claritatem,
tanquam a domini spiritu, quia ab ipso Domini spiritu
manuducti supersanctissimis diuinis splēdoribus adim
plemur, & per hoc de cognitione in cognitionem pro-
Psalm. 35. ficimus sicut per prophetam dicitur. In lumine tuo vi-
debimus lumen. Hæc contemplatio vel inuestigatio
quasi nihil habet periculi vel laboris, in animo pio, puro &
vacante, habet vtilitatem inæstimabilem, etiam si nihil
inuestiget. Gustus autem est super inæstimabilis diuinæ
dulcedinis persuauis quædam & inolita prælibatio, ex
cellario sancti spiritus in sanctorum contemplatiuorū ani
Gustus. mas distillata, Prælibatio dico, quoniam per modicum
valde est, quod nobis ex illa tam super magna multitu-
dine diuinæ dulcedinis tribuitur, quod prouisiue & su
per ineffabili thearchica bonitate fieri, non est dubium.
Dum. n. stillatim æternis & superluauibus illis influxio
nibus recreamur, frequentius nos ipsos orationibus ex-
tendimus atque ad cumulos omnimodæ plenitudinis
anhelamus. Quamuis autem vtrunque faciunt, tū plus
alliciunt, quam reficiunt diuinæ illę prælibationes, effi-
ciunt. n. esuriem, non saturitatem pariunt. Beneficio hu
ius gradus cognitio experientiæ tribuitur, per quam su
percælestium substantiarum cognitioni conformamur.
Quicquid n. diuinæ mentes nouerunt, & hoc illius ex-
perientia probauerunt. Quia sicut sol terris, sic ipsa sim
plici cognitioni prælata est. Gloriosi & fœlices illi, qui
super verticem huius gradus eleuati sunt. Eructant pla
ne hi abundantiam suauitatum æternarum nuptiarum,
Quies. vacant & vident quam suauis est dominus. Quies est
totius animæ, mira quædam & suauis tranquillitas, per
infusam nobis ex frequentia orationis dulcedinem cō-
creata. Solis valde spiritualibus experientia huius quie
tis cōceditur, quibus & datur etiam ipsas supercœlestes
substantias contemplando transcendere. Super ignota
n. bonitas, ipsi familiaris, seipsam eis immittit, & ipsi to-
ta virtute dilatato sinu sancti desiderij, potenter susce-
piunt beatas immissiones, animalib. & præsumptuosis
omnino incognitas. Sic igitur puris sanctorum contem
platiuorum animabus, tam infecto nutrimento ditissi-
me adimpletis splendescit ipsorum ratio, dulcescit con-
cupiscentia, hilarescit irascibilis, ex dilectione quorum
deificam illam quietem non ambigimus emanare. Hic
Gloria. gradus gloriosior & preciosior est, quo vltimo modo
gradui, qui solum patriæ est, appropinquat. De septimo
tutius tacendum censui, quam loquendum, quoniā nul
li viatorum ascensus siue visio huius gradus patere po
tuit, nisi illi cœlesti Paulo, qui se raptū vsque ad huius-
modi per sacram scripturam asserit. Fœlix certe super-
dulcissimæ & gloriosissimæ virginis Mariæ anima, cui
hoc datum est in via, quod nulli sanctorum aliquando
possederunt, portauit ergo illam gloriam a qua portan
tur cæteri, ascendit illa gradum hunc, per fidei cognitio
nem descēdit ille ad eam, per carnis assumptionē. Quid
hunc gradum, hanc gloriam eamseam dicis? Nihil aliud
q̃ ipsum quem peperit, quem lacte virgineo educauit,
manibus eburneis contrectauit, dulcissimo gremio fo-
uit, pudicissimo vultu blandiebatur, castissimo ample-
xu complexa est, Dominum nostrum Iesum Christū,
qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS.

De quinque Festiuitatibus pueri Iesu spiritualiter declaratis.

CVM secundum virorum venerabiliũ (quos in Ecclesia Dei diuina irradiatio amplius illustrauit, & cœlestis deuotio abundantius inflammauit) sententiam & doctrinam, dulcis Iesu meditatio, verbi incarnati diuina contẽplatio deuotam animam super mel & omnia vnguentorum fragrãtia odoramẽta, suauius & dulcius inebriat, perfectius consolatur & confortet, hinc est, quòd cum me a cogitationum incidẽtium tumultu paululum subtraxissem, & intra memetipsum cogitarem tacitus, quid de diuina incarnatione in hoc tempore in mente pertractarem, vnde aliquam consolationem spiritualem reciperem, in qua diuinam dulcedinem in hac lachrymarum valle per speculum degustarem, vt ea aliquantulũ degustata, temporalem & phantasticam consolationẽ perfectius fastidirem, incidit mẽti meæ secretius, quòd anima deuota benedictum Dei patris verbum, & filiũ vnigenitum mediante gratia, spiritualiter posset virtute altissimi concipere, parere, nominare cum beatis Magis quærere & adorare, & demum Deo patri secundum legem Moysi in templo fęliciter pręsentare, & sic tanquã vera Christianæ religionis discipula, quinq; festa quæ de puero Iesu agit Ecclesia, mente deuota cũ omni reuerentia valet celebrare. Igitur sicut humiliter concepi, verbis humilibus conscripsi, concordantias auctoritatum breuitatis causa prætermisi. In quo tractatu breui & humili, si vel modicum deuotionis meditando dulcissimum Iesum, quis legendo concipiat ipsum, tanquam omnium bonoum principium fontem & auctorem laudet, glorificet, & benedicat, si nihil vel minus sufficienter & digne scribenti, vel forte sibi minus deuote & humiliter legenti imputet & ascribat.

Prima solennitas de conceptione pueri Iesu spirituali, in anima.

PRimo igitur purgato intellectu contritionis lauacro, & inflammato & eleuato affectu dilectionis igniculo castis meditationibus & deuotis cogitationibus, pertractãdum est, qualiter iste benedictus Dei filius Christus Iesus sit a deuota mente spiritualiter concipiendus. Cum anima deuota, vel spe cœlestis præmij, vel timore æterni supplicij, vel tędio in hac lachrymarum valle diutius commorandi, mota ac stimulata nouis inspirationibus visitat, sanctis affectionibus inflammatur, meditationibus cœlestibus anxiatur, & tandem abiectis & despectis veteribus affectibus, & pristinis desiderijs, nouo viuendi proposito a patre luminum, a quo omne donum optimũ, & datum perfectum, spiritualiter spiritu gratiæ fęcundatur, quid aliud agitur, quam quod superueniente virtute altissimi, & obumbratione cęlestis refrigerij, carnales concupiscentias mitigat, mentales oculos ad videndom cõfortat & adiuuat, pater cœlestis diuino quodam semine animam grauidam facit & fœcundat. Post hunc conceptum sacratissimum, pallet in facie per veram humilitatem in conuersatione, fastidium cibi et potus concipit, in mente plenario mundialium cõtemptu & abiectione desideria variantur, in affectione ex diuersorum bonorum proposita intentione aliquãdo etiam infirmari, & ægrotare incipit anima in proprię voluntatis abiectione. Iam incedit tristis & turbulenta propter veterem delictorum perpetrationem, pro temporis omissione, pro hominum adhuc in mundo mundialiter viuentium societate & conuersatione. Iam paulatim graue & tędiosum incipit esse, omne quod foris est, & foris cernitur, quod intus percipitur & auditur. O fęlix conceptus quem talis sequitur mundi contemptus, & cęlestium operationum appetitus. Iam quamuis adhuc modico gustato spiritu, desipit caro cum gemitu. Iam anima cum Maria in montana ascendere incipit, post talemq; conceptum fastidiuntur terrena, desiderantur cœlestia & æterna. Iam fugere incipit societatem illorum, qui terrena sapiunt, & appetit familiaritatem eorum, qui cœlestia concupiscunt. Iam incipit anima cũ Maria ministrare Elisabeth, hoc est illis, quos diuina gratia amplius per dilectionem inflammat. Et hoc valde notabile multisque necessarium est, quanto magis se a mundo abstrahunt, tanto familiarius se bonis amicabiles & familiares reddunt, vt tanto amplius ipsis malorum consortium desipiat, quanto dulcius bonorum & spiritualium honesta conuersatio, eorum affectum afficit & inflammat. Quia secundum beatum Gregor. qui sancto viro adhęret, accidit vt ex eius assiduitate visionis, vsu locutionis, exemplo conuersationis, accẽdatur in amore veritatis, peccatorum tenebras fugiat, & amore diuinæ lucis inardescat. Vnde Isidor. Bonorum societatem require. Accidit enim vt si fueris socius conuersationis, eris & socius virtutum. Hæc cogitet fidelis anima, quam casta, quam sancta, quam deuota fuerint illarum sanctarum colloquia, quam diuina salutifera consilia, quam mirandæ sanctitatis mutuę societatis opera, dum vnaquæq; aliam verbo & exemplo prouocabat ad meliora. Sic tu ò deuota anima facias, si te de Spiritusancto concepisse noua cęlestis vitę desideria sentias, fuge malorum consortia, ascende cum Maria, quęre virorum spiritualium consilia, imitari stude perfectorum vestigia, contemplare bonorum verba, opera pariter & exempla, fuge peruersorum venenosa consilia, quæ semper peruertere quærunt, impedire appetunt, lacerare non desistunt, noua sancti spiritus inspirata desideria, & sępe sub specie & boni & pietatis, virus infundunt impiæ tepiditatis, dicentes. Nimis magnum est quod incipis, nimis arduum quòd proponis, intolerabile quod facis, vires tibi non suppetunt virtutes naturales deficiũt, caput confunditur, oculi destruũtur, infirmitates diuersimodæ nutriuntur, ptisis, paralysis, calculus & vertigo capitis, oculorum caligo, sensuum hebetudo, rationis obnubilatio, & virium destructio, his omnibus subiacebis, nisi ab inceptis abstineas, & commodo corporali amplius intendas, statum tuum non decent talia, per hæc diminuitur honor tuus & reuerentia. Vides quòd factus est magister disciplinæ & medicus corporis, qui nec mores proprios componere nouit, nec curare propriam infirmitatem mentis? Heu heu quot & quantos maledicta mundialium consilia supplantauerunt, & conceptum in eis per Spiritumsanctum Dei filium extinxerunt. Hæc est illa potio misera & mortifera, persuasio Diabolica, quæ in multis spiritualem conceptum impedit, in plerisq; conceptum iã per propositum formatum, vel per votum iam perfectum, interficit & extinguit. Sed sunt & alij, qui videntur (& forte sunt) boni & religiosi, sed tamen) salua eorum reuerentia) nimis timidi, non attendentes nondũ abbreuiatam manum Domini, vt saluare nequeat, nec considerantes nondum diminutam pietatem altissimi, quin iuuare valeat, habentes zelum Dei, sed non secundum scientiam, dũ ex compassione corporalis afflictionis, vel forte ex timore naturalis defectionis, dum alios

Nota contra dissuadentes opera pęnitentiæ.

vident

vident viriliter agere, quòd ipsi iam dudum bonum & sanctum iudicabant, & tamen non audebant inchoare, retrahunt homines ab operib. perfectionis. Dissuadēt ea quæ excedunt statum vitę communis, destruunt sancta consilia diuinę inspirationis, quorum consilia ratione vitæ quanto magis sunt autentica, tanto magis inueniuntur periculosa. Alij dicunt & multum callide, ex antiqui hostis admonitione obijciunt: Si talia vel talia feceris, sanctus & bonus, & religiosus & deuotus iudicaberis. Et cum in te nondum sit, quod esse in alijs putaris, in conspectu summi iudicis tua magna gratia, & horrenda peccata cognoscentis, reus eris, & amittis meritum operis, & simulator & hypocrita reputaberis. Talia & similia exercitia dicunt debere esse illorum, qui nihil mali fecerūt, qui sancte & innocenter vixerunt, qui omnia propter Deum dimiserunt qui toto tempore vitæ suæ Deo perfecte adhæserunt. Sed & hos Deo deuota & dilecta anima deuita, montem ascende cum Maria, Paulus non sine peccatis vixerat, non diu Deo seruierat, quando in tertium cęlum rapiebatur, & Dominum facie ad faciem contemplabatur. Maria Magdalena tota superba, tota ambitiosa, tota mundanis vanitatibus intenta, carnis cupiditatibus dedita, non longe post ad pedes Iesu, inter Apo. sanctos sedit, & cum intentione deuotam doctrinam perfectionis audiuit. Prima oīum in modico tempore videre Deum meruit, alijsq; verba veritatis constanter proposuit. Non.n.est personarum Deus acceptor, non pensat nobilitatem generis, nondiuturnitatem temporis, non multitudinem operis, sed feruorem ampliorem, & charitatem maiorem deuotæ mētis. Non.n. pensat qualis aliquando fuisti, sed qualis esse amodo cępisti. Vnde taliter consulentium consilia essent multum reprehensibilia, si non excusarentur simplicitate, licet non approbande. Tu ergo, ò anima diuino semine grauida, fuge indocta consilia, si non habes oculos linceos, noli abijcere humenos, melius est partem habere, quam toto carere, malum est perdere propter perdidisse, & stultum est nosse perficere propter defecisse, si non potes saluari per innocentiam, studeas saluari per pœnitentiam, si non potes esse Catherina, vel Cecilia, non cōtemnas esse Maria Magdalena, vel Egyptiaca. Si perdidisti iuuentutem, noli amittere senectutem, si vixisti in maris fluctibus, moriaris in littoris finibus: Igitur si te sentis sancto proposito Dei dulcissimū filium Iesum concepisse, prædicta venena mortifera fuge, & festina, desidera, & affecta, more parturientis, feliciter ad partum peruenire. Sed notandum est, quod beata virgo non statim post conceptionem peperit filium, sed decursis nouem mensibus genuit Christum, quod non vacat mysteriu, quia non est omni spiritui credēdum. Sed ò anima deuota quando nouis illustrationibus vel reuelationibus illustraris, vel illuminaris insolitis inspirationibus, magnæ perfectionis propositis intrinsecus inflāmaris, non statim de tuo consilio ad opus propera, sed bene tecum & cum bonis, & potissime cum illis, qui in talibus sunt experti delibera, vtrum quę inspirata sunt, liceant, deceant, & expediant, vtrum dictis prophetarū sint consona, vtrum doctrinis Apostolorum & sanctorum doctorum aliqualiter sint contraria, & etiam vtrū exemplis sanctorum sint similia vel dissimilia & ad op⁹ festina, vel statim absoluas te ab his in tua conscientia, quia periculosum est, tales inspirationes diu, & frequēter in mente concipere, & tamen ad effectum boni operis modicum, vel nihil properare.

Secunda solennitas de natiuitate pueri Iesu spirituali in anima.

SEcundo igitur attende, & considera, qualiter benedictus Dei filius spiritualiter nascatur in mente. Nascitur enim cum post sanum consilium, post discussum sufficienter negotium, post inuocatum diuinū patrocinium, sanctum propositum perducitur ad effectum, cum iam anima incipit agere, opere perficere, quod diu pertractauit in mente, cum iam incipit viriliter agere, quod iam dudum proponebat perficere, sed tamen semper formidabat inchoare, quia timebat deficere. In ista beatissima natiuitate Angeli iubilant, Deum glorificant, & pacem prędicant. Quia dum quod diu mente conceptum est, ad effectum boni operis perducitur, pax interior reformatur. Non enim in regno animæ pax diuina bene geritur, quando caro spiritui & spiritus carni reluctatur, quando spiritus solicitudinem, & caro affectat multitudinem, quando spiritum Christus & carnem mundus, quando spiritus quęrit quietem cōtemplationis cum Deo, & caro appetit honorem prælationis in sæculo. E contra postquam caro spiritui subiugatur, postquam bonum opus, quod diu per carnem est impeditum, perducitur ad effectum, pax & exultatio interior reformatur. In ista natiuitate non auditur clamor lamentabilis, non sentitur dolor lachrymabilis, non percipitur cruciatus miserabilis, sed admiratio de integritate, exultatio de nouitate Dei, glorificatio de strenuitate. O quam beata natiuitas quam tanta sequitur Angelorum & hominum iucūditas. O igitur quam dulce & delectabile esset, naturā operari, si insania nos permitteret, qua sanata statim naturalibus gratia arridet: iam experitur, quòd verum est illud Euangelicum dictum: Tollite iugū meum super vos, & discite a me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animab. vestris. Iugum enim meum suaue est & onus meum leue. Sed notandum est hic, ò anima deuota, si te hæc iucunda delectet natiuitas, debes esse primo Maria, nam Maria interpretatur amarum mare, illuminatrix & domina. Esto ergo amarum mare per lachrymosam contritionem, vt pro peccatis commissis amarissime doleas, vt de bonis omissis profundissime ingemiscas, de diebus neglectis & perditis incessanter contabescas. Esto secundo illuminatrix, per honestam conuersationem, per virtuosam operationē, & studiosam aliorum in bono informationem. Esto tertio domina sensuum carnalium concupiscentiarum, omnium operationum tuarum, & omnes actiones secundum rectum dictamen rationis facias, & in omnibus tuā salutem & proximi edificationem, diuinam laudem & gloriam appetas, & requiras. Hæc est illa fęlix Maria, quæ pro peccatis perpetratis dolet & ingemiscit, quæ virtutibus fulget & clarescit, quæ carnalibus delectationibus dominatur. Ab ista Maria Iesus Christus cū gaudio sine dolore, absque labore spiritualiter nasci non dedignatur. Post hanc fœlicem natiuitatem cognoscit, & gustat, quod suauis est Dominus Iesus. Reuera suauis est, quādo nutritur sanctis meditationibus, quando balneatur deuotis & calidis lacrymarum fontibus, quando inuoluitur castis desideriorum velaminibus, portatur sanctæ dilectionis in amplexib. osculatur crebris deuotionis affectibus, & confouetur in interioris mentis finibus. Non enim ad hoc nascitur vt abijciatur, sed vt cum summa diligentia, amore regalium infantium, custodiatur. Hic nota fidelis anima, quod in te contingunt illa signa spiritualiter, quæ in Christi natiuitate contigerunt visibiliter. Multis enim signis & prodigijs secundum doctorum sententiam & doctrinam, est illa benedicta natiuitas comprobata. Nam in ciuitate Romana muri templi pacis funditus corruerunt. Sodomitæ in toto orbe morte subitanea interierunt. Vineæ Engaddi illa nocte floruerunt, & fructum balsami protulerunt. Fons aquæ mutatus est in fontem olei, & fluit vsque in Tyberim, & manauit tota nocte illa. Stella magna apparuit, quæ formam pulchri pueri habuit, & in capite crux splendebat. Tres soles apparuerunt in oriente, & paulatim in vnum corpus solare sunt redacti. In die media

Matt. 11.

Multa signa in natiuitate Christi visa sunt.

Digitized by Google

dia circulus aureus apparuit circa solē, & in medio circuli virgo pulcherima, puerum gestans in gremio. Et quid plura? istam natiuitatem beatissimam Angeli mirabiliter prædicabant, pastores nunciabant, animalia bruta cognoscebant. Ecce iam vidisti qualibus signis & prodigijs est visibiliter monstrata natiuitas Saluatoris. Sed iam aduerte diligenter fidelis anima, quæ cupis esse Iesu mater ex gratia, vtrum in te spiritualiter innouata sint hæc signa, immutata mirabilia, vt sic possis aliqualiter certificari de hac natiuitate salutifera. Aduerte diligenter, considera frequenter an aliquod in te corruit templum, hoc est, appetitus vanæ ambitionis & superbiæ, vtrum ceciderit idolum, id est affectus falsæ possessionis & auaritiæ. Vtrum ne adhuc incurrunt sodomitæ, scilicet carnalis delectationis & concupiscētiæ. Hæc sunt quasi prima figura istius natiuitatis salutiferę, quando iam anima se sentit euacuatam ab ambitione per virtutem humilitatis, alienatam ab auaritia per desiderium paupertatis, purgatam à macula luxuriæ per amorem castitatis. Post hęc considera cum magna diligentia, vtrum adhuc floreat aliquid vinea balsami, id est multitudo sanctarū affectionū, vtrum fluat fons olei, id est de tuo corde exeant opera misericordię, vtrū illi tres soles, id est tres theologicæ virtutes oriantur in oriente, id est in deuota mente, & vniantur inter se mutua fœderatione, vide etiam si stella nouæ claritatis, id est diuinæ cognitionis adhuc aliquid fulgeat. Si circulus aureus iuxta solē, id est sancta affectio iuxta cognitionem appareat. Si virgo cū puero illic sedeat, id est si oratio pura cum deuotione syncera in affectione permaneat. Post hęc omnia si adorent animalia, id est perfecte obediat sensitiua. Si quærunt reges. i. desiderijs & affectionibus nouis ad Iesum mouentur virtutes intellectuales. Si Angeli. i. omnes habitus virtuosi per mentis hilaritatem iubilent, propter mentis tranquillitatem pacem nuncient, propter cordis serenitatem Iesum prædicent. Et postremo subtiliter considera, si pastores. i. sanctę meditationes paruulum natum Iesum tibi datū, in præsepio inueniant. Præsepe est conscientia inferius clausa per contemptum mundanorum, superius aperta per desiderium ęternorum. Hic est locus requietionis pauperis regis, illic post natiuitatem à matre reponitur ibi a pastoribus inuenitur. O fœlix præsepe, quę continęs Regem gloriæ In te inuenio vt iumentum, & refectorium Angelorum, de te pascuntur bruta animalia, & reficitur anima deuota, te (licet improprie) tamen fęlicem prędico, sed multo fęliciorem dico deuotam conscientiam, quę non est id, quòd tu per essentiam, sed tamen continet spiritualiter, quod tu continebas corporaliter.

Tertia solennitas de impositione nominis pueri Iesu spiritualis.

TErtio considerandum, qualiter ille beatissimus infantulus, spiritualiter natus, sit nominãdus. Et puto ꝙ non potest nominari congruentius quā Iesus, quia scriptum est. Vocatum est nomē eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo priusquam conciperetur in vtero. Hoc est nomen sacratissimum a prophetis prophetatum, hoc est nomen virtuosum, gratiosum, gaudiosum, delitiosum, & gloriosum. Virtuosum, qa superat hostes, congregat ciues, reparat vires, reuocat mentes. Gratiosum, quia in ipso habemus fidei fundamentum, spei firmamentum, charitatis augmentum, iustitiæ complementum. Gaudiosum, quia iubilus in corde, melos in aure, mel in ore, splendor in mente. Nomen vtiq; delitiosum, quod pascit cogitatum, lenit prolatum, vngit inuocatum, reficit scriptum, instruit factum. Nomē re vera gloriosum, quòd dedit cæcis visum, surdis auditum, sermonem mutis, vitam mortuis, & gressum claudis. O nomen benedictum, quod ostendit tantum virtutum effectū. O anima, siue scribas, siue legas, siue doceas, siue aliud quodcunque opus facias, nihil tibi sapiat, nihil tibi placeat, nisi Iesus. Nomen igitur tuum, infantulum in te spiritualiter genitum Iesus. habeat sibi ꝙ nominatur Dei filius, splendor gloriæ, imago substantię, verbum patris, virtus omnipotentis, hæres vniuersorum, rex regum, Dominus dominorum. Habeat sibi ꝙ dicitur Christus. i. vnctus & bene. qa in prophetā, sicut claruit in doctrinę eruditione, ī pugilē, sicut patuit in Diaboli debellatione, in sacerdotem, sicut ostendit in patris reconciliatione, in regem, sicut monstrabit in pręmiorum retributione. Habeat hęc omnia, sibi cū suis beatis communia. Sit tantum tibi Iesus saluator in huius vitę incolatu & miseria. Saluet (inquam) te a mūdi vanitate, quę te impugnat, a dęmonis falsitate, quę te infestat, a carnali fragilitate quę tę cruciat. Clama deuota inter tot huius vitę flagella. O Iesu saluator mundi salua nos, qui per crucem & sanguinem redemisti nos, salua (inquam) dulcissime saluator, cōfortando debilē, consolando flebilem, adiuuando fragilem, consolidando instabilem. Sed heu vnum est, quod cum fletu referam, quod non vacat mysterio, quod non statim vt nascitur, circunciditur, & nominatur, sed secundum leges dies octaua expectatur. Puto ꝙ per septenarium, qui in octonario includitur, vniuersitas diuinarum, & moraliū virtutum, cum vnitate, & vinculo pacis figuratur. Quia postquam omnia per fortitudinem aduersa tolerauit, per iustitiam miseros, & egentes sustentauit, per temperantiam concupiscentias superauit, per prudentiam mūdi & antiqui hostis insidias declinauit. Adhuc postquam per fidem Deum omnium creatorem intellexit, per spem in eum tanquam remuneratorem in omnibus operib. suis aspexit, per charitatem eum tanquam omnium bonorum largitorem toto corde dilexit. Et demum die octauo circuncisis ab anima omnibus phantasticis imaginationibus, omnibus vanis & inutilibus cogitationib. pacatis omnibus animę motibus, & inordinatis affectionibus, per exercitium contemplationis in domino dulciter requiescit. Tunc puer nominatur, tūc dulce nomen Iesus imponitur, tunc eius dulcedo sentitur & gustatur, tunc experitur virtutem, tunc percipit iucunditatem. O quantam sępius sentit dulcedinē, post illam beatam nominis impositionem, illa fœlix mater naturalis, & vera mater spiritualis, virgo Maria, quando percipit in hoc nomine dæmonia eijci, cęcos illuminari, infirmos curari, mortuos suscitari, miracula cumulari. Sic certe tu ò anima mater spiritualis merito debes gaudere & exultare, quando tu percipis in te & in alijs, quomodo tuus benedictus filius Iesus dęmones fugat, in peccati dimissione, cęcos illuminat, in verę cognitionis infusione: mortuos suscitat, in gratię collatione, infirmos curat, claudos sanat, paralyticos & contractos rectificat, in spirituali confortatione, vt iam efficiantur fortes & viriles per gratiam, qui prius erant debiles & infirmi per culpam. O quam fœlix & beatum nomen, quod tantam meruit habere virtutem & efficaciam. Aliquando lætificat, aliquando vsque mentis ebrietatem infundit, & suam dulcedinem communicat.

Luc. 2.

Quarta solennitas de Magorum adoratione, spirituali.

QVarta solennitas, quę consistit in Magorū adoratione. Postquam etiam anima istum dulcissimum puerum, per gratiā spiritualiter concepit, peperit, & nominauit, tres reges. id est tres animę vires,

quæ bene reges dicuntur, quæ iam carni principantur, sensibus dominãtur, in solis diuinis studijs (sicut decet) vere reges occupantur, puerum iam per effectus multiplices eis reuelatum in ciuitate regia, hoc est in totius mundi machina, æstimant esse quærendum. Quærunt igitur meditationibus, requirunt affectionibus, interrogant deuotis cogitationibus, vbi est qui natus est? Vidimus stellam eius in oriente, vidimus claritatem eius fulgentem in deuota mente, vidimus splendorem eius radiantem in intimis animæ, audiuimus eius vocem, quæ est dulcissima, gustauimus eius dulcedinẽ quæ est suauissima, percepimus eius odorem suauissimum, experti sumus eius amplexum delitiosissimum. Iam Herodes, redde responsum, ostende dilectum, monstra infantulũ desideratum. Propter tuam gloriam videndam non venimus, propter tuam gratiam obtinendam non properauimus, propter tuam maiestatem adorandam non festinauimus. Tua enim gratia ipsius est factura, tua maiestas ipsius creatura, tua iucunditas sua est potẽtia, tua opulentia ipsius vmbra, tua nobilitas, tua magnificentia est suæ infinitæ bonitatis & nobilitatis modica scintilla. In te inuenimus quo ipsũ cognoscimus, amamus, & desideramus, nõ in quo requiescere debeamus. Tuus honor & decus est sui decoris nutus. Dic igitur ne ꝑtrahas, vbi est qui natus est. Vbi est ergo longitudo breuis, magnitudo leuis, altitudo subdita, latitudo angusta? Vbi lux lucens, aqua sitiens, panis esuriens? Dic nobis, vbi potentia regitur, sapientia instruitur, virtus sustentatur, verbo patris lactatur? Dic nobis, vbi æternus Dei filius infans inuenietur? Vbi splendor paternæ gloriæ pannis inuolutus cernitur? Vbi audiemus in cunabulis vagientem, qui est miserorum cõsolatio? Vbi videbimus inter brachia infantulum baiulatum, qui est Angelorum, & hominum, cœlorum & creaturarũ omniũ conseruator & solidatio? Hunc desideramus, hunc quęrimus, O dulcissime, ò amantissime puer æterne, infans antique, quando te videbimus, quando te inueniemus, quando ante faciem tuam apparebimus? Tedet gaudere sine te, delectat gaudere tecũ, & flere tecum. Omne quod tibi est aduersum, nobis est molestum: tuum beneplacitum est nostrum indeficiens gaudium, & desiderium. O si tam dulce est flere de te, quam dulce erit gaudere de te. Vbi ergo es, quem quęrimus? Vbi es, quẽ in omnibus & præ omnib. desideramus & affectamus? Vbi es qui natus est rex Iudęorum, lex deuotorũ, dux miserorum, lux cæcorum, vita morientium, salus æterna æternaliter viuentium? Et sequitur responsio conueniens. In Bethleem Iudæ, Bethleem domum panis, Iuda confitens interpretatur. Ibi enim Christus inuenitur, vbi post cõfessionem criminum panis cęlestis vitæ, id est doctrina Euangelica auditur, ruminatur, & deuota mente retinetur, vt opere impleatur, & alijs adimplenda proponatur. Ibi puer Iesus cum Maria matre inuenitur, vbi post lachrymosam cõtritionem, post fructuosam confessionem, dulcedo cœlestis consolationis aliquando inter abundantissimas lachrymas degustatur, vbi oratio quem pęne desperantem inuenit: gaudentem & de venia præsumentem derelinquit. O fœlix Maria a qua Iesus concipitur, de qua Iesus nascitur, & cum qua tam dulciter, & gaudenter Iesus inuenitur.

Quali affectu aĩa deuota Iesũ quęrat.

Sed notandum est hic, quòd Iesus quæsitus legitur a regibus, & hoc vt ipsum cum omni reuerentia adorarent. A doctoribus vt ab ipso veritatis documenta cũ summa diligentia audirent. A sponsa vt suæ suauitatis dulcedinem per secręta colloquia degustaret. A Maria matre vt ipsum perditum repetiret, & ab ea se amplius non alienaret. Sic vos ò reges, hoc est, deuotæ animæ vires naturales quærite, cum regib. terrenis vt adoretis, & munera offeratis. Adorate cum reuerentia, quia creator & redemptor, & remunerator. Creator in naturalis vitæ formatione, redemptor in spiritualis vitæ reformatione, remunerator in æternæ vitæ collatione. O vos reges adorate cum reuerentia, quia rex potentissimus, adorate cum decentia, quia magister sapientissimus, adorate cum lætitia, quia princeps liberalissimus: adorate (inquam) gaudenter, quia est dux æquitatis, adorate decenter, quia est lux veritatis, adorate feruenter, quia est fax charitatis, nec sufficiat vobis ratio, nisi concomitetur oblatio. Offerte (inquam) aurum dilectionis ardentissimę: offerte thus consolationis deuotissimæ: offerte myrrham contritionis amarissimæ: aurum dilectionis, propter bona collata: thus deuotionis propter gaudia præparata, myrrham contritionis propter peccata perpetrata, aurum offerte æternæ diuinitati, thus animæ sanctitati, myrrham corporis passibilitati. Quærite etiam ò reges cum doctoribus, vt nobis pandat secreta suæ inscrutabilis sapientiæ, vt ostendat magnalia suæ admirabilis potentiæ, vt vos doceat beneplacita suæ voluntatis, & complacentiæ. Quærite (inquam) cũ reuerentia, quomodo omnia tam potenter de nihilo creauerit, quomodo cuncta tam sapienter in vniuerso ordinauerit, quomodo singula tam clemẽter suo inęstimabili bono decorauerit. Quærite humiliter (si homini fas est in hac vita inuestigare) qualiter illæ tres personæ coæquales, & coæternę subsistant in vna & indiuidua substantia, & hoc in trinitate beatissima. Qualiter illæ tres substantiæ, videlicet, carnis & animæ & deitatis conueniant in vna persona, & hoc in Christi incarnatione sacratissima. Qualiter ab æterno pater a nullo, filius a patre solo, Spiritussanctus ab vtroque. Ipse quẽ quæris doctor est, & cognitor omnis veritatis, a quo omnis veritas principaliter quæritur. Post quem veritas exemplariter perducitur, ad quem omnis veritas finaliter reducitur, & ordinatur. Ipse est doctor, qui docet omnem veritatem. Veritatem vitæ, quam in multis destruxit lutosa gulositas, veritatem doctrinę quam heu in plerisque cęcauit voluptuosa vanitas, veritatem iustitiæ, quam effugauit periculosa auiditas. Quærite ergo vos reges deuoti Iesum, vt vos doceat omnem veritatem. Veritatem vitę, vt sciatis qualiter vosipsos vtiliter regere debeatis. Veritatem doctrinę, vt cognoscatis qualiter subiectos laudabiliter dirigatis. Veritatem iustitiæ, vt intelligatis qualiter Deo seruiliter seruiatis. Quærite etiam Iesum aliquando cum sponsa dilectissima in horto delitiarum vbi deambulat cum adolescentulis, vbi lilia colligit cum virginibus, vbi comedit fructus pomorum suorum cum iuuenculis. Quęrite in cella vinaria, vbi cęnam suam præparauit, ad quã suas specialissimas amicas (quę sequũtur eum, quocunq; ierit) tm̃ inuitauit, vbi præcinget se & faciet eas discũbere, & trãsiens ꝑsonaliter ministrat eis, vbi administrat fercula varia de pinguedine suæ ęternę, nobilissimę, & secretissimę diuinitatis, vbi propinat pocula suę dulcissimę, & castissimę humanitatis. Certe illic bibunt amicę, sed inebriantur charissimæ. Quęrite tandem in cubiculo, vbi requiescit cum sponsa inter amplexus, & oscula, vbi cubat in meridie, quando splendor ęternæ veritatis tam luculenter lucet, ardor supernę charitatis tam dulciter ardet, Ibi instillat auribus sponsę secretissima suę profunditatis, & inscrutabilis sapientię, ibi donat altissima munera suę summę, & incomparabilis magnificentię, ibi iocatur, ibi blanditur, ibi consolatur, ibi dilecta alloquitur, dicens. Pete, quòd vis, & dabitur tibi. O quam fęlices qui Iesum in hoc cubiculo secretissimo inueniunt, qui hoc cubiculum intrare præsumunt. O quã pauci eum in horto delitiarum inueniunt, sed pauciores in cella vinaria reperiunt, paucissimi vero non nisi secretissimi amici cubiculum intrare præsumũt. Quia

Iesũ a multis quęsitũ legitur.

scriptum

Digitized by Google

Cant. 2. scriptum est Adiuro vos filiæ Hierusalem ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Vnde sufficiat vos ô reges, qui adhuc terrena sapitis, q adhuc temporalia disponitis, & Iesum aliquando post diligentem inquisitionem in præsepio inueniatis. Vestra enim conscientia adhuc forte non est facta hortus delitiarũ, vbi florent sanctæ meditationes, redolent virtuosæ operationes, vbi vigent delitiosæ affectiones. Nec forte minus perfecte dici potest cella vinaria, vbi illa cœlestia fercula odorantur, illa vina Angelica gustantur, quib. amici aliquando hic in terris consolãtur. Sed heu minime (vt timeo) dici potest cubiculum omnibus creaturis absconditum, soli sponso præparatum, stratum, & ornatum, vbi sponsus cum sponsa: dilectus cũ dilecta requiescit, inter secreta, & indicibilia sui familiaris oscula, vbi sæpe audiuntur talia & tam arcana, quæ quidem intelliguntur sed non dicuntur, quia forte vel exprimi nequeunt, vel ab hominibus, secundum hominem viuentibus, percipi nunquam possunt. Si tamen ex abundantia diuinæ pietatis, aliquando ipsum post fletum & plãctum, post luctum & gemitum, post positum seculare negocium, ad modicũ vidistis in horto delitiarum, vel forte quod magis verũ est ante fores, adhuc vobis clausas, per foramen inspexistis in cellam vinariam, & vidistis sponsum ornatum & succinctum, transeuntem, ministrantem, propinantem suis amicis varia fercula, & vina delitiarum, & statim ignota & incognita, nec adhuc talia admittenda, per ianitores expulsi & repulsi fuistis, & iterato heu ad solita muudana redijstis. Sed tamen post hoc ad cor reuersi, non immemores illius iucundæ societatis, quam gaudio cordis in horto delitiarum aspexistis. Necnon & illius beatissimæ iucunditatis & solennitatis quam desolatam per rimulam inspexistis, de qua nescio quale solatium, sed tamen tale quod exuperat omnem sensum, & omne huius mundi conuiuiũ, per spiramentum modicum sensistis. Tunc cum Maria matre Iesum perditum cum dolore, & mærore querite, currite cum planctu, & gemitu post Iesum querẽdum, querite tunc & flentes dicite, O quando te inueniemus consolatorem, quem expectamus? Quando te inueniemus gaudium nostrum quod desideramus? O si anima nostra adhuc redire semel valeat, & si non ad amplexus & oscula, saltem vbi redolet hortus delitiarum, & suauissime fragrat cella vinaria, Iã anima per teipsam quere dilectum tuum quem concepisti, tuus est filius quẽ genuisti, & quare dimisisti a quo tot & tam insolita gaudia suscepisti? O vos reges inclyti, vos principes, & defensores & cooperatores mei, vos hactenus quæsiuistis vt regem, qui vos sua gratia coronaret, vt doctorẽ qui vos sua sapientia illustraret, vt consolatorem, qui sua clementia vos reficeret. Nunc superest, vt ego quæram filium quem perdidi, dilectum quem amisi, amantissimum Iesum meum, quem heu infœlix & misera, in templo dimisi, postquam denuo ad vana & falsa & inania me conuerti. Heu me derelictam, & desolatam, & omni ignominia plenam reliquit. Quare suis consilijs non acquieui? Quare in suis monitis non permansi? Quam diu suam præsentiam per veram solationem sẽsi, affuit mihi omnis boni abundantia, quandiu ipsum habui, omnibus bonis abundaui. Sed heu, quam infœlix & quam miserabilis propter paupertatem amisi diuitias, propter asperitatem postposui delitias, propter curam, & solicitudinem dereliqui quietem magnam; & spiritus dulcedinem, propter alienum neglexi meipsum, propter hominem regendum perdidi Deum meũ, dilectum meum, consolatorem meum, dulcissimum Iesum filium meum. Quid ergo faciam, quo vadam? vbi quæram, vt iterato ipsum inueniam? Aliquotiens propter prædicta ipsum amisi, sed denuo adiuuante, & reuelante clementissimo patre misericordiarum Deo, in cuius vinea laboro, cuius voluntati de consilio maiorum deseruio, ad cuius gloriam ampliandam me dulcis Iesu solatijs per occupationem cordis sæpius priuo, propter cuius honorem conseruandum, varijs tribulationibus me expono, ipso ex solita pietate auxiliante, perditum eum ingenti cordis gaudio, post varios singultus, & gemitus, etiam inter abundantissimas lachrymas reperi & inueni. O vtinam ipsum adhuc semel taliter inuenirem, puto quòd amplius non dimitterem, sed totis viribus retinerem. Quid ergo faciam? Surgam & Can. 3.
quæram quem diligit anima mea, postquam occupationes & solicitudines dimittam ad orandum me conferã. Et si hæc non sufficiunt, inter cognatos & notos, id est spirituales & deuotos ipsum quæram. Ipsi sunt in quibus habitat, ipsi sunt cum quibus moratur, quando ab alijs amittitur. Hi sunt cum quibus tanquam in solitudine latitat, quando ipsum a me miser strepitus cogitationum fluctuantium fugat. Heu quando illis similis fui, tunc habui, tunc tenui, tunc amplexata & osculata fui Iesum, quem nunc curis distracta, solicitudinib. occupata & afflicta, lamentabiliter amisi. Dicite ergo ô vos religiosi, vos abstracti, vos solis diuinis meditationibus dediti, num quem diligit anima mea vidistis? Certe scio quòd habetis, scio quòd bene scitis, quia sentitis & gaudetis. Reddite ergo in charitate, quòd non amittitis, communicate quòd non dimittitis. Et si in me propter distractionem ad horam seruor dilectionis tepuit, habitus tamen dilectionis (vt spero) non cessauit. Et si propter occupationem familiarem dilecto allocutionem intermisi, a charitate tamen ipsius non recessi. Et si propter proximorum vel modicam ædificationem, ipsi tota mentis intentione non adhesi, desiderium tamen reuertendi in mente habui. & re vera (vt verum fatear) non ad glotiam dico, sed tantum ad reuocandum ad dilectum perditum humiliter allego, nõ propter meum lucrum, sed propter suum consilium: nõ propter meam ambitionem, sed propter suam æternitatem, gloriam & honorem, non propter prælationis laudem, sed proximorum salutem, curis & solicitudinibus dedita. Quare ergo propter hoc, quod pia intentione etiam quasi & gemens tacerem, dilecti præsentia saltem aliquando, & si raro, consolari non deberem? Non esset æquum, sed (si fas esset dicere) iniustum & impium, q pijssimus Iesus non statuit, quod diuina lex nusquam approbauit. Sæpe.n. propter amici voluntatem, dulcis amici præsentia intermittitur, vt postmodum cum ampliori amborum iucunditate reparetur, sic & ego propter ipsum aliquando deserui, Si propter suam gloriam ampliãdam labores, persecutiones, detractiones, impugnationes sustinui: Si his omnib. & his similibus etiam vsque ad defectum repleta fui, & ad ipsum gemens, & amens redeo, nunquid ipsius solatio, vt vel modicũ in tribulatione respirem carebo? Quid ergo est, Dilectus meus loquitur mihi? Quid est q per ipsum in Euangelio clamatur. Venite ad me omnes qui laboratis & one
Matt. 11. rati estis, & ego reficiam vos? Nũquid ego qui propter honorẽ eius diei pondus & æstus sustineo, saltem post laborem, & de micis quæ cadunt de mensa dominorũ suorum, refici non debeo? Absit, ergo ne solummodo vobiscum o vos contemplatiui moretur dilectus, & laborans agricola fit contemptus & abiectus. Oportet tñ (sicut scriptura testatur) laborantem agricolam, aliqñ de fructib. celestib. patriæ prælibare, & hoc ne deficiat in labore. Sic Apostoli inter varia opprobria, mar 2. Tim. 2.
tyres inter flagella, virgines inter cruciat⁹ & verbera, sẽ
Act. 5. ferũt dilecti solatia. Ibãt gaudẽtes a cõspectu cõcilij, col. laudãtes & bñdicens dñm, qm̃ digni habiti sũt pro nomine Iesu contumeliã pati. Sic cõfessores & heremitæ, monachi & anachoritæ, post vigilias & ieiunia, inter lachrymas & gemit⁹ sẽserũt diuina gaudia. Sic rectores,

D.Bonauent. Tho.2. Hi a doctores,

doctores, et ecclesiarũ fideles prelati, postquã laborib. et curis sũt extenuati, de benignitate dulcis Iesu ipsorũ pijssime, dulciter sunt corda refecti. Non.n.Maria Iesum frequenter habuit sola, sed etiam a Martha post prædicationem hilariter, et gaudenter receptus fuit. Ego ergo in domino confidens, et de diuina clementia tam multipliciter probata, et exemplariter offensa præsumens dulcissimum Iesum aliquando quæram cum Maria matre in templo, aliquando cum sponsa in cubiculo, aliquando cum discipulis in consistorio, aliquando cum regibus in diuersorio.

Quinta solennitas de præsentatione spirituali pueri Iesu in templum.

QVinto et vltimo consideret fidelis anima, qualiter natus paruulus per diuersorum operum cõsummationem, et nominatus per cęlestium dulcedinum degustationem, et quæsitus, et inuentus adoratus et honoratus, per spiritualium munerum pręsentationem, in templũ sit præsentandus, & domino offerendus, & hoc per debitarum gratiarũ deuotam, & humilẽ actionem. Igitur postquam fœlix aĩa mater Iesu spũalis, per istius benedicti filij conceptionem purgata per pęnitentiam, postquam aliqualiter iam post natiuitatem cõfortata per gratiam, postquam ẽt est iam per impositionẽ benedicti nominis consolata medullitus, & tandem in adoratione cum regib. informata diuinitus, quid aliud restat, nisi vt in cęli sancti Hierusalem portetur, & in tẽplũ diuinitatis, pręsentetur Deus, dei & virginis filius. Ascende igitur spiritualis Maria, non iam in montana, sed in cęlestis Hierusalem habitacula beatæ Trinitatis, & indiuiduæ vnitatis. Flecte humiliter mẽtis genua in supernæ ciuitatis palatia, ibi ante thronum æternitatis Deo patri filium tuum repræsenta, laudando, glorificando & bendicendo patrem & filium cun sancto spiritu. Lauda cum iubilo Deum patrem, per cuius inspirationem bonum propositum cõcepisti. Glorifica cum gaudio Deum filium, per cuius cõformationem conceptũ propositum opere perfecisti. Benedic & sanctifica sanctum spiritum, per cuius consolationem in bono exercitio hactenus perstitisti. O anima, Deum patrẽ in omnib. donis suis & bonis tuis glorifica, quia ipse est qui te de sæculo per occultam inspirationem euocauit, dicens.

Cant.6. Reuertere reuertere Sunamitis, reuertere reuertere, &c. Deũ filium tuũ in omnib. factis tuis magnifica. Ipse.n.est, qui te de Dæmonis seruitio per secretam suã

Matth.11. informationem liberauit, dicens. Tolle iugum meũ super te. Iugum suum Dęmoni abijce, Iugum suum amarissimum. Iugum meum suauissimum. Iugum suum sequitur cruciatus æternus & tormenta. Iugum meum sequitur fructus suauissimus & requies opulẽta. Iugum suum si quando dulcedinem exhibet, falsa est & momẽtanea. s. dulcedo. Iugum meũ qñ dulcedinem confert & lætitiã, vera est & salutifera. Ipse suos seruitores modicũ aliquando extollit, vt in æternum confundat. Qui autẽ honorificat me, sic ad momentum humiliatur, vt æternaliter glorietur, & regnet. Ista fuit doctrina, quę te dei filius aliquando per se, aliquando per suos doctores & amicos reformauit a Dæmonis falsa persuasione, a carnis & mundi blanda deceptione liberauit. Deum & spiritum sanctum semper benedic & sanctifica, qui te per suam consolationem mellifluam, in bono confortauit,

Matth.11. dicens. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Qualiter.n.ò anima terrena & dilecta, fragilis & infirma, delitijs mundi assueta, gaudijs huius seculi tanquam fecibus vinarijs more porcorũ inebriata, qualiter potuisses inter tot et tãta antiqui hostis retia, inter tot falsa consilia, inter tam varia impedimenta, inter tam innumerabilia amicorum consanguineorum et aliorum propinquorum a via morum vulnerantium iacula, in bono perstitisse? qualiter potuisses tot funib. peccatorum circumamplexa, in bono profecisse, si nõ Spiritussancti gratia fuisses misericorditer adiuta, et sæpius dulciter consolata et refecta? In ipsum igitur refunde omnia opera tua, tibi nihil retine. Dic cũ Isa.26.
pura et deuota mentis intentione. Omnia opera mea operatus es dñe, in conspectu tuo nihil sum, nihil possũ, de tuo munere est q subsisto, sine te nihil agere possum. Tibi clementissime pater misericordiarum, q tuũ est offero, tibi commẽdo, tibi committo me indignam, et ingratam omnibus donis tuis, per te mihi collatis humiliter recognosco. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarũ actio, ò beatissime pater maiestas æternę, quia me per tuam infinitam potentiam de nihilo creasti, te laudo, te glorifico, tibi gratias ago, ò beatissime fili, claritas paterna, quia me per tuam æternam sapientiam de morte ęterna liberasti, te benedico, te sanctifico, te adoro, ò beatissime spũs alme, quia me per tuam benedictam pietatem et clementiam de peccato ad gratiam, de sæculo ad vitam religiosam, de exilio ad patriam, de labore ad requiem, de mærore ad iucundissimæ et delitiosissimæ beatæ fruitionis dulcedinem reuocasti. Quam dulcedinem nobis dulcis Iesus concedat: Qui cum patre, etc.

SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS, OPVSCVLVM

In quo tractatur de Ecclesiastica hierarchia, Prima pars.

De tribus ordinibus Hierarchia.

INuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciũtur (vt ait Apos.) Rom. 1.
sempiterna quoq; eius virtus et diuinitas. A magnitudine.n.spẽi et creaturæ cognoscibiliter poterat creator horum videri, ait sapiẽs, ex quo apparet Sap.13.
manifeste, q humanus intellectus ad inuisibilium et intellectualium contemplationem ascendere nõ poterit, nisi per visibiliũ et sensibilium consideratiõnẽ dirigat. Impossibile nãq; est (vt dicit Dion.) aliter nobis lucere In li. de angel. hierar.
diuinum radium, nisi varietate sacrorum velaminũ anagogice circum velatum. ideo Theologia poeticis informationib. vsa est, vt ex rerum visibilium similitudinib. allegoricæ locutiones & mystici intellectus transsumptiones formentur, & sic sensibilib. et visibilib, spiritualia et inuisibilia coaptentur. Huius rei gratia præsens opusculum, et si laboriosum, mihi tñ et alijs paruulis in Christo lac petentib. (vt spero) non infructuosum, offero ad edificationẽ dom' dñi, qui est sublimis & gloriosus in sæcula sęculorum. In quo agitur de proprietatib. rerum naturalium, quas secũdum paruitatem meã, nunc tropologice, nunc allegorice, necnon quandoque anagogice rebus spiritualib. comparaui, iunioribus relinquens materiã exercitij sensibilia insensibilib. et carnalia spiritualib. coaptandi, et cum rerum naturalium proprietates ipsarum sequantur substantias, secundum ipsarum distinctionem substantiarum & ordinem erit distinctio, & ordo proprietatũ, quas in alio opusculo per se positas & distinctas, poteris per ordinem reperire.

Primò igitur de spirituali substantia actu & potẽtia a materia separata est agendũ, cuius proprietates et dif

ferentias

Hęc ad q̃ ferentias in præcedenti opusculo traditas, poteris diligē
se refert tius intueri, sed quantum ad presens spectat negocium,
autor ha- est notandum, q inter principalem & propriam signifi
bentur in cationem, angelus metaphorice ad significādum diuer-
superiori sa in sacra scriptura est trāssumptus, quia (vt beatus ait
tractatu de Gr.) nomine angeli, nunc Christus, nūc iustus, nūc gra
mystica tia seu virtus, figuraliter nūcupatur. Christus igitur ra
theologia tione assumptæ humanitatis, dicitur Angelus propter
hoc eodē missionem. Angelus. n. mittit & mittitur, sic Christus a
Tomo. patre in mundum missus est, vnde dicit Isa. Quem mit
Isa.6. tam? & quis ibit nobis? & in Matt. Non sum missus, nisi
Matt. 15. ad oues domus Israel. Et in Io. Honorifico eū qui me
Ioan.8. misit, & in Exo. Mittam vobis Angelum præcursorem
Exo.33.c. vt eijciam Amorreum, &c. & ib. Ecce ego mitto Ange
44. lum meum, qui præcedat te, & custodiat te in via, & in
troducat in terram, &c. Vnde Christus sic missus more
Matt. 10. Angeli alios misit, iuxta illud Mat. Ecce ego mitto vos
Luc. 10. sicut oues, & Luc. Rogate dominum messis, vt mittat
Iud.6. operarios, &c. Ideo dicitur in lib. Iud. dixit Angelus do
mini ad Gedeonem. Vade & scito, q misero te, & libe-
Hier.1. rabis Israel, & in Hi.ad oīa quæcunque mittam te, &c.
Secūdo propter illuminationem. Angelus. n. illuminat,
& illuminatur, sic Christus diuinitatis lumine repletus
ad illuminandum sedentes in tenebris & vmbra mortis
Ioan.1. mundo est datus, vt dicit Ioa. Lux in tenebris lucet, &c.
Isa.49. & Isa. Dedi te in lucē gentiū, vt sis salus, &c. & in Apo.
Apo.18. Vidi Angelum alium descēdentem de cęlo, habentē po
testatē magnā, & terra illuminata est a gloria eius, &c
Act.12. Et in Act. Angelus Domini astitit, & lumen refulsit in
habitaculo carceris. Nam vbi Christus est, tenebra esse
non potest. Tertio propter purgationem, quia Angelus
purgat & purgatur, & Christus in matris vtero diuina
virtute ab oī immunditia fomitis est purgatus, & actu
& potentia ab omni corruptione vitij liberatus, & fide
corda credentium purificat, & ad totius munditiæ puri
tatē nos informat. In cuius rei figura dixit Angelus ad
Iud.13. Manue. Abstineat puer ab omni immundo, vinum &
Isa.6. siceră, &c. Isa. Volauit vnus ad me ex Seraphin, & dixit
Ecce tetigi labia tua, & auferetur iniquitas tua, & mun
dabitur peccatum tuum. Quarto propter perfectionē,
quia Angelus perficit & perficitur, & Christus nō solū
est purgatus a malo, immo perfectus est in omni bono,
Luc.6. vt est causa totius nostrę pfectionis, iuxta illud Lu. Per
fectus omnis erit, si fuerit sicut magister eius. Vnde in
signum summæ perfectionis, omnia terrena fugere do
Gene. 31. cuit. In cuius rei figuram dixit Angelus ad Iacob, Sur-
ge egredere de terra hac, reuertere in terram natiuitatis
tuæ, &c. hic angelus est Christus, qui monet vt de terre
nis fugiamus, & in terram viuentium ingredi festine-
mus. Quinto propter meditationem. Nam Angelus in
ter Deū & homines est medius, & hoc congruit Chri-
sto qui est mediator Dei & hominū, mundum. i. Deo
reconcilians, & ad patris amicitiam nos reducens, & p
nobis continue intercedens: vnde dicit Io. Aduocatum
1.Ioan. 2. habemus apud patrem Christū Iesum, qui interpellat
pro nobis, & Iob. Si fuerit pro eo Angelus loquens mi
Iob.33. serebitur eius, & dicet, libera animam eius ne descēdat
in corruptionē. Sextò propter mysticam refectionem.
Nam Angelus diuino alimento repletus, nos reficit, &
Christus patris complēdo voluntatem, reficitur. Vnde
Ioa.di. Meus cib. est, vt faciam voluntatem eius. &c. Et
Ioan.4. sic refectus, & spiritualiter & sacramentaliter nos refice
re non destitit, iuxta illud Sapientiæ. Angelorum esca
Sap.16. nutriuisti populum tuum, & paratum panē de cęlo prę
stitisti. & 3. Reg. tetigit eū Angelus: & dixit surge & co
3.Reg.19. mede. Septimo propter inferiorem regimen siue guber
nationē. Angelorum. n. regimini hæc inferiora deputan
tur, vt dr̄ in Eccl. In vnamquamque gentem præposuit
Eccl. 17. rectores, &c. & hoc Angelo magni consilij, i. Christo
conuenit, qui omniū electorum mentes in sua custodia

suscipit & tutela, vt dicitur in Io. Quos dedisti mihi e- Ioan. 17.
go custodiui, & nemo ex eis perijt, nisi filius perditio-
nis, &c. & in Eccl. Ne dicas, coram Angelo non est pro Ecel.·.
uidentia, &c. & in Exo. tollens se Angelus Domini qui Exo.d 14.
præcedebat castra filiorum Israel abijt post illos, &c.
quia Christus qui omnes præcessit doctrina & exem-
plo, omnes sequitur custodiæ beneficio. Ait. n. Psal. Im Psal.33.
mittit Angelus Domini &c. Ber. O quam desiderant ci
ues angelici ciuitatis suæ ruinam restaurari, o quā soli
citi veniunt lapides viui, qūo discurrūt medij inter nos
& Deum, gemitus nostros portantes, non dedignantur
nobis fieri socij, qui pro nobis iam sunt ministri. Expe
ctat nos creata iam illa multitudo, væ tibi quicunque
es, qui redire iam desideras ad lutum, reuerti ad vomi-
tū. In quouis diuersorio angelo tuo reuerentiā age ne
audeas illo præsente quod me vidente non auderes. No
mine Angeli iustus intelligitur, & præcipue vir spiritua
lis & religiosus, & omnis literatus seu prælatus pro An
gelo comparatur, sic Ioan. Baptista propter prædicatio
nis excellentiam, et spiritualis vitæ eminentiam, ange-
lus a Domino nuncupatur in Matt. hic est de quo scri- Matth. 11.
ptum est. Ecce ego mitto Angelū meum, etc. Item Ioa. Apo.1.2.3
in Apoc. rectores septem ecclesiarum Angelos vocat, 1.Cor.4.
et Paul. Spectaculum facti sumus mundo, et Angelis,
et hominibus. Et alibi An nescitis quia Angelos iudica 1.Corin.11.
bimus. Et rursus. Mulier habeat velamen super caput Ibidem.
suum, propter Angelos. Comparantur autem viri iusti
Angelis propter septem. Primo propter mūditiam cor
dis, et puritatem conuersationis, nam Angelus ab om-
ni corpulentia et conditione carnea est separatus. Spiri Luc. 24.
tus enim carnem et ossa non habet. Sic vir iustus nihil
habet in se admixtionis carnalis delectationis, immò si
cut adeps ab omni carne separatur, vt dicitur in Eccles. Eccle. 47.
et in Psalm. Qui fecit Angelos suos spiritus, etc. Ideo le Psal. 103.
gitur Angelum carnes consumpsisse. Extendit (inquit Iud.6.
in libr. Iud.) Angelus Domini summitatem virgę, et te
tigit carnes, ascenditque ignis de petra, et carnes azi-
mosque panes cōsumpsit. Vir enim spiritualis cum vir-
ga pęnitentiæ, quicquid in eo carnalitatis est, consume-
re solet, et per omnia abolere. Item 2. Propter limpidita
tem diuinæ cognitionis. Angelus enim deiformem ha-
bet intellectum. Vnde eius intellectus Deo immedia-
te coniungitur, et influentia occulti luminis illustratur,
sic vir iustus, suum sensum, et intellectum Deo reddit
conformem, et non de se præsumit, sed vt amplius me-
reatur per fidem illuminari, et perfectius in diuinis in-
strui, se Deo subijcere non postponit, ait enim Aposto 2.Cor.10.
lus, Destruentes per arma spiritualia omnem altitudi-
nem extollentem se aduersus scientiam Dei, et in capti
uitatem redigentes omnem intellectum, in obsequiū
Christi: et ad Tim. Quod manifestum est in carne, iusti 1.Tim. 3.
ficatum est in spiritu, apparuit Angelis, prædicatum est
in gentibus. Item 3. propter humilitatem subiectionis.
Nam inferior Angelus subest superiori, et obedit sine
murmuris indignatione, qa superior preest sine tyran-
nica inferiorum oppressione. In quo notatur, quanta
debeat conformitas ęsse inter imperium prælatorum,
et obedientiam subditorum. Nam sicut prælatorū mo-
nere est cum mansuetudine, ita subditorum est humili
ter iustis iussionib. obedire, sicut dr̄ ad Heb. Obedite Heb. vlt.
ppositis vestris, et subiacere eis. Ipsi. n. peruigilant qua
si rōnem pro animab. vestris reddituri, vt cum gaudio
hoc faciant non gementes, Vnde in signum talis obe-
dientię dr̄ in Zach. Alius Angelus egrediebatur in oc- Zac.2.
cursum angeli, qui loquebat in me, et dixit. Curre et lo
quere ad puerū istū etc. Ecce cū quanto moderamine
maior pcipit, et cum quanta humilitate alter eius impe
rio acquiescit, et Petrus in canonica, aīas nostras casti-
gātes in obediētia charitatis et fraternitatis amore, sim 1.Pet.1.
plici ex corde. Itē 4. pp rectitudine intentionis. Nā an-

Digitized by Google

gelus(vt dicit Greg.)in omni suo opere Deũ inspicit, & nihil aliud,quam diuinę voluntatis regulam diligit vel requirit,ita enim exteriora diuino nutu Angeli peragunt,q; mentis aciem ab ipso non deflectunt.Ideo di
Matt. 18. citur in Matth.quòd angeli eorum semper vident faciem patris.Greg Semper videntis omnia faciem intuetur,qui nulla intentionis dissimilitudine ab ipsius plen
2.Reg. 19 ta remouentur,& in secundo Regum.Tu Domine mi quasi angelus Dei es fac quod beneplacitum est tibi, quia qui Deũ vera intẽtione cordis diligit ab ipsius voluntatis beneplacito non recedit. Item 5.propter sedulitatem & diligentiam administrationis. Angelus enim ad sanctorum ministerium continue deputatur, & sub
Heb. 1. stantiæ suæ agilitate ad peragendum quælibet iniuncta subito concitatur.Omnes.n.sunt administratorij spiritus missi,propter eos qui capiunt hæreditatem salutis: sic absque dubio,viri angelici angelorum numero ascribuntur,quam pro aliorum salute laboris ministeria as-
Isa.18. sumere non verentur,ideo dicit Isa.Ite Angeli veloces ad populum,&c.Vnde magnum obtinent angelorũ officium,qui docendo & inducendo vitæ exemplo, ad
Iac. 5. Deum errantes alliciunt & conuertũt:de quo Iac. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ,animam
Gen. 16. eius saluabit a morte,&c.talis fuit Angelus q dixit ad Agar.Reuertere & humiliare sub manu dominæ tuæ & noli timere,&c.talis etiam fuit Angelus,de quo di-
Iud.13. cit Manue.Obsecro domine vt mittas Angelum,vt veniat iterum,& doceat nos, qd de puero qui nasciturus est facere debeamus?Item 6.propter cõtinuitatem dulcedinis contemplationis. Angelus.n.sic administrando Deo seruit, quòd propter hominum seruitium a contemplationibus intimis non recedit,vt dicit Greg. Nã quandocumque ad exteriora exeunt,ab interiori contemplatione nõ recedunt,quia illum semper aspiciunt, qui præsens est quocunque vadunt.Sic vir spiritualis taliter circa exteriora se occupat, vt deuotionis spiritum non extinguat.Vnde quãdo extrinsecus per bonorum exercitationes operũ fatigatur in corpore, intrinsecus
Osee 12. reficitur in mẽte.Vnde Oseæ dicitur,in fortitudine sua directus est cum Angelo,& inualuit ad angelum & cõ
Gen. 28. fortatus est,fleuit & rogauit eum,& in Gene. Vidit Angelos descendentes,& ascendentes per scalam,&c.Scala(sicut ibi dicit glossa)cuius cacumen tangebat cœlũ, significat Christũ,qui est via recta perducens ad Deũ. per hanc scalam descendunt viri spirituales cum Ange
Dan.7. lis ministrando,ascendunt & contemplando, vnde dici
Ioan.1. tur in Dan.Millia millium ministrabant,&cæt.& Ioan. Videbitis Angelos ascendentes, & descendentes super filium hominis.Item septimo, propter fixum & stabilem motum dilectionis,quo amor angelicus tanquam ignis sine termino in Deum mouetur,ideo sæpius An-
Exo.3. geli in specie ignis leguntur apparuisse,vt in Exod. apparuit dominus,id est Angelus,in quo erat Dominus, in flamma ignis de medio rubi,& videbat q; rubus ardebat,& nõ comburebatur,&c.Rubus,est vir spiritualis,spinis pœnitentiæ circumplexus , medium rubi est cor viri iusti,de cuius medio erumpere debet flamma
Can. vlt. inextinguibilis charitatis,vnde dicitur in Can.Lampades eius lampades ignis, atque flammarum,& in Psal.
Psal. 103. ministros suos facit flammam ignis.hoc igne cor accensum ardet, & non comburitur, quia nulla aduersitate frangitur,nullo etiam mortis metu ab illo quem diligit
2 Regum. 14. separatur,vnde 2.Reg.legitur,sicut Angelus Domini, sic est dominus meus Rex , qui nec benedictione nec
Act.7. maledictione mouetur.Ideo dr in Act.Angelus Domi
Iud.13. ni apparuit Moysi in igne rubi,& in lib.Iudic.Angelus Domini cum flamma pariter ascendit in cœlum. Item Angelus dicitur gratia Dei,siue virtus.Hunc angelum dominus mittit,quando alicui gratiam infundit, ideo
Dan.3. dicitur in Daniel.Angelus domini descendit in fornacem,&c,omnis,n.æstus cõcupiscentiæ,ac fomitis incẽtiuũ extinguitur,qñ angelus in fornacem mittitur.i.qñ diuina gratia cordi infunditur,& virtus animæ inspiratur.Virtus.n.dr quasi virum tuẽs,vel quasi virẽs intus, qm duplicem habet effectum,nam animã sua præsentia tuetur,ac conseruat,& ornat atq; decorat,sicut Angelus hominem custodit,& seruat,animam et illuminat, perficit,& informat:ideo dicitur in Act. Viderũt vultũ Act.6.
Stephani,quasi vultum Angeli,& in lib.Esther.Vidi te Esther.15.
domine,quasi Angelum Dei.Valde ei mirabilis es,& facies tua plena gratiarum.Dr ergo gratia angelus Dei , per quem mens humana perfectissime custoditur, per quem peccatum expellitur,& potestas dęmonum inania
euacuatur,vnde dr in Exo.Angelus meus pręcedet te, Exo. 23.
& custodit te in via,& eijciet Amoreũ,Chananeũ,&c. septem nomina gentium ponit,per quæ septem principalia peccata intelligit, quæ superueniens gratia eijcit penitus & excludit. Et sunt nouem genera granarum quæ cõparationẽ habent ad nouẽ ordines angelorũ,& per quæ ad æqualitatem peruenitur.Prima igitur gratia est gratia dilectionis siue charitatis,de qua Lucas.Si Luc.6.
diligitis eos q vos diligunt,quæ est vobis gratia,& Ioa. 3. Ioan. 1.
Maiorẽ gratiam non habeo,quam vt audiã filios meos in veritate ambulare.Ista gratia a Dño aiæ immissa,ipsam inflammat,& per feruorẽ amoris ordinis Seraphin ipsam assimilat,& conformat,vnde in Luca dr. Ignem Luc. 12.
veni mittere in terram,& quid volo nisi vt ardeat?& in Tren.1.
Threnis.De excelso misit ignem in ossib.meis.Secũda gratia est grã sapientiæ,& diuinæ cognitionis de qua in
Prou. Inuenies gratiam & disciplinã bonam corã Deo Prou.2.
& hominibus,& in Eccl In me omnis gratia vitæ & ve Eccl.24.
ritatis.& in Prou.Super aurum & argentum est gratia Prou.22.
bona,& in Eccl.Vir sapiens amabilem se facit, gratiæ Eccl. 20.
autem fatuorum effundentur.Hæc gratia mentem illuminat,& intuitum animæ ad Deum videndum per fidẽ habilitat,& informat,vnde Psa.Præceptum Domini lu- Psal. 18.
cidũ illuminans oculos.Per hanc gratiam ordo Cherubin in aia collocatur,qñ mens a sensu carnali abstracta, ad susceptionẽ diuini luminis per cognitionem veritatis præparatur, & hoc intellexit Psal.cum dixit, Ascen- Psal. 17.
dit sup Cherubin,& volauit,&c.& Eze. Tu cherubin Eze.28.
plenus sapientia,& decore.Tertia gratia est contemplationis,siue spũalis delectationis,q ex plenitudine diuinę delectationis & cognitionis in aia generatur, de hac
dr in Exo.Dñe si inueni gratiam coram te,ostende mi- Exo. 3.
hi faciem tuã,&c.& in Eccl.Gratiam & specię desiderabit oculus,& super hoc virides sationes. Hęc gratia Eccl. 40.
mentẽ quietat & pacificat,& velut sedẽ quietissimam, ad diuini sup aduentus susceptionẽ pparat & coaptat , & sic thronorum ordinem repręsentat,aia ẽt iusti sedes
sapientiæ est,dicitur etiam in Ecc.Thronus meus in co Eccl 24.
lumna nubis.Columna nubis est aia per contemplationem suspensa,& eleuata,in qua Dei filius tanquam in throno requiescit.Quarta gratia est benignæ seueritatis,siue seueræ liberalitatis,ad bene præsidendum. Magna.n.gratia Dei est,quòd prælati sic exequantur cõtra delinquẽtes iustitiam,vt benignitatẽ,& misericordiam non dimittant,vnde dr in Eccl.Curam illorum habe, Eccl. 32.
vt ornamentum gratię accipias,& coronam ac dignitatem cõsequaris,& alibi iterum.Retribuet grãm qui of Eccl.35.
fert similitudinem,& qui facit misericordiam offert sa Ibid.
crificium,& rursum.Sunt hoĩes misericordiæ, intuẽtes gratiam in oculis oĩs carnis,&c.Hæc gratia ordinat p̃latos respectu suorũ subditorũ,vt sciant qualiter se debeat inferiorib.cõformare,et sine tyrãnide dñari, ideo
dr adhuc in Ec.Rectorẽ te posuerunt,noli extolli,esto Eccl. 32.
in illis quasi vnus ex ipsis,et sic cõfiguratur ordini dñationũ.Apo.etiã ad Col.Dñi q iustũ est facite seruis ve Col.4.
stris,scientes quia et vos Dñm habetis in cęlis. et Pet. 1.Pet. 5.
Non vt Dominantes in clero,sed norma gregis facti ex

animo

Digitized by Google

animo, & cum venerit princeps pastorum percipietis
Eccle. 32. immarcessibilem coronam glorię. Quinta gratia est hu
militatis ad obediendum, de qua dicitur in Ecclesiast.
Quanto magnus es, tanto plus te humilia in omnibus,
& coram Deo inuenies gratiam, quoniam magna est
potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. Et
1. Pet. 5. Pet. Humilibus dat gratiam. Hæc gratia ordinat subdi
tos respectu suorum superiorum, vt debitam reueren-
Eccles. 10. tiam eis impendant, vnde dicitur in Ecclesiast. Audi ta
cens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia, & sic
per hanc gratiam ordini principatuum anima confor-
matur. Magnus enim princeps est, cui propria volun-
Iob. 29. tus non principatur ait Ecclesiast. Principatus sensati
Gen. 22. stabilis erit, & Iob: senes assurgentes stabant, & princi-
Psal. 67. pes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo,
& cæt. & in Genes. princeps Dei est apud nos, & Psalm.
2. Petr. 2. Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, &c. Sex
ta gratia est patientiæ & lōganimitatis de qua Pet. Hęc
Eccl. 2. est gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tri-
stitias patiens iniuste, quæ. n. gratia est, si peccantes suf-
fertis. & in Ecclesias. in dolore sustine, & in humilitate
Eccle. 10. tua patientiam habe. Hæc gratia docet resistere tenta-
tionib. & aduersas dęmonum coercere potestates: vnde
Ecclesiast. Si spiritus potestatem habentis ascenderit su
Iac. 4. per te, ne dimiseris locum tuum. Locum suum dimittit:
qui per impatientiam Dæmoni cædit, cum dicat Iaco-
bus. Resistite Diabolo, & fugiet a vobis. Vnde per pa-
Prou. 16. tientiam conformatur homo ordini potestatum. Maxi
ma. n. potestas est, per patientiā seipsum, mundū, & Dia
Mach. 3. bolum superare. & in Proue. Melior est vir patiens, vi-
ro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore vr-
Psalm. 44. bium, & in lib. Mach. Accingimini viri pote tes, &c. &
Sap. 8. in Ps. Accingere gladio tuo super femur tuum potentis
sime. Septima gratia est pudicitię & castitatis, ait. n. Sap.
Eccl. 29. Nemo potest esse continens, nisi Deus det, & hoc Dei
donum est: Gratia enim super gratiam, est mulier san-
Deut. 2. cta & pudorata, vt dicitur in Ecclesiast. Idem in Deut.
Si nō inueniet mulier gratiam coram viro suo propter
aliquam fęditatem, abominabilis erit mulier huiusmo
di. Gratia. n. Dei a luxurioso penitus denegatur. Hæc
Psal. 30. gratia hominem facit virtuosum, vt viriliter omnes mo
tus sensualitatis rebellantes cōterat, & allidat, vnde Ps.
Viriliter agite, & confortetur cor vestrum. Et hæc vir-
tus refertur ad ordinem virtutum, quorū est officium,
naturam lapsam vel corruptam miraculose reparare,
non. n. est maius miraculum, quam in carne præter car
nem viuere, hoc enim non est humanæ naturæ sed an-
Psal. 117. gelicæ, vt dicit Hier. Et Psal. Dextera Domini fecit vir
& 44. tutem, dextera domini, &c. Octaua gratia est eloquen-
Prou. 22. tiæ ad docendum de qua Psalm. Diffusa est gratia in la
Eccl. 12. bijs tuis, & habetur etiam in Prou. Propter gratiam la-
biorum, habebit amicum regem, & in Eccl. in labijs sē
sati inuenietur gratia. Hæc gratia ordinat animam ad
Dan. 8. & gradum archāgelorum, quorū est docere, in Dan. Ga-
9. briel fac intelligere visionem, & alibi. Egressus sum vt
docerem te, & intelligeres, & Malach. Labia sacerdotū
Malach. 3. custodiunt scientiam, &c. Nona est gratia misericordię
Eccl. 29. et & pietatis ad compatiendum, de qua in Eccl. Eleemosi
20. na gratiam hominis conseruabit quasi pupillā, & alibi
Fatuo. i. auaro non erit amicus, & non erit gratia in bo
nis illius. Hæc gratia conformat mentem ordini ange
lorū, qui omnes suas gratias nobis communicant, qui
bonis nostris congratulantur. Vnde Lucas. Maius gau
Isa. 33. 5. dium, &c. & nostris miserijs compatiuntur, & Isa. An-
Luc. 3. geli pacis amare flebunt, & in lib. Iudic. Ascendit Ange
Iudic. 2. lus ad locū fletuum. Cum secūdum Diony. Hierarchia
sit sacrarum, & rationalium rerū ordinata potestas de-
bitum in subditis retinens principatum, manifestū est,
triplicem esse hierarchiam, secundum triplicem ordi-
natam a Deo potestatem, s. diuinam, angelicam, & hu-
manam. Est itaque prima hierarchia super cœlestis si-
ue diuina, quæ consistit in tribus increatis personis. Se
cunda est cœlestis siue angelica, quæ completur in bo-
nis Angelis & beatis. Tertia est subcœlestis. s. humana,
quæ in prædestinatis hominibus perficitur, & pręcipue
in prælatis. Hæc autem hierarchia humana ad similitu
dinem cęlestis hierarchiæ ordinata est, & disposita, &
secundum maiorem vel minorem gratiæ siue potesta-
tis perceptionem, in maiori vel minori siue in excellen-
tiori & inferiori gradu ordinatissime constituta. Vnde Iob. 38.
in Iob. dicitur. Nunquid nosti ordinem cœli? aut ra-
tionem eius pones in terra? &c. Nosse cœli ordinem, est
cognoscere supernarum virtutum ordinatissimam di-
spositionem, eius rationem in terra ponere, est vitam &
officium hominum, quandiu in terra sunt, secūdum si-
militudinem cęlestium spirituum sancte & reuerenter
ordinare. Vnde nouē sunt ordines ordinādorū, sicut 9. Exod. 25.
sunt sancti ordines angelorū. Est. n. ordo Episcoporū,
presbyterorum, diaconorum, subdiaconorum, acolyto
rum, exorzi. lect. Psalmistatus, & ostiariorū: sicut Moy
si dictum est. Inspice, & fac secundum exemplar, quod
tibi in monte monstratum est, & in Sap. dicitur. Dixi- Sap. 6.
sti me ædificare templum & altare secundum similitu-
dinem sancti tabernaculi, quod præparasti ab initio, & 1. Par. 28.
cęt. & 1. Paral. Omnia (inquit Dauid) euenerunt ad me
scripta manu Domini, vt intelligerem opera exempla-
ris. Nostra itaque exemplaria sunt sanctorum angelo-
rum agmina ordinata, vt. s. secundum ipsorum ordina-
tionem distinctionem, & operationem nostram (quā-
tū possibile est) ordinemus conuersationem, vt igitur
illa omittamus, ratione difficultatis. & prolixitatis quæ
dicit Dion. in ecclesiastica hierarchia, hoc sufficiat
ista vice, quod Ecclesia militans in suis membris dispo
nitur, secundum similitudinem Ecclesię triumphantis,
& hoc quo ad ordinationem, quo ad scientiam, & quo
ad actionem. Est. n. hierarchia (vt dicit Dio.) ordo di-
uinus, scientia, & actus, deiforme similans, & ad indita
ei diuinitus illuminationes proportionaliter ascendens.
In ordine notatur distinctio illorum, qui per ordina-
tum officium, a dño maiorem vel minorem recipiunt
potestatem. In scientia notatur discretio, in actione ve-
ro ministerium. Sine ordine. n. præsumptio est actio, si-
ne actione negligentia est ordo, sine scientia & discre-
tione, est actio reprehensibilis, & ordo inutilis, & ideo
tam in ordine quam scientia & actione, & hominū & Triplex
angelorum potestas Dei vniformitatem imitatur, & se- status sal-
cundum modum, & mensurā suæ illuminationis in or- uadorum.
dine suo proficit, & recte discernendo, & bene operan
do, ad Dei conformitatem (quantum possibile est) ascē
dit, tunc vero angelorum hierarchię quibus per imita-
tionem, & vitę conformationem, dum tres electorum
hominum ordines secūdum trinas conditiones siue dif
ferentias singulis appropriatas comparantur. Et hi tres
saluandorū status significantur per illos tres, quos dicit
Ezechiel liberādos. Si fuerint (inquit) in ciuitate hi tres Ezec. 24.
viri. s. Daniel Noe & Iob, num liberabūt animas suas?
Daniel, qui abstinentiæ merito obtinuit intelligentiam
visionum, typum gerit claustralium & religiosorum, q
continue gratia & excellentia abstinentię, qua non so-
lum abstinent ab illicitis, verū etiam a licitis concessis
merētur amplius illuminari. Noe autem, qui arcam gu
bernauit, formam gerit prelatorū, per quorum scientiā,
& regiminis industriam, electi in arca Ecclesiæ cōstitu
ti, a diluuij, i. peccati periculo merētur liberari. Per Iob
vero, cętus āctiuorum, & cōiugatorum numerus pote
rit designari, pietatis operib. misericordia cōprobatus,
Iob. n. fuit coniugatus. Tres igitur sunt ordines electo-
rum, s. religiosorum siue contēplatiuorum, pręlatorū, &
actiuorū. De his dicitur in Luc duo erunt in lecto, in Luc. 17.
agro, & in mola. Nam illi qui sunt contemplatiui, in cu

biculo diuinæ suauitatis requiescunt, qui vero prelati-
sunt, in agro regiminis, correctionis, & prædicationis
officio se exponunt, sed qui vere subditi sunt & actiui,
laborem molę non renuunt, & a boni exercitio nõ desi
stunt, &cęt. Iste igitur triplex status saluandorum, per
quandam appropriationem videtur esse comparabilis
triplici statui angelorum, inter quos, secundum ordinũ
differentiam, quidam sunt primi, quidam vero vltimi,
& quidam intermedij, primi quidem ordines hierarchi
ci, debent esse tres ordines, scilicet angeli de ordine Se-
raphin, qui amoris incendio præ cęteris feruent, Cheru
bin quoque q cognitionis priuilegio gaudet, & Throni,
iustitiæ perpendiculo alijs præeminent angelis, horũ
trium ordinum qui officio & dignitate sunt cęteris su-
blimiores, comparabiles sunt viri summæ perfectionis,
religiosi videlicet, & claustrales, qui tanto maioris meri
ti æstimantur, quanto ad altiorem vitæ perfectionem
ex voti proposito obligantur. Et ideo nomen & officiũ
angelorum, qui Deo sunt viciniores, sibi vendicant, q
amoris incendio inflammati, ac sapientiæ dono prædi-
ti, diuinæ iustitiæ se conformant. Vnde dicitur Sera-
phin id est ardentes vel incendentes, propter incensio-
nem & feruorem charitatis. Cherubin, propter, plenitu
dinem cœlestis sapientiæ, & cognitionem diuinę verita
tis. Throni vero propter amorem iustitiæ, & perpendi
culum æquitatis.

De Seraphin qui sunt primi ordinis primæ hierarchiæ.

DIcuntur igitur primo seraphin, quia angeli illius
ordinis diuini amoris incendio præ cæteris inflã-
mati aliorum sunt inflãmatiui, sic religiosi quasi ignei,
illos ad amorem Dei & proximi inflammant, ad quo-
rum corda, nunc verbo, nunc exemplo appropinquãt,
Eccl. 47. dicitur. n. in Ecclesiasti. Surrexit Helias sicut ignis, &
Luc. 24. sermo eius sicut facula ardebat, & in Luca; Non ne cor
nostrum ardens erat in nobis? &cętera. & ideo angeli
ordinis Seraphin, non solum dicuntur calidi, immò su-
per feruidi. Nam qui feruet caloris violentia, nunc ex-
tra se iactatur, nunc supra se tollitur, sic mens religiosa
in Dei amore feruida, nunc supra se per deuotionem
rapitur, infra etiam, vt quando suijpsius obliuiscitur,
nunc ad proximum inflammandum diffunditur, & di-
latatur, in se stare non valens, nunc valens alios attrahe
re, & sibi incorporare satagit, & conatur, vnde dicitur
Iob. 39. in Iob. Feruens & fremens absorbebit terram, & Psal.
Psal. 103. Qui fecit Angelos suos spiritus, & ministros suos flam
Apo. 10. mam ignis, & in Apo. Vidi angelum, cuius facies erat vt
sol, & pedes eius vt columna ignis. Ideo dicitur in Isa-
ia. Volauit ad me vnus ex Seraphin & in manu eius cal
culus ignitus, quem tulerat de altari, & tetigit os meũ.
& cętera. Item secundo, quia in se mobiles aliorum sũt
motiui. Vnde & volasse leguntur in Isa. sic religiosi spi-
ritu diuinę dilectionis moti, mobiles sunt iussis superio
rum, sine moræ dispendio obtemperando, & alijs exem
plum obedientiæ relinquendo, tales perficere impera-
ta non procrastinant, sed velut volucres, ad omne q
præcipitur, aduolant, & festinãt. Ideo de veloci talium
Isa. 60. obedientia dicitur in Isaia; Qui sunt isti q vt nubes vo-
Isa. 18. lant, & alibi. Ite Angeli veloces, & in Sapientia; Omni-
Sap. 7. bus mobilibus mobilior est sapientia, & in Ezec. Quo-
Eze. 1. cunque ibat spiritus, rotæ leuabantur sequentes eum,
spiritus. n. vitæ, &c. Spiritus vitæ est charitatis, quæ vi-
ta est animę: qui enim non diligit, manet in morte, vt di
1. Ioan. 3. cit Ioan. Spiritus quidem vitæ, principium est motus &
operationis in corde. Vnde si fuerit spiritus vitæ in cor
de mobilem efficit hominem, & agilem ad quamlibet
victoriosam actionem, de tali dicitur in prouerbio. Vi Prou. 21.
disti hominem velocem in opere suo? &cætera. Itẽ ter-
tio acuti sunt & penetratiui, penetrant enim contem-
plando ad interiora velaminis, id est ad secretissima dei
tatis, sic cõtemplatiuorum affectu per desiderium sem
per in Deum tendit, & extra se non effluens, ad aliud p̃
ter ipsum, & extra ipsum non diuertit: vnde dicitur in Eccl. 24.
Ecclesiastico. Gyrum cęli circuiui sola, & profundum 1. Cor. 1.
abyssi penetraui, & 1. Corin. Spiritus omnia scrutatur, Iob. 28.
etiam profunda Dei. Et Iob. Omne pretiosum vidit o-
culus eius, profunda fluuiorũ, scrutatur, &c. Tam acu-
tus & penetratiuus fuit Paulus, qui in perscrutatione
cęlestium arcanorum, vsque ad cęlum tertiũ introiuit, Sap. 7.
vnde in libro Sapien. dr̃, inter alia, quòd spiritus sapien
tiæ est actus. Item quarto sunt inferiorum & suppolito
rum reductiui, quia quos Seraphin igne charitatis ac-
cendunt, ad Deum qui sursum est, deducunt, & conuer
tunt. Sic affectus viri spiritualis, igne charitatis succen-
sus, nunc se extendit ad Deum per contemplationem,
nunc vero ad proximum per compassionem, ad Deum
mouetur, vt in eo conquiescat, ad proximum, vt ipsum
ad Deum reuocet & reducat, vnde Iac. Si errauerit qs Iac. vlt.
a veritate, & conuerterit eum aliquis, scire debet, &cęt.
& in Leuit. Si erraverit bos vel asinus reduc eum, &cęt. Leui. 9.
Item quinto actiui & exemplificatiui, quia non solum
inferiores accendunt, verum etiam & ordinate diligen-
di formam tribuunt, quia angelos inferiores informãt
qualiter per amorem perfectum redeant in Deum, &
secundum superiora perficiant & incedant. Et hoc pro
prie religiosis congruit, quos Dominus secularibus po
suit in exemplum, vt secundum ipsorum imitationem
mores prauos corrigant, & contemptis terrenis, cęlestia Isa. 20.
appetant & acquirant. Sic & Isa. nudus & discalciatus,
datus est in signũ & portentum Aegyptijs & Aethiopi
bus & quibusdam alijs Vita itaque religiosorum exem
plar est mundanorum. Similiter vita & conuersatio san
cta prælatorum, forma est & reformatio vitæ subdito- Deute. 17.
rũ, vnde dicitur in Deuteron. Describet sibi Rex Deu
teronomium legis, & accipiet exemplar a sacerdotibus Zac. 14.
leuiticę tribus, & habebit secum, &cæt. Et Zacha. A- Ioan. 13.
dam exemplum meum ab adolescentia mea, & Ioan. di 1. Tim. 4
cit. Exemplum dedi vobis, &c. & Paulus. Esto exem-
plum fidelium, in verbo, in fide, & in castitate. Mali au
tem sanctorum angelorum omisso exemplo, se exhibẽt
exemplar perditionis sicut Achaz, qui misit exemplar
altaris Damasci in Hierusalem. Quod quidem videtur 4. Reg. 16.
facere aliqui de modernis qui hoc seculo nequam se cõ
formant, relictis abiectis patrum & regulæ institutis, vt
dici possit illud Iob; Posuit me quasi in prouerbiũ vul- Iob. 17.
gi, & exemplum suum. Relinquũt alijs exemplum. cul-
pæ, erunt posteris exemplum pœnę, sicut dicit Ezec. Eze. 5.
Eris opprobrium & blasphemia, & exemplum & stu-
por cunctis gentibus, & Petr. Ciuitatem Sodomorum 2. Pet. 2.
in cinerem redigens euersione damnauit, exemplum eo
rum qui impie acturi sunt ponens, & cætera. & canoni-
ca Iudæ; Ciuitates finitimæ simili modo ex fornicatę, Iud. Apos.
& abeuntes post carnem alteram facti sunt exemplum in cano.
ignis æterni, pœnam sustinentes. Item sextò, angeli or-
dinis Seraphin sunt holocausti purgatiui, quia non so-
lum sunt purgati a corruptione mali, immo ab imper-
fectione omnis boni, in quibus nulla adest mali corru-
ptio, nec de esse alicuius boni perfectio comproba-
tur, & hoc potissime congruit viris angelicis & perfe-
ctis, qui se Domino medullatum holocaustum peni-
tus obtulerunt, qui velut Angeli ignei, in se etiam leuio
ris culpæ maculam non admittunt. Immo omnem ma
li speciem in se, & in alijs annihilant, & cõsumunt, ideo
dicit Malachi. Erit quasi ignis constans, et sedebit
& purgauit filios Leui. & in Ecclesi. De negligentia Malach. 3.
purga te cum paucis, nec solum sunt puri, & immunes a Eccl. 4.
corru-

corruptione mali, verum etiam ab imperfectione boni,
Deut. 33. vt dicitur in Deuteron. Perfectio tua & doctrina tua a
Gen. 17. viro sancto, &cætera. Sic etiam dictum est Abraham.
Ambula coram me, & esto perfectus, ideo dicunt Seraphin ad Isaiam. Auferetur iniquitas tua, & peccatum
suum purgabitur, in quo notatur purgatiu omnis mali.
Et sequitur in eodem cap. adhuc erit decimatio, & conuertetur, & erit in ostensione sicut terebynthus, et sicut
quercus expandens ramos suos, semen sanctum erit, quod
steterit in ea, Ecce perfectio totius boni, quæ consequitur purgationem mali. Item septimo sunt illuminatiui
& omnis tenebrosæ obscuritatis fugatiui, luciformem
enim & illuminatiuam habent proprietatem, vt dicit
Ioan. 8. Dionysius, quod spiritualibus potissime cōuenit, quos
Deus velut luminaria in firmamento, id est, in Ecclesia
collocauit, quibus dicitur; Vos estis lux mundi, & ideo
omnes tenebras in se & in alijs discutiunt, & lucis spiri
Iob. 38. tuales radios vndique circunspargunt, iuxta illud Iob;
Ephe. 5. Per quam viam spargitur lux? Et ad Ephes. vt filij lucis
Phil. 1. ambulate in dilectione, Et ad Philip. Inter quos lucetis
Dan. 12. tanquam luminaria, &cætera. & Dan. Fulgebunt iusti
siue docti, sicut splendor firmamenti, &cætera. Nomine igitur Seraphin, qui Deo immediatius coniunguntur, & in diuinis laudibus voces frequentius emittere
Isaiæ. 6. dinoscuntur, viri religiosi & spirituales non immerito
intelliguntur, qui viciniores sunt Deo per contemplationem & laudis continuationem, sicut dicitur in Isa.
Clamabat alter ad alterum, & dicebant. Sanctus, sanctus, sanctus, &cætera. & propter charitatis incensionē,
cuius excessus siue incensio, plus exigitur in ipsis quam
in alijs, præsertim cum ipsi sint altare Domini, in quorum corde & corpore iuge sacrificium Domino immo
Leuit. 1. latur, & ideo ignis in hoc altari est continue accendendus, vt patet in Leuit. Ignis &cætera. De istis autem Angelis ordinis Seraphin, septem specialiter exprimuntur,
scilicet quod stabant, quod duo erāt qui stabant, quod
bis sex alas habebant, quòd se velabant, quòd volabāt,
quòd clamando requiem non habebant, quòd tollentes lapidem ignitum de altari, labia Isaiæ emundabant.
Ista omnia exiguntur in viris angelicis & spiritualibus
quoad statum perfectionis. Quòd nanque duo fuisse
dicuntur, refertur ad mutuæ cohabitationis associationem, siue ad mutuam geminę charitatis exhibitionem,
quia inter pauciores quam inter duos, esse non potest
offensio charitatis, ideo dicitur in Luc. Misit binos &
Luc. 10. binos ante faciem suam, &cætera. & Ecclesi. Melius est
Eccles. 4. duos esse simul quam vnum, habent enim emolumentum societatis suæ, &cæt. Ideo duo Angeli missi sunt
Gen. 16. simul in Sodomā, vt habetur in Gen. quorum vnus gentem peruersam subuerteret, alter vero iustum Loth cū
sua familia liberaret. Ad vtrumq; ministerium complē
dum vnus Angelus suffecisse potuisset, duos tamen simul misit Dominus, vt societatem mutuam in Angelis
& hominibus commendaret, & ad augmentum & con
Psal. 132. seruationem charitatis societatem esse necessariam de-
Matt. 24. monstraret, ideo dicit Psalm. Ecce quam bonum, &cęt.
ideo dicuntur duo fuisse in agro, duo in lecto. Quòd autem secundo super templum stabant, scilicet quòd non
sedebant, non iacebant, sed fixi & erecti super vtrunq;
pedem stabant, refertur ad erectā affectionis & intētionis eleuationem ad cęlestia, & ad fixam ac immobilem
Psal. 121. æternorum contemplationem, vnde dicitur in Psal. Stā
Hiere. 6. tes erant pedes nostri, in atrijs tuis Hierusalē, & in Hie
Psalm. 5. re. State super vias vestras, & videte, & interrogate, quę
Abac. 2. sit via bona. Et in Psalmo. Mane astabo tibi & videbo.
Sap. 18 Et Abacuc. Super speculam meam stabo, &cæt. & Sap.
Cęlum attingebat stans in terra. Ideo dicitur Angelum
stetisse iuxta aram templi, &cæt. in Apoc. Tertio bis senas alas habebant, quia sex erant vni, sex alteri, & hoc
habet referri ad plenitudinem operum charitatis, & misericordiæ, quæ necessario super obseruationem decalogi supererogantur, quibus viri spirituales, velut duodecim pennis siue alarum fulcimentis, a terrenis ad cœlestia eleuantur. Sex itaq; alæ vnius, sunt opera misericordiæ, quę exhibentur proximo respectu corporis, scilicet
reficere esurientem, potare sitientem, cooperire nudum
vestimentum non habentem, visitare infirmantem, recolligere pauperem transeuntem hospitio, sepelire mo
rientem. De quibus dicitur in Matth. & in Tob. Sex ve Matt. 25.
ro alæ alterius, sunt sex opera spiritualia proximo exhi Tob. 1. &
bita ex parte mentis scilicet, conuertere errantem, in- 2.
struere ignorantem, ad gratiam suscipere pœnitentem,
diligere persequentem, arguere derelinquentem, defen
dere innocentem. Talibus alis a dextris & a sinistris, ele
ctorum mentes ad cęlestia eleuantur, sicut dicit in Psal. Psal. 138.
Si sumpsero pennas meas diluculo, &cęt. & Ezech. Pen Ezech. 1.
næ eorum erant iunctæ alterius ad alterum, &c. Et in
Apoc. Datæ sunt ei alæ, vt volaret in desertum a facie Apoc. 12.
draconis persequentis. Quòd autem Seraphin velabāt
faciem & pedes, refertur ad humilem religiosorum intentionem, non enim intendunt sua merita propter hominum laudem publicare, sicut faciunt hypocritæ, qui
stant in angulis platearum orantes, vt videantur ab ho
minibus, vt dicitur in Matth. sed vt Deo placeant, qui Matth. 6.
videt in abscondito, student bona quæ faciunt occultare. Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera, vt dicit idē Ibidem.
Matth. Caput itaq; corpus & pedes velant, & tegunt,
qui nec in principio, nec in fine, nec in medio, de bonis quæ faciunt, laudari appetunt ab hominibus vel re
quirunt. Seraphin quinto dicuntur volasse, & in hoc re
fertur ad perfectionem iustorum, & meritorum multi
plicationem. Nam auis volans per multiplicatum alarum motum, & sæpius iteratum, aera petens a terra se
elongat, sic viri sancti non per ocium & torporem, immo per bonorum operum exercitium & laborem, re-
lictis terrenis, cęlestib. appropinquabant, istas petebat Psalm. 54.
Psal. Cum dicebat, Quis mihi dabit pennas? &cætera.
Clamor sexto Seraphin, iugem significat diuinæ laudis
sine intermissione continuationem, sic continue prorumpunt electi ex desiderio videndi Deum, idem Psal. Psal. 105.
Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ, vt lauderis cum hæredita
te tua. Clamabant autem Seraphin, sanctus, sanctus,
sanctus, ideo enim prorumpunt electi præcipue religiosi, in triplicem laudem Dei, quia ipse sanctus sanctorum electos suos sanctificat, ab amore mundanorum separando, & separatos in via meritorum promouendo, & in fine iam sanctificatos, per sanctificationis
consummationem in gloria præmiando. Est itaque iugiter laudandus, quia efficit hominem sanctum et mun
dum in pœnitentia, sanctiorem in iustitia, sanctissimum
vero in gloria sempiterna, de hac sanctificatione dici-
tur in Ioan. Sanctifica eos in veritate, vt & ipsi sanctifi- Ioan. 17.
cati sint & consummati in vnum, sicut ego & tu vnum
sumus. Quod vero septimo labia Isaiæ polluta cum cal
culo tangebant & mundabant, habet referri ad sancto
rum & religiosorum misericordiam & compassionem,
qua per gratiam ipsos sanctificantem in se purgati, secularibus etiam & alijs immundis peccatoribus compatientes, feruentissimis & deuotissimis orationum suf
fragijs, eorum sanctificationi cooperantur. Sic Moy- Num. 12.
ses suis precibus Mariam leprosam & immundam, sanitati & munditiæ restituit. & in Iob dicitur; Seruus Iob. vlt.
meus Iob orabit pro vobis, faciem eius suscipiā, vt vobis non imputetur stultitia. Et sequitur; Conuersus est
Dominus ad pœnitentiam Iob, cum oraret pro amicis
suis, &cęt. Ex quo patet manifeste, quòd multum cooperantur bonorum suffragia, ad peccatorum iustifica
tionem & emendationem. Et hæc de ordine Seraphin
dicta sufficiant.

De Che-

De Cherubin quæ sunt secundi ordinis primæ hierarchiæ.

SIcut viri perfecti configurantur ordini Seraphin
propter excellentiam feruentissimæ dilectionis,
ita assimilantur ordini Cherubin propter plenitu
dinem sapientiæ,& prærogatiuam limpidissimæ cogni
tionis,quæ in viris spiritualibus dinoscitur præ cæteris
relucere. Cherubin quippe plenitudo sapientiæ inter-
pretatur,quod absque dubio,viris spiritualibus conue
nit,per quorum corda spiritus sapientiæ affluentissime
1.Cor.2. se diffundit,vnde Apostо. Sapientiam loquimur inter
perfectos,sed non sapientiam principum huius seculi,
quæ destruetur, sed loquimur sapientiam in mysterio
absconditam,quam nemo principum huius mundi co
gnouit,&c. Istius sapientię cęlestis radius,per Spiritum
sanctum in cordibus virorum spiritualium diffundi-
tur,sicut ibidem sequitur. Nobis autē reuelabit Deus
per Spiritū sanctū suum,quia spiritus scrutatur oīa,&c.
Hæc sapientia non est mundana quæ inflat,sed illa quę
Lucæ. 16. ędificat. Prima enim est terrena,de qua dicitur in Luca.
Prudentiores sunt filij huius seculi filijs lucis, & hæc
est in auaris & negociosis. præterea est animalis, de
Rom. 8. qua ad Roma. Prudentia carnis mors est, hæc est in vo
luptuosis,quia vera sapientia nō inuenitur in terra sua
Iob. 28. uiter viuentium,vt dicit Iob. est insuper diabolica, &
Isa. 5. hæc est in superbis & in inuidis,de quibus Isa. Væ qui
Hiere. 4. sapientes estis in oculis vestris,&cęt.& in Hierem. Sa-
Sap. 1. pientes sunt vt faciant mala,sed in maleuolam animam
non introibit sapientia, vt dicitur in Sap. Ideo ad verā
& permanentem sapientiam quæ de sursum est, recur-
rēdum est. Hæc enim est pudica,pacifica,modesta,&c.
Iac. 3. vt dicit Iac. Nam mentem quam inhabitat, purificat,
& pacificat,& quietat. Et ideo istius sapientiæ plenitu-
do,perfectorum mentes Angelis ordinis Cherubin pu-
Malac. 2. rificat & configurat. Ideo dicitur in Malac. Labia sacer
dotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore
eius,quia Angelus Domini exercituum est. Et in hu-
Exod. 25. ius rei figuram dicitur in Exod. Duos quoque Cheru-
bin facies ex vtraque parte oraculi, Cherubin vn' erit
in latere vno,& Cherub alter in latere altero,&cætera.
Istud oraculū,est cor humanum, in quo oportet Deū
Ioan. 4. adorare in spiritu & veritate,sicut dicitur in Io. In quo
quasi a sinistris erigitur Cherub quoad sciētiam in hu
manis,vt, scilicet sciamus qualiter in medio huius pra
uæ & peruersæ nationis sapienter conuersemur: in alia
vero parte debet esse cherub quoad sapientiam necessa
riam in diuinis,vt. s. secundum spiritum diuinæ sapien-
tiæ nos cęlestibus conformemur,et sic Cherubin voca
bulum in præsenti & in futuro scientiam significat. Pos
sunt itaq; viri perfecti dici Cherubin,propter multa q̄
secundum traditionem beati Dionysij,illis angelis spe
cialiter appropriantur,& primo propter deificam visio
nem, ideo. n. deifici dicūtur,quia diuini luminis influē
tia primo & principaliter irradiantur,qua in Dei visio
ne sublimiori gloria extolluntur. Et hoc ideo,nam viri
spirituales Angelis quidem Cherubin comparabiles,
Deum vident per cognitionem & per conscientię mun
ditiam,sibi adhęrent inseparabiliter per amorem,& sic
de numero Cherub. efficiuntur,ad quorum ęquiparan
tiam se deuenisse vitæ & gratię merito dinoscunt,vnde
1.Para. 28. dicitur in primo Para. Aurum purissimum dedi, vt fie-
ret ex eo similitudo Cherubin,secundum opera exem-
plaris,&c. Aurum purissimum, puram significat con-
scientiam,& mundam,quæ in viris spiritualibus potis-
sime inuenitur,propter quam vita angelica in ea simi-
lis potissime reperitur,nam nulla creatura puritati an-
gelicæ in præsenti poterit adæquari,quę ipsius angelicā
puritatem quantum in se fuerit, contempserit imitari.

Item secundo propter singularem diuini luminis su-
sceptionem,quia lux diuina super ipsos transfusa,ipsos
singulariter illuminat,vt omnibus sub se constitutis ip Ezech. 1.
sis mediantibus euidentissime se ostendat, propter qđ & 10. &
Cherubin plena fuisse oculis leguntur, quia viri An- Apo. 4.
gelis Cherubin comparati, circumspectionis gratia
& prouidentię dono circumdati,sunt vndiq; luminosi,
vt non solum propria,verumēt & † accendant vigilan- † Alias
ti studio aliena,& ideo forsan facies Cherubin mutuo aspiciant.
se leguntur respexisse,quia vnusquisq; alterius debet es
se oculus,& alieno periculo velut proprio, cum discre-
tionis moderamine contraire. Itē tertio propter sibi in
fusæ sapientiæ communicationem. Nam occultum su-
premæ sapientię donum siue lumen, quòd diuinitus ac
cipiunt,ad alios transfundunt,sic iusti talentum quod
ex Dei dispensatione recipiunt,non ponūt sub modio,
sed super candelabrum,quod omnibus (quantum in se
est) cōmunicant æqualiter & exponunt,ideo dicit Sap. Sap. 6.
Sacramenta Dei non abscondam, sed ponam in lucem
scientiam,& non præteribo veritatem,&cętera. Verum
erubescere possunt inuidi & æmuli,qui donum Dei ni
tuntur sibi solum vendicare. Contra quod est illud Nu Num. 11.
mer. Quid (inquit) ęmularis pro me? quis tribuet vt om
nis populus prophetet, & det singulis spiritum suum?
Item quarto propter diuinæ quietis præparationē. Vn-
de Dion. eos diuinæ quietis hospites siue receptatores
cognominat, ex eo. n. q lumen capiunt, locus luminis
fiunt. Qui igitur per amorem & quietem conscientiæ
Deo desuper venienti,in suo affectu locum pręparant,
Angelis Cherubin,se conformant, ideo forsan dicitur
sedere super Cherubin, quia quos quietos humiles &
mansuetos inueniet,in ipsis familiarius requiescit,sicut
dicit Isa. Requiescit super eum,&cætera.& Psal. In pa- Isa. 11.
ce factus est locus eius,&cæt. Ita. Super quem requie- Psal. 75.
scet spiritus meus,nisi super mansuetum,&c. Item quin Isa. 66.
to propter immediatam secretę Dei sapientiæ circuitio
nem, nam Angeli Cherubin immediate quidem Deo
assistunt,per incommutabilitatem contemplationis &
veritatis,circumeunt tamen semper admirando & lau-
dando incomprehensibilem profunditatem diuinæ ma
iestatis, nam quanto contemplationis acie profundius
diuinitatis secreta comprehēdere satagunt,tanto se mi-
nus comprehendisse per omnia recognoscunt, sic reue-
ra est de perfectis,qui nondum se comprehendisse arbi
trantur,immo quanto videntur esse virtutibus & gra-
tijs perfectiores,tanto se reputant omnibus inferiores,
& cum aliqui reputant eos vsque ad Dei secretiora iam
penetrasse,vix putant se adhuc talia inchoasse, iuxta il- Eccle. 1.
lud Ecclesiasti. Cum consummauerit homo, tunc inci- Luc. 18.
pit,& in Luca; Cum omnia bene feceritis, dicatis serui
inutiles,&cætera. Item sexto propter deifici alimenti
vnificam repletionem,quia non esset per omnia beatus
angelorum status,si multa de secretis Dei caperent in-
tellectu,& tamen vacui remanerent in affectu. Ideo di-
cit,quòd multa quidē & inaudita de Dei secretis intelli
gunt,sed singuli summam repletionem spiritualē, qua
Deo incorporantur,inueniunt, & per internam dulce-
dinem diuinæ voluntati vniti, ab ipso non recedunt.
Sic viri spirituales multa capiētes intellectu, vberius se
& alios reficiunt,quanto profundiora de occultis diui
næ sapientiæ apprehendunt, ideo dicitur in Hieremia. Hiere. 31.
Inebriabo animas sacerdotum pinguedine,&cętera. Et Isa. 55.
Isaiæ. Audite,&c. istius alimenti dulcedinem, tanto iu-
sti perfectius recipiunt & sentiunt, quāto sensus corpo
ris & affectiones cordis,purius custodiunt atq; regunt.
Ideo Abraham prius angelorum pedes abluebat, quos
temperato cibo reficere disponebat, vt dicitur in Gen. Gen. 18.
Afferam pauxillum aquæ,& lauentur pedes vestri,&c.
Soli enim boni & mundi ad esum angelicum admittun
tur. Et Sap. Præparasti populo tuo escam angelorū,&c. Sap. 16.

Item

Item septimo propter situs collocationem. Nam super-
næ virtutes ex parte dextera collocantur, dæmones ve
Eze. 10. ro sinistram tenere videntur iuxta illud Ezech. Cheru-
bin stabant a dextris domus, &cætera. Et hoc est pro-
prium electorum & perfectorum, vt sint filij dexteræ,
sicut mundani filij sunt sinistræ. Nam oues a dextris, hę
Matt. 25. di vero a sinistris in iudicio locabuntur, vt dicit in Mat
th. In cuius rei figuram Abrahã dexteram tenuit, Loth
Gen. 13. vero tenens sinistram in Sodomam declinauit, vt legi-
tur in Gen. Ideo etiam posuit Iacob manum dexteram
Gen. 48. super caput Effraim, sinistram vero super caput Manas
se, vt dicitur i Gen. Manasse obliuio, Effraim vero fru
gifer vel fructificatio interpretatur. Qui hic gaudent
bonis temporalibus, quibus applaudit mũdus, sunt Ef-
fraim, & putant se dexteram fœlicitatis obtinere, iuxta
Psal. 143. illud Psalm. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt.
Religiosi vero quos obliuiscitur & abijcit mũdus, sini-
Sap. 5. stram habere partem a reprobis opinantur, dicẽte Sap.
Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, &cæte-
ra. sed in fine cancellabuntur manus, quia mali sinistrã
cum rubore obtinebunt, boni vero cum honore dexte
Luc. 14. ram obtinuisse se gaudebunt, quando dicetur. Amice
ascende superius, & erit tibi gloria coram simul discum
bentibus, alijs incipientibus obtinere nouissimum lo-
cum cum rubore. Item octauo, propter inferiorum ex-
citationem. Nam Angeli ordinis Cherubin inferiores
Angelos excitant in diuinæ contemplationis admiratio
nem, & quod de Deo per cognitionis donũ percipiunt,
inferioribus innotescunt. Et hoc conuenit religiosis, &
verbo & exemplo sæculares allicere ad laudem & co-
Eze. 10. gnitionem creatoris, nam dicit Scrip. Cum ambularent
Cherubin, ibant pariter & rotæ iuxta ea, & cum eleua-
rent alas suas vt exaltarentur de terra, non residebant
rotæ, sed iuxta erant, stantibus illis stabant, &cætera. Ex
quo manifestum est, quod ex profectu vel defectu reli
giosorum & clericorum dependet profectus vel defe-
Iud. 8. ctus laicorum, iuxta illud. Et nunc fratres vos qui e-
stis præsbyteri in populo Dei, ex vobis pendet anima il
lorum. Item nono, propter diuinæ voluntatis manife-
stationem. Nam mediantibus angelis, Cherubin diui-
Num. 7. na voluntas in superioribus innotescit. Ideo dicitur: Au
diebat vocem loquentis ad se de propitiatorio, quod
erat super arcam inter duas alas Cherubin, inde & lo-
quebatur ei. Sic religiosi & literati viri sunt quasi inter
pretes Dei, ad aures simplicium laicorum & ipsorum
laicorum ad aures Dei. Moyses retulit verba Domini
ad populum, & vice versa, populi ad Deum, vt dicitur
Exo. 19. in Exodo; Et Sonus alarum Cherubin, erat quasi sonus
aquarum multarum; quasi vox sublimis Dei, vt dicitur
Ezech. 1. in Ezechiele. Nam perfecti verba populorum referunt
ad Deum in oratione & gratiarum actione, & verbum
Dei annunciant populo in prædicatione. Videat igitur,
quod fideles sint interpretes, non amore, non odio vel
Act. 20. timore alicuius personæ, & diuinum consilium pecca-
toribus occultantes. Talis interpres fuit Paulus, qui di
cit. Nihil subtraxi vobis vtilium, quin annunciarem vo
bis, & docerem, publice testificans omnibus pœniten-
tiam & fidem, &cætera. Item decimo propter specialem
custodiæ paradisi deputationem, nam Cherubin velut
ianitoribus, custodia ianuę Paradisi fuit deputata, vt pa
Gene. 3. tet in Gen. Collocauit Cherubin, & flammeum gladiũ
atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ. Et
hoc videtur esse proprium officium religiosorum, &
doctorum, & prælatorum, vt tamen ex vitę merito, quã
ex officio, viam arctam quæ ducit ad vitam, in se custo
diant, & alijs ostendere non desistant, vt dicere possint
Hiere. 6. illud Hieremiæ. Hæc est via, ambulare in ea, sed non de
bet esse sine gladio versatili, & flammeo vit perfectus.

De thronis qui sunt tertii ordinis hierarchiæ.

Tertiꝰ ordo primæ hierarchiæ vocatur ordo Tro
norum, in quibus diuina iustitia potissime requi-
escit, per quorum ministerium diuinæ æquitatis
excellentia, benigne & sapienter iudicans, vniuersis ho-
minibus innotescit, sicut dicit Psalm. Sedes super Thro
num, qui iudicas iustitiam. Et Eccl. Vnꝰ est altissimus, Psal. 9.
creator omnium, potens & metuendus nimis, sedens su Eccles. 1.
per Thronum dominans Deus. Vnde hi Angeli in qui
bus Deus residet, & cuncta subiecta ordinat & dispo-
nit, dicuntur Throni, quia sicut Thronus subijcitur re
sidenti, sic Angeli illius ordinis diuinæ iustitiæ sunt sub
iecti, ex quo præsidentis auctoritas declaratur, & ipso-
rum subiectorum Thronorum, id est angelorum humi
litas commendatur, nam super humiles spiritu Domi- Isa. 66.
nus requiescit, & ideo viri spirituales & perfecti, siue sint
religiosi, siue prælati, significantur per Thronos ratione
iustitiæ & humilitatis, sicut per Cherubin propter ex-
cellentiam sapientiæ, & sicut per Seraphin ratione cha-
ritatis. Nam illa quæ de Thronis per appropriationem
dicuntur, in viris sanctis per imitationem diuinæ iusti-
tiæ inueniuntur de proprietatibus autem Thronorum
dicit Dionysius, quod sunt sedes Dei altissimi compa-
ctæ, id est conuenienter coniunctæ, ab omni liberæ sub
iectione, diuini superaduentus susceptiuæ, deiferę, & ab
omni extremitate remotæ. &c. Et hæ conditiones, qui-
bus proprie dicantur de Angelis tertij ordinis, conue-
niunt tamen per appropriationem viris sanctis, qui pos
sunt dici viri ignei vel flammei, quoad perspicuitatem
cognitionis, & feruorem charitatis, iuxta illud Dan.
Thronus eius flamma ignis. ibi glosa Origenis. Thro-
nus Dei sunt Monachi & eremitæ, & consimiles, qui in Dan. 7.
vno loco degentes, Deo militare student, nec per loca
discurrunt, in quorum quietis cordibus quiescit Deus,
qui bene flamma nuncupantur, quia dilectione Dei &
proximi, & desiderio cœlestis patriæ inflammantur.
Dicuntur etiam Throni eburnei propter munditiam
cordis, & candorem innocentiæ castitatis. Vnde signi-
ficantur per Thronum eburneum, quem fecit Salomõ
de ebore grandem, vt patet in 2. Paral. & 3. Regum. Nã
in cordibus eburneis, id est mundis & castis Dominus 2. Par. 9. &
requiescit, qui pascitur inter lilia, donec inclinetur vm- 3. Reg. 10.
bra, & aspiret dies. Et ideo in virginali vtero velut in
Throno eburneo, diuinitas nouem mensibus requie-
uit, iuxta illud. Venter tuus eburneus, distinctus sap- Can. 5.
phyris. Ille inquam venter de quo Luca ait. Beatus ve- Luc. 11.
ter qui te portauit &c. Qui vtique fuit eburneus ven-
ter vel Thronus, quantum ad extinctionem fomitis &
concupiscentię, tam originalis quam actualis, & quo ad
priuilegium continentiæ singularis. Item sunt Throni
gemmei, varijs scilicet gemmis & lapidibus preciosis in
signiti, quantum ad mentis constantiam & patientię sit
mitatem, vnde dicitur in Ezechie. Similitudo Throni
quasi aspectus sapphyri. et in Apoc. Sedes erat posita in
cœlo, & super sedem sedens; & aspectus eius quasi aspe Eze. 1.
ctus lapidis smaragdi. Sapphyrus est solidus lapis cęle Apoc. 4.
stis & aurei coloris, & significat illos qui firmi sunt, &
stabiles contra extrinsecas mundi tribulationes, & hoc
ob spem a terrorum & bonorum cœlestium futuro-
rum, sicut fecit Eleazarus, qui dixit. Domine tu scis qa
cum a morte possem liberari, duros corporis sustineo 2. Mac. 6.
cruciatus, secundum aliam vero translationem, propter
timorem tuum hæc libenter patiar. Smaragdus vero q
lapis est mundus, & cõtra impetuosum sanguinis fluxũ
vtilis, significat illos, qui in amore castitatis roborati in
natas reprimũt in se corporis passiones, sicut fecit Apo
stolus quando dixit: Castigo corpus meum, & in serui 1. Cor. 9.
tutem redigo, &c. Iaspis vero, qui est gemma fugãs fan
tasmata, illos significat, qui tentationes dæmonum supe
rant,

rani,& ipso phantasticas vincunt illusiones & declinãt,
e.Cor.2. sicut Apostolus qui dixit. Nõ ignoramus cogitationes
eius,&cætera. Et talibus gemmis, id est viris solidis in
fide & opere virtuosis, præparat Dominus Thronum
suum,sicut dicitur de Hierusalem cęlesti, Thron⁹ Dei
Matth. 5. dicebatur in Mat.& in Tob. Ex sapphyro& smaragdo
Tob. 13. ædificabitur & ex lapide precioso, &c. Itẽ Throni sunt
nubei,per compassionem & pietatem,in quibus Domi
nus residens,velut de quibusdam nubibus pluens, per
Eccl. 35. ipsas subuenit miserijs afflictorum,& in Eccle. Specio-
sa est Dei misericordia in tempore tribulationis, quasi
Prou. 20. nubes pluuia in tempore siccitatis;& in Prouerb. Mise
ricordia & veritas custodiũt regem,& roborabitur cle
mentia Thron⁹ eius:De hoc Throno dicitur in Eccle-
Eccl. 24. siastico;Thronus meus in columna nubis. Item iusti di
cuntur Throni Domini, sed quasi aurei incorruptibi-
lem iustitiam,& inflexibilem ęquitatem,nam aurum in
corruptibile est & vix flexibile,sic iustitia,de qua in Sa
Sap.1.et 5. pien. Iustitia perpetua est,& immortalis,&cętera. Et in
eadem;Iusti in perpetuum viuent, & ideo in eis velut
Esther.15. in Throno aureo firmo & solido,Dominus requiescit,
sicut Assuerus qui in Throno aureo & in solio regni
Prou. 25. sui residebat;& in Prouer. Aufer iniquitatem & impie
tatem de vultu regis,& firmabitur. Possunt etiam dici
iusti Throni syderei siue stellei,& hoc per tranquillita
tem conscientię,& perfectam cordis humilitatem,nam
quanto hominis conscientia humiliando se magis indi
gnum reputat,tanto circa cœlestia obtinenda amplius
se coaptat,& ad Deum in se suscipiendum tanto est ha
bilior, quanto in sui consideratione humilior iudica-
Psal. 88. tur,ideo dicit Psal. Thronus eius sicut sol in conspectu
meo,& sicut luna perfecta,&cætera. Sol quidem & lu
na computantur inter sydera, quæ quamuis corporali
dimensione & virtuali effectu & operatione sint maxi
ma,tamen minima secundum sensus aspectum iudican
tur. Et hoc humilibus congruit, qui quanto in mundo
Sapien. 5. minus reputantur, tanto sunt maiores,iuxta illud Sap.
Habuimus eos in derisum,& in similitudinem impro-
perij,& finem illorum sine honore, & ecce quomodo
computati sunt inter filios Dei,&c. Sãcti itaq; viri, qui
tam multiplici causa Dei dicuntur Throni,Angelis ter
tij ordinis comparantur,propter altissimæ paupertatis
professionem. Nam illud reputamus altius, quod est a
Matth. 5. centro remotius. Tales sunt pauperes spiritu, quorum
est regnum cęlorum. Qui cum terrenis nihil commune
possident,& ideo superiorem in cœlestibus locum ha-
2.Cor.8. bẽt,sicut dicit Apostolus. Altissima eorum paupertas,
abundauit in diuitias simplicitatis eorum, &cæt. Alta
quidem est paupertas,quæ tollit superflua, altior quæ
distribuit & licita & permissa,sed altissima sibi subtra-
hit etiam necessaria,sicut illa vidua,quæ in gazophila-
Marc. 12. tio de suis necessarijs duo dedit minuta. Alt⁹ est igitur
pauper spiritu superflua abijciens,sicut Abraham, qui
Gen. 14. dixit Iuro tibi,&cætera. Altior vero a licitis abstinens,
2.Reg.23. sicut Dauid,qui abstinuit ab aqua quando sitiuit. Sed
altissimus est,ea quę videntur necessaria non admittẽs,
Isa. 58. iuxta illud Isa. Sustollam te super altitudinem terræ, &
cibabo te hæreditate Iacob patris tui,&cęt. Item Thro
ni Angeli sunt compacti, id est conuenienter aptati &
coniuncti,quia mutuæ charitatis iuncturam aliqua re-
laxante iniuria non deserunt,sed secundum naturæ suę
et gratię capacitatem Deum superuenientem aptissime
recipiunt,& receptum de se vlterius non repellunt. Et
hoc conuenit sanctis viris & perfectis,vt sint compacti
sicut Throni,per mutuæ charitatis & affectionis indis
solubilem compaginationẽ,sed in omnibus se Deo co-
aptantes,sibi in suis affectibus immutabilem præparẽt
Eph. 4. mansionem, Vnde Paul. Crescamus in charitate, in illo
qui est caput,ex quo totum corpus ipsi cõpactum est,
& connexum per omnem iuncturam,&cætera. Nam
in illis qui sunt vniti,et compacti in charitate,sine om-
ni scissura et affectionis separabilitate, De⁹ pacis requie
scit, etcætera. Item ab omni ignominiosa subiectione
sunt liberi,quantum ad omnimodam seruitutis peccati
euacuationem. Nam Throni quamuis Deo sint subdi-
ti,non tamen seruiliter sunt oppressi,et tãto magis sunt
liberi,quãto ei magis sunt subiecti,cui seruire est regna
re,etcætera. Seruitus itaq; nimis ignominiosa et turpis
est peccare,nam qui facit peccatum,seruus est peccati,
vt dicit Saluator. Deo vero subijci,et eius iussis obtem Ioan.8.
perare,summa est libertas, et iam cum CHRISTO
in spiritu cõregnare. Et ad Rom. Liberati a peccato,ser Rom. 6.
ui facti estis iustitiæ,etc. Veri ergo serui sunt, in quorũ Rom. ibi.
mentibus per malitiam regnat Diabolus,sed vere liberi
sunt,quorum corda per gratiam inhabitat Deus. Item
sunt deiferi,per legis diuinæ voluntariam supportatio-
nem,nam tunc Deum ferre dicimur, quando fidei suæ
præceptis voluntarie subijcimur,ideo ait Apostо. Glo 1.Cor.6.
rificate,et portate Deũ in corde et corpore vestro. Tan
quam ergo Throni Deum ferimus,quando præcepto-
rum suorum onera comportamus, et in Cantic. Fercu- Cant. 3.
lum fecit sibi Salomon,etc. Item diuini superaduentus
sunt susceptiui,et hoc per omnimodam voluntatis cum
Deo conformationim. Nam ad illos sine obstaculo p-
uenit,vbi contradictionem voluntatis improbe non a-
gnoscit,et ideo Thronum cordis oportet disponere, et
aptare,si ipsum in nobis voluerimus habitare,quia legi
in lib. Sapien. Non habitabit in corpore subdito pecca- Sap. 1.
tis,et ideo sola domus est cordis præparanda et ornan-
da,ne forsitan ad nos declinans recedat,eo quòd Thro
num vel sedem paratam non inueniat, in figuram hui⁹
dicitur in quarto Regum, vir Dei sanctus est iste qui 4.Regũ 4.
transit per nos,faciamus ergo ei cęnaculum, et ponam⁹
in eo lectulum,mensam,et sellam, et candelabrum, vt
cum venerit,maneat apud nos,etc. Item Throni Ange
lici ab omni extremitate sunt remoti,qa ei qui sine fine
et principio est,in quo non est reperire extremitatem,
immediate sunt coniuncti, et hoc refertur ad virtutis
meditationem,siue virtutis existentis in medio electio
nem, quam viri sancti Angelorum exemplo eligunt, et
ab extremitate vitiorum se subtrahẽtes, ad virtutis me
dium tendunt, et bonis æternis, quæ sine extremitate
sunt,per virtutis opera se coniungunt. In medio se tenẽ
do proficiunt, qui per fidem et charitatem mediatori
Dei et hominum adhærendo, ab ipso per voluntatis di
screpantiam non recedunt. In medio se tenent,qui om-
nibus,indifferenter sine acceptione personæ in iustitia
exhibent,dicitur.n.in lib. Paral. Non est apud Deũ ini- 2.Para. 19.
quitas,neq; personarum acceptio,nec cupido munerũ,
etc. et in Prou. Accipere personam impij in iudicio,non Proue.18.
est bonum,etcætera. hi medium non tenẽt,sed ad extre
mitatem tendunt,et ideo Throni Dei non sunt. et ite-
rum. Multi colunt personam potentis,et amici sunt mu Prou. 19.
nera tribuentis,et Isa. Corruit in platea veritas,et causa Isa. 59.
pauperis non potuit ingredi ad eos. Boni vero et electi
ideo Throni Dei sunt,quia pauperibus sicut diuitibus
æqualiter se exponunt,vnde dicitur in Prou. Qui in ve Prou. 29.
ritate iudicat pauperes,Thronus eius in ęternum firma
bitur,etcætera. Item Throni Angelici, Deo præsidenti
non coacte,sed spontaneè sunt subiecti, et ideo eorum
ministerium potius est fœlicitatis,quàm necessitatis, et
hoc refertur ad voluntariam electorum obedientiæ su-
biectionem. Coacta.n.seruitia Deo non placent. Vnde 2.Cori. 9.
Pau. Non ex necessitate,sed ex hilaritate,etcætera. et in Psalm. 53.
Psalm. Voluntarie sacrificabo tibi,etcæt. et in Exo. Ob Exod. 35.
tulerunt mente promptissima et deuota primitias Do-
mino,etcætera. In corde itaq; deuoto, et ex deuotione
ad obediendum prompto, Dominus suauiter velut in

Throno

Luc. 3. Trono requieuit. In cuius rei figuram Spiritussanctus sicut columba descendit, & requieuit super caput Domini, quando Ioanni voluntarie subditus, ab ipso voluit
Ioan. 3. baptizari, ait enim Ioan. Vidi spiritum quasi columbā de cœlo descendentem, & manentem super eum, &cęt. Patet itaq; ex prędictis, quia in viris sanctis & religiosis ille triplex ordo celestis, per quandam assimilationem configuratur, ex quibus conuincitur, quod subsequentis hierarchiæ triplex ordo, in bonis rectoribus prelatis per quandam expressam similitudinem reperitur. Nam media hierarchia continet dominationes, virtutes, & potestates secundum Dionysij ordinationem. Nam dominationes vsum dominandi edocent, virtutes vigorem conformandi se Deo inferioribus viriliter exhibent, potestates malitiam aduersariorum cohibent at que arcent. Istis tribus angelorum ordinibus, quorum nomina sonant in dominium, virtutem, & potestatem, omnis prælationis auctoritas correspondet. Nam omnis prælatio est propter tria principaliter a Domino ordinata, quia per ipsos vult Deus homines per fidem veritatis, & mores sanctitatis, ad Dei similitudinem reformare, vel lites rescindere, ac discordes ad concordiam reuocare, aut coercere rebelles, & malitiam reformare. Ad morum disciplinam & correctionem est instituta dignitas sacerdotalis, ad reformandam concordiam inter homines, & pacem conseruandam, ordinata est auctoritas iudiciaria ad malitiam coercendam, concessa est potestas secularis, imperialis. f. & regalis. Prima auctoritas est pure spiritualis, tertia est pure temporalis, sed media est mediocris. f. partim spiritualis, partim temporalis. Illi igitur qui præeminent in ministerio pontificali, siue sacerdotali, assimilantur ordini Dominationum. Qui vero ex officio præcellunt in auctoritate iudiciali, conformitatem habent cum ordine virtutū. Sed qui alios transcendunt in potentia seculari, configurantur ordini Potestatum, de quibus per ordinem aliqua sunt breuiter in medium proferenda.

Secunda pars in qua tractatur de tribus ordinibus secundæ Hierarchiæ.

Dominationes itaque dicuntur Angeli primi ordinis mediæ hierarchiæ. Sic autem secundum Isido. nuncupantur, quia inferioribus Angelis dominantes, eos instruunt & informant, qualiter in prælationis officio debeant subditos ad deificam similitudinem reuocare, & sine tyrannide subditorū facta liberaliter ordinare. Vnde dicit Dion. Nominatio dominationum absolutam & liberam anagogen absque vlla tyrannica dissimilitudine, liberaliter seuerā, & ab omni subiectione ignominiosa remotā declarat, quasi dicat. Sicut per anagogen, id est ꝑ excellentiā vniuersalē, supra alios Angelos sine subiectiōne eleuantur, ita per nullam tyrannidem ad depressionem aliorum inclinantur, quorum dominatio & liberalis est & seuera, liberalis in benignitate, seuera in potestate, & hoc proprie cōuenit prelatis, qui in spiritualibus singulariter dominantur, sicut sacerdotibus & Episcopis, qui in spirituali officio iudicantur omnibus digniores. Dicuntur itaq; illi qui præsunt pure in spiritualibus dominationes, quia verum dominium est, quando superantur vitia, ac virtuosa opera in regno animæ, siue Ecclesiæ dominantur, non autē possunt extirpari mala, vt bona efficaciter dominentur, nisi per prælatorum ministerium, quib. eœlitus collata est auctoritas, vt per ipsorū officium & sacramentorum mysterium euacuentur vitia, & mores in hominibus corrigantur, & sic subditorum mentes per morum disciplinam ad deiformem similitudinem reformentur. Et ideo apud prælatos animarum istius dominationis auctoritas à Domino est relicta, vt ipsis cooperantibus, peccati seruitus penitus auferatur, & vera libertas spiritus, electis mentibus per ipsorum ministerium conferatur, vnde dicitur in libr. Sap. In sapientia tua constituisti hominem, vt domina- Sap. 9. retur creaturæ tuę, quæ a te facta est, vt disponat orbē terræ in æquitate, & in directione cordis & in iustitia, & cæter. quasi dicat, ideo dominium homini super hominem contulisti, vt cor auersi hominis per iustitiā, mediante iustitia, ad Deum iterato dirigatur. Recognoscant igitur Pontifices Christi ac sacerdotes, quod a dominatore vniuersæ terræ receperunt supremum dominium, & a diebus seculi, non solum hominibus, immo & angelicis spiritibus penitus inauditum, quia vt dicit Ber. nec regibus, nec seculi huius potestatibus, legitur attributum, vt illud conficiat quotidie cōsecratus in sacerdotem in altari, quod Dei filius diuinitatis virtute perfecit in cœna paschali, vbi fuit remunerans & munus, cibans & cibus, conuiua & conuiuium, offerens & oblatum. Istud donum prælatis est collatum, nō ad turpem quæstum extorquendum, nec ad superbiendum, vel subditos qualitercunque opprimendum, sed potius ad veræ libertatis statum, per sacerdotum officium & sacramentorum mysterium reducendum, & hoc dicit Zacha. Sedebit, & dominabitur, & erit sacerdos in solio suo, & erit consilium pacis inter eos, & erunt coronæ memoriales in templo domini. Dicūtur igitur Christi sacerdotes dominationes, non quia debent dominari in clero vt superbiant, sed vt formam gregi ex animo se ostendant, & ad angelorum cōformitatem, verbo & exemplo promoueant subditos, et adducant, iuxta illud Petri, non vt dominantes in clero, &c. Illi igitur qui plenam in spiritualibus a Domino receperunt auctoritatem, non immerito, dominationibus conformantur, & hoc præcipue propter illa, quæ appropriata de istis Angelis recitantur. Primo propter clericalis auctoritatis libertatem, nam in hoc istorum Angelorum dignitas cōsistit, quòd nullius pedestris subiectionis oppressione oppressa sit, vt dicit Dionysius, & hoc quidem clero cōuenit, qui libertatem non modicam, laicis omnino & pedestribus incomparabilem, a Domino recipere meruit, vt dici possit illud Psal. Non fecit taliter omni nationi. Vnde omnium iumentorum, & reptilium, & etiam volatilium dominatio, est vniuersaliter clericis & viris spiritualibus attributa, vt dicitur in Gen. Dominamini piscibus & volucribus, &c. & in Deut. Dominabe ris omnibus nationibus, & nullus tibi dominabitur. Item secundo propter præsidendi modum, & dominandi qualitatem, nam Angeli illius ordinis sic inferiorib' præsunt, q nullam tyrannicam violentiam illis qui sibi subiecti sunt inferunt, sed simpliciter eis in omnibus cō descendunt, quod vtiq; clericis conuenit, vt taliter se habeant circa laicos, q eorum vita videatur habere cō formitatem ad Angelos supradictos. Item tertio, ꝑpter ipsorum clericorum cęlestem intentionem, siue intētionis puritatem, nam isti Angeli dicuntur a Dionysio sursum actiui, quia conuersi ex suo ordine, alios inferiores conuertunt, & perfecti in se alios perficiunt, & alios ex suo lumine illuminare satagunt, & intendunt, & illud manifestū est esse angelicū, vt illi qui præsunt verbo & exemplo alliciant conuertendos & perficiant perficiendos, vt sic cortina cortinam trahat, & qui audit, dicat, veni, sicut dicitur in Apoc. qualis est Dominus vel rector ciuitatis, tales sunt qui habitant in ea, &c. Item quarto propter officij clericalis necessariam liberalitatem, nam Angeli istius ordinis dicuntur liberales & seueri, quia benignitatem habent & seueritatem in liberalitate, sic & prælati ordinis ecclesiastici liberales sunt in casu necessario, pariter & seueri. Liberales quidem & benigni, circa humiles & prouidentes, duri vero circa reprobos & re-

Consecratus sacerdos quotidie cōficit, id quod p fecit Christus in cęna.

Zach. 6.

1. Pet. 5.

Psal. 147.

Gen. 1.

Deut. 15.

Apoc. vlt.

& rebelles,quia quos non possunt censura ecclesiastica
reducere ad veritatem vitæ per benignitatem, nituntur
reducere per seueritatem , sic legitur Apostolus fecisse
1.ad Ti.4. ad Titum & Timot.cum dixit.Increpa obsecra, &cæte
ra.Item quinto propter quandam vitæ & morum secu
larium disparitatem,quia sicut dicuntur Angeli Domi
nationum,omni scilicet dissimilitudine segregati , quia
nihil indecens,nihil inhonestum diuinæ similitudini cō
trarium,in Angelis illius ordinis inuenitur, & hoc vti-
que angelicę puritati consonum est,vt qui alios tangūt,
& alijs corrigendo dominantur,non subiaceant vitijs,
quibus verborum morsibus aduersantur,sicut faciunt
Rom. 2. illi,qui prædicant non furandum,furantur,& qui dicūt
non mœchandum,mœchantur, vt dicit Apostolus , de
Isa. 28 quibus etiam,Isa.Audite illusores,qui dominamini su-
per populum meum. Tales sunt hypocritæ , qui multa
dicunt & imponunt alijs , & suum digitum non appo-
nunt,qui vtiq; illusores sunt,quia decipiunt quibus a-
Isa. 3. dulentur iuxta illud Isa. Popule meus , qui te beatum
dicunt,&cæt.Item sexto, propter status potestatum do
minabilitatem,nam illi veri sunt Domini, qui ita domi
nantur alijs,q̄ sunt etiam Domini propriæ voluntatis,
sicut de istis Angelis dicit Dionysius,quòd sunt veram
dominationem indesinenter desiderantes,quod vtique
istis congruit,qui ita alijs præsunt, quòd propriæ con-
scientiæ dominium non omittunt, de quibus dicitur in
Prou. 16. Prouerb.Melior est patiens viro forti , & qui domina-
tur,&cætera. Nequaquam. n. sunt reputandi domina-
Gen.4. tores hominum aliorum, qui serui sunt vitiorum,dici-
tur in Genes.Sub te erit appetitus tuus,& tu dominabe
Ibid.3. ris illius,& alibi.Sub potestate viri eris,& ipse domina-
bitur tui.Item septimo,propter fixam & stabilem affe-
ctus immutabilitatem , sicut dicitur de Dominationi-
bus,& ad nullum vane apparens,sed ad vere existens to
taliter sunt conuersi,quia ad nullum inane, & transito-
rium se conuertunt,sed semper illū,qui verus est, Deū,
scilicet aspiciunt , & sibi in omnibus placere concupi
scunt.Non igitur clericis cōuenit vanitates & insanias
mundi falsas aspicere,qui dominatori vero semper de-
Tob.4. bent assistere,& dominatorum, vel dominationum no
men,vel officium se æstimant obtinere,ideo dicit Tob.
Nunquam in tuo sensu superbiam dominari permitte,
& cęt.Patet igitur,quòd dignitas clericalis quę in sua ra
dice considerata,est penitus spiritualis,merito est con-
sona ordini dominationis,quæ sic pręcedit alios inferio
res ordines,quòd illos illuminat,perficit,& purgat , &
tamen ab illis non illuminatur,nec perficitur , nec pur-
gatur,quia sicut spiritus dignitate, & officio præcellit
corpus,sic potestas spiritualis dignior est quam secula
ris,& ideo bene sortitur nomen dominationis.Vnde re
1.Pet. 2. galis potestas subiacet potestati,& auctorita i spiritua-
li,sicut in prima Canoni.Petr.dic.Vos estis gēs sancta,
regale sacerdotium, &c.nam temporale regnum velut
quoddam adiectum,subiacet sacerdotio in nouo testa-
Exo. 19. mento,sed in veteri testamento,sacerdotium subfuit re
gno.Vnde dicitur in Exod.Elegi vos in populum pecu
liarem,in sacerdotale regnum,&cæt.vbi regnum poni-
tur substantiue,sed sacerdotium adiectiue,et ideo reges
tunc poterant amouere ab officio summos sacerdotes,
3.Reg.2. sicut Salomon amouit Abyathar.Iam vero possunt sa-
In lege ve- cerdotes & pontifices ex causa amouere reges, & depo
teri reges nere Imperatores,sicut sæpius accidit & visum est quā
deponere do.s.eorum malitia hoc exigit,& reipublicæ necessitas
poterit sa sic requirit , summus vero pontifex penes quem prima
cerdotes , in terris residet auctoritas,non a rege,non a principe sæ
sed ī noua, culari,non ab homine iudicatur , sed soli⁹ Dei iudicio
vice versa. reseruatur.Spiritualis.n.homo iudicat omnia & a nemi
1. Cor. 2. ne,nisi a solo deo iudicatur. Sed vt possint tales perso-
næ liberius spiritualibus vacare,vt nunc per verbi vitæ
prędicationem,nunc vero per sacramētorum ministra-
tionem populum sibi subditum ad deiformem similitu
dinem reformare,necesse fuit,alios assumere in partem
solicitudinis,qui in diuersis negotijs & causis eis assi-
sterent,et onus eorum supportarent,temporalia.n.ipsa
lib. sunt annexa,& de facili spirituale officium impedi-
rent,nisi causas & lites ex temporalibus orientes,aliqui
per iustitiam deciderent,& definirēt, ideo dixit Iethro
ad Moysen.Vltra vires est negociū,solus sustinere non Exo. 18.
poteris,esto tu populo in his quæ ad Deum pertinent,
vt referas quę dicuntur ad Deum,ostendasque cęremo
nias,& ritum colendi Deum,viamq; per quam ingredi
debeant,& opus quod facere debeant.Prouide ergo vi
ros potentes & timentes Deum,in quibus sit veritas &
oderint auaritiam,& constitue ex eis qui iudicēt popu
lum in omni tempore , leuiusq; tibi sit partito in alios
onere.Et tales sunt decani , præpositi , archidiaconi,&
quicunq; iudices,siue ordinarij siue delegati , qui lites
sopiunt & decidentes causas,discordes ad concordiā re
uocant,& reducunt,& tales sua officia prouide,& viri-
liter exequentes,conformitatem habēt cum ordine vir
tutum,qui sequitur ordinem dominationum,nam sine
virtute non potest tale expediri officium.

*De virtutibus quæ sunt secundi ordinis secun-
da Hierarchia.*

VIrtutes itaque dicuntur Angeli secundi ordinis
mediæ hierarchiæ,qui sic vocantur(vt dicit Dio
nysi.) propter fortem & immutabilem virilita-
tem,ad susceptionem diuinarum illuminationum,nulla
tenus infirmam sed viriliter in Dei imitationem redu-
ctam,deiformem motum non derelinquentem,sed fir-
miter ferentem in se superessentialem , & potentificam
virtutem deiformiter prouenientem.Hæc omnia figu
ratiue intellecta,sunt ad illos, qui iudicandi recipiunt
potestatem,referenda,nam vt pax & cōcordia in Chri-
sti Ecclesia habeatur , iustitia a Domino est ordinata .
Iustitia enim & pax se inuicem concomitantur,nam di
cit Psalm.Suscipiant montes pacem populo,& colles iu Psalm.71
stitiam,quia non esset pax in montibus,id est in super-
bis hominibus,nisi esset iustitia in collibus,id est in bo
nis,& humilibus prælatis ac iudicibus,in quibus virili
tas siue virtuositas angelica requiritur, vt nec benedi-
ctione,nec maledictione a rectitudine iustitiæ mouean
tur,sicut de Dauid de quo in secundo Reg.Tu autem 2.Reg.14.
Domine mi rex es sicut Angelus Dei, qui nec maledi-
ctione,nec benedictione mouetur.Fortis igitur, & viri
lis debet esse iudex,ne timore,odio,vel amore a vigore
iustitię deflectatur,ideo datur consilium in Ecclesiasti Eccl. 7.
co;Noli quærere fieri iudex,nisi virtute valeas irrūpe-
re iniquitates,ne forte expauescas faciem potētis, & in
Sapien.Audire reges & iudices qui iudicatis terram,vo Sap.6.
bis data est virtus ab altissimo,&cęt.& iterū,in Eccle- Eccl. 44.
siastico.Homines diuites in virtute, pulchritudinis stu
dium habentes,pacificantes in domibus suis.Sunt igi-
tur virtutes quoad virilem iustitiæ executionem,vt di-
citur in Psal.Viriliter agite.Item propter virtuosam iu- Psal. 30.
stitię defensionem,nā dicitur in Eccle.pro iustitia ago-
nizare,& vsq; ad mortem certa pro iustitia,&c. Nā qū Eccl. 4.
subditi vident prælatos pusillanimes,& tepidos, de fa-
cili perterrentur,vt dicitur in Zacha.Percutiam pasto-
rem,&c.Hieron.Hūc scito nullum esse Christianum, Zach. 13.
qui nec metuit,nec concupiscit , ideo dicitur in Ezech.
Vt adamantem & silicem posuit te,ne timeas eos , &c. Eze. 3.
In silice duro,& adamāte solido,& omnis ferri attracti
uo,significatur iudicis constantia,& fortitudo,cui sem
per associanda est patientiæ mansuetudo, quę quando-
que attrahit etiam in malitia obstinatos, viriliter igitur
dicuntur viri angelici virtutum cœlestium imitatores
esse.

Digitized by Google

Ezech. 23. esse iustitiæ ꝓpugnatores, ne dici possit illud Ezec. Nõ
ascendistis ex aduerso nec opposuistis, vos &c. Itẽ virtu
tibus cęli comparantur, propter diuinæ sapientiæ imi-
tationem, quam semper debent iudices in suis sentẽtijs
præ oculis retinere. Humana enim iustitia diuinam de-
bet prout est possibile imitari, & ne erret per ignoran-
Sapien. 6. tiã diuino lumine illustrari, ideo dicitur in lib. Sap. Dili
gite lumen sapientię qui pręestis populis, &c. ne dicatur
Hiere. 5. illud Hiere. Forsitan pauperes & stulti ignorant viam
Isa. 56. Domini, & iudicium Dei sui. Ibo igitur, &c. & Isa. ne-
scierunt saturitatem, ipsi pastores ignorauerunt intelli-
gentiam, & ideo dicitur de virtutibus, ꝙ viriliter per su
sceptionem illuminationum reducuntur ad Dei imita-
Psalm. 88. tionem. Nam qui à Deo illuminantur, sine offendiculo
ipsius iustitiã exequuntur, & hoc est quod dicit Psalm.
Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in iusti-
tia tua exaltabuntur. Item propter celerem causę paupe
rum determinationem, nam vera iustitia cum fuerit no
ta iudici, non ab executione retardanda, immo statim
definienda, & promulganda, & hoc præcipue in causis
pauperum, quarum dilatatio eis multipliciter est noci-
ua, & ideo dicitur, ꝙ virtutes deiformem motum non
derelinquunt, quia virtuosi iudices cognita causa pau-
Eccl. 23. peris iudicare non differunt, sicut nec Deus de quo di-
citur; Dominus non elongabit, sed iudicabit iustos, &
faciet iudicium, & fortissimus non habebit in illis patiẽ
tiam, & cætera. Nam sine moræ dispendio sunt innocen
tes absoluendi, rei vero puniẽdi. Item per voluntariam
auaritiæ fugam, & munerum declinationem, nam mu-
nerum cupiditas, multum solet eneruare vires iudicio-
Exod. 23. rum, ideo præcipitur in Exod. Non accipies munera,
Deut. 16. quæ excæcant etiam prudentes, & subuertunt verba iu
storum, & in Deut. Non accipies personam neq; mune
ra, quia excæcant, & cæt. & ideo eis congruit, quod di-
citur de virtutibus quòd ad pontificiam & superessen-
tialem virtutem perueniunt, id est in suis motibus, &
operibus, solum Deum & non proprium commodum
attendunt, sic virtuosi iudices & prælati nihil faciunt
propter lucrum, sed omnia peragunt propter Deum,
2. Para. 19. quia non hominum est iudicium, sed diuinum, vt patet
in 2. Paralip. Videte (inquit enim) quid faciatis, non
n. hominum exercetis iudicium, sed Dei, &c. Item pro-
pter celerem & virilem oppressorum liberationem, nã
iudex virtuosus innocenter oppressos viriliter eripit, &
facienti iniuriam, totis viribus se opponit. Prælati enim
& iudices Angeli sunt, & Angelorum officium gerunt,
quorum ministerium est dæmones coercere a violen-
tia, & ab obsessis corporibus viriliter remouere, iuxta
Tobie. 8. illud Tob. apprehendit Raphael Dæmonium, &c. & in
Danie. 7. Dan. Misit Deus Angelum suum, & conclusit ora leo-
num, &c. Tanquam dæmones sunt crudeles impij ty-
ranni, innocẽtum & pauperum oppressores, de quibus
Isa. 19. Isa. Dabo eos in manus dominorum crudelium, &c. &
Hiere. 6. Hier. Crudelis est, & non miserebitur, & ideo virtuosũ
est talium insolentiam reprimere, & vi oppressos per iu
Prou. 24. stitiam liberare, & in Proue. Erue eos qui ducuntur ad
Iob. 29. mortem, quòd si dixeris vires mihi non suppetũt, & cæ
tera. & Iob. Eo quòd liberassem pauperem vociferan-
tem, & pupillum cui non erat adiutor, conterebam mo
las Iniqui, & de faucibus illius, & cętera. & in primo Re
1. Reg. 17. gum. Pascebat seruus tuus gregẽ patris sui, & veniebat
leo vel vrsus, & tollebat arietẽ de grege, & persequebar
illos, & percutiebam, & eruebam de ore eorum, &c. &
Isa. 1. ideo dicitur in Isa. Iudicate pupillo, subuenite oppresso.
Item propter alienæ famæ, vel pecuniæ ablatæ, & debi-
tæ, vel subtractæ plenariam restitutionem, & in hoc as-
similatur eorum officium ministerio virtutum, quia p
Angelos illius ordinis fiunt miracula & membra cor-
poris a suis vsibus depauperata, & deprauata, in statum
pristinum restaurantur. Et hoc conuenit iudicibus &
prælatis, famam proximi iniuste læsam, & possessionẽ,
vel pecuniam vi ablatam, integre restaurare per senten
tiam, & ipsos læsores ad satisfactionem compellere, &
emendam. Et hoc figuratur in lib. Reg. Eruit Dauid 1. Reg. 30.
omnia quæ tulerant Amalechitæ, nec defuit quicquam
de spolijs, sed omnia quæcunq; rapuerant retulit, & re-
duxit, & alibi. Ouem reddet in quadruplum, &c. Sic Sa 2. Reg. 12.
lomon, audita causa duarum mulierũ super raptu pue- 3. Reg. 3.
ri, reddidit infantem matri suæ. Et tantum de Ecclesia
sticis.

De potestatibus, quæ tertij ordinis secundæ Hierarchiæ sunt.

SIcut autem prælati spirituales, & iudices in suis of- Principes
ficijs conformitatem habent ad Dominationes, & seculares
virtutes; sic reges, & principes seculares celestes de potestati-
bent imitari potestates, nam potestates dicuntur Ange bus cõpa-
li, quorum potentia speciali aduersæ potestates coercen rantur.
tur, ne tantum lædant, quantum desiderant. Vnde dicit
Dionysi. Sanctarum potestatum cognominatio, docet
potentem, et bene ornatam, et inconfusam circa diui-
nas susceptiones ordinationem, non tyrannice inferio-
ra virtute potestatiua præcipitantem, sed potenter in di
uina reducentem, & ad potentificam causalem poten-
tiam (quantum fas est) assimilãtem, et ad Deũ qui prin
ceps est omnis potestatis, secundũ hierarchicam dispo
sitionem inferiora conuertentẽ, diuinã, & lucentẽ potẽ
tiam in inferiorib. resplendere facientem &c. Vnde An
geli illius ordinis, refrenant, & coercent omnes, hierar-
chicam prælationis & subiectionis ordinationem im-
pedientes. Vnde prælationis potestatem a subditis con
temni non permittunt, & subditos per violẽtiam ab ini
quis dominis opprimi non sinunt, immo omni iniurię
illorum, & illorum obuiant potentissime, et resistunt.
In his omnino debent reges & principes sæculares, san
ctas, & cęlestes intueri potestates, scilicet vt sapienter re
gant, ordinate viuant, & potenter malum reprimant &
vindicent, innocentibus parcant, & iniuriam fieri perso
nis miseris non permittant, vt etiam de suscepta potesta
te non superbiant, sed potius humilibus condescendãt.
Istæ conditiones in habentibus potestatem requirun-
tur, quia huiusmodi reges et principes a Deo recepisse
potestatem huiusmodi dinoscũtur. Ordinata igitur erit
potestas sæcularis, secundum similitudinem & cęlestiũ
potestatum disposita, si in potestate cõstituti fuerint sa
pientes, s. non secundum voluntatis impetum, sed secun
dum rationis gubernaculum in singulis procedentes,
sicut dicitur in Prouerb. Audiens sapiens, sapiẽtior erit Prouer. 1.
& intelligens gubernacula possidebit, ideo Salomon in
principio regni sui petiuit sapientiam, dicens. Domine
Deus tu me fecisti regnare pro patre meo, & ego sum 3. Reg 3.
puer paruulus, ignorans egressum, & introitum meum.
Da ergo seruo tuo cor docile, vt possit Iudicare popu-
lum tuum, & discernere inter bonum & malum, etcæt.
Sicut enim nec in spirituali iurisdictione, sic nec in tem
porali, sine sapientia, & discretione est agendum, ideo
præcipitur in Deuter. Cum sederit Rex in folio regni Deut. 17.
sui, faciet sibi describi Deuteronomij verba, & accipiat
exemplar a sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit se
cum, &c. Ideo prouectæ ætatis homines & senes, sole-
bant eligi in principes & in reges, quia non in pueris, 3. Reg. 12.
sed in antiquis sapientia reperitur, propter hoc Ro-
boam perdidit regnum, quia iuuenis existens, derelicto
consilio seniorum, iuuenum consilio acquieuit, ideo di Eccl. 10.
cit Eccles. Væ terræ cuius rex est puer, etc. Item similes
sunt potestatibus cęlestibus, si ornati motibus, et vitã
bonam et innocentem subditis ostendant. Nihil enim
prodest vestiri purpura, diademate insigniri, gemmis lu
centibus

principem totaliter conuersiui,& ordinationis eius manifeste ostensiui,&cęt. Istis igitur Angelis similes sunt vere obedientes,per voluntariæ rei impetratæ adimpletionem,vt scilicet sicut desiderant sibi præesse sine tyrannide & oppressione,ita libenti animo, pro bono obedientiæ sciant & velint subesse,sine rebellione animi & voluntatis contradictione: nam sicut tyrannica superiorum oppressio prælationis iura violat,ita subditorum insolentia obedietiæ principatum destruit & eneruat. Qui ergo suis maioribus humiliter obtemperant, per donum reuerentiæ in se principatuum ordinem repræsentant, vnde dicitur in libro Iudi. Principes Israel, (Iud. 5.) qui volútarie vos obtulistis discrimini, benedicite Domino, &c. Item secundo per debitam reuerentiæ exhibitionem,quia cui honorem,honorem,cui timorem,timoré.vt dicit Apostolus, in flexione in assurrectione, & vt dicitur in Leui. Coram cano capite surge, &c. De his omnibus dicitur in libro Iob. Senes assurgentes stabant,principes cessabant loqui,& digitum superponebant ori suo,vocem suam cohibebant duces, &c. (Rom. 13. Leui. 19. Iob. 29.) Item tertio per humilem diuinæ potestatis recognitionem, quia dum suis superioribus obediunt, Dei potestatem in illis quibus obtemperant recognoscunt,vnde homini non obediunt,sed potius Deo,quem in homine considerant,& attendunt. (Exemplú de Alexandro Magno notabile.) Vnde Alexander Macedo redargutus a suis principibus, quòd summum sacerdotem Iudæorum,sicut principem adorasset, respondit, quia non hominem adorasset, sed Deum in homine,qui sibi in tali effigie in somnis apparuisset,& totius orbis principatum sibi promisisset. Et ideo non est attendendus homo qui præcipit & imperat,sed Deus qui principientium corda inhabitat,& legem obedientiæ ipsis mediátibus præcipit & demandat. & Paul. Serui obedite Dominis vestris,non ad oculum seruientes quasi placentes hominibus,sed quod facitis,ex animo operamini sicut Domino,& non sicut hominibus,& alibi. (Colos. 3.) Non ego præcipio,sed in me Dominus,& iterum. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur CHRISTVS? (1. Cor. 7. 2. Cor. 13.) Homo igitur non est nisi organum,per quod Deus loquitur: hoc patet in Exod. vbi dicitur. Ego veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. (Exod. 19.) Et ideo non homini facit iniuriam, qui non obedit, sed Deo cuius ordinationi resistit, sicut dicit Apostolus. (Roma. 13.) Sicut ergo principatus mediantibus superioribus ordinibus, ad obediendum summo principi, donum reuerentiæ recipiunt,& idem donum ad reducendos inferiores per obedientiæ legem eis communicant, & transfundunt, sic homines qui principatibus sunt conformes,mediantibus superioribus,ad super principem omnis potestatis, scilicet ad Deum totaliter conuertuntur, & ipsius imperio humerum subijcientes, ad dignitatem principatuum & Angelorum consortium obedientiæ meritò reducuntur, vnde dicit Isa. (Isa. 9.) Factus est principatus,eius super humerum eius, &cęt. Item quartò propter libertatis veræ acquisitionem,nullus enim vere liber esse poterit,qui non secundum principatuum assimilationem,obediétiæ legibus penitus se subiecerit,nam qui vere obediens esset,omnem creaturam sibi subijcibilem inueniret, omnis enim creatura (vt dicit August.) homini obediret,si simpliciter creatoris imperio obediret, immò ipse Deus nihil penitus subtraheret ab hominis obedientia,si se non subtraheret a diuina,& hoc patet,quia quandiu antiqui suis præceptis simpliciter & præcise obediebant, etiam Deum obedire humanis iussionibus versa vicissitudine sentiebant, vt patet in Iosue. (Iosue. 10.) Non fuit post vel ante tam longa dies, obediente Deo voci hominis & pugnante pro Israel. Vnde patet, quòd qui vere est obediens,summum principem Deum sibi subijcit, & habere conformitatem cum summis principibus se ostendit. Item quinto, subditi & in subiectionis statu constituti, configurantur ordini principatuum,propter suorum superiorum modestam supportationem, quia si subditi spiritu superbiæ inflati,prælatorum officio resisterent, modis omnibus spiritualem Ecclesiæ principatum impedirent. Et ideo in officio prælationis constitutis,non est leuiter derogandum, nec eis faciliter detrahendum,quia hoc omnino contrariatur officio principatus: ideo dicit Ex. Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices,& in Prou. (Exod. 22. Prou. 16.) Verbosus dissipat principes. Et ideo sicut non decet subditum obloqui prælato,sic non expedit ipsum maiorem, de facili adhibere fidem, quando sinistra vel detractoria dicuntur de subdito seu ministro: dicitur etiam in Prouer. (Prou. 29.) Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios, &cęt. Item sextò propter expressam diuinæ dilectionis ostensionem,de principatibus enim dr, quòd sunt supersubstátialis ordinationis manifeste ostensiui, id est, ordinatæ dilectionis,nam superiores ordines,quibus mediantibus suas recipiunt illuminationes, singulari modo diligunt,& in signum amoris, inferiores Angelos ad superiorum conformitatem ordinantissime promouét & reducunt,& hoc conuenit bonis subditis,vt suis prælatis obediant,vt Domino Deo, & eisdem non ex timore,sed ex amore, reuerentiam, & honorem exhibeant,& impendant: vnde sapiens in Eccles. (Eccl. 3.) Filij sapientiæ ecclesia iustorum,& natio eorum obedientia & dilectio: & Apost. (Hebr. vlt.) Obedite præpositis vestris,& subiacete eis,ipsi .n. peruigilant quasi rónem pro aíabus vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes &c. item Eccles. (Eccl. 25.) Timor Domini,initium est dilectionis. Talis timor reuerentiæ debetur prælatis & non seruis. De quo dicitur ad eodem Apostolo. (Rom. 13.) Vis non timere potestatem, &cęt. Vnde tales qui suos diligunt prælatos,a Domino versa vice singulariter diligi promerentur: sicut etiam patet in Ecclesiast. (Eccl. 4.) Eris tu velut filius altissimi obediens,& miserebitur tui magis quam mater: & in libro Iudicum. (Iud. 5.) Anima mea diligit principes Israel, &c. Item septimò propter voluntariam correctionis susceptionem, nam qui Angelicis principatibus in vita & in moribus assimiliantur, libéter sustinent correctionem,& correcti, non ad iram vel odium prouocantur. Quicquid enim denominationes & potestates principatibus influunt, vel infundunt, hoc benigno affectu principatus recipiunt, & admittunt: nam habetur in Ecclesiast. (Eccl. 2.) Quicquid tibi applicatum fuerit accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe, &c. Nam correctio siue disciplina est animæ medicina, quæ & si ad tempus vulnus mordeat, tamen sanat; Et ideo prudens non odit medenté, immo diligit & sustinet corrigentem, ideo dicitur in Prouer. (Proue. 28.) Qui corripit hominem , gratiam postea inueniet apud eum, magis quam ille qui per linguæ blandimenta decipit, & Iob. (Iob. 5.) Increpatione Domini ne oderis, quia ipse vulnerat & medetur, &c. Ex quo patet, quòd homines aspeti & amari qui nolunt corripi, non possunt sanari, vnde dicitur iterum in Prouer. (Proue. 29.) Homo qui dura ceruice se corripientem contemnit, repentinus ei superueniet interitus, & sanitas eum non sequetur, & Amos. (Amos. 5.) Oderunt in porta corripientem, & perfecte loquentem abominati sunt, &c. Stulti sunt tales, qui obloquuntur, & murmurant contra disciplinam, dicit .n. Isa. (Isa. 32.) Stultus stulta loquetur. s. murmurando contra prælatos, & corripientibus se detrahendo. & sequitur; princeps vero, ea quę digna sunt principi cogitabit, &cęter. Quod vtiq; facit, qui cogitatum suú sic disponit, & ordinat, vt omnia velit sustinere patienter, & corrigenti non resistat. (Iob. 6.) Talis princeps fuit Iob, quando dixit.

Hęc ſit conſolatio mea , vt affligens me dolore non
parcat.

De Archangelis qui ſunt ſecundi ordi-
nis tertiæ Hierarchiæ.

IN ſubditis vero non ſolum exigitur obedientia reſpe
ctu prælati,immo & vitæ munditia,& innocentia re
ſpectu ſui.Mundos.ſ.& immaculatos ſubditos & mini
Pſal. 100. ſtros requirit Dominus:ſimiliter,& ꝓlatus , vnde Pſal.
Ambulans in via immaculata,hic mihi miniſtrabat , &
1.Reg.21. cęt.tales fuerunt pueri Dauid, vt patet primo Regum.
Si mundi ſunt pueri a mulieribus,manducent , & reſpō
dit Dauid.Continuimus nos,& vaſa puerorum ſancta
ſunt.Exigitur autem in eis triplex munditia,ſ.mundi-
Matth. 5. tia cordis,nā beati mūdo corde,&c.dr in Matt. in Pro-
Prouc.22. uer.Qui diligit cordis munditiam,&c.Itē mūditia oris
Iob. 16. in Iob.Hæc paſſus ſum abſque iniquitate , manus meæ
Iſa. 6. cū haberem mundas ad Deū preces . ideo Angelus legi
Iſa.52. tur mundaſſe labia Iſa.Item munditia corporis,de qua
Iob.8. Iſa.Mundamini qui fertis vaſa Domini, & Iob.Si mun
Tit.2. dus & rectus inceſſeris,& Paul.Vt mundaret ſibi popu
2.Cor.7. lum acceptabilem,&c.& item.Mundemus nos ab ini-
quamento carnis & ſpiritus,perficientes ſanctificatio-
nem.Sic ſanctificati & mundi aſſimilantur ſanctis Ar-
changelis,qui principatibus immediatius ſociantur , &
Archangelus ad virginem eſt tranſmiſſus, vt per hoc
oſtenderetur,ꝙ magna eſt conuenientia inter virgineā
caſtitatem,& Archangelicam dignitatem.Dicuntur au
tem Archangeli , qui ad nuntianda maiora , a ſummo
principe tranſmittuntur,qui inter Angelos inferioris or
dinis principatum habere dinoſcuntur,qui a principati
bus accipiunt illuminationes,quas poſtea Angelis ma-
niſeſtant . Et ideo dicit Diony.ꝙ ordo Archangelorū
communicat cum principatibus,& ordinibus ſuperiori
bus,quantum ad ſuſceptionem illuminationum , & ſui
ad ſuperprincipale principium conuerſionem: commu
nicat etiam cum inferioribus, per ipſorum ad Deum re
ductionem.Nam vniti Deo,mediantibus alijs ordini-
bus ſuperioribus per amorem,Angelos inferioris ordi
nis,& homines,nituntur vnire Deo , quemadmodum
& ipſi ſunt vniti,& ideo vnificam & ſimplificam dicun
tur habere virtutem.Vnde ſtatus continentium meri-
to comparatur ordini Archangelorū,qui per vitæ mun
ditiam,merentur obtinere illius ordinis dignitatem, ſi-
Matt. 22. cut dicit Dominus.In reſurrectione neq; nubent neq;
nubentur,ſed erunt ſicut Angeli Dei . Conformes igi-
tur debent eſſe Archangelis , quantum ad conſcientiæ
puritatem,vt.ſ.eorum mens & conſcientia ab imagina
tione & appetitione carnalitatis ſit remota, ſicut natu-
ra Archangelica ab omni tali conditione eſſe dinoſci-
tur aliena . Et ideo non ſolum expedit talibus a carnis
paſſionibus abſtinere , verumetiam illecebram carnis
Luc.vlt. ſaltē in memoria non tenere : dicitur.n.in Luc.Spiritus
Pſal. 103. carnem & oſſa non habet,& in Pſal. Qui facit angelos
Num.4. ſuos ſpiritus . In cuius rei ſignum,præceptum eſt filijs
Caath,ꝙ mundarent altare a cinere,& inuoluerent il-
lud purpureo veſtimento:& ponerent cum vaſis mini-
ſterij.Caath dolens vel pœnitens interpretatur. Filij
itaq; Caath filij ſunt pœnitentiæ, & doloris,qui altare
proprij cordis debent emundare,non ſolum ab igne lu
xuriæ,imo etiam & cinere,id eſt a reliquijs immundi-
tiæ,ſcilicet a memoria , & cogitatione , ſicut dicitur in
Gen. 19. Gene.Nec ſtes in omni circa regione,&c.& tunc digni
erunt huiuſmodi,cum vaſis tabernaculi, & ignis rece-
ptaculis inuolui.i.ſanctorum Archangelorum ſocieta-
ti adæquari,ſi videlicet fuerint in purpureo continen-
tiæ veſtimento vndiq; inuoluti.Item ſecundo, propter
officij dignitatem,nam inter cęleſtium ſpirituum mini
ſteria,leguntur Archāgeli habuiſſe in omnibus dignio
ra,vt patet in Gabriele,qui virginitatis filium prædixit
de virgine naſciturum.Similiter & in Michaele,qui po
pulum Iſraeliticum prædixit de captiuitate Babyloni- Dan. 10.
ca exiturum.Similiter & in Raphaele,qui miſſus eſt ad
Tobiam curandum,qui prædixit ſe Dæmonium fuga- Tob.6.
turū . Fumus inquit eius extricat oē genus dæmonio
rum,&c.Et in iſtis tribus officijs priuilegiatis , viden-
tur habere continentes aſſimilationem cum Archange
lis prætaxatis.Nam continentia ſanat a vulnere concu-
piſcentiæ mentem,& ſpiritualem reparat in animo vi-
ſionem,nam libido affectum corrumpit & ſauciat , in-
tellectum vero obtenebrat & excæcat, vt patet in San-
ſone,qui per libidinē,& vires corporis amiſit,& exocu Iud.16.
latus ab hoſtibus fuit.Idem etiam patet in illis ſenibus
de quibus dicitur.Exarſerunt in concupiſcētiam eius, Dan.13.
& euerterūt ſenſum ſuū,& declinauerunt oculos ſuos,
vt non viderent cęlum, neque recordarentur iudicio-
rum iuſtorum.Sic vir Archangelicus,continens ſcilicet
& mundus,Raphaelis conſilio piſcem arripit,& contra
omnem ſpiritus infirmitatem cordis & fellis particulā
apponere non deſiſtit.Piſcis eſt Chriſtus ,ſicut dicit gl.
ſuper finem Ioannis vltim.Piſcis aſſus eſt Chriſtus paſ
ſus . Cuius cordis particula.i.dilectio in perforatione
cordis nobis oſtenſa eſt,potiſſime ad fugam & declina
tionem omnis malitię motiua. Fellica autem paſſionis
eiuſdem amaritudo,eſt omnis turpitudinis concupiſcē
tiæ purgatiua,& cæcitatis ac caliginis ſpiritualis abſter
ſiua.At tale collyrium mittit Ioa.in Apoc.dicens; Inun Apoc. 3
ge oculos tuos collyrio,&c.Continentia etiam a Baby
lonica confuſione liberauit,& liberati gloriæ filiorum
Dei ſuos imitatores reſtituit vel reſtaurauit.& ideo Ar
changelus Michael,qui populo captiuo præfuit annun
ciaturus populi liberationem,Danieli in veſtimentis li Dan. 10.
neis ſe oſtendit,& auro mundo cinctus fuit.In quo da-
tur nobis intelligi,quòd illi ſoli ab vltima corruptione
naturæ,& gratiæ liberabuntur,qui hac duplici mundi
tia,ſcilicet mentis & corporis veſtiuntur, ideo dicit Ec Eccleſ.9.
cleſiaſt.Omni tempore ſint veſtimenta ſua candida, &
cæt.& Apoc.Beatus qui cuſtodit veſtimenta ſua,ne nu Apoc. 16.
dus ambulet.Ad hoc etiam continentia diuinę inhabi
tationi hominem præparat,quia Deus mentes caſtas in
habitat & frequentat , & ideo Archangelus Gabriel
mundiſſimus,ad Mariam mundiſſimam eſt ſpecialiter
deſtinatus,& aduentus auctoris totius munditiæ nun-
ciatus,& hoc vt omnis conſcientia hic aduertat, quia
mundus Deus,mentes immunditiæ ſubditas non ſub-
intrat , vt dicitur in libro Sapient. Non habitabit , & Sap. 1.
cęt.Item vita continentię aſſimilatur dignitati Archan
gelicæ,propter corporis aſſumpti qualitatem.Nam An
gelus cum ſit incorporeus,non niſi propter noſtram in
ſtructionem,corporis aſſumit effigiem ſiue repræſenta
tionem:Et ideo Archangelus apparens ſecundum hu-
manæ capacitatis apprehenſionem , & caſtitatis com-
mendationem mortalibus ſe oſtendit,ſicut patet in Pro
pheta Daniel.vbi de Michaele Iudæorum principe & Dan. 10.
Archangelo,ſecundum quòd dicit glo.ſuper illud, vir
veſtitus lineis & cinctus auro obrizo apparuit , cuius
corpus fuit quaſi Chryſolythus,et facies eius quaſi ſpe
cies fulguris,& oculi eius vt lampas ardens, & brachia
eius , & pedes ſicut ſimilitudo æris candentis . Hæc
quidem de Archangelo Michaele ſunt dicta, ſicut ex-
preſſe dicit glo.cuius ibidem commendatur corpus, de
ſcribitur etiam et veſtitus , nam veſtis linea candida
et circa renes deaurata,corpus etiam fuit gemmeum,
igneum , & æneum . In quo oſtenditur,quòd duplex
eſt continentia ,ſcilicet corporalis, quæ quidem cum
difficultate acquiritur, difficilius retinetur , ſed dif-
ficillime,immo impoſſibiliter vſque in finem ſine gra-
tia cuſtoditur . Veſtis itaque linea ſiue candida, re-
fertur ad caſtitatis honeſtatem , qua hominis ani-
mus mirabiliter decoratur,deaurata vero, ad eiuſdem
refertur continentiæ charitatem ſiue pretioſitatem ,

cui

cui omnis virtus inæstimabilis, vel incomparabilis re-
Eccl. 26. putatur, iuxta illud Eccl. Non est æqua ponderatio cō-
Isa. 13. tinentis animæ: & Isa. Pretiosior erit vir auro, & homo
mundo obrizo. Quod fuit similis chrysolitho lapidi, s.
maris effigiem præferenti, igni siue fulguri, & æri can-
denti, omnimodam significat mētis puritatem, quę qui
dem acquiritur per amaritudinem contritionis, & hoc
Chrysolitho designatur, & per inflammationē delecta-
tionis, & hoc in igne vel fulgure figuratur, & per inuin
cibilem instantiam & continuationem operationis, &
hoc in ęre candente demonstratur, &c. & hoc est quod
Ezech. 1. dicitur in Ezech. Erat aspectus animalium, quasi aspe-
ctus scintillæ ęris candentis & sicut splendor ignis &
fulguris corruscantis, & quasi visio maris, &c. Item cō
parantur continenter Arhangelorum ordini, propter
vnificam simplicitatem, nam vniti per gratiam & amo
rem, alios nituntur inferiores ad diuinam reducere vnio
nem, vt dicit Dionysius. Et hoc proprie conuenit con-
tinentibus, qui diuinæ simplicitatis sequentes puritatē,
diuisas carnalium affectiones nituntur abstrahere ab il
licitis, & reducere ad mentis & corporis castitatem, sa
Apoc. vlt. cortina cortinam trahit, sicut dicitur in Apoc. & in E-
Ezech. 1. zech. Erant autem pennæ coniunctæ alterius ad alte-
rum, &c. Ideo Angeli se mutuo exhortantur ad sancti-
Isa. 6. tatem vt dicit Isa. Clamabat alter ad alterū dicens. San
1. ad Tim. 4. ctus, sanctus, sanctus, &cæ. & Paul. Esto exemplum fi-
delium in verbo, in conuersatione, in fide, & castitate.
Item propter singularem quam habent cum Domino
familiaritatem, nam Archangeli specialissime dicitur
Domino assistere, sicut sibi præ cętaris magis familia-
Luc. 1. res, vt dicitur in Luc. Ego sum Gabriel, qui asto ante
Tobiæ 12. Deum, &c. & in Tob. Ego sum Raphael, vnus ex se-
ptem, qui astant ante Deum. Et vtriq; continentibus cō
uenit, qui ratione vitę incorruptę Domino familiarius
Apoc. 14. videntur adhærere, sicut de innocentibus dicitur. Vir-
gines. n. sunt, & sequuntur agnum quocunq; ierit. Ideo
Ioannes virgo permanens maiorem familiaritatē cum
Sap. 6. virginis filio habuit & contraxit, hoc est quod dicitur
in lib. Sap. Incorruptio facit propinquum Deo.

De Angelis qui sunt tertij ordinis tertia Hierarchiæ.

VLtimus ordo est Angelorum. Vnde Angeli sunt
cęlestes spiritus vltimam hierarchiam perficien
tes, qui immediatè se habent ad ecclesiasticam
hierarchiam, vt eam purgent, perficiant, & illuminent,
vt ipsis mediantibus sit sursum ad Deum actio, cōuer
sio, communicatio, & vnitio, dicit Dion. Est autem An
gelus nomen officij non naturæ, semper enim spiritus
sunt, sed cum mittuntur, Angeli vocantur. Vnde illumi
nationes quas ex superioribus accipiunt, ad nos defe-
runt, & secūdum diuersos gradus vitam humanam or
dinant, & disponunt, & ad diuinam cognitionem nos
adducunt. Vnde sicut alijs ordinibus subsunt, ita homi
nibus præsunt, & ideo sursum se extendunt per dilectio
Subditi misericordes Angelis assimilātur. nem, deorsum progrediuntur per hominum guberna-
tionē. Et istis Angelis potissime assimilantur boni sub
diti, quoad exercitium misericordiæ, & compassionis,
quia enim nos diligunt, ideo dona gratiarū quę a Deo
recipiunt nobiscum diuidunt, & diligunt quantum in
eis est, laborant vt ad diuinæ gratiæ participationem
nos perducant. Et quamuis Deo assistant per contem-
plationem, mouentur tamen ad nos per dilectionem, &
quæ in secreto contemplationis hauriunt, sanctis ani-
mabus communicant, & transfundunt, sic viri spiritua
les Angelis se configurantes, operibus pietatis inten-
dunt, & sua indigentibus distribuunt liberaliter, & im-
pendunt, de quibus dicitur in Eccle. Isti sunt viri misē Eccl. 44.
ricordiæ, &c. hoc docuit Tob. dicens. Si multum tibi Tob. 4.
fuerit, libenter retribue, & si exiguum tibi fuerit, etiam
exiguum impartiri stude: & in Pro. Per misericordiam, Prouc. 15.
et fidem, etcæ. et Luc. Estote misericordes, etc. Talis Luc. 6.
fuit Iob qui dixit. Ab infantia creuit mecum miseratio Iob. 31.
et de vtero egressa est mecū. Et ille est vere misericors,
qui totum suum cor impendit miserijs proximorum.
Item Angelus, quia non dependet a materia corporali,
transiens per materialia et sensibilia, ab ipsis non coar-
ctatur, nec in aliquo coinquinatur, sic boni actiui tran
seuntes per bona temporalia, nullam ab illis contrahūt
infectionem, nam ipsorum corda non dependent a ter-
ra, ideo dicit Psalm. Diuitiæ si affluant, nolite cor appo Psal. 61.
nere. Non sic est de auaris, quorum affectus omnino
dependet a terrenis, vt dicit idem Psal. Conglutinatus Psal. 43.
est in terra venter noster, et Io. Qui de terra est, de ter- Ioan. 3.
ra loquitur, et Isa. De terra mussitabit eloquium tuum, Isa. 29.
et in Eccl. Nihil est iniquius, quam amare pecuniam. Eccl. 10.
Item Angelus illis qui magis ei sese conformant, et vi-
cinius appropinquant, plus se communicat, et ideo com
paratur luci, in Gene. in Luc. et in Act. Nam sicut lux Gene. 1. et
transparentia, et dyaphana manifestius illuminat, con- Luc. 1. et
tracta autem et terrestria, propter grossitudinem sibi Act. 12.
resistentem, non penetrat, nec immutat sic lux angelica
sibi appropinquantes perfectius illuminat et illustrat,
et ideo vbi obstaculum improbæ voluntatis inuenit, p
huiusmodi affectum terrenum, et grossum se non dif-
fundit, ideo dicitur in lib. Sap. Spiritus disciplinæ effu- Sap. 1.
giat fictum. In quo per Spiritum Angelicum instrui-
mur, quantum in nobis est, omnibus benefacere, sed p
cipue domesticis fidei humanitatis obsequium propen
sius exhibere, et precipue illis, qui nobiscum maiorem
habent virtuosis operib. conformitatem, iuxta illud sa
pientis. Si bene feceris, scito cui bene feceris. Pauper. n. Eccles. 12.
iustus iniusto præponandus est, quamuis tempore ne-
cessitatis bonis, et malis sit elleemosyna facienda, iux-
ta illud Luc. Omni petenti te tribue. Ideo etiam in figu Luc. 6.
ra ignea leguntur Angeli apparuisse in multis locis sa- Ezec. 1.
cræ scripturæ, quia vis ignea omnia penetrat, et om-
nia purificat, et tamen perfectius illa immutat, quæ
subtiliora sunt, et in sua substantia puriora, et ad susce-
ptionem suæ impressionis sunt habiliora. Item Angeli
velocitate sua naturali, subito, et in tempore in intelligi
bili operantur, ideo comparantur ventis. Similiter in
multis locis, et maxime a psalmista qui dicit. Volauit su
per pennas ventorū. Nam ventus velociter agens non
valet detineri, subito venit, et subito recedit, et causam
motus non cognoscimus, et vbi se occultat non vide-
mus, sic et Angeli. In hoc etiam assimilantur viri mise-
ricordes Angelis, quia statim cū pauperis indigentiam
percipiunt, manum adiutricem porrigunt, et tanquam
venti, nunc occulte, nunc manifeste ad subueniendum
pauperi se exponunt, sicut fecit beatus Michael, qui su-
bitrie et occulte sicut ventus, ad subleuationē inopiæ sui
populi prosiliuit, iuxta illud Sapientis. Cor inopis ne Eccl. 4.
afflixeris, et non protrahas datum angustianti, et Iob. Iob. 13.
Si expectare feci oculos viduæ. Vnde exemplo Ange-
lorum, instruimur festinanter, et occulte, siue intelli-
gibiliter pauperi subuenire. Et hoc est contra aliquos,
qui pauperib. bene promittunt, sed promissum non per
ducunt ad effectū Contra quod dicitur. Ne dicas ami- Proue. 3.
co tuo vade et reuertere, cras dabo tibi, cum statim pos
sis dare. Item virtus Angelica vniformiter est perma-
nens et indefessa, ideo semper depingitur in forma ho-
minis iuuenis, et hoc propter viuificam Angelorū vir-
tutem semper conualescentem, et nunquam deficientē,
vel ad antiquationem pertingentem. Et hoc congruit
iustis, qui a bono proposito non deficiunt, sicut faciūt
aliqui, qui liberales, et prodigi sunt in iuuentute, sed ad

Angelici spiritus qui in cœlestibus sunt condiri, per cœ
los exprimuntur, qui ab integritate etiam acceptæ for
titudinis, nulla mutabilitatis rubigine consumentur,
Ezech. 1. ideo dicitur in Ezech. & similitudo super capita anima
lium firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis.
Chrystallus firmam soliditatem habet & radium solis
in se recipiens ignem emittit, sic diuini spiritus solidita
tem habent in constantia virtuosæ actionis, & perspi
cacitatem in perceptione diuinę illuminationis: vnde di
Apoc. 21. citur in Apoc. ostendit mihi fluuium aquæ viuæ tan
quam crystallum procedentem de sede Dei, per fluuiũ
crystallinum de sede procedentem, possumus intellige
re abundantiam virtutis & gratiæ, quam diuina virtus
per Angelorum ministerium in nobis operatur. Item
quartò quantitate sunt maximi, non per dimensionē,
sed per virtutem & potestatem. Immensam.n. habent
altitudinem, quoad diuinorum preceptorum immen
sam latitudinem, quoad completissimam dilectionem,
maximam profunditatem, quoad secretorum cognitio
Eccl. 42. nem, vnde in Eccles. Altitudinis firmamentum pulchri
Isa. 40. tudo eius, & cęt. & Isa. Quis mensus est pugillo aquas,
& cœlos palmo ponderauit? Elo. vt diuina manus cę
lestium spirituum potentiam ponderat, & eorum virtu
tes numerat & mensurat. Item quinto qualitate sunt
lucidi sicut cęli, per scientię & sapientiæ claritatem. Nã
celestes spiritus illuminantur a fonte primi luminis per
sapientiæ receptionem, & alios illuminant per gratiæ
Apoc. 18. susceptæ communicationem: iuxta illud Apoc. Vidi
Angelum descendentem de celo habentem potestatē
Luc. 2. magnam, & terra illuminata est a gloria eius, & Luc.
Angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei cir
Act. 12. cumfulsit illos, &c. & in Act. Angelus Domini astitit,
& lumen refulsit. &c. Item sextò figuratione sunt sphe
rici per continuationis contemplationem, quia mens
† Alias. Primos recipit influxus, quos, etc. Angelica a fonte primi luminis † primas recipit influ
xiones, quas postea ad alios diffundit, & diffundendo
& communicando illos quibus communicat, ad Deũ
reuehit & reducit. Vnde affectus Angelicus circularis
ter mouetur, quia primo mouetur in Deum, & de Deo
in proximum per dilectionem, & iterũ a proximo mo
uetur in Deum per dilectionis extentionem & conti
Ezech. 1. nuationem. Vnde dicitur in Ezech. Ibant & reuerte
bantur in similitudinem fulguris coruscantis. In quo
notatur motus circularis in angelica affectione. Fulgur
enim sicut ibi dicit gloss. ab igne exit, & discurrens su
bito ad ignem tanquam ad matricem redit, sic spiritus
angelicus a Deo gratię influentiam per contemplatio
nem recipit, & communicando alijs per gratiarum a
ctionem ad Deum qui est ignis consumens redire non
desistit, exit ministrando, redit laudando, & contem
plando, iuxta illud Eccles. Gyrum cœli circuiui sola,
Eccl. 24. & cęt. & Psal. Circuiui & immolaui in tab. eius, hostiam
Psal. 26. vociferationis, &c. Apoc. Omnes Angeli stabant in cir
Apoc. 7. cuitu Throni. & Ezech. Splendor erat in circuitu eius.
Ezec. 1. Item septimo situ sunt supremi, non per circunspectio
nem, sed per dignitatem, nam dignitate naturæ & offi
cio excellunt alias creaturas, sicut cœlum alia præex
cellit elementa. Tanto enim sunt omnibus superiores,
quanto Deo per familiaritatem & gratiam sunt propin
Iob 35. quiores: vnde dicit Iob. Suspice cœlum & intuere æthe
ra, quod altior te sit, ibi glos. In cœlo & æthere super
nas accipere possumus potestates, quas iubemur vt in
tueamur, vt cum angelicos spiritus longe a nobis dista
re conspicimus, ab ipso creatore spirituum quantum
differamus cognoscamus. Item octauo omnium infe
riorum sunt contentiui, quantum ad charitatem. Nam
ex affectu dilectionis, Angeli hominibus electis admi
nistrant, et in esse gratię detinent et conseruant, sicut di
Psal. 90. citur in Psalm. Angelis suis Deus mandauit de te, vt cu
Psal. 33. sto. te, &c. et iterum. Immittit Angelus Domini in cir
cuitu, etc. Sap. et hoc quod continet omnia, scientiam
habet vocis. et Hesther ait. Tu fecisti cœlum et terram, Sap. 1.
et quiquid cęli ambitu continetur. Dominus omnium Hester. 13
es, nec est quę resistat maiestati tuæ. item nono omniũ
inferiorum ordinatiui. Nam circuli cœli ordinate se
intersecant, et hæc inferiora nunc calore, nunc frigore
ordinant et immutant, sic cœlestes spiritus in se ordina
ti aliorum sunt ordinatiui. dicente Iob. Nunquid nosti Iob 38.
ordinem cœli aut rationem eius pones in terra? et cęt.
Ordinem cœli noscere est dispositionem supernarum
virtutum videre. Rationem eius ponit in terra, qui vi
tam suam disponit secundum cœlestia, et Angelorum
patrocinio affectionem suam erigit ad æterna, et Hie Hier. 30.
rem. Templum iuxta ordinem suum fundabitur. etc. Gal. 3.
ad Gal. dicitur. Ordinata est lex per Angelos in manu
mediatoris. Ex his igitur nouem cœli proprietatibus
manifestum est angelicam naturam in scriptura cęlum
aptissime nuncupari. Cœlorum etiam nomine Aposto
li tantu possunt merito designati, de quibus Iob. Spiri Iob. 26.
tus Domini ordinauit cęlos, vbi dicit Greg. Nisi Apo
stoli Christi promissa paracleti dona percepissent, nul
lo virtutis decore claruissent. Hæc vitam cœlestem et cõ
uersationem spiritualem aduocauit, vnde Isa. dici. Po Isa. 49.
sui verba mea in ore tuo, et in vmbra manus meæ pro Psal. 51.
texi te, vt plantes cęlos, et fundes terram. Hi sunt cęli
qui vbique enarrauerunt gloriam Dei, qui cęlos stabi
liunt prudentia, cuius rore nubes concrescunt, vt dici
tur in Prou. Nam sanctorum Apostolorum vita pari Prou. 3.
riter et doctrina, vniuersus mundus quasi rore quodã
salutifero, medullitus irrigatur, vt dicitur in Deut. Cę Deut. 33.
lique caligabunt rore, vbi dicit glos. Tunc Apostoli fue
runt quasi cœli rore pleni, cum modo subtili et suaui do
ctrina Christi celesti sunt imbuti. Non enim fructifi
cat quod huius roris perfusio non fecundat. Ideo Isa. Isa 45.
præsentiam Apostolorum, desiderans, exclamat di. Ro
rate cęli desuper, et nubes plu. etc. Fuerunt itaq; Apostoli
quasi cœli, sed aerei in ipsorum vocatione, quando, scili
cet a terrena conuersatione eleuati, diuinis laudibus et
proximorum profectibus a Domino sunt deputati. Nã
aer a terra eleuatur, et substantię suę subtilitate cęlo a[illegible]
similatur. Et propter conformitatem quam habet in cę
lo, sæpius in scripturis aeris interstitium cælum nuncu
patur, sicut Matth. di. Venerunt volucres cęli et come Matth. 13
derunt ea, et in Psalm. Super ea volucres cęli habita Psal. 103.
bunt, ait etiam Iob. Volatilia cęli indicabunt tibi. Nam Iob. [illegible]
Apostoli doctores fidei, virtutum pennis de terrenis e
leuati, prædicationis discursu per mundum vniuersum
circumuolauerunt, et velut cęli aerei nunc tonan
tes minis, nunc pluentes doctrinis, nunc miracu
lis coruscantes, sopitorum corda in peccatis salubri
ter commouerunt, sicut scriptum est in Psalm. Illuxe Psal. 76.
runt coruscationes tuæ orbi terræ, vidit et commota
est terra, et in libr. Iudic. Terra mota est, cœlique ac Iud. 5.
nubes distillauerunt aquis. Item cœli scilicet ætherei
sunt facti in ipsorum perfectione, siue in perfecta vi
tæ Christi imitatione. Æther naturam ignis imi
tatur, ignis est Christus qui est ignis consumens, & in
Deut. Dominus Deus tuus ignis consumens est, cuius Deute 4.
puritatem tam in vita quam in doctrina, Apostoli post
eorum vocationem perfectissime sũt secuti vnde Iob. Iob. 35.
Suspice cęlum, et intuere et contemplare æthera, &c.
q.d. Considera ætheream et celestem conuersationem
in Apostolis, qui exemplo Christi omnia contempse
runt in terris, vt suo regi essent similes qui habitat in
supernis: vnde dicitur in Prou. Quando præparabat cę Prou. 8.
los aderam, quando æthera firmabat sursum. Item cęli
ignei sunt effecti in Spiritussancti missione, quando a
CHRISTO vocati, & ipsius vestigia plenissime imi
tari, igne celesti in aduentu Spiritussancti sunt reple
ti, et quicquid in eis fuerat infirmitatis vel imperfe

tionis,in istius ignis presentia penitus est consumptũ:
Sopho. 3. iuxta Sopho. In igne.n.zeli mei deuorabitur omnis ter
Tren. 1. ra,&c.& in Tren. De excelso misit ignem in ossib.meis
id est charitatis feruorem in Apostolis, per quorum
igneam conuersationem vniuersalis Ecclesia amore
Zach. 12. Christi est vndique inflammata, vnde dicit Zach. Po-
nam duces Iuda sicut caminum ignis in lignis, & sicut
facem ignis in feno, & deuorabunt ad dexteram & sini
stram omnes populos,&c. Duces Iuda fuerunt Apo-
stoli primitiui, qui dicuntur Ecclesiarum principes, &
belli Christi triumphales duces, qui charitatis camino
succensi, quicquid fuit in se & in alijs ligni, stipulæ, vel
feni omnino annihilauerunt, & populos credentes per
fidem & amorem Christo incorporantes, in igneam &
Leuit. 9. celestem conuersationem transtulerunt: iuxta illud Le
uit. Egressus ignis a Domino deuorauit holocaustum
3. Reg. 18. & adipes qui erant super altare, & in 3. Regu. Cecidit
ignis Domini de celo, & vorauit holocaustum, & ligna
& lapides, puluerem quoq; & aquam, quæ erat in aque
ductu lambens, omnia enim peccata mortalia & venia
lia, carnalia & spiritualia, velut puluerem & ligna spiri-
tus ignitæ charitatis, per Apostolorum ministerium in
hominibus consumebat, & in cœlestem ac igneam na-
turam conuertebat. Item quasi cœli syderei refulserũt
in miraculorum perpetratione, quando. s. diuino spiritu
repleti, miraculis claruerunt, & veritatem fidei quam
docebant, prodigiorum ostensione, & celestis virtutis
approbatione, tam efficaciter affirmarunt, quod nec sapiẽ
tes mundi, nec etiam tyrannorum gladij fulgorem fi-
Abac. 3. dei extinguere potuerunt. Abacuc ait, Ibunt in splen-
dore fulgurantis hastę tuæ. Nam fulgore miraculorũ,
quasi cum hasta Petrus & Paulus Simonem magum
deijciebant, & Neronem Romanorum Principem vir-
Iud. 5. tuosis operibus deuincebant, iuxta illud Iudic. De cœ-
lo dimicatum est contra eos, stellæ manentes in ordine
suo,&c. tot itaque syderibus refulserunt, quot miracu
Gene. 1. lis & virtuosis operibus claruerunt: ideò dicitur in Ge
nesi. quod fecit Deus stellas, & posuit eas in firmamento
Gen. 15. celi, vt lucerent,&c.& in eodem. Suspice cœlum & nu-
Eccl. 43. mera stellas, sic erit semen tuum: vnde dicitur in Eccl.
Species cœli, est gloria stellarum. Item chrystallini effe
cti sunt celi in ipsorum passione, quando nulla iniuria
nulla tormenti violentia potuerunt a fide Christi diui
Roma. 8. di vel auelli, vt patet ad Rom. vbi dicitur. Quis nos se
parabit a charitate Christi? Vnde fidem quam docebãt
per passionis constantiam roborabant, & ad moriendũ
pro fide alios animabant: vnde dicitur in Ezech. Simi-
Ezech. 1. litudo firmamenti, quasi aspectus chrystalli horribilis.
Chrystallus primo est aqueus & fluidus, sed perflante
vento, coadunatione partium fit solidus, atq; durus: a-
queus, & fluidus fuit Petrus, quando ad vocem ancillæ
dum mori timuit, auctorem vitæ se noscere denegauit,
sed per venti flatum, id est per Spiritussancti aduentũ,
fuit ipse in firmitate chrystallina subito induratus, quã
Act. 4. do dixit in Act. Non enim possumus quæ audiuimus
Eccl. 43. & vidimus non loqui. per Eccl. Gelauit chrystallus ex
aqua, Cœli vero, empyrei facti sunt in eorum glorifica
tione, nam celum empyreum totum splendidum est, ni
hil habens tenebrarum, quod sanctis glorificatis con-
uenit, quorum splendor cœli splendorem superauit. Vn
de Tob. Luce splendida fulgebis, & Ecclesi. Vas castro-
Tob. 13. rum in firmamento cœli resplendens: & Dan. Qui do-
Eccl. 43. cti fuerint fulgebunt sicut splendor firmamenti: & Sa-
Dan. 12. pien. & Fulgebunt iusti & tanquam scintillæ, in arundi
Sap. 3. neto discurrent, & Isa. implebit splendoribus animam
Isa. 58. tuam, & ossa tua liberabit. Patet itaq; quod merito sancti
Apostoli dicti sunt cœli, quibus assimilari debent præ-
lati ipsorum successores, nomine enim celorum intelli-
gitur auctoritas iudicis & prælatorum, qui sicut in of-
ficij dignitate, sic in merito & vitæ sanctitate celestem

Apostolorum conuersationem deberent in seipsis ex-
hibere. Auctoritas enim Apostolica in celestibus sacra
mentis distribuendis, in verbi vitæ ministerijs exponẽ
dis, in sopiendis litibus, & iudicijs faciendis, ad Eccle-
siarum prælatos est ex ordinatione dominica deriuata.
Celestis igitur debent esse virtutis & naturæ, qui se &
alios debent de celestibus expedire. In huius rei figu-
ram Dominus manna de celo pluit, vt habetur in Exo. Exod. 16.
de celo docuit. & alibi. Vos vidistis, quod cœlo locutus Exod. 20.
sum vobis, de celo etiam leges & iudicia Hebræorum Deut. 5. 6.
populo promulgauit, vt patet in Deute. & Exod. vt sic Exod 20.
celi nomine nos patenter instrueret, quod officium con-
ficiendi panem vitæ, docendi etiam & iudicandi alios,
nullus sibi assumeret, qui cœlestem naturam scientia
& moribus non haberet. Propter quod dicit Psalm. An Psalm. 21.
nunciabunt celi iustitiam eius. Non.n. possunt annun-
ciare Dei iustitias homines impij & terreni, vnde Psal. Psal. 49.
Peccatori dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas?
Sed celi, id est celestes viri, quorum conuersatio in cœ-
lis est, ad cœleste officium sunt digni. Dicuntur autem
prælati celi propter plura. Primo quia sunt luminosi, &
luminis diffusiui sicut celum, quòd bonis prælatis con
uenit, qui sunt luminosi in se per conscientiæ puritatẽ,
& lumen ad alios diffundunt per doctrinã, & sanctę cõ
uersationis claritatẽ, quibus dicit Dominus. Vos estis Matth. 5.
lux mundi: & ibidem, sic luceat lux vestra coram ho-
minibus, vt videant opera vestra bona: & in Ecclesiast. Eccle. 34.
Species celi gloria stellarum mundum illuminãs, &c.
Sic lucidi fuerunt Apostoli & alij patres primitiui, vt
patet in Moyse, qui ex consortio Dei in monte, tantam
contraxit claritatem in facie, quòd eius vultum non Exod. 34.
poterant Iudæi intueri, vt patet in Exod. Plurimi au
tem prælati moderni temporis hanc claritatem perdi- Hier. 4.
derunt. Vnde dici potest illud Hiere. Aspexi cœlos, Isa. 13.
& non erat lux in eis, & Isa. stellæ celi & splendor ea-
rum non expandent lumen suum, & Ezec. & operiam Ezec. 32.
cum extinctus fueris, celos, nigrescere faciam stellas
eius. Et quia prælati nec in vita nec in scientia sunt
luminosi, ideo non est mirum, si subditi fuerint tene- Tob. 5.
brosi, sicut Tob. qui dixit. In tenebris sedeo, & lu- Amos 8.
men cœli non video: & Amos. Tenebrescere faciam
terram in die luminis, &c. Item secundo vniformiter
sunt motiui, et in suo motu velocissimi. Celum enim
est mobile et inquietum, cuius motus est reuolubilis
super medium, id est super axem, in quo ostenditur bo
norum prælatorum diligentia, et solicitudo circa curã
et salutem suorum subditorum, qui more celi prædican
do mouentur, iuxta illud Eccl. Cur celum, et celi cœlo Ecclesi. 16
rum, Abyssos et vniuersa terra, et quæ in eis sunt, in cõ
spectu illius commouebuntur? Virtus enim motiua ce
li rapit firmamentum ab oriente in occidentem, & ite-
rum redit de occidente ad orientem: sic vir perfectus a
quieta contemplatione procedit ad laborem prædica-
tionis, & iterum peracto exercitio operis, procedit, o-
rando, sicut fecit Moyses, qui postquam fregerat vitu-
lum, & corripuerat populum, ait ad populum. Peccastis Exod. 32.
peccatum maximum, reuertar ad Dominum, si quo
modo quiuero ipsum deprecari pro scelere isto. Reuer
sus que ad Dominum ait. Obsecro Domine aut dimit-
te ei hanc noxam, &c. in Exod. Sic autem obsecrãtes li Ibid.
benter exaudit Deus, & in Osee. In die illa ego exau- Osee. 2.
diam celos, & cœli exaudient terram. De hoc motu
circuli dicitur in Ezech. Ibant & reuertebantur in si- Ezech. 1.
militudinem ful. &c & in Iob. Lustrant per circuitum Iob. 37.
quocunque eas voluntas gubernantis duxerit, et in Eccle. 1.
Ecclesiastic. Lustrans vniuersa in circuitu pergit spi-
ritus, & in circulos suos reuertitur, se mouendo, se
& circumeundo, cœlum semper voluitur circa axem,
cui innitens medium nunquam derelinquit. Axis est
CHRISTVS, cui per intentionem & amorem sem
per

per,adhæret,& innititur vir perfectus,& talis medium virtutis non deferit,qui mediatori Dei & hominum in omnibus suis operibus se coniungit. Item tertio cęlum continuatione sui motus est principium generationis, & corruptionis effectiuum, & hoc proprie conuenit prælatis,qui filios gratia per Euangelium Domino generant,& virtutum germina in subditorum cordibus radicantes,vitium extrahunt & extirpant, & iure do- *Isa.55.* ctrinæ salutaris irrigant & fœcundant,& Isa. Quomodo descendit de cęlo imber & nix,& inebriat terram, & infundit eam & germinare facit ipsam, sic verbum quod procedit,&c.& Zach. Vinea dabit fructum suũ, *Zach. 8.* & terra dabit germen suum,& cœli dabunt rorem suũ. Si cœli tempore nostro essent roriflui idest prælati essent dono cœlestis sapientiæ repleti,tunc vtiq; populares & subditi fructiferi fierent & fœcundi,sed quia prę lati aridi sunt & duri,idõ nõ proficiunt subditi,ideo dici- *Deut. 28.* tur in Deut. Sit cęlum supra te æneum, & terra quam calcas ferrea,& sequitur: De cœlo descendat super te cinis. Item quartò cęlum est syderum errantium repressiuum,nam violentia sui motus planetas euagantes retrahit, & motu diurno ab oriente in occidentem post *Iudas Apost.* se rapit. Stellæ errantes,subditi sunt peccantes,vt in cano. Iudæ. Sydera sunt errantia,quibus procella tenebra- *Iob.3.* rum seruata est in æternum. & in Iob. Obtenebrentur stellæ caligine eius,&c. ibi ait Greg. Quos serpens tortuosus durus per malitiam ad necem percutit,fuisse latentes hypocritas velut stellas caliginosas ostendit, vt *Iob.25.* quales interius fuerint latenter in prosperis, euidenter pateat in aduersis. De his stellis ait Iob. stellæ non sunt mundæ in conspectu eius. Horum syderum motum inordinatum cœli,id est iusti prælati cœlestis legis iudicio reprimunt,quãdo talium excessus corrigunt,& correctos ad frugem melioris vitæ prouehunt, & compel- *1.Thes.vl.* lunt,vnde Pau. Corripite inquietos,& Psal. Cœli distil- *Psal. 67.* lauerunt a facie Dei Israel, &cęt. Tunc cęlestes animi non furoris grandinem,sed imbris dulcedinem stillant, quando diuinam clementiam circa peccatores intuentes,non cum seueritatis impetu, sed blandientis animi *Psal. 140.* affectu,mentes corrigunt & castigant,vnde Psal. Corripiet me vir iustus in misericordia, & increpabit me, *Hier. 10.* &c.& Hiere. Corripe me veruntamen in iudicio, & non in furore,ne forte,&c. Item quintò cœlum est inferiorum informatiuum,inferiora enim sunt in superioribus tanquam in proprijs formis (vt dicit philosophus) quia secundum varias corporum impressiones figurantur,& formantur species inferiores,& hoc prælatis congruit, quorũ vita vitæ subditorum dẽt in om- *1.Petr.5.* nibus esse forma,sicut dicit Petr. in can. 1. forma facti *2.ad Thes 3.* gregis ex animo,&c.& 2.ad Thes. Ipsi scitis,qualiter oportet vos imitari nos,quoniam non inquieti fuimus, &c.& sequitur, non quasi nõ habuerimus potestatem, sed vt nosmetipsos daremus vobis formam ad imitan- *Phil. 3.* dum nos,& ad Phil. Imitatores mei estote, & obseruate eos qui ita ambulãt,sicut habetis formam nostram. Forma enim debent esse subditorum in doctrina veri- *Roma. 2.* tatis,& ad Rom. Confidis te esse ducem cæcorum,magistrum infantium,habentem formam scientiæ & veri- *1. Thes.1.* tatis in lege, & ad Thes. Forma facti estis omnibus credentibus in Macedonia. Item in munditia castitatis, vt *1. Tim. 4.* patet ad Timo. Exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione,in charitate,in fide,& in castitate. Item *Eccles. 38.* in excellentia humilitatis,dicitur.n. in Eccl. In brachio suo formabit lutum,& ante pedes suos curuabit virtutem suam. Prima forma informat animam ex parte rationalis,secunda ex parte concupiscibilis, tertia ex parte irascibilis. Sed ne aliquid in subditis relinquatur non formatum,informandi sunt a suis superioribus vltima forma,s. forma perfectissimæ charitatis, de qua dicitur *Sap. 3.* in Sapien. Amator factus sum formæ illius. Istius formæ impressor fuit Paulus cum dixit. Imitatores Dei *Ephes. 5.* estote sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione. Ad tales informationes cęlestes in subditis imprimendas,inuitauit Deus Moysen cum dixit,inspice, & fac se- *Exod. 25.* cundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Opera itaq; prælatorum, velut quędam exemplaria cęlestia obijcienda sunt oculis subditorum. Vnde *Psal. 8.* Psal. Quoniam videbo cęlos tuos,&c. Item sextò cęlũ est omnium motuum inferiorum dimensiuum, nam motus cęli est primum temporis subiectum, & omniũ motuum inferiorum mensura. Vnde qui motum corporis cęlestis non considerat,in computatione temporis multum errat. Sic auctoritas & iurisdictio prælatorũ regula est & mẽsura subditorum, nam iuxta ordinatum motum voluntatis superiorum, moueri debent corda,& voluntates inferiorum. Ipsorum.n. est officiũ, subiectorum corda discutere, & de singulorum factis rationem & computum exigere,quia de factis subditorum reddituri sunt rationem,quãdo dicetur illud Hie. *Hier. 13.* Vbi est grex,qui datus est tibi,decus inclytum tuum? & Ezec. De manu tua requiram,& 3.Reg. Custodi vi- *Ezech. 3.* rum istum,qui si elapsus fuerit,erit anima tua pro ani- *3.Reg. 20.* ma illius,& ad Heb. Ipsi peruigilant,quasi reddituri ra- *Heb. vlt.* tionem pro animabus vestris, ideo motus & affectiones oportet mensurare,& cognoscere merita singulo- *Proue. 27.* rum,sicut dicit Salomon. Diligenter cognosce vultum pecoris tui,ne.s. contingat errare in reddendo rationẽ, *Iob. 38.* & Iob. Quis enarrabit rationem cęlorum?&c. Difficile vtiq; est enarrare,quam districtam requiret a prælatis de subditis rationem,quando dicet vnicuiq;. Redde *Luc. 16.* rationem villicationis tuæ.& Isa. Visitabit militiam cę- *Isa. 24.* li in excelso,& super reges qui sunt super terram. Item septimo cœlum aquarum superiorum & inferiorum discretiuum est,sicut dicitur in Gen. Posuit firmamentũ *Gene. 1.* in medio aquarum,& diuisit aquas ab aquis, & signat prælatos Ecclesiæ,qui fidei firmitate,& fortitudinis robore,contemplatiuos quasi superiores aquas sursum tenent,ne labantur ad inferiora,& sęcularibus negocijs se implicent,& sæcularibus implicitos quasi aquas mobiles sub se coercent, ne tranquillitatem contemplatiuorum perturbent. Discernunt etiam inter bonos qui cœlestem habent puritatem,& malos qui carnalem habent stupiditatem,spirituales,s. sursum tenendo per consolationem,carnales deprimendo,& compellendo subire correctionem. Vita etiam prælatorum inter vitam contemplatiuam & actiuam, quasi in medio formata est,& quasi ex vtraq; compacta. eorum etiam diligentia se debet interponere mediam inter huius mundi diuites & tyrannos,et inter pauperes ac infirmos, ne sinant violentiam diuitum transire in oppressionem pauperum,nec insolentiam pauperum in fraudem et contemptum potentium, siue suorum Dominorum, ideo in persona boni prælati dicitur de Ioseph in Eccles. Na- *Eccl. 49.* tus est homo princeps firmamentum gentis, stabilimẽtum populi,etc. Proprie igitur nomine cœlorum significatur in scripturis potestas prælatorum, qui auctoritate et potentia CHRISTI Ecclesiam disponunt et gubernant,sicut cœli inferiora mundi elementa ordinant et immutant. Cœli etiam dicuntur religiosi et contemplatiui, cœlorum etiam nomine intelligitur sanctitas religiosorum, siue cœlestis et sublimis conuersatio contemplatiuorum,in quorum mentibus pacificis et quietis,diuina virtus tanquam in cœlis singulariter requiescit, iuxta illud Isa. Cœlum sedes mea, *Isaia 66.* terra autem scabellum pedum meorum, etcet. De his cœlis dicit Psalm. Confitebuntur cœli mirabilia tua *Psalm. 88.* Domine. Hi cœli sunt claustrales et contemplatiui,qui ad cœlestem vitam diuina gratia eleuati, in diuinæ laudis confessione continue perseuerant, quia sicut dicit gloss. ante suam conuersationem ad pœni-

tentiam,heri fuerãt vorago ebrietatis, hodie ad Deum
conuersi,effecti sunt ornamentum sobrietatis:heri cœ-
num luxurię , hodie decus temperantiæ : heri blasphe-
matores,hodie Dei laudatores:heri seruiebant creatu-
ris,hodie effecti sunt serui creatoris . Dicuntur autem
tales cęli propter plura.Primo propter remotissimã ab
amore terrenorum elongationem. Nam cœlum æquis
spacijs a centro terrę est remotissimum,sic contempla-
tores cœlestium ab omni cura temporali abstracti, lo-
cum sibi vendicant superiorem, Deo scilicet & Angelis
Eccl. 24. propiorem : sicut dicit anima contemplatiua in Eccl.
Proue.25. Ego in altissimis habito,&c.& in Prou. Cœlum sursũ
& terra deorsum,sic cor regum inscrutabile,id est im-
perscrutabilis est affectio illorũ,qui bene se regunt.Nõ
a carnalib. potest experiri,quid dulcedinis de Deo suo
sentiunt,qui contemplationis volatu per cœlestia se dif
fundunt , tõ via aquilæ in cœlo a Salomone difficilis iu
Proue.30. dicatur in Prouerb.quia quod contemplatiuæ mentes
in raptu contemplationis de diuina dulcedine hauriũt,
Eccl.17. a mundi amatoribus ignoratur,iuxta illud Eccl. Virtu
tem altitudinis cœli ipse conspicit. De istius cœli altitu
dine iam multi corruerunt,qui cęlestem gratiam parui
pendentes,ad amorem terrenorũ velut canes ad vomi
tum redierunt,& professionis suæ altitudinis,iam obli
Isa.14. ti,mundi huius immunditijs adhęserunt:ideo dicit Isa.
Quomodo cecidisti de cęlo lucifer,qui mane oriebaris
corruisti in terram,&c.de hoc alias . Secundo propter
cœlestis munditiæ imitationem. Nam propter subtilita
tem suæ essentiæ cœli sunt purissimi,& ab omnis corru
ptionis immunditia alieni,sicut dicit Aristo.corpus cœ
li non ingreditur corruptio,nec generatio,&c.sic con-
templatiui cęlestem puritatẽ ęmulantur,& in omni cor
dis & coporis munditia puritati cęlesti per confessionẽ
continentiæ conformantur.Et ideo in castis & lucidis
religiosorum mẽtibus specialiter requiescit iuxta illud
Psal.88. Psal.Ponam Thronum eius sicut dies cęli : & in Ezec.
Eze..1. Et super firmamentum quod erat imminens capiti eo-
rum quasi aspectus lapidis sapphyri similitudo Thro-
ni.Sapphyrus cęlestem repræsentat puritatem pariter
& colorem,& significat munditiam & castitatem , cu-
ius gratia viri spirituales Thronus Dei fieri promeren
Psal. 102. tur:iuxta illud Psalm.Dominus in cęlo parauit sedem
suam. Tertio propter ordinatam obedientiæ volunta-
riæ continuationem. Nam cęlum cursum suum, ordine
quieto & imperturbato peragit , & ab eodem puncto
in idem continue se reuoluit , & hoc congruit religio-
sis,qui spiritu diuino commoti , sine tædio & murmu-
re,non cessant cursum iniunctæ obedientiæ pro virib.
Hiere. 31. adimplere;vnde Hier. Si defecerint leges cęli corã me
dicit Dominus , tunc semen Israel deficiet , vt non sit
gens coram me cunctis diebus,&c. Hunc motũ .velut
stellæ erraticæ quidam retardant, & obedientiæ legib.
obuiantes,& voluntatis proprijs motibus innitentes ,
quietam claustri conuersationem dissipant & pertur-
bant:iuxta illud Apoc.Factum est prælium magnum
Apoc. 12. in cœlo,& draco pugnabat,&c. Dicitur,ꝙ quando stel
læ erraticæ mutuo conueniunt in capite vel cauda dra-
conis,vel contrarie se aspiciunt , tunc cęlum perturba-
tur,& frequenter oriuntur tempestates,& eclypsis nũc
lunæ,nunc solis in capite vel cauda draconis ex mutua
Notabilis discursus. coniunctione,vel directa oppositione procreatur.Stel-
læ euagantes,sunt peruersi claustrales a rectitudine re-
gularis disciplinæ per campos licentiæ deuiantes, qui
nunc conueniunt in dracone per fraudulentam conspi
rationem,nunc ex aduerso se aspiciunt,& mutuo se op
ponunt per mutuam defensionem , ex quorum lite &
conspiratione turbationis non modicæ scandala pluri-
ma sæpius oriuntur,& ipsi religiosi qui per famam ve-
lut cęli relucere deberent,famæ suæ iacturam per taliũ
Apo.6. insolentiam patiuntur:vnde dicitur in Apoc.Sol factus
est niger tanquam saccus cilicinus,& stellæ ceciderunt
de cęlo,&c.Item quarto propter armoniacam circulo
rum cœli proportionem. Nam in cęlo quidam sunt cir
culi superiores,quidam inferiores,quidam autem dicũ
tur solstitiales,quidam æquinoctiales , quidam ęstiua-
les , quidam hyemales. Sic in religiosorum collegio ve-
lut in cęlo,quidam vicem gerunt prelationis, & hi sunt
solstitiales,in quorum vita & conuersatione sol iustitię
debet expressius relucere : iuxta illud Ecclesiast. In v- Eccl.17.
namquanq; gentem posuit rectorem,& pars Dei Isra-
el facta est manifesta,& omnia opera illorum velut sol
in conspectu Domini. Alij sunt sicut ęquinoctiales, il-
li.s.qui in statu subiectionis dies & noctes æquare &
continuare in Dei laudibus non desistunt,qui.s. in me
dia nocte ad confitendum Domino surgunt , & in die
media seu meridie laudes laudibus accumulant,& adiũ
gunt,de quibus Isa. Tota die & tota nocte nõ tacebũt : Isa.62.
& Psal. Vespere & mane & meridie narrabo & annun- Psalm. 54.
ciabo,&c.& Isa . Clamabant sanctus sanctus sanctus, Isa.6.
&c.& Psal. Tota die laudem dixi tibi.Circuli vero æsti Psalm.34.
uales , qui polo appropinquant , & versus verticem
cęli plus se eleuant,sunt contemplatiui,qui ab omni so
licitudine temporali se elongant,& in sublimitate con
templationis cœlestib. se conformant:dicitur.n. in Iob. Iob.22.
Excellior cęlo est, & supra stellarum virtutem sublima
tur.Sed per circulos hyemales qui terrę sunt vicinio-
res, significantur boni actiui & officiati,qui officio ad
ministrationis intenti temporalia procurant, & ea quę
sunt alijs necessaria officiosissime administrant:iterũ di
cit Iob. Pręcipit hyemis pluuijs & imbribus fortitudi- Iob.37.
nis suę;& in Genesi. Aestas & hyems , nox & dies non Gene.7.
requiescent. Pręlati igitur & subditi, actiui,& contem-
platiui,velut quidam cęlestes circuli,officiorum gradi-
bus ad inuicẽ sunt distincti,nexu tñ indissolubilis cha-
ritatis pariter sunt coniuncti,sicut dicit Apostolus. To Ephe.4.
tum corpus compactum & connexum,per omnem iũ
cturam subministrationis,&c. Itẽ quinto,propter om-
nimodam contrarietatis remotionem cęlo nihil est cõ
trarium,vt dicit Philosophus,maxime quia ex contra-
rijs partib. non componitur,& ideo non põt cęlum ali-
qua corruptio subintrare:sic inter viros spũales & cęle
stes nulla contrarietas in affectu,nulla disparitas in vi-
ctu , nulla singularis diuersitas in vestitu dẽt inueniri ,
immò ipsorum concordia attestatur,ꝙ tam in virtutib.
quã in moribus permanent incorrupti:iuxta illud Iob. Iob. 25.
Qui facit concordiam in sublimib. suis,& in Eccl.Cõ- Eccles.25.
cordia fratrum amor proximorum,vir & mulier bene
consentientes,&c.vbi ergo rixę & diuisiones,& contra
rię partes sunt in claustris, ibi summa est corruptela: di
cit.n.in Ose. Diuisum est cor eorum,ideo nunc interi- Osee.10.
bunt . Nam contrarietas est causa corruptionis, sicut
vnitas siue simplicitas incorruptibilitatis: vnde dicitur
in Act. Erat omnibus cor vnum & anima vna in Do- Act.4.
mino:& in Psal. Qui habitare facit vnius moris in do- Psalm. 67.
mo:& Sopho. vt inuocent omnes nomen Domini, & Sopho. 3.
seruiant ei humero vno:& in Ose. Congregabuntur fi- Osee.1.
lij Israel & filij Iuda pariter,&c. Vnde discipuli congre
gati in vnum,Spiritumsanctum recipere meruerunt,vt
dicitur in Act. Item sexto propter ordinatam orbium Act.3.
cęli eleuationem & depressionem,dicunt enim philoso
phi,ꝙ ex ordinato orbium motu , & eorum graui &
acuto & interciso processu,incredibilis harmonia pro
creatur,sic viri cęlestes omnia ordinate facientes sua-
uem reddunt melodiam,quando.s.de contemplatione
ad actionem , de lectione procedunt ad orationem ,
quando superiores iuste & benigne pręsunt sine tyran-
nide,& iniusta subditorum oppressione , & inferiores
mansuete subsunt sine murmure & contradictione ,
quando qui præsunt ad subditos condescendunt,
per compassionem & amorem , & illi qui subsunt
ordinate

Digitized by Google

ordinate exhibent ſuis ſuperioribus reuerentiam debitam & honorem,ex tali ordinato aſcenſu, & deſcenſu,
Iob.38. dulcis concentus generatur:ideo dicit Iob.Concentum
cœlis quis dormire faciet?ſed hic concentus iam minus
in cœli orbibus. i. clauſtralibus inuenitur: iuxta illud
Apoc.8. Apoc Factum eſt ſilentium in cęlo,fere per dimidiam
horam. Ecce in multis locis inſurgunt ſubditi contra
prælatos,& prælati contra ſubditos graſſantur,& ſic cõcentus cęli in talibus vel ſilet penitus,vel plurimum impeditur:boni tamen iſtud ſilentium tanquam periculoſum & nociuum infringunt,qui.ſ. ordinate & pacifice
Apoc. 14. viuunt,ſicut dicitur iterum in Apoc.Audiui vocem in
cœlo, ſicut vocem cytharedorum cytharizantium in cytharis ſuis,& cantabant quaſi canticum nouum. Itẽ ſeptimo propter cautiſſimam meritorum ſuorum occultationem.Nam cœlum interpolate aliqua de ſuis cõtentis aſpicientibus repręſentat, ſed plura & nobiliora ab oculis intuentium ſubtrahit,& occultat,& hoc religioſis vitam cœleſtem habentibus conuenit, vt aliqua de ſuis virtutibus oſtendat aliquando, ad ædificationẽ proximi:ſed plura abſcondant propter humiliationem
Matth. 6. ſui:ſecundum doctrinam Domini dicentis in Matth.
Tu cum oraueris intra cubiculum tuū, & clauſo oſtio
Ibid. ora patrem tuum in abſcondito, &c.& in eodem. Fa-
ciem tuam laua,ne videaris hominibus ieiunãs:ſed pa-
Ibid. tri tuo qui videt in abſcondito,& in eodem. Attendite
ne faciatis iuſtitiam veſtram coram hominibus, &cæt. Qui igitur cęlicam ducunt vitam, non omnia omnibus reuelent propter oſtentationem, ſed quando aliqua oportet facere proximis ad exemplum, in occulto faciãt quoad intentionem. Nam nobiliora in cœlo plus celantur,quam illa quæ in firmamento ſenſibiliter intuentur.
Sap.9. Ait enim Sapient.Quę † in profectu noſtro ſunt,in
† Alias. In proſpectu. uenimus cum labore,quæ autem in cœlis ſunt,quis inueſtigabit?quaſi dicat,nullus poteſt merita ſanctorum occulta cognoſcere,niſi ille ſolus qui † ſuper omnes cę
† Alias ſub tei. los conſiderat,& lumen eius ſuper omnes terminos terræ, vt dicitur in Iob. ille ſolus vota humilium reſpicit
Iob.37. & approbat,qui ſolus cęli occultiſſima inueſtigat.& in
Pſal. 112. Pſal.Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat?&cæt. Hypocritæ vero qui in ſeipſis cęli ſpeciem mentiuntur ſe habere,plura bona quam habeant,fingere nõ verentur:vnde dicit Nahum.Plures feciſti,quam
Nahũ. 3. ſtellæ ſint cęli negociationes tuas. Sed tales ſtellæ non ſunt ſtellæ veræ, quia in cęli corpore non ſunt fixæ,& ideo ſemper pereunt & cadunt in fine, ſicut quaſdam flammulas ſtellis ſimiles,de cęlo in noctibus cadere ſæpius eſt videre.Ideo in Apoc.dicuntur ſtellæ de cęlo ce
Apoc. 6. cidiſſe,& in Matth. Nam (vt dicit Greg.) hypocrita-
Matt. 24. rum opera quamuis ad tempus inter iuſtorum merita
lucere videantur, in fine tamen quia a fructu ſunt vacua,tandem annullantur:ideo dicitur in Iob. Si aſcen-
Iob 20. derit ad cęlum ſuperbia eius,& caput eius nubes tetige
Abdiæ. 1. rit,&c.& in Abdia.Inter ſydera poſueris nidum tuum,
Iſa. 14. &c.& Iſa.In cęlum aſcendam,ſuper aſtra cęli exaltabo
Pſalm. 72. ſolium meum:& Pſal.Poſuerunt in cęlum os ſuum,&c.
ſed qui veri ſunt cœli,in Dei abſcondita ſua occultant opera,& ideo ſtabilia permanent vſq; in poſterum atq; fixa:iuxta illud Eccl.Conclude eleemoſynam † in ſinu
Eccleſ.29. pauperis,& orabit pro te,& proderit tibi ſuper aurum.
† Alias in corde. Item octauo propter continuam influentiam,& virtutis diffuſionem,nam virtus cęleſtis per ſingula ſe diffundit elementa,ſic religioſi bona quę deſuper receperunt, omnibus indigentibus comunicant,& miſericordiæ opera ſecundum vniuſcuiuſq; indigẽtiam ſingulis adminiſtrant,& ad imitationem patris cœleſtis qui miſericors eſt,& miſericordes diligit,& illis ſpecialem gratiã infundere conſueuit,ſicut dicit Pſal.Domine in cęlo mi
Pſalm. 35. ſericordia tua,&c.Beati.n.miſericordes, quoniam ipſi
miſericordiam conſequentur:dicitur in Mat.Religioſi Matth. 5.
itaq; pietatis opera diligentes,ſunt cœli in quibus theſauri Domini reponuntur,qui inſpiratione diuina,neceſſitatis tempore pauperibus diffunduntur,vnde dici-
tur in Deu.Aperiet Dominus theſaurum ſuum opti- Deut. 28.
mum,cęlum:vt pluuiam tribuat terræ in tempore ſuo. Patet ex prędictis,ꝙ cęlorum nomine religioſi in ſcripturis ſæpius denotantur,qui inter cæteros electorum gradus,cęlis potiſſime conformantur,ratione ſubtilitatis diuinæ ſcripturæ,in qua velut in cęlo omnia occulta Chriſti,& Eccleſiæ myſteria continentur: iuxta illud
Iſa.Complicabuntur ſicut liber cęli, &c.& Ezec.Aper Iſaia. 34.
ti ſunt cęli,& vidi viſiones Dei.& in Apo. Apertum eſt Ezec. 1.
templum in cęlo,& viſa eſt arca teſtamenti in cęlo. Nã Apoc. 11.
ſicut cęlum eſt principium illuminationis & irraditionis totius mundi ſenſibilis,ſic totius veritatis cognitio exordium a diuinis eloquijs accipit,& ſcripturis, iuxta
illud Pſalm.Declaratio ſermonum tuorum illuminat. Pſal. 118.
Nam mandatum lucerna eſt, & lex lux, vt dicitur in
Prou.Vnde quicquid proponitur prophetice rationis: Proue.6.
quicquid aſſeritur mundanæ ſapientiæ argumentis, ſi veritati theologicæ non conſonat, a natura cęli diſcrepat,& diſcordat,vt dicere poſſit mũdi ſapientibus ſcri-
ptura veritatis.Sicut exaltantur cęli a terra,ſic viæ meæ Iſa. 55.
a vijs veſtris.Item ſecundo virtus cęli eſt cauſa viuificationis inferiorum & ſenſificationis,quia nihil viuit,nec ſenſum percipit,vbi cęli radius nõ pertingit:ex quo manifeſte conuincitur, quòd omnis mens vel conſcientia moritur,ad cuius interiora verba vitæ virtus non ingre
ditur,quod expertus Petrus, dixit in Ioann.Ad quem Ioan. 6.
ibimus?verba vitæ æternæ habes, & Pſalm. Eloquium Pſal. 118.
tuum viuificabit me,& Dominus in Io.verba quæ lo- Itẽ Ion.6.
cutus ſum vobis,ſpiritus & vita ſunt,& in Eccl.Suſtuli Eccl. 48.
ſti mortuum ab inferis, de ſorte mortis in verbo Dei
tui. Et ideo ſcriptura diuina ſpiritualiter intellecta, in- Ioan. 1.
tellectum viuificat & affectum:iuxta illud Ioann. Vita erat lux hominum,et Apoſtolus. Tuba Dei deſcendet
de cęlo,& mortui qui in Chriſto ſunt reſurgent primi, 1.Theſ.4.
&c. Tuba de cęlo canens,eſt vox prædicatorum de ſecretis ſcripturæ cęleſtia exprimens, reſonans, & expo-
nens. Ad tubæ ſonitum reſurgent mortui de ſepul- Ioan. 5.
chris peccatorum,ſicut dicit Ioan. Hora venit, & iam nunc eſt,ꝙ omnes qui in monumentis ſunt,audient vocem filij Dei,&c. Item tertio ratione obnubilationis, quia cęlum quod in ſuo proprio circulo ſemper lucidũ eſt & ſerenum,ſecundum noſtrum aſpectum propter interpoſitionem vaporum, ſæpius apparet nubiloſum, ſic ſcriptura diuinitus aſpirata,figuris & ænigmatibus eſt ſæpius inuoluta,vt carnalibus & indignis ſcripturarum lateant myſteria,quæ tamen pijs mentibus ſapientibus ea quæ ſunt ſpiritus,lucida ſunt & aperta,iuſta il-
lud Gene.Cum obduxero cęlũ nubibus, apparebit ar- Gene. 9.
cus meus,&c. Quandoq;.n.propter aliquorum imperitiam,quãdoque etiam propter hæreticorum malitiam, ſunt celanda quædam ſcripturæ & fidei ſacramenta. Et hoc faciẽdum eſt coram ſimplicibus & infirmis,ne ſubtilia & ſublimia capere non valentes a recto deuiẽt, ſimiliter coram infidelibus,ne blaſphemẽt. Non enim debemus ſanctum dare canibus neque ſpargere Margari
tas coram porcis,ne forte conculcent eas,etc. ſicut dicit Matth. 7.
Dominus in Matt. Ideo præceptum fuit, ꝙ nulli vide-
rent vaſa ſanctuarij nuda,exceptis ſacerdotib' filijs Aa Num. 4.
ron,vt dicitur in Num. Ideo oportuit arcam & alia tabernaculi vaſa obuoluere pellibus hyacinthinis;ne forſitan alij aliqua curioſitate ſecreta tabernaculi intuẽtes morerentur,ſicut ibi dicitur. Claritatem itaq; cœli obuoluit nubibus,& obducit, qui ſcripturarum ſubtilia ſubticens,ſimplicia et intellectu facilia proponit, ſimplicibus autem exponit. Radius enim luminis cęleſtis
qui vi-

Digitized by Google

quí visum aquilę acuit & cófortet, obtundit visum no-
ctuæ & excæcat. Vnde qui debilis est visus.i.parui intel
lectus, non debet alta & insensibilia perscrutari, ne de
claritate nimia obtenebretur ei' animus, vnde putabat
Prouc.23. illuminari, vnde dicitur in Prou. Ad opes quas habere
non poteris, ne erigas oculos ruos. Facient. n. sibi pen-
nas, & volabunt in cęlum. Hoc sciens Dominus, dixit
Ioan.3. Nicodemo in Ioan. Si dixi vobis terrena & non cre-
ditis, si dixero vobis cœlestia quomodo credetis? & in
Eccl.3. Eccl. Alriora te ne quæsieris, & in pluribus Dei operi-
bus non fueris curiosus, &c. & sequitur. Nun est uecef-
se quæ abscondita sunt, videre oculis tuis. Item quarto,
ratione fęcundationis. Nam calore cęlesti parirer & ro
re omnia procreantur, nec aliquid in terra crescendo ꝓ
ficit, nisi vbi calor cęlestis se spargit, & humor roris aut
pluuiæ cęlestis se diffundit. Scriprura tota ignea est, illu
minans per sapientiam intellectum, & ad amorem in-
Psal. 118. flammans affectum: vnde di. Psal. Ignitum eloquiũ tuũ
Deut. 33. vehementer, &c. in Deur. In dextera eius ignea lex, &
Hiere. 20. Hier. Fact' est sermo Domini in corde meo quasi ignis
Prou.30. ęstuãs clausus in ossibus meis, et in Prou. Omnis sermo
Domini ignitus clypeus, &c. Clypę' est cum protegit,
ignitus cum accendit. Cęlum igitur igneum, diuinũ est
Psal.104. verbum quod inflammat, vnde ait Psal. Eloquium Do
mini inflammauit eum, &c. Rorifluum autem est dum
fœcundat. Inflammat. n. cor ad dilectionem, fœcundat
Deut. 32. velur pluuia aur ros ad operationẽ: dicitur. n. in Deut.
Iob.29. Concrescat vt pluuia doctrina mea, fluat velut ros elo-
quium meum, & Iob. Stillabat super eos eloquiũ meũ,
expectabant me sicut pluuiam, & os suum aperiebant
quasi ad imbrem serorinum. Vi ergo talis caloris, & hu
moris de agrocordis, virtutis germẽ prorumpit in fru-
Isa. 55. ctum operationis vnde dicit Isa. Quomodo descendit
imber de cœlo, & non reuertitur, se infundit in terram
Iob. 29. & inebriat eam, & germinare eam facit, &c. & Iob. Ros
in messione mea morabitur, &c. Maledicta autem ter-
ra quę rorifluis cęli guttis continue iasunditur, & tamẽ
Hebr. 6. sterilis inuenitur, & Paulus. Terra quæ spinas profert
Deut. 28. & tribulos, reproba est, & maledicto proxima, & in
Deut. de cęlo descendet super te cinis, &c. Quod fit in
peruersis theologis, qui rore cęli quotidie pluuntur, sẽ
per tamen remanent sine fructu. Item quinto, ratione
permanentię infinirę durationis. Cęlum. n. inter omnia
corpora magis durabile est & firmum, & ideo est per-
petuum, quia cum non sit cópositum ex contrarijs nó
habet in se principiũ dissolutionis, & hoc conuenit scri
pturæ veritatis, quæ tantæ est firmitatis ꝙ non potest
arte vel ingenio immutari: & ideo dic. Psal. Statuit ea in
Psal. 148. ęternum & in sęculum sęculi, præceptum posuit & non
præteribit: & Prou. Labium veritatis firmum erit in ꝑ-
Prou. 12. petuum: & iterũ in Psal Quę procedunt de labijs meis,
Psalm. 88. nó faciam irrita. & in 2. Petri: & habemus firmiorẽ pro
2.Pet. 1. pheticum sermonem. Vnde omnes scientiæ quæ in fir-
mitate istius scripturæ non sunr fundatæ, inutiles sunt
atq; vanę: iuxta illud Hie. Oẽs leges gentium vanę sũt:
Hie.10. & Sap. Vani sunt omnes hoĩes, in quibus non subest sa
Sap. 13. pientia: & Apos. Euanuerunt in cogitationibus suis, di
Roma. 1. centes se esse sapientes, stulti facti sunt. Vnde sapientes
huius sęculi, qui ingenia sua fundant in sapientia hu-
ius mundi, nihil habent cęlestis penitus firmitatis, sed
doctores boni, virtute diuini verbi sunt firmissimi si-
Psalm. 32. cut cęli: iuxta illud Psal. Verbo Dñi cęli firmati sunt: &
Dan. 12. Dan. Fulgebunt sicut splendor firmamenti: & Iob. Soli
Iob. 27. dissimi sunr, quasi ęre fundati. Item sexto, ratione orna
tus & compositionis, nã propter varium stellarum or-
natum, nihil est pulchrius quam sit cęlum. Sic diuina sa
pientia quæ in scriptura diuina sculpta est & cęlata, ex-
positionibus varijs quasi quibusdã radiantibus stellis,
multipliciter est ornata. Relucet. n. diuina veritas nunc

in historia, nunc in allegoria, nũc in ea rutilat sensus tro
pologicus, nũc irradiat anagogicus intellectus: vnde in
Eccl. Species cœli est gloria stellarum: & in Sap. Dedit Eccl. 43.
mihi scire anni cursus, & stellarũ dispositiones, &c. Va Sap. 7.
rijs itaq; scripturæ diuinæ sententijs quasi coruscanti-
bus cęli astris oĩum errorum & phantasmatũ tenebro-
sitas effugatur, & relucet veritas fidei, qua totius Eccle
siæ superficies decoratur, vnde dicit Iob. † Super oẽs cę Iob. 37.
los considerat, & lumen illius super oẽs terminos terrę. † Alias sub
Tẽpore vero Antichristi, istius cęli ornatus splendidus ter.
obfuscabitur, qñ verbi diuini prędicatio ab hęreticis &
tyrannis prohibebitur, & veritas fidei latens in scriptu
ris varijs hęreticorum figmentis, insuper & physicis ar
gumentis multipliciter, impugnabitur, sicut dic. Dan. Daniel. 8.
Magnificatum est cornu modicum vsq; ad fortitudinẽ
cęli, & deiecit de stellis, & cóculcauit eas, & abstulit iu-
ge sacrificium, & deiecit locũ sanctificationis eius, &c.
& in Apo. Celum recessit sicut liber inuolutus, & mon Apoc. 6.
tes et insulæ de loco suo motæ sunt. Nam liber diuinæ
sapientiæ qui modo omnibus est apertus, tempore per-
secutionis extremæ, clauderur vndiq; et erit oĩb. obuo
lutus, et tunc montes et insulæ mouebunrur, quia tam
prælati quã subditi, tam cótemplatiui quam actiui, qui
voluerint esse stabiles in fide, in lege Domini ꝑmanere,
iniquitatem persecutionis Dæmonis, et Antichristi cũ
suis fugere compellentur, quapropter dr̃ in Prou. Cum Prou. 29.
defecerit prophetia, dissipabitur populus, q vero custo
dit legem, beatus est. Patet itaq; ꝙ veritas diuinę sapien
tiæ, quæ in scriptura sacra velut in cęlo occultatur, con
grua similitudine cęlesti corpori cóparatur, Doctores
sacrę scripturę per rationes prętaxatas cęli sępius nuncu
pantur, quia mundum illuminãt per vitam et doctrinã,
vnde dicit Dan. Qui docti fuerint fulgebunt sicut splẽ Dan. 12.
dor firmamẽti, et Paulus. Inter quos lucetis, sicut lumi- Philip. 2.
naris in mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam
meã in die Christi, quia non in vacuũ cucurri, neq; in
vacuũ laboraui. Item primo, quis mortuos in peccatis
viuificant et sensificant ad vitam, eos inducendo ad pę-
nitẽtiam, sicut fecit Dauid, qui quos voluit viuificauit,
et quos voluit mortificauit, vt patet in secũdo Reg. Nã 2.Reg.8.
bonorum confessorum et doctorũ consilio, qui viuunt
munde, et peccato mortificantur vt viuant Deo, mor-
tificant carnẽ, sed spiritur vitã conferunt spũalem, iuxta
illud Petri. Mortificati quidem carne, viuificati sũt spi- 1.Pet. 3.
ritu, et Paulus. Mortui estis, et vita vestra abscódita est Coll.3.
in Christo, ad hanc vitam perducit solertia doctorum
et sacerdotum, ex quorum consilio dependet vita sub-
ditorũ, iuxta illud Iu. Vos qui estis presbyteri in popu- Iudit.8.
lo Dei ex vobis dependet anima illorum, ad eloquium
vestrum illorum corda eriguntur. Ideo legitur Domi-
nus dixisse discipulis ad prædicandum destinatis. Infir
mos curate, mortuos suscitate, vt dicitur in Matt. Sicut Matt. 10.
leo qui vocis rugitu suscitat catulum mortuum, sic stre
nuus doctor rugitu prędicationis et correptionis reuo
cat subditos ad vitam spiritualem, nam dicitur in Pro. Prou.23.
Virga percute eum, et animam eius a morte liberabis.
etc. Sic viuificatiui tanquam cęli, et inferiorum sensifi-
catiui fuerunt doctores et sacerdotes primitiui, sed de
modernis sacerdotibus potest dici illud Eze. Violabãt
me ad populum meum, vt interficerent aĩas, quæ non Ezec.13.
moriuntur, & viuificarent aĩas, quæ non viuunt, men-
tientes populo meo, &c. & in Osea; Particeps sacerdo- Oseæ 6.
tum in via interficientium pergentes de Sychem. Item
sexto propter subditorum exemplum se humiliant, &
tam in parcitate victus, ꝗ in humilitate habitus, cor-
pora sua cruciant, et castigãt, sicut Ioan. Baptista, q erat Matth. 3.
vestit' pilis camelorũ. Sic Helyas de quo dr̃. vir pilosus, 4.Reg.1.
et zona pellicea accinct' renib', et illi similes sũt cęlo, cu
ius claritas nó deficit ꝗuis nebulis vel nubib' obducatr̃,
quia

quia sub asperitate pœnitentię eorum sanctitas amplius
Isa. 50. augmentatur, iuxta illud Isa. Induam cęlos tenebris, &
ponam saccum operimentum eorum, quod fit, quando di-
uina virtute sub sacco vel cilicio pęnitentiæ cęlestis the
saurus occultatur. Sic legitur scyphus Ioseph argēteus,
& ad augurandum optimus sacco Beniamin fuisse oc-
Gene. 44. cultatus, vt legitur in Gen. Scyphus argēteus, est sacer
dos clarus scientia, mundus vita, cuius oris ministerio
quasi scypho mūdo, auditoribus doctrinæ salutaris e-
loquium præfulgebat. Talis Scyphus fuit Paulus, sicut
Ezec. 10. ibidem dicit glo. in cuius corde cęlestis doctrinæ pocu
Eccl. 25. lum propinatur, iuxta illud Ezec. Tulisti tibi scyphos,
& vasa aurea & argentea, &c. & Salomon dicit. Feci mi
hi scyphos & vrceolos in ministerio ad vina fundēda,
& supergressus sum opibus omnes, qui ante me fuerūt
in Hierusalem. Vrceoli sunt doctores, dum vinum cęle
stis sapientiæ hauriunt & recipiunt, scyphi vero quan-
do gratiam cœlitus receptam, alijs tribuunt & diffun-
dunt. Tales cyphi in sacco Beniam. i. filiorum dexteræ
deponuntur, quia sub habitu humilitatis & pęnitentiæ
vsq; ad tempus præuisum a patre absconduntur, sed a-
perto sacco, statim proditur, quam pretiolum vasculū
in sacci orificio continetur, quia animę resolutę a corpo
ris ergastulo, euidenter solet Deus ostendere, quan-
Psalm. 29. tum dilexit thesauros repositos I sacco, vnde dicit Psal.
Conscidisti saccum meum, & circundedisti me lętitia.
Item boni doctores comparantur cęlis, quia cęlesti mu
re alios rore cęlestis gratię infundunt, & humore deuo
tionis ad compunctionis gratiam ipsos prouocant et in
uitant. Nam multi omnimodo aridi & indeuoti, acce-
dunt ad prædicationem, vel confessionem, qui bonorū
sacerdotum suffragio ante suum recessum de cęlo con-
solationem, & lachrymarum imbre copiosius compluti
recedunt, in optimo proposito fructiferi, qui prius æ-
Gene. 27. stimabantur penitus steriles & infęcundi, vnde dicitur
Cant. 5. in Gen. De rore cęli & de pinguedine terræ, erit benedi
ctio tua, & in Cant. Caput meum plenum est rore &
cincinni mei guttis noctium. Ideo de confessoribus &
de doctoribus, quos reliquit Deus ad mundi fęcunda-
Micheę. 5. tionem, dicitur in Michea. Erunt reliquiæ Iacob in me
dio populorum multorū, sicut ros a Domino, & quasi
stillæ super herbam, quæ non expectat virum, & non
præstolatur filios hominum. Et erunt reliquiæ Iacob,
in gentibus, in medio populorum multorum, quasi leo
in iumentis siluarum, & quasi catulus leonis in gregib⁹
Isa. 45. pecorum, ideo dicit Isa. Rorate cœli desuper, & nubes
pluant iustum, &cæt. Item secundo fixi sunt & constan
tes per omnimodam patientiam, sicut cęli, qui ita sunt
firmi & stabiles, quòd de nullius contrarij motus im-
petu possunt dissolui, sic doctores & predicatores Chri
Psalm. 91. sti, cum nulla corporis iniuria possunt frāgi, vnde Psal.
Prou. 19. Patientes erunt vt annuncient, & in Pro. Doctrina vi-
ri, per patientiam noscitur, &cæt. Vnde sicut cęlum a su
perioribus aquis non deprimitur, nec ab inferioribus
eleuatur, sic nec iustus doctor erigitur in prosperis, nec
deijcitur per pusillanimitatem in aduersis. Aquæ. n. su-
Iob. 12. periores significant prospera, iuxta illud Iob. Si conti-
nuerit aquas omnia siccabuntur, si emiserit eas subuer-
tent terram. Inferiores vero, significant grauia & ad-
Tren. 3. uersa, vt dicitur in Tren. Aquæ inundauerunt super ca
put meum, & dixi perij. Inter has aquas stant boni im-
Iosue 3. mobiles atque firmi, sicut dicitur in Ios. Ingressis sacer-
dotibus Iordanē, steterunt aquæ superiores instar mon
tis intumescentes, quæ autem inferiores erant in mare
solitudinis descenderunt, &c. Vnde sacerdotes portan-
tes Arcam, ad modum cęli inter medias aquas fuerunt
Isa. 43. tuti, iuxta illud Isa. cum transie ris per aquas tecum ero
& flumina non operient te. Sic Elyseus diuisis aquis
4.Reg. 2. Iordanis transiuit intrepidus. Eliæ pallio, qui in cęlum
raptus fuerat, præmunitus. Eliæ pallium de cęlo derei-
lictum, est Christi exemplum nobis datum in subsi-
dium, vt nec mundi prospera timeamus, nec aduersa,
vnde Paulus. Curramus ad propositum nobis certamē, Hebr. 12.
aspicientes, &c. Item cœlesti decorantur sicut cęli or-
natu, quantum ad vitæ perfectionem, & virtutum de-
centiam, & cęlestem in moribus disciplinam, vnde di-
cit Iob. Spiritus Domini ornauit cęlos. Vbi dicit Gre. Iob. 26.
Quot sunt dona prædicantium, tot sunt ornamenta cę
lorum. Quem ornatum enumerat Apost. dicens. Opor 1. Tim. 3.
tet Episcopum esse prudentem, sobrium, pudicum, ho-
spitalem, modestum, ornatum, &c. Hunc ornatum cele
stem præfigurabat habitus sacerdotis in Ex. † Fecit su Exod. 28.
perhumerale de auro & hyacintho, purpura, coccoq; † Alias fa-
bis tincto, & bysso retorta opere plumario, & posuit in cient.
rationali doctrinam, & veritatem, &c. & in Sap. In ve- Sap. 18.
ste poderis eius erat descriptus totus orbis terrarum.
Cęliq; non sunt, vbi tales ornatus desunt, sicut est vide
re in peruersis sacerdotibus, in quorum vita non relu-
cet sol feruentis charitatis, nec resplendet luna miseri-
cordiæ & pietatis, nec refulgent stellæ munditiæ & ca-
stitatis, non comparent etiam constellationes duode-
cim signorum. i. non relucet in eis nec apparet vestigiū
vitæ & conuersationis duodecim Apostolorum, non
hyades, non pleiades non Oriona cum interioribus au
stri, quoniam nec virtutes interiores. s. purgati animi ad
contemplatiuam pertinentes, nec exteriores, videlicet
purgatoriæ & politicæ vitam exteriorem quoad acti-
uam dirigentes, nam in Ecclesiæ doctoribus vix inue-
niuntur, & ideo totius Ecclesiæ species in tenebram, &
deformitatem est mutata: ideo dicit Iob. Qui præcipit Iob. 9.
soli & nō oritur, & claudit stellas quasi sub signaculo,
sequitur. Qui facit arcturum Oriona, & hyadas, & in-
teriora austri, & in Hier. Aspexi cęlos, & lux non erat Hier. 4.
in eis, & ideo multa imminent mundo pericula, quia
vbiq; deficiūt in doctoribus & sacerdotibus huius mū
di cęlica ornamēta, sicut dicitur in Act. Neq; sole, neq; Act. 27.
syderibus apparentibus per plures dies, & tempestate
non exigua ingruente, omnis spes salutis ablata est. Itē
quarto sicut cęli vniuersaliter extenduntur, iuxta illud
Isa. Qui extendit cęlos & expandit eos sicut tabernacu Isaia 40.
lum ad inhabitandum, nulla. n. est cęli particula, quin
æqualiter expansa inueniatur & extensa, sic Christi sa-
cerdotes ad cęli similitudinem, nihil retinent non extē
sum. Extendunt. n. linguam, cor & manum. Cor (in-
quam) extendunt ad Deum per deuotionem, ad proxi
mum per compassionem. De primo dicit Psal. Anima Psal. 142.
mea sicut terra sine aqua tibi. De secundo dicitur in Iob. 30.
Iob. Compatiebatur anima mea pauperi, & Isa. Cum Isa. 58.
effuderis esurienti animam tuam, &c. Linguam etiā ex
tendunt ad Deum in oratione, & continua gratiarum
actione, ad proximum in doctrina & prędicatione. De
primo dicitur in Ec. Iterauit orationem suam, volens Eccles. 50.
ostendere virtutem Dei: & post, Rursum orauit Deum Ibidem.
omnium qui magna fecit in omni terra, & Psal. Labijs Psal. 62.
exultationis laudabit os meum. De secundo dicitur in Prou. 31.
Pro. Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lin
gua eius. Similiter manus extendunt ad Deum per sup
plicationem, iuxta illud Psal. In noctibus extollite ma- Psal. 133.
nus vestras in sancta. Sic Moyses extendit manus suas
in cęlum & cessauerunt tonitrua, in Exo. Ad proximū Exod. 9.
vero extendunt manus per subuentionem, & necessita
tis proximi subleuationem, de hoc dicitur in Prou. Ma Prou. 31.
num suam aperuit inopi, & palmas suas extēdit ad pau-
perem. Sic Martinus tanquam cęlum fuit extensus ad
Deum, quando oculis & manibus in cęlum intentus, in
uictum ab oratione spiritum non relaxabat. Similiter
ad proximum, quando etiam nec pallium sibi sine pau
peris solatio retinebat, & ideo propter tantam charita-
tis extensionem cęlum extensum potuit merito nuncu
pari, iuxta illud Psal. Extendens cęlum sicut pellem, & Psal. 103.
Isa.

Isa. 45. Is. Manus meæ tetẽderunt cęlos, & omni militiæ eorũ
Hier. 10. demandaui, & in Hier. Prudentia sua extendit cœlos.
Propter istas & alias suprapositas cœli proprietates &
naturas, merito doctores scripturæ cęlo comparantur.
Sicut nomine cęli significantur sancti superius nomina
ti, sic & nomine firmamenti. Idem est. n. firmamentum
Gene. 1. quod & cęlum, sicut dicitur in Gen. Vocauit firmamẽtum
cęlum. Singulariter tamen potest vocari firmamentum
natura nostra a Christo assumpta, & in ipso vnione p-
Psalm. 79. sonæ cum diuinitate vnita, de quo Psal. Fiat manus tua
super virum dexteræ tuę, & super filium hominis quem
confirmasti tibi. Nam redemptor noster super omnia
Deus verus, & factus super omnia homo perfectus, se-
cundum naturam assumptæ humanitatis firmamẽtum
Psal. 17. nuncupatur, sicut dicit Psalm. Dominus firmamentum
Eze. 1. meum et refugium meum, & Ezec. Aspectus firmamẽ
ti, quasi aspectus crystalli, etc. Natura. n. nostra priusq
assumeretur fuit terra, postquam autem [illegible]
assumpta, et super angelos sublimata, facta est firmamẽ
tum: et ideo similis est crystallo, qui ex aqua cõgelata
indissolubilem contrahit firmitatem. Quia igitur cor-
pus redemptoris vsq; ad mortem passionibus et pœnis
subiacuit, aquæ fluxibilitatem in se habuit, quia nascen
do, crescendo, esuriendo, sitiendo, moriendo, per mo-
menta temporum mobiliter decucurrit, et [illegible]
Psal. 18. intuens propheta, ait. Exultauit vt gigas ad currendam
viam, etc. sed in resurrectionis gloria virtutem incor-
ruptionis obtinuit, et in crystallinam firmitatem natu
ra primo mutabilis mutata fuit. Dicitur itaq; Christus
homo firmamentum, ratione firmæ et fixæ vnionis,
Ezec. 10. qua humana natura in vnione personæ in Christo in-
dissolubiliter copulatur, iuxta illud Ezec. In firmamen
to quod erat super caput Cherubin quasi lapis sapphy
rus. Lapis sapphyrus, est Christus Dominus, qui est lapis
angularis, in se Deum et hominem vniens, homines et
angelos quasi parietes duos associans, et coniungens
sibi per fidem et amorem, intra se retinens etiam ab ipsi
Collos. 2. [illegible] fauore et gratia nõ recedens. vnde Paulus. [illegible]
[illegible] vobiscum sum gaudens, et videns ordinem vestrum,
et firmamentum eius quæ in Christo est fidei vestræ,
et sequitur ibi. Superædificati, et confirmati in fide [illegible]
gratiarum actione, etc. Quia igitur ipse totius Ecclesiæ
militantis, et etiam triumphantis congruum est funda
mentum, ideo bene vocatur firmamentum. [illegible]
fundamentum celeste est et non terrenum, [illegible]
Isa. 54. tur lapis sapphyrus, vnde dicitur in Isa. Fundabo te in
Exod. 24. sapphyris, et in Ex. Sub pedibus eius quasi opus lapi
2. Tim. 2. dis sapphyri, etc. et Paulus. Firmum Dei fundamẽtum
Matth. 7. stat, et Matt. Fundata erat supra firmam petram [illegible]
secundo ratione mediationis, nam sicut firmamẽtum
est inter aquas superiores et inferiores medium collo
catum, sic mediator Dei et hominum, [illegible]
[illegible] minor, tamen inquantum Dei filius omni crea
tura superior, ima et summa, inuisibilia et visibilia re
conciliat, et in se medio recolligit et adunat. sicut dicit
Col. 1. Apostolus. In ipso condita sunt vniuersa in cęlo et in
Gen. 1. terra, visibilia et inuisibilia, et in Gen. Posuit firmamen
tum in medio aquarum, diuisit aquas ab aquis, etc. [illegible]
ideo qui modo secernit & diuidit inter inferiorum &
superiorum, bonorum & malorum, [illegible] vel
[illegible] discernet in
Matth. 3. [illegible] Vnde dicitur in Matth. Cuius
& Luc. 3. ventilabrum in manu eius, etc. et in Prou. Sicut diuisio
Prouer. 21. nes aquarum, ita cor regis in manu Domini. Item
[illegible]
[illegible]
[illegible] & per
[illegible]
[illegible]
[illegible] Christus [illegible] Dei

patris, infra sinum suæ potestatis prædestinatos conti-
net & præscitos, nec prędestinationis filios finaliter per
mittit ire ad interitum, nec præscitos ex toto in nihilũ.
Nã filios gratiæ præseruat ad gloriã, reprobationis ve-
ro filios seruat ad gehennam, vt sicut in bonis immuta
bilis Dei gratia commendatur, ita eius inflexibilis iu-
stitia quæ videtur in reprobis, timeatur: vnde sapiens
dicit. Tempore casus sui inueniet firmamentum, & rur Eccl. 3.
sum. Iustitia eius proteget te, & in die agnitionis inue- Eccles. 27.
nies firmamentum. Item quartò ratione diuinæ in-
habitationis, nam cum Deus sit in omni creatura, cœ-
lum tamen siue firmamentum pro speciali sede sibi
vendicat, quia ibi singulariter & excellenter operan-
do, maiestatis suæ præsentiam manifestat, vt dicit
Dama. sicut humanitas quæ de virgine est assumpta,
singulare diuinitatis habitaculum est effecta, quando
verbum caro factum est, & habitauit in nobis, vnde di
cit Paulus. Complacuit omnem plenitudinem inhabi- Coll. 1.
tare, & per eum oĩa reconciliari, &c. de præparato habi
taculo suo, & in tertio Reg. Cum orauerit in loco hoc, 3. Reg. 8.
tu exaudies in cęlo, & in firmamẽto habitaculi tui, &c.
& in Exod. Sanctuarium tuum quòd firmauerunt ma- Exod. 15.
nus tuæ: & in eodem. Firmissimo habitaculo quod opera
tus, &c. Ideo. n. diuinitas Christi humanitatem inhabi-
tat, vt homines per hominẽ deprecantes audiat, & eo-
rum postulationibus condescendat, propter quod omnes
collectæ & orationes Ecclesiæ per Christum nostrum
terminantur, vnde dicit Paulus. In quo habitat plenitudo Collos. 2.
diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, &c. Item
quinto ratione circularis reuolutionis: circularem. n.
formam habet firmamentum, & motum obliquè vo-
lubilem. si. n. firmamentum moueretur in directũ quo
ad [illegible] inferiorũ non perficeretur, & ta
lis forma quæ est perfecta & nobilissima nobilissimo corpo
re erat danda, quia talis figura continuum motum eius fuit
necessaria. Circularis immò circulus perfectissimus est
ipse Christus, in quo duæ extremitates lineæ velut in
puncto soluuntur. Nam diuinitas quæ omnium rerum
causa est & principium, & [illegible] natura humana quæ finis
est omnium creaturarum, & vltimò in esse producta,
in ipso Christo velut in puncto in vnione personæ est
[illegible], & tanta firmitate roborata. Firmitate. n. sunt
duæ naturæ in vna persona, sic quòd vna ab altera nunquã
poterit separari. Eapropter proprie Christus nomen ob-
tinet firmamenti, cuius motus & operatio circularis
est. De sinu enim patris, in virginis ventrẽ est ingressus,
deinde per mundum & limbum progrediens iterum
ad patrem est reuersus, sicut dicitur in Ioan. Exiui à pa- Ioan. 16.
tre, & veni in mundum: & iterum relinquo mundum,
& vado ad patrem: & in Eccl. Oritur sol & occidit, & Eccl. 1.
ad locum suum reuertitur, gyrat per meridiem, & fle-
ctitur ad Aquilonem, &c. Ecce motus Christi reflexus
& obliquus. Attingit enim à fine vsq; ad finem fortiter, &
disponit omnia suauiter, sicut dicitur in Sap. Quia nũc Sap. 8.
flectitur ad aquilonem. i. ad peccatores in peccatis in-
duratos, per misericordiam illorum corda ad pœniten-
tiam [illegible], nunc verò ad meridiem. i. ad bonos
in feruore charitatis existentes, ipsos consolando: ideò
dicitur in Eccles. In meridiano exurit terram, &c. & in Eccles. 43.
Esd. Conuertitur in gyro cœli, & iterum reuertitur in 3. Esdr. 4.
eundem locum in vno die. Item sexto ratione fortissi-
mæ impressionis, & aggregationis luminis in centro.
Nam cum sit firmamentum corpus sphericum, & lu-
minosum, & concauum, & connexum, cuius medium
& centrum ex omni parte [illegible] se emittit radium ad suũ
medium. Vnde cum terra teneat vicem centri, manife-
stũ est, quod in terra sit radiorũ maxima aggregatio, & ex
influentia radiorum luminis maxima fit variarum spe-
cierum productio, & generatio. Firmamentum igitur
lucidum, & [illegible] significat Christum Dominum
qui

qui est lux vera,illuminans omnem hominem venien-
Ioan. 1. tem in hunc mundum:vt dicit Io.cuius sphęrica rotun
ditas.i.æterna potestas,omnia continet & sustentat, cu
ius luminositas omnia illustrat, cuius conuexitas om-
nium bonorum, gratiarum,& donorum plenitudinem
Ioan. 1. commensurat:iuxta illud Io. Vidimus eum quasi vni-
genitum a patre,plenum gratiæ,& veritatis. Ab istius
igitur firmamenti connexitate,ad cor humanum,velut
ad proprium centrum transfundũtur radij gratiarum,
Ioan. 1. & ib. De plenitudine eius omnes recipimus gratiã pro
gratia.Plena igitur his impressio,& coadunatio cęlestis
luminis in corde hominis,quoad ipsius iustificationẽ;
plenior quantum ad illustrationem sapientiæ,& verita
tis inspirationẽ; potẽtissima vero quo ad cõsummatio-
nem iustitiæ, & finalem charitatis in homine perfe-
Roma. 13. ctionem,& conseruationem:ideo ait Apo.Plenitudo le
Psal. 47. gis est charitas.De prima dicitur in Psal.Plena est iusti
Psalm. 64. tia dextera eius,& iterum in alio in Psalm.Flumen Dei
repletum est aquis,&c.A Christo.n.velut a fonte pro-
cedit flumen pęnitentiæ,qua anima a sordibus abluitur
Ioan. 9. & purgatur,& ad videndum lumen desuper veniens di
Sap. 17. sponitur,& habilitatur:sicut dicitur in Io.Abij,laui, &
Isa. 11. vidi:& in Sa.Omnis orbis terrarũ limpido replebatur
lumine,&c.De secundo dicitur in Isa.Replebitur terra
Psalm. 72. scientia Domini,quasi aquę maris operientis.De tertio
Iob. 36. dicitur in Psal.Dies pleni inuenientur in eis:& Iob.Cõ
Cant. 5. plebunt dies suos in bono,& annos suos in gloria:& in
Can. Resident iuxta fluenta plenissima. Talibus ra-
dijs a Christo effluentibus, tanquam a firmamento no
bilissimo virtutum,& meritorum,species in electorum
Eccl. 34. cordibus procreantur,iuxta illud Ecc.Ipse est firmamẽ
tum virtutis,regimẽ ardoris & vmbraculum meridiei,
deprecatio offensionis,adiutorium casus exaltans ani-
mam,& illuminans oculos,dans sanitatem,vitam,et be
nedictionem, q.d. a Christo velut a firmamento ef-
fluit virtutis perditæ restitutio, ardoris concupiscẽtiæ,
et diabolicę inflammationis repressio,persecutionis mi
tigatio,de offensis remissio & apud patrem pro pecca-
tis propitiatio:vt dicitur in Io.& in Dan.a ruina & ca-
1.Ioan. 2. su subleuatio,& in Psal.Cum ceciderit non collidetur,
Dan. 10. & in Pr.Septies cadit iustus,affectionis ad cœlestia ele-
Psal. 36. uatio,in primo Re.vt sedeat cũ principibus, & in Psal.
Prou. 24. Exaltaui animam meam,secretorum reuelatio,collatio
1.Reg. 2. impassibilitatis,donum immortalitatis,benedictio ęter
Psal. 134. næ hæreditatis,iterum in alio Psal. Illic mandauit Dñs
benedictionem,& vitam,&c.Ista decem bona,velut de
cem radij a Christo exeũt, ad perfectionem hominum
emanare,& effluere vndiq; non desistunt,vnde dicitur
Gene. 7. in Gen.Cataractę cęli apertæ sũt,& facta est pluuia ma
4.Reg. 7. gna,&c.& in 4.Reg.Si fecerit Deus cataractas cęli ape
rire,nunquid poterit esse quod loqueris?&c.Item septi
mo ratione inflammationis,nam firmamẽtum illud in-
flammat,ad quod per contactum appropinquat. Hoc
Christo conuenit,qui sibi gratia & fauore coniunctos
ad diuinum amorem inflammat penitus & accendit, vt
patet in Apostolis,.qui tanto feruentiori igniculo sunt
accensi,quanto magis sibi vicini,meruerunt fieri per fa
Deut. 33. miliaritatis gratiã propinqui,iuxta illud Deut.Qui ap-
propinquant pedibus eius, &c.Vnde doctrina Christi
ignea, ipsos fecit feruidos penitus & ignitos,vnde dici-
Tren. 1. tur in Tren.De excelso misit ignem in ossibus meis,&
Ezec. 1. erudiuit me Dominus,et Ezec.Vidi speciem eius quasi
speciem electri,& quasi aspectum ignis intrinsecus,&c.
Loquitur de sedente in Throno super firmamentum,
qui vtiq; significat Christum cui⁹ humanitas significa-
tur per electrum, q̃ est metallum ex auro & argento
compositum,subtili artificio conflatum. Nam in auro
incorruptibili animæ,Christi immortalitas, in argento
cãdido & mũdo,assumpti corporis puritas designatur,
ex eis duobus Christus secũdum hominẽ est formatus,
qui secundum vtranq; naturam argento mundior, &
auro obrizo pretiosior inęstimabiliter arbitratur.Illud
electrum intrinsecus videtur igneũ,quia corpus Chri-
sti cũ aĩa,Deo qui est ignis consumens ineffabiliter est
vnitum.Istius sedentis species,a medio corporis & sur-
sum,videbatur ardens intrinsecus & latens,a lumbis ve
ro deorsum,ignis splendens exterius & apparens.Nam
Christi virtus cum supernis spiritibus quãtum ardeat,
humana ratio nõ excogitat,vnde dicit Isa.Quis potest Isa. 33.
habitare cum igne deuorante,& cum ardoribus sempi Ezech. 28.
ternis,&c.& Eze.In medio lapidum ignitorum ambu
lasti.A lumbis autem deorsum apparet ignis splendẽs,
quia in quantum Apostolos & alios gratiæ filios accen
dent,per facti euidentiam omnibus est apparens. Nam
in lumbis sedes est generationis,& ideo a lumbis deor-
sum in circuitu splendere dicitur,quia in illis quos per
gratiam gignit,ampliori gratia seruescere se ostendit,
vnde dicitur in Leu.Sanctificabor in his,qui appropin Leuit. 10.
quant mihi,&c.Nos siquidem latet, quantum Christi
virtus accendit illos,qui sunt in patria,sed per multa e-
xempla videmus,qualiter a sua gratia igniuntur, quos
per verbum vitæ genuit hic in via.& ideo bene firma-
mentum dicitur,quia mens quæ ab eo tangitur,accen-
ditur subito,& ignitur.Item octauo,ratione impermu
tabilis fixionis,quia firmamentum in sua natura immu
tabile permanet,& persistit:& quamuis ĩferiora varijs
impressionibus alteret,& immutet, tñ mutabilitatem
inferiorũ corporum in se non recipit,nec admittit.Hęc
firmamenti proprietas est in Chřo manifesta,cuius bo
nitatem humana peruersitas nõ superat,cuius misericor-
diam ad vltimam pęnam creaturę malitia non inclinat,
quia ex innata sibi bonitate semper punit citra meritũ,
& remunerat supra dignum,ideo dicit Abac. Cum ira-
tus fueris,misericordiæ recordaberis:& Psal. Iratus es, Abac. 3.
& misertus es nobis.imo quando exigente iustitia,nun Psalm. 59.
quam iratus aliquos punit,in puniendo tamen irascen-
tis passionem non sentit,sicut dicitur in Sap.Tu domi-
nator virtutis cum tranquillitate iudicas,et cum magna Sap. 12.
reuerentia disponis nos,& in Psal.Mutabis eos & mu-
tabuntur,tu aũt idem ipse es,&c.& in Nume. Non est Psal. 101.
Deus quasi homo vt mentiatur, nec vt filius hominis Num. 23.
vt mutetur,& Malac.Ego sum Deus & non mutor,& Malach. 3.
Iac.Apud quem non est transmutatio, &c. Permanens Iac. 1.
itaq; veritas in Christo, fixaq; bonitas:sicut est perma
nens fixio vel stabilitas in firmamento, vnde dicitur in
Eccl.Amicus si permanserit fixus,erit tibi coæqualis, Eccl. 16.
quia permanet in die necessitatis. Item nono, ratione
immensæ magnitudinis,et incomprehensibilis dimen-
sionis.Nam sicut cęli altitudo vel latitudo super verti-
cem cęli graditur,etc.et in Esdra.Excelsum est cęlum,
&c.& Iob.Excelsior cęlo est:& quid facies?et Psal.Su- 3.Esdr. 4.
per cęlos est gloria eius. Firmamentum quidem quãq; Iob. 11.
cum terra videtur coniungi,vt patet in nostro horizon Psal. 112.
te,siue in termino nostri visus, et tñ quantum distat a
nostro capite,tantum vel plus distat ab horizonte. Sic Baruch. 3.
Christus in terra visus,cum hominibus cõuersatus, in
nullo differre ab alijs mortalibus est putatus. Vnde di
xerunt:Vnde huic sapientia?nonne hic est filius Ioseph Matt. 13.
et Marię?etc.Falsa tamen fuit eorum opinio,sicut falsa
est oculi visio,vbi putat adæquari terræ superficiem fir
mamẽto,vnde Isaia.Sicut exaltantur cęli a terra,ita viæ Isa. 55.
meæ a vijs vestris,etc.et Psal Eleuata est magnificentia Psalm. 8.
tua super cęlos.Patet igitur ex prædictis, q̃ humanitas
assumpta,prædictis rationibus cęlum fuit,q̃ firmamen
tum est vocatum.Nec caret natura et proprietate cœle
sti virgo beatissima,ad cuius vterum subintrãdum per
incarnationem verbi,est diuinitas inclinata, quando se
cundum Psal.Inclinauit cęlos et descendit: ibi verbum Psalm. 17.
Dei se inclinauit,et carne indutum ad nos venit, sicut
ibi exponit gl.Cęli itaq; puritatem in se habere debuit
Maria,

Maria, de cuius mundissimis particulis illa purissima
caro verbi cęlestis vnibilis est assumpta. Ecce cęlum &
cęli coelorum deitatis magnitudinum ad plenum cape-
3.Reg.8. re non possunt, sicut dicitur in 3.Re.& ad comprehen-
dendam magnificentiam gloriæ sanctitatis erat, virtu-
tes cœlectes non sufficiunt, & tamen Maria ipsum cum
plenitudine deitatis genuit, ad cuius susceptionem tot⁹
Sap.11. mundus non sufficit, nec suffecit: iuxta illud Sap. Tan-
quam momentum staterę est ante te orbis terrarum, &
Isa. 40. tanquam gutta roris antelucani, &c.& Isa. Ecce omnes
gentes quasi non sint, sic sunt coram te, &c. Patet igitur
quòd Maria Deum incomprehensibilem totum & ple
num in se nullatenus suscepisset, nisi virtute & gratia, cę
li magnitudinem transcendisset. Cęlo igitur cœlica vir-
go comparatur, quia cęlo nihil purius, nihil sublimius,
nihil pulchrius, nihil vtilius, nihil communius, nihil ve
locius, nihil perfectius, nihil durabili⁹ inter corpora vi-
sibilia inuenitur. Cęlo igitur nihil est purius, & hoc p-
pter naturæ suæ transparentiā & diaphaneitatē: & hoc
gloriosissimæ virgini conuenit, propter omnimodā ip-
sius munditiam & castitatem. Nā p sanctificationis gra
tiam in vtero materno extitit ab omni originalis culpę
fœditate depurata, & ad susceptionem verbi vitæ ante-
quam nasceretur disposita & præordinata, iuxta illud
Psalm. 92. Psal. Parata est sedes tua ex tunc &c. Nam quæ ab æter
no præelecta est, & prædestinata in Dei scientia, vt ad
tantam gloriam assumeretur, in materno vtero a spiri-
tu sanctificante præuenta est & sanctificata, vt in tem-
pore a patre luminum præfixo, mater Dei fieri merere-
Prou. 8. tur, sicut dicitur in Prou. Ab ęterno ordinata sum & an
Eccles. 24. tequam terra fieret, & in Eccl. Ab initio & ante secula
creata sum. i. quodam priuilegiato modo creari præui-
sa, vt perficeret cęlum, in quo Deus nouo modo reside-
Psal. 102. ret, sicut dicit Psal. Dñs in cęlo parauit sedem suam, &
Isa. vlt. Isa. Cęlum mihi sedes est, &c. Hanc sedem sibi parauit
omnium artifex, & sapiētia Christus in virginali sancti
ficatione, ipsam sedem subintrauit, & in ipsa quieuit in
ipsius virginis fœcundatione. Vnde præfigurata est per
3.Reg. 10. Thronum Salomonis, quem fecit de ebore grādem. Et
per sedile, vel ferculū, q fecit sibi Salomon de lignis li-
bani, cuius ascēsus fuit purpureus, & reclinatorium au
Cant. 3. reum, vt dr̄ in Cant. Hęc omnia de his sedibus dicta, pu
ritati conueniunt virginali, quia pura fuit in terra, pu-
rior in mundo, purissima hæc rutilat nunc in cęlo. Pri-
ma refertur ad ortus ipsius sanctificationem, quantum
ad fœditatis originalis ablationem. Secūda ad eius mira
culosam fœcundationem, qñ non solū per Spiritum san-
ctum superuenientem pronitas fomitis est extincta, im
mo etiam omnis potestas peccandi ab ipsa est ablata, &
in gratia est totaliter confirmata. Tertia refertur ad ei⁹
gloriosam in cœlo collocationem, qñ penitus ablata ob
infirmitate corporali, in naturam cęlestem per immor-
talitatis dotem est mutata. Prima itaq; puritas. s. origi-
nalis, significatur in sede facta de lignis libani. Nam illa
ligna sunt cedrina, quę habēt naturam & proprietatem
imputribilitatis, & emittunt spiramen fragrantię & o-
doris. Et hoc conuenit eius mundissimis membris, per
Eccl. 24. sanctificationis gratiam a motib⁹ fomitis alienis, iuxta
illud Eccl. Ego quasi libanus non incisus euaporaui; &
sicut balsamus nō mixtus odor meus. Libanus fuit per
innocentiam non incisus per peccandi impotentiam, &
ideo euaporauit odorem balsamo impermixto suauio-
rem. Nam tota massa in Adam corruptioni fomitis est
admixta, & sic per consequens adulterata, licet virginis
corpusculum ab hac corruptela est per gratiam libera-
tum, & ideo effudit odorem suauissimum tanquam bal
samum impermixtū. s. filium cuius odor est sicut odor
Gene. 27. agri pleni, cui benedixit Deus, vt dr̄ in Ge. Secunda pu
ritas. s. virtualis, q̄ contraxit ex cōceptione verbi, signi-
ficatur in munditia Throni eburnei. Ebur. n. candidis-

simum & solidissimum, nihil habens in se concauū vel
porosum, designat munditiam Mariæ virgineam, per
præsentiam ipsius concepti verbi, in totius gratiæ pleni
tudine solidatam. Nam ipsa sola plena gratia inter mu-
lieres est reperta, cuius intellectus repletus est apertis-
sima fidei veritate, sicut beata dixit Elisabeth. Beata
quæ credidisti, qm̄ perficientur in te, quę dicta sunt tibi Luc. 1.
a Domino. Eius ēt affectus repletus est feruentissima
charitate. Eburneum vero. i. virgineum corpus repletū
est maiestate, & ideo significatur per solium in quo se-
dere vidit Dñm Isa. Vidi (inquit) Dñm sedentem super Isa. 6.
solium excelsum & eleuatū, & plena erat domus a ma-
iestate eius, &c. Excelsum siquidem fuit hoc soliū, quia
supra conditionem naturæ corruptæ a fomite liberatū.
Eleuatum aūt est dictum, quia supra hominem ne pec-
candi habeat potentiam, est per gratię beneficium con
firmatum. Pura itaq; fuit nascendo; purior Dei verbū
concipiēdo; purissima vero, omnes molestias corrupti
corporis in sua assumptione finaliter euadendo: & ideo
bene comparabilis est cœlo ratione incorruptionis &
omnimode puritatis. Item sicut cęlo inter corporalia
quoad se, nihil sublimius, quia nihil a cētro terræ remo
tius, & hoc forsitan propter disparem circumferentię &
centri qualitatem, nam cētrum suo pondere petit imū,
sphera vero circumferentia sua leuitate tendit sursum
vsq; ad summum, sic virgo benedicta a mole fomitis,
& amore carnalis affectionis per gratiā absoluta, tota
a mūdano consortio differens & recedens, vita & mo-
ribus in cęlestibus est locata, iuxta illud Eccl. Ego in al Eccl. 24.
tissimis habito, & quia in altissimis, & in auditu Dei &
filijs semper mansit, & aliquid propter cœlestia inter
mundi prospera non curauit, ideo significatur in Gen.
per scalam quam vidit Iacob, cuius cacumen tangebat Gen. 28.
cęlum, & Dominus innixus scalæ, &c. Scala cœlica per
quam patet ascensus ad æterna, est Maria, quæ a Iacob
est visa in somnis, quia Mariæ præsentia, præuisa est
multipliciter a prophetis. Latera huius scalæ sunt tri-
bus duę scilicet sacerdotalis et regalis, ex quibus Maria
contraxit originem secundum carnem. Gradus inter-
scalares, sunt eius priuilegia & dignitates singulares,
huius scalæ cacumen in Deo est, & ei coniungitur per
cęlestem conuersationem, sicut dicitur in Apoc. Signū Apoc. 12.
magnum apparuit in cęlo, mulier amicta sole, & cęt. De
ista inhærentia cum cęlo dicit Ber. O virgo virginum
virga sublimis, in quam sublime tuum sanctū verticem
erigis, vsq; ad sedentem in Throno, vsq; ad Dominum
maiestatis, nec id quidem mirum est, quia mittis in al-
tum radices humilitatis. Per hanc scalam descendit An
gelus magni consilij, vt nostram assumeret infirmita-
tem, vnde Apoc. Qui descendit, ipse est qui ascendit su Ephe. 4.
per omnes cęlos, vt impleret omnia. Per hanc etiam
scalam angeli ascendunt. s. qui angelicam vitam ducūt.
Hiero. In carne studeamus per Mariam ascendere ad
ipsum, qui per ipsam ad nos descendit, vt per eam ipsius
inueniamus gratiam, qui per eam ad nostram deuenit
miseriam. Per te habeamus ascensum ad filium o bene-
dicta inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, mater salutis, vt
per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis. Patet
itaq; q Maria tanquam cœlum locum supremum sibi
vendicat, & nos hæreditatis cęlestis amatores in cęle-
stibus coaptat, iuxta illud Eccl. In hęreditate Domi- Eccl. 24.
ni morabor, & cęt. Item cęlo nihil est pulchrius, nihilq;
aspectui est iucundius, & hoc propter ordinatissimam
contentorum ipsius varietatem. Nam sol & luna & cęt.
sydera fixa vel non fixa, ornant mirabiliter firmamen-
tum, sic illa gloriosa virgo cęlo simillima post suum fi-
lium, qui est speciosus forma præ filijs hominum, im-
mo præ multis millibus Angelorum, inter omnes crea-
turas est pulcherrima, & ad intuendum magis grata.
Ideo dicit Ecc. Altitudinis firmamentum pulchritudo Eccl. 43.
eius,

eius,species celi in visione gloriæ,&cæt.Stellarum glo-
riosa numerositas,virtutum & gratiarum singularium
est diuersitas, quibus misericordiæ mater inæstimabi-
liter decoratur,idem rursus. Vas castrorum in excelsis
in firmamento cœli resplendens gloriosa. Ideo describi
Apo. 12. tur in Apoc.q mulier illa celestis fuit amicta sole,& co
rona duodecim stellarum in capite ipsius. Vnde ange-
li admirantes ipsius pulchritudinem,prout possunt, ip-
sius gloriam per similitudinem corporum celestium ex
Cant.6. primunt,& describunt in Cant Quæ est ista quæ pro-
greditur sicut aurora consurgens,pulchra vt luna, ele-
cta vt sol?&cæt.Sole enim nihil pulchrius est de die,lu-
na nihil pulchrius de nocte, aurora nihil formosius in
confinio vtriusque.Progressa est igitur vt aurora in na
scendo,per mundum progressa est quasi luna in virtu-
tibus concrescendo:egressa est de mundo, singularem
gloriæ dignitatem quasi sol præ cæteris obtinendo. Au
rora siquidem finis est noctis,& principium diei subse
quentis, & iudicium solis iam in proximo orientis,sic
Maria in suo ortu fuit quasi finis,& consummatio cul-
pæ originalis, & euacuatio omnis tenebræ spiritualis.
Fuit etiam lucis verę præambulum iudicium,& futuræ
gratiæ in mundum præueniens argumentum, quia or-
tus virginis aduentum annunciauit in proximo Salua-
2.Reg.23. tori,vnde dicitur in 2.Reg.Sicut lux aurorę oriente so
le rutilat, & sicut herba germinat de terra, &cæt.& in
Oseæ. 6. Osea.Quasi diluculū præparatus est egressus eius, &c.
Dicitur ergo virgo esse quasi aurora consurgens, per
gratiam ipsam sanctificantem a corruptione spiritualis
& corporalis culpæ se erigens,quia non iacuit inclina-
ta ex toto per culpam originalem, sicut iacent non re-
nati;nec sedit partim erecta, partim prostrata habens
pronitatem concupiscentiæ;sicut habent baptizati, sed
dicitur consurgens.i.ex toto ad cœlestia se erigens, &
extendens, quia nullum in ipsa remansit inclinatiuum
vel motiuum ad peccandum.Ber.Copiosissima sancti-
ficationis gratia descendit in Mariam Dei matrem,quę
non solum sanctificauit eius ortum, sed a peccato eam
Psal.73. custodiuit immunem,iuxta illud Psal.Tu fabricatus es
auroram & solem.Vnde sicut veniente aurora abūdat
ros,sic nascente virgine,ros benedictionis & gratia in-
cepit mundi superficiem infundere, & corda creden-
Iud.6. tium adimplere,q innuitur in libro Iud.Compresso vel
lere ros repleuit terram:sicut manna iacuit quasi ros in
Exo. 16. circuitu castrorum,mane vel aurora consurgente,vt di
Gen. 32. citur in Ex.Ideo etiam Iacob surgente aurora, meruit
accipere benedictionem,vt dicitur in Gen.Et ideo qui
benedictionibus gratiæ & gloriæ repleri desiderat, ac-
Iob.38. cedat ad auroram,requirat & Mariam:vnde dicit Iob.
Præcepisti diluculo,& ostendisti auroræ locum suum,
Pulchra vero fuit vt luna, quoad gratiam conceptio-
nis, quia Luna Soli coniuncta radium solarem recipit,
& accensa radium receptum ad terram transfundit.Sic
Maria paternum radium Dei verbum caro factum in
se concepit,& conceptum sine virginitatis detrimento
Eccl. 43. peperit & transfudit, iuxta illud Eccl.A luna signum
diei festi,&c.Pulcherrima autem vt Sol facta est,quo-
ad gloriam suæ assumptionis,quando omnes creaturas
in luminositate dignitatis,in feruore charitatis,in ma-
gnitudine potestatis transcendere meruit,sicut Sol cæ-
Eccl. 26. tera sydera præcellit:sicut dicitur in Ec.Sicut Sol oriēs
in altissimis Dei,sic bonæ mulieris species in ornamen
tum domus.Sicut igitur pulchritudo firmamenti con-
sistit in his,& alijs corporibus luminosis,sic pulchritu
do Mariæ in prędictis operibus virtuosis.Item cęlo ni-
hil vtilius,quia ex virtute & influentia cœli, mortua &
inueterata reuiuiscunt & renascuntur,& quæ consum-
pta fuerant renouantur, nec potest aliquid viuere, vbi
virtus desuper effluens non potest peruenire:& hoc vir
gini gloriosæ congruit,a cuius virtute & gratia vita v-
niuscuiusque oritur,& procedit,iuxta illud Eccl.In me Eccl. 24.
omnis gratia vitæ,& veritatis,in me omnis spes vitę,&
virtutis.Sicut ergo cęlum suos emittit radios ad vege-
tationem,& sensificationem inferiorum,sic virgo cęle-
stis radios misericordiæ transfundit ad viuificationem
peccatorum,& ad conseruationem electorum, dicitur
enim in Eccles.Sapientia inspirat vitam filijs suis,& in Eccl. 4.
Cant.Emissiones tuæ paradisus,malorum,&c.Sicut.n. Cant.4.
paradisus a se emittit flumina,& fontes continue ema-
nantes, herbas,& arbores fructificantes, sic mater mi-
sericordiæ a se emittit riuulos,& fontes gratiarum qui-
bus corda arida infunduntur,& imbuuntur,& fructus
virtutum quibus affectiones illorum qui esuriunt iusti
tiam,fructuosis operibus nutriūtur. Ideo signatur per Gen. 2.
paradisum voluptatis, quem plātauit Dominus a prin
cipio,in quo posuit hominem quem formauit. Quia
in beata virgine est repositus in incarnatione ille cœle-
stis homo.i.Christus,non ab homine, sed a solo Deo,
vnde dicitur in Esther. Fecit Rex regum conuiuiū in
vestibulo horti,consiti ad modum densi nemoris.Hor Esther. 1.
tus est virginis vterus,in quo rex Regum nostræ mor
talitatis vestibus est indutus,vnde dicitur in Can.Hor Cant.4.
tus conclusus soror mea sponsa.Hic hortus ad modum
densi nemoris est consitus,quia in ipsa omnium virtu-
tum genera,sine mensura & numero sunt inserta. Hæ
vero plantationes non terrenæ,sed cęlestes & spiritua-
les sunt insertiones,vnde dicitur in Deu. De pomis cę- Deut. 33.
li & rore,de pomis fructuum solis & lunæ erit benedi-
ctio tua. Et ideo qui aridos vel etiam mortuos in pec-
catis se sentiunt,ad Mariam debent festinare, quia in
ipsa velut in cęlo aut in Paradiso, omnia prædicta po-
tuerunt inuenire: iuxta illud Eccl.Adimplet quasi Eu
phrates sensum, & multiplicat quasi Iordanis in tem- Eccl. 24.
pore messis. Item cęlo nihil est communius,& hoc est
propter eius immensurabilem quantitatem, quia quan
tum de se est, omnibus se æqualiter commensurat &
luminis sui radios indesinenter omnibus administrat.
Sic innata virginis bonitas a nullo se subtrahit,sed om-
nibus se communicat & diffundit, nisi illi forsitan,qui
voluntarie se ab ea illuminari negligit vel contemnit.
vnde dicitur in Iob. Super quem non fulget lumen il- Iob. 25.
lius,&c.Vnde & ipsa dicit in Eccl.Ego feci, vt oriretur Eccl. 25.
in cęlo lumen indeficiens,&c.

SANCTI BONAVENTVRAE

SERAPHICI DOCTORIS,

Meditationum vitæ Domini nostri Iesu Chri sti ad virginem Sanctimonialem.

P R O L O G V S.


NTER alia virtutum & laudū præconia de sanctissima virgine Cecilia legitur quòd Euangelium Christi absconditum semper portabat in pectore.Quod sic intelligi debere videtur, quòd ipsa de vita Domini Iesu in Euangelio tradita,quædam sibi deuotiora prælegerat, in quibus meditabatur die ac nocte,corde puro, & integro,attentione præcipua & feruenti,& cum plena circulatione reincipiens iterum & dulci ac suaui gustu ruminans,ea in arcano pectoris sui collocabat.Simile tibi suadeo faciendum.Super omnia nanque inter spiritualis exercitij studia,hoc magis necessarium,magisq; proficuum credo,& quod ad celsiorem gradum producere possit.Nusquam.n.inuenies vbi sic doceri possis,cō-

tra

tra vana blandimenta & caduca, contra tribulationes & auuersa, contra hostium tentamenta, & vitia, sicut in vita Domini Iesu, quæ fuit absque omni defectu perfectissima. Ex frequenti.n. & assueta meditatione vitæ ipsius adducitur anima in quandam familiaritatem, confidentiam, & amorem ipsius, ita ꝙ alia vilipendit & cõtemnit. Insuper fortificatur & instruitur quid facere, quidve fugere debeat. Dico primo ꝙ iugis meditatio vitæ Domini Iesu roborat & stabilit mentem contra vana & caduca, vt patet in prædicta beata Cecilia, quæ ita cor suum repleuerat de vita Christi, ꝙ in ipsam vana intrare non poterant: vnde in pompa nuptiarum existens, vbi tot vana geruntur, cantantibus organis, ipsa stabili corde soli Deo vacabat, dicens. Fiat Domine cor meum & corpus meum immaculatum, vt non confundar. Secundo fortificat contra tribulationes & aduersa,

Ser. 61. super Cant.

vt patet in martyribus. Circa quod sic dicit Bern. Inde tolerantia martyrij prouenit, ꝙ in Christi vulneribus tota deuotione versetur, & iugi meditatione demoretur. In illis stat martyr tripudians & triumphans, toto licet lacerato corpore, & rimante latera ferro. Vbi ergo tunc anima martyris? Nempe in vulneribus Iesu, & vulneribus nimirum patentibus ad introeũdum. Si in suis esset visceribus, scrutãs ea, ferrum profecto sentiret, dolorem non ferret, succumberet & negaret. Hucusque Ber. Inde est ꝙ non solum martyres, sed & confessores in tribulationibus & infirmitatibus suis, tantam patientiam habuerunt, & tota die habent. Si legas de beato Frãcisco, & de beata virgine Clara matre ac ducissa tua, poteris inuenire, quomodo in multis tribulatiooibus, penurijs & infirmitatibus, non solum patientes, sed etiam hilares existebant. Idem quotidie videre potes in ducentibus sanctam vitam, hoc ideo quia ipsorum animæ nec erãt, nec sunt in eorum corporibus, sed in Christo ex deuota meditatione vitæ ipsius. Tertio dico, ꝙ docent circa gerenda, vt nec hostes nec vitia irruere vel fallere possint, hoc ideo, quia perfectio virtutum reperitur ibidem. Vbi.n. virtutes excelsæ paupertatis, eximiæ humilitatis, profundę sapientiæ, orationis, mansuetudinis, obedientiæ, patientiæ, cæterarumq; virtutum exempla & doctrinam sic inuenies, sicut in vita Domini virtutum? De hoc sic breuiter ait Ber. In cassum ꝓinde quis laborat in acquisitione virtutum, si aliunde

Ser. 22. super Cant.

eas sperandas putet, quam in domino virtutum, cuius doctrina seminarium prudentiæ, cuius misericordia opus iustitiæ, cuius vita speculum temperantiæ, cuius mors insigne est fortitudinis. Hucusque Ber. Qui ergo eum sequitur, errare non potest neq; falli. Ad cuius virtutes imitandas & adipiscendas, ex frequenti meditatione cor accenditur, & animatur. Deinde illuminatur virtute, ita ꝙ virtutem induit, & a veris falsa discernit, adeo vt plures fuerunt illiterati, qui magna & profunda Dei mysteria coguouere. Vnde credis ꝙ beat. Franciscus ad tantam virtutum copiam & ad tam luculentam intelligentiam scripturarum, ad tam etiam perspicacem notitiam fallaciarum hostium & vitiorum peruenerit, nisi ex familiari conuersatione & meditatione Domini sui Iesu? Propterea sic ardenter afficiebat ad ipsam, vt quasi sua pictura fieret. Nam in cunctis virtutibus quam perfectius poterat imitabatur eandem, & tãdem complente ac perficiente Iesu per impressionem sacrorum stigmatum, fuit in eum transformatus totaliter. Vides ergo ad quam excelsum gradum meditatio vitę Christi perducit, sed & tanquam fundamentum efficax ad maiores cõtemplationis sublimat gradus, quia ibidem inuenitur vnctio, quæ paulatim purificans & eleuans animam, docet de omnibus de quibus non est sermo ad præsens. Nunc autem te in ipsas vitæ Christi meditationes, aliqualiter introducere cogitaui, sed vellem, ꝙ hoc a magis experto, magisq; docto acciperes,

Multi imitatores Christi illiterati profunda mysteria Dei cognouere.

quia in talibus maxime insufficiens sum. Verumtamen iudicans melius fore aliqua vtcunq; dicere, quam penitus tacere, experiar impotentiam meam, & familiariter tecum loquar, rudi & impolito sermone, tum vt melius possis quæ dicuntur capere, vt non aurem sed mentem studeas inde reficere: non est.n. in ornatis sermonibus, sed in Domini Iesu meditationibus insistendum. Ad quod etiam Hieronimi doctrina inducimur dicentis. Sermo rudis vsq; ad cor penetrat, politus autem pascit aures. Spero autem, ꝙ ruditati tuæ cõferet aliquid mea modicitas, sed & in hoc magis spero, ꝙ si te in his exercitari sedula meditatione volueris, ipsum Dominũ de quo loquimur, magistrum habebis. Non autem credas ꝙ omnia quæ per ipsum dixisse, vel fecisse constat, meditari possimus, vel ꝙ omnia scripta sint, ego vero ad maiorem impressionem, ea sic, ac si ita fuissẽt narrabo, prout contingere vel contigisse credi possunt, secundũ quasdam imaginarias repręsentationes, quas animus diuersimode percipit. Nam & circa diuinam scripturam meditari, exponere, & intelligere multifarie, prout expẽdire credimus, possumus, dummodo non sit contra veritatem vitæ, iustitiæ, & doctrinæ, & non sit contra fidẽ, & contra bonos mores. cum autem me narrãtem inuenies, ita dixit vel fecit Dominus Iesus, seu alia quæ introducuntur, si illud per scripturam probari non possint non aliter accipias, quam deuota meditatio exigit. Hoc est proinde accipe, ac si dicerem mediteris, ꝙ ita dixit vel fecit dominus Iesus, & sic de similibus. Tu autem si ex his fructum sumere cupis, ita te præsentem exhibeas, his quę per Dominum Iesum dicta & facta narrantur, ac si tuis auribus audires, & oculis ea videres, toto mentis affectu diligẽter delectabiliter et morose, omnibus alijs curis & solicitudinibus tunc omissis. Quare te precor dilecta filia, vt hunc laborem meum quem ad laudem Domini Iesu, & tuum profectum, & meam vtilitatem assumpsi, lætanter suscipias, & lætantius, deuotius, & solicitius te exerceas in eodem. Initium de incarnatione sumendum est, sed quædam ipsam præcessisse meditari possumus, tam in cęlis circa Deum & angelos suos beatissimos, quam in terris circa virginem gloriosissimam, quæ mihi videtur primitus explicanda. Et ideo de ipsis videamus.

Quomodo circa diuinam scripturam & dicta & facta saluatoris meditari debem⁹.

De solicita pro nobis intercessione angelorum.

Capitulum 1.

CVm per longissima tempora vltra spacium quinque millium annorum miserabiliter iaceret genus humanum, & nullus propter peccatum primi hominis ascendere posset ad patriam, beatissimi angelici spiritus, compatientes tantæ ruinæ, & de sua restauratione soliciti, licet etiam pluries, primo tamen adueniente plenitudine tẽporis, deuotius, & instantius taliter supplicauerunt Domino procidentes in facies suas ante thronum eius simul omnes congregati, & dixerunt. Domine placuit maiestati vestrę, & rationalẽ creaturam. I. hominem creare, propter vestram bonitatẽ vt ipse esset hic nobiscum, & vt nobis ex ipso nostrarũ cõtingeret restauratio ruinarum. Sed ecce pereũt omnes, & nemo saluatur, & in tot annorum curriculis hoc videmus, ꝙ de omnibus hostes nostri triumphant, & de ipsis non nostræ ruinæ, sed tartareæ speluncę replentur. Vt quid ergo Domine nascuntur? quare traduntur bestijs animę confitentes tibi? & si secundum iustitiam vestram hoc fiat, tamen misericordiæ tempus est. Et si primi parentes vestrum mandatũ incaute transgressi sunt, subueniat misericordia vestra. Mementote, ꝙ ad similitudinem vestram creasti eos. Aperite Domine misericorditer manum vestrã, & implete misericorditer, oculi omnium spectant ad vos, sicut oculi seruorum ad manus dominorum suorum, donec misereamini & subueniatis remedio salutari humano generi.

De con-

De contentione inter misericordiam & iustitiam, veritatem & pacem.
Capitulum. 2.

HIs dictis, misericordia pulsabat viscera patris vt
subueniret, secum pacem habens, sed contradi-
cebat veritas, habens secum iustitiam, & inter
eas magna controuersia facta est, prout narrat beatus
Serm. 1. de Bernardus pulchro & lõgo stylo. Sed ego succinctè (vt
annuncia- potero) referam summam. Frequenter. n. ipsius dicta
tione. melliflua intendo adducere, sed plerunque cum exce-
ptione, propter prolixitatem vitandam. In hoc ergo lo
Deuoti co hæc est dicti sui summa, dicebat Domino misericor
Bernardi dia. Nunquid in æternum proijcies Domine, aut obli-
deuotissi- uisceris misereri? & hoc ei longo tempore susurrabat.
ma contẽ- Respondit Dominus. Vocentur sorores vestræ, quas cõ
platio. tra vos paratas videtis, & eas pariter audiamus. Quib.
vocatis, incepit misericordia. Eget miseratione diuina
creatura rationalis, quoniam misera facta est, & misera
bilis valde, venit tempus miserendi, & iam preterijt. E-
contra veritas. Oportet domine implere sermonem
quem locutus es. Totus moriatur Adam, cum omnib.
qui in eo erant, quando præuaricando pomum gusta-
uit, Dixit misericordia. Vt quid ergo domine me feci-
sti? Scit. n. ipsa veritas, q ego perij, si nunquam mise re-
beris. Econtrario ipsa veritas. Si prædictam tuam sentẽ
tiã præuaricator euaserit, perijt & veritas tua, & non p
manet in æternum. Fuit ergo hæc quæstio missa ad fi-
lium. Ipsa autem veritas & misericordia coram eo eadẽ
dicebant & addebat veritas. Fateor domine, q bono ze
lo mouetur misericordia, sed non secundum iustitiam,
quæ potius præuaricatori vult parcere quam sorori. At
misericordia. Tu neutro parcis, & tanta indignatione
sæuis contra præuaricatorem, vt inuoluas pariter & so
rorem. Sed nihilominus veritas fortissime allegat. Do
mine contra te ista quæstio intorquetur, & est cauen-
dum, ne verbum patris euacuetur. Dixit pax. Parcite
vobis a verbis istis, virtutum non est honesta contẽtio.
Vides controuersiam magnam, & rationes fortes & ef-
ficaces, non videbatur quomodo circa hominem pos-
sent & misericordia & veritas conseruari. Scripsit autẽ
Rex sententiam, quam paci, quæ propinquius ei stabat,
dedit legendam, sic continentem. Hæc dicit, Perij si A-
dam non moriatur. Et hic dicit. Perij si non misericor-
diam consequatur. Fiat mors bona, & habeant vtreque
quod petunt. Obstupuerunt omnes in verbo sapientiæ,
& consenserunt q moriatur Adam, misericordiam cõ-
sequendo. Sed quærunt quomodo mors potest fieri bo
Psal. 33. na, cũ horribilis sit ipso auditui? Respondit Rex. Mors
Psal. 115. peccatorum pessima, sed mors sanctorũ pretiosa, & ia-
nua vitæ. inueniatur qui ex charitate moriatur, non ob
noxius morti, & sic mors nõ poterit tenere innoxium,
sed faciat in ea foramen per quod transeant liberati. Pla
cuit sermo. Sed vbi talis poterit inueniri responderunt?
Redijt ergo veritas ad terram, & misericordia remansit
Psal. 35. in cœlo. Nam iuxta prophetiã. Dñe in celo misericordia
tua, & veritas tua vsq; ad nubes, & circuit orbem terra
Iob. 25. se- rum. Et nemo mundus a sorde, nec infans vnius diei. Sed
cundũ 70. a misericordia perlustratur cœlum, & neminem inuenit,
interp. qui sufficientem ad hoc habeat charitatem. Omnes. n.
serui sumus, & qui cũ bene fecerimus, dicere debemus,
Luc. 17. illud Luc. quia inutiles serui sumus. Et cum nullus inue
niretur, qui maiorẽ charitatem haberet, vt animam suã
pro seruis inutilib. poneret, redeunt ad constitutam diẽ
anxie plurimum, non inuẽto quod desiderabant, dixit
Psal. 13. pax. Vos nescitis quicquam nec cogitatis, non est q fa-
ciat bonũ, non est vsq; ad vnũ, sed qui dedit consiliũ, fe
Gen. 7. rat auxiliũ. Intellexit hoc Rex, & ait. Pœnitet me fecisse
hoĩem. Pœnitentiam me agere oportet, pro hoĩe quem
creaui, & vocato Gabriele dixit. Vade dic filiæ Sion. Ec Zach. 9.
ce Rex tuus venit; Hucusq; Ber. Vides ergo, quam ma
gni periculi fuit & est peccatum, & quam magna diffi-
cultas est remediũ inuenire. In hoc ergo consenserunt
prædictæ virtutes præcipue in persona filij. Nam perso
na patris aliqualiter videtur terribilis & potens, & sic
suspicari quodammodo potuissent pax & misericordia.
Persona vero spiritus, benignissima est, & sic suspicari
poterant veritas & iustitia. Vnde persona filij tanquam
media accepta est, ad hoc remedium faciendum, hoc
autem nõ proprie, sed appropriate intelligas. Tunc er- Psal. 84.
go impletum est illud propheticum. Misericordia & ve
ritas obuiauerunt sibi, iustitia, & pax osculatæ sunt. Et
hæc de his quæ in cœlis contingere potuerunt, possu-
mus meditari.

De vita Mariæ Virginis, & septem petitionibus eius. Cap. 3.

CIrca Virginem, ex qua incarnatio facta fuit, medi
tari possumus vitam ipsius. Vnde scire debes, q
dum esset trium annorum, fuit a parentibus obla
ta in templum, & ibi stetit vsq; ad decimumquartum
annum. Quid autem ibi fecerit, scire possumus ex reue
lationibus suis, factis cuidam suæ deuotæ. Et creditur,
quòd fuit Sancta Elisabeth. cuius festum sollenniter ce
lebramus. In quibus hæc inter alia continentur. Cum
(inquit) pater meus & mater mea me dimiserunt in tẽ-
plo, statui in corde meo habere Deum in patrem, & de-
uotè ac frequẽter cogitabam, quid possem facere Deo
gratum, vt dignaretur mihi dare gratiã suã, & feci me
doceri legem Dei mei. Ex omnib. tñ præceptis diuinæ
legis, tria præcepta præcipue seruaui in corde meo, vi-
delicet. Diliges dñm Deum tuum ex toto corde tuo, &
ex tota aĩa tua, & ex tota mente tua, & ex omnib. virib.
tuis. Item, diliges proximũ tuum sicut teipsum. Itẽ, ha-
bebis odio inimicũ tuum. Ista inquit seruaui in animo
meo, & statim oẽs virtutes cõprehendi, quæ in ipsis cõ
tinentur, & ita volo te facere. Aĩa autem aliq virtutem Quis inimi
habere non põt, si Deum toto corde nõ diligat. Ab isto cus odio
.n. amore descendit oĩs gratiæ plenitudo, sine qua nul- habendus.
la virtus in aliquam descendit, nec perseuerat in anima,
sed fluit vt aqua, nisi suos inimicos. i. vitia & peccata
habuerit odio Qui vult ergo suam gratiam habere, &
possidere, oportet eum cor suum ad amorem & odium
ordinare. Volo ergo te facere, vt faciebam ego. Surge-
bam. n. semper in noctis medio, & pergebam ante altare
tẽpli, & tanto desiderio, & tanta voluntate, & tanta affe
ctione quãta poteram, & sciebam, petebam gratiam ab
omnipotenti Deo obseruandi illa tria præcepta, & om
nia alia mandata legis. Et sic stando ante altare septem
petitiones dño faciebam, quæ sunt hæ. Primo. n. petebã
gratiam, qua possem implere dilectionis præceptum. s.
ipsum diligere ex toto &c. Secundo petebam gratiam;
qua possem diligere proximum scd̃m volũtatem & be
neplacitum suum, & vt faceret me amare omnia, quæ
ipse amat & diligit. Tertio petebam, vt me faceret odire
& fugere oĩa quæ odit. Quarto petebam humilitatẽ, pa
tientiam; benignitatem, et mansuetudinem, & omnes
virtutes, per quas efficerer gratiosa ante conspectum
suum. Quinto petebam, vt faceret me videre tempus,
in quo esset nata illa Beatissima Virgo, quæ debebat fi
lium Dei parere, & vt conseruaret oculos meos, vt pos
sem eam videre, linguam, vt possem eã laudare: manus,
vt possem ei seruire: pedes, vt possem ire ad seruitium
suum: genua, vt possem adorare Dei filium in gremio
suo. Sextò petebam gratiam obediendi mandatis, &
ordinationibus pontificis templi. Septimo petebam, vt
templum, et vniuersum populum suum ad seruitium

suum conseruaret. His auditis dixit ancilla Christi. O dulcissima dña non eratis vos gratia, & virtutibus plena. Respōdit Beata virgo. Pro firmo scias, quòd ita me reputabam ream, & vilissimam, & gratia Dei indignam sicut tu. Propterea petebam sic gratiam & virtutes. Et iterum. Filia tu credis, ꝙ omnē gratiam quam habui, habuerim sine labore, sed non est ita, immo dico tibi, ꝙ nullam gratiam, donum vel virtutem habui a Deo sine maguo labore, continua oratione, ardenti desiderio, profunda deuotione, multis lachrymis, & multa afflictione dicēdo cogitando semper placita sibi sicut sciebam & poteram, excepta sanctificationis gratia, qua sāctificata fui in vtero matris. Et addidit, pro firmo scias ꝙ nulla gratia descendit in animam, nisi per orationē, & corporis afflictionem. Postquam autem dedim9 Deo quæ per nos possumus, licet sint pauca, ipse venit in animam, secum ferens ista altissima dona, ꝙ videtur anima in seipsa deficere, & perdit memoriam, & non recordatur se fecisse, vel dixisse aliquid Deo gratum, & tunc videtur sibijpsi vilior, & despectior quam vnquam fuerit. Hucusque de dictis reuelationib. Beatus vero Hieronymus sic scribit. Hāc sibi regulam Beata Virgo statuerat, vt a mane vsque ad horam tertiam orationib. insisteret. A tertia vsq; ad nonam, externo opere se occuparet. A nona verò iterum ab oratione nō recedebat, quousq; dum illi Angelus appareret, de cuius manu escam accipere solebat & melius in Dei opere amore ꝓficiebat, vt in vigilijs inueniretur prior, in sapiētia legis Dei eruditior, in humilitate humilior, in carminib. Dauidicis elegantior, in charitate gloriosior, in puritate purior, in omni virtute perfectior. Erat.n.constans & immobilis, & cū quotidie melius transisset, hanc irascentē nullus vel vidit vel audiuit. Omnis sermo eius ita erat gratia plenus, vt cognosceretur in lingua eius Deus. Sēper in oratione, & in scrutatione legis Dei permanebat. Et erat solicita circa socias suas, ne aliqua ex eis in vllo sermone peccaret, ne aliqua in risu vocem suam exaltaret, ne aliqua iniurias aut superbiam contra parē suam exerceret. Sine intermissione benedicebat Deum, & ne forte in salutatione sua a Dei laudibus tolleretur, si qs eum salutabat, illa pro salutatione sua. Deo gratias, respondebat. Denique primum ex ipsa exijt, vt dum salutantur hoīes sancti, Deo gratias, dicant. De esca quā de manu Angeli accipiebat, ipsa reficiebatur, quam vero a pontificib. templi acipiebat, pauperib. erogabat. Quotidie videbatur ei Angelus loqui, & quasi charissimę sorori vel matri obtēperabat ei. Hucusq; Hieronymus. In quartodecimo autem anno fuit Beata Virgo Maria desponsata Ioseph per diuinam reuelationem, & redijt in Nazareth, quod qualiter fuerit factum, inuenies in legenda de natiuitate sua. Et hęc sunt quę ante incarnationem Domini Iesu possumus meditari, ipsa rumines bene & delecteris in eis, toto affectu ea memoriæ commendando, & opere adimplēdo, quia deuotissima sunt. Nunc ad incarnationem veniamus.

De vita beatæ virginis.

De incarnatione Christi. Cap. 4.

Gal. 4.

Epn. 2.

POstquam autem venit plenitudo temporis, vel deliberasset quomodo ordinauit sūma Trinitas humano generi prouideri, per incarnationem verbi, propter nimiam charitatem suam qua ipsum genus humanum diligebat, commouente eum misericordia sua, & nihilominus ad instantiam supernorum spirituum, & Beata Virgo Maria redijsset Nazareth, vocauit De9 omnipotens Gabrielem Archangelum, & dixit ei. Vade ad dilectissimā filiam nostram Mariam desponsatā Ioseph, super omnes creaturas nobis charissimam, & dic ei, ꝙ filius meus concupiuit speciem suam, & sibi eā elegit in matrem, & roga eam, vt ipsum lætanter accipiat, quia per eam salutem totius generis humani operat, decreui, & obliuisci volo iniuriæ mihi factæ. Attende hic & recordare, quæ tibi in principio supra dixi, vt discas omnibus quæ dicuntur, & fiunt, te exhibere præsentem. Hic ergo imagineris, & aspicias Deum (vt potes) quia incorporeus est, sed aspice eum tanquam magnum Dominum, sedentem in solio excelso, vultu benigno, pio, & paterno, quasi reconciliare volentem, siue reconciliatum esse. Hæc verba dicentem, & Gabrielem facie hilari & iucunda, flexis genib. & inclinato vultu timoroso & reuerenti, ambasiatam Domini sui attente suscipientem. Surgens igitur Gabriel iucundus & gaudens, volitauit ab altis, & in humana specie in momento fuit coram Virgine Maria, in thalamo domunculæ suæ manente. Sed nec cito sic volauit, quin præueniretur a Deo, & sanctam ibi trinitatem inuenit, que pręuenit nuncium suum. Scire nanque debes, ꝙ excellsum incarnationis opus totius trinitatis fuit, licet sola persona filij fuerit incarnata, quemadmodum si tunicam induenti, duo ex lateribus eius stantes adiuuarent eum, & tunicæ manicas tenerēt. Nunc ergo & hic bene aspice, & tanquam ipsi facto præsens existeres, intellige omnia quæ dicuntur & fiunt. O qualis fuit & nunc est in meditatione tua illa domuncula, vbi tales sunt, & talia exercentur. Nam licet vbique sit Sancta Trinitas, tamē ibi nunc aliquo singulari modo esse mediteris, ratione singularis operationis. Ingressus ergo Gabriel paranymphus fidelis ad Virginem Mariam, dixit. Aue gr̄a plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulierib. Ipsa vero turbata, nihil respondit. Nō fuit turbata turbatione culpabili, nec de visione Angeli, quia eos sæpe videre solita erat, sed (Iuxta verba Euāgelij) turbata fuit in sermone eius, cogitans de nouitate talis salutationis, nō enim sic eam consueuerat salutare. In qua salutatione cum videret se tribus commendari, non poterat humilis domina non turbari. Commendabatur.n. quòd esset gratia plena, & quòd dominus erat secum, & quod erat benedicta super omnes mulieres, at humilis non potest sui commendationem, sine rubore & turbatione audire. Turbata ergo fuit ex verecundia honesta, & virtuosa. Cępit etiam timere an hoc esset verum, non quòd non crederet Angelum vera loqui, sed ex eo quòd proprium est in humilibus, quòd non examinant suas virtutes, sed defectus potius ruminant, vt sic semper proficere possint reputantes magnam virtutem paruam, & paruum defectum magnum valde. Tāquam ergo prudens, & cauta, pauida, & pudorosa nihil respōdit. Quid .n. respōdisset? Disce & tu exemplo suo tenere silentiū, & taciturnitatem amare, quia magna & vtilis valde talis virtus est: nam ipsa bis prius audiuit, quam semel responderet. Abominabile.n. est, Virginem esse loquacē. Angelus.n. causam suæ dubitationis cognoscens, dixit. Ne timeas Maria, nec verecunderis de laudib. quas dixi tibi, quia sic est. Nec solum ipsa gratia plena, sed eam toti generi humano recuperasti, & reinuenisti a Deo. Nam Ecce concipies, & paries altissimi filium, qui te elegit in suam matrem, saluabit oēs in eū sperātes. Tūc ipsa respondit, non tamen confitendo, nec negando cōmendationes pręfatas, sed de alio certificari volens, de modo plus dubitabat, s. ne perderet virginitatem suam. Quæsiuit ergo ab Angelo huius conceptionis modū, dicens. Quomodo fiet istud, quæ virginitatem meam firmissime Domino meo deuoui, ne in perpetuum hominem cognoscam? Et Angelus. Fiet per operationem Spiritussancti, qui te singulari modo replebit, & eius virtute concipies salua tibi virginitate tua, & ideo filius tuus vocabitur filius Dei. Nihil enim ei est impossibile. Nam Elisabeth cognata tua cum esset senex, & sterilis, iam sunt sex menses, ꝙ filium virtute Dei concepit.

Incarnatio verbi, fuit opus toti9 Trinitatis.

Virgo Maria exēplū est mulieribus, vt audiāt, & parum loquātur.

Intuere

Digitized by Google

Intuere hic pro Deo,& meditare,qualiter tota Trinitas
est ibi expectans responsionem & consensum huius suę
filiæ singularis,amanter & delectabiliter aspiciens ve-
recūdiam eius,& mores & verba. Et etiam qualiter Au
gelus diligenter & sapienter inducit eā, & ordinat ver-
ba sua, stans inclinatus,& reuerens coram domina sua
vultu placido & sereno,fideliter exequens ambasiatam
suam,& attente obseruans verba Dominæ,vt possit cō
grue respondere,& super hoc opere mirifico perficere
domini voluntatem, Et qualiter etiam Domina stat ti-
morate ac humiliter,facie pudorosa præuenta ab Ange
lo,& ex improuiso in verbis istis non extollitur,neque
se reputat. Et cū audit magnalia de se,qualia alicui nun
quam dicta fuerunt,totū diuinæ gratiæ ascribebat. Di
sce ergo eius exemplo esse pudorosa & humilis,quia si
ne his virginitas parum valet. Gaudet prudentissima
Virgo,& auditis verbis Angeli consensit. Et (vt in suis
reuelationibus continetur)profunda deuotione genu-
flexit,& iūctis manibus dixit. Ecce ancilla domini, fiat
mihi secundum verbum tuum. Tunc filius Dei statim
totus & sine mora intrauit vterum Virginis, & ex ea
carnē assumpsit,& totus remansit in sinu patris. Potes
autem piè imaginari,qualiter ipse filius tanquam obe-
dientiam & laboriosam legationem suscipiens, patri se
inclinauit,& recommendauit,& in eodem instanti ani
ma creata & infusa fuit,perfectus homo secundum om
nia corporis lineamenta,sed paruulus valde,ita quod in
vtero postea naturaliter crescebat,vt alij,sed non fuit di
lata infusio animæ vel membrorum distinctio, vt in a-
lijs. Erat.n.perfectus Deus sicut perfectus homo,& ita
sapiens & potens,vt est modo. Gabriel autem tūc cum
Domina sua similiter genuflexit,& parum post cum ea
surgens,se iterum inclinans vsq; ad terram, & valefa-
ciens ei,disparuit,& ad patriam rediens hoc narrauit,&
fuit ibi nouum gaudium,& nouum festum, & exulta-
tio magna nimis,domina verò tota inflammata, & in
amore Dei magis solito succensa,sentiens se concepisse,
genib.flexis gratias egit de tanto dono,humiliter & de
uote supplicans eidem,vt eam dignaretur instruere,ita
q in his quæ circa filium suum facienda occurrerent,
faceret sine defectu. Considerare autem debes, quanta
est hodierna solennitas,& iubilare in corde tuo,et age-
re dies lætitiæ. Inaudita est.n.vsq; modo a sæculis, nec
vnquam fuerat. Talis nanque hodie est solennitas Dei
patris,qui nuptias fecit filio suo in despōsatione huma
næ naturæ, quā hodie filius sibi vniuit inseparabiliter.
Hodie est & solemnitas nuptiarum filij,& dies natalis
eius in vtero,sed postea erit ex vtero. Hodie est solen-
nitas Sancti spiritus,propter hoc opus myrificū & sin-
gulare ipsius incarnationis,quod eidem attribuitur, &
hodie incepit ostendere benignitatē singularem huma
no generi. Hodie est solennitas gloriosa Dominæ no-
stræ,quæ,a patre in filiam,& filio in matrem,& Spiritu
sancto in sponsam est recognita et assumpta. Hodie so-
lennitas totius cęlestis curię,quia inchoatur eorum re-
paratio. Hodie est multò magis solennitas humanæ na
turæ,quia eius salus incepit et redemptio,et totius mū-
di reconciliatio,et sublimata est atq; deificata. Hodie
Psal. 18. nouam obedientiam suscepit filius a patre,de nostra pe
ragenda salute. Hodie a summo celo egrediens,exulta-
uit vt gigas ad currēdā viam,et se reclusit in horto vte-
ri virginalis. Hodie etiā factus est vnus ex nobis et fra-
ter noster,et cępit peregrinare nobiscum. Hodie de cę-
lo lux vera descendit,ad tollendas et fugandas nostras
tenebras. Hodie panis viuus,qui dat vitam mundo, de
Ioan. 6. coquitur in virginalis vteri clibano. Hodie verbum ca
Isa. 16. ro factum est,vt habitaret in nobis. Hodie clamores et
desideria Patriarcharum ac Prophetarū exaudita sunt
et impleta. Clamabāt desiderio inenarrabili et dicebāt.
Isa 45. Emitte agnum Domine etc. Et iterum Rorate cœli.
& iterum. Vtinā dirumperes cęlos et descēderes. Et ite Isa 64.
rum. Domine inclina cęlos tuos et descende. Et iterum Psal. 143.
Domine ostende nobis faciem tuam etc. Et talia mul- Psalm. 79.
ta,de quibus tota scriptura est plena. Nam hodiernam
diem vehementissime expectabant. Hodie est princi-
pium et fundamentum omnium solennitatum,et initiū
totius nostri boni. Nam vsque nunc indignatus est Do
minus contra genus humanum,propter transgressionē
primorum parentum,sed amodo videns filium homi-
nem factum,non vlterius irascetur. Hodie dicitur es-
se temporis plenitudo, Vides admirabile opus et quam
solennissimum factum sit istud,totum est delectabile,
totum iucundum,totum desiderabile,et cum omni de
uotione suscipiendū,in iubilatione,lętitia et exultatio-
ne ducēdum,et omni veneratione dignissimum. In his
ergo meditare,in his delectare,et iucundaberis, et for-
te ostendet tibi dominus ampliora etc.

Quomodo Beata Virgo visitauit Elisabeth.
Et quomodo Magnificat, & Benedi-
ctus, facta fuerunt. Cap. 5.

POst hæc recogitans domina verba Angeli, quę
dixit de cōsobrina sua Elisabeth,eam visitare pro
ponit,ad congratulandum eidem,ac etiam seruiē-
dum. Iuit ergo vna cum Ioseph sponso suo a Nazareth
ad domum ipsius,quę distabat a Hierusalem per qua-
tuordecim vel quindecim miliaria,vel circa. Non ergo
retardatur asperitate vel longinquitate viæ, sed cum fe
stinatione fuit,quia nolebat diu in publico videri. Et
sic nō erat ex cōceptu filij aggrauata, vt alijs mulierib.
contingit,non.n.fuit Dominus Iesus onerosus matri.
Cōspice ergo hic quomodo vadit sola cum sponso suo
Regina cęli et terræ,et non eques sed pedes, non ducit
frequentiā militum vel barōnum, non camerariarū et
domicellarum comitiuam. Vadunt autem cum ea pau-
pertas,humilitas et verecundia,omniumque virtutum
honestas. Est et Dominus secum,magnam et honora-
bilem comitiuam habens,sed non sæculi vanam et pō-
posam. Cum autem intrauit domū,salutauit Elisabeth
dicens. Salue soror mea Elisabeth: illa vero exultans et
tota exhilarata,et accensa Spiritu sancto surgit, et am-
plexatur eam tenerrime,et exclamans prę gaudio dixit.
Benedicta tu inter mulieres,et benedictus fructus ven Luc. 1.
tris tui. Et vnde hoc mihi,vt veniat mater Dñi mei ad
me? etc. Cū.n. Virgo salutauit Elisabeth,repletus est in
vtero Ioannes Spiritusancto,repleta est etiam et mater;
nec prius repletur mater quam filius, sed filius reple-
tus,replet et matrem,non quidem in anima matris ali-
quid efficiendo,sed per Spiritum sanctum aliquid in ea
fieri promerendo,eo q in ipso Spiritussancti gratia af-
fluentior refulgebat,et prior gratiam sensit. Et sicut il-
la Mariam,sic ille aduentum domini sensit,et ideo exul
tauit,et illa prophetice locuta est. Vide quāta virtus sit
in verbis Dominæ,quia ad eorum pronunciationem
confertur Spiritussanctus. Sic enim abundanter ipsa
erat plena,quòd eius meritis ipse Spiritussanctus etiam
alios replebat. Respondit autem Maria ad Elisabeth
dicens. Magnificat anima mea Dominum etc. totum
ibidem complens canticum iucunditatis et laudis. De-
inde se ad sedendum ponentes, Domina humillima ad
inferiorem locum se ponit ad pedes Elisabeth, sed illa
in continenti exurgens,et hoc non patiens erexit eā,et
pariter consederunt. Quærit autem Domina de modo
suæ conceptionis,et Elisabeth de modo suæ,et hęc sibi
inuicem narrant lætanter, et laudant Deū de vtraque
conceptione,et in gratiarū actione consistunt, et agūt
dies lætitiæ. Et stetit ibidem Domina quasi mensibus

Digitized by Google

tribus,ministrans & seruiens ei in omnib.quæ poterat humiliter,reuerenter,& deuote,quasi oblita se matrem Dei esse,& totius mũdi Reginã. O qualis domus, qualis camera,qualis lectus,in qua & quo pariter commorantur & requiescunt,tales matres talib. filijs fęcũdatę, Maria & Elisabet,Iesus & Ioannes.Sunt & ibi magnifici senes.s.Zacharias & Ioseph. Adueniente ergo tempore suo peperit Elisabeth filium,quem Domina leuauit a terra,& diligenter aptauit,vt expediẽs erat. Paruulus autem,ipsam quasi intelligens aspiciebat, & cum eum matri porrigere vellet,caput ad eam vertebat, & in ea solum delectabatur,& ipsa lętantur colludebat eidem, amplexabatur,& osculabatur iucunde.Considera magnificentiam Ioannis.Nullus vnquam talem baiulam habuit.Multa alia magna priuilegia reperiuntur de ipso,quib.non insisto ad præsens. Die autem octauo circuncisus est puer,& vocatus est Ioannes. Et tunc apertum est os Zacharię,& prophetauit dicens.Benedictus Dominus Deus Israel &c.Et sic in domo illa hæc duo cantica pulcherrima. s.Magnificat & Benedictus facta fuerunt. Dña vero stans post aliquam cortinam,ne videretur ab hominib.qui conuenerant ad circuncisionẽ Ioannis,auscultabat attente ad canticum illud, in quo de filio suo fiebat mentio,& omnia conferebat in corde suo sapientissime.Tandem valefaciens Elisabeth & Zachariæ,ac benedicens Ioanni redijt ad domum suæ habitationis in Nazareth.In qua reuersione paupertatem eius adinuicẽ reuoca. Redit.n.ad domum,in qua nec panem, nec vinum,nec alia necessaria est inuentura.Sed nec possessiones habebat,nec pecuniam. Stetit his tribus mensibus apud illos forte opulentos: nunc autem redit ad paupertatem suam,& vt proprijs manibus laborando victum procuret.Compatere sibi, & in amorem paupertatis accendere.

Quomodo Ioseph voluit dimittere Mariam, & quomodo Deus permittit suos tribulari. Cap. 6.

CVm autem simul habitarent domina & sponsus eius Ioseph,& crescente Iesu in vtero matris perpendens Ioseph ipsam grauidam esse doluit vltra modum. Attende hic benę,quia multa pulchra discere poteris. Si dubitas quare Dominus voluit matrem suã habere virum,cum semper vellet eã virginem esse. Respondetur propter tria,vt.s.ne grauida infamaretur, vt viri ministeriu & societate frueretur, & vt diabolo partus filij Dei occultaretur.Conspicebat ergo Ioseph cõiugem suam semel & pluries,dolebat & turbabatur, & eidem vultum ostendebat turbatum,& oculos auertebat ab ea tanquam a mala,suspicans eam ex adulterio concepisse. Vides quomodo Deus permittit suos tribu-
Matt. 1. lationib. vexari,& tentari ad ipsorum coronam.Cogitabat autem eam occulte dimittere. Vere de hoc dici põt,ꝙ eius laus est in Euangelio. Dicitur.n.ibi, ꝙ erat vir iustus,magnæ nanque virtutis erat.Cum.n. cõmuniter dicatur,ꝙ quasi summæ verecundię,doloris,& furoris sit viro adulterium vxoris,tamen ipse virtuose se temperabat,& accusare nolebat,patienter hanc magnã pertransibat iniuriam,non se vindicans,sed pietate victus,cedere volens,occulte volebat eam dimittere.Sed nec Domina pertransiuit absque tribulatione,perpendebat.n.& videbat eum turbatum,& de hoc etiam ipsa turbabatur.Humiliter tñ tacebat, & occultabat donum Dei,Potius volebat reputari vilis,quam ipsum sacramentum Dei propalare,& de se aliquid loqui,quod ad iactãtiam putaretur pertinere.Rogabat autem Dominum,vt ipse remedium apponere dignaretur & hãc sibi & viro suo tribulationẽ auferret. Vides quam magna tribulatio & anxietas erat eis,sed Dominus proui-
dit.Misit ergo Angelum suum,qui dixit Ioseph in som- Matth. 1.
nis,ꝙ vxor eius de Spiritu sancto conceperat,& vt confidenter & gaudenter staret cum ea. Vnde tribulatione cessante,redijt consolatio magna.Sic & nobis contingeret,si in tribulationib.patientiam habere sciremus, nã Deus post tempestatẽ tranquillum facit, nec dubitare debes,quia non permittit eas ad suos venire,nisi pro vtilitate eorum. Quæsiuit Ioseph de hac conceptionę mirifica,quã ei Domina diligenter narrauit. Remanet ergo,& stat Ioseph gaudens cum sua coniuge benedicta. Et vltra quam dici possit,eam casto diligit amore, & curã ipsius fideliter gerit,& Domina cum eo confidenter moratur,& in sua paupertate lætanter viuunt. Stat ergo Dominus Iesus reclusus in vtero, vsq; ad mẽses nouem mure aliorum.Stat benigne ac patienter sustinet,& expectat tempus debitum.Compatere sibi,ꝙ ad tantã humilitatis profunditatem deuenit. Multum ergo deberemus hanc affectare virtutem, nec vnquam deberemus ad elationem,vel ad nostri reputationẽ tumescere,quando tantũ se inclinauit Dñs maiestatis. Et de hoc secundu beneficio huius tam prolixæ pro nobis reclusionis,nunquam ei digne possemus satisfacere,sed saltem corde hoc cognoscamus,& gratias eidẽ toto affectu agamus,ꝙ nos ex alijs assumere dignatus est, vt vel hoc modicum rependamus eidem,vt reclusi stemus ad seruitium suum.Ipsius quippe beneficium est hoc, nõ nostrum meritum,& quidẽ per maximum multũq; acceptabile ac venerabile est.Non.n ad pęnam sed ad tutelam reclusi sumus,& in arce religionum tutissima collocati.Ad quã huius nequissimi mundi venenosę sagittæ vel tumultuosi maris procellæ,nisi nostra temeritate attingere nõ poterunt. Conemur ergo toto posse,mente reclusa & abstracta ab omnib.caducis, eidem cordis puritate vacare,quia corporalis reclusio nihil, aut parũ sine mẽtali prodest.Eidem ẽt Dño Iesu in hoc compatere,ꝙ est in continua afflictione,& fuit a suæ conceptionis primordio vsq; ad mortẽ,exeo,s.ꝙ patrẽ, quẽ summe diligebat,cognoscebat propter idola relinqui a peccatorib.& inhonorari,& ex cõpassione,quam habebat ad animas ad imaginem suam creatas,quas cernebat miserabiliter & quasi vniuersaliter damnari, & erat sibi maior pęna,quam fuerit passio corporalis.Nã propter hãc tollendam sustinuit illam. Vides quam pulchra fercula hic tibi propinata sunt,si vis eorum sentire dulcedinem,ea rumina diligenter & sæpẽ.

SECVNDA FERIA.

De Natiuitate Christi,& alijs. Cap. 7.

ADueniente aũt nouem mensium termino, exijt edictum ab Imperatore, vt describeretur vniuersus orbis.i.quilibet in ciuitate sua.Cũq; Io-
seph ire vellet in ciuitatẽ suam.s.Bethleẽ,& sciret insta- Luc. 2.
re tp̃s partus suæ coniugis,duxit eam secum. Vadit ergo iterum Domina hoc longu itinere. Nam Bethleem est prope Hierusalem,per quinque vel sex milliaria. Ducunt autem secum bouem & asinum, & vadunt sicut pauperes mercatores bestiarum. Cum autem fuerunt in Bethleem,quia pauperes erant(nam multi concurrerant pro eadem causa)hospitium inuenire nõ potuerunt. Compatere hic Dominæ, & conspice ipsam delicatam & iuuenem,quindecim enim erat annorum, ex longo itinere fatigatam, & cum verecundia inter gentes conuersantem,quærentem vt quiescat, & non inuenit,omnes licentiant eam & socium eius.& sic cogũtur diuertere ad quandam viam coopertam, vbi homines tempore pluuiæ diuertebant. Ibidem Ioseph, qui erat magister lignarius,forte aliqualiter se clausit.

Nunc

Digitized by Google

Reuelatio facta cuidã sancto nostri ordinis, circa virginis partum.

Nunc autem diligentissime inspice omnia, maxime quæ referre intendo quæ ab ipsa Domina reuelata & ostensa fuerunt, prout a quodam sancto nostri ordinis fidedigno habui, cui puto reuelata fuisse. Cũq. venisset hora partus. s. in media nocte dominicæ diei, surgens virgo appodiauit ad quãdam columnam, quæ ibi erat, Ioseph vero sedebat mœstus, ex eo forte ꝙ non poterat quæ decebant parare. Surgens ergo & accipiens de fœno præsepis, proiecit ad pedes Dominæ & vertit se in aliã partem, tunc filius Dei æterni exiens, de matris vtero, sine aliqua molestia vel læsione, in momento sicut erat in vtero, sic fuit extra vterum super fœnum ad pedes matris suæ, & mater incontinenti se inclinans, recolligens eum & dulciter amplexans, posuit in gremio suo & vbere de cęlo pleno, & Spiritu sancto edocta, cępit lauare siue linire ipsum per totum cũ lacte suo, quo facto, inuoluit eum in velo capitis sui, & posuit eũ in pręsepio, & tunc bos & asinus flexis genibus posuerunt ora super pręsepium, flantes per nares ac si ratione vtentes cognoscerent, quòd puer sic pauperrime contectus, calefactione tempore tanti frigoris indigebat. Mater vero flexis genibus adorauit, & gratias agens Deo, dixit. Gratias tibi ago Domine sancte pater, qui filium tuum mihi dedisti, & adoro te Deus æterne, & te filium Dei viui & meum. Ioseph autem similiter adorauit eum, & accipiens sellam asini, & extrahens de ea cussinelum de lana siue bora, posuit iuxta pręsepe, vt domina super eo sederet. Ipsa ergo se posuit ibi ad sedendum, & sellam posuit subtus cubitum, & sic stabat Domina mundi, tenens vultum suum super præsepe, innixa oculis & toto affectu super dilectissimum filium suum. Hucusque de reuelatione. His ergo sic ostensis, disparuit Domina, & remansit Angelus, & dixit eidem laudes magnas, quas etiam ille mihi dixit, sed nec discendi, nec scribendi aptitudinem habui. Vidisti ortum sacratissimi principis, vidisti simul & partum reginæ cœlestis, & in vtroque artissimam paupertatem potuisti conspicere, multis necessarijs indigere, hanc virtutem altissimam Dominus reinuenit, hæc est illa euangelica Margarita, pro qua emenda omnia sunt vendenda, hæc est totius spiritualis ædificij primum fundamentum, nam cum sarcina temporalium rerum spiritus ad Deum non potest ascẽdere, de qua dicebat Beatus Franciscus; Paupertatem fratres noueritis esse spiritualem viam salutis, tanquam humilitatis fomentum, & perfectionis radicem, cuius est fructus multiplex, sed occultus. Magna ergo nobis est verecundia, quòd eam non amplectamur toto posse, sed oneramur superfluis, quando mundi Dominus, & Domina mater eius eam sic strictissime, & studiosissime seruauerunt. De qua sic dicit Bernar. Abundabat in terris hæc species, & nesciebat homo precium eius. Hanc itaque Dei filius concupiscens descendit, vt eam eligat sibi & nobis, quam sua æstimatione faciat prætiosam. Adorna thalamum, scilicet humilitate & paupertate, in his cõplacet sibi pãnis, & Maria testimoniũ perhibente. His sericis delectatur inuolui, & abominationes Aegyptiorum immola Deo tuo. Hucusq. Ber. Idẽ in 5. fer. natiu. sermo q incipit. Benedictus Deus, & pater. Denique populum suum cõsolatur. Vis nosse populum eius? tibi derelictus est pauper ait, homo secundum cor Dei. Sed & ipse in Euangelio. Væ vobis (inquit) diuitibus qui habetis hic cõsolationem vestram. Quid enim consoletur eos, qui suam habent consolationem? Non consolatur Christi infantia garrulos, non consolantur Christi lachrymæ cachinnantes, non consolantur panni eius ambulantes in stolis, non consolantur stabulum & præsepe, amantes primas cathedras in synagogis, vigilantibus pastoribus annunciatur gaudium lucis, & eis natus dicitur esse saluator. Pauperibus atque laborantibus non vobis diuitibus, qui vestram habetis consolationem, & vestrum dominium. Hucusque Bernard. Potuistis etiam attendere in vtroque, profundissimam humilitatem in hac ipsa natiuitate, non enim sunt stabulum dedignati, non bestias, non fœnum, & cętera vilia. Hanc virtutem in omnibus actibus, tam dominus, quam domina perfectissime seruauerunt, & nobis commendauerunt: nitamur ergo omni quo possumus studio ipsam amplecti, quia sine ipsa non est salus, nulla enim operatio nostra cum superbia Deo placere potest. Nam secundũ Beatum Augustinũ. Superbia fecit Angelos Dæmones, humilitas facit homines Angelis similes. Et Bernar. Qualẽ putas necesse est hominem inuenire, qui repudiati locum Angeli sortiatur? Semel turbauit superbia regnum illud, cõcussit muros, & etiam prostrauit ex parte, & parte non modica. quid ergo? Nunquid non odit ciuitas illa & vehemẽter huiusmodi pestẽ abominatur? Certi estote fratres, eum qui superbis non pepercit Angelis, nec hominibus parciturum, non est contrarius sibijpsi. Hucusque Bern. Potuisti etiam attendere in vtroque, maxime in puero Iesu non paruam cordis afflictionem. De qua sic dicit Bernar. Nascitur Dei filius, cuius in arbitrio erat, quodcunque vellet eligere tempus. Elegit quod molestius est, præsertim paruulo & pauperis matris filio, quæ vix pannos haberet ad inuoluendum, præsepe ad reclinandum, & cum tanta esset necessitas, nullam audio pellium fieri mentionẽ. Et infra. Christus vtique q nõ fallitur, elegit quod carni molestũ est. Illud ergo melius, illud vtilius, illud potius eligendum, & quisquis aliud doceat vel suadeat, ab eo tanquam à seductore cauendũ est. Et infra. Et tamẽ fratres ipse est promissus olim per Isa. paruulus sciens reprobare malum, & eligere bonum. Malũ ergo voluptas corporis, bonum vero afflictio est, siquidem & hanc elegit, & illam reprobat puer sapiens, verbum infans. Hucusque Bern. Vade & tu fac similiter, discrete tamen, vt non excedas posse tuum, & de his virtutibus alias poterit dici, redeamus ad domũ natiuitatis. Nato itaque Domino, Angelorum multitudo ibi existens, suum Deum adorauerunt, & confestim ad pastores iuerunt, qui erant ibi prope forte per milliare, nunciantes eis ipsam natiuitatem & etiam locum, exinde ascenderunt in cęlum cum canticis & iubilis, conciuibus suis ea similiter nunciantes. Tota igitur superna curia exhilarata, magnoque facto festo & laudibus, & gratiarum actionibus Deo patri exhibitis, venerunt omnes quotquot ibi erant, successiue per ordines suos videre faciem Domini Dei sui, & adorantes eum cum omni reuerentia, & etiam matrem eius, laudem eidem & cantica personabant. Quis enim eorum auditis nouis, remansisset in cęlo, quin visitasset dominum suũ sic humiliter constitutum in terra? In nullo eorum hæc superbia cadere potuisset. Et ideo dicit Apostolus. Et cum introducit primogenitum in orbem terrarum dicit. Et adorent eum omnes Angeli Dei. Hæc meditari de Angelis iucundum puto, qualitercunque se habuerit veritas. Veneruntque pastores & adorauerunt eum, referentes quæ audierunt ab Angelis. Mater vero prudentissima, omnia quę de ipso dicebantur, conseruabat in corde suo, illi autem gaudẽtes abierunt. Genuflecte & tu qui tantum distulisti, & adora Dominum Deum tuum, & postea matrem eius, & reuerenter saluta Sanctum senem Ioseph. Deinde osculeris pedes pueri Iesu iacẽtis in lecto, & roga dominam vt eum tibi porrigat vel permittat accipere. Accipias eum inter brachia tua, retine & intuearis faciem eius diligenter, ac reuerenter deosculare, & delectare in eo cõfidenter hoc facere potes, qa ipse ad peccatores venit pro eorum salute, et cũ eis humiliter conuersatus, et tandem se ipsis dimisit in cibum, vnde benignitas sua patienter se tangi pro tuo velle permittet, nec imputabit præsumptioni sed amori,

Serm. 1. in vig. de nat. Domini.

Ser. 5. nat. Domini.

Ser. 1. de visione Esaię

Serm. 2. de nati. Domini.

Isa. 7.

Heb. 1.

semper tamen cum reuerentia & timore hæc facias, qa
ipse sanctus sanctorum est. Postea redde ipsum matri,
& conspice diligenter, quam studiose, & sapienter gu-
bernabat eum, lactat, ac cætera ei facit obsequia, ita &
tu adiuua eam si potes, in his delectare, iucundare, ac se
dulo meditari memento, & quantum potes famuleris
Dominæ, & puero Iesu, & intuearis faciem eius sæpe,
in quam desiderant Angeli prospicere, semper tamẽ (vt
dixi) cum reuerentia & timore, ne patiaris repulsam, re
Isa.9. putare.n. te debes indignam talium conuersatione. Me-
ditari debes etiam cum gaudio, quanta sit hodierna so
lennitas: hodie nanq; natus est Christus, & sic vere est
dies natalis regis æterni, & filij Dei viui: hodie filius da
Luc. 1. tus est nobis, & puer datus est nobis: hodie sol iustitiæ
q erat in nubilo clare resulsit, hodie Spiritus sanctus Ec
clesiæ electorum caput processit de thalamo suo, hodie
desideratam faciem ostendit, forma speciosus præ filijs
hominum, hodie factus est ille hymnus angelicus; Glo
ria in excelsis Deo: hodie pax hominib. est annũciata,
vt in eodẽ hymno cõtinetur: hodie (vt etiam cantat Ec
clesia per totum mundum) melliflui facti sunt cęli, & in
Ad tit. 3. terra canunt Angeli. Hodie primitus apparuit benigni
tas, & humanitas Saluatoris Dei nostri: hodie adoratus
est Deus in similitudine carnis peccati: hodie illa duo
miracula contigerunt, quę superant omnem intellectũ,
& sola fides apprehẽdere potest, s. quòd Deus nascitur,
& virgo parit, hodie aliorum miraculorum claruit mul
titudo. Denique omnia quæ dicta sunt de incarnatione
quasi hic clarius elucescunt, ibi inchoata, hic manifesta
ta. Vnde nunc illa, & istis meditationibus ista cõiunge.
Meritò ergo est dies illa iubilationis, & gaudij, & læti-
tiæ magnæ nimis. Nam Romæ de quadam taberna di-
cta emeritoria (quia milites ibi spaciando, & emendo
necessaria ea, q̃ stipendijs suis meruerant expendebãt)
fons olei largissimi emanauit de terra, & per totum diẽ
largissimo riuo fluxit: & circulus admodum cęlestis ar
cus circa solem in toto orbe apparuit, & Romæ statua
aurea quam Romulus in suo palatio posuerat, quæ pro
phetabatur non cadere donec virgo pareret, statim vt
Christus natus est, corruit. In quo loco Calixtus Pa-
pa Ecclesiam Sanctæ Marię quę nunc dicitur trans Ty
berim, constituit.

De circuncisione & fletu Domini.
Capitulum 8.

OCtauo autem die circuncisus est puer. Duo aũt
magna hodie facta sunt, vnum, quia manifesta-
tum est nomen salutis, quod ab æterno sibi im-
positum erat, & ab Angelo vocatum priusquam in vte
ro conciperetur, hodie fuit declaratum & nominatum.
Et vocauerunt nomen eius Iesum. Iesus autem dicitur
saluator, quod est nomen super omne nomen. Nec est
Act.4. enim (vt Apostolus Petrus ait) aliud nomen sub cęlo,
in quo nos oporteat saluos fieri. Secundum quod ho-
die factum fuit, quia incepit Dominus Iesus suum sa-
cratissimum sanguinem pro nobis effundere. Tempe-
stiue.n. cepit pro nobis pati, qui peccatum non fecit,
pro nobis pęnam hodie portare incępit. Compatere tu
ei, & plora cum illo, quia hodie fortiter plorauit. Nam
in solennitatibus multum gaudere debemus propter
nostram salutem, sed multum compati & dolere pro-
pter suas angustias & dolores. Audistis in natiuitate
quantam afflictionem habuit & penuriam, & inter a-
Ceruical Chri pueri, fuit lapis. lia hoc etiam fuit, q quando mater posuit eum in præ
sepio, ad caput eius posuit quendam lapidem interposi
to forte fœno, vt habui a fratre nostro qui vidit, & ad-
huc ille lapis apparet ad memoriã ibidem muratus. Cre
das quòd libentius posuisset puluinar si habuisset; sed
cum aliud non haberet quod poneret, cum cordis ama
ritudine posuit illum lapidem. Audis & hodie quia san
guinem suum fudit. Fuit.n. caro ipsius cum cultello la-
pideo incisa. Nonne ergo compatiendum est ei? ita, sic
certe & matri. Plorauit ergo puer Iesus hodie, propter
dolorem quem sensit in carne sua: nam veram carnem
& passibilem habuit sicut cæteri homines, sed eo plorã
te, credis ne q mater potuerit lachrymas cõtinere? plo-
rauit ergo & ipsa, quam plorantem filius stans in gre-
mio eius aspiciẽs, paruulam manum suam ad os, & vul
tum eius ponebat, quasi nutu rogans eandem ne plora
ret, quam.n. tenerrime diligebat, a ploratu cessare vole
bat. Similiter & mater, cuius viscera totaliter commo-
uebantur in dolore, q lachrymis filij, & nutu & verbis
consolabatur eum, intelligebat.n. tanquam prudentissi
ma voluntatẽ eius, quamuis nondum loqueretur. Et di
cebat. Fili si vis me a ploratu cessare, cessa & tu, non.n.
possum te plorante non plorare. Et tunc ex compassio
ne matris, filius a singultib. desistebat. Mater vero & ip
sius, & suos oculos tergebat, & vultum vultui applica-
bat, lactabat eum, & omnibus quibus poterat modis
consolabatur. Et sic faciebat quoties plorabat, quod
forte sæpe puerorũ more faciebat, ad ostendendum mi
seriam naturæ humanæ, quam vere assumpserat, & ad
occultandum se ne a Diabolo cognosceretur. Cantat
nanq; de ipso Ecclesia. Vagit infans inter arcta, & cęte
ra. Hodierno autem tempore cessat circuncisio corpo-
ralis, & habemus baptismum, qui est maioris gratiæ, &
minoris pęnę. Sed debemus habere circuncisionem spi
ritualẽ, & omnia superflua reijcere, & hoc est qđ pau-
pertatem commendat, nam verus pauper est vere spiri
tualiter circuncisus. Et hanc secundum Bernard. pau-
cis verbis tradit Apostolus, dic. Habentes victum & ve 1.Timo.6
stitum, his contenti simus. Spiritualis etiam circuncisio
debet esse in omnib. sensibus corporis nostri, videndo,
audiendo, gustando, tangendo paucitate vtamur, & ma
xime in loquendo. Loquacitas est vitium pessimum, & In oĩb. sensibus maxime autẽ in loquendo, circũcisi esse debem⁹
Deo & hominib. odiosum. & displicibile, vnde debe-
mus esse circuncisi lingua. i. pauca & vtilia loqui, signũ
leuitatis est multum loqui, vnde silentium est virtuosa
res, & non sine causa in religionibus ordinatum. Et cir
ca hanc materiam sic dicit Beatus Greg. Ille loqui vera
citer nouit, qui prius bene tacere didicerit, censura.n. si
lentij, est verbi necessarium nutrimentum. Idem Alibi.
Qui sensu leues sunt & in locutione præcipites erũt, qa
quod leuis conscientia concipit; leuius protinus lingua Serm. de Epiph.
promit. De hoc etiam dicit Berna. Sermone de Epipha
nia, qui incipit, In operib. domini. Iam verò de lingua
quis nesciat, quam multum inquinauerit nos per vani-
loquia, & mendacia, per detractiones & adulationes, p
verba malitiæ siue iactantiæ? Pro his omnib. necessaria
est hydria quinta, silentium. s. custos religionis, in quo
est fortitudo nostra. Idem alibi. Ociositas mater nu- Nota sacerdotum.
garum est, & nouerca virtutum. Inter seculares multæ
nugæ sunt, in ore sacerdotum blasphemiæ, sed & si nu-
gæ incidunt, interdum ferendæ fortasse sunt, sed refe-
rendæ nunquam, consecrasti.n. os Euangelio, illicitum
iam talibus aperire illud.

De Epiphania siue apparitione Domini. *Cap.* 9.

DIe autem tertiodecimo puer Iesus manifestauit
se gentib. i. Magis, qui gentiles erant. Attende cir
ca diem istum, quia vix inuenies aliquod festum
sic ab Ecclesia solennizatum, & multiplicatum in an- Matt.2.
tiphonis, responsorijs, & sermonibus, & alijs quæ ad
solennitatem pertinent sicut illud, non q sit maius om
nibus alijs, sed quia multa & magna tali die facta sunt
per

per dominum Ieſum, & maxime circa ipſam Eccleſiã. Primum eſt, quia hodie ipſa eccleſia recepta eſt ab eo in perſona Magorum, quia Eccleſia ex gentibus cõgregata eſt, nam die natalis ſui apparuit Iudæis in perſona paſtorum, qui Iudei non receperunt verbum Dei, niſi pauca ex ipſis. Hodie vero apparuit gẽtib. & hoc eſt Eccleſia electorum. Vnde feſtum hodiernum eſt proprie feſtum Eccleſiæ, & fidelium Chriſtianorum. Secundũ, quia Eccleſia, eſt hodie deſponſata ab eo, & eidem vere

Matt. 3.

cõiuncta per baptiſmum, quem tali die ſuſcepit. ſ. reuoluto 29. anno. Et ideo lætanter cantatur. Hodię celeſti ſponſo iuncta eſt Eccleſia, &c. Nam in baptiſmo deſpõſantur animæ Chriſto, qui a ſuo baptiſmo ſumpſit virtutem, & animarum baptizatarum congregatio vocatur Eccleſia. Tertiũ, quia tali die, ſ. reuoluto anno poſt baptiſmum, fecit primum miraculum ad nuptias, quod etiam ad Eccleſiam & ſpirituales nuptias poteſt adaptari.

Ioann. 2.

Videtur etiam poſtea feciſſe tali die miraculum de multiplicatione panum & piſcium, ſed prima tria Eccleſia hodie repreſentat, illud autem non. Vides ergo q̃

Ioan. 6.

venerabilis eſt dies illa, quam dominus elegit ad tot magnifica & mirifica. Conſiderans ergo Eccleſia tot magna beneficia, hodie ſibi a ſuo ſpõſo exhibita, grata exiſtere volens, exultat, iucundatur, & iubilat, & hunc diẽ magnifice ſolemnizat. Dicamus ergo de primo, quia de alijs ſermo erit ſecundum ordinem vitæ ipſius Chriſti. Sed de primo opere. ſ. de Magorum aduentu ad Chriſtum, non eſt intentionis meæ narrare moralitates, & expoſitiones, quę ſic diligenter per ſanctos traditæ sũt. Qualiter ergo venerunt Magi ab Oriente Hieroſolymam, & quid inter eos & Herodem actum ſit, & dẽ ductu ſtellæ, & quare talem oblationem fecerunt, & de alijs huiuſmodi legas textum Euangelij, & ſanctorum expoſitiones, & inuenies. Ego. n. in hoc & in alijs vitæ Chriſti actib. intendo, (vt in principio tibi dixi) aliquas meditationes tangere, ſecundum quaſdam imaginarias repręſentationes, quas anima diuerſimode percipere poteſt, ſecundum q̃ geſta fuerunt per ipſum, vel ſicut fuiſſe credi poſſunt. De expoſitionibus aũt rarò intromittere me cogitaui, tum quia ad hoc inſufficiens ſum, tũ etiam quia nimis eſſet longa materia. In præſenti ergo negocio ſis præſens, & conſpice bene ſingula, quia (vt alias tibi dixi) in hoc eſt tota vis harum meditationũ. Venerunt ergo iſti tres reges, cum multitudine magna, & honorabili comitiua, & ſunt ante illud tugurium, in quo natus eſt Dominus Ieſus. Domina ſenſit ſtrepitũ & tumultum, & accipit puerum. Intrant illi domunculam, & genuflectunt, & adorant dominum puerum Ieſum reuerenter, honorant eum vt regem, et adorant vt dominum. Vide quam magna fuit eorum fides. Quid n. erat credere, q̃ ille puerulus ſic viliter indutus, cum paupercula matre inuentus, & in loco ſic abiecto, ſine ſocietate, ſine familia, ſine omni ornatu, eſſet Rex, & Deus verus? Et tamen vtrumque crediderũt. Tales duces, & talia primitiua nos oportebat habere. Stant ergo genuflexi coram eo, colloquũtur cum domina, vel per interpretem, vel per ſeipſos, quia ſapientes erant, & forte linquam Hebraicam ſciebant. Quærũt ab ea de cõditionib. iſtius pueri: Domina narrat, & illi omnia credũt, conſpice bene ipſos, quia reuerenter, et curialiter loquuntur & audiunt, conſpice & Dominam, quia cum rubore in verbis, & oculis ad terram demiſſis, ac cum verecundia loquitur, non delectatur loqui nec videri: Dominus tamen dedit ei vigorem in hoc magno opere, quia illi repreſentabant vniuerſam Eccleſiam futurá ex gentibus, conſpice et puerum Ieſum, nondum loquitur, ſed ſtat cum maturitate, et grauitate tanquã intelligens, et benigne reſpicit illos, et illi multum delectantur in eo, tam viſu mẽtali, tanquam intus edocti, et illuminati ab eo, quam corporali, quia ſpecioſus erat p̃ filijs hominum. Tandem conſolatione magna recepta, offerunt eidem aurum, thus, et myrrhã, aperientes theſauros ſuos, et ponentes aliquem pannum vel tapetum ante pedes Domini Ieſu obtulerunt, ſ. quilibet illorum illa tria in maxima quantitate præcipue de auro. Alias n. pro parua oblatione non oportuiſſet aperiri theſauros, quia parua de leui habuiſſent ad manus ſenaſcalli eorum. Et tunc reuerenter et deuote, oſculati ſunt pedes eius. Quid ſi tunc puer ſapientiſſimus vt eos magis conſolaretur, et in amore ſuo roboraret, porrexiſſet etiã ad deoſculandum manum? Signauit etiam eos, et benedixit. Illi ergo ſe inclinantes et valefacientes, cum magno gaudio receſſerunt, & per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam. Quid autem de auro iſto factum putas, quod erat ſic magni valoris? Nunquid domina reſeruauit ſibi? vel depoſitum fecit, vel nunquid emit domos, agros, et vineam? Abſit, nõ curat de talibus paupertatis amatrix. Zelans ergo domina fortiter pro paupertate, et intelligens filij voluntatem, tam intus docentis, quam foris ſigna oſtẽdentis, quia vultũ forte auertebat ab auro, & vilipenderat, totum infra paucos dies pauperib. erogauit, graue. n. erat ſibi ſarcinã tenere, vel deferre.

Virgo erogauit pauperib. aurũ a Magis oblatum.

Vnde ſic iſta totaliter expenderat, q̃ quando intrauit in templum, non habuit vnde vnum agnum emeret, quem offerret pro filio, ſed emit turtures vel colũbas. Vnde rationabile eſt credere, q̃ magna fuit oblatio Magorum, et q̃ Domina zelãs paupertatẽ (quia plena charitate) dedit eam pauperibus. Vides præconium paupertatis, et in duobus hic attẽde. Primo, quia hodie puer Ieſus eleemoſynam recepit vt pauper, et etiam mater ſua. Secundo, quia non ſolum non curabant acquirere, vel congregare, ſed etiam quæ dabantur, retinere nolebant, ſemper in eis creſcebat deſiderium paupertatis. Sed nunquid circa humilitatem aliquid attendiſti? ſi bene aduertitur, etiam humilitatis cernitur profunditas: ſunt. n. qui ſe viles et abiectos reputant in animo ſuo, et in oculis ſuis non extolluntur, ſed non ſic eſſe volunt in oculis aliorum, nec patiuntur vilipendi ab alijs vel derideri, et ſuam vilitatem, vel defectus nolunt alijs innoteſcere, ne vilipendantur.

Vnde cernitur profunda Chriſti humilitas.

Non ſic fecit hodie puer Ieſus omniũ Dominus, qui et alijs ſuis et ſua vilia patere voluit, et non paruis aut paucis ſed magnis et multis. ſ. Regibus, et ſocijs eorum quam pluribus. Et in tali caſu et tempore, in quo multum erat timendum. Nam cum ibi venirent vt inuenirent Regem Iudæorum, quem etiã Deum eſſe putabant, dubitare poterant, ne talib. de ipſo vilis, reputantes ſe fatuos, et deluſos recederent ſine fide, et deuotione, ſed non dimiſit humilitatis amator, dans nobis exemplum, ne ſub ſpecie alicuius apparentis boni, recedamus ab humilitate. Et quòd diſcamus etiam in aliorum oculis viles, et abiecti velle apparere.

De mora Domin.e apud præſepe.
Capitulum 10.

EXpeditis igitur Magis, et verſus patriam ſuam regreſſis, & totis eorum oblationibus erogatis, adhuc ſtat domina mundi cum puero Ieſu, et nutritore ſuo Sancto ſene Ioſeph apud pręſepe, in illo locello patienter vſq; ad quadrageſimam diem, ac ſi eſſet quædam mulier alia de populo, et puer Ieſus eſſet homo purus, et indigeret legis obſeruatione.

Sed quia nolebant prærogatiuas ſingulares, legem obſeruabant vt cęteri. Non ſic faciunt multi, qui in cõmuni congregatione degentes, ſibi ſpeciales prærogatiuas exigunt fieri, et ab alijs tanquã honorabiliores, voluut in talibus diſcerni, ſed hoc non patitur humilitas vera. Stabat ergo Domina more aliarum, dictam diem expectans ingreſſura in templum. Stabat vigilans, et

attenta super custodia dilecti filij sui. O Deus cum quã ta solicitudine & diligentia ipsum gubernabat, ne in minimo esset deiectus. Cum quanta etiam reuerentia, & cautela, & quo timore ipsum contractabat, quem sciebat esse Deum suum, & dominum suum, flexis genib. accipiebat, & imponebat eum in cunis. Cum quanta ẽt iucunditate & confidentia, & auctoritate materna ipsum amplexabatur, osculabatur, stringebat dulciter, & delectabatur in eo, quem sciebat esse filium suum, quã sæpe curiose intuebatur eum in vultu, & singulis partibus eius sacratissimi corporis, quam seriose ac pudẽter tenella membra fascia componebat, sicut. n. fuit humillima, sic fuit & prudentissima, vnde in singulis officijs & obsequijs, vigilanti & dormienti sedule ministrabat, non solum infantulo, sed grandæuo. O quam libenter eum lactabat. Vix fieri potuit, quin magnã (etiam alijs fœminis inexpertam) dulcedinem, in talis filij lactatione sentiret. Sed & de sãcto sene Ioseph refert Ber. se credere, & ꝙ puerũ Iesum super genua sua tenẽs eidem frequenter arrisit. Stante ergo domina apud præsepe, Ita & tu cum ea iuxta præsepe, & delectare frequenter cũ puero Iesu, quia virtus exit ab ipso. Quælibet anima fidelis, & maxime religiosa persona, a die natiuitatis dñi, vsque ad purificationem, deberet saltem semel in die, apud prędictũ præsepe Dominam visitare, adorare puerum Iesum, & matrem eius affectuose meditari de paupertate, humilitate, & benignitate ipsorum.

De purificatione Beatæ Virginis.
Capitulum 11.

ADueniẽte autem quadragesima die, prout in lege statutum erat, exijt domina cum puero Iesu & Ioseph, & iuerunt de Bethleem in Hierusalem, quæ sunt quinq; vel sex milliaria, vt secundum legem sisterẽt eum Domino. Vade & tu cum eis, & iuua portare puerum, & conspice attente singula quæ dicuntur & fiunt, quæ deuotissima sunt. Adducunt ergo dominum templi, ad templum domini. Cunque intrassent

Luc. 2.

templũm, emerunt duos turtures, aut duos pullos columbarum, vt offerrent pro eo, sicut pro pauperibus fiebat. Et quia erant pauperrimi, credẽdum magis de pullis columbarum, quia & pro minori precio inueniuntur, & ideo in lege ponuntur in vltimo loco, & Euangelista tacet de agno, qui erat oblatio diuitum. Et ecce Symeon iustus in spiritu venit in templum, vt sicut responsum acceperat, videret Christum Domini. Cũ autem festinanter veniens vidisset eum, statim cognouit eum prophetico spiritu, & accelerans genuflexit, & adorauit eum inter brachia matris, puer aũt benedixit eum, & aspiciens matrem inclinauit se ostendens se velle ad eum ire, quòd mater intelligens, quamuis admirãs porrexit eum Symeoni. Ille autem gaudenter, & reuerenter in vlnis suis eũ recipiens, surrexit bñdicens Deũ,

Luc. 2.

& dixit. Nunc dimittis seruum tuum Domine &c. De passione ipsius prophetauit. Superuenit & ipsa prophetissa Anna, & adorans eum similiter de ipso loquebatur. Maria vero de his admirans, omnia conseruabat in corde suo. Deinde puer Iesus extendens brachia versus matrem, ad eam redijt, postea vadunt ad altare processionem facientes, quæ hodie repræsentatur per vniuersum mundum, pręcedunt alacriter illi Duo venerabiles senes, s. Ioseph, & Symeon, tenentes se per manus, & cũ

Psal. 117.

exultatione magna iubilantes, & psallentes. Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum, &c. Fidelis dominus in omnibus verbis suis, &c. Quoniam hic est dominus Deus noster in æternum & in seculũ sæculi, ipse reget nos in sæcula. Suscepimus Deus misericordiam tuam, in medio templi tui. Sequitur mater portãs Regem Iesum, & Anna sociat eam, vadens ex latere, cũ reuerentia iubilans, & ipsa gaudio indicibili laudãs dñm. Ab istis ergo fit processio, paucis quidem sed valde magna representantibus, quia de omni genere hominum, sunt inter eos, de masculis & fęminis, senibus, & iuuenibus, virginibus, & viduis. Cum autem peruenerunt ad altare, mater cum reuerentia genuflexit, & offert dilectissimum filium suum Deo, patri suo dicens. Accipite pater excellentissime vnigenitum vestrũ quem secundum mandatum vestræ legis vobis offero, quia primogenitus matris est. Sed rogo pater, vt eum

D. B. Sãtissimæ cõtẽplationes.

mihi reddatis, & surgens dimisit ipsum super altare. O Deus qualis est oblatio illa, nunquam a sæculo talis facta fuit, nec fiet. Respice bene singula. Stat puer Iesus sedens super altare, sicut quilibet alius puerulus, et facie matura respexit matrem et alios, et humiliter, et patienter expectat quid deinceps fieri debeat. Adducuntur sacerdotes, et redimitur Dominus omnium tanquam seruus, quinque siclis more aliorum. Siclus erat genus monetæ, quibus a Ioseph sacerdoti solutis, mater lætanter reaccepit filium. Accepit etiam de manu Ioseph prędictas aues, vt eas offerat, et genuflectens, & tenens eas in manu sua, eleuatis oculis et in cęlum porrectis, eas obtulit dicens. Accipite clementissime pater hanc oblationem, et munusculum, et primum donum, quod paruulus vester vobis hodie de sua paupertate præsentat. Sed et puer Iesus manus suas ad aues porrigens, oculos ad cęlum leuauit, et nondum loquens, gestibus vna cũ matre offerebat, et posuerunt eas super altare. Vidisti quales sunt oblatores isti, mater et filius. Nunquid potuit talis hostia, quamuis parua, repudiari? Absit sed potius per manus Angelorum fuit in suprema curia præsentata, et valde acceptata, ita quòd tota curia iubilans exultauit. Postea Virgo Sãcta discessit de Hierusalem, et visitauit Helisabeth, volens videre Ioannem priusquam de partibus illis discederet. Vade et tu semper cũ ea quocunq; ierit, et adiuua portare. Cum ergo venisset ad eam, festum magnum fecerunt, et maxime de pueris suis. Sed et pueri lętabantur ad inuicem, et Ioannes quasi intelligens, reuerenter se habebat erga Iesum. Accipe et tu reuerenter Ioannem, quia hic puer magnus coram domino, si forte benedixerit tibi. Aliquibus autem diebus ibi mora contracta, discedunt volentes ire Nazareth. Si autẽ in prædictis vis informari de humilitate, et paupertate, considerata oblatione, et redemptione, ac legis obseruatione, de facili potes aduertere.

TERTIA FERIA.

De fuga domini in Aegyptum. Cap. 12.

CVm ergo pergerent versus Nazareth, nesciens adhuc super hoc consilium Domini, et quòd Herodes pararet se ad necem pueri Iesu, Angelus Matth. 2.
Domini apparuit Ioseph in somnis, dicens ei, vt cum puero et matre fugeret in Aegyptum, quia Herodes volebat animam pueri perdere: Ioseph vero euigilans, et excitans matrem dixit ei. Ipsa incontinenti surgens, nulla mora contracta voluit iter arripere, concussa enim sunt ad hanc vocem viscera eius, et circa filij sui salutem nolebat negligens inueniri. Ergo de nocte incontinenti cæperunt ire versus partes Aegypti. Conspice et meditare prædicta, et infra scripta, & quomodo puerum Iesum dormientem eleuant, et compatere ipsis, et attende hic diligenter, quia multa et bona cõsiderare potes in præsenti negotio. Primo considera quẽadmodum dominus in sua persona suscepit aliquãdo prospera aliquando aduersa. Et cum simile tibi contigerit,

non

Digitized by Google

non sis impatiens, nam iuxta montem inuenies vallem. Ecce enim in natiuitate sua Christus magnificatus fuit a pastoribus tanquam Deus, & post partum parum, circuncisus fuit tanquam peccator, deinde venientes Magi eum plurimum honorauerūt, & nihilominus ipse in stabulo remanēs stabat inter bestias, & plorabat, vt cuiusdam humunculi filius: postea præsentatus erat in tēplo quem multū extulerunt Symeon, & Anna, & nunc ab Angelo dicitur, q fugiat in Aegyptum, & de multis alijs poteris in vita sua perpendere, quæ ad nostram instructionem possumus retorquere. Cum ergo consolationem habueris, tribulationem expecta, & econtra, vnde in eis nec extolli, nec frangi debemus, dat. n. Dominus consolationes ad spem subleuandam, ne deuiemus, & tribulationem ad humilitatem conseruandam, vt cognoscentes miseriam nostram, semper in suo stemus timore. Ad nostram ergo instructionem hæc fecisse meditemur, & etiam vt se Diabolo occultaret. Secundo considera circa Dei beneficia & consolationes, quòd qui ea percipit, non debet se præferre non percipienti, & qui non percipit non deijciatur animo, nec habenti inuideat. Hoc dico, quia Angelorum locutiones fiebant Ioseph, & non matri, cum tamen longe ea esset inferior. Item & qui percipit, licet non percipiat suo velle, non debet esse ingratus, nec murmurare, cum etiam Ioseph qui tantus erat apud Deum, non palam, sed in somnis tales allocutiones percepit. Tertio considera, quomodo Dominus permittit, suos persecutionibus, & tribulationibus vexari, tunc enim magna erat tribulatio matri et Ioseph, cū viderent puerum ad occisionem quæri, quid enim grauius audire poterant? Et erat eis in hoc tribulatio magna, quia licet scirent eū filium Dei esse, tamen poterat sensualitas eorum turbari, & dicere. Dominus Deus omnipotens, quid opus est, quòd iste tuus filius fugiat? Non potes hic eum defendere? Et etiam in hoc erat tribulatio, quòd in terram longinquam oportebat eos ire, quam ignorabant, & per vias asperas, cum essent inhabiles ad eundum, Domina propter iuuētutem, Ioseph vero propter senectutem, ipse etiam puer quem portare habebant, vix erat duorum mensium, et peregrinari habebant in terra aliena, & pauperes quasi nihil habentes, oīa enim ista sunt afflictionis materia. Tu ergo cum tribularis patiētiam habe, nec credas tibi ab eo priuilegium dari, quod nec sibi tribuit, nec matri. Quarto considera benignitatem. Vides enim quomodo, & quam cito persecutionem patitur, & fugam de terra natiuitatis suæ, & tam benigne cedit furori illius, quem poterat perdere in momento. Profunda est hæc humilitas, & patientia magna; nolebat enim sibi vicem reddere, nec offendere, sed fugiendo insidias eius vitare, sic & nos facere tenemur obiurgantibus, scilicet vel reprehendentibus, vel persequentibus non resistere, vel de ipsis vindictam expetere, sed patienter eos portare, & ipsorū furori cedere, & quod

Matth. 5. plus est, pro eis orare, vt alibi Domin[9] in Euangelio docet. Fugiebat ergo Dominus ante faciē serui, immo potius serui diaboli. Portabat eum mater tenera & iuuenis valde, & Sanctus Ioseph multum senex in Aegyptū per viam siluestrem, obscuram, nemorosam, asperam et inhabitatam, per viam etiam valde longam. Dicitur q ad iter cursoris sunt duodecim, vel quindecim dietæ, p eis autem fuit forte iter duorum mensium, & plurium. Iuerunt enim (vt dicitur) per desertum illud, per quod transierunt filij I[illegible] vel in quo steterunt quadraginta annis. Sed quomodo faciebant de victu secum portando? Vbi etiam, & quomodo de nocte quiescebant, et hospitabantur? raro enim domos in illo deserto inueniebant. Cōpatere ergo eis, quia labor difficilis, & magnus, & longus est tam ipsis quam puero Iesu, & vade cum eis, & adiuua puerum portare, & seruias in omnibus in quibus potes. Non deberet videri nobis labor, pro nobisipsis pœnitentiam agere, pro quibus tantus labor ab alijs, & a talibus, & toties est assumptus. De his autem quæ ipsis in deserto & per viam contigerunt, quia pauca authentica inueniuntur, referre non curo. Cum ergo Aegyptum intrauerūt, omnia idola ipsius prouinciæ corruerunt, sicut per Isaiam fuit prophetatum. Iue- Isa. 19.
runt ergo ad quandam ciuitatem, quæ vocatur Heliopolis, & ibidem aliquam domunculam conducentes, habitauerunt ibidem per septem annos, tanquam peregrini & aduenæ, pauperes & egeni. Sed hic occurrit pulchra, pia, & compassiua valde meditatio. Aduertas bene quæ sequuntur. Vnde enim & quomodo viuebant isti tanto tempore? Nunquid mēdicabant? Legitur autem de Domina, quod colo & acu quęrebat sibi & filio necessaria, suebat ergo & filabat mundi domina, paupertatis amatrix. Multum per omnem modum isti paupertatem dilexerunt, et eidem perfecte vsq; ad mortem seruauerunt fidem. Sed nūquid ibat ipsa per domos petendo pannum, & alia in quibus operaretur? Oportuit enim hoc per viciniam innotescere, alias vacasset a talibus operibus, quia illæ mulieres non poterant diuinare. Sed & cum Iesus cępit esse quinquennis, vel sic, Nūquid & ipse portabat ambasiatas matris, petendo pro ipsa ea in quibus operari valeret? non enim habebat alium scutiferum. Sed & nunquid reportabat opera facta, petens ex patre matris, solutionē & precium? Nonne in talib. erubescebat puer Iesus, filius Dei altissimi, & etiam mater ipsum mittens? Sed quid si aliquoties dum opus reddidisset, & precium peteret, mulier aliqua superba, rixosa, & loquax, iniuriose respondit, opus factum accepit, cum sine precio expulit, & sic vacuus domum redijt? O quot & quantæ fiunt iniuriæ aduenis, quas Dominus vitare non venit, sed suscipere. Quid etiam si aliquando domum rediens, & famem patiens more puerorum, petijt panem, nec vnde daret habuit mater? Nonne in his & similibus totaliter concutiebantur viscera sua? Consolabatur verbis filium suum, & opere vt poterat procurabat, & sibi forte aliquando, subtrahebat de victu, vt filio reseruaret: Hæc & his similia de puero Iesu meditari potes, dedi tibi occasionem. Tu vero sicut videbitur extendas & prosequaris, sisq; paruula cum paruulo Iesu, nec paruipendas talia humilia, & quæ puerilia videntur, meditari de ipso. Videntur enim dare deuotionem, augere amorem, accendere feruorem, inducere compassionem, puritatem & simplicitatem conferre, & humilitatis, & paupertatis vigorem nutrire, & conseruare familiaritatem, & conformitatem facere, ac spem eleuare. Nam ad sublimia ascendere non valeamus, sed quod stultum Dei est, sapientius est hominibus, & quod infirmum, potentius. Videntur etiam talium meditatio superbiam tollere, cupiditatem eneruare, ac curiositatem confundere. Vides quot bona inde proueniunt? Sis ergo (vt dixi) cum paruulo paruula, & cum grandescente grandescas, semper tamen humilitate conseruata, & sequaris eum, quocunque ierit, & intuearis faciem eius semper. Sed nunquid in superioribus attendisti, quam laboriosa fuerit eorū paupertas, & quam verecunda? Et si ex opere manuum victum quærere oportebat, quid de vestimentis dicemus? quid de vtensilibus, scilicet lectis, & alijs intra domum uportunis? Nūquid duplicia habebant? nunquid superflua? nunquid curiosa? Hæc contra paupertatem sunt, & ideo etiam si habere posset, nollet ea paupertatis amatrix. Sed & nunquid Domina suendo vel alias operando faciebat amore quorundam opera curiosa? Absit, Faciant hæc quæ tempus perdere non curant? Non enim poterat ipsa in tanta posita egestate, tempus in vanis expendere, sed nec alias fecisset: Est enim periculosissimum vitium, & maxime temporibus nostris.

Quantum sint vtiles istæ cōtemplationes.

Vis

Digitized by Google

Vis videre quomodo? Attende primo quomodo tempus ad laudem Domini concessum, expenditur contra ipsum in vanis, multum enim plus de tempore occupat quam expediat curiosum opus, et hoc malum est valde. Secundo quia facienti est causa vanæ gloriæ. O quoties aspicit, recogitat & mente reuoluit, etiam quando non operatur, & etiam quando debet diuinis intendere, vt pulchrum opus faciat, & exinde se reputat, & vult reputari. Tertio quia ei cui facit, est causa superbię, tali enim oleo ignis superbiæ nutritur, & magis accenditur. Sicut enim rudia & grossa sunt humilitatis fomenta, sic ista superbiæ. Quarto, quia est materia retrahendi animam a Deo, nam (iuxta beatum Gregor.) tanto quis a superno amore disiungitur, quãto inferius delectatur. Quinto quia est concupiscentia oculorum, de tribus vnum, ad quæ omnia peccata de mundo reducuntur, ad nihilum enim talia curiosa valent nisi vt exinde oculi vane pascantur. Quoties autem quis in talibus delectabiliter & vane oculos pascit, tam qui facit quam qui portat & vtitur, toties offendit. Sexto quia multorum aliorum est laqueus & ruina, nam talia respicientes, multis modis offendere possunt, vel malum exemplum habendo, vel delectabiliter aspiciendo, vel simile concupiscendo, vel iudicando, vel murmurando, vel detrahendo. Cogita ergo quoties Deus offendi potest, antequam illa curiositas sit deleta; de omnibus autem illis ipse, qui tale opus facit, est causa. Vnde etiam si tibi dicerem quòd talia pro me faceres, vel certissime scires me talibus vti velle, tu facere nõ deberes, quia nulla de causa peccato consentiendum est, & ab offensa Dei est omnibus modis abstinendum. Quanto ergo magis offendis, si tuo motu ad solam complacentiam facis, volens magis placere creaturæ, quam creatori. Hæc igitur faciunt, qui seculariter viuunt, talia enim sunt ornamenta mundi, blasphemia Dei. Sed qui in puritate conscientiæ viuere intendit, miror quomodo hæc facere audet, & se hac fece fœdare. Vides quot mala ex tali curiositate proueniunt. Adhuc est aliud malum et peius, scilicet, quòd curiositas directe obuiat paupertati: Et vltra omnia prædicta est etiam hoc, quòd leuis, & vani, & inconstantis animi est indicium. Hæc autem omnia de curiositate dixi, vt tu curiosa deuites. Ab ipsis igitur tam faciendis, quam vtendis, tanquam a venenoso serpẽte omnino abstinere curato, non tamen intelligi debent, quin aliquando liceat facere opera pulchra, & potissime in his quæ diuino cultui mancipantur, in quibus tamen omnino ordinata affectio, intentio, & delectatio summopere cauenda est, & ab animo sollicite longius propellenda. De hac autem curiositate sic dicit Bern. Spectacula vana, rogo quid corpori præstant? quidve animæ conferre videntur? nam certe nihil in homine cui curiositas prosit inuenies, friuola prorsus & inanis ac nugatoria consolatio, & nescio quid illi durius imprecer, nisi vt semper habeat quod requirat, qui iucundæ quietis pacem fugitans, curiosa inquietudine delectatur. Sed redeamus ad Dominam in Aegyptum, a qua digressionem fecimus, propter maledictum curiositatis vitium, & cõspice ipsam in laboribus suis, suendo, filando, & texẽdo, quomodo facit ea fideliter, humiliter, & solicite, habens nihilominus diligentissimam curam super filio suo, & super gubernationem domus, necnon vigilijs, & orationibus, iuxta posse est semper intenta. Tu ergo toto affectu eidem compatere, & considera, quod non habuit omnino gratis regnum Domina regni. Sed & illud forte contingebat frequẽter quod aliquę bonę matronæ videntes eius paupertatem, aliqua transmittebãt eidem, quę humiliter & cum gratiarum actione recipiebat. Sed & Sanctus Ioseph senex aliquid operabatur in arte lignaminis. Vndiq; igitur occurrit cõpassionis materia, cum qua tandem cum aliquam moram cũ ea contraxeris, pete licentiam recedendi, & benedictione recepta primo a puero Iesu, deinde a matre, postea a Ioseph genibus flexis, cum lachrymis, & cõpassione magna, vale facias eis, quia tanquam exbanniti, & exules a patria sua sine aliqua causa remanent, ad peregrinandũ ibidem per septem annos, in sudore sui vultus victuri.

Nota contra Sutores.

Ser. ad clericos cap. 12.

Dè reditu Domini ex Aegypto.
Capitulum. 13.

COmpletis septem annis, quibus Deus peregrinatus est in Aegypto, Angelus Domini apparuit Ioseph in somnis dicens. Tolle puerum & matrem eius, & vade in terram Israel, defuncti enim sunt, qui quærebant animam pueri. Qui accepit puerum & matrem eius, & redijt in terram Israel, & cum peruenit ibi, audiens quòd Archelaus, fili' Herodis regnaret ibi timuit illo ire. Et iterum admonitus ab Angelo, iuit in Galilæam ciuitatem Nazareth. Fuit autem reditus eius circa festum Epiphaniæ, s. secunda die, prout in martyrologio legitur. Vides etiam hic (sicut fuit tactum in superiori tractatu) quomodo Dominus dat consolationes, & reuelationes per partes, & non ita plenas, vt appetitus exposceret, quod ex duobus in hoc facto perpẽdere potes, tum quia in somnis non palam, vti tibi dixi, tum etiam quia non vna vice simul, sed per duas vices, ei dixit ad quem locum ire deberet. Et dicit glo. quòd hoc fecit Dominus, quia ex frequenti visitatione quis certior redditur, vnde qualescunq; sunt, nobis debẽt videri magnæ, & inde simus grati, quia semp ex parte sua facit, quod nobis vtilius esse cognoscit. Nunc autem circa Domini reditum insistamus: Circa quem diligenter attende, quia pia est hæc meditatio valde. Redeas ergo in Aegyptum, gratia visitandi puerum Iesum, quem cũ extra inter pueros forte inueneris, ipse te videns occurret tibi, quia benignus & affabilis, & curialis est. Tu vero genuflectens, osculeris pedes eius, & post inter brachia ipsum suscipias, & aliquantulum cum eo quiescas, tãdem forte dicet tibi. Data est nobis licẽtia redeũdi in terram nostrã, & cras hinc recedere debemus, bona hora venisti, quia redibis nobiscum, cui alacriter respondeas, te ex hoc multum gaudere, & quod eum optas sequi quocunq; ierit, & in his collocutionib' delecteris cum eo. Dixi iam tibi quòd huiusmodi quę puerilia videntur meditari, multũ valent, & postea ad maiora trãsmittunt. Postea ducet te ad matrem, & curialiter honorabit, tu vero genuflectens, fac ei reuerentiã, & Sancto seni Ioseph, & requiescas cum eis. Mane sequenti die videbis aliquas bonas matronas de ciuitate, & etiã homines venientes ad sociãdum eos vsq; extra portam ciuitatis, propter placabilem, & sanctam conuersationem ipsorum. Prędixerant enim discessum suum, per viciniam per plures dies. Primum quia non est conueniens, quòd subito quasi furtim inde recederent, secus tamen fuit, quando venerunt in Aegyptũ, quia timuerunt mortem pueri. Incipiunt enim recedere, & Ioseph cum hominibus præcedit, & Domina sequitur a longe cum matronis. Tu vero accipiens puerum per manum, vade in medio ante matrem, nam ipsum post se non dimittet. Cum autem sunt extra portam, Ioseph non se patitur amplius sociari, tũc vero aliquis ex illis diues cõpatiens paupertati eorum, puerum vocat vt aliquos ei denarios tribuat pro expensis. Ver[...]ndatur puer accipere, tamen paupertatis amore manum parat, pecuniam accipit verecunde, & gratias agit, sic & plures fecerunt. Vocatur etiam a matronis, & similiter faciunt. Nec minus hic mater verecundatur quam filius, veruntamen humiliter gratias eis egit. Vere hic eis compati potes, cum ille cuius est terra & plenitudo eius,

Matth. 2.

pro

pro se & matre & nutricio suo sic paupertatem arctam elegerit, & in tanta penuria vixit. Multum in eis relucet paupertas sanctissima, & nobis amabilem & imitabilem ostendunt. Tandem gratias agentes eis, valefaciunt omnibus, & suum arripiunt iter. sed quomodo redibit puer Iesus, adhuc tener infantulus, difficilior enim mihi videtur reditus quam accessus, nam quando venit in Aegyptum ita paruulus erat, quòd portari poterat, nunc autem sic magnus est quod portari non præualet, & sic paruus quod per se ire non potest. Sed forte aliquis ex illis bonis viris dedit vel accommodauit aliquẽ asellum, super quem ire posset. O puer egregie ac delicate, rex cęli & terrę quantum laborasti pro nobis, & quã citu cępisti. Bene propheta in vestra prædixit persona.

Psalm. 87. Pauper sum ego, & in laboribus a iuuentute mea. Penurias magnas, labores arduos, & affectiones corporis cõstantissime assumpsistis, habuistis vos ipsos quasi odio pro amore nostro. Certe solus hic labor (de quo nunc tractamus) ad plenam redemptionem sufficere debuisset. Accipe ergo puerum Iesum, & pone super asellum, ac fideliter ducas eum, & cum descendere voluerit, lætanter eum in brachijs suscipias, et aliquãtulum teneas, saltem quousque veniat mater eius, quæ aliquantulum tardius siue planius ambulat, tunc puer ibit ad eã, eritq; matri requies magna receptio filij. Vadunt ergo & transeunt per desertum per quod venerunt, & in ipso itinere sæpe poteris eis cumpati, habentes parum quietis, & respice eos fatigatos, & ex labore deuictos, tam de die quam de nocte. Cum autem fuerunt prope finem deserti, inuenerunt Ioannem Baptistam, qui iam ibi pœnitentiam agere cęperat, cum tamen nullum haberet peccatum. Dicitur, quòd locus Iordanis in quo Ioannes Baptizauit, est ille vnde transierunt filij Israel, quando venerunt de Aegypto per dictum desertum, & quod prope illum locum in ipso deserto Ioannes pęnitẽtiam fecit. Vnde possibile est, quod puer Iesus inde transiens, in reditu suo inuenit eum ibidem. Mediteris ergo, quomodo suscepit eos alacriter & ibi aliquantulum subsistentes, comederunt cum eo illa cruda cibaria, tandem immensa recreatione spiritus habita, vale fecerunt ei. Tu autem & in aduentu & in recessu genuflecte Ioanni, deosculans pedes eius, benedictionem petens, & ei te recommendans, excellens enim & valde mirabilis a cunabulis est puer iste. Ipse enim fuit primit' eremita, & principium & via religiose viuere volentium, fuit virgo purissimus, fuit prædicator permaximus, fuit pl' quam propheta, fuit etiam martyr gloriosus. Postea transeuntes Iordanem, appulerunt ad domum Elisabeth, vbi magnum & iucundum festum factum fuit inter eos. Et ibidem audiens Ioseph, quod Archelaus filius Hærodis regnabat in Iudæa, timuit, & admonitus in somnis ab Angelo, iuerunt in Galileam in ciuitatem Nazareth. Ecce reduximus puerum Iesum de Aegypto, & eo reuerso concurrunt sorores Dominæ, & alij consanguinei & amici ad visitandos eos. Ipsi autem in Nazareth quiescunt, & pauperem vitam ducunt. Exinde autem vsque ad duodecimum ętatis annum pueri Iesu, aliquid non legitur de ipso. Dicitur tamen & verisimile est, quod adhuc ibi est fons, de quo puer Iesus deferebat aquam matri. Faciebat enim huiusmodi seruitia matri humilis Dominus, non enim habebat alium seruientem. Potes etiam hic meditari, quòd cum matre propria, scilicet sorore Dominæ veniebat Ioannes Euangelista, qui tunc erat annorum quinque, nam legitur de ipso, quòd obijt anno a passione Domini sexagesimo septimo, ætatis vero suæ anno nonagesimo octauo, & sic tempore passionis Domini habebat triginta & vnum annos, cum Dominus haberet triginta tres, vel parum plus. Cum ergo in hoc reditu Dominus esset septem annorum, Ioannes erat quinque. Intuere itaque ipsos stantes simul, & conuersantes, sicut Dominus dabat tibi. Hic enim fuit postea ille discipulus, quem familiarius diligebat Iesus.

Quid fecerit puer Iesus, vsq; ad duodecimũ annũ.

Quomodo puer Iesus remansit in Hierusalem. Cap. 14.

CVm autem esset annorum duodecim, ascendit cũ parentibus in Hierusalem, secundum consuetudinem & pręceptum diei festi, & durabat per dies octo. Laborabat ergo etiam nunc puer Iesus itineribus longis, & vadit, vt honoret patrem, suum cœlestem in festis suis. Est enim amor summ' inter patrem & filiũ, sed maior erat ei afflictio, & dolor cordis acerbior, de inhonoratione patris in peccatorum multiplicium cõmissione, quam de honore parentis & exterioris pompæ festi lætitia. Stabat ergo Dominus legis obseruans legem, & inter alios conuersans humiliter, quasi quilibet alius pauperculus. Consummatis autem diebus festis recedentibus parentibus, ipse in Hierusalem remãsit. Attende hic bene, & omnibus quæ dicuntur & fiũt, te præsentem exhibeas, valde enim deuota materia, & proficua est hæc. Dixi autem iam tibi supra in principio, quòd Nazareth vbi Dominus habitabat, a Hierusalem distat quatuordecim, vel quindecim miliaribus, vel circa. Cum ergo mater & Ioseph per diuersas vias incedentes, venerunt in sero ad locum, vbi dieta explebatur, & vbi hospitari deberent, videns Domina Ioseph sine puero, quem cum ipso redisse credebat, quærit ab eo vbi est puer? & iste, ego nescio, non redijt mecum, tecum enim eum redisse credebam. Tunc illa dolore vehementi concussa, cum lachrymis dixit, non redijt mecum. Video quod non bene filium meum custodiui, & velociter cœpit ire per domos, & quam decenter potuit, illo sero circuibat, quærens de ipso & dicens. Vidistis vos filium meum? & vos vidistis ne filium meum? & vix præ dolore & ardore desiderij se sentiebat. Ioseph vero sequebatur eandem cum fletu. Quo non inuento, qualem quietem habere poterant tu ipse cogita, & maxime mater, quæ ipsum arctius diligebat: Et licet a notis confortaretur, non tamen poterat consulari. Quid enim erat perdere Iesum? Conspice bene ipsam & vehementer compatere, quia in angustia est anima sua, nunquam ex quo nata fuit vsque tunc, fuit in tanta. Non ergo turbemur, quando tribulationes habemus, cum etiam matri non pepercit Dominus, ad suos enim eas permittit venire, & signa sunt suę dilectionis, nobis autem expedit eas habere. Tandem Domina in camera se recludens, ad orationem & planctum se conuertit, dicens. O Deus & pater æterne clementissime ac benignissime, vobis placuit mihi dare filium vestrum, sed ecce perdidi eum, & nescio vbi sit, reddite eum mihi. O Pater tollite mihi amaritudinem istam, & ostendite mihi filium meum, respicite pater afflictionem cordis mei, & non ad negligẽtiam meam, incaute enim me habui, sed ignorans feci, sed propter bonitatem vestrã reddite ipsum mihi, quia sine ipso viuere non possum. O fili dilectissime vbi es? quid est de te, apud quẽ nunc hospitaris? Nunquid ad patrem tuum redisti in cęlum? scio enim quòd Deus es, & Dei filius, sed quomodo mihi non dixisses? sed & nunquid insidiose ab aliquo es quęsitus? Scio enim quòd ver' homo et ex me natus, & alias te ab Hærode quæsitum, in Aegyptum portaui. Pater tuus te ab omni malo custodiat fili mi. Indica mihi fili mi vbi sis, & veniam ad te, vel tu redi ad me, parce mihi hac vice, quia nunquam amplius continget mihi, vt te custodiam negligenter. Nunquid aliquam offensam feci tibi fili mi? propter quam ergo causam recessisti

Luc. 2.

Quam magnus fuerit dolor Mariæ, & Ioseph, pro puero Iesu amisso.

Digitized by Google

cessisti a me? Scio quòd dolorem cordis mei cognoscis. O fili mi ne tardes venire ad me. Nunquam ex quo natus es vsq; modo sine te fui, comedi, vel dormiui, nisi nunc solum, modo autem sum sine te, & nescio qualiter hoc factum sit, tu scis quia tu es spes mea, vita mea, & omne bonum meum, & sine te esse non possum. Indica ergo mihi vbi tu es, & quomodo te valeam inuenire. Talibus & similibus dictis, te mater per noctem angustiabat super dilecto filio suo. Mane vero sequenti die tempestiue domum exeuntes, quærebant eum etiam per circunstantia loca, nam per plures vias patebat reditus. Sicut qui de Senis vellet redire Pisas, posset ire per Podium Bonichi, & per Colle, & per alia loca. Die ergo sequenti ibant per alias vias, quærentes eum inter cognatos & notos, quo etiam tunc non inuento, mater quasi sine spe anxiabatur, & non poterat consulari. Tertia vero die redeuntes in Hierusalem, inuenerunt eum in templo sedentem in medio doctorum, tunc ipsa videns eum exhilarata, quasi reuiuiscens genu flexit, et cũ lachrymis Deo gratias egit. Puer autem Iesus videns matrem, venit ad eam, quem ipsa inter brachia suscipiens, & stringens, & osculans dulciter, ponit vultum ad vultum, & tenens eum in gremio suo aliquantulum cum eo sic requieuit, neq; enim tunc aliquid præ teneritudine dicere potuisset. Postea respiciens eum, dicit. Fili quid fecisti nobis sic? ego & pater tuus dolẽtes quærebamus te. Et ille, quare me quærebatis? in his enim quæ patris mei sunt, oportet me esse, quod verbum illi non intellexerunt. Dicit ergo ei mater. Fili, volo quòd redeamus ad domum nostram, non vis redire nobiscũ? Et ille, ego faciam quod placuerit vobis, & rediit cum illis Nazareth. Vidisti ergo afflictionem matris in prædicto negotio. Sed quid fecit prædictus puer in isto triduo? Conspice etiam eum attente, quomodo se reducit ad aliquod hospitale pauperum, & cum verecundia petit se hospitari, & ibidem comedit, & hospitabatur cum pauperibus Iesus pauper. Conspice eum sedentem inter doctores vultu placido, sapienti, et reuerenti, & audiebat, & interrogabat eos quasi ignorãs, quod ex humilitate faciebat, et etiam ne illi verecundarentur super mirabilibus responsis eius. Considerare autem potes in prædictis tria valde notabilia. Primũ qa qui Deo vult adhærere, non debet inter consanguineos conuersari, sed ab eis discedere, nã & puer Iesus a se dimisit dilectissimam matrem, cum operibus patris sui intendere voluit, & etiam postea quæsitus, inter cognatos & notos inuentus non fuit. Secundum, quòd qui spiritualiter viuit non miretur, si aliquando mente arida remanens; videtur sibi se esse derelictum a Deo, cum etiam matri Dei hoc contigerit. Non ergo mente tabescat, sed diligenter eum quærat in sacris meditationibus & bonis operibus persistendo, & reinueniet eum. Tertium, quòd non debet quis esse proprij sensus, vel propriæ voluntatis, nam cum Domin' Iesus dixisset, quòd oportebat eum operibus patris intendere, mutauit cõsilium, & matris voluntatem secutus est, & recessit cũ ea & nutrico suo, & erat subditus illis. In quo etiam admirari potes humilitatẽ ipsius, de qua plenius infra proxime dicemus.

Tria notabilia elicit ex prædictis.

Quid Dominus fecit a duodecimo anno vsque ad tricesimum. Capitulum. 15.

Luc. 2.

REuersus ergo Dominus Iesus a templo, & Hierusalem, cum parentibus suis in ciuitatem Nazareth, erat subditus illis, & habitauit ibidem cum eis, ab inde vsq; ad principium tricesimi anni. Nec in scripturis reperitur, quòd in toto isto tempore aliquid fecerit, quod mirabile videtur valde. Quid ergo mirabimur, & imaginabimur ipsum fecisse? Stetit ne Dominus Iesus ociosus tanto tempore, vt nihil faceret dignũ recitatione & scriptura? Si enim fecisset, cur non fuisset scriptum sicut reliqua facta sua? Omnino stupor videtur. Sed attende hic bene, quia patenter videre poteris, quod nihil faciendo fecit magnifica. Nihil enim de factis eius a mysterio vacat, sed sicut virtuose operabatur, sic virtuose tacebat, quiescebat, & se subtrahebat. Magister ergo summus aliquando docturus virtutes & viã vitæ, cœpit a sua iuuentute opera facere virtuosa, sed modo mirabili, & incognito, ac retroactis temporibus inaudito, se videlicet reddendo in cõspectu hominum inutilem, & abiectum, & insipientem, vt deuote & sine omni temeraria assertione cogitari potest. Nulla tamen in hac meditatione tibi affirmo, quæ per auctoritatem sacræ scripturæ vel doctorum sacrorum non probatur, vt etiam in principio tibi dixi. Subtrahebat ergo se a consortio & conuersatione hominum. Ibat ad Synagogam, id est Ecclesiam, stabat multum ibi in oratione in loco viliori se ponens, redibat domum, stabat cum matre, & aliquando suum nutricium adiuuabat, pertransibat eũdo, & redeundo inter homines, ac si non videret homines. Mirabantur cuncti, cernentes iuuenem tam speciosum nihil facere, quod apparebat laude dignum. Expectabant enim quòd magnifica faceret, & opera probi viri. Cum enim puer erat, proficiebat ætate & sapientia coram Deo, & hominibus, sed crescens & perueniẽs a duodecimo anno vsque ad trigesimum & vltra, nulla opera faciebat prætendentia speciem aliquam probitatis & virilitatis, stupebant vehementer, & deridebant eum dicentes. Iste est quidam inutilis, ipse est idiota, & homo de nihilo, & stultus & insipiens. Nec etiam literas discit, & inter gentes in prouerbium venit, quod erat grandis & captiuus. Et hunc viuendi morem sic tenaciter tenebat & continuabat, quòd apud omnes cõmuniter erat vilis, & abiectus reputabatur. Quod bene ante per Prophetam dictum fuit ĩ persona eius. Ego sum vermis & non homo, & cætera. Vides ergo quid faciebat nihil faciendo, reddebat se vilem & abiectum (vt dixi) omnibus, sed an hoc tibi parum videtur? ipse quidem non indigebat, sed ego. Certe in operibus nostris nullum maius reputo, nec difficilius cognosco. Ad altissimum gradum mihi peruenisse videtur, qui ad hoc peruenit, vt ex corde, & animo vero non ficto, ita se vincit ac dominatur animo suo, ac superbo supercilio carnis suæ, quòd nolit aliquid reputari, sed sperni, vt abiectus & vilis. Maius est hoc, quam vincere vrbes, iuxta sententiam Salomonis dicentis. Melior est patiens viro forti, qui dominatur animo suo, expugnatore vrbiũ. Vsq; ergo quòd peruenias ad hunc gradum, nihil tibi videaris fecisse, nam cum in veritate omnes simus inutiles, etiam cum omnia bene fecerimus, iuxta verbũ Domini, quousque in hoc abiectionis gradu nõ sumus, adhuc in veritate non sumus, sed in vanitate consistimus, & ambulamus. Quod etiam Apostolus manifeste ostẽdit dicens. Qui se existimat aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit. Si ergo quæras quare Dominus Iesus hoc faciebat? Respondeo tibi, non quia indigeret, sed vt nos instrueret. Vnde si non discimus, inexcusabiles sumus. Abominabile prorsus est, si se erigit vermiculus, & vermium esca futurus, vbi sic se humilians abiecit Dominus maiestatis. Si autem absurdum alicui videatur, quòd sic inutiliter staret, & quod Euangelistæ multa omiserunt, & similia dicat, responderi potest, quod non erat inutile tantæ virtutis exemplum præbere & facere, immo erat vtilissimum, & omnium virtutum rectum ac stabile fundamentum. Sed & ex verbis ipsius in Euangelio Ioann. sic habemus. Cum venerit paracletus,

Luc. 2.
Psalm. 21.
Prou. 16.
Luc. 17.
Gala. 6.
Ioan. 15.

eletus, quem ego mittam vobis a patre spiritum veri-
tatis,qui a patre procedit,ille testimonium perhibebit
de me,& vos testimonium perhibebitis, quia ab initio
Act.4 mecum estis,scilicet prædicatores. Et Petrus in electio-
ne Sancti Matthiæ Apostoli dicit. Oportet ex his viris
Luc. 5. &cæt. quo intrauit inter nos Dominus Iesus, incipiens
a baptismate Ioannis,&cætera. Tunc autem erat inci-
piens quasi annorum triginta,sed nec ipse Ioannes eius
præcursor fuisset,si Dominus Iesus prius eo prædicare
cæpisset. Item si prius incæpisset,quomodo non fuisset
Matt. 13. notus in tot annis a vicinis,qui dicebant. Nonne hic est
fabri filius?eum postea in paruo tempore filius Dauid
vocaretur etiam a socijs?Si ergo citius incæpisset, vel ali
qua notabilia fecisset,scripta essent, vel saltem aliqua ex
eis,nec sic ex toto omnes Euangelistæ tacuissent. Hoc
autem quod dico,videtur ipse Bernar.sentire, vt habe-
bis in proximo tractatu,in vltima auctoritate. Quocū-
que se habeat veritas,ego sic meditari pium valde pu-
Psal.44. to.Fabricabat ergo Dominus Iesus sic faciendo gladiū
humilitatis,vt per Prophetam fuerat dictum ei. Accin-
gere gladio tuo super femur tuum potentissime. Nullo
quippe decentius gladio,quam humilitatis, decebat su
perbum aduersarium iugulare. Nam gladio suæ ma-
gnitudinis non legimus quòd fuerit vsus, sed potius cō
trarium pro illo tempore,quo maxime indiguisset, sci-
licet tempore passionis. Idem Propheta conquestus
Psal.88. est ad Deum patrem pro filio,dicens. Auertisti adiu-
Act. 1. torium gladij eius,& non es auxiliatus ei in bello. Ha-
bes ergo quomodo Dominus Iesus cœpit prius facere
Mat. 11. quam docere,dicturus enim erat. Discedite a me quia
mitis sum,& humilis corde. Hoc ergo primo facere vo
luit,& nō ficte,sed ex corde faciebat, sicut vere et excor
de humilis erat & mitis. Non poterat in eum cadere si
mulatio, sed potius intantum fundauit & profundauit
se in humilitate,& vilitate,& abiectione, & sic etiam se
in conspectu omnium annihilauit, quòd ēt postquam
prædicare incepit,& loqui altissima & diuina, & etiam
vere miracula & magnifica opera, non reputabant eū,
Mat. 13. sed vilipendebant,et deridebant,dicentes. Quis est hic?
Nonne hic est fabri filius?& alia similia derisoria & de
spectiua. Verificatum ergo est secundum hunc intelle-
Phili.2. ctum,verbum Apostoli dicentis. Exinaniuit seipsum
formam serui accipiens,& non solum cuiusq; serui per
incarnationem,sed inutilis serui per humilem & abie-
ctam conuersationem. Vis ergo videre, quòd poten-
tissime hunc gladium sibi accinxerit, considera singu-
los actus,semper in eis relucet humilitas,vidisti in supe
rioribus,reducas bene in memoriam. Habemus in se-
quentibus etiam in multis, quòd augmentatam vsq; ad
mortem sidem ei seruauit,& etiam post mortem, nec-
non etiam post ascensionem. Nonne in fine lauit pe-
des discipulorum?Nonne humiliatus est, vltra quam di
ci posset,crucis patibulum sustinendo? Nonne post re-
surrectionem glorificatus,vocauit discipulos suos fra-
Ioan. 20. tres?Vade(dicit Magdalenę)& dic fratribus meis. Ascē
do ad patrem meum &cætera. Nonne etiam post ascen
sionem locutus est Paulo humiliter, quasi ad comparē
Act. 9. suum. Saule Saule qnid me persequeris? Nec ibi nomi-
nauit se Deum,sed ipsum. Nonne & in sede maiestatis
Mat.25. suæ consistens,dicturus est in die iudicij. Quamdiu fe-
cistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis ?
Non sine causa virtutem hanc tantum amauit. Sciebat
enim sicut omnis peccati superbia, sic fundamentum
omnis boni & salutis humilitas. Sine hoc fundamento
frustra fit ædificium. Vnde nec de virginitate, nec de
paupertate,nec de aliqus virtute,vel opere, sine humi-
litate confidas. Hic ergo ipsam fabricauit,id est,osten-
dit qualiter possit acquiri,scilicet per villificationem,&
per abiectionem suijpsius in suo,et aliorum conspectu,
et per continuum exercitium humilium operum. Vade
ergo & tu fac similiter si humilitatē vis adipisci. Opor-
tet enim quòd pręcedat humiliatio,id est sui vilificatio,
& exercitium vilium operum,& humilium. De quo sic
ait Bernar. Humilitas ad quam vtiq; ducit humiliatio, In Episto-
totius est spiritualis fabricæ fundamentum. Siquidem la ad egre-
humiliatio via est ad humilitatem,sicut patientia ad pa gium cano
cem,sicut lectio ad scientiam. Si virtutem appetis hu- nicū regu-
militatis,viam non refugias humiliationis. Nam si non larem.
poteris humiliari, non poteris ad humilitatem proue-
hi. Idem. Oportet humiliter sentire de se † tendentem Ser.34. su-
ad altiora,ne dum supra se extollitur,cadat a se, nisi in per Cant.
se firmiter per veram humilitatem fuerit solidatus. Et † Alias ni-
quia nisi humilitatis merito maxima minime obtinen- tentem.
tur,propterea qui subuehendus est, correptione humi
liatur,humilitate meretur. Tu ergo cum te humiliari
videris,habeto signum illud in bonum,omnino argu-
mentum est gratiæ appropinquantis. Nam sicut ante Prou.16.
ruinam exaltatur cor, ita & ante exaltationem humi-
liatur. Sane vtrunque legis,Deum, scilicet & superbis Iac. 4.
resistere,& humilibus dare gratiam. At parum est,cum
per se ipsum nos humiliat Deus,si tunc libenter accipi-
mus,nisi quando & per alium hoc facit, sapiamus simi
liter. Quamobrem accipe huius rei mirabile documen
tum de Sancto Dauid. Aliquando maledictum est ei
etiam a seruo,at ille nec cumulatā iniuriam sensit, quia
præsensit gratiam. Quid mihi(ait)& vobis filij Saruiæ? 2.Reg.16.
O vere hominem secundum cor Dei, qui se vlciscenti
potius,quam exprobranti succensendum, vel irascen-
dum putauit. Vnde & secura conscientia loquebatur.
Sic reddidi retribuentibus &cęt. Et de hac virtute hæc Psal.7.
ad præsens sufficiant. Et redeamus ad intuendos actus
& vitam Domini Iesu speculi nostri,sicut est principa-
le nostrum propositum. Igitur te omnibus præsentem
exhibeas, vt sæpius tibi dixi: Et considera illam super
omnes alias benedictam familiam paruam, sed valde
excelsam paupertatem,& humilem vitam ducentem.
Fœlix Ioseph senex quærebat, quod poterat de arte li-
gnaminis, Domina vero acu & colo precio laborabat.
Faciebat & alia domus obsequia,quę multa sunt,vt me
lius nosti,parabat victum sponso, & filio,& alia expe-
dientia faciebat, non enim habebat seruientem. Com-
patere ergo sibi,quam sic suis manibus laborare opor-
tet,compatere etiam Domino Iesu,quia ipse eam adiu
uabat,fideliter laborabat in his q̄ poterat. Venit enim
(vt ipse ait)ministrare,& non ministrari. Nonne ergo Mat. 20.
in ponenda mensula,cubilibus aptādis, & alijs secretio
ribus domus eam adiuuabat? Intuere ergo eum bene
humilia obsequia per domum facientem. & nihilomi-
nus etiam Dominam intuere. Conspice etiam, quali-
ter ipsi tres simul comedunt ad vnam mēsulam per sin
gulos dies,non lautas & exquisitas,sed pauperes & so-
brias cęnas sumentes,& qualiter postea colloquuntur,
non inania & ociosa verba, sed plena sapientia & Spiri-
tu sancto,nec minus mente reficiuntur,quam corpore.
Sed qualiter post aliqualem recreationem, ad orationē
se conuertunt in cubilibus suis,nō enim erat eis domus
ampla sed parua. Meditare etiam circa cubicula, scili-
cet vnum pro quolibet eorū, & intuere Dominum Ie-
sum super humum in sero, post orationem se compo-
nere per singulas noctes,tam lōgissimi temporis sic hu
militer, sic viliter, vt quicūq; alius pauperculus de po-
pulo,sic etiam perseueranter quolibet sero in hoc statu
deberes eum aspicere. O Deus abscondite, quare sic
affligebatis corpus istud innocentissimum?vnius quip-
pe noctis peregrinatio sufficere debebat, ad totius mū
di redemptionem. Amor ad hoc compellebat immen-
sus, vehemēter zelabatis oue pro perdita, vestris hume
ris ad cœlestia pascua reportanda. Vos Rex Regum &
Deus æterne, qui omnium penuriam subleuatis, om-
nia subministratis omnibus abundāter, prout exigit cu
iusq;

Digitized by Google

iusq; conditio. Vobis tantam paupertatem, vilitatem, & asperitatem, vigilando, dormiendo, abstinendo, comedendo, & alijs vestris omnibus actibus per tam longa temporis spatia reseruastis? Vbi ergo sunt quærentes ocia corporis? quærentes curiosa ornamenta & varia? Non didicimus in schola huius magistri qui talia volumus, sed & nunquid sapientiores eo sumus? Ipse nos docuit verbo & exemplo humilitatem, paupertatem, afflictionem corporis, & laborem. Sequamur ergo summũ magistrum, qui nec fallere vult, nec falli potest. Et habentes (iuxta doctrinam Apostoli) victum & vestitũ, his contenti simus, ad congruentem necessitatem, non superabundantiam. Alijs etiam virtutum exercitijs, & spirituali studio, continue, indesinenter, & vigilantissime insistentes & cætera.

De baptismo Domini nostri Iesu Christi. Capitulum. 16.

Completis ergo vigintinouem annis ætatis suæ quibus (vt dictum est) sic pœnose vixerat & abiecte. Dicit Dominus Iesus matri; Tempus est vt vadam, & glorificem, & manifestem patrem meum, & ostendam me mundo, & operer animarum salutem, pro qua me pater huc misit. Conforteris ergo mater bona, quia cito redibo ad te, & genuflectens humilitatis magister petijt benedictionem. Ipsa vero similiter genuflectens, & cum lachrymis eum amplexans, tenerrime, dixit. Fili mi benedicte, vade cum benedictione patris tui & mea, esto memor mei, citoque redire memento. Sic ergo reuerenter se licentians ab ea & nutricio suo Ioseph, iter arripuit a Nazareth versus Hierusalem ad Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans, qui locus distat a Hierusalem decem & octo milliaribus. Vadit autem solus Dominus mundi, nondum enim habebat discipulos. Intuere ergo eum pro Deo diligenter, quomodo vadit solus, pedibus nudis per tam longa itinera, & vehementer eidem compatere. O Domine, quo transitis? Nonne vos estis super omnes reges terræ? O Domine, vbi ergo sunt barones, & comites, duces & milites, equi, & cameli, elephantes, & currus, haruerij, & famuli, & frequentia comitiuæ. Vbi sunt qui uos circundent, & defendãt ab irruentibus turbis, vt moris est aliorum Regum, & virorum magnorum? Vbi sunt tubarum clangor, instrumentorum sonitus, & vexilla regalia? Vbi sunt qui præcedunt ad hospitia, & necessaria præparanda? Vbi sunt honores, & pompæ, quibus nos vermiculi vtimur? Nonne Domine pleni sunt cœli & terra gloria vestra, quomodo ergo sic itis inglorius? Nonne vos estis cui mille millia ministrabant in regno vestro, & decies centena millia assistebant? Cur ergo sic solus inceditis, calcãdo terram pedibus nudis? Sed non estis in regno vestro modo, quam puto causam, nam regnum vestrum non est in hoc mũdo, exinanistis vosipsum, sumendo formam serui, non regis. Factus estis sicut vnus ex nobis, peregrinus et aduena sicut omnes patres nostri, factus estis seruus vt nos Reges fiam. Veni sti enim, vt nos ad regnum vestrum adduceretis, viam ponendo ante oculos nostros, per quam illuc ascendere valeamus. Sed quare illam negligimus? quare vos non sequimur? quare non humiliamus nosipsos? quare honores & pompas, caduca & vana sic auide poscimus & tenemus? Certe quia regnum nostrum est de hoc mundo, nec consideramus nos esse peregrinos, & propterea omnia ista mala incurrimus. O vani filij hominum, cur vana pro veris, caduca pro firmis & certis, temporalia pro æternis acceptamus, & sic studiose amplectimur? Certe bone Domine, si mente fixa suspiceremus, nos es

Dan. 7.

Ioan. 18. Phil. 2. Psal. 38.

se peregrinos & aduenas, facilitervos sequeremur, et ex his visibilibus tantum necessaria sumentes, non retardaremus post vos currere in odorem vnguẽtorum vestrorum, essemus enim sine sarcina, & illa transitoria quasi iam trãsacta reportaremus, & leuiter sperneremus. Va dit ergo Dominus Iesus sic humiliter, continuatis dieris quousq; perueniat ad Iordanem. Cũ ergo venit ad Iordanem, inuenit Ioannem baptizantem peccatores, & turbam magnam quæ illuc concurrerat ad prædicationem ipsius, habebant enim eum quasi Christum. Dicit ergo ei Dominus Iesus, rogo te vt me cum istis baptizes. Ioannes vero intuens & eum spiritu cognoscẽs, timuit & reuerenter dixit. Domine ego a te debeo baptizari. Cui Dominus Iesus. Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Non dicas hoc modo, nec me diuulges, quia nondum venit tempus meũ; sed me baptiza, nunc enim est tempus humilitatis, & ideo implere volo omnem humilitatem. Attende ergo tu etiam hic de humilitate, nam locus est de ipsa tractandi, & debes scire, quod sicut in hoc loco dicit gloss. Humilitas habet tres gradus. Primus est subdere se maiori, & non præferre se æquali. Secundus est subdere se æquali, & non præferre se minori. Tertius & summus est, subdere se minori, & hunc gradum hic tenuit Christus, & ideo omnem humilitatem impleuit. Vide quomodo augmentata est eius humilitas a precedẽti tractatu? Subiecit enim hic se seruo suo, se vilificat & seruum suum iustificat, & magnificat. Sed in alio considera quomodo creuit humilitas; nam vt modo con seruatus est humiliter quasi inutilis & abiectus, hic etiã peccator voluit apparere. Peccatoribus enim prædicabat Ioannes pœnitentiam, & baptizabat, & Dominus Iesus inter eos, et coram eis voluit baptizari. Hic autem quantum ad hoc sit, dicit Bern. Inter populares turbãs ad baptismum Ioan. aduenit, Venit tanquam vnus de populo, qui solus erat sine peccato. Quis enim crederet filium Dei? quis putaret Dominum maiestatis? Valde quidẽ humilitas te Domine, nimis abscondèris, sed Ioãnem latere non poteris. Hucusque Bernard. licet idem dici posset de circuncisione; quia ibi voluit apparere peccator, tamen hic plus, quia hic coram turba publice, ibi occulte. Sed nonne hic timendum fuerat, cum ipse admodum vellet intendere ad prædicandum, ne sperneretur tanquam peccator. Sed non propterea, dimisit humilitatis magister, quin ꝓfundissime se humiliaret. Ipse ergo voluit apparere quod non erat, in abiectionem & despectum sui, semper nos instruendo, vt contra nos volumus apparere quod non sumus, in laudem et gloriam nostram. Si quid enim in nobis videtur esse probitatis, ostẽdimus, defectus vero celamus, cum simus peccatores & mali. Qualis humilitas nostra? Audi super hoc non me sed Bernard. qui ait. Est humilitas quam charitas format, & inflammat, & est humilitas q̃ nobis veritas parit, & non habet calorem, atq; hæc quidem in cognitione, illa in affectu consistit. Etenim si tu temetipsum intus ad lumen veritatis, & sine dissimulatione inspicias, & sine palpatione diiudices, non dubito quin humilieris, et tu in oculis tuis, factus vilior tibi, ex hac vera cognitione tui, quamuis nec dum fortassis illud esse patiaris in oculis aliorum. Eris ergo humilis, sed de opere interim veritatis, & minime adhuc de amoris infusione, nam si veritatis ipsius quæ te tibi veraciter atq; salubriter demonstrauit, sicut splendore illuminatus, ita affectu amore fuisses, voluisses proculdubio, quod in te est, eandem de te omnes tenere sententiam, q̃ ipse apud te veritatem habere cognosceris. Sane q in te dixerim, quoniam plerunque non expedit innotescere omnibus, omnia quæ nos scimus de nobis, atq; ipsa veritatis charitate & charitas auctoritate vetamur palam fieri, quod noceat cognoscẽti. Alioquin si priuato

Can. 1.

Matth. 3.

Tres humilitatis gradus.

Ser. 1. Epipha.

Ser. 42. super Can.

Digitized by Google

priuato amore tui tentus, detin.s pariter intra te iudicium veritatis inclusum, cui dubium est minus te veritatem diligere, cui proprium præfers vel commodum vel honorem? Et infra. Tunc si iam apud temetipsum humiliatus fueris, necessariam (illa humilitate quam scrutās corda & renes veritas sensibus ingerit animę vigilantis,) adhibe voluntatem, & fac de necessitate virtutem, quoniā nulla est virtus sine conuenientia voluntatis. Tunc autem fiet illud, si nolis aliter apparere foris, quam te inuenis intus. Alioquin time, ne de teipso

Psalm. 35.
Pro. 10.

legas. Quoniam dolose egit in conspectu eius, vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Pondus (inquit) & pondus abominatio est apud Deum. Quid enim tute deprecaris in secreto apud teipsum veritatis trutina ponderatus, & foris alterius precij mētiens, maiori te pondere vēdis nobis, quam ab ipsa accepisti? Time Deum, & noli hanc rem pessimam facere, vt quem humiliat veritas, extollat voluntas, hoc enim est resistere veritati, hoc pugnare contra Deum. Magis autem acquiesce Deo, & fit voluntas subdita veritati, nec tantum sub

Psalm. 61.

dita, sed & deuota. Nonne Deo (inquit) subiecta erit anima mea? At parum est esse subiectum Deo, nisi sis & omni humanæ creaturæ propter Deum, siue Abbati tanquam præcellenti, siue prioribus ab eo constitutis. Ego plus dico, subdere paribus, subdere & minoribus. Sic enim decet nos (inquit) implere omnem iustitiam. Vade & tu ad minorem, si vis in iustitia esse perfectus, defer inferiori, minori te inclinato. Hucusque

Ser.47.super. Cant.

Bernar. Idem sic dicit. Quis iustus nisi humilis? Denique cum se manibus Baptistę, scilicet seruo Dominus inclinaret, & ille expauesceret maiestatem. Sine (inquit) sic decet nos implere omnem iustitiam, consummationem perfectæ iustitiæ in humilitatis perfectione constituens. Iustus ergo humilis. Hucusque Bernar.

Mat. 3.

Hæc autem iustitia in hoc apparet in humili, quia redditur vnicuique ius suum, nō sumit alienum, sed honorem dat Deo, & sibi retinet vilitatem. Hoc vero melius cognosces, si consideraueris iniustitiam elati, qui bona

Ser.84.super Cant.

Domini sibi attribuit. De quo idem Bernar. sic dicit. Sicut de magnis bonis mala oriri solent, cum facti eximij de bonis Domini vtimur donis tanquam nō datis, nec damus gloriam Deo, ita profecto qui maximi videbantur pro accepta gratia, pro non reddita, minimi reputātur apud Deum. Ego autem parco vobis, vsus sum modestioribus vocib⁹, maximo minimoq;, sed quę sentio non expressi. Discrimen inuolui, ipse nudabo, optimū pessimumq; dixisse debueram, nam vere & absque dubio eo quisq; pessimus, quo optimus est, si hoc ipsum quo optimus est ascribat sibi. Nempe pessimum hoc,

1.Cor.15.

quòd si dicat quis, absit, agnosco. Gratia Dei sum id quod sum, studeat autem optare gloriam, pro gratia quam accepit? Nonne fur est & latro? Audiat qui huiusmodi

Luc. 19.

est. Ex ore tuo te iudico serue nequam. Quid nequius seruo vsurpāte sibi gloriam Domini sui? Hucusq; Ber. Vides quomodo perfectio iustitiæ in humilitate consistit, & nō surripit honorem Deo, nec sibi attribuit quę non debet, certe nec lædit proximum, non enim dijudicat eum, nec alicui se præfert humilis, se minorem omnibus reputat, et locum nouissimum eligit sibi. De quo

Ser.37.super Cant.

idem Bernard. sic dicit. Quid scis ò homo si vnus ille quem forte omnium vilissimum, atq; miserrimum reputas, cuius vitam sceleratissimam, ac singulariter fœtidissimam horres, et propterea illud putas spernendum, non modo prę te, qui forte iam sobrie, & iuste, & pie viuere te confidis, sed etiam præ cæteris omnibus sceleratis tanquam omnium sceleratissimum? Quid scis (inquam) si melior, & te & illis mutatione dexteræ excelsi in se quidem futurus sit, in Deo vero iam sit? & pro-

Luc. 14.

pterea non mediocrem, non vel penultimum, non ipsum saltem inter nouissimos eligere locum nos voluit. Sed recumbe (inquit) in nouissimo loco, vt solus videlicet omnium nouissimus sedeas, teque nemini non dico præferas, sed nec comparere præsumas. Hucusque

Ser.85.super Cant.

Bernar. Hæc humilitatis virtus multiplicibus auctoritatibus commendatur ab eodem Bernard. Dicit enim. Magna mater & sublimis virtus humilitas, quæ promeretur quod non docetur, digna adipisci quod non valet addisci, digna a verbo, & de verbo concipere, quod suis

Ser.de gradib. hum.

ipsa verbis explicare non potest. Cur hoc? Non quia sit meritū, sed quia sic est placitum coram patre verbi sponsi animæ Iesu Christi Domini nostri, qui est super

In ser. de nati. dom. Et in Epi. ad Hære.

omnia Deus benedictus in secula. Idem. Humilitas est virtus, qua homo verissima sui cognitione sibiipsi vilescit. Idem alibi. Sola virtus humilitas lęsę est charitatis reparatio. Idem alibi. Sola profecto non solet gloriari, non nouit præsumere, contendere non consueuit humilitas, non contendit iudicio, non prætendit iusti-

Super missus est.

tiam, quia vere humilis est. Porro humilitas Deo nos reconciliat, Deo placet in nobis. Idem. Semper solet esse diuinæ gratiæ familiaris virtus humilitatis. Nimirum conseruandæ humilitatis gratia diuina solet pietas ordinare, vt quanto quis plus proficit, eo minus se reputet profecisse. Nam vsque ad extremum exercitij spiritualis gradum si quis profecerit, aliquid ei de primi gradus imperfectione relinquetur, vt vix primum sibi vi-

Eodē sermone.

deatur adeptus. Idem. Pulchra pmixtio virginitatis & humilitatis. Nec mediocriter placet illa anima in qua humilitas commendat virginitatem, & virginitas exornat humilitatem. Sed quanta putas veneratione digna est, in qua humilitatem exaltat fęcunditas, & partus cōsecrat virginitatem? Audis virginem, & audis humilem. Si non potes virginitatem humilis, imitare humilitatem virginis. Laudabilis virtus virginitas, sed magis humilitas necessaria. Illa consulitur, ista præcipitur. Ad illam inuitaris, ad istam cogeris. De illa dicitur, qui

Mat. 19.
Mat. 18.

potest capere capiat, de ista dicitur, Nisi quis efficiatur sicut paruulus iste, nō intrabit in regnum cęlorum. Illa ergo remuneratur, ista exigitur. Potes deniq; sine virginitate saluari, sine humilitate non potes. Potest (inquam) placere humilitas, quæ virginitatem deplorat amissam. Sine humilitate audeo dicere, nec virginitas

Isa. 66.

Mariæ placuisset. Super quem (inquit) requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum? & cæter. Si ergo Maria humilis non fuisset, super eam Spiritussanctus non requieuisset. Si non super eam requieuisset, nō impręgnasset, quomodo enim de ipso sine ipso conciperet? Patet itaque, quia vt de Spiritusancto conciperet (vt ipsa perhibet) respexit Dominus humilitatē ancillæ suæ, potius quam virginitatem. Vnde cōstat, quia vt placeret virginitas, humilitas proculdubio fecit. Quid dicis Virgo superba? Maria se Virginem oblita, gloriatur de humilitate, et tu negligendo humilitatem, blandiris tibi de virginitate? Respexit (ait illa) humili-

Luc. 1.

tatem ancillę. Quę illa? virgo vtiq; sancta, virgo sobria, virgo vtiq; deuota. Nunquid tu castior illa? nunquid deuotior? nunquid tua forte pudicitia gratior castitate Marię? vt, s. sine humilitate placere sufficias ex tua, quę illa non potuit ex sua? Denique quanto honorabilior es ex singulari munere castimoniæ, tanto tibi tu maiorem iniuriam faciēs, quanto vitæ decorę fœdas permixtione superbię. Idem. Charitas, castitas, et humilitas nul-

In Epistola ad Hēri.

lius decoris sunt, sed nō nullius decoris, nec mediocris decoris, quæ diuinos quoque delectari possit aspectus. Quid castitate decorius, quę mundū de immundo conceptum semine, de hoste domesticum, Angelum deniq; de homine facit? Differunt quidem inter se Angelus & pudicus homo, sed fœlicitate, non virtute, & si illius castitatis fęlicior, huius tamen fortior esse cognoscitur.

Sola

Sola est castitas, quę in hoc mortalitatis & loco & tēpore, statum quendam immortalis gloriæ repræsentat. Sola inter solennia nuptiarum morē illius beatæ regionis vendicat sibi, in qua neque nubent neque nubētur, præbens quodammodo iam cęlestis illius conuersationis experientiam. Vas interim fragile quod portamus in quo & crebro periclitamur, tenet castitas in sanctificationem, instar odoriferi balsami, quo condita cadauera, incorrupta seruantur, sensus ipsa & artus continet & stringit, ne dissoluantur in ocijs, ne corrumpantur in desiderijs, ne carnis voluptatibus cōputrescant, & post pauca. Verum quantalibet venustate sua, castitas eminere appareat, sine charitate tamen, nec precium habet, nec meritum. Nec mirum, quod enim absq; illa bonū suscipitur. Fides? sed nec si montes transferat. Scientia? nec illa quæ linguis loquitur Angelorum. Martyrium? nec illud, si tradidero (inquit) corpus meum, ita vt ardeā, nec absq; illa quodlibet bonum suscipitur, neque cum illa quodlibet exiguum respuitur. Castitas sine charitate, lampas sine oleo, subtrahe oleum, lampas non ardet, tolle charitatem, castitas non placet. Iam de tribus quæ proposuimus, sola tractanda est, humilitas, quæ duabus præmissis virtutibus intantum est necessaria, vt absq; ista illę nec esse virtutes videātur. Nempe vt castitas, siue charitas obtineatur, humilitas meretur. Quoniam humilibus Deus dat gratiam. Seruat humilitas etiā virtutes acceptas, quia nec requiescit spiritus nisi super quietum & humilem, seruatas consummat, nam virtus in firmitate perficitur, hoc est in humilitate, inimicam oīs gratiæ omnisq; initium peccati debellat superbiam, & tam a se quam ab alijs virtutib⁹, superbam illius propulsat tyrannidem. Quæ quidem superbia, ex alijs quibuscunq; bonis virium suarum, magis capere solet incrementum. Sola hæc omnium propugnaculum quoddam, turrisq; virtutum, eius fortiter resistit malitiæ, obuiat præsumptioni. Hucusque Bernar.

1. Cor. 13.
Iac. 4.
Isa. 6.

Igitur habuisti multa & pulchra de humilitate in tractatu præsenti a verissimo Bern. atque humillimo. Vide vt ea etiā quæ de alijs virtutibus tangit, mente intelligas, & opere compleas. Sed iam ad baptismum Domini redeamus. Postquam ergo Ioannes vidit Domini volūtatem, obediuit, & eum baptizauit. Nunc ergo eum bene conspice. Spoliat enim se Dominus maiestatis, sicut quilibet alius homunculus, & mergitur in aquis frigidis, tempore frigoris magni, pro nostro amore operatur nostram salutem, constituens sacramentum baptismi, & lauans crimina nostra. Desponsat ergo vniuersalem Ecclesiam, & singulariter omnes animas fideles. Nam in fide baptismatis desponsamur Domino Iesu Christo, dicēte Propheta in persona ipsius, sponsabo te mihi in fide. Vnde hæc solennitas & hæc operatio magna, & vtilis valde est: Et ideo cantat Ecclesia, quòd hodie cœlesti sponso iuncta est Ecclesia, quoniam in Iordane lauit Christ⁹ eius crimina. Et in hoc opere excellentissimo, tota se Trinitas modo singulari manifestauit, & descendit, & requieuit Spiritussanctus super eum, in specie columbę, & vox patris intonuit. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. In hoc autem loco dicit Bernard. Ipsum (inquit) audite. Ecce Domine Iesu vel nunc iam loquere, licentiam loquendi habes a patre. Quamdiu Dei virtus, & Dei sapiētia, quasi infirmus aliquis et insipiēs, lates in populo? Quamdiu nobilis Rex, & Rex cęli, fabri filium te pateris appellari, pariter & putari? Etenim Lucas Euangelista testatur, quoniā adhuc fili⁹ Ioseph putabatur. O humilitas virtus Christi, quātum confundis superbiam meæ vanitatis, parū aliquid scio vel magis scire mihi videor, & iam silere nescio, nam imprudenter & impudenter me ingerens, & ostētans promptulus ad loquendum, velox ad docēdum, tardus ad audiendum. Et Christus cum tanto tempore silebat, cum seipsum abscondebat, nūquam inanem gloriam metuebat. Quid timeret ab inani gloria, qui est vera gloria patris? Vtique timebat, sed nō sibi, nobis timebat ab illis, quibus nouerat esse timendum. Nobis cauebat, nos instruebat, tacebat ore, sed instruebat opere, & quod docuit postea verbo, iā clamabat exemplo. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Nam de infantia Domini parum aliquid audio ex tunc. Iam vsq; ad hūc trigesimum annum nihil inuenio. Nunc vero iam latere non potest, quia tam manifeste demonstratur a patre. Hucusq; Bern. Et hæc est auctoritas quam in superiori tractatu allegaui, per quā habes quomodo siluit Dominus Iesus humiliter ad nostram instructionem. Vides ergo vbiq; redolere humilitatem. De hac libenter tibi loquor, quia magnifica virtus est valde, & ea plurimum indigemus, eoq; studiosius quærenda affectuosiusq; amanda, quo Dominus in singulis suis actibus tam signanter studuit eam obseruare.

Osea 2.
Matth. 2.
Mar. 1.
Luc. 2.
Mat. 11.

De ieiunio et tentationibus Christi. Item de reditu eius ad matrem. De quatuor, quibus peruenitur ad cordis puritatem. De oratione plura bona. De resistendo gulæ. Quare & pro quo Deus fecit mirabilia. C. 17.

POstquam Dominus Iesus fuit baptizatus, incontinenti perrexit in desertum super quendam montem ibi ad quatuor milliaria vel circa, qui vocatur Quarentana, & ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & iuxta Marcum, erat ibi cum bestijs. Considera ergo hic et attente conspice ipsum, plurium.n. virtutum exempla tibi demonstrat. Vadit.n. in solitudine; ieiunat, orat & vigilat, iacet & dormit in plana terra, & humiliter cum bestijs conuersatur. Compatere ergo ei, quia semper et vbique sed hic maxime vita sua pęnosa est, & corporis afflictiua. Ac eius exēplo disce ab eo in his exercitari, Nam quatuor hic tangūtur, quæ spiritualis exercitij sunt, & mirabiliter seinuicē adiuuant, s. solitudo, ieiunium, oratio, & afflictio corporis. Et per ista maxime peruenire possumus ad cordis puritatem, quæ puritas vtique est nimium peroptanda eo quòd in se omnes virtutes quodammodo comprehendit. Continet enim charitatem, humilitatem, patientiam, & cæteras virtutes, & remotionem omnium vitiorum, quia cum vitijs, vel cum defectu virtutis non stat puritas cordis. Et propterea in collationibus sanctorū patrum traditur, quòd totum exercitium monachi debet esse ad cordis puritatem habendam, hæc enim est per quod homo meretur videre Deum, dicente Domino in Euang. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Et secundum Bernard. qui clarior est, ille Deo propinquior. Esse autem clarissimum, peruenisse est. Ad hanc autem habēdam, multum valet oratio feruens, & assidua, de qua plenius infra doceberis. Sed oratio cum crapula vel ingurgitatione corporis, vel eius mollitie, vel ociositate parum valet. Et ideo requiritur ieiunium, & afflictio corporis, discreta tamen, nam indiscreta impedit omne bonum. Præterea ad omnium prædictorum consummationem videtur facere solitudo, nam cum tumultu, & strepitu non potest decenter oratio fieri, & videre, & audire multa, vix fieri pōt sine impuritate, & offensa. Mors enim intrat per fenestras nostras ad animas, & ideo Domini exemplo, vade in solitudinem, id est, quantum potes, te separa ab aliarum consortio, & sis solitaria, si vis ei coniungi, & per puritatem cordis eum videre, fuge etiam collocutiones, &

Mat. 4.
Mar. 1.
Luc. 4.
Quatuor ad spiritualeexercitiū pertinētia.

ma-

& maximè secularium personarum. Non quęras nouas
deuotiones & amicitias. Non impleas oculos, & aures
phantasmatibus vanis, & omnia quæ quietem animi &
tranquillitatem mentis perturbant, tanquam venenosa
& animæ inimica deuita. Non enim sine causa sancti pa
tres petebant nemora, & loca remotissima ab omni ho
minum conuersatione. Et nō sine causa mandabant his
qui in cęnobijs remanebant, quod essent cęci, surdi, &
Ser. 40. super Can. muti. Vt autem hoc melius intelligas. Audi quid super
hoc dicit Bern. Tu (inquam) si ad Spiritussancti incita-
menta moueris, & inardescis dare operam quomodo
animam tuam facias spōsam Dei, sedeas secundum pro
phetam solitarius, quoniam leuasti te super te, volēs An
Tren. 3. gelorum Domino desponsari. An non supra te, adhære
re Deo, atque vnum spiritum esse cum eo? Sede tanque
solitarius sicut turtur, nihil tibi & turbis, nihil cū mul-
titudine cęterorū, etiamque obliuiscere populum & do
Psal. 44. mum patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum. O
sancta anima, sola esto, vt soli omnium serues teipsam,
quem ex omnibus tibi elegisti. Fuge publicum, fuge &
ipsos domesticos, secede ab amicis, & ab intimis, & ab il
lo qui tibi ministrat. An nescis te verecundum habere
sponsum, & qui nequaquam suam velit tibi indulgere
præsentiam, præsentibus cęteris? Secede ergo, sed mente
non corpore, sed intentione, sed deuotione, sed spiritu.
Spiritus enim ante faciem tuam Christus Dominus, spi
ritusque requirit nō corporis solitudinem, quanquam
interdum & corpore non ociose separas, cum oportu-
ne potes, præsertim tempore orationis. Et infra, Solus
es si non communia cogites, si non affectes præsentia, si
despicias quod multi suscipiunt, si fastidias quod multi
desiderant, si iurgia deuites, si damna non sentias, si nō
recorderis iniuriarum, alioquin nec si solus corpore es,
solus es. Vides ne posse te esse solum etiam inter mul-
tos, & inter multos cum solus es? solus es in quacunq;
hominum conuerseris frequentia, tantum caue alienæ
conuersationis esse aut curiosus explorator, aut teme-
rarius iudex. Hucusque Bern. Vides quomodo necessa
ria sit solitudo, & quomodo non sufficit corporalis si-
ne mentali, sed vt mentalis habeatur, oportet corpora-
lem esse altissimam, vt mens per exteriora non effluat,
vt se cum sponso suo recolligere possit. Igitur toto affe
ctu, toto posse tuo coneris imitari Dominū Iesum spō-
sum, & solitudine, & oratione, & ieiunio, & corporis af
flictionibus discretis. In eo vero quòd conuersatur cū
bestijs, disce inter alios humiliter conuersari, & æquani
miter tolerare, etiam eos, qui tibi videntur aliquando
irrationabiliter se habere. Ipsum autem Dominum sæ-
pe in hac solitudine visita, conspicies eum qualiter con
uersatur ibidem, & maxime qualiter iacet de nocte in
terra, quælibet enim anima fidelis, deberet eum in die
semel ad minus visitare, maxime ab Epiphania vsque
Matth. 4. ad quadraginta dies quibus ibi manebat. Completis au
tem quadraginta diebus, Dominus esuriuit. Tunc ten-
tator accessit ad eum, volens explorare vtrum fuisset fi
lius Dei, tentauitque eum de gula dicens. Si filius Dei
es, dic vt lapides isti panes fiant, sed non potuit magi-
strum decipere, taliter enim respondit, & sic se habuit,
quod nec in tentatione gulæ succubuit, nec scire aduer
sarius potuit, quòd voluit: nō enim negauit nec asseru-
it esse filium Dei, sed eum auctoritate scripturæ conui-
cit. Et nota hic exemplo Domini esse resistendum gu-
læ, nam ab eo inchoandum est, si vitia volumus supera
re. Videtur enim quòd qui gulæ succubuit, imbecilis
Super Matth. 4. redditur ad alia vitia deuincenda. Sic enim dicit gloss.
in loco isto super Matth. Nisi prius gula refrenetur, fru
stra contra alia vitia laboratur. Postea Diabolus assum
psit eum, & portabat eum in Hierusalem, quę distat in
de per decem & octo milliaria vel circa. Has autem lo-
corum distantias, quas pluries in opusculo tibi narro,
ab his audiui, qui in illis partibus fuerunt. Considera
hic benignitatem, & patientiam domini. Permisit enim
se portari & contrectari ab illa cruenta bestia, quæ suū
& omnium amatorum suorum sanguinem sitiebat. Sta
tuens autem eum super pinnaculum templi, tentauit eū
de vana gloria, similiter volens explorare quod supra,
sed & hic auctoritate scripturæ deuincitur, & sua inten
tione frustratur. Ex tunc ergo secundum Bernar. quia
Dominus nihil ostēdit diuinitatis, arbitratus est hostis
eum esse hominem, tentauit eum tertiò vt hominem.
Exinde ergo assumens eum reportauit in montem ex-
celsum prope dictum montem de quarentena per duo
millaria, & tunc tentauit eum de auaritia, sed & hic ho
micida ille succubuit. Vidisti quomodo Dominus Ie-
sus fuit contrectatus & tentatus. Miraris ergo si nos tē Sup. Qui
temur? sic fuit etiam ipse alias tentatus. Vnde Bern. dicit. habitat.
Qui quartam tentationem de Domino non legit, igno Ser. 14.
rat scripturam, quæ dicit, quòd tentatio est vita homi- Iob. 7.
nis super terram. Apostolus quoque dicit eum fuisse tē Heb. 4.
tatum per omnia, pro similitudine absque peccato. Vi-
ctoria itaque facta, venerunt Angeli, & ministrabant
ei. Hic autem diligenter attende, & conspice Dominum
comedentem, solum circundantibus Angelis & consi-
dera bene omnia quæ sequentur, quia pulchra sunt, &
deuota valde. Et quæro quid Angeli ministrabant, vt
comederet post tam longum ieiunium? De hoc scriptu
ra non loquitur, possumus autem hoc victoriosum prā
dium sicut volumus ordinare. Et quidem si eius poten
tiam consideremus, expedita est quæstio, quia res quas
vellet creare, & de creatis habere, poterat pro suæ arbi-
trio voluntatis. Sed non inuenimus, quod hac potentia
pro se, vel pro discipulis suis vsus fuerit, pro turbis autē
fecit, quas pauit duabus vicibus in multitudine magna
de panibus paucis. De discipulis autem legimus, quòd
eo præsente spicas vellebant propter famem, & come-
debant. Similiter cum fatigatus ex itinere sedebat super
puteum loquens cum Samaritana, non dicitur, quòd
creauit cibos, sed quòd misit discipulos in ciuitatem, ad
quærendum cibos. Nec est verisimile quòd per mira-
culum, quia miracula faciebat ad aliorum ædificatio-
nem, & in præsentia plurium, sed hic non erant nisi An
geli; quid ergo circa hoc meditabimur in mente? Nam-
quo illic non erat habitatio hominum, nec cibi parati,
sed aliunde parata cibaria portauerunt Angeli ei, sicut
contigit Danieli. Cum. n. Abacuc propheta parasset Dan. 14.
pulmētum pro messoribus suis, portauit eum Angelus
Domini per capillos de Iudæa in babylonem ad Danię
lem, vt comederet, & postea in momento eum reporta-
uit. Immoremur ergo hic, & hūc modum assumamus,
& iucundemur cum Domino in hoc prandio suo, sen-
tiatque mater sua excellentissima de hac eadem iucun-
ditate & victoria. Piè autem ac deuote sic meditemur.
Veniunt Angeli, Sathana repulso, in multitudine ma-
gna ad Dominum Iesum Christum, & adorantes eum
prociderunt in terram, dicentes. Salue te Domine Iesu
Deus & Dominus noster. & Dominus humiliter ac be
nigne recepit eos, & cum capitis inclinatione, cogitans
se fore hominem minoratum paulominus ab Angelis.
Dicunt ei Angeli. Domine multum ieiunastis, quid vul
tis vt vobis paremus? Et ille. Ite ad matrem meā charis-
simam, & si quid habet ad manus, deferte, qa de nullis
cibis sic libēter vescor, sicut de suis. Tunc duo ex ipsis
pergētes in momento fuerunt cum ea, & eā reuerēter sa
lutantes, ambasiatā faciunt, & modicum pulmentum,
quod sibi & Ioseph parauerat, & panem cū tobalia, &
alijs oportunis portāt, & forte Dña cuiā aliquos pisicu-
los (si potuit) procurauit. Reuersi ergo portāt in plana
terra, & mensę benedictionem solenniter peragunt.

Conspice autem eum hic bene in singulis quæ agit, sedet.n.in terra composite, ac curialiter, & sobrie comedit, circunstant Angeli ministrantes domino suo. Alius seruit ei de pane, alius de vino, alius parat pisciculos, & alij cantant de canticis Syon, & iucundantur, & diem festum agunt coram eo. Si liceat dici, permixtum est hoc festum compassione permaxima, propter quam & nos deberemus plorare, conspiciunt.n. eum reuerenter, & considerantes Deum & dominum suum, & totius mū-
Psal.153. di creatorem, qui dat escā omni carni; sic humiliatum, & sustentatione cibi corporalis indigentem, & comedētem sicut cæteros de populo, mouentur compassione, clamares & diceres. O domine quāta fecistis, omnia opera vestra sunt plena stupore, adiuuate me, vt ego aliqua patiar pro vobis, qui pro me tot & tāta sustinuistis. Certe hoc solum te in eius amore deberet vehementer accendere. Tandem sumpta refectione, dicit Angelis, vt reportent res & dicant matri, ꝙ cito redibit ad eam. Ipsis autem reuersis, dicit omnibus. Redite vos ad patrem & ad gaudia vera, me.n.adhuc peregrinari oportet, rogo autem vos, vt me recommendetis patri, & toti curię cęlesti. Qui procidentes in terram, & benedictionem petentes, ea recepta, redierunt ad patriam eius iussa complentes, & de eius victoria, & de his nouis totam cęlestē curiam impleuerūt. Dominus autem Iesus volens redire ad matrem, cœpit de monte descendere. Conspice nunc etiam bene eum, quomodo solus vadit pedib. nudis dominus omnium, & ei vehementer compatere. Venit autem ad Iordanem, quem Ioannes videns ad se venientem, ostendit eum digito dicens. Ecce agnus Dei,
Ioan.1. Ecce qui tollit peccata mundi, ipse est, super quem vidi Spiritumsanctum quiescentem, quando baptizaui eum. Et etiam altera die dū videret ambulantē iuxta Iordanem, dixit similiter. Ecce agnus Dei. Tunc Andreas, & etiam vnus alius ex discipulis Ioannis, iuerunt post Iesum. Benignus autem dominus sitiens eorum salutem, vt daret eis de se fiduciā, vertit se ad eos, & dixit. Quid quęritis? At illi dixerunt. Rabbi vbi habitas? & ipse duxit eos ad domum, in qua tunc se reducebat in partibus illis, & steterunt cum eo vna die. Postea duxit Andreas Petrum fratrem suum ad Iesum, quem alacriter suscepit. Sciebat.n.quid de eo erat facturus, Et dixit ei. Tu vocaberis Cæphas, & sic in aliqualem notitiam, & familiaritatem venit cum eis. Postea volens dominus Iesus redire in Galilæam ad matrem, discessit de partibus illis, & cępit reuerti. Quem etiam nunc compatiendo respice, & vade semper cum eo, nam solus vadit more solito, nudis pedib per tam longam quatuordecim milliarium viam. Cum autem domum deuenit, mater eum videns, vltra quā dici posset exhilarata surgit, occurrit, & in amplexus strictissimos recipit, cui ipse reuerenter inclinauit, & etiam nutritio suo Ioseph, & cum eis more solito mansit.

FERIA QVINTA.

De apertione libri in Synagoga. *Capitulum* 18.

HVcusque per Dei gratiam, vitam domini Iesu ordinate tetigimus, parum vel quasi nihil de his q̄ sibi contigerunt, vel per ipsum facta sunt omittentes, sed non sic deinceps facere intendo, nimis enim esset longum, omnia quæ dixit & fecit, in meditationes redigere, maxime quia nostrę solicitudinis debet esse, facta Christi continue more Beatæ Ceciliæ, portare in secreto pectoris nostri. Igitur aliqua ex gestis eius colligamus, in quibus meditando versemur assidue, & hoc vsque ad passionem suam: ex tunc.n. nihil est omittendū. Alia etiam non debemus ex toto dimittere, quin pro loco & tempore meditemur in eis. Meditationes autem Modus de incep. obseruandus apponitur.
non intendo deinceps prolixius tractare, nisi per raro, sufficit.n. quòd rem per eum gestam vel dictam ante oculos mentis ponas, & quod cum eo conuerseris, & familiaris ei fias. Nam in hoc videtur haberi maior dulcedo, & deuotio efficacior, & quasi totus fructus harum meditationum consistere, vt vbique & semper inueniaris eum deuote in aliquo actu suo, vt quando stat cum discipulis suis, quando cum peccatoribus, quādo etiam loquitur eis, quando prædicat turbæ, quando vadit, & quando sedet, quando dormit, & quando vigilat, quando comedit, & quando alijs ministrat, quando sanat ægrotos, & quando alia facit miracula. In his autem & similibus considera omnes gestus suos, maxime contemplans faciem eius, si potes imaginari, quod super omnia prędicta mihi videtur difficilius. Illud etiam attente obserua, si forte ipse te cum benignitate respiciat. Et tibi Ad hūc locū recurrēdū, ꝑ notitia sequentium.
hæc sint pro recursu, & doctrina omnium quæ sequuntur, & vbicunque narrauero, si aliter non expressero singulares meditationes, vel istas omisero, recurras ad hunc locum, & sufficit tibi. Ad narrationem autem sequentium accedamus. Postquam ergo Dominus Iesus rediji a baptismo, conuersabatur humilitatis magister humiliter, vt ante solitus erat, cępit tamen paulatim se manifestare aliquibus, docendo, & prædicando occulte, non.n.per totum annum sequentem prædicationis officium publice dicitur assumpsisse, videlicet vsq; ad miraculum de nuptiis, quod fuit eodem die, quādo fuit baptizatus anno reuoluto. Et si aliquando prędicabat, & discipuli baptizabant, non tamen adeo prædicationē ipsam per se, & suos frequentabat ante Ioannis incarcerationem, sicut post: Ex hoc nobis tribuens stupendæ humilitatis exemplū, dum Ioanni se longe & longe inferiori in prædicationis officio (prout ex superiorib. pie percipi, aut cogitari potest) humiliter deferebat. Nō ergo cępit cum boatu, & pompa, sed humiliter & paulatim. Quadam ergo die sabbati dum esset in synagoga Luc.4.
cum alijs in Ecclesia Iudæorum, surrexit legere in libro Isaiæ, & legit locum vbi scriptum est. Spiritus dñi super Isa 61.
me, propter ꝙ vnxit me, euangelizare pauperib. misit me, & tunc cum plicuisset librum dixit. Hæc scriptura impleta est hodie in aurib. vestris. Conspice ergo eum quomodo humiliter suscipiens lectoris officium benigno, & placido vultu legit inter eos, & exponit scripturam, & qūo humiliter se incipit manifestare, dum dicit. Hodie impleta est hæc scriptura, i. ego sum ille de quo loquitur. Et ora omnium erant in eum intenta propter efficaciam verborum, & aspectum humilem, & decorum, fuit.n.pulcherrimus, fuit etiam eloquentissimus. Et de vtroq; sic per Prophetam dictū fuerat. Speciosus Psal.44.
forma præ filijs hominū, diffusa est grata in labijs tuis.

De vocatione discipulorum. Capitulum 19.

COepit etiam Dominus Iesus vocare discipulos, & se solicitum reddere circa nostram salutem, semper humilitate seruata. Et vocauit Petrum & Andream tribus vicibus. Prima de qua dictum est supra, Io.1.
quando erat circa Iordanem, & tunc in aliqualem venerunt eius notitiam. Secunda de naui, quando Luc.5.
cœperunt pisces, vt narrat Lucas. Tunc enim secuti sunt eum animo redeundi ad propria. Cœperunt tamen audire doctrinam ipsius. Tertia de naui, vt narrat Mattheus, cum dixit. Venite post me, faciam vos Mar.1.

vos piscatores hominum, tunc relictis retibus, secuti sunt eũ, Similiter vocauit Iacobum & Ioannem, in prædictis duabus vicibus vltimis, & in eisdem locis continetur de ipsis, in quibus cõtinetur de Petro & Andrea, vocauit etiam Ioannem de nuptijs, vt dicit Hier. In textu tamen Euangelij non habetur. Item vocauit Philippum dicens. Sequere me. Similiter Matthęum publicanum. De modo vero vocationis aliorum, non est scriptum. Considera ergo & conspice eum in prædictis vocationib. & conuersatione cum ipsis, quam affectuose vocat eos, reddens se eis affabilem, & domesticum, & obsequiosum, attrahens eos intus, & extra, ducendo et eos ad domum matris, & familiariter vadens ad domos eorum. Docebat & instruebat eos, & curam de ipsis habebat præcipuam, sicut mater de vnico filio. Dicitur, ꝙ beatus Petrus referebat, quòd quando in aliquo loco dormiebat cum eis, surgens de nocte, si aliquem eorum inueniebat discoopertum, recooperiebat eos, quia tenerrime diligebat eos. Sciebat. n. quid de ipsis erat facturus, quamuis essent homines rudis cõditionis, & humilis nationis, tamen principes mundi, & duces in bello spirituali omnium fidelium constituturus eos erat. Et considera pro Deo a qualibus cœpit Ecclesia. Noluit . n. dominus eligere sapientes, & potentes huius sęculi, ne ipsorum probitati ascriberentur opera quæ fienda erant, sed sibi hæc reseruauit, & in sua bonitate, potentia, & sapientia nos redemit.

Ioan. 1.
Math. 9.
Nota dictũ Petri.

De conuersione aquæ in vinum ad nuptias.
Capitulum. 20.

Ioan. 2.

QVamuis dubium sit, cuius fuerant nuptiæ in Cana Galileæ, sicut magister in historia scholastica tangit, nos tamen meditemur fuisse Ioannis Euangelistæ, quod habetur in prologo super Ioanne vbi Hieron. affirmare hoc videtur. In eis domina nostra fuit, non tamen inuitata tãquam extranea, sed quasi maior, & dignior, & primogenita inter sorores, fuit in domo sororis quasi in domo sua, & tanquam administratrix, & domina nuptiarum, quod ex tribus colligere possumus. Primo ex eo ꝙ in eis continetur, ꝙ mater Iesu erat ibi, & de Iesu & discipulis, ꝙ erant vocati, & sic de alijs qui ibi fuerunt, intelligi debet. Cum ergo soror eius Maria Salomæ vxor Zebedei iuisset ad eam Nazareth, quæ distat a loco de Chana per quatuor milliaria vel circa, dicens ꝙ volebat facere nuptias filio suo Ioanni, ipsa iuit cum ea, & præuenit aliquot dies ad pręparationem, ita ꝙ quando alij erant inuitati, ipsa iã erat ibi. Secundo ex eo colligere possumus, ꝙ ipsa perpendit defectum vini, vnde ipsa non erat sicut vna ex discumbentibus, sed sicut per cuius manus res ibant: & ideo vidit sibi deficere vinum. Si. n. tunc discubuisset, nunquid iuxta filiũ inter homines mater verecunda surrexisset? Et si alibi inter mulieres, nunquid perpendisset defectũ vini magis quam aliæ? & si perpendisset, nunquid surrexisset de prandio & iret ad filium? Inconuenientia hæc viderentur. Et ideo verisimile est, ꝙ tunc non discumbebat. De ipsa nanque dicitur, ꝙ erat valde obsequiosa. Tertio colligitur ex eo, ꝙ ipsa pręcepit ministris, vt irẽt ad filium, & facerent quod mandaret: & sic vr̃, ꝙ præcepisset, & q̃d nuptię gubernabantur per eam, & ideo solicita fuit, ne ibi defectus contingeret. Igitur secundum modum hunc conspice Dominum Iesum inter alios comedentem, sicut vnum quemuis de populo, & sedẽtem in loco humili, nõ inter maiores, prout ex loco ipso colligimus: non. n. superborum more volebat primos recubitus in cęnis, nam docturus erat, Cum inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco. Ipse vero cępit

Ex tribus colligitur Virginem nuptijs inter fuisse tanquã ministram.
Luc. 14.

prius facere quam docere. Conspice etiã dominam obsequiosam alacrem, & solicitam in cunctis faciendis, & præbentem, & ostendentem ministris quid, & qualiter discumbentibus deferant. Cumque prope finem conuiuij redirent ad eam ministri, dicẽtes. Nõ habemus plus de vino quod apponamus eis: ipsa respondit. Ego procurabo ꝙ habebitis expectate parumper, & exiens ad filium qui humiliter (vt dixi) sedebat in fine mensæ prope ostium cameræ, dixit ei. Fili mi hic vinum deficit, & hæc nostra soror est pauper, nescio qualiter habere possumus. Qui respondit. Quid mihi & tibi est mulier? Dura videtur responsio, sed ad nostram instructionẽ fuit, secundum Bern. qui in hoc loco sic dicit. Quid tibi & illi domine? Nonne quod filio & matri, quid ad illam pertinet quęris, cum sis benedictus fructus ventris eius immaculati? Nonne ipsa est quæ saluo pudore cõcepit, & sine pudore peperit? Nõne ipsa est in cuius vtero nouem mensibus moratus es, cuius virgineis vberibus lactatus es cum qua duodecim annorum factus, de Hierusalem descendisti, & eras subditus illi? Nũc ergo dñe quid molestus es illi, dicens. Quid tibi & mihi? Multũ per omnẽ modum, sed iam manifeste video, ꝙ non velut indignans, aut cõfundere volens, virginis & matris teneram verecundiam dixeris Quid mihi & tibi? Veniẽtibus. n. ad te iuxta pręceptum ministris, nihil cũctatus, facis q̃d suggessit. Vt q̃d ergo fratres, vt quid sic respõderat prius? vtiq; propter nos, & conuersos ad dominũ, vt iam non solicitet carnalium cura parentum, & necessitudines illæ non impediant exercitiũ spirituale. Quãdiu. n. de mundo sumus, debitores nos constat esse parentib. At postquã reliquimus nosmetipsos, multo magis ab eorum solicitudine liberi sumus. Vnde legimus fratrem quendam in eremo cõuersantem, cum ad eum carnalis frater auxilij gratia aduenisset, respondisse, vt adiret alterum fratrem eorum, cum ille vtiq; iam obijsset. Cumque admiratus qui venerat responderet, quia ille obijt. Eremita quoque se similiter obijsse respondit. Optime ergo docuit dominus ne soliciti simus, super propinquis carnis nostræ prius, quam religio postulet, quando ipse matri & tali matri respondit. Quid mihi & tibi ô mulier? Sic & in alio loco. Cum suggereret ei quidam quoniam mater eius, & fratres foris starent, quærẽtes ei loqui, Respondit. Quæ est mater mea & fratres mei? vbi modo sunt, qui tam carnaliter, & inaniter super carnalibus ꝓpinquis suis soliciti sunt, ac si adhuc viuerent cum eis & ipsi cum eis? Hucusq; Bern. De hac ergo responsione mater non diffidens, sed de sua benignitate præsumens, rediJt ad ministros & dixit. Ite ad filiũ meum, & quicquid vobis dixerit facite, qui euntes impleuerunt, iuxta Domini mandatũ, hydrias aqua. Quo facto dixit eis. Haurite nunc & ferte archtitriclino. In hoc aũt nota primo discretionẽ domini, quia primo misit magis honorabili viro. Secundo ꝙ ipse sedebat longe ab eo, cum diceret, forte illi, quasi ab eo remoto. Sed cum ille sederet in loco magis honorabili, colligere possumus, ꝙ Dominus noluit ibi sedere iuxta eum, immo elegit sibi humiliorem locum. Ministri ergo dederunt vinũ illi & alijs, diuulgantes miraculum, quoniam ipsi sciebant quomodo factum fuerat, & crediderunt in eũ discipuli eius. Finito autem conuiuio, Dominus Iesus vocauit Ioannem seorsum dicens, Dimitte hanc vxorẽ tuã, & sequere me, quia ad altiores nuptias te perducã, qui secutus est eum. In hoc ergo quòd dominus nuptijs interfuit, matrimonium carnale approbauit, tanquam a Deo institutum. Sed in hoc quòd vocauit Ioannem de nuptijs, aperte dedit intelligere, quòd longe dignius est spirituale matrimonium, quam carnale. Recessit ergo inde Dominus Iesus, volens his quæ ad salutem hominum pertinent, deinceps publice & palam intendere, prius autem voluit reducere matrem ad do-

Ioan. 2.
Serm. 2. de Epiph.
Expositio rñsionis Christi ad matrem in nuptijs.
Exemplũ.
Matt. 12.
Nota.

mum suam, talem.n.dominam talem societatem habere decebat. Accipit ergo & eam & Ioannem, & alios discipulos, & iuerunt in Capharnaũ prope Nazareth, & post aliquot dies Nazareth. Conspice ergo eos per viã, qualiter vadũt pariter Mater & filius, humiliter vadũt, & pedestres, sed multum amanter. O quales duo sunt illi, nunquam filij tales duo in terra visi fuerunt. Conspice etiam discipulos reuerenter sequentes, & auscultantes verba domini. Nnn.n. ipse erat ociosus, semper quippe aliquid boni faciebat aut dicebat, non poterat in tali comitatu tædium comeantibu: generari.

De sermone Domini *in monte, quem incepit a paupertate.* Cap. 21.

CONuocans Dominus Iesus discipulos seorsum a turbis, ascendit cum eis in monte Tabor, prope Nazareth ad duo miliaria, vt eos imbueret eloquijs suis. Decebat.n.ꝙ eos prius & super alios instrueret, quos super alios constituerat magistros & duces.

Matt. 5. 6. & 7. Tunc ergo de multis instruxit, & sermo ille pulcherrimus fuit & copiosus, nec mirum, quia os Domini compilauit eum. Docuit aũt eos de beatitudinib. de oratione, ieiunio, & eleemosyna, alijsque plurimis ad virtutes pertinentibus, quæ in ipso euangelio poteris reperire. Legas eum diligenter & sępe commenda memorię quę in ipso dicũtur, quia spiritualissima sunt. Et tamen nũc non prosequor, quia nimis foret longum, nec tales expositiones bene videntur semper in meditationes cadere, quamuis ad tuam instructionem, talia prout mihi occurrent interseram, & etiam moralia, & auctoritates sanctorũ. Hoc ergo hic tetigisse sufficiat, ꝙ Dominus initium sermonis huius a paupertate incepit, dãs intelligere, ꝙ paupertas est totius spiritualis exercitij primariũ fundamentum: non.n. expedite potest sequi Christum paupertatis speculum, qui oneratus est temporalib. rebus. Nec est liber sed seruus, qui animi affectionem subijcit istis reb. transeuntibus. Idcirco dixit. Beati pauperes spiritu &c. eius.n. rei quam affectuose diligo, me seruum sponte constituo, nã amor est animæ pondus, portans eam quocunque ipse fertur, vt dicit Aug. Et ideo nihil omnino est amandum nisi Deus, vel mere propter Deum. Merito ergo Beatus dicitur pauper, qui propter Deum cętera vilipendit. Iam.n. pro magna parte Deo suo coniunctus est. De hac paupertate sic dicit Ber. Magna quędam penna est paupertas, qua tam cito volatur in regnum cęlorum. Nam in alijs virtutib. quæ sequuntur, promissio futuro tempore indicatur, paupertati nõ tam promittitur quam datur. Vnde & in præsenti tpe enunciatum est, quoniam ipsorum est regnum cęlorũ. Videmus.n. pauperes aliquos, qui si veram paupertatẽ haberẽt, non adeò pusillanimes inuenirentur & tristes, vtpote Reges, & Reges cęli. Sed aliqui sunt, qui pauperes esse volunt, eo tamẽ pacto, vt nihil eis desit, & sic diligunt paupertatem, vt nullam inopiam patiatur. Idem alibi. Et ego si exaltatus fuero a terra (audaciter dico) oĩa traham ad me ipsum. Nec.n. temerarie vsurpo mihi fratris mei vocem, cuius me induo similitudinẽ. Quod si ita est, non putent diuitiæs huius sæculi fratres Christi sola possidere cęlestia, quia audiunt dicentem. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnũ cęlorum, ipsi possident terram, & quidem tanquam nihil habentes, & omnia possidentes, non mendicãtes vt miseri, sed vt Dñi possidentes, eo pro certo magis Dñi, quò minus cupidi. Denique fideli homini totus mundus diuitiarũ est. Totus plane, quia tãm aduersa, quam prospera ipsius æque omnia seruiunt ei, & cooperantur in bonum. Ergo auarus terrena esurit vt mendicus, fidelis, contemnit vt dominus. Ille possidendo mendicat, iste contemnendo seruat. Quære a quouis eorum qui insaciabili corde lucris temporalib. inhiãt, quid nam de his sentiant, qui sua vendentes & dantes pauperib. regnum cęlorum pro terrena mercantur substantia, vtrum sapiẽter agant necnon? proculdubio respondebit sapienter. Quære recte cur approbat ipse quod non facit? non possum inquiet. Quare? profecto quia domina auaritia nõ permittit, quia liber non est, quia non sunt sua quę possidere videtur, sed nec sui iuris. Si vero tua sunt, expende ad lucra, & pro terrenis cęlestia commutato. Si non vales facere, te pecuniæ tuæ non dominum esse dicam, sed seruum, custodem, non possessorem. Hucusq; Bern. Sed redeamus ad meditationem. Conspice ergo, & considera Dominum Iesum humiliter in terra sedentem super illo monte, & discipulos suos circa eum, quomodo stat inter eos quasi sit vnꝰ ex eis, & quomodo affectuose, benigne, & pulchre, & efficaciter eis loquitur, inducens eos ad dictos actus virtutum. Et semper (vt supra in generali consideratione tibi dixi) respicere conetis faciem eius. Conspice In discipulis quomodo reuerenter, humiliter, & cum tota mentis intentinne aspiciunt eũ, & auscultant illa verba mirifica, & ea memoriæ cõmendant, & iucunditate magna fruũtur, tam in verbis, quã in aspectu. In hac autem consideratione iucunderis & tu, aspiciendo ac si videres eum loquentem, & approximando eis, si forte vocata fueris, & immorando ibidẽ, vt Dominus tibi dabit. Completo vero sermone, conspice illum dominum Iesum, vna cum discipulis ipsis descendentem de monte, & cum ipsis familiariter loquentem, etiam eundo per viam, & quomodo ille simpliciũ cętus gregatim sequitur eum, nõ curiose ordinatus, sed sicut pulli post gallinam, vt quilibet melius audiat, magis eidem nititur approximare. Et quomodo turbę sibi affectuose occurrunt, & infirmos eidem sanandos offerunt. Ipse vero sanabat omnes.

Li. 13. cõf. (margin, beside "uum sponte constituo")

Ser. 4. de aduen. (margin, beside "suo coniunctus est")

Ser. 21. super Cã. (margin, beside "alibi. Et ego si exaltatus")

De seruo Centurionis, & filio Reguli a Domino liberatis. Cap. 22.

CApharnaum vero erat quidam Centurio, i. centũ militum ductor, & seruum habebat infirmum. Misit ergo fide plenus ad Dominũ Iesum, vt eũ curaret. Humilis autem dominus respondit. Ego veniã & curabo eum, quod cum sciuit Centurio, remisit ad eum dicens Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Iesus autem commendans fidem eius, non iuit vlterius, & seruum absentem sanauit. Cum autem in eadem ciuitate esset quidam Regulus, i. paruus Rex, iuit personaliter ad Iesum, rogans eum, vt veniret ad domũ suam, & sanaret filium suum infirmum. At Iesus ire noluit, filium tamen sanauit. In his autem considera meritum fidei propter Centurionem, & humilitatem domini volentis ire ad seruum, & Reguli pompam refugientis. Considera ẽt qđ non debemus acceptare personas. Plus n. honorauit hic dominus seruum militis, quam filium Regis, sic & nos debemus non ad oculos seruire, nec secundum exigentiam exterioris pompæ, sed secundum intentionem vel bonitatem eius qui seruitio indiget, & non ex complacẽtia, sed ex charitate seruiamus.

Matth. 8. Luc. 7. (margin, beside "Misit ergo fide plenus")

Ioan. 4. (margin, beside "vlterius, & seruum absentem")

De paralitico misso per tectum, & a Domino curato. Cap. 23.

IN ciuitate prædicta Capharnaum cum Dominus Iesus doceret in quadam domo, & essent ibi congregati Pharisæi, & legis doctores multi ex omni castello Iudeæ & Hierusalem. Venerunt quidã, volẽtes

ingredi

ingredi domum cum paralitico, quem portabant, vt a
Luc.5. Domino ſanaretur. Cumq; propter multitudinem nō
Mar.2. poſſent, aſcenderunt ſuper tectum domus, & inde intro
miſerunt eum, & poſuerunt eum ante Ieſum, Dominus
vero Ieſus videns fidem eorum, dixit. Dimittuntur tibi
Matth. 9. peccata tua. Ipſi autem Phariſęi & legis doctores obſer
uantes eum ex malitia, intra ſe dicebant ipſum blaſphe
maſſe Deum, qa ſolus Deus poteſt dimittere peccata,
& ipſe hoc attribuebat ſibi, quem purum hominem eſ
Matth. 9. ſe credebant. Ait ergo benignus & humilis Dominus,
ſcrutans corda, & renes hominum. Quid cogitatis ma-
la in cordib. veſtris? Et addidit, vt ſciatis, quia filius ho-
minis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata
Quatuor &c. Hic quatuor ſunt meditāda. Primum perſpicacitas
meditāda. intellectus Chriſti, qui cogitationes illorum vidit. Se-
cundum quia propter peccata veniunt infirmitates, &
ex abſolutione a peccatis aliquando contingit libera-
tio infirmitatū, ſic etiam habebis infra de curato apud
Ioan.5. piſcinam, cui dr̄ a dño, ne amplius peccet, ne deterius li-
bi cōtingat. Tertium conſidera quam magnum ſit me
ritum fidei, nam etiam alterius fides alteri prodeſt, ſicut
ſupra proxime habuiſti in ſeruo Centurionis. Sic & in
Matt. 9. fra habebis in Chananea, in cuius fide filia fuit ſanata.
Hoc quotidie contingit in pueris qui baptizantur, qui
ſi ante annos diſcretionis moriantur, in alterius fide ſu-
ſcipiunt arram, pp quam in merito Chriſti ſaluantur,
quod eſt contra quoſdam hæreticos maledictos, Circa
quartum meditandum de ipſo inter illos ſedēte, & beni
gne malignis reſpondente, & miraculum faciente, recur
re ſupra ad generalē conſiderationem quam tibi dedi.

De *ſocru Simonis liberata.* *Cap.* 24.

Matth. 8. CONtingit, Dominum Ieſum in ciuitate prædicta
Mar: t. Capharneum diuertere in domum Simonis Pe-
Luc. 14. tri, vbi ſocrus eius magnis febrib. tenebatur. Hu-
milis ergo Dominus familiariter tetigit manum eius,
& curauit eā, adeò vt incontinēti ſurrexerit, & ei & di-
ſcipulis miniſtrauerit. Sed qd miniſtrauit eis, nō eſt ſcri
ptum. Cogita ergo, φ in domo pauperis, paupertatis a-
matori aliqua cibaria groſſa, & quæ cito parari poterāt,
eis appoſita ſunt. Conſidera etiam ipſum Dominum Ie
ſum iuuantem præparare, maxime in domo diſcipuli
ſui. Et quæuis humilia cogita, ſiue de tabula ponenda,
ſiue de ſtratis lauandis, & ſimilib. Talia. n. omnia facie
bat humilitatis magiſter, qui miniſtrare venerat, & nō
miniſtrarI. Et ſe familiariter ad ſedendum ponebat in
medio menſæ, & comedebat alacriter pręcipue cum in
prandiō relucebāt paupertas, quam ſic amabat.

De dormitione Domini in nauicula.
Capitulum. 25.

INtrans Dominus Ieſus in nauiculam cum diſcipulis
ſuis, poſuit ſe ad dormiēdum, tenens caput ſuper cer
uicali. Ipſe. n. multum vigilabat de nocte in orationi
Matth. 8. bus, multumque de die in prædicationibus laborabat.
Mar.4. Cumque dormiret orta tempeſtate, diſcipuli periclita-
Luc.8. ri timebant, ſed non audebant eum excitare. Timore
tandem coacti, excitauerunt eum dicentes. Domine ſal
ua nos, perimus. Qui ſurgens increpauit eos de modica
fide, & imperauit mari, & ventis, & ceſſauit tempeſtas.
In prædictis ergo actibus ſuis intuere, & reſpice eum,
ſecundum generalem regulam, ſiue traditionem ſupra
traditam. Hoc tamen hic conſiderare potes, quòd licet
nobis circa nos & facta noſtra Dominus videaſ dormi
re, maxime quando tribulamur, ipſe tamen diligentiſſi
mus eſt ſuper cuſtodiam noſtram. Et idcirco debemus
eſſe in fide conſtantes, de nihilo hæſitantes.

De filio viduæ a Domino ſuſcitato.
Capitulum 26.

CVm ſemel iret dñs Ieſus verſus ciuitatem Naim,
obuiauit multitudini hominum portantium quē
dam iuuenem filium viduæ mortuum ad ſepul-
chrum. Pietate ergo pius dominus Ieſus motus tetigit
feretrum, & portantes ſteterunt. Ipſe autem dixit. Ado
leſcens tibi dico ſurge, & ſtatim ſurrexit q ſuerat mor-
tuus, & reddidit eum matri ſuæ. Omnes autem ſtupue-
runt, & laudauerunt Dominum. In conſiderationibus
verò, recurre vt ſupra.

De *puella ſuſcitata & Martha curata.*
Capitulum 27.

AD petitionē cuiuſdam ex principalib. ibat Dñs
Ieſus cum eo ad ſanandum filiam ſuam. Cū er-
go turba magna iret cum eo, intererat quædam
mulier grauiter infirma, quę dr̄ fuiſſe Martha ſoror Ma Matth. 9.
riæ Magdalenæ, quæ intra ſe dicebat. Si tetigero tantū
fimbriam veſtimenti eius, ſalua ero, & cum timore ap-
proximans, tetigit, & liberata eſt. Dixit autē Dominus
Ieſus. Quis me tetigit? Et reſpondit Petrus. Dñe turbæ
comprimunt te & affligunt, & tu dicis quis me tetigit?
Vide hic patientiam Dñi. Nam ſępe comprimebatur a
turbis, quia volebant ei approximare. Ieſus autem ſcie-
bat quid dicebat. Et iterum dixit. Ego ſenſi virtutem
ex me exijſſe. Tunc Marthę negocium publicauit. Li-
benter eam Dominus curauit, cum qua multam fami-
liaritatem poſtea habuit. Et tunc dixit ei. Fides tua te Matth. 9.
ſaluā fecit. In hoc ergo miraculo habes fidei cōmenda-
tionem, habes ēt, φ Dñs vult miracula nota eſſe, pp vti
litatem coēm, ſed quantum in ſe propter humilitatem
abſcondebat, vt hic etiam habes, quod. n. diuina fece-
rat poteſtate, fidei illius attribuebat. Habes etiam hic
quoddam valde notabile, ad humilitatis cuſtodiam, ſi-
cut Beatus Bern. hoc modo introducit. Quilibet perfe
ćte Domino ſeruiens, poteſt appellari fimbria quaſi vl
tima pars veſtimenti Domini, propter ſuā humilem re
putationem. Qui ergo ad dictum ſtatum peruenerit,
φ ſciat ſe a Domino exaudiri in liberandis infirmis, vel
alijs miraculis, non extollatur propterea, nec ſibi attri-
buat, quia non ipſe, ſed Dominus fecit. Quamuis. n. hic
Martha tangeret fimbriam, ad cuius tactum ſe liberari
confidebat, & ſic cōtigit, nec tamen a fimbria, ſed a Do
mino virtus liberationis exiuit. Et propterea ipſe dixit.
Senſi virtutem ex me exijſſe, Nota ergo hoc bene, & ni
hil boni tibi in perpetuum attribuas, quia totum eſt a Luc.8.
domino Ieſu. Tandem dominus Ieſus iuit ad domum
principis, & inuentam filiam mortuam ſuſcitauit.

De *conuerſione Magdalenæ & aliis.*
Capitulum 28.

CVrialiſſimus Dominus inuitatus quadam die a
Simone leproſo, iuit ad prandendum cum eo, qd Luc.7.
facere ſolitus erat, tum ex ſua curialitate, tū ex be
nignitate, & zelo quem habebat ad ſaluandas animas
pro quib. de cęlo deſcenderat. Vnde comedendo cū ho
minib. & cōuerſando cum eis, ad amorem ſui eos attra
hebat, tum etiam ex amore paupertatis. Nā & ipſe pau
perrimus erat, & de mūdi huius ſubſtātia pro ſe, & ſuis
nihil ſumpſerat. Humiliter ergo, & cū gratiarum actio
ne ſpeculum humilitatis Ieſus cum inuitabatur, recipie
bat pro loco & tempore. Audiens autem Magdalena,
φ in domo Simonis prædicti recumberet, quæ iam for
te ipſum ſæpe prædicantem audierat, & ardenter ama-
bat, licet nondum hoc propalaſſet, tacta dolore cordis
intrinſecus, pro peccatis ſuis & amoris eius igne ſuc-
cenſa, conſiderans quòd ſine ipſo ſalutem obtinere
non poterat, & amplius differre non volens, perrexit

Digitized by Google

niq; si vis vitia extirpare, & virtutibus imbui, sis homo
orationis. In ea enim recipitur sancti spiritus vnctio,
quæ de omnibus mentem docet. Item si vis ad contem
plationem ascendere, & frui amplexibus sponsi, sis ho-
mo orationis. Ad eam namq; contemplationem et cęle
stium degustationem, per orationis exercitium deueni
tur. Vides quam magnæ potentiæ & virtutis sit oratio.
Ad quorum omnium confirmationem omissis scriptu
rarum probationibus, hoc tibi sit pro efficaci probatio
ne, ꝙ audimus, & videmus quotidie per experientias, il
literatas personas & simplices, prędicta & alia plura ma
iora, per virtutem orationis fuisse adeptos. Multum
ergo animam debent ad orationem dare oēs, qui Chri-
stum imitari desiderāt, & præcipue religiosi, quibus ma
ior debet esse vacandi copia. Quare te hortor, tibique
quantū possum mando districtius, vt pro principali e-
xercitio tuo, sumas orationē, nihilq; aliud (necessarijs
curis tantum exceptis) te delectet nisi oratio, quia nihil
tantum te delectari debet, quam morari cū Domino,
qđ p orationem fit. Vt autem melioris hortatoris fun-
Ser. 9. super Cant. garis consilio, audi mellisflua, quę super ista materia nar
rat Bern. Dicit enim sic. Quibus studium est frequen-
ter orare, experti sunt quod dico. Sæpe corde tepido, &
arido accedimus ad altare; orationi incumbimus, persi-
stentibus autem repente infunditur gratia, pinguescit
pectus, replet viscera inūdatio pietatis, & si sit qui pmat
lac conceptæ dulcedinis, vbertim vbera fundere nō tar
dabunt, idem. In principio quadragesimæ. Quoties (in
Ser. 5. de Quadragesima. quit) de oratione loquor, verba quædam humanæ cogi
tationis audire mihi videor in corde meo. Quid enim
est, ꝙ licet nūquam ab oratione cessemus, vix vnquam
experiri videtur aliquis vestrum, quis sit orationis suæ
fructus? Sicut ad orationem accedimus, sic & redire vi-
demur, & nemo respondet vobis verbum, nemo quic-
quam donat, sed iudicium fidei sequere, nō experimen
tum tuum, qm̄ fides quidem verax, sed experimentum
fallax. Quæ est igitur veritas fidei, nisi quod promisit fi
lius Dei dicens. Quicquid autem orantes petitis, credi-
Mar. 11. te quia accipietis & fiet vobis? Nemo vestrū fratres par
uipendat orationem suā, dico enim vobis, quia ipse ad
quem oramus, non paruipendit eam, prius quam egres
sa sit ab ore nostro, ipse eam scribi iubet in libro suo. Et
vnum e duobus indubitātet sperare possumus, quoniā
aut dabit quod petimus, aut quod nouit nobis vtilius.
Nos enim quid oremus sicut oportet nescimus, sed mi
seretur ille super ignorantia nostra, & orationem beni-
gne suscipiens, quod nobis aut omnino nō est vtile, aut
non tam cito dari necesse est, minime tribuit, oratio ta-
men infructuosa non erit, ita sane si fecerim' qđ mone
Psalm. 36. mur in Psalmis, scilicet si delectemur in eo. Delectare
in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Sed con-
sidera, quòd petitiones cordis dixerit, quas approbat iu
dicio rationis. Nec habes qđ causeris, sed vnde magis
toto affectu in gratiarum actione verseris, quandoqui
dem tanta super te cura est Deo tuo, vt quoties quæris
quod tibi inutile est, non te audiat super hoc, sed mutet
illud meliori dono, sicut pater carnalis paruulo quæren
ti panem & cultellum, non consentit, sed magis ipsi pa-
nem quem ei dederit, ipse frangit. Porro petitiones cor
dis in tribus consistere, nec video, quid pręter illa quæ
electus quisquis sibi debeat postulare. Duo quidem hu
ius temporis sunt, scilicet bona corporis, & bona aīæ,
tertium autem beatitudo vitæ æternæ. Nec mireris ꝙ
bona corporis a Deo dixerim esse quærenda, quoniam
eius sunt corporalia omnia sicut spiritualia bona, ab eo
enim est petendum & sperādum, nobis euenire, vt pos-
simus in eius seruitio sustentari. Veruntamen pro ne-
cessitatibus animæ orādum est nobis, & frequentius &
feruentius, id est pro obtinenda gratia Dei animęq; vir
tutibus, sic & pro vita ęterna tota pietate, totoq; nobis
orādum est desiderio, vbi nimirū & corporis, & animæ
plena, & perfecta est beatitudo. Sit ergo oratio quę pro
temporalibus est, circa solas necessitates restricta, sit
oratio quæ pro virtutibus animæ est, ab omni impurita
te libera, & circa solum beneplacitum Dei intenta. Sit
ea quæ fit pro vita ęterna, in oī humilitate præsumens, Ser. 86. super Cant.
de sola miseratione diuina. Item. Nō modo locum, sed
& tempus obseruare oportet eum, qui sibi orare volue
rit. Tempus feriatum commodi', aptiusq; maxime au-
tem cum profundum nocturnus sopor inducit silētiū,
tunc plane liberior exit, puriorq; oratio. Cōsurge in no Tren. 2.
cte (inquit) in principio vigiliarum tuarum, & effunde
sicut aquam cor tuum ante cōspectū Domini Dei tui.
Quam secure de nocte ascēdit oratio, solo arbitro Deo
sanctoq; Angelo, qui illam superno altari suscipit pśen-
tandam, quam grata & lucida, verecunda, colorata ru-
bore, quam serena, & placida, nullo interim turbata cla
more, vel strepitu, quam deniq; munda, & syncera, nul
lo respersa puluere terrenæ solicitudinis, nulla aspicien
te laude, sed adulatione tentata. Propter hoc igitur spō
sa non minus verecūde, quam caute, & lectuli secretum
petebat, & noctis, orare, hoc est, verbū quęrere volēs.
Vnum est enim, alioquin non recte oras, si orando prę-
ter verbum aliquid quæras, aut quod propter verbum
non quæris, quoniā in ipso sunt omnia, ibi remedia vul
nerum, ibi subsidia necessitatū, ibi resarcitus defectuū,
ibi profectuum copię, ibi deniq; quicquid accipere, vel
habere omnibus expedit, quicquid decet, quicquid
oportet, sine causa ergo aliud a verbo petitur, cum ip-
sum sit omnia, nam si ista temporalia (cum necesse est)
postulare familiarius videmur, si verbum in causa est,
vt quidem dignum est, nō vtiq; illa, sed hoc potius quæ
rimus, propter quod alia postulamus. Hucusq; Bern.
Audisti igitur verba pulcherrima altissimi contemplan
tis, & orationum dulcedinem degustātis. Bernard. Ru-
mines ea si vis, vt sapiant tibi. Ideo autem libenter ip-
sius verba in hoc opusculo interfero, & adduco, quia
non solum spiritualia sunt, & cor penetrantia, sed & de-
core plena, & ad Dei seruitium excitantia. Ipse enim Laus magna de diuo Bernardo.
fuit eloquentissimus, & spiritu sapientiæ plenus, & san
ctitate pręclarus, quem te desidero imitari, et ipsius mo
nita, & verba, opere exercere, propter quod sæpe tibi
propono eundem, sed redeamus ad Dominum Iesum.
Dum igitur Dominus esset orans in monte, discipuli
erant in mari afflicti, & angustiati vehementer, quia
ventus erat eis contrarius, & nauis procellis, & flucti-
bus iactabatur. Conspice ergo eos, & compatere eis,
quia in magna sunt tribulatione & angustia. Tempe-
stas enim inuasit eos, tempus nocturnum est, et absque
Domino suo sunt. Quarta autem vigilia noctis descen-
dit Dominus de monte, & ambulans supra mare, ap-
propinquauit eis. Cōspice ergo eum bene hic pro Deo,
& vide quomodo fatigatus ex vigilia longa, & oratio-
ne prolixa, solus descendit noctis tempore de monte la
borioso, & forte petroso, pedibus nudis, & quomodo
vadit supra mare firmo vestigio sicut super terram. Co
gnouit ergo creatura suum creatorem. Cum autem ap-
propinquauit naui, discipuli timentes, clamauerunt, pu
tantes esse fantasma, at benignus Dominus nolens am-
plius eos vexari, assecurauit eos, dicens. Ego sum, noli- Mat. 14.
te timere. Tunc Petrus confisus de potentia Domini,
ad iussum eius cępit & ipse supra mare ambulare, sed po
stea titubanns cępit mergi, sed dextera Domini eum ne
demergeretur erexit. In hoc autem loco dicit gloss. Su- Glosa sup Matt. 14.
per mare ambulare facit eum, vt ostendat diuinam po-
tentiā, mergi facit, ne infirmitatem obliuiscatur, ne pu-
tet se ęqualem Deo, & ne superbiat. Intrauit autem Do
minus nauem, cessauit quassatio, & omnia sunt pacata.
Discipuli vero eum reuerenter recipiunt, multumque
gauisi sunt, & in quiete magna remanserunt. Conspice
bene

bene ipsum ac discipulos in omnibus prædictis, quia pulchra,& deuota sunt valde. In hoc igitur facto moraliter cõsiderare potes,quia Dominus quotidie sic nobiscum facit spiritualiter, patitur,& sustinet, vt electi affligantur in hoc mundo,in interiori,& exteriori homine,quia flagellat omnem filium quem recipit. Qui enim extra disciplinam sunt (vt ait Apostolus) non filij,sed adulteri sunt,expedit autem nobis tribulari & affligi hic,nam inde erudimur,inde virtutes acquirimus, & acquisitas conseruamus, & quod maius his est,inde futura,& æterna præmia expectamus;& ideo non debemus in eis frangi , vel esse impatientes , sed ipsas affectare,& diligere. Sed quia magna a multis tamen incognita est vtilitas tribulationum,& idcirco talibus difficiles & importabiles videntur. Vt ergo instruaris,& patienter eas sustineas, adduco tibi more solito verba Bernardi,qui ait sic. Vtilis est tribulatio,quæ probationem operatur,ducit ad gloriam. Cum ipso sum(inquit) in tribulatione &cætera. Agamus ergo gratias patri misericordiarum,qui nobiscum est in tribulatione,& in omni tribulatione nostra nos consolatur. Res enim,(vt dixi) necessaria est tribulatio, quæ in gloriã vertitur,quę mutatur in gaudium. Gaudium sane longum,quod nemo tollet a nobis,gaudium multum,gaudium plenum. Res necessaria est, ista necessitas quæ parit coronam. Non contemnamus fratres, semen modicum est,magnus exinde fructus exurgit. Forte insipidum, forte acerbum est,forte granum sinapis. Non consideramus quæ videntur,sed quæ non videntur in eo,quæ enim videntur temporalia sunt,quæ non videntur æterna. Et infra. Cũ ipso in tribulatione sum,ait Dominus,& ego non aliud meritum quam tribulationem requiram. Mihi adhærere Deo bonum est. Non solum autem, sed & ponere in Domino Deo spem meam , quia eripiam & glorificabo eum,cum ipso sum in tribulatione. Delitiæ(inquit) meæ esse cum filijs hominum. Descendit vt prope sit his qui tribulato sunt corde, vt nobiscum sit in tribulatione nostra,erit autem quando rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus,si tamen curemus eum interim habere nobiscum. Bonum mihi Domine tribulari,dummodo ipse sis mecũ,quam regnare sine te, epulari sine te, sine te gloriari. Vasa figuli probat fornax,& viros iustos tentatio tribulationis. Quid trepidamus?quid cunctamur?quid refugimus hunc caminum? Seuit ignis, sed Dominus nobiscum est in tribulatione. Si Deus nobiscum,quis contra nos est? Nihilominus quoq; si ille eripit,quis est qui eripiat de manu eius? Postremo si ille glorificat,quis humiliabit? Idem. Non solum igitur in spe,sed gloriamur in tribulatione. Libenter(ait) gloriabor in infirmitatibus meis,vt inhabitet in me virtus Christi. Optanda infirmitas quæ Christi virtuti compensatur. Quis dabit mihi non solum infirmari, sed destitui ac deficere penitus a memetipso,vt Domini virtutum virtute stabiliar? Nam virtus in infirmitate perficitur. Denique ait. Quando infirmor tunc fortior sũ, & potens. Idem. Propterea sponsa non fascem, sed fasciculum dilectum dicit,quòd leue præ amore in ipsis ducat,quicquid laboris immineat,& doloris. Bene fasciculus,quia paruulus natus est nobis. Bene fasciculus, quia non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam q̃ reuelabitur in nobis. Id enim(inquit) quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ,supra modum in sublimitate æternum pondus gloriæ operabitur in nobis. Erit igitur quando q; nobis ingens cumulus gloriæ, qui modo est fasciculus myrrhę. An nõ fasciculus cuius iugum suaue est,& onus leue? non quia leue in se,nec enim leuis passionis asperitas mortis amaritudo , sed leuis tamen amanti . Idem super illum versum, A sagitta. Si magnum illud

Heb. 12.
Ser.17. sup Psal. Qui habitat.
Psalm. 90.
Psalm. 72.
Prou. 8.
Eccl. 27.
2.Cor. 12.
2.Cor. 12.
Ser.42. super Cant.
Rom. 8.
2.Cor. 3.

Ecclesię corp' considerare libet,facile satis aduertimus longe acrius impugnari spirituales viros ipsius Ecclesiæ quã carnales. Agit hoc sane superba,semperq; inuidiosa malitia,sed fortiores quousq; vehementius pulsans, iuxta illud. Esca eius electa. Agit(inquam) & non sine certa diuini dispensatione consilij,qui quidem imperfectiores non super illud quod possunt ferre tentari permittit,faciens cum tentatione prouẽtum,& fortioribus non modo gloriosiores,sed numerosiores parat ex hoste triumphos,& longe ampliori solicitudine, & calliditate multiplici pars aduersa vulnerare in nobis dexterã satagit,quam sinistram,nec tam corporis profecto,quã cordis laborat auferre substãtiam. Et infra. Illic autem studiosius repugnandum,vbi grauior vrget necessitas, vbi totum belli imminet pondus,vbi colluctationis ratio vniuersa consistit. Vnde nobis tota paratur,aut victis ignominiosa captiuitas,vnde vincẽtibus gloria triũphalis. Hæc denique gratia,& misericordia Dei in seruos eius,& respectus in electos illius,vt in eorum interim sinistram quidem velut dissimulans,dexteræ semp studiosus protector assistat. Hinc est,quòd de ipso Propheta testatur. Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi ne commoueat. Vt ũa mihi semper a dextris sis Iesu bone,vt semper teneas manum dexteram meam. Scio enim & certus sum,quòd nulla nocebit aduersitas,si nulla dominetur iniquitas. Tondeatur interim & tũdatur sinistrum latus,pulsetur iniurijs,vellicetur opprobrijs,libẽs illud expono,dum a te custodior,dũ sis ipse protectio mea, super manum dexteram meam. Idem. Aliud est animo virtute agi,aliud sapientia regi, aliud dominari in virtute,aliud in suauitate delitiari. Licet nanq; sapientia potens,& virtus suauis existat,vt tamen proprias qbusq; reddamus vocabulis significãtias,vigor virtutem, sapientiam placiditas animi,cum spirituali quadam suauitate demonstrat. Hanc puto ab Apostolo designatam, vbi post multa hortamenta ad virtutem pertinentia,adiecit,quòd sapientia est in suauitate in Spiritu sancto . Igitur resistere, vim vi repellere,quę vtique in partibus virtutis deputantur,honor quidem,sed labor est. Non est enim idem ipsum honorem tuum laboriose defendere,& quiete possidere. Non idem virtute agi, & virtute frui. Quicquid virtus elaborat , sapientia fruitur, & quod sapientia ordinat,& deliberat, moderatur virtus,& exequitur. Sapientiã scribe in ocio, ait Sapiens : ergo sapientiæ ocia,negocia sunt,& quo ociosior sapiẽtia,eo exercitatior in genere suo. E regione virtus exercitata clarior est, eoq; probatior quo officiolior. Et si quis sapientiam, virtutis amorem definierit,nõ mihi a veris deuiare videtur. Vbi autem amor est, labor non est,sed sapor. Et forte sapientia a sapore denominatur, quasi virtuti accidens quoddam, velut condimentum sapidam reddat,quę per se insulsa & aspera quodammodo sentiebatur. Nec duxerim reprehendendum , si quis sapientiam saporem boni definiat. Itaque ad virtutem spectat tribulationes fortiter sustinere, ad sapientiam gaudere in tribulationibus. Confortare cor tuum & sustinete Dominum, virtutis quidem est,gustare & videre quoniam suauis est Dominus,sapienti ę est. Et vt magis ex proprio bono naturæ bonum vtrunque clarescat,modestia animi probat sapientiam, constantia virum virtutis ostendit. Et bene post virtutem sapientia, cum virtus sit quoddam stabile fundamentũ, super qđ sapientia ędificet sibi domum. Idem. Fœlix qui passiones corporis sui propter iustitiam ordinat,vt quicquid patitur,propter Dei filium patiatur,quatenus & a corde tollatur murmuratio , & in ore versetur gratiarum actio,& vox laudis,qui sic exultet se,iste tollit grabatum suum,& vadit in domum suam. Grabatum nostrum corpus est,in quo prius languidi iacebamus,seruientes

Ser.7. sup Psal. Qui habitat.
Abac. 1.
Psalm. 15.
Ser.85. super Cant.
Eccl. 38.
Prouer. 9.
In Ser. de passione Domini.

Ser. 3. de Penthe.

uientes desiderijs & concupiscentijs nostris, nos portamus illud, cũ spiritui cogimur obedire. Idem. Vere multiplex spiritus qui tam multipliciter filijs hominum inspiratur, vt non sit qui se abscondat a calore eius. Siquidem cõceditur eis ad vsum, ad miraculum, ad salutem, ad auxilium, ad solatium, & ad feruorem. Ad vsum quidem vitæ, bonis & malis, dignis pariter & indignis omnia bona abundantissime tribuens, ita vt videatur hic discretionis limitem non tenere. Ingratus est, qui in his quoq; beneficia spiritus nõ agnoscit. Ad miraculum in signis, & prodigijs, in varijs virtutibus quas per quorũlibet manus operatur. Ipse est antiqua miracula suscitans, vt ex præsentibus fidem astruat preteritorum. Sed quia nonnullis hanc quoque gratiam sine propria vtilitate largitur, tertio infunditur ad salutem, cum in toto corde nostro reuertimur ad Dominum Deum nostrũ. Porro ad auxilium datur, cũ in omni colluctatione adiuuat infirmitatem nostram. Nam cum testimonium perhibet spiritui nostro, ꝙ filij Dei sumus, ea inspiratio est ad consolationem. Datur etiam ad feruorem, cum in cordibus perfectorum vehementius spirãs, validum ignem charitatis accendit, vt non solum in spe gloriæ filiorum Dei, sed etiam in tribulationibus gloriemur, cõtumeliam gloriam reputantes, opprobrium gaudium, despectionem exaltationem. Omnib. nobis (ni fallor) datus est spiritus ad salutem, ad feruorem non ita. Pauci enim sunt qui hoc spiritu repleantur, pauci qui studeãt æmulari, contenti sumus angustijs nec respirare in libertatem illam, nec saltem ad illam spirare conamur. Huc usq; Bern. vides igitur quam pulcherrimis & pluribus rationibus, nobis ostendit facundissimus Bern. ꝙ tribulationes nobis expediunt. Non igitur miretur, si Dominus permittebat discipulos suos, quos ita diligebat vexari procellis, vtilitatem ipsorum exinde cognoscens. Pluries. n. legitur, eorum nauiculam fluctibus, et contrarijs ventis exagitatam, sed nũquam submersam. His ergo monitis, cor tuum stabilire, ac ordinare procures, vt in contingentibus aduersis, & in quibuscunque displicentijs, & patienter & lætanter te habeas, & in via spiritus te ita exerceas, vt eius repleta feruore, etiam appetas pro amore Domini Iesu tribulari, qui in se & suis hanc viam excelsam tenuit, & monstrauit.

DE CHANANÆA

Quomodo Angeli nostri nobis fideliter seruiunt, notabilis discursus. Capitulum. 37.

Matt. 15. CVm Dominus Iesus laborans circuiret prædicando, & infirmos curando, accessit ad eum mulier Chananæa, id est de terra Chanaan, quę erat gentilium et non Iudęorum, rogans eum vt liberaret filiam suam, quæ a Dæmonio vexabatur, erat enim fidens in eo, qđ hoc facere posset. Et Domino non respondente, nihilominus instabat, & perseuerabat clamans, & petens ab eo misericordiam, intantum, vt discipuli pro ea rogarẽt. Cumq; Dominus responderet, non debere dare panem filiorum canibus, ipsa se humilians respondit, vt saltem more canis de micis posset habere, & sic meruit exaudiri. Conspice ergo Dominum et discipulos, et ipsum in prædictis, iuxta considerationem generalem quam dedi tibi supra. Nihilominus etiam considera virtutes huius mulieris, & eas ad totam tuam vtilitatem conuerte, quæ maxime tres fuerunt. Prima fuit fides magna, vt etiam vsq; ad filiam se extenderet, & de ipsa fuit commendata hæc a Domino. Secunda fuit orationis perseuerantia, & non solum perseuerans fuit, sed etiã impor

Tres præ cæteris in Chananæa virtutes fuere.

tuna, quam importunitatem etiam Dominus acceptat, & eam inuitat, vt in priori tractatu certe habuisti. Tertia fuit humilitas profunda. nam nec negauit se canem, nec dignã putauit se inter filios reputari, vel habere panem integrum, sed contenta fuit de micis accipere. Vnde valde se humiliauit, & iõ quod postulauit obtinuit. Sic & tu si corde integro, fideli & puro in oratione perseuerans, coram Deo tuo te humiliaueris, indignam te reputans omni bono suo, certissime credas, quod quicquid petiens, obtinebis. Et sicut Apostoli rogauerunt pro Chananæa, sic & Angelus tuus pro te rogabit, & offeret orationem tuam Domino. Super quo audi Bernardum dicentem. Suspiranti animæ meæ frequenter, immo sine intermissione oranti, & affectanti se pro desiderio, cum interdum desideratus ille, qui ita quæritur miseratus occurrit, puto illi de propria experientia conuenire, vt dicat cum Hieremia. Bonus es Domine sperãtibus in te, animæ quærenti te. Sed & Angelus eius qui vnus est de sodalibus spõsi, in hoc ipsum deputatus minister, profecto & arbiter, secretæ mutuæq; salutationis. Is (inquã) Angelus quomodo tripudiat, quomodo colletatur, & condelectatur, & cõuersus ad Dominũ dicit. Gratias ago tibi Domine maiestatis, quia desideriũ cordis eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius nõ fraudasti eum, ipse est qui in oĩ loco sedulus quidẽ pedisse quas animæ non cessat solicitare, & assiduis suggestionibus monere dicens; Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Et rursum; Expecta Dominũ, & custodi viam eius. Itẽ, si moram fecerit expecta eũ, quia veniens veniet & non tardabit. Ad Dominum autem; Sicut ceruus (inquit) desiderat ad fontes aquarũ, ita desiderat ista ad te Domine. Desiderauit te in nocte, sed & spiritus eius in præcordijs eius de mane vigilauit ad te. Et iterũ, tota die expãdit ad te manus suas. Dimitte illam quia clamat post te. Conuertere aliquantulum, & deprecabilis esto. Respice de cœlo & vide & visita desolatam. Fidelis paranymphus, qui mutui amoris conscius, sed non inuidus, non suam quærit sed Domini gloriam, discurrit medius inter dilectum & dilectam, vota offerens, dona referens, excitat illam, placat illum. Interdum quoq; (licet raro) repræsentat eos pariter sibi, siue hanc † recipiens, siue illud adducens. Siquidem domesticus est, & notus in palatio, nec veretur repulsam, & quotidie videt faciem patris. Hucusq; Bern. Vides quam fideliter Angeli nostri seruiunt nobis, ex quo autem ocurrit de ipsis aliqua loquendi materia. Scire te volo, ꝙ magnam erga eos reuerentiam habere debemus, & eos quotidie laudare, honorare, ac eis gratiarum actiones referre tenemur, & in eorum præsentia, q semper nobiscum adsunt, nihil illicitum, nihil turpe cogitare, dicere, vel operari debemus. De quo etiam a Beato Ber. monemur, qui sic dicit super Psalmum Qui habitat. Angelis suis mãdauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Quantam tibi debet hoc verbum inferre reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciam? Reuerentiam pro præsentia, deuotionem pro beneuolentia, fiduciam pro custodia. Caute ambula vbi adsunt Angeli, sicut eis mandatum est in omnib. vijs tuis. In quouis diuersorio, in quouis angulo Angelo tuo reuerentiam habe, nec tu audeas illo præsente, quod vidente me non auderes, & paulo post. Adsunt igitur tibi nõ tãtummodo tecũ, sed etiam pro te, adsunt vt protegãt, adsunt vt prosint. Quid retribues Dño pro omnib. quę tribuit tibi, siquidem ei soli honor & gloria. Quare ei soli? quia ipse mandauit, & omne datum optimum non nisi ab illo est. Veruntamen si ille mandauit ipsis quoq; q & ei ex tanta charitate obediunt, & nobis subueniũt in tanta necessitate, ingratos esse non licet? Simus ergo deuoti, simus gratitantis custodibus reuereamur eos; & honoremus eos quantum debemus. Hucusq; Bern.

Ser. 31. super Cant.

Tren. 3.

Psalm. 20.

Psal. 36.

Ibidem.

Abac. 2.

Psal. 41.

Psal. 87.

Matt. 15.

Psal. 89. & Idem. 79.

† Alias rapiens.

Quantam Angelis reuerentiam exhibere teneamur.

Ser. 12. super. Psal. Qui habitat.

Habes

Habes ergo in prædictis commendatum Angelorum obsequium, & adiutorium, & orationis virtutem. Hác tenere studeas, & illis omnem quam potes reuerentiam exhibe.

Qualiter aliqui ex verbis Domini scandalizati fuerunt. Cap. 38.

NOn mireris, si aliquando ex verbis & factis nostris scandala oriuntur, quantumcunq; fideliter & bene fiant, cum ipsi Domino, qui errare non poterat, pluries cõtigerit. Dum enim quadam vice Pharisęi Dominum interrogarent, quare discipuli non lauabant manus quando manducabant: Dominus dure re-
Matt. 15. spondit eis, increpans, ꝙ exteriorem munditiam, non in-
Mar. 7. teriorem quærebant, de quo illi scãdalizati sunt, sed Dominus non curauit. Alia vice cum spiritualia verba doceret in Synagoga, aliqui ex discipulis eius tanquam carnales, non intelligentes recesserunt, sed ad duodecim di-
Ioan. 6. scipulos ait. Nunquid & vos vultis abire? Et Petrus pro se & alijs respondit. Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Considera ergo eum in prædictis, & alijs similibus, quomodo cũ põtate loquebatur, & docebat veritatem, non curans de scandalo prauorum siue insipientium. Notãdum igitur primo, ꝙ pp alterius scandalum non debemus recedere a virtute iustitiæ. Secundo, ꝙ de interiori mũditia, magis quam de exteriori honestate curare debemus, quod etiã alibi expressius
Luc. 2. Dominus dixit, in Luc. 1. Tertio, ꝙ spiritualiter viuere debemus, ita ꝙ verba Domini non videantur nobis extranea, sicut illis discipulis, qui quãdo Christus dixit in
Ioan. 6. Ioan. Nisi manducaueritis carnem filij hominis &c. nõ poterant sustinere, sed recesserunt, sed potius cognoscamus ipsa esse verba vitę æternę, vt vna cum duodecim, ipsum imitemur perfecte.

De retributione relinquentium omnia. Capitulum 39.

CVm fidelis & prudens discipulus Simon Petrus, quæreret a Domino Iesu pro se & socijs, de retri-
Matt. 19. butione ipsorum. Respõdit Dominus inter alia, quòd omnes qui temporalia dimittentes ipsum sequerentur, centuplum accipient in hoc mundo, & vitam ęternam in futuro. Nota bene hanc retributionem, & gaude gaudio magno, & gratias, & laudes Domino referas toto affectu, quòd ad talem negociationem te adduxit, vt manualiter de vno centum lucreris, & nihilo minus etiam vitam æternam. Hoc aũt centuplum spiritualium non corporalium rerum est, videlicet consolationum internarum, & virtutum quas per experientias cognoscimus, non per doctrinam. Cum enim anima gustat odorem paupertatis, castitatis nitorem, & patientię cæterarumq; virtutum, & delectatur in eis, nonne centuplum recepisse videtur tibi? Et si vlterius ascendat, vt visitationem sponsi recipiat, & ad eius præsentiam glorietur, nonne tunc recipit plus quam millecuplum omniũ quęcunq; fuerint, & quomodocunq; fuerint, q̃ pro eo dimiserat? Vides quomodo verũ est quod loquitur veritas, nõ fallit quin centuplum reddat in hoc seculo, etiam non tantum semel sed pluries, & sæpe animę sibi deuotæ, adeo vt sic afficiat eam, vt non solum quæ reliquit, sed totum mundum arbitretur stercora vt spõsum suum lucrifacere possit. Vt aũt super hoc centuplo plenius instruaris, audi quid inde dicat Ber. Si forte adhuc secularis quispiam dicat. Ostende mihi centuplum qđ promittis, & libens vniuersa relinquo. Vt qd ostẽdam? Fides enim non habet meritum, cui humana ratio præbet experimẽtum. An homini ostendenti, potius quam veritatem crederes, promittenti? Deficis scrutans scrutinio. Nisi credideris, non intelliges. Manna absconditũ est, quod in Apoc. Ioannis, victori promittitur nomen
Apoc. 3. nouum, quod nemo nouit, nisi qui accipit. An non denique omnia possidet, cui omnia cooperantur in bonum? An non centuplum habet omnium, qui impletur Spiritu sancto, qui Christum habet in pectore? nisi quòd lõge plus, quam cẽtuplum est visitatio paracleti spiritus, et præsentia Christi? quã magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te, perficiẽs eis qui sperant in te. Vides quomodo memoriam abundantiæ suauitatis huius eructet anima sancta, exprimere gestiens verba multiplicet. Quam inquit magna multitudo, hoc est, cẽtuplum, adoptio filiorum, est libertas primitiæ, & spiritus delitiæ charitatis, gloria conscientiæ, regnum Dei quod intra nos est. Non vtiq; esca vel potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto, gaudium sane non modo in spe glorię, sed in tribulatio-
Luc. 12. nibus. Hic est ignis, quem voluit Christus vehementer accendi. Hæc virtus, quæ Andream fecit amplecti crucem, Laurentiũ deridere carnifices, Stephanum in morte pro lapidantibus flectere genua ad orationem. Hęc illa pax quã suis reliquit Christus, quando dedit & suã, siquidem donum, & pax est electus Dei. Pax vtique patris, & donum futuræ gloriæ. Illa superat omnem sensum, sed & huic quicquid sub sole placet, quicquid in mundo concupiscitur, non potest comparari. Hæc gratia deuotionis, & vnctio docens de omnibus, quam expertus nouit, inexpertus ignorat, quam nemo scit nisi qui accipit. Hucusq; Bern. Gaude ergo, & lætare vt dixi, & gratias age, quòd ad hoc centuplum recipiẽdum vocata es, & hunc paradisum sæpe ingredere, quem ex orationis studio consequi poteris.

Quid sit illud centuplũ, quod in hoc mũdo recipimus.

Super dictum Euãg. relin. omnia.

Qualiter Dominus quęsiuit a discipulis quid diceretur de eo. Cap. 40.

VEniens Dominus Iesus in partes Cęsareę Philip-
Mat. 16 pi, quæsiuit a discipulis, quid diceretur de ipso, & etiam quid inde ipsi sentirent, & de alijs. Quidam responderunt & dicebant. Alij &c. De se autem dixit Petrus pro se & alijs. Tu es Christus filius Dei viui. Et Dominus ad eum. Tu es Petrus, & super hanc &c. Et tunc dedit ei pro se, & successoribus suis claues ligandi, atq; soluendi super terram. Cõspice igitur eum & etiam ipsos, iuxta generalem formam superius tibi traditam. Et nota, ꝙ etiam hic habes, ꝙ Petrum quẽ ita magnificauerat, parum post vocauit Sathanam, eo ꝙ propter amorem carnalem, quem ipse Petrus habebat ad ipsum, dissuasit ei de passione sua, vt non fieret. Sic & tu Domini exẽplo, habeas omnes pro aduersarijs, qui pro corporali alleuiatione ab exercitio, & bono spirituali te trahere vellent.

De transfiguratione Domini in monte. Capitulum. 41.

ASsumens Dominus Iesus tres ex discipulis, ascen-
Matt. 17. dit in montem Thabor, & transfiguratus est ante eos, ostendens se eis gloriosum. Venerunt insuper Moyses, & Elias loquẽtes cum eo de passione sua futura. Dicebant autem. Domine non expedit vt moriaris, quia vna gutta sanguinis tui redimeret mundum.
Ioan. 10. Dominus autem Iesus dicebat. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus, sic & facere me oportet. Affuit ibi Spiritussanctus in specie nubis lucidæ, & vox patris facta est in nube dicens. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Discipuli vero ceciderunt in terram, & cum excitati sunt, non viderũt nisi dominum Iesum. Conspice igitur bene prędicta, & te præsentem exhibeas, quia magnifica sunt.

De

De eiectione ementium et vendentium de templo. Cap. 42.

Ioan. 2. DVabus vicibus eiecit Dominus Iesus ementes & vendentes de templo, quod inter eius magna mi-

Matt. 21. racula deputatur. Nam licet alias eum vilipenderent, tunc tamen omnes ante eum fugerunt. Et quamtuis essent multi, non se defenderunt, sed ipse solus cum quibusdã funiculis omnes eiecit: Et hoc ideo, quia terribilem se eis ostendit in facie. Accensus est.n. zelo vehementi (eo ꝙ pater suus sic inhonorabatur ab illis, maxime ĩ loco vbi magis honorari debebat) fecit ipsas eiectiones. Conspice bene ipsum, & compatere, quia ipse compassionis dolore plenus est. Ac nihilominus time. Nos.n. qui in templo Dei sumus, de speciali, & magna ipsius gratia deputati, si secularib' negotijs (vt illi faciebant) nos implicemus, cum ad laudem eius semper debeamus intendere, merito eiectionem ab eo, & indignationem ipsius timere possumus, & timemus. Si ergo nõ vis hoc timore vexari, nulla ratione vel cum secularib' cutis, vel negociatonibus te audeas implicare. Opera quoq; curiosa ne feceris, quæ tempus laudibus Dei debitum occupant, & pompis secularibus correspondẽt.

De probatica piscina. Item ne sis fratris iudex temerarius. Cap. 43.

Ioan. 5. ERat in Hierusalem quædam congregatio aquarum, in qua lauabantur oues, de quibus fiebant sacrificia. In ea dicitur fuisse lignum crucis. Quolibet autem anno, cum semel commouebatur ab Angelo, sanabatur aliquis infirmus, s. qui descendebat in aquam post eius ab Angelo motionem. Vnde multi propterea infirmi iuxta eam continue morabãtur. Erat autem ibi quidam infirmus, iacens in grabato paralyticus per triginta & octo annos. Hunc igitur Iesus quadã die sabbati sanauit. Conspice eum humiliter euntem ad infirmum, & loquentem more solito. In hoc igitur facto

Tria notãda pro nobis. tria nota. Primum quia sicut hic Dominus requisiuit infirmum, si vellet sanari, ita nobis sine nostro cõsensu salutem non dabit, & inexcusabiles sunt peccatores non consentientes voluntati Domini, & suæ saluti. Quia secundum Aug. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. Secundum cauere debemus, ne relabamur a Domino, quia si sanati a Domino recidiuamus, digne nostra ingratitudo acrius punietur, sicut huic dixit Dominus. Vade noli amplius peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Tertio, quia maligni de omnibus perdũt, sicut boni de omnibus lucrãtur. Nam cum hic liberatus portaret grabatum, & diceretur ei a Iudæis, ꝙ hoc non licebat in die sabbati, ipse respondit. Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, tolle grabatum tuum. Non dicebant, quis est ille qui te sanum fecit? Et sic accipiebant, quod possent reprehendere, non quod poterant laudare. Sic & carnales homines sæpe in malam iudicant partẽ, quę vident, & quasi de omnibus perdunt. Spiritualiter autẽ viuentes omnia referunt ad laudem Dei, siue sit prosperitas, siue sit aduersitas, & non dubitant, quin recte omnia fiant, Deo cuncta vel recte operãte, vel iuste permittente, & omnia in bonam partem interpretantur, iuxta doctrinam Beati Bernardi, qui sic ait. Caue alienę con-

Ser. 40. super Cant. quasi in fine ser. uersationis esse, aut curiosus explorator, aut temerarius iudex, etiam si perperam actum quid deprehendas, nec sic iudices proximum, magis autem excusa intentionẽ, si opera non potes, puta ignorantiam, puta subreptionem, puta casum. Quod si omnem dissimulationem rei certitudo recusat, suade nihilominus ipse tibi, & dicito apud temetipsum, vehemens fuit nimis tentatio. Quid de me illa fecisset, si in me accepisset similiter potestatẽ? Husq; Ber. Quod autem de omnibus lucrantur spirituales, etiam de suis & alienis peccatis & de rebus nociuis, & etiam de diaboli operibus, sic docet Bernar. Ir- Ser. 5. super Cant.

rationalis & brutalis spiritus, & si ad spiritualia nõ pertingat, ad ea tamen capescenda pro suo corporali temporaliq; obsequio, noscitur iuuare illos, qui omnem vsum rerum temporalium ad fructum transferunt æternum, vtentes hoc mundo tanquam nõ vtentes, & post, si qua animantia quantum ad vsum sui reperiantur incommoda, & si nociua, & si etiam perniciosa temporalium hominum constat esse saluti, non tamen deest eorum corporibus, vnde cooperentur in bonum, his, qui secundum propositum vocati sunt sancti, & si non cedendo in cibum, aut exhibendo ministerium, certe ingenium exercendo, iuxta eum, qui vtiq; omni vtenti ratione præsto est, communis disciplinæ profectum præbens, quo inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intelle- Rom. 2.

cta conspiciuntur. Nam et Diabolus eiusq; satellites cũ sit eorum semper maligna intentio, nocere quidem semper cupiunt, sed si boni æmulatores fueritis, absit vt obsint, magis autem prosunt, & nolentes cooperantur in bonum bonis. Est enim qui bonum operatur non volens, siue homo malus, siue Angelus malus, & constat non fieri propter eum, quod fit per eum, cum prodesse nullum bonum possit inuito. Igitur ei quidem dispensatio tantum credita est, sed nescio quomodo gratius iucundiusq; sentimus bonum, quod per malum dispensatorem ministratur. Ipsa est ergo causa cur, & per malos Deus faciat bona bonis, non aũt vt opera eorũ indigeat in bene faciendo. Item. Quid superbis terra & cinis? & Ser. 54. super Cant.

de Angelis transiuit Dominus, execrans eorum superbiam. Ergo repudiatio Angelorum, fiat emendatio hominum, scriptum est enim ad eorum correptionem. Co- Psalm. 57.

operetur mihi in bonum etiam Diaboli malum, & lauem manus meas in sanguine peccatoris. Qualiter (inquit) audi, Superbo certe Diabolo horrenda, & formidolosa maledictio intorquetur. Si sic est actum cũ eo, quid de me fiet terra, & cinere? Ille in cęlo tumuit, ego in sterquilinio. Quis nõ tolerabiliorem in diuite superbiam, quam in paupere dicat? Væ mihi, si iam dure in potente illo animaduersum est, quid de me exiguo, & misero, & superbo? Ber. loquẽs de sponsa Ecclesia. Quę Ser. 14. super Cant.

post multa peccata venit ad Dominum, nam de gentibus collecta quæ idola colebat, quid eidem de Synagoga improperabatur, si enim in suam vtilitatem eam torquet, dicens; Ipsa est cui plus dimissum est, & quæ plus Luc. 7.

diligit, quod æmula improperat ei ad conuitium, hoc sibi ipsa inflectit ad commodum. Inde mansuetior ad correptionem, inde patientior ad laborem, inde ardentior ad amorem, inde sagacior ad cautelam, inde humilior pro conscientia, inde acceptior pro verecundia, inde ad obediendum paratior, inde ad gratiarum actionẽ deuotior, ac solicitior. Hucusque Ber. Vide quomodo spiritualiter viuentes, omnia interpretantur in bonam partem, & de omnibus lucrum faciũt. Sis ergo spiritualis, & omnia tibi cedent in bonum. Et valet huiusmodi consideratio, etiam ad tolerantiam tribulationũ, & tentationum, & animi quietem, nam per huiusmodi continuum exercitium, ad tãtam tranquillitatem animi quis posset peruenire, ꝙ vix, & raro de aliqua re turbaretur, vel haberet locum in eo quod ait sapiens, Non contri- Prou. 12.

stabit iustum, quicquid ei acciderit.

Quomodo discipuli Christi vellebant spicas. Item de paupertate. Cap. 44

DIscipuli Domini Iesu quadam die sabbati esuriẽ Matt. 12.

tes, cum nec haberent vnde procurarẽt quod comederent, ibant per agros, in quibus erant segetes, & vellebant spicas, fricabant manibus & comedebant.

bát. Reprehendebantur autem a Pharisęis dicentibus, hoc non licere die sabbati. Dominus defendebat eos, & multa talia faciebat Dominus in die sabbati, vt dixi supra de habente manum aridam sanato. Tu autem discipulos intuere, & compatere eis in tanta necessitate constitutis, quamuis ipsi gaudentes hoc facerēt ob paupertatis amorem, quam ante omnes virtutes, & beatitudines commendauerat eis eorū magister, & Dominus. Quid tamen est cogitare principes mūdi præsente omnium cōditore, ad tam tenuem paupertatem reductos, vt tali pabulo, more animaliū oporteat sustētare? Aspiciebat eos Dominus, & compatiebatur eis, quia tenerrime diligebat eos, sed nihilominus gaudebat, & tā propter eos quos in hoc multum mereri sciebat, quā propter nos, quibus relinquebat exemplum. In hoc enim exemplo, ad multas virtutes proficere possumus, nā hic mirabiliter paupertas relucet, pompa mundi contemnenda ostenditur, sumptuositas, & saporosa ciborū pręparatio destruitur, & gulæ voracitas cum turpi sua vnctuositate, & īsaciabili appetitu totaliter eneruatur. Tu ergo hoc animaduerte, & tanto exemplo, totis visceribus eam amplectere, quę sic enicuit in Domino, & Domina matre sua, & præfatis mundi principibus, & omnibus qui eorum exemplum perfecte imitari voluerūt. Sed attende de qua paupertate intelligere debes. Scio enim, q̄ in monasterio constituta, paupertatem professa es, et nihil habere potes, de quo gratias age Deo tuo, & ipsam inuiolabiliter serua. Sed vlteri⁹ te ascēdere volo, quod tamen a professione non discrepet, quinimmo professio ipsa, sine hoc Itellecta verbalis esset, & vacua. Dico igitur de illa paupertate quæ radicatur in corde, virtutes enim in anima collocandæ sunt, non in exterioribus. Optime ergo professionem paupertatis imitaris, si corde consentias, nam si rerum penuriam exterius pateris, quia forte non abundas, vt sensualitas vellet, interius autē cupiditatem habeas, & plus quam necesse sit, deliberato animo appetas, nō viuis in paupertate, sed in egestate, quia non est hęc paupertas virtuosa, & meritoria, sed egestas laboriosa & demeritoria. Sufficit enim ad perdendum meritum, & ad omne peccatum perpetrandum concupiscentia cum consensu, & cum tali paupertate non credas te posse assurgere ad orationem, vel contemplationem, vel centupli consequi retributionē. Quando enim cor terrenarū cupiditatum pondere aggrauatum, sursum posset ascendere? & quando ipso luto & fece coinquinatum, & terrenum, & grossum effectum, ad Dei & cęlestium puritatem posset appropinquare? Igitur corde diligas paupertatem, pro matre assume illam, placeat tibi decor eius, delecteris in ea, nūquā ꝓ re aliqua ipsam lędere velis. Nihil habeas, & nihil omnino habere velis vltra necessitatem. Et si quæris que erit illa necessitas, Respōdebo, q̄ quanto intimius paupertatem dilexeris, tanto subtilius de necessitate iudicabis. Illa namq; necessaria sunt, sine quibus esse non possumus. Vide ergo ea, sine quibus esse commode potes, & illa nec habere, nec petere, nec procurare, nec a sponte dantibus recipere velis. Nec tamen Dominum Iesum perfecte in paupertate imitari poteris, quantuncunque restrinxeris, nec video q̄ nostra paupertas suæ possit equiparari, quantuncunq; sit a nobis totis conatibus obseruata. Et hoc tibi breuiter ostendu vna & pulchra ratione, omissis alijs quæ reddi possunt, scilicet qa Deus, & quia ditissimus, & Dominus omnium, & quia perfectissimus, & huiusmodi, sed eam rationem adduco, quia ipse non solum penuriam paupertatis, sed etiā eius opprobrium assumpsit. Nam nostra paupertas, qa voluntarie assumpta est, & pro amore Dei, virtuosa reputatur, & est, & ideo non opprobriosa, sed honorifica reputatur, etiam apud malos, ipsius vero non sic, nō enim cognoscebatur, & nesciebatur, q̄ voluntarie pauper esset, sed necessaria paupertas parit opprobrium, & contemptum. Cum ergo esset absq; domo, & possessionibus, & oī huiusmodi substantia, scientibus vniuersis magis habebatur contemptui, huiusmodi enim pauperes ab oībus conculcantur, & si sapientes sunt, nō creditur eis, si nobiles, nihilominus deridentur, & contemnuntur, immo qđ plus est, & nobilitas, & sapientia, & ꝓbitas, & omnis virtus in reputatione hoīum videtur in eis extincta, deijciuntur enim quasi ab oībus, vt nec amicitiæ antiquæ, nec sanguinis vincula prosunt eis, vt plurimum, cum oēs tales amicos, vel consanguineos habere recusent. Vides bene, quomodo nec eius paupertati æquiparari, nec eum imitari potes, in tam profundæ paupertatis, & humilitatis abiectione. Propterea non sunt contemnēdi pauperes mundi, qui ipsum Dominū repræsentant. Igitur desiderabilis est multum hæc virt⁹ paupertatis, & maxime a nobis qui eā promisimus. Ipsam itaque propterea oī reuerentia, & deuotione obseruare curato. Si vero ēt vis Bernar. audire, attende quid de ipsa loquitur. Imitemur quoad possumus eū, qui dilexit sic paupertatem, vt quamuis in manu eius essent fines terrę, tamen non habuit vbi caput suum reclinaret, ita vt discipulos adhærentes ei, legimus fame compulsos, spicas manibus contricasse, cum per sata transirent. Idem inquit. Cur ipse saluator cuius est aurum pariter & argentum, sacram in suo corpore dedicat paupertatem? Aut certe cur paupertas ipsa, tam solicite enarratur ab Angelo? Hoc (inquit) vobis signū, inuenietis infantem pannis inuolutum. In signum positi sunt panni tui Domine Iesu, sed in signum cui a multis vsq; hodie contradicitur. Exemplū dedit nobis, vt & nos ita faciamus. Vtilior siquidem in conflictu lorica ferrea, quā illa linea, licet oneri sit illa, hæc honori. Idē. Vere magna abusio, & nimis magna, vt diues velit esse vermicul⁹ vilis, propter quē Deus maiestatis, Dominus Sabbaoth voluit esse pauper. Idem. Non paupertas virtus reputatur, sed paupertatis amor. Amicitia pauperum, regum amicos constituit, amor paupertatis Reges. Regnum cęlorum deniq; pauperum est, Beatus qui post illa non abijt, quæ possessa onerāt, amata inquinant, amissa cruciant. Hucusq; Bernar. Habes igitur Apostolorū exemplo, & auctoritatibus Beati Bernar. prædictis, & alijs positis supra, de natiuitate Domini, & de sermone ipsi⁹ in monte, qualiter paupertatem, tanquam virtutem excellentissimam debes affectare. Sed de abstinentia, et cōtra gulositatem quid dicemus? quæ similiter in hoc exēplo relucet. Et quidem de istis virtutibus tractare, præter principale propositum est, maxime propter multiplicitatem auctoritatum, sed quia vtilitatem tuam considero, q in talibus nec experta es, nec apta doceri, nec ī quibus legas habeas libros, ideo studiose tibi scribo de ipsis, vt saltem per hunc modum innotescat tibi virtutum natura, in quibus carū magistrū, cuius vitā principaliter inquirimus, valeas imitari. Contra gulam igitur scire debes, multum esse insistendum, & bellum continuum esse, sed omnino vitandam. Multum quidem sancti patres, & qui spiritualibus exercitijs dediti fuerunt, in hoc studuerunt. Cōtra quam audi quid dicat Bern. Vnde hæc tanta pusillanimitas, & abiectio tam miserabilis, vt egregia natura, capax æternæ beatitudinis & glorię magni Dei, vtpote cuius sit inspiratione condita, similitudine insignita, cruore redempta, fide dotata, spiritu adoptata, miserā non erubescat, sub putredine hac corpoream sensuum gerere seruitutem. Merito plane, nec eos quidem apprehendere potest, quæ talē deferēs sponsum, tales sequitur amatores. Insanus siquidem labor pascere sterilem, q̄ nō parit, & viduę benefacere nolle, omittere curā cordis, & curam carnis, agere in desiderio, impinguare cadauer putridū, qđ paulo post vermiū esca futurū, nullaten⁹ dubitaī. Hucusque Bern. Habes

igitur

Quomodo paupertatem asse qui teneat Virgo in monasterio professa.

Nota quomodo attēdi debeat necessitas profitenti paupertatem.

Nota omnia.

Ser. 4. de Aduen.

Ser. 4. de Nat. Dot.

Luc. 2.

Ser. 3. de Resur.

In Epi. ad ducē Corradum.

Ser. ad clericos c. 13.

igitur quomodo vitanda est gulositas, sed condescendere possumus corpori ad necessitatem suam, & sanitatẽ. Vnde idem Bern. sic dicit.

In ser. de trip. bono.

Sunt autem omnia bona corporis, & quæ ei solummodo debeamus, sanitas. Nihil autem vltra ei dandum est, nihil quærendum, sed hoc termino obligandum, & firmandum est, cum fructus eius nul lus sit, & mors sit finis illius. Quod si voluptati seruitur, non sanitati, hoc de natura non est, sed sub natura, quæ morti manus dat, cum magistram cõstituit voluptatem. Inde etiam est, quod multi ad tam bestiales impetus descenderunt, vel (vt dicam verius) cæciderunt, voluptatem præferant sanitati, vel illis epulis sæpissime voluptentur, quas sciũt difficiles, & acutissimas subsequi passiones. Sicut autem corporis necessitas est sanitas, ita cordis necessitas est puritas, quo turbato oculo non videbitur Deus, & cor humanum ad hoc factum est, vt suum videat creatorem. Si vero sanitati corporis solicita est prouidenda custodia, puritati cordis tãto est solicitior impendenda, quanto pars ista dignior illa conuincitur.

Ser. 66. super Can.

Idem. Suspitionem generat mihi obseruatio ista ciborum, verumtamen si de regula medicorũ hoc profers nobis, non reprehendimus curam carnis, quam nemo vnquam odio habuit. Hucusq; Ber. Hoc tamen faciendum non est superstitiose, vel nimis curiosè, vel vltra, quã expediat. Vnde quando non habemus actu impedimentum corporale, propter quod appetamus vel fugiamus ciborum obseruantiam, illam tenere ac physice viuere non debemus.

Ser. 30. super Can.

Vnde idem Bern. Vides ne sententia magisti mei carnis sapientiam cõdemnari, per quam vtiq; aut in luxum voluptas dissoluitur, aut ipsa quoque valetudo corporis, vltra quam oportet appetitur. Et post. Quid vero prodest tẽperare a voluptatibus, & in inuestigandis diuersitatib. complexionum, ciborumq; varietatibus exquirendis quotidianã expẽdere curam? Legumina (inquit) ventosa sunt, caseus stomachum grauat, lac capiti nocet, potum aquæ non sustinet pectus, caules nutriunt melancoliam, coleram autem pori accendũt, pisces de stagno, aut de lutosa aqua meæ penitus complexioni non congruunt. Quale est hoc vt in tot fluuijs, agris, hortis, cellarijs ve, reperiri vix possit quod comedas? puto te quæso monachum esse non mendicum, nec de cõplexione indicandum, sed de professione. Parce obsecro primũ quieti tuæ, parce deinde labori ministrãtium, parce grauamini domus, parce conscientiæ, conscientiæ dico, non tuę, sed alterius, illius videlicet qui propè te sedens, & edens quod sibi apponitur, de tuo singulari ieiunio murmurat, scandalum quippe ei est, aut tua odiosa superstitio, aut duritia quã forte putat illius qui tibi habet prouidere.

1. Tim. 5.

Frustra quidem sibi blandiuntur de exemplo Pauli hortantis discipulum nõ bibere aquam, sed modico vti vino propter stomachum, & frequentes suas infirmitates, quia attendere debent primum quidem Apostolum minime sibi ipsi rem istiusmodi suadere, sed neq; discipulũ æque expetere sibi. Deinde non monacho hoc intimari, sed Episcopo, cuius vita teneræ, & adhuc nascenti Ecclesiæ pnecessaria esset. Timor hic erat. Da mihi alterum Timotheum, & ciba etiam si vis auro, & pota balsamo. Cæterum tu tibimetipsi dispensas misertus tui. Suspecta est mihi fateor tuæ ipsius vitæ dispensatio, & vereor tibi illudi sub regmine, & nomine discretionis a carnis prudẽtia. Id te saltem volo esse admonitum, vt si tibi auctoritas Apostoli placet de bibendo vino modico, quod ille adiunxit non prætermittas. Hucusq; Bern. Habes igitur ex prædictis auctoritatibus, sanitati corporis posse intendi, sed a superstitiosa obseruatione ciborum cauẽdum. Sed quid de abstinentia? Audi non me, sed Berna. eundem, qui sic dicit.

Ser. 3. de Ascen.

Non enim spiritus, & caro, ignis, & tepiditas in vno domicilio commorantur, præsertim cum tepiditas ipsi Domino soleat vomitũ prouocare. Si. n. Apostoli carni adhuc dñicæ adherentes, quæ sola sancta, quia sanctos sanctorum erat, Spiritusancto repleri requiuerũt, donec tolleretur ab eis, tu carni tuæ quæ sordida est, & diuersarum spurcitiarum fantasijs repleta, astrictus & cõglutinatus illum meracissimum Spiritum te posse putas suscipere, nisi istis carnalibus consolationibus funditus renunciare tentaueris? Reuera cũ incœperis, tristitia implebit cor tuum: sed si perseueraueris, tristitia cõuertetur in gaudium. Tunc enim purgabitur affectus, volũtas renouabitur, vel noua creabitur, vt omnia quæ prius difficilia, immo impossibilia videbantur, cum multa percurrantur dulcedine, & auiditate.

Ser. 66 super Can.

Item. Non redarguimus Paulũ, quod castigat corpus suum, & in seruitutẽ redigit, abstinendo à vino, quia in vino luxuria est, aut si modico infirmus vtatur, iuxta consilium Apostoli, abstinebo a carnibus, ne dum nimis nutriam carnem, simul & carnis nutriam vitia.

1. Cor. 9.
Eph. 5.

Panem ipsum cum mensura, studebo sumere, ne onerato ventre stare ad orãdum tædeat, & ne improperet etiam mihi Propheta, quod panem meum comederim in saturitate.

Hier. 44.

Sed nec simplici quidẽ aqua ingurgitare me assuescam, ne distẽsio sanè ventris vsq; ad titillationem pertingat libidinis.

In Epi. ad Rober.

Idem. Vinum & similia, mulsum, & pinguia, corpori millitant, non spiritui, frixuris non anima saginatur, sed caro. Piper, zinziber, ciminum, saluia, & mille huiusmodi species salsamentorum, palatum quidem delectant, sed libidinem accendunt, prudenter sobrieq; conuersanti, satis est ad omnem condimentum sal cum pane, & fame, qua sola non expectata necesse est alias atq; alias, de nescio quibus succis extraneis confici permixtiones, quæ videlicet palatum reparent, gulam prouocent, & excitent appetitum.

In Epi. ad fra. de mõte Dei.

Idem. Vbi cœperit spiritus reformari ad imaginem conditoris sui, mox etiam reflorescens caro, ex voluntate sua incipit ad reformationem spiritus reformari: nam etiã ad sensum suum incipit eam delectare, quicquid delectat spiritum. Insuper & pro multiplici defectu suo, ex pœna peccati multipliciter sitiens ad Deum, nõnunquam etiam contendit præcedere rectorem suũ. Delectationes. n. non perdimus, sed mutamus à corpore ad animã, à sensibus ad conscientiam. Panis furfureus, & simplex aqua, olera vel legumina simplicia, nequaquam res delectabiles sunt, sed in amore, & æternæ delectationis desiderio ventri bene morigerato, gratanter ex his satisfacere posse, notũ est. Valde delectabile est, quod millia pauperũ ex his, vel ex aliquo horum delectabiliter satisfaciunt naturę. Facillimũ quippe, & delectabile esset, adiuncto Dei amoris condimento, sẽm naturam viuere, si insania nos viuere permitteret, qua sanata, statim arriderent naturalibus natura. Eodẽ mõ & de labore rusticus duros hẽt neruos, fortes lacertos: exercitatio hęc facit, si in ea cum tpe inolescit, voluntas facit vsum, vsus exercitiũ, exercitiũ in oĩ labore vires subministrat. Hucusq; Bern. ex his auctoritatib. cõstat apertè, abstinentiã plurimũ cõmendabilẽ oĩno esse faciendam. Eam nãq; tam antiqui patres quã B. Franc. ac ducissa tua B. Clara, vt in eorum vita arctissimè seruauerunt.

In trib. casib. temperãda est abstinẽtia.

Videtur tamẽ secundũ eundẽ Bern. in trib. casib. abstinentia temperãda. Primus cũ fieret cõtra voluntatẽ prælati, hoc. n. nullo modo fieri debet. Secundus quãdo fieret cum notabili scandalo sociorũ, magis. n. confert ad exercitiũ spirituale ex charitate vti vita communi, quàm ex scandalo fratris, supra vitam communem spiritualem abstinentiam exhibere. Tertius casus est, quãdo fieret vltra corporis possibilitatẽ, nam indiscreta abstinentia, non virtutis, sed vitij esse perhibetur.

Ser. 19. super Can.

Vnde de his sic dicit Bern. Non vultis esse contenti communi vita, non sufficit vobis regulare ieiunium, non solennes vigiliæ, non imposita disciplina, non mensura quam vobis partimur in vestimentis, vel

alimentis, priuata præfertis cõibus. Qui vestri curam semel nobis credidistis, quid rursum de vobis nos intromittitis? Nam illam, qua toties Dominum conscientijs vestris testibus offendistis, propriam, s. voluntatem vestram, ecce nunc iterum magistram habetis, non me. Illa vos naturæ docet non parcere, rationi acquiescere, non obtemperare sanctorum consilio vel exemplo, nõ obedire nobis.

2.Cor.11.

An nescitis, quia Angelus Sathanæ multoties transfigurat se in angelum lucis? Sapientia est Deus, & vult se amari, non solum dulciter, sed sapienter.

Rom.12.

Vnde Apost. Rationabile (inquit) sit obsequium vestrum. Alioquin facillime zelo tuo spiritus illudet erroris, si scientiam negligas, nec habet callidus hostis machinamentum efficacius ad tollendam de corde dile-

Ser.33.super Can.

ctionem, quam si efficere possit vt incaute, & non cum ratione ambuletur. Idem. Videas proh pudor, illos importune superflua quæritare, qui prius necessaria obstinatissime recusabant, quamquam si qui in sua forte inuicti obstinatione perdurant, indiscretius abstinentes, & singularitate notabili conturbantes eos, cum quibus habitare debent vnius moris in domo, haud scio sane an se æstiment pietatem retinere, cum huiusmodi mihi videãtur & longius abiecisse. Nam sapientes qui in oculis suis decreuerũt, apud se, nec consiliu acquiescere, nec præcepto, videant quid respondeant, non mihi, sed dicenti,

1.Reg.15.

quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere. Præmiserat autem, quia melior est obediẽtia, quam victima, & auscultare magis quam offerre adipem arietum. i. abstinentiã contumacium.

Ser.64.super Can.

Idem. Quid illud ꝙ nos quoque toties in domo ista & tam grauiter inquietat, notabilem loquor quorundam qui inter nos sunt superstitiosamq; abstinẽtiam, ex qua se omnibus sibiq; omnes molestos reddunt, quomodo non hęc ipsa discordia tam generalis, & suæ illius conscientiæ dissipatio est, & ꝙ in ipso est grandis vineæ huius, quam plantauit dextera Do-

Mate.26.

mini, nostræ. s. omnium vnanimitatis demolitio. Vę homini per quem scandalum venit. Qui scandalizauerit (inquit) vnum de his pusillis, durũ est ꝙ sequitur, quanto duriora meretur, qui tantam, & tam sanctam multitudinem scandalizat? Durissimum prorsus iudiciũ portabit, quicunq; est ille.

Ser.3. de circunc.

Idẽ. Illis qui ad deuotionis gratiã perueniunt, vnum dicitur restare periculum, & omnino timendum eis a dęmonio meridiano. Ipse.n. Sathanas

2.Cor.11.

transfigurat se in Angelum lucis. Hoc est ergo timendum ei, qui tanta dilectione omnia facit, ne dum sequitur affectionem, corpus destruat per immoderatam exercitationem, ac inde necesse habeat nõ sine magno spiritualis exercitij detrimento, circa debilitatis curam corporis occupari. Ergo ne incurrat, qui currit, illuminari necesse est lumine discretionis, quæ vtiq; ma-

Discretio cõsummatio perfectionis virtutumque mater est.

ter est virtutum, & consummatio perfectionis. Hæc nimirum docet, ne quid nimis, vel minus fiat, atq; hęc est octaua dies in quo circũciditur puer, quia discretio vera circuncidit vt nec plus, nec minus fiat, nam & qui nimius est, fructum boni operis abscindit nõ circuncidit, sicut qui tepidus est, minus facit. In hac igitur Die nomen imponitur, & nomen salutis, nec de eo qui sic conuersatur, dubitem dicere, ꝙ suam ipsius salutem operetur. Vsque ad hunc.n. diem dicere possunt Angeli, qui nouerunt secreta cœlestia, sed ego nunc primum ei fiducialiter nomen salutis impono. At vero, quia oĩno rara ista auis est in terris, huius discretionis locũ, io vobis fratres, suppleat virtus obedientiæ, vt nec plus, vel mi-

In Epi. ad fratres de mõte Dei circa medium.

nus, vel aliter quam imperatum sit faciatis. Idem. Sunt corporis exercitia in quibus necesse est corpus laborare: sicut sunt vigilię & huiusmodi, quæ quidem spiritualia non impediunt, sed adiuuãt, si cum r̃one & discretione fiant. Quę si ex in discretionis vitio sic agãtur, vt deficiente spiritu, vel languente corpore spiritualia impediantur, qui sic est, corpori suo tulit bonum effectum, spiritui affectum, proximo exemplum, Deo honorem, sacrilegus est, & omnium horum in Deum reus, non ꝙ secundum sensum Apostoli non videatur etiam humanum hoc, & non deceat, & non iustum sit caput aliquando dolere in seruitio Dei, ꝙ olim sæpe vsq; ad dolorem laborauit in vanitate sęculi, esurire ventrem vsq; ad rugitũ, qui sępe repletus est vsq; ad vomitũ, sed modus in omnibus est habendus. Affligendum est corpus aliquando, sed non conterendum. Nam etiam corpora-

1.Tim.4.

lis exercitatio ad modicum quidem valet, & pietas ad omnia vtilis est, propter ꝙ modicum hoc est, non in cõcupiscentijs, sed tamen cura est carnis agenda, agenda vero est sobrie, & cũ quadã spirituali disciplina, vt neq; in modo, neq; in qualitate eius, neq; in quantitate appareat aliquid, ꝙ non deceat seruum Dei. Hucusq; Bern. Sed vt virtus discretionis tibi melius innotescat, audi breuiter quid de ipsius commẽdatione dicat idem Ber.

Ser.23.super Can.

Virtus siquidem discretionis absq; feruore charitatis iacet, & feruor vehemẽs absq; temperamento pręcipitat.

Ser.43.super Can.

Ideoq; laudabilis cui neutrũ deest, quatenus vt feruor discretionẽ erigat, & discretio feruorẽ regat. Idem: Di-

Psal.118.

scretio quidem virtuti ordinem ponit, ordo modũ tribuit, & decorem etiã, & perpetuitatem. Deniq; ait. Ordinatione tua perseuerat dies, diem virtutem appellans.

Discretio qui.

Est igitur discretio non tam virtus quam quædam moderatrix, & auriga virtutum, ordinatrixq; affectuum, & morum doctrix. Tolle hanc, & virtus vitiũ erit, ipsaq; affectio naturalis, in perturbationẽ magis conuertetur, exterminiumq; naturæ. Hucusq; Bern. Habuisti igitur ex prædictis, quomodo in hoc discipulorum exemplo destruitur superfluitas, & gulositas. Sed quomodo põpa mundi etiam destruatur nondum tibi dixi, ꝙ tamen prosequi non intendo, sed nec ex toto omittere, sed hoc dicere sufficere puto ad præsens: ꝙ hoc exemplo renouata videtur primæ ętatis beata, simplicitas, in qua erãt homines contenti fructibus arborum, & radicibus herbarum, & simplici aqua. Si igitur sic hodie fieret, non indigeremus molendinis, nec clibanis, nec vtensilibus, & apparatu rerum, nec suppellectili varia & pomposa, in quibus humanum genus est inextricabiliter intricatum.

FERIA QVINTA.

De ministerio Marthæ & Marię. Item de ordine contemplationis. & quod duas habet partes. Cap. 45.

Luc.10.

CVm quadam vice Dñs Iesus iret Bethaniã ad domum Marthę & Marię, ipsæ toto affectu diligẽtes eum, reuerenter ac multũ alacriter susceperunt eũdem. Et Martha quidem soror Marię se incontinenti parauit, ad refectionem honorabilẽ ei, & discipulis procurandam: Maria vero ad pedes Domini se posuit. Et cum Dominus nolens existere ociosus, more suo loqueretur verba vitæ ęternę, ipsa oculis, & aurib. in eum intenta, iucundabatur in verbis suis, vltra quam dici possit, nec quicquam aliud cogitabat. Martha vero moleste hoc tulit, & eam cõpelli a Dño ad laborandum secũ in ministerio postulauit, sed contrariam sñiam reportauit, & Mariam optimam partem elegisse audiuit. Maria vero quæ verbis Dei quiescebat, ad clamorem sororis, quasi a somno euigilans, de quiete sua timuit, & facie inclinata in terram siluit. Sed post Dñi responsionẽ securius, & iucundius sedit. Deinde parata refectione, & Dño cessante loqui, continuo surgit, aquam manib. eius parat, & deinceps eidem semper assistens, fidelissime seruit. Conspice bene Dominum ingredientem,

& illas

& illas ipsum lætissime suscipientes, & deinceps alia in prædictis eorum actibus, quia pulcherrima sunt. Scire autem debes, quòd per istas duas sorores, dicunt sancti duplicem vitam intelligi, s. actiuam, & cõtemplatiuam. De quibus tractare longa materia est. Sed quia tibi expedire credo, non longum tractatum habere, tamen tibi aliqua inde scribam, tum quia beatus Bern. in diuersis locis ipsum copiosissime tractat, tũ quia vtilissimus, spiritualissimus, ac valde necessarius est. Nam secundũ prædictam duplicem vitam continue viuimus, & qualiter nos viuere oportet ignoramus frequenter, quod est magnum periculum, & iactura non leuis, præcipue religiosam vitam gerentibus. Est igitur vita actiua quæ designatur per Martham. Sed actiuæ vitæ sicut ex dictis

Vita actiua habet duas partes. Ber. colligere possum, duæ sunt partes. Prima pars qua quis se exercet ad suam principaliter vtilitatem corrigendo se, emẽdando a vitijs, & informando virtutib. Et id idem secundario fit ad vtilitatem etiam proximi per opera iustitiæ, & obsequia pietatis, & charitatis. Secunda pars eius est, quomodo quis principaliter suum exercitium confert in vtilitatem proximi, quamuis ad suum etiam maius meritum vt alios regendo, docendo; & adiuuando in animarum salutem, vt faciunt prælati, & prædicatores, & huiusmodi, & inter has duas partes vitæ actiuæ est vita contemplatiua, vt iste sit ordo, q̃ primo quis se exerceat, & laboret in oratione, & sacrarum studio literarum, & alij operib. bonis, & obsequijs in conuersatione, quasi corrigendo se a vitijs, & acquirendo virtutes. Secundo quiescat in contemplatione; solitudinem mentis quærens, & soli Deo vacans toto posse. Tertio per prædicta duo exercitia, virtutibus, & vera sapientia imbutus & illuminatus, & feruidus effectus, ad aliorum salutem intendat. Primo igitur (vt tetigi) oportet, quod in prima actiuæ parte, mens expurgetur, deputetur, & roboretur per exercitia virtutum, deinde in contemplatiua informetur, illuminetur, & instruatur, postea confidenter potest ad aliorum profectus exire, vt eos possit adiuuare. Quod autem iste sit ordo rectus, istis auctoritatibus probatur, & primo, q̃ prima pars actiuæ præcedat contemplatiuam.

Actiua pręcedit contemplatiuam. Cap. 46.

Ser. 5. de assum. Vir. DIcit enim Ber. Intrauit Iesus in castellum: hæ duæ sorores Martha & Maria, id est operatio & intellectus exceperũt illum. Iesus autem cum ad illas venit, duo confert congruentia singulis, virtutem, & sapientiam: virtutem operationi, sapientiam intellectui. Vnde

1. Cor. 1. & ab Apostolis prædicatur Dei virtus, & Dei sapiẽtia. Sed quid est quod intrantem eum Martha excipit, discurrit, & ministrat? Maria vero secus pedes sedens ingressi, in eius verbum cor suspendit, nisi quia prius est actio, postea vero contemplatio? Quisquis. n. ad intelligentiá peruenire desiderat, profectò necesse est, vt prius per opera bona se diligenter exerceat, sicut scriptũ est.

Eccles. 1. Fili concupiscens sapientiã, conserua iustitiam, & Deus

Psal. 118. præbebit illam tibi. Et alibi. A mandatis tuis intellexi,

Act. 15. & fide purgans corda eorum. Qua fide? Fide per dile-

Ser. 46. super Can. ctionem operante. Idẽ, En forte appetis & ipse contemplationis quietem, & bene facis, tantum ne obliuiscaris flores, quib. lectulum sponsæ legis sparsum. Ergo cura & tu tuum similiter circundare bonorum florib. operum, virtutum exercitio, tanquam flore fructũ sanctũ ocium præuenire, alioquin delicato satis ocio dormitare voles, si non exercitatus quiescere appetas, & Lyę fęcunditate neglecta, solis cupias Rachel amplexib. oblectari. Sed & præposterus ordo est ante meritum exige-

2. The. 3. re premium, & ante laborem sumere cibum, cum dicat

Psal. 118. Apostolus. Qui non laborat, non manducet. A mandatis tuis intellexi (inquit) vt scias nisi propter obedientię mandatorum contemplationis gustum penitus nemini deberi. Non igitur putes de proprio amore quietis, sanctę obedientiæ actib. seniorumve traditionibus præiudicium nullatenus faciendum. Alioquin nõ dormiet tecum sponsus in lectulo tuo. Illo præsertim quem tibi pro obedientiæ florib. cicutis ac vrticis inobedientię aspersisti, propter quod non exaudiet orationes tuas, vocatusq; non veniet. Nec. n. dabit inobedienti copiam sui tantus obedientiæ amator, qui mori quam non obedire maluerũt. Sed neque approbat tuę contemplationis inane ocium, qui dicit per prophetam. Laboraui sustinens, signans tempus quo exul cęlo, & patria summæ Hier. 6. quietis, operatus est salutem in medio terræ: & paulo post. Miror valde impudentiam aliquorum, qui inter nos sunt, & qui cum omnes nos sua singularitate turbauerint, sua impatientia irritauerint, sua inobedientia coinquinauerint, audent nihilominus ad tam fœdum cõcupiscẽtię suæ lectulũ, omni orationũ instãtia totius Isa. 1. puritatis Dominũ inuocare. At cũ extenderitis (ait) manus vestras, ante oculos meos, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Quid. n. lectulus non est floridus, magis autem & putridus est, & tu illic regem gloriæ trahis? Ad pausandum hoc facis, an ad causandum? pergis ergo tu tota Die expãdere ad Deũ tuum manus tuas, qui fratres tota die molestas, vnanimiter impugnas, ab vnitate te separas? Et qd vis me facere, inquit? profectò vt primo quidẽ emendes conscientiam ab omni iniquitate irę, & discrepationis, & murmuris, & liuoris, & quicquid omnino aduersari cognoscitur, aut pacĩ fratrum, aut obedientię seniorum, de cordis habitaculo eliminare festines. Deinde etiam circundare tibi flores bonorum quoruncunq; actuum, & laudabilium studiorum, atq; odoramenta virtutum, id est quęcunq; sunt vera, quęcunque iusta, quęcunque sancta, quęcunque amabilia, quęcunq; bonę famę, si qua virtus, si qua laus disciplinę. Hæc cogitare, in his te exercere curato. Ad istiusmodi secure vocabis sponsum, quoniam cum introduxeris eum, veraciter dicere poteris, & tu quia lectulus noster floridus, redolente nimirum conscientia pietatẽ, sed pacem, sed mansuetudinem, sed iustitiam, sed obedientiam, sed hilaritatem, sed humilitatem. Hęc Ber. Ex prædictis apparet, quomodo pars actiuæ quam vocauit primam, pręcedit contemplatiuam.

De oratione, Item septem quę pręcedunt bonum doctorem. Cap. 47.

SEquitur videre, qualiter contemplatiua pręcedit actiuam in secunda parte ipsius, & sic contemplatiua stat in medio inter ipsas duas partes actiuæ. Dicit igitur Bern. Sane cauendum est, aut dare q̃ nobis accepimus, aut quod erogandum accepimus retinere. Rẽ ꝓfectò Chri retines tibi, si (verbi causa) plenus virtutibus cũ sis, fortisq; nihilominus donis scientię, & eloquẽtię adornatus, metu forte, aut segnitie, aut min' discreta humilitate verbum bonũ q̃ posset prodesse multis, inutili, immo dãnabili ligas silẽtio, certe maledictus, q̃ frumenta abscondis in populis. Rursum q̃ tuum est spargis, & perdis si priusquam infundaris, tu totus semiplenus festinas effundere contra legem arans in primogenito bouis, & ouis primogenitum tondens. Nimirũ vita, atque salute, quam alteri das, te fraudas, dum sana vacuus intentione, gloriæ inanis ventu inflaris, aut terrenę cupiditatis veneno inficeris, & lętali apostemate turgens interis. Quamobrem si sapis, concham te exhibebis, & non canalem. Hic siquidem pene simul recipit, & refundit, illa vero donec impleatur expectat, & sic quod superabundat, sine suo damno communicat, sciens maledictum, qui partem suam fecit

deteriorem. Et infra. Cæterum tu frater, cui firma latis propria salus nódum est, cui charitas adhuc aut nulla est, aut adeo tenera, aut arundinea, quod omni flatui cedat, omni credat spiritui, omni circumferatur doctrinæ veoto, immo cui tanta est charitas, & vltra mandatum, quidem diligas proximum tuum plus quam teipsum, & rursum tantilla, vt contra mandatum fauore liquescat, pauore deficiat, perturbetur tristitia, auaritia contrahatur, protrahatur suspitione, ambitionibus inquietetur, conuitijs exagitetur, curis euisceretur, honoribus tumeat, liuore tabescat, tu (inquam) in proprijs teipsum sentiens, quanam dementia quæso, aliena curare,
2.Cor.8. aut ambis aut acquiescis? Sed audi quid consulat can-
Eccl.7. ta, vigilq; charitas. Non vt alijs (inquit) sit remissio, vo-
Rom. 13. bis autem tribulatio, sed ex æqualitate. Noli nimiũ esse iustus. Sufficit vt diligas proximum tuum tanquam teipsum: hoc quippe est ex æqualitate. Implere prius, &
Prou.3. sic curato effundere. Benigna prudensq; charitas afflue-
Hebr. 2. re consueuit, non effluere. Fili mi ne pereffluas, ait Salamon. Et Apostolus. Propterea (inquit) debemus intendere his quę dicũtur, ne forte pereffluamus. Quid enim tunc Paulo sanctior? sapientior Salomone? sed iam audire quæ & quanta saluti propriæ sunt necessaria, quæ & quanta infundi oporteat, priusquam effundere præsumamus, accedit medicus ad vulneratum, spiritus ad animã. Quã .n. non reperiat gladio Diaboli vulneratã? quid ei primo opus est? Reuera vt tumor, vel vlcus qđ forte supercreuit in vulnere & pōt impedire sanitatẽ, ante oĩa amputetur, abscindatur itaq; ferro acuto compunctionis vlcus inueterarę consuetudinis. Sed est acerbus dolor. Leniatur proinde vnguento deuotionis, qđ nõ est aliud, nisi cõcepta de spe indulgentiæ exultatio. Hanc continenti parit facultas, ex victoria de peccato.
Psal. 155. Iam gratias agit, & dicit. Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Deinde apponitur medicamẽtum pęnitentiæ, malagma ieiuniorum, vigiliarum, orationum, & si qua sunt alia pęnitentium exercitia. In labore cibandus est cibo boni operis ne deficiat. Quod
Ioan.4. opus sit cibus, inde doceris. Meus (inquit) cibus est, vt faciam voluntatem patris mei. Itaque comitentur pę-
Tob.4. nitentiæ labores pietatis opera, quę confortant. Magnã (ait) fiduciam præstat apud altissimum eleemosyna. Cibus sitim excitat, potandus est. Accedat cibo boni operis, orationis potus, componens in stomacho conscientię q̃ bene gestum est, & commendans Deo. Orando bibitur vinum lætificans cor hominis, vinum spiritus quod inebriat, & carnalium voluptatum infundit obliuionem, humectat interiora arentis conscientiæ, escas bonorum actuum dirigit, & deducit per quædam animæ membra fidem roborans, spem confortans, vegetãs ordinansq; charitatem, & impinguans mores. Sumpto cibo, potuque, quid restat, nisi vt pauset ægrotus, & quieti cõtemplationis post sudorem actionis incũbat?
1.Cor.13 Dormiens in contemplatione, somniat Dominum per speculum, si quidem in ænigmate, non autem facie ad faciem interim intuetur. Cum sic non tam spectati quã coniecturati idque raptim, & quasi sub quodam coruscamine scintillæ transeuntis tenuiter vix attacti inardescit amore, ait. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritus meus in præcordijs meis. Talis amor zelat, hic decet amicum, vel amorem sponsi. Hinc necesse est,
Math.24 quod ardeat fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suã, hic replet, hic feruet, hic ebullit, hic iam securus effundit exundans, & erumpẽs
2.Cor.12. & dicens. Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? prædicet, fructificet, innouet signa, & immutet mirabilia. Non est quo se immisceat vanitas, vbi totum occupat charitas. Siquidem plenitudo legis & cordis est charitas, si tamen plena.

Deus denique charitas est. & nihil est in rebus quod possit replere creaturam factam ad imaginem Dei, nisi charitas Deus, qui solus maior est illa. Eam nondum adeptus, periculosissime promouetur, quantumlibet videatur alijs pollere virtutibus. Si habuerit omnem sciẽ- 1.Cor. 13.
tiam: si dederit omnẽ substantiam suam pauperibus, si tradiderit corpus suum, ita vt ardeat, absque charitate, vacuus est: ait Pau. En quanta prius infundenda sunt, vt effundere audeamus. Primò quidem compunctio. Secundo deuotio. Tertio pęnitentiæ labor. Quartò pietatis opus. Quinto orationis studium. Sexto contemplationis ocium. Septimo plenitudo dilectionis. Hæc omnia operatur vnus, atque idem spiritus secundum operationem, quæ infusio appellatur, quatenus illa, quę effusio dicta est, pure, & ob hoc tute iam administretur,
ad laudem & gloriam Domini nostri Iesu Christi. Itẽ. Ser.57. su-
Hęc siquidem vera, & casta contemplatio habet, vt mẽ- per Cant.
tem quam diuino igne vehementer succenderit, tanto interdum repleat zelo, & desiderio acquirendi Domino, qui eum similiter diligat, vt ocium contemplationis pro studio prædicationis libentissime intermittat. Et rursum potita votis aliquatenus in hac parte, tanto ardentius redeat in idipsum, quanto se fructuosius intermisisse meminerit. Et iterum sumpto contemplationis gustu, valentius ad cõquirenda lucra solita alacriter recurrat. Cæterum inter has vicissitudines plerumq; mẽs fluctuat, metuens, & vehementer æstuans, ne forte alteri horum dum suis affectionibus hincinde distrahitur, plus iusto inhæreat, & sic in vtroque, vel modicum a diuina deuiet voluntate, & fortassis aliquid tale sanctus
Iob patiebatur, cum diceret. Si dormiero, dico quando Iob.7.
consurgam? & rursum expectabo vesperam, hoc est, & quietus neglecti operis, & occupatus, perturbatæ nihilominus quietis me arguo. Vides virum sanctum inter fructum operis, & somnum contemplationis grauiter æstuare, & in bonis licet semper conuersantem, semper tamen quasi de malis pęnitentiam agere, & Dei cum gemitu momentis singulis inquirere voluntatem: Vnicũ quippe in huiusmodi remedium seu refugium oratio est, quia frequens gemitus ad Deum, vt quid quando, & quatenus nos facere velit, assidue nobis demõstrare dignetur. Huc usque Bern. Patet igitur ex prædictis, quomodo duæ sunt partes actiuæ vitæ, & quomodo inter eas est contemplatiua, & per consequens de modo, & ordine ipsarum. Restat, vt de ipsis singulariter inspiciamus. Sed de tertio membro id est de secunda parte actiua, qualiter ad lucrum animarum & ad vtilitatem proximi sit exeundum, non intendo tractare, quia tuus status hoc nõ requirit. Sufficit tibi in hoc totũ studiũ tuum ponere, vt vitijs emendata ac virtutibus imbuta, per primam partem actiuæ, Deo tuo vacare possis per contemplationem.

De exercitio actiuæ vitæ. *Cap. 48.*

DE ipsa ergo actiua quãuis in parte iam habueris, & maxime in Sermone 46. Canticor. Tamen adhuc alias eiusdem Bernardi auctoritates adducã, vt cautius vitia fugere, ac plenius virtutes valeas adipisci. Di- Ser.37. su-
cit itaq; idem in eisdẽ canticis. Seminate vobis ad iusti- per Can.
tiam: metite spem vitę, & tunc demum illuminate vobis
(ait) lumen scientiæ. Vltimã posuit scientiam tanquam Osee.10.
picturam, q̃ statim habere nequeat super inane, & ideo illa duo præmisit, & subiecit illi tanquam si solidum aliquid picturæ substerneret. Securus iam intendam scientię, si vitæ prius per beneficium spei securitatem accepero. Tu igitur seminasti tibi ad iustitiam, si ex vera notitia tui euigilasti timere Deum, teipsum humiliasti, fudisti lachrymas, eleemosynas profudisti, cæte-

rifque

risque pietatis actionibus mancipasti, si ieiunijs, & vigilijs afflixisti corpus, si pectus tunsionibus, cęlos clamoribus fatigasti, hoc siquidem seminare est ad fletum. Semina sunt bona opera, bona studia, semina lachrymę

Psalm. 25.

sunt. Ibant enim (inquit) & flebant, mittentes semina sua. Idem in persona sponsę loquentis ad sodales sponsi, & petentis osculum, id est cõtemplationis excessum,

Ser. 9. super Can.

sic dicit. Si cura est ei vlla de me. Osculetur me osculo oris sui, nõ sum ingrata sed amo, & in gratia ipsius multis iam annis caste sobrieque viuere curo, lectioni insisto, resisto vitijs, orationi incumbo, frequenter vigilo contra tentationes, recogito annos meos in amaritudine animę meę, sine querela me arbitror quãtum in me est conuersari inter fratres, superioribus potestatibus subdita sum, siue egrediens & regrediens ad imperium senioris. Aliena non cupio, mea potius & me pariter dedi, in sudore vultus mei comedo panem. Cęterũ quod in his omnibus est, totum constat de consuetudine, de dulcedine nihil. Mandata forsan vtcunq; adimpleo, sed

Ser. 27. super Can.

anima mea sicut terra, sine aqua in illis. Vt igitur holocaustum meum pingue fiat, osculetur me quęso osculo oris sui. Idem. Tu quoque si donũ quod desuper accepisti nobis contubernalibus tuis libenter impartiaris, si te exhibeas vbiq; inter nos officiosum, si affectuosum, si gratum, si tractabilem, si humilem, testimoniũ habebis ab omnibus, quod fragrares & ipse vnguentis optimis. Omnis in nobis qui fraternas infirmitates tam corporum quam animarum, non solum patienter supportat, sed insuper si licet ei, & si valet iuuat obsequijs, confortat alloquijs, consilijs informat. Si hoc non potest propter disciplinam, solicitet saltem orationibus, solaciari non cesset infirmo. Omnis (inquam) qui talia operatur in nobis, bonum omnino spargat odorẽ inter fratres, odorem de vnguentis optimis, balsamum in ore, huiusmodi frater in congregatione monstratur digito, dicũt

2. Mac. 15.

de eo omnes. Hic est fratrum amator & populi Israel, hic est qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate. Idem. Hi sunt magistri, qui a magistro om-

Ser. de sol. Petr. & Paul.

nium vias vitę plenius didicerunt, & docent nos vsque in hodiernum diem. Quid igitur docuerunt, vel docẽt nos sancti Apostoli? Non piscatoriam artem, nec scenefactoriam, vel quicquid huiusmodi est, non Platonem legere, non Aristotelis versutias inuersare, non semper discere, & nunquam ad veritatis scientiam peruenire, docuerunt me viuere: putas parua res sit scire viuere? Magnum aliquid, immo maximum. Non viuit, qui superbia inflatur, qui luxuria sordidatur, qui cęteris inficitur pestibus, quoniam non est hoc viuere, sed vitam confundere, & appropinquare vsq; ad portas mortis. Bonam autem vitam ego puto, & mala pati & bona facere, & sic perseuerare vsque ad mortem. Dicitur vulgo: Qui bene se pascit bene viuit, sed mentita est iniquitas sibi, qm̃ non bene viuit, nisi qui bonum facit. Arbitror autẽ, quod tu qui in congregatione es, bene viuis, si viuis ordinabiliter, socialiter, & humiliter. Ordinabiliter tibi, socialiter alijs, humiliter Deo. Ordinabiliter, vt in conuersatione tua solicitus sis obseruare vias tuas in conspectu Domini, & in conspectu proximi; cauens & tibi a peccato, & illi a scandalo. Socialiter, vt studeas amari, & amare, & blãdum te, & affabilem exhibere, supportare non solum patienter, sed & libenter infirmitates fratrũ tuorum, tam morum, quam corporum. Humiliter, vt cum hęc omnia feceris, spiritum vanitatis

Ad triplex malum patiendũ, triplicé oportet habere prouidentiam.

studeas exufflare, qui ex huiusmodi nasci solet: & quãtumcunque illum senseris, nega omnino cõsensum. Sic & in patiendo malum, quoniam triplex est, triplicem oportet adhibere prouidentiam. Est enim quod a te pateris, quod a proximo, quod a Deo. Primum est aulteritas pęnitentię. Secundum vexatio alienę malitię. Tertium flagellum correptionis diuinę. In eo quod a te pateris, debes voluntarie sacrificare, qđ a proximo patienter ferre, quod a Deo sine murmuratione, & cũ gratiarum actione sustinere. Hucusq; Bernardus. Et hęc de exercitio primę partis actiuę sufficiant ad pręsens.

De exercitio vitę contemplatiuę. Capitulum 49.

Ser. 52. super Can.

SEquitur vt de contemplatiua videamus, de qua sic dicit Bern. propterea dulcissimus sponsus lęuam suam capiti sponsę supposuit, quatenus in sinu eum quiescere faceret, & dormire. Et nunc cultos illius dignatissime, & beneuolentissime vigilat super eam, ne adolescentularum crebris minutijs; necessitatibus inquietata, vigilare cogatur. Non me capio pre lętitia, quod illa maiestas tam familiari, dulcique consortio nostrę se inclinare infirmitati minime dedignatur, & superna deitas animę exulantis inire connubia non despicit. Sic in cęlo esse non ambigo, vt lego in terra, sentit pro certo anima quod continet pagina, nisi quod non sufficit omnino ista exprimere, quantum capere illa tunc poterit, sed nec quãtum iam potest. Quid putas illic accipiet, quę hic tanta familiaritate donatur vel dotatur, vt Dei brachijs amplecti se sentiat, & Dei sinu foueri, Dei cura, custodia, & studio custodiri, ne dormiens forte a quopiam donec vltro euigilet, excitetur? Non est autem is sponsę somnus dormitio corporis. Magis autem illius modi vitalis vigil; sopor, sensum interiorem illuminat, & morte propulsata, vitam tribuit sempiternam. Reuera enim dormitio est, quę tamen sensum non sopiat, sed abducat. Est & mors (quod non dubius dixerim) quoniam Apostolus quosdam adhuc in carne viuentes, commendando sic loquitur. Mortui enim estis, Col. 3.
& vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Proinde & ego & non absurde sponsę extasim vocauerim mortem, quę tamẽ non vita, sed vitę eripiatur laqueis, vt possit dicere. Anima nostra sicut passer erepta est de Psal. 123.
laqueo venantium. Inter medios nanq; laqueos in hac vita inceditur, qui vtiq; toties non timentur, quoties sancta aliqua, & vehemẽti cogitatione anima a semetipsa abripitur, si tamen eo vsq; mente secedet vt auolet, & hunc communem transcẽdat vsum, & consuetudinem cogitandi. Etenim frustra iacitur rete ante oculos pen- Prou. 1.
natorum. Quid enim formidetur luxuria vbi nec vita sentitur? Excedente quippe anima, & si non vita, certe vitę sensu, necesse etiam est, vt nec vitę tentatio sentiatur. Quis dabit mihi pennas sicut columbę, & vo- Psalm. 54.
labo, & requiescam? Vtinam hac morte ego frequenter cadam, vt euadam laqueos mortis, vt non sentiam vitę luxuriantis mortifera blandimenta, vel obstupescam ad sensum libidinis, ad ęstum auaritię, ad iracundię & impatientię stimulos, ad angores solicitudinum, & molestias curarum. Moriatur anima mea morte iustorum, vt nulla illaqueet iniustitia, nulla oblectet iniquitas. Bona mors quę vitam non aufert, sed transfert in melius. Bona qua non corpus cadit, sed anima subleuatur. verum hęc hominum est, sed anima mea moriatur morte etiam (si dici potest) Angelorum, vt pręsentium memoriam excedens, rerum se inferiorum corporearumque non modo cupiditatibus, sed & similitudinibus exuat, sitque ei pura cum illis conuersatio, cum quibus est puritatis similitudo. talis (vt opinor) excessus aut tantum aut maxime contemplatio dicitur. Rerum etenim cupiditatibus viuendo non teneri humanę virtutis est: corporum vero similitudinibus speculando non inuolui, Angelicę puritatis est: vtrumque tamen diuini muneris, vtrunq; excedere, vtrũq; temetipsum transcendere est, sed longe vnum, alterum non longe.

Beatus qui dicere potest. Ecce elongaui fugiens,& mãsi in solitudine. Non fuit contentus exire, nisi & longe se faceret, vt posset quiescere: transilisti carnis oblectamenta, vt minime iam obedias concupiscentijs eius nec tenearis illecebris: proficiendo separasti te, sed nondum elongasti, nisi & irruentia vndiq; fantasmata corporearum similitudinum transuolare mentis puritate præualeas. Hucusq; noli tibi promittere requiem, erras, si citra inuenire te existimas locum quietis, secretum solitudinis, luminis serenum, habitaculum pacis. sed da mihi qui illuc venerit,& incunctanter fateor quiescentẽ,
Psal. 114. qui merito dicat. Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus bene fecit tibi. Atq; hic vere in solitudine locus,& in lumine habitatio. Puto ergo in solitudine hanc exisse sponsam, ibiq; præ amœnitate loci inter amplexus sponsi suauiter obdormisse. i. spiritu excessisse, quando prohibitæ sunt adolescentulæ expergefa-
Cant. 3. cere illam, quoad ipsa voluerit. Ad illud qualiter? Non simpliciter neque leui (vt assolet) commonitione prohibitæ sunt, sed omnino noua,& insueta contestatione, p capreas, i. ceruosq; camporum. Quo quidem genere ferarum videntur mihi satis congruenter expressæ, sanctæ animæ exutę corporib. simul & qui cum Deo sunt Angeli, nimirum propter acumen visus,& saltus celeritatem. Vtrunque hoc siquidem vtrisque spiritibus cõuenire cognoscimus. Nam facile,& petunt summa,& intima penetrant. Quorum quoq; in campis designata conuersatio euidenter liberos, atq; expeditos significat in contemplatione discursus. Quid sibi vult igitur adiuratio facta per illos? Profecto ne inquietæ adolescentulæ audeant leui ex causa euocare dilectam a tam reuerendo collegio, cui absque dubio totiens admiscetur, quoties contemplando excedit. Pulchre itaque horum auctoritate terrentur, a quorum societate constat euelli illam, ipsarum importunitate. Ponitur sane in voluntate ipsius,& vacare sibi,& curæ illarum intendere, prout oportere iudicauerit, cum vetatur excitari ab illis, quo vsque ipsa velit. Nouit sponsus quanta flagret dilectione erga proximos spõsa:& satis propria charitate solicitari matrem de profectibus filiarum, nec se vllo pacto illis subtracturam seu denegaturam, quantum & quoties opus fuerit: proptereaq; securę discretionis eius credendam censuit hanc dispensationem. Hucusq; Berna.

De tribus generibus contemplationis. Capitulum. 50.

Scire autem debes cõtemplationis tria esse genera; duo principalia propter perfectos, tertium additur pro imperfectis. Duorum perfectorum, sunt cõtemplatio maiestatis Dei,& cõtemplatio cęlestis curię. Tertium pro incipientibus,& imperfectis est contemplatio humanitatis Christi, quam in hoc libello tibi describo. Et ideo ab hac tibi incipiendum est, si vis ascendere ad maiora, alias non tam ascendere quam reuereri posses. Vide igitur quã necessaria sit tibi huius libelli doctrina. Nunq. n. ad sublimia Dei mẽte eleuare te posse confidas, nisi in hac te diligẽter,& longo tempore exerceas.
Ser. 62. super Can. Super hac autem materia dicit sic. Bern. Duo liquet cõtemplationis genera esse. Vnum de statu & felicitate,& gloria ciuitatis supernæ, quo vel actu, vel ocio ingens illa cęlestium ciuium occupata sit multitudo. Alterum de regis ipsius maiestate, æternitate,& diuinitate. Illa in maceria, ista in petra, sed hęc quãtò difficilius cauatur, tanto suauius quod inde eruis sapit. & paulo post. Sed quia non ex omni se interim parte adhuc ad petram pforandam accedere Ecclesia potest, neque. n. omnium est qui in Ecclesia sunt sacramenta diuinæ voluntatis inspicere, aut appræhendere per semetipsos profunda Dei, ideo non solum in foraminibus petrę, sed etiam in cauernis macerię habitare ostẽditur. Ergo in perfectis quidem cui rimari,& penetrare arcana sapientiæ,& puritate conscientiæ audent,& intelligentiæ acumine possunt, habitant in foraminib. petrę: de reliquo in cauerna maceriæ, vt qui in petra fodere per semetipsos, aut non sufficiunt, aut non præsumunt, in maceria fodiant, contenti vel gloriam sanctorũ mente intueri. Si cui nec hoc quidem possibile sit, huic sane prępone Iesum,& hunc crucifixum, vt & ipse absq; suo labore habitet in foraminibus petræ, in quibus non laborauit. Iudæi in his laborauerunt,& ipse in labores infidelium introibit, vt sit fidelis. Nec verendũ quod patiatur repulsam, qui & vocatur vt intret. ingredere (inquit) in petram, absconde te in fossa homo a facie timoris Domini,& a Isa. 2.
gloria maiestatis eius. Infirmæ adhuc,& incertę animæ fossa ostenditur humus, vbi lateat, donec conualescat,& proficiat, vt possit & ipsa per se cauare sibi foramina in petra, per quæ intret ad interiora verbi animi vtique Psalm. 21.
vigore,& puritate. Et si † intrauerimus fossam, humũ † Alias intellexim'.
illam (quæ ait) foderunt manus meas,& pedes meos, nõ erit ambigendũ de sanitate animæ vulneratæ, quæ in ea demorabitur. Quid. n. est tam efficax ad curandum cõscientię vulnera, nec non ad purgandum mentis aciem, quam Christi vulnerum sedula meditatio? Verum donec purgata & sanata perfecte fuerit, non videbo qualiter illi aptari possit ꝙ dicitur. Ostende mihi faciem tuã, Can. 2.
sonet vox tua in aurib. meis. Quomodo denique faciẽ suam ostendere audet, vel leuare vocem cui & latere indicitur? Abscondere (inquit) in fossa humo. Quare? qa non est pulchra facie, nec digna vt videatur, non erit digna videri quandiu non erit idonea videre, cum autem per inhabitationem fossæ humi in sanando oculo interiori tantum profecerit, vt reuelata facie speculari gloriam Dei & ipsa possit, nec demum quæ videbit fiducialiter iam loquitur voce,& facie placens. Placeat necesse est facies, quæ in Dei claritatem intendere potest: neq; enim illud posset nisi clara quoq; ipsa esset & pura, vtique transformata in eandem quam conspicit claritatis imaginem, alioquin ipsa dissimilitudine resiliret insolito reuerberata fulgore. ergo cum pura puram intueri poterit veritatem, tunc faciem ipsius sponsus videre cupiet, consequenter & vocem audire. Hucusq; Ber. Vides quam necessaria sit tibi vitæ Christi meditatio, nã vt ex auctoritate patet, nisi in ea depureris, nũq ad sublimia Dei ascendere poteris. Vnde vigilanter,& indesinenter exerceris in ea. Vidisti etiam quomodo tria sũt Tria contemplationis. genera.
genera contemplationis, s. humanitatis Christi, cęlestis curiæ ac maiestatis diuinę. Scire autẽ debes, qđ in qualibet harum duo sunt mentis excessus, intellectualis,& affectualis. De quibus sic dicit Ber. Cũ duo sint beatę Ser. 49. super Can.
contemplationis excessus, in intellectu vnus,& alter in affectu; vnus in lumine,& alter in feruore; vnus in agnitione, alter in deuotione. Pius sane affectus,& pectus amore calens,& sanctę deuotionis infusio etiam & vehemens spiritus repletus zelo, nõ plane aliunde, quam ex cella vinaria reportantur. Hucusq; Ber.& in alijs,& in isto.

De contemplatione humanitatis Christi. Capitulum. 51.

Dicit ergo circa hoc primum. Duo sunt quę in no Ser. 3. de Ascen.
bis purganda sunt scilicet intellectus,& affectus, intellectus vt nouerit, affectus vt velit. Intellectus dico tunc deprimitur cum multa cogitat, cum nõ colligit se circa vnam & vnicam meditationem, quæ cõcipitur de ciuitate illa, cuius participatio eius in idipsum. Affectiones vero quę corpore corrupto diuersis passioni-

Digitized by Google

passionibus afficiuntur, mitigari nunquam possunt, ne dicam sanari, donec voluntas vnum quærat, & tendat ad vnum: sed Christus intellectum illuminat, Christus affectum purgat. Venit.n.filius Dei, & tot, & tanta mirabilia in mundo operatus est, vt non immerito intellectum nostrum ab omnibus mundanis rebus reuocauerit, vt semper cogitemus, & nunquam cogitare sufficiamus, quia mirabilia fecit. Vere latissimos nobis ad spaciandum intelligentiæ campos dereliquit, & torrens illarum cogitationum profundissimus est, Quis.n.cogitare sufficiat, qualiter rerum Deus præuenerit nos, venerit ad nos, subuenerit nobis, & singularis maiestas voluit mori vt viueremus, seruire vt regnaremus, exulare vt repatriaremus, & vsq; ad seruilissima opera inclinari, vt constitueret nos super oĩa sua? vnde nobis in his tenebris veritas? vnde charitas in hoc sæculo neq; in hoc mundo qui positus est in maligno. putas erit, qui intellectum illuminet, qui inflammet affectum. erit, si conuertamur ad Christum, vt velamen de cordibus auferatur.

Ser.43.super Can.

Idem. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur. Et ego fratres ab ineunte mea conuersatione pro aceruo meritorum, quæ mihi de esse sciebam, hunc mihi fasciculum colligare, & inter vbera mea collocare curaui, collectum ex omnibus anxietatibus, & amaritudinibus Dei mei. Primum videlicet infantilium illarum necessitatum, deinde laborũ quos pertulit in prædicando, fatigationum in discurrendo, vigiliarum in orando, tentationum in ieiunãdo, lachrymarum in compatiendo, insidiarum in colloquendo, postremo periculorum in falsis fratribus conuitiorum, sputorum, colaphorum, subsannationum, exprobrationum, clauorum, horumq; similium, quæ in salutem nostri generis silua euangelica copiosissime noscitur protulisse. Hæc meditari dixi sapientiam, in his iustitiæ mihi perfectionem constitui, in his plenitudinem scientiæ, in his diuitias salutis, in his copias meritorum, ex his mihi interdum potus salutaris amaritudinis, ex his sursum suauis vnctio consolationis. Hæc me erigunt in aduersis, in prosperis reprimunt, & inter læta tristiaq; vitæ præsentis via regia incedenti, tutum præbent vtrobiq; ducatum, hinc inde mala imminẽtia propulsando, hæc mihi mundi iudicem conciliant, dum tremendum potestatibus mitem humilemq; figurant. dum non solum placabilem, sed amicabilem repræsentant eum, qui inaccessibilis est principibus, terribilis apud reges terræ. Propterea hęc mihi in ore frequenter sicut vos scitis, hęc in corde semper sint, Deus scit hęc stilo meo admodum familiaria sicut apparet, hęc mea sublimior interior que philosophia, scire Iesum & hunc crucifixum. Huc usq; Ber. Et hæc de contemplatione humanitatis sufficiant, quia totũ hunc librum de ipsa habes. Scire tñ debes, q̃ hanc contemplationem non oportet q̃ præcedat vita actiua, quia de rebus corporalib. est, s. de actionibus Christi secundum humanitatem, vnde tanquam familiarior non tantum perfectioribus, sed etiam rudibus proponitur intuenda, tum quia in ea sicut in actiua, & a vitijs purgamur, & virtutibus imbuimur, vnde hæc cum actiua cõcurrit. Cum igitur dicitur, q̃ actiua debet præcedere contemplatiuam, verum est in alijs sublimioribus suis generibus, s. cęlestis curiæ, & maiestatis Dei, quæ tantum perfectis referuantur, & ideo ista de humanitate Christi rectius & proprius meditatio, quam contemplatio nominari debet. De prędictis autem duabus etiam per auctoritates Ber. videamus.

De contemplatione cęlestis curiæ. Cap. 52.

Ser.62.super Can.

Dicit ergo de cęlesti curia contemplanda hoc modo. Licebit vnicuiq; nostrũ in hoc tempore mortalitatis, nunc quidem Patriarchas reuisere, nunc vero salutare prophetas, nunc senatui immisceri Apostolorum, nunc Martyrum inseri choris, sed & beatorũ virtutum status, & mansiones a minimo Angelo, vsq; ad Cherubin & Seraphin, tota mentis alacritate procurrẽdo lustrare: prout quemq; sua deuotio feret, apud quos magis afficietur immitẽte sibi spiritu prout vult, si steterit & pulsauerit confestim aperietur ei. Idem. Fęlix cuius meditatio in conspectu Domini est semper, qui in corde suo delectationes dexteræ Domini vsq; in fine, sedula cogitatione reuoluit. Quid illi graue poterit videri, qui semper tractat mente, q̃ non sint condignę passiones huius temporis ad futurã gloriam? Quid concupiscere poterit in hoc sęculo nequam, cuius oculus semper videt bona Domini in terra viuentium, & semper videt æterna pręmia? Quis mihi tribuat, vt omnes surgentes stetis in excelso & videatis exultationem, quę ventura est nobis a Domino? Quid.n. tam bonum est, immo quid aliud bonum videtur, quam in bonis animam demorari, quandoquidem adhuc corpus non potest? Quis.n. ex vobis secum cogitans futuram illam vitam. s. lętitiam, iucunditatem, beatitudinem, & gloriam filiorum Dei, quis (inquam) talia, tranquilla secum conscientia voluens, non continuo de plenitudine intimæ suauitatis eructat, Domine bonum est hic nos esse? Nõ sane in hac erumnosa peregrinatione, vbi corpore detinemur, sed in suaui ac salubri illa cogitatione in qua corde versatur. Quis dabit mihi pennas sicut columbę, & volabo & requiescam? Obsecro vos fratres mei, non grauentur corda vestra in cogitationibus sæcularibus: exonerate obsecro corda vestra graui mole terrenarũ cogitationum. Formate in cordib. vestris iam non modo Patriarcharum, & Prophetarũ tabernacula, sed omnes domos illius curię cœlestis, & multiplices mansiones secundum eum qui circuibat, immolans in tabernaculo Domini hostiam vociferationis, & psalmum illũ dicens Domino. Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Circuite & vos fratres cũ pietatis, & deuotionis hostia, visitantes animo sedes supernas, & multas q̃ in domo patris sunt mansiones, humiliter prosternentes corda vestra ante thronũ Dei & agni cũ reuerentia, supplicantes singulis ordinib. angelorum, Patriarcharũ numerum: cuneos prophetarum, senatum Apostolorũ salutantes: conspicientes coronas martyrum purpureis rutilantes floribus, & redulentes lilijs, choros virginũ admirantes atq; ad mellifluum noui cantici sonũ: quantum pręualet infirmitas cordis erigentes auditum. Hęc recordatus sum (Propheta loquitur) & effudi in me animam meam, quoniam transibo in locũ tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei. Hucusq; Bern. Et hęc de cęlestis patrię contemplatione sufficiant.

In ser.4.de Ascen.Domini.

Matt. 17.

Psal.54.

Psalm. 83.

Psalm.41.

De contemplatione maiestatis Dei. Item quatuor sunt genera contemplationis. Cap. 53.

Veniamus autem ad sublimiorem, ad quã credo paucos attingere, videlicet ad contẽplationem Domini. Reuereamur tñ quę dicit Bern. vt ab eo aliqualiter introducti sentiemus, si quã Dominus dignetur aliquid gratum inde percipere: Dicit ergo loquens de sodalib. sponsi, id est Angelis dicentibus, murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Aurum diuinitatis est fulgor. Aurũ sapientia quæ de sursum est. Hoc auro fulgentia quędã, quasi varietatis signacula spondent se figuraturos, hi quib. id ministerij est superni aurifices, atq; internis animi aurib. inserturos, quod ego nõ puto esse aliud, quã texere quãdã spirituales similitudines,

Ser.41.super Can.

1.Cor.13. & in ipsis purissima diuinæ sapientię sensata, animæ cô
templantis conspectibus importare, vt videat saltem p
speculum in ænigmate, quod nondum facie ad faciem
valet vllatenus intueri. Diuina sũt, & nisi expertis pror
sus incognita quæ effamur, quomodo videlicet in hoc
mortali corpore fide adhuc habẽte statum, & necdum
propalata perspicui substantia luminis interni, purę in-
terdum contemplatio veritatis, partes suas agere intra
nos, vel ex parte præsumit, ita, vt liceat vsurpare alicui
Ibidem. nostrum, cui hoc datum desuper fuerit illud Apostoli.
Nunc cognosco ex parte. Item ex parte cognoscimus,
& ex parte prophetamus, cum autem diuinitus aliquid
raptim, & veluti in velocitatem corusci luminis inter-
luxerit menti, spiritu excedente, siue ad temperamentũ
nimij splendoris, siue ad doctrinæ vsum, continuo, ne-
scio vnde adsunt imaginatoriæ quædam rerum inferio
rum similitudines, infusis diuinitus sensibus accommo
datæ, quibus quodammodo adumbratus purissimus il
le ac splendidissimus veritatis radius, & ipsi animę tole
rabilior fiat, & quibus communicare illum voluerit ca
pabilior. Existimo tamen ipsa formari in vobis sancto-
rum suggestionibus Angelorum, sicut econtrario, con-
trarias, & malas ingeri immissiones per angelos malos,
Ser.62.su-per.Can. dubium non est. Idem, Felix mens quæ sibi in hac ma-
teria frequenter cauare studuit, sed quę in petra feli-
cior. Licet quidem cauare & in petra, sed ad hoc puro
re mentis acie opus est, & vehementiori omnino inten
tione, etiam & meritis potioribus sanctitatis. Et ad hoc
Ioan.1. quis idoneus? Nempe ille qui dixit. In principio erat ver
bum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbũ.
Nonne tibi videtur ipsis se verbis penetralibus immer-
sisse, & de abditis pectoris quandam eius intimæ sapien
tiæ sacrosanctam eruisse medullam? Sed in petra quan-
tò difficilius cauatur tantò suauius quod inde cruis sa
Prouc.25. pit. Nec verearis illud, quod scriptura minatur scrutato
ribus maiestatis, tantum affert purum & simplicem o-
culum, non opprimeris a gloria, sed admitteris, nisi non
Dei, sed tuam quæsieris gloriam. Alioquin sua quisque
opprimitur, non Dei gloria: dum procliuis in istam, ad
illam leuare ceruicem non sinitur, nimirum graui cu-
piditate Hac excussa secure scrutemur in petra, in qua
thesauri absconditi sapientiæ & scientiæ sunt. Sed si ad
huc dubitas, audi ipsam petram. Qui operantur in me,
Eccl. 24. non peccabunt. Quis mihi dabit pennas sicut columbę,
Psalm.54. & volabo & requiescam. Ibi inuenit requiem mansue-
tus & simplex, vbi dolosus opprimitur, & elatus & cu-
pidus inanis gloriæ, non opprimitur qui non scrutator
est maiestatis, sed voluntatis. Nam quod maiestati atti-
net, interdum quidem & in ipsam intendere: audet, sed
quasi admirans, non quasi scrutans, sed si quando per
excessum rapi in illam contingat, digitus Domini est
2.Cor.12. iste, dignanter leuans hominem, nõ hominis temeritas
insolenter Dei alta persuadens. Cum ergo Apostolus
raptum se memoret, vt ausum excuset, quisnam alter
præsumat mortalium huic se diuinæ maiestatis horren
do scrutinio proprijs intrare conatibus, & importunus
contemplator pauenda irrumpere in arcana? Scrutato-
res proinde maiestatis tanquam irruptores dici reor, nõ
qui rapiuntur in eam, sed qui irruũt. Ipsi itaq; opprimũ
tur a gloria, ergo formidolosa scrutatio maiestatis. At
voluntatis tam tuta, quam pia, quid nisi tota diligentia
scrutando instem sacramento gloriæ voluntatis, cui mi
hi parendum per omnia scio? Suauis gloria quæ non a-
liunde quam de ipsius suauitatis contemplatione pro-
cedit, quàm de diuitiarũ bonitatis, ac multæ miseratio-
Ioan.1. nis intuitu. Deniq; vidimus gloriam hanc quasi vnige
niti a patre, totum nempe benignum & vere paternum,
1.Cor.3. quod apparuit gloriæ in hac parte. Non me opprimet
gloria ista, totis licet viribus intendentem in se, ego po-
tius imprimar illi. Etenim reuelata facie speculantes, in
eandem imaginem transformamur, cum côformamur.
Absit autem vt in gloria maiestatis, & non magis in vo
luntatis modestia, Dei ab homine conformitas præsu-
matur. Gloria mea hæc est, si vnquam de me audiero.
Inueni hominem secundum cor meum, cor sponsi, cor Luc.6.
patris sui. Ipsum quod? Estote (ait) misericordes, sicut
pater vester qui in cęlis est, misericors est. Hæc forma Can.2.
quam videre desiderat, cum Ecclesia dicit. Ostende mi
hi faciem tuam, forma pietatis est & mansuetudinis.
Hanc cum omni fiducia leuat ad petram, cui similis est. Psal. 33.
Accedite (inquam) ad eum & illuminamini, & facies ve
stræ non confundentur. Quo pacto humilis ab humili
confundetur, a pio sancta, a mansueto modesta? Non
plane abhorrebit a puritate petrę pura facies spontę, nõ
magis quam a virtute virtus, a lumine lumen. Idẽ. Duæ
istæ sorores, duas vitas amatoris paupertatis signant.
Quidam cum Martha solicite Domino Iesu duo pulmẽ
ta præparant, scilicet correctionem operis cum salsa-
mento contritionis, & opus pietatis cum condimento
deuotionis. Hi vero qui cum Maria soli Deo vacant,
considerantes quid sit Deus in mundo, quid in homi-
nibus, quid in Angelis, quid in seipso, quid in reprobis:
contemplantur quia Deus est mundi rector & guber-
nator, hominum liberator & adiutor, Angelorum sa-
por & decor, in seipso principium & finis, reproborum
terror, & horror, in creaturis immutabilis, in angelis de
siderabilis, in seipso incomprehensibilis, in reprobis in-
tolerabilis. Hucusq; Bern. In hac autem maiestatis cô
templatione quatuor modis speculamur, de quibus idem
Bern. sic dicit. Quatuor sunt contemplationis species.
Prima & maxima contemplatio est admiratio maiesta
tis, hæc requirit cor purgatum, & a vitio liberum, atq;
exoneratum a peccatis, vt facile a superbia leuetur, &
interdum quoq; per aliquas morulas stupore & extasi
suspensum teneat admirantem. Secunda autem necessa-
ria est huic. Est enim intuens iudicia Dei, qui sane paui
do aspectu dum vehementius concutit mentem intuen
tis, fugat vitia, fundat virtutes, initiat ad sapientiam, hu
militatem seruat. Tertia contemplatio occupatur, vel
potius oritur circa memoriam bonorum, & ne dimit-
tat ingratum, sollicitat memorantem ad amorem be-
nefactoris. Quarta est, quæ retro sunt obliuiscens, in so
la quiescit expectatione repromissorum, quæ cũ sit me-
ditatio æternitatis (siquidem quæ permittuntur, æterna
sunt) longanimitati ac etiam perseuerantiæ dat vigorẽ.
Hucusque Bern. Et hæc de contemplatione maiestatis
Dei sufficiant ad præsens.

Super illud intrauit Iesus in quoddam castellum.

Quatuor côtemplationis species.

De modo viuendi in actiua vita. Item auctoritas Bernardi bona. Cap. 54.

POstquam vidimus de exercitio vtriusq; vitæ, scili
cet primæ partis actiuæ, & etiam contemplatiuæ,
& de generibus ipsius contemplatiuæ, restat vide
re, quem modũ tenere valeamus, vt in ipsam possimus Prima pars
facilius introduci, & eam efficacius adipisci. Scire ergo vitę actiuę
debes, quod prima pars actiuæ requirit socialem inter consistit in
alios conuersationem, sicut contemplatio solitudinem. sociali con
Ideo autem in actiua conuersandum est inter alios, uersatione.
quia melius, & citius quis propositum suum conseque
tur: erubescit enim inter alios de vitijs quæ habet, & de
virtutibus quas non habet, & ideo in vtrisque se corri
git, quod in solitudine non contingit, quia in ea nec ip-
se quandoque perpenderet, nec esset qui corrigeret, nec
coram quo erubesceret. Propterea proficit in corre-
ctionibus & moribus aliorum, cum est in congrega-
tione, conatur enim vitare defectus, de quibus alij cor-
ripiuntur

ripiuntur & diſplicent, & adipiſci virtutes in quibus alij commendantur, & placent. Sic ergo te facere oportet donec fueris in actiua, vt caute obſerues & vites tua, & aliorum vitia ſecundum modum ſupra dictum in pluribus locis, maxime in exercitio actiuæ. Conſidera diligenter, quæ ibi dicta ſunt de virtutibus & vitijs, & ſecundum ea viuere ſtude, quomodo teipſum examinare & ad virtutes aliorum aſpicere debeas, & imitari, & exinde humiliari, & in timore ſemp manere, quia tu ſimiles virtutes non habes. Sic ergo docet Bernar. Non ſine cauſa ab heri, & nudiuſtertius inuaſit me languor animi, & mentis hebetudo, inſolita quędam inertia ſpiritus. Currebam bene, ſed ecce lapis offenſionis in via, impegi & corrui, ſuperbia inuenta eſt in me, & Dominus declinauit in ira a ſeruo ſuo. Hinc iſta ſterilitas animæ meæ, & deuotionis inopia quam patior. Quomodo ita exaruit cor meum, coagulatum eſt ſicut lac, factum eſt ſicut terra ſine aqua, nec compungi ad lachrymas queo, tanta eſt duritia cordis: meditationes ſolitas non inuenio. Vbi illa inebriatio ſpiritus? vbi mentis ſerenitas & pax & gaudium in Spiritu ſancto? Ideo ad opus manuum piger, ad vigilias ſomnolętus, ad iram præceps, ad odium pertinax, linguæ & gulę indulgentior, ſegnior, & obtuſior ad prędicationes heu omnes montes in circuitu meo viſitat Dominus, ad me autem non appropinquat. Nam aliud quidem intueor ſingularis abſtinentiæ, alium vero patientiæ admirandæ, alium autē ſummæ humilitatis & manſuetudinis, alium multæ miſericordiæ & pietatis, illum in contemplatione frequenter excedere, hanc pulſare, & penetrare cęlos orationū inſtantia, alioſq; in alijs præeminere virtutib. Hos (inquam) conſidero omnes feruentes, omnes deuotos, omnes in Chriſto vnanimes, omnes in donis cęleſtibus, & gratia affluentes tanquam ſpirituales. Reuera montes qui a Domino viſitantur, & ſponſum in ſe ſaliētem frequenter recipiunt, ego autem horum in me inuenio nihil. Quid me aliud putem, quam vnum e mōtibus Gelboæ quem præterit in ira & in indignatione ſua ille, cæterorum omnium benigniſſimus viſitator? Filioli hæc cogitatio tollit extollentiam oculorum, conciliat gratiam, viam ſponſi ſalubus præparat. Volo vos non parcere vobis, ſed accuſare voſmetipſos quoties forte in vobis, vel ad modicum tepere gratiam, virtutem langueſcere deprehenditis, hoc facere hominis eſt, qui curioſus circunſpector eſt ſui, et ſcrutator viarum ſuarum, ac ſtudiorum, atque in omnibus ſemper ſuſpectum habet arrogantiæ vitium, ne ſurrepat. In veritate didici, nil æque efficax eſſe ad gratiam promerendam, retinendam, & recuperandam, quam ſi omni tempore coram Deo īueniaris nō altum ſapere, ſed timere. Beatus homo qui ſemper eſt pauidus. Idem. Diſcito tibi præeſſe, & vitam ordinare, mores componere, temet ipſum iudicare, & temetipſum apud temetipſum accuſare, ſæpe etiam condemnare, nec impunitum dimittere, ſedeat iudicans iuſtitia, ſtet rea, & temetipſum accuſans cōſcientia, nemo te plus diligit, nemo fidelius iudicabit. Mane præteritæ noctis fac a temetipſo exactionem, & venturæ diei tu tibi indicito cautionē. Veſpere præteritæ diei rationem exige, & ſuperuenientis noctis fac indictionē, ſic diſtricto nunquam aliunde laſciuire vacabit. Singulis horis ſecundum communis inſtituti canonem ſua diſtribue exercitia, cui ſpiritualia ſpiritualia, cui temporalia tēporalia, in quibus ſic exoluat omne debitum ſpiritu Deo, corpus ſpiritui: vt ſi quid fuerit intermiſſum, ſi quid neglectum, ſi quid imperfectum, ſuo modo, ſuo loco, ſuo tempore, non habeat impunitum ſiue irrecompēſatum. Idem. Quantum putas. Ego illos admiror, quantum vereor in corde meo, quantum amplector charitatis affectu, qui velut deficientes eos quos ſecum quotidie vident

Ser. 54. ſuper Cant.

Nota quid efficax valde ſit ad ꝓmerēdam & recuperandā gratiam.

Prou. 28.

In Epi. Ad fratres de mōte Dei.

In ſer. 74. de tēpore.

vnum forte, aut duos, vel etiam plures, quos in maiori feruore ſpiritus vident, ſibi ex omnibus eligūt, & cum ipſi fortaſſe meliores ſunt, ſemper tñillorū ſibi ꝓponūt, & preponunt ſancta in Domino ſtudia, & exercitia corporalia, ſeu etiam ſpiritualia. Væh (inquit vnus ex noſtris) quia monachum in vigilijs vnum conſideraui, in quo triginta; virtutes enumeraui, quarum vix vnam in me inuenio & fortaſſe nullam. Ille tantum habebat, quantum hæc ipſa religioſę ęmulationis humilitas. Hic itaq; fructus ſit mei ſermonis, vt altiora ſemper attendas, quia in eo conſtat plenitudo humilitatis. Nā ſi forte in re aliqua maior tibi fratre aliquo gratia collata videtur, ſed ſi in multis bonus æmulator fueris, iudicare te poteris inferiorem. Quid ſi forte laborare, aut ieiunare plus iſto potes, & ille patientia ſuperat, humilitate præcedit, ſupereminet charitate? quomodo tota die circa illud quod videris habere, inſipiēti cogitatione † verſaris? Eſto magis ſolicitus, vt ſcias quid deſit tibi, hoc enim melius. Hucuſq; Bern. Vides quam magnū eſt circunſpicere, & examinare ſeipſum, & etiam alios, vt in ſuam vtilitatem mores eorum conuertat. In hoc igitur te multum exerceas, dum fueris in actiua, ſemper tenēdo charitatis, humilitatis & pietatis obſequia. Sup omnia vero teneas meditationes vitæ Chriſti, & orationē, quia in vtriſq; miro modo illuminaberis circa vitia & virtutes, & ſuper omnia alia exercitia in eis ad puritatem animi proficies, ad quæ totis viribus te intendere oportet, quia omnes virtutes continet, vt dixi ſupra de ieiunio Domini. Et ſi bene auctoritates ſupra de contēplatione poſitas intellexiſti, tanto quis maiori puritate ſe munire debet, quanto ad celſiorem contemplationē aſcendere cupit. Depuratur autem anima in meditationibus vitę Chriſti, & maxime paſſionis ipſius, vt habuiſti ſupra in generalibus contemplationibus ex ſermone ſeptuageſimo ſecundo Cant. Depuratur etiā in oratione quæ vicina, & proxima eſt contemplationi, & quod oratio laborioſis ſudoribus impetrat, contemplatio amœne quieſcendo deguſtat. Et hæc de modo vitę actiuæ ſufficiant.

† Alias vexaris.

De modo viuendi in vita contemplatiua.

Capitulum. 55.

IN contemplatiua vero aliter, & longe aliter te viuere oportet. Contemplator. n. ſoli Deo vacare debet & manere in ſolitudine ſaltem mentis, de qua habuiſti ſupra de ieiunio Domini. Nihil igitur ad eum aliquibus rebus communibus vel proprijs, nihil ad eū de proximis quantum ad obſequia corporalia pro illo tēpore, ſed a ratione, & deuotione, & compaſſione intendit ad eos. Nihil etiam ad eum de ſeipſo. Omnia breuiter, debet poſt tergum projicere, & tanquam inſenſibilis & mortuus eſſe, vt ſoli Deo vacare poſſit, niſi eum neceſſitas implicet vel inuitum. Oportet enim, quòd hanc ſapientiam diſcat in otio: vt habuiſti ſupra in tractat. de contemplationibus ex ſermone Bern. ſuper Cant. quadrageſimo. Oportet quod minoretur actu: & taceat exemplo Mariæ, quantumcunq; & quotieſcunque interpelletur, & ipſius exemplo dimittat Dominum reſpondere, & facere, vt omnia dignatiſſime prouidentiæ ſuæ committat. Super his autem audi Bernardū more ſuo facunde loquentem, Dicit. n. ſic Habet Martha dum agit formam bene operantis. Maria vero ſpeciem exprimit contemplantis, dum ſedet, dum tacet, dum interpellata non reſpondet, ſed tantum in Dei verbum toto mētis ſtudio intendit, ad ſolam quam diligit gratiā, diuinæ cognitionis cætera reſpuens, medullitus haurit, foriſq; vt inſenſibilis redditur, dum totus ad contemplāda Dei ſui gaudia fœliciſſime rapitur. Et paulo poſt. Non mirentur quempiam laborantem, & bene operantem, ſi ad

Ser. 5. de aſſū. Virgin.

uersus fratrem vacantem murmurare, videamus quia & hoc in hoc Euangelio legimus Martham fecisse aduersus Mariam. Quod autem Maria murmurauerit aduersus Martham, eo ꝙ eius actionibus implicari nollet, nusquam omnino reperitur, neq; enim vtrunque agere competenter sufficeret, & curis exterioribus deseruire,

Eccl. 38.

& interius sapientię desiderijs vacare. De ipsa quippe sapientia scriptum est, & qui minoratur actu, percipiet illam. Propterea Maria sedet, immotaq; manet, nec vult interrumpere silentij quietem, ne iucundam amittat cōtemplationis dulcedinem, præsertim cum ipsum intus

Psalm. 33. Ser. 3. de assump. Virg.

audiat Dominum dicentem. Vacate et videte quam suauis est Dn̄s. Item, Putas in domo in qua Christus suscipitur, vox murmuris audietur? Fęlix domus, & beata semper congregatio, vbi de Maria Martha conqueritur. Nam Mariam Marthæ ęmulari prorsus indignum, prorsus illicitum est. Alioquin vbi legis Mariam causātem, quia soror mea reliquit me solam ministrare? Absit, absit, vt qui Deo vacat, ad tumultuosam aspiret fratrum officialium vitam: Martha semper insufficiēs sibi, & minus idonea videtur, alijsq; magis id operis ꝙ administrat, optet imponi. Vide autem prærogatiuam Mariæ, ꝙ in omni causa habet aduocatum. Indignatur siquidem Phariseus, conqueritur soror, & etiam discipuli murmurāt, vbiq; Maria tacet & pro ea loquitur Christus. Videat ergo Maria quemadmodum vacet, & videat quoniam suauis est Dominus. Videat (inquam) quam deuota mente, quam tranquillo sedeat animo secus pedes Iesu, prouidens animo semper in conspectu suo, & verba ex eius ore excipiens, cuius affectu amabilis, & eloquium dulce. Diffusa est.n. gratia in labijs ei', & est speciosus forma præ filijs hominum, immo super omnem gloriam angelorum. Gaude & gratias age Maria, quæ partem optimam elegisti. Beati enim oculi qui vident, quæ tu vides, & aures quę merentur audire, quę tu audis. Beata plene quæ venas diuini susurrij percipis in silētio, in quo vtiq; bonum est homini Dominū expectare. Simplex esto nō tantum sine dolo, sed etiam absq; multiplicitate occupationum, vt tecum sit sermocinatio eius, cuius & vox dulcis & facies decora. Vnū caue, ne incipias abundare in sensu tuo, & velis plus sapere quam oportet; ne forte dū lucē sectaris, impingas in tenebras, illudente tibi Dęmonio meridiano. Huc vsq; Bern. Vidisti quoniam contemplator debet omnia dimittere, occupationes, & exercitia corporalia, quę occupatio recte opponitur vacationi, & est vnum de maioribus impedimentis, quæ possit habere contemplator, nā pluribus modis impedit eum: & non solum cum est in occupatione, sed etiam postea. & primo reddendo mentem solicitam, & inquietā circa id ꝙ fecit, vel facere habet, etiam & relinquendo imaginationes & fantasmata, quæ multum impediunt contemplantem.

De quatuor impedimentis contemplationis. Capitulum. 56.

Ser. 23. super Cant.

NVnc vtique videamus, quæ impediunt contemplationem. Sunt autem impedimenta eius quatuor, de quibus sic dicit Bernar. In hoc arcanum contemplationis, & in hoc sanctuarium Dei, si quem forte nostrum aliqua hora sic rapi, & sic abscondi contingerit, vel minime aduocet aut perturbet, vel sensus egens, vel cura pungens, vel culpa mordens, vel certe ea quæ difficilius amouentur irruentia imaginum corporearum fantasmata: poterit quidem hic cum ad nos redierit gloriari, & dicere, Introduxit me Rex in cubiculum suum. Hucusq; Bern. Primum igitur impedimentum dicit quod est sensus egens, scilicet corporis. Intantum enim anima ad corpus afficitur, ꝙ ea in aliqua sui parte vel sensu, defectum notabilem patiente contemplari non delectat. Tempore igitur infirmitatis non est locus contemplationis, nisi Dn̄s faceret de gratia speciali. Simile contingit, cum valida fames, vel sitis, vel frig' imminet, vel aliud corporis impedimētum. Secundum impedimentum dicit quod est cura pungens, id est solicitudo curarum, & occupationū, & hoc satis potest esse clarum per auctoritates supra proximo positas. Idem etiam Bern. prolixioribus verbis narrans impedimenta

Ser. 4. de assump. B. Virg.

contemplationis, inter alia dicit, ꝙ sicut puluis iniectus in oculum corporalem impedit visum, sic cura terrenorum actuum oculum intelligentiæ confundit, atq; a cōtemplatione veri luminis excludit. Tertium impedimētum dicit, ꝙ est culpa mordens, id est, peccatum, & hoc duobus modis potest contingere. Primo cum peccatum est in anima. Secūdo cum fuit, & deletum est per contritionem, & confessionem, sed in memoriam reuocatur: vtrunq; enim impedit contemplationem, vt in eodem sermone refert sic inter alia dicens. Quod sicut tenebræ impediunt visum corporalem, sic peccatum cum est in anima impedit ipsam, quia tenebrosa est. sed ad contemplandum requiritur puritas, & pulchritudo animæ, sic tunc non est locus contemplationi. Similiter sicut sanguis vel humor concretus fluēs in oculum, impedit visum, sic peccatum cum redit in memoriam, influit in animam, & impedit visum eius: & propterea cauere debes tempore contemplationis, cogitare super peccatis. Omni quidem tempore nos debemus peccatores reputare, sed signanter nō debemus cogitationem nostrā reflectere super aliquo, vel aliquibus peccatis, tempore

Ser. 57. super Cant.

quo volumus contemplari. Et de hoc idem Bern. sic dicit. Habemus quoque Mariam contemplantem in illis, qui progressu longioris temporis cooperāte gratia Dei in aliquid melius, & latius proficere poterunt, quando iam de indulgentia præsumentes, non tam versari inter se soliciti sunt tristem imaginem peccatorum, quam certe in lege Dei meditari die ac nocte, & insaciabiliter delectari: interdum etiam reuelata facie gloriam sponsi cū ineffabili gaudio speculantes, in eandem imaginem trāsformantur, & de claritate in claritatem tanquam a Domini spiritu. Hucusq; Bern. Quartum impedimentum, dicit ꝙ sunt fantasmata corporearum imaginū, & hoc est difficilius alijs supradictis, & propterea commendatur intantū in hoc statu solitudo. Oportet.n. contēplantem esse mutum, & surdum, & cęcum, vt videns non videat, audiens non intelligat, nec loqui delectetur, hoc est, vt ita sit abstractus ab his transitorijs, et ita Deo cōiunctus, quòd in audiendo, videndo, loquendo, non minuat cursum suum, sed fugiat quantum potest: & si quādo necessitas ad id cogit, non secum reportet imagines, quę per has fenestras intrant ad animam nostram. Vnde non debet contemplatiuus sicut actiuus obseruare mores aliorum, ne inde fantasmata reportet. Multo ergo magis tu debes a sæcularium collocutione cessare, quantumcunque consuncti sint, vt inde te pluries monui. Si quando etiam obedientia, vel necessitas, vel obsequium, vel recreatio ad aliquid laborādum, vel operandum te impellit, fideliter facias: sed non sic adhæreas voluntate, vel delectione, vt inde reportes imagines, ne postea Deo vacans, impediaris. De quo sic ait

Epi. ad fratres de mōte Dei. ca. 30.

Bernar. Aliquid operandum est manibus, quod iniungi solet, non tam quod animum delectando detineat ad horam, quam quod spiritualibus studijs delectationem conseruet, & nutriat: in quo remittatur ad horam animus, non resoluatur, vnde se facile mox vt ad seipsum redeundum visum fuerit, expediat absque controuersia inhęrentis voluntatis, absque contagione contractę delectationis, vel memoriæ imaginantis. Non enim vir

propter

Digitized by Google

propter mulierem,sed mulier propter virum, non spiritualia exercitia propter corporalia,sed corporalia propter spiritualia:propterea sicut viro creato collatu, vel comparatum est ei adiutorium simile sibi ex ipsa hominis substantia:sic cum in adiutorium spiritualis studij necessaria sint corporalia,non tamen in hoc semper æque conuenire videntur similitudine, & affinitate.Sicut meditari quod scribatur,vel scribere q legatur.Subdiualia tamen exercitia,sic sæpe etiam spiritum exhauriunt,vt cum grauiori ruralium operum exercitio, fit magna contritio corporis, vsque ad contritionem, vel humilitatem cordis,& fatigationis suæ pressuræ exprimunt sæpe vehementioris affectum deuotionis.Seruus tamen bonus,& prudens ad ocium sæpe comparat:laborem,nec in eum dissoluitur,sed per eum magis in seipsum colligitur,qui semper pre oculis habuit,non tam quod agit,sed quod agendo intendit,omnis consummationis attendens finem. Hucusque Bernar. Vides quam vigilanter cauere oportet,ne in manualibus laboribus animum occupes.Noui.n.in hoc quantum impedimentum contemplationis incurres propter curam solicitudinum.Et hæc de impedimentis contemplationis dicta sufficiant.Ex quibus manifeste apparere potest, quam sit nociua intricata curiositas,quæ totam animam inficit,& facit inquietam,& impuram.Quam etiam nociua sit cupiditas,& congregatio rerũ,& per consequens, quam sit preciosissima benedicta paupertas, quæ animam expeditam,& puram Deo continue repræsentat. Non autem te moueat(vt supra dixi)quod contemplatiuus proximis non intendit,nã intendit Deo,et in eius

Ser.40. super Cant.

dilectione actiuum excedit,sed actiuus excedit contemplatiuum in dilectione proximi,De quo dicit Ber. Dico autem per gratiam Dei,quę in nobis est,& ficus nos habere,& vineas.Ficus quidem,qui suauiores in moribus sunt,vineas vero,qui spiritu feruentiores. Omnis qui se inter nos communiter,socialiterque habet, & nõ solum sine querela conuersatur inter fratres, sed etiam cum multa suauitate fruendum se omnibus præbet in omni officio charitatis. Quid enim illum vicem agere ficus conuenientissime dicam,iam qui vineæ sunt seueriores nobis,quam suauiores se exhibent in spiritu vehementi agentes,zelantes pro disciplina, vitia acerrime corripientes,& optantes sibi conuenientissime vocem

Psal. 138.

illam. Nonne qui oderunt te Domine oderam,& super inimicos tuos tabescebam?Item.Zelus Domus tuæ co-

Psalm. 63.

medit me. Et mihi quidem illi in dilectione proximi, isti in dilectione Dei,eminere videntur. Hucusq; Ber. vides quoniam contemplatiui ad quos maxime spectat zelare pro Deo,præferuntur actiuis in dilectione Dei. hoc tamen discrete intellige,quia nunquam contemplatiuus proximi charitatem omittit,sed principalius intẽdit Deo,et secundario proximo,quamuis hoc ipsum determinationem recipiat. Nam rudis,& incipientis contemplantis est omnino,quam strictius potest, soli Deo vacare,& in solitudine mentis,& etiam corporis si potest manere,vt etiam cęlum Dei, & seipsum, & proximum vel zelo Dei negligere videatur, cum ipsa solitudinis natura id requirat,& maxime quando sponsi visitatione,& frequentia iucundatur,alias enim de facili posset eradicari.Cum vero iam perfectus, & sublimatus est per longum contemplationis exercitiũ,tunc pro Deo fortiter zelat,et pro animę salute,vt habuisti supra ex sermone Bern.18.Can.in hoc tractatu, s.quomodo contemplatiua præcedit secundam partem actiuę.Cum vero necessitas imminet,quilibet contemplatiuus quo modocunque incipiens, pro charitate proximi ocium

Ser.50. super Cant.

intermittit. Vnde idem Bern. sic dicit. Orantem deniq; hominẽ,Deo loqui quis dubitet?Quoties tñ inde charitate iubente abducimur,& auellimur propter eos qui nostra indigent opera,vel loquela,quoties pie cedit negotiorum tumultibus pia quies,quoties bona consciẽtia punitur codex,vt operi manuum insudetur,quoties pro administrandis terrenis iustissime ipsis supersedemus celebrandis missarum solennijs, Ordo præposterus,sed necessitas non habet legem. Hucusq; Bern.

Vita contemplatiua præfertur actiuæ.
Capitulum. 57.

QVia ergo in præcedenti auctoritate Bernard. ex sermone 60.Cant.habuisti,q contemplantes pręferuntur actiuis in dilectione Dei:videtur quod contemplatiua præferatur actiuæ. De quo idem Bern. sic dicit. Quid tamen sibi vult fratres quod optimam partem Maria dicitur elegisse?Vbi iam erit q aduersus eam proferre solemus, si quando forte administrantis Marthæ turbationem in æqualitate iudicare voluerit?

Ser.3. de Assump. Domini.

Melior est iniquitas viri,quam benefaciens mulier?vbi erit illud.Si quis mihi ministrauerit,honorificabit eum pater meus?& illud.Qui maior est vestrum, erit minister vester?Postremo,quæ consolatio est laborãti,quasi in eius suggillationem partem sororis attollere? Vnum igitur arbitror e duobus,vt aut de electione Maria laudetur,& pars ipsa quantum in nobis est,sit in omnibus eligenda,aut certe vt neutrum defuisse dicatur,nec in partem aliquam præcipitasse sententiam,sed ad obediẽtiam præceptoris in vtrumlibet sit parata. Quis.n.sicut David fidelis,egrediens & ingrediens ad imperium regis?deniq; inquit,paratum cor meum non semel tantum,sed et secundo,& vacare tibi,& proximis ministrare. Hæc plane pars optima quæ non auferetur, hęc mẽs optima quæ non mutabitur quocunq; vocaueris eam. Bonum.n.acquirit gradum,qui bene ministrauerit:forte meliorem,qui bene vacauerit Deo, optimum autem qui perfectus est in vtroque. Vnum autem dico adhuc, si tamen id de Martha licet suspicari. Nonne enim quasi ociosam reputasse videtur,quam sibi dare petijt adiutricem?Sed carnalis est,& omnino non percipit ea quæ sunt spiritus Dei,siquis forte vacantẽ animam suam de vacatione redarguit. Audiat ergo optimam esse hãc partem,quæ maneat in æternum. Nunquid enim non rudis quodammodo videtur anima,quæ diuinę contemplationis pęnitus expers,illam intrauerit regionem, vbi hoc vnum omnium opus,vnum studium, eadem vita?

Eccl. 42.
Ioan. 12.
Matt. 20.
1.Reg.22.
Psalm. 56.

Item. Duo quædam in intentione,quam faciem animæ diximus,necessario requirũtur,res,& causa, id est quid intendas, & propter quid. Ex his sane duob. animæ vel decor vel deformitas iudicatur. Et infra. Porro intendere in aliud quam in Deum,tamen propter Deum nõ solum Mariæ,sed Marthæ negotium est. Absit autem, vt quæ huiusmodi est,quicquam dixerim illam habere deforme, nec tñ ad perfectum affirmauerim peruenisse decoris,Quippe quæ adhuc solicita est,& turbata erga plurima:& non potest terrenorum actuum vel tenui puluere non respergi. Quem tam cito facilemq; detergeret,vel in hora sanctæ dormitionis casta intentio, & bonæ conscientiæ interrogatio in Deum. Igitur solum inquirere Deum propter ipsum solum, hoc plane est vtranque bipartitæ intentionis faciem habere pulcherrimam, atque id proprium ac speciale sponsæ,cui merito singulari prærogatiua audire conueniat: pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis. Idem. Solitudo,& reclusio nomina miseriæ sunt. Cella autem nequaquam debet esse reclusio necessitatis, sed domicilium pacis, ostium clausum non latebræ,sed secretum. Cum quo n.Deus est,nunquam minus est solus,quam cum solus est. Tunc enim fruitur gaudio suo,tunc ipse suus est ad fruendum Deo in se,& in Deo. Tunc in luce veritatis, in sere-

Ser.40. super Cant.

In epis. ad fratres de mõte Dei.

in sereno mundi cordis, vltro patet sibi pura conscientia, & libere se infundit affecta de Deo memoria, & vel illuminatur intellectus, & bono suo fruitur affect⁹, vel libere seipsum defleт humanæ fragilitatis defectus: propter hoc secundum formam propositi vestri habitátes in cęlis, potiusquã in cellis, excluso a vobis toto seculo,

In eadem epistola.

totos vos inclusistis cum Deo. Idem. Ocium non est vacare Deo, immo negotium negotiorum. Hucusque Bern. His auctoritatibus videtur, quod vita contemplatiua præferatur actiuę, & etiam alias auctoritates habuisti in hoc tractatu, quæ ad hoc ipsum faciunt, & etiã supra sub capitulo quomodo Dominus fugit, quando turbæ voluerunt eã facere Regem, ex serm. 32. sup Cãtica. Quæ autem sit maioris meriti, Deus nouit: Crederem tamen, ꝙ qui maiori amore fertur, magis meretur, sed in contemplatiua videtur quis magis affici ad amorem, et valde magnum est speculari Deum, frui Deo, cõuersari cum Deo, & eius cognoscere voluntatem, quæ ad contemplatiuum spectant. Hæc enim est degustatio mercedis patrię, quamuis imperfecte & raro. Et hoc videntur tenere sancti, s. quod contemplatiua sit maioris meriti, quam actiua. Sed quicquid sit, Dominus vult de vtrisq;, & sicut multa in vno corpore membra non eũdem actum habẽt, ita nos multos in Ecclesia multis mo-

1. Cor. 12.

dis Domino seruire oportet, & non omnib. idem spiritus datur, sed alij datur sermo sapientię, &c. Vnusquisq; igitur in ea vocatione in qua vocatus est maneat, & qui aptus est contemplationi moretur in ea, qui vero ministerio proximorum exerceat se in ipso. Nam & Domi-

Ioan. 21.

nus sicut hic dixit de Maria, quod optimam partem elegit, ita cum Petro suas oues recommendauit sub sui amoris examine, tribus ei vicibus hoc impressit. Et hoc sẽsu potest intelligi quod Bernardus scribit, dicens. Su-

Ser. 3. de assump. Virg.

scipiat Martha dominum in domum, cui nimirum credita dispẽsatio est domus. Suscipiãt cæteri & coadiutores eius singuli, pro qualitate ministerij excipiant Christum, seruiant Christoq́., ministrẽt ei in mẽbris suis. Illẽ infirmis fratribus, ille in pauperib⁹, ille in suscipiẽdis hospitibus, & peregrinis, quibus ita solicitis circa frequẽs ministerium videat Maria quantum ad dominum vacet, & videat, quoniam suauis est dominus. Hucusque Bern. Tu igitur quia status tuus illud exigit, contẽplatiuam totis viribus assume, præmissa actiua moris, per quam peruenitur ad ipsam. Et gaude, & gratias age domino Iesu qui ad hanc te partem vocauit, quam optimam esse dixit.

Ex tribus causis contemplator reducit se ad actiuam. Item de eo quòd fides sine operibus mortua est. Cap. 58.

QVamuis autem pluries supra tactum sit, quod cõtemplator soli Deo vacare debet, ac cætera omittere: scias generaliter esse verum, sed non semper.

In quibus liceat a cõtẽplatione subtrahi.

Nam tribus ex causis iucunda contemplatione se ad tẽpus separat, & se recipit in actiuam. Vna causa est, propter lucrum animarum, vt habuisti supra, quomodo cõtemplatiua præcedit secundum partem actiuę ex sermonibus 18. & 62. Cant. Dicit etiam idem Bern. Surge a-

Ser. 61. super Cant.

mica mea, & sponsa mea, & veni. Commendat sponsus multam dilectionem suam iterando amoris voces, nam iteratio, affectionis expressio est. Et quod rursum ad laborem vinearum dilectam solicitat, ostendit quam sit de animarum salute solicitus. Nam vineas, animas esse iam audistis. Sponsam tamen nũquam, vt memini in toto hoc opere adhuc nominaui, nisi modo cũ ad vineas itur, cum vino charitatis appropinquatur. Hucusque Bern. Sciens ergo sponsa voluntatem sponsi zelantis animarum salutem, exit ad tempus, videlicet cum est necessarium ad ipsam operandam, & postea redit ad ipsã contemplationem. Alia causa intermittendæ contẽplationis est, ratione officij imminentis. Nam cum prælatus subditorum necessitatibus intendere habet, omittit tunc contemplationem. De quo idem Bernardus, de se Ser. 52. super Cant.
ipso loquens ad monachos suos, qui quandoque nimiũ infestabant eum, sic dicit. Rara satis mihi ad feriandũ a superuenientibus conceditur hora, supersedeo, ne magis impatientiæ exemplum videar dare infirmis, pusilli enim domini sunt in eum credentes, nõ patiar vt ex me scandalum patiantur: non vtor hac potestate, magis autem ipsi me vtantur vt libet, tantum vt salui fiant: parcent mihi si non pepercerint, & in eo potius requiescã, si non me inquietare timuerint pro necessitatibus suis, geram eis morem quoad potero, & in ipsis seruiã Deo meo, quandiu fuero in charitate non ficta. Non quæram quæ mea sunt, nec quod mihi est vtile iudicabo. hoc solum deprecor, vt fiat acceptum eis, fructuosumque ministerium meum, si forte mihi ex hoc inueniam in die mala misericordiam in oculis patris eorum. Idem Ser. 51. super Cant.
ad vtranque causam de prædictis, sic ait. Loquor vobis experimentum meum, quod expertus sum, si quando sane comperi profecisse aliquos vestrum ex meis monitis, tunc non piguit (fateor) curam prętulisse sermonis proprio ocio, & quieti. Cum enim (verbi gratia) post sermonem iracundus quispiam reperitur mutat⁹ in mitem, superbus in humilem, pusillanimis in fortem. Porro mitis, humilis, fortis in sua quispiam gratia excreuisse, & se ipso melior fact⁹ esse cognoscitur: sed & qui forte tepebant, & languebant circa spirituale studium torpentes, & dormitantes ad ignitum eloquium domini referbuisse, & euigilasse videntur, & qui deserto fonte sapientiæ foderant sibi proprię voluntatis cisternas, non valentes aquas continere, propterea ad omne iniunctum, grauati corde vel arido murmurabant nullum in se habentes deuotionis humorem. Hi (inquam) cum de rore verbi & pluuia voluntaria, quã segregauit De⁹ hæreditati suæ, refloruisse probantur in opere obedientiæ, facti in omnibus voluntarij, & deuoti. Non est dico vobis vnde subeat mentem, quasi pro intermisso studio iucundæ contemplationis tristitia, cum talibus fuero circundatus floribus, atq; fructibus pietatis, patienter auellor ab infœcundæ Rachelis amplexibus, vt de Lya mihi exuberent fructus profectuũ vestrorum, minime prorsus pigebit me intermisię quietis pro cura sermonis, cum video in vobis germinare semen meum, atque augeri incrementa frugum iustitiæ vestræ. Charitas enim, quæ non quærit quæ sua sunt, id mihi iam dudum facile persuasit, nihil scilicet desiderabilium meorum vestris præferre vtilitatib⁹. Orare, legere, scribere, meditari, & quæ sunt alia spiritualis studij lucra, hęc arbitratus sum propter vos detrimenta. Hucusq; Brrnar. Tertia causa intermittendæ contemplationis est, quando more suo recedente sponso, non sentit anima solitas consolationes: vadit enim, et redit sponsus pro suo velle prout habuisti in c. 35. quomodo dominus fugit quando turbæ, &c. Cum igitur recedit, anima languet ex desiderio eius, & toto conatu suo reuocat eum, dicens Cant. 2.
cum sponsa in canticis. Reuertere dilecte mi. Si nec tũc redit, inuocat sodales spõsi. i. Angelos in auxiliũ suum, Cant. 5.
& dicit. Adiuro vos filiæ Hierusalem, vt si videritis dilectum meum, nuncietis ei, quia amore langueo. Si vero nec sic redire dignatur, anima sciens voluntatẽ spõsi, reducit se in actiuam, vt vel sic fructificet sponso. Non n. decet contemplatorem esse desidiosum. Dicit igitur Cant. 2.
tunc sponsa. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia Ser. 51. sup Can.
amore langueo, De hoc sic ait Bern. Fidem florem, fructum actũ intellige: nec incongrue (vt opinor) tibi videbitur,

Digitized by Google

bitur, si aduertas quomodo instar floris necessario præcedentis fructum bonumq; opus, fide oporteat præueniri, alioquin sine fide impossibile est placere Deo, *Heb. 11.* *Rom. 14.* Paulo attestante, magis autem æque ipso docente. Omne quod non est ex fide, etiam peccatum est. Itaq; nec sine flore fructus, nec sine fide opus bonũ, sed & fides sine operibus mortua est, sicut inutiliter quoque flos apparet, vbi non sequitur fructus. Igitur ex bonis operib' fides non ficta radicabitur, recipiet consolationem mẽs assueta quieti, quotiens sibi lux, vt assolet contemplationis subtrahitur. Quis. n. non dico continue sed vel diu dum in hoc corpore manet, lumine contemplationis fruitur? At quoties (vt dixi) corruit a cõtemplatiua, toties in actiuam se recipit. Inde nimirum tanquam e vicino familiarius reditur in idipsum, quoniam sunt inuicem cõtubernales hæ duę, & cohabitant pariter. Est quippe soror Mariæ Martha. Neq; enim, & si a contemplationis lumine cadit, patitur tamen vllatenus se incidere tenebras peccati, seu ignauiam ocij. Sane in luce bonæ operationis se retinens, *Matth. 5.* vt scias etiam opera lucem esse. Luceat lux vestra (inquit) coram hominibus, quod non dubiũ de operibus fuisse dictum, quę homines poterant intueri. Hucusq; Ber. Hæ sunt igitur tres causæ, ꝓpter quas contemplator a iucunda contemplatione recedit, & se recipit in actiuam, quamuis inuitus in hac vltima ex dispensatione tamen diuina, & in qualibet earum aduertere potuisti ex auctoritatibus Bernardi, quod ad tẽpus hoc facit, & redit ad contemplationem. Vnde hæc ipsa sunt in argumentum, quod contemplatiua præfertur actiuæ. Eia, Deo gratias: expediti sumus de tractatu contemplationis: copiosa materia est, & vtilis valde, in qua non solum de ipsa contemplatione, sed de multis alijs, & quasi de toto studio spiritualis exercitij poteris edoceri. Igitur eam attente dilige, & diligenter opere adimplere coneris: nec tamen credas me tibi omnia in prędicto tractatu retulisse, quæ Ber. inde tractat, sed sufficiant tibi quæ dicta sunt, &c.

Quomodo Dominus dixit Iudęis quòd Ecclesia deuolueretur ad gentiles: sub similitudine cultorum vineæ qui filium domini sui occiderunt. Capitulum. 59.

Dominus ac redemptor noster zelans animarum salutem, pro quibus venerat positurus & suam, omnibus modis nitebatur eas ad se attrahere, & de inimicorum faucibus extirpare. Vnde quandoq; vtebatur sermonib. blandis, & humilibus: quãdoq; increpatorijs, & duris: quandoq; exemplis, & similitudinib': quandoq; signis, & virtutibus: quandoq; minis, & terroribus, & variabat modos, & remedia salutis prout expedire videbat, pro loco, & tempore, ac personarum audientium varietate. In hoc autem loco fuit vsus contra principes & pharisæos verbis duris, & exemplo terribili, & adeo iusto & vero, quod ipsi ijdem contra se tulerunt sententiam. Proponit. n. eis parabolam de cultoribus vi*Matt. 21.* neæ, qui nuncios Domini venientes pro fructibus occiderunt, & etiam filium eius. Quærens autem qua pęna digni essent puniri ab illo Domino? responderunt Malos male perdet & vineam suam locabit alijs agricolis. Iesus hoc approbãs intulit sic. Auferetur a vobis regnũ Dei. i. Ecclesia, & dabitur genti facienti fructum eius. i. gẽtilibus, ex quibus sumus nos, & vniuersalis Ecclesia. Interposuit etiam exemplum de lapide angulari, qui significabat ipsum, & debebat Iudæos confringere. Et tunc illi intelligentes quod de ipsis parabola esset, non correcti sed magis irati sunt, quia eos excæcauerat eorum malitia. Tunc autem conspice ipsum in prædictis, humiliter quidem sedentem inter illos Pharisæos, sed cum auctoritate loquentem, & cum potestate, & vigore virtutis enunciantem eis casum proprium.

Quomodo voluerunt Iesum capere in sermone. Capitulum. 60.

Sicut multis modis Dominus Iesus nitebatur operari Iudęorum salutem, ita econtrario illi omnibus quibus poterant modis, conabantur ad eius detractionem, & interitum. Cogitauerunt igitur eum decipere, sed defecerunt scrutantes scrutinio. Miserunt autem ex deliberato consilio discipulos suos, cum familiarib' Herodis Regis, vt quærerent, si liceat dare censum Cę- *Matt. 22.* sari, an non? Cogitabant enim, quod ex hoc eum redderent exosum, vel Cęsari, vel turbæ Iudæorum, quasi nõ posset nisi contra se respondere. At ipse scrutator cordium cognoscens eorum malitiam, respõdit, quod, quæ ad Deum pertinebant Deo, & quæ ad Cæsarem, Cæsari redderentur: vocans eos hypocritas, qui verbis blandis animo fallaci loquebantur. Illi ergo sua intentione fraudati, cum verecundia recesserunt. Conspice igitur attente ipsum vt supra in generali traditione habuisti: & etiam considera hic, quod non vult Dominus, quod prælati, & domini temporales in suo debito defraudentur, vnde peccatum est, & inhibitum non soluere pedagia, & gabellas, & decimas, & datiua alia quæ per temporales dominos debite, & æqualiter ordinantur. *Peccatum est, defraudare principes in pedagijs.*

De cæco illuminato in Hiericho, & multis alijs. Cap. 61.

Benignissimus Dominus, qui ex nimia charitate de sinu patris, pro nostra salute descẽdit, sciens, quod tempus suæ passionis instabat, ad eandem versus Hierusalem se pro ipsa suscipienda parauit, quam & diuinitus tunc prædixit, sed nõ intellexerunt eum. Cum igitur appropinquaret Hieri- *Luc. 18.* cho, cœcus quidam sedens iuxta viam & mendicans, cum intelligeret a turbis, eum inde transire, fortiter cępit clamare misericordiam, & licet increparetur a turba, non verecundabatur, nec tacebat. Ad cuius fidem & feruorem Dominus Iesus respiciens, fecit eum ad se adduci, & dixit. Quid vis vt faciam tibi? O dulcissimũ verbum, quid vis vt faciam tibi? & cæcus ad eum, Domine vt videam. Et pius Dominus concessit, dicens. Respice, & sic eum illuminauit. Conspice ergo Dominum Iesum, & curialitatem eius diligenter. Et considera hic de virtute fidei, & orationis, & quod orationis importunitas non displicet Deo, immo placet. simile habuisti supra de Chananæa: & ipse docet in hoc eodem quod o- *Ibid.* portet semper orare, & non deficere: & dans exemplum de iudice, a quo vidua ex importunitate impetrauit qđ petebat. Alibi etiã dat exemplũ de eo, qui de nocte cõ *Luc. 11.* modauit panes ex importunitate petentis. Et sic perseuerantibus in petitione, facit Dominus quicquid iuste, ac debite petunt a Deo, vt dicat singulis, quid vis vt faciam tibi? & facit, immo plus etiam sæpe facit, quam petatur, & quam audeat homo petere, vt habes exemplũ in Zachæo, de quo infra proximo dicemus. *Luc. 19.* Igitur pro constanti habeas, quod quicquid fideliter, & perseueranter petieris a Domino, obtinebis. Nec verecundari debes, sicut nec ille cæcus, nec Chananæa, nec Zachęus *Matt. 11.* verecundati fuerunt petere gratias, & eas obtinuerunt. Sic nec nos verecundari debemus seruire Deo, & peccatum deponere, & gratias nobis necessarias postulare. Habere nanque pudorem, & verecundiã, pertinet quandoq; ad magnam virtutem, & quandoque ad magnum vitium: de quo sic Bernardus. Est pudor adducens peccatum, & pudor adducens gloriam. *In Lib. de noua milit. Cãp. 12* Bonus pudor, quo peccasse, aut certe peccare confunderis. Et licet omnis humanus arbiter forte absit, diuinum tamen tanto verecundius reuereris aspectum, quanto verius cogitas

illum,

stilum, plus quam hominem purum esse, tantoque eum grauius offendi a peccatore, quanto constat longius esse peccatum ab illo. Huiusmodi procul dubio pudor fugat opprobrium, parat gloriam, dum peccatum omnino non admittit, aut certe admissum & pœnitendo punit, & confitendo expellit. Si tamen gloria nostra hæc (2.Cor. 1.) est testimonium conscientiæ nostræ, quod si quisquam confiteri confunditur, & inde compingitur? talis pudor peccatum adducit, & gloriã de conscientia perdit, quando malum quod ex profundo cordis compunctione conatur expellere, & pudor ineptus constrictor laborum omnino non permittit exire. O verecundia expers rationis, inimica salutis, totius ignara honoris & honestatis: (Quã perniciosa verecũdia ista.) ita ne verecundum est homini vinci a Deo, & probro ducitur humiliari sub potenti manu Dei altissimi. (1.Pet. 5.) Summum victoriæ genus, diuinæ cedere maiestati, & auctoritati matris Ecclesiæ non reluctari, summus honor & gloria. O peruersitas, non pudet inquinari, & ablui pedes pudet. (Eccl. 4.) Est pudor (iuxta Sapientem) adducens gloriam, si vel peccare pudeat, vel peccasse, & ita vel certa gloria non carebit, reducente nimirum pudore, quam culpa fugauerat. Idem. (Se.86. super Cant.) Nescio an quicquam gratius verecundia aduerti in moribus hominũ queat, quæ est certe omnium ornatus ætatum, sed teneræ gratia verecundiæ interiori amplius, & pulchrius enitescit. Quid amabilius verecundo adolescente? quam pulchra hæc, & quam splendida gemma morum in vultu, & vita adolescentis, quam vera, & minime dubia, bonæ spei nuncia, bonæ indolis index. Virga disciplinæ est illi, qui pudendis affectibus imminens, lubricæ ętatis motus actusq; leues coerceat, & comprimat insolentes. Quid itaq; turpiloquij, & omnis deinceps turpitudinis verba, fugitans? Verecundia soror continentiæ est. Nullum æque manifestum indicium columbinæ simplicitatis, & ideo etiam testis innocentiæ. Lampas est pudicę mẽtis, iugiter lucens, vt nil in ea turpe, vel indecorum residere attentes, quod non illa illicito prodat. Illa impugnatrix malorum, & propugnatrix puritatis innatæ, specialis gloria conscientiæ est, famæ custos, vitę decus, virtutis sedes, virtutum primitię, naturæ laus & insigne totius honestatis, rubor ipse genarum, quem forte inuexerit pudor, quantum gratiæ & decoris suffusio afferre vultui solet. Vsque adeo germen animi bonum verecũdia est, vt & qui male agere non verentur, videri tamen verecũdantur: opera nimirum tenebrarum, & digna latebris occultantes. Quid tam amicum verecunde animu quam secretum? Denique orare volentes, iubemur intrare cubiculum vtique secreti gratia. Illud quidem ad cautelam, ne palam orantibus nobis, laus humana, orationis furetur fructum, frustretur affectũ. sed quid tam proprium verecundiæ, quam proprias vitare laudes, & vitare iactantiam? Quid tam indecorum, maxime adolescenti, quam ostentatio sanctitatis? Bona comitatio securæ orationis, si præmittas verecundiã. Huc vsque Bern. Quæ autem in huius cæci consideratione veniunt, potes considerare de duobus alijs cęcis tunc a Domino illuminatis, scilicet quando exiuit de Hiericho. Iste enim fuit ante ingressum illuminatus. De illis (Matt. 20. & Mar. 10.) autem dicitur in Matth. & Marco, vbi ponitur nomen vnius. Nam eodem modo, vt isti clamauerunt, & respõsum, & lumen a Domino receperunt.

Qualiter Dominus intrauit domum Zachæi. Capitulum. 62.

CVm Dominus Iesus ingrediens ciuitatem Hiericho ambularet per eam, Zachæus princeps publicanorum hoc audiens, & desiderans vehementer (Luc. 19.) eum videre, nec valens propter multitudinem turbæ, quia statura pusillus erat, ascendit in arborem Sicomorum, vt vel sic eum videre posset. Iesus autem cognoscens, & acceptans fidem, & desiderium eius, dixit. Zachæe festina descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Tunc ille descendit, & eum cum magno gaudio, & reuerentia suscepit, ac ei conuiuium magnũ præparauit. Vidisti curialitatem Domini Iesu. Plus dedit Zachæo, quã ipse desiderasset: dedit ei ipsum, quod ille ausus petere non fuisset. Hic igitur habes de virtute orationis. Nam desiderium maxima vox est, & magna oratio est. Et ideo dicit Propheta: Desiderium pauperũ (Psalm. 90.) exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Et Moysi dixit Dominus. Quid clamas (Exod. 14.) ad me? cum ipso ore tunc taceret, sed corde loqueretur. Conspice ergo eum sedentem, comedentem cum illis peccatoribus: posuit se in medio mensæ cum Zachæo, & aliquem ex illis honorans, posuit in capite, familiariter & domestice conuersabatur, vt eos ad se attraheret. Conspice etiam discipulos libenter cum eisdem peccatoribus conuersantes, colloquentes cum eis, & eos ad bona opera confortantes. Sciebant enim hanc esse voluntatem magistri sui, & salutem eorum cupiebant.

De cęco a natiuitate illuminato. Cap. 63.

CVm iret Dominus Iesus Hierusalem, vidit cęcum (Ioan. 9.) a natiuitate, cuius nomen dicitur fuisse Cęlidonius. & inclinans se humilis Dominus, fecit lutũ de sputo, & liniuit oculos eius, mittens eum ad natatoriam Syloe, vt lauaret, Iuit ille cæcus, & oculos lauit, & lumen recepit. Quod miraculum fuit solenniter examinatum ab illis maleuolis, & cessit in confusionẽ ipsorũ. Vide historiam Euangelij, quia satis plana, & pulchra est. In prędictis autem conspice Dominum Iesum iuxta generalem traditionem tibi datam, & considera quã magna fuit huius cęci gratitudo, quia ita viriliter, & cõstanter defendit partem Domini Iesu ante ipsos principes, & maiores iudæorum, & nec in vno verbo pepercit eis, cum tamen adhuc non vidisset Dominum Iesũ. Multum commẽdabilis est virtus gratitudinis, & Deo accepta & detestabile vitium ingratitudinis. De qua (Ser. 51. super Cant.) materia sic dicit Bernar. Disce ad singula dona gratias agere. Diligenter (inquit) considera quæ tibi apponuntur, vt nulla videlicet Dei dona a debita gratiarum actione frustrentur: non grandia, non mediocria, non pusilla: denique iubemur colligere fragmenta ne pereant, id est non minima beneficia obliuisci. Nunquid non perit, quod donatur ingrato? (Ingratitudo quid.) Ingratitudo inimica est animæ, exinanitio meritorum, virtutum dispersio, bonorum perditio. Ingratitudo est ventus vrens, siccans sibi fontem pietatis, rorem misericordiæ, fluẽta gratiæ. Huc vsque Bernardus.

Quomodo Dominus fugit de templo, & abscondit se, quando Iudæi voluerunt eum lapidare. Capitulum. 64.

ECce modo incipiunt mysteria passionis Domini. Vnde raro amodo auctoritates adducã, vt circa passionem, & eius præambula possim commodius immorari. Dum ergo quadam vice Dominus Iesus prædicaret in templo, & diceret inter alia. Siquis sermonem meum seruauerit, mortem (Ioan. 8.) non gustabit in æternum. Et illis respondentibus, ergo tu es maior patre nostro Abraham, qui mortuus est? Dixit Dominus Iesus. Antequam Abraham fieret, ego sum. Ex quo verbo sumẽtes occasionem, quasi impossibile, vel mendacium loqueretur, tulerunt lapides, vt lapidarent eũ. Ipse vero abscondit se, et exiuit de tẽplo, nõdũ enim venerat hora passionis suæ. Cõspice ergo bene

hic

hic eum cum dolore vehementi, quomodo Dominus omnium sic vilipendebatur ab illis nequissimis seruis, & quomodo volens eorum furori cedere, abscondit se in aliquo loco templi, post aliquam columnam, vel inter aliquas personas intuere ipsum, & discipulos mœste & inclinato capite tanquam imbecilles, & debiles recedentes.

Quomodo alia vice voluerunt lapidare Iesum. Capitulum. 65.

CVm quadam alia vice in festo Enceniorum, id est in festo dedicationis templi, Dominus Iesus esset in porticu Salomonis, circundederunt eum lupi illi rapaces cum furore maximo, stridentes dentibus, &
Ioan. 10. dicentes. Vsquequo tollis animas nostras? Si tu es Christus, dic nobis palam? At mitissimus agnus humiliter respondit eis dicens. Loquor vobis & non creditis mihi. Opera quæ ego facio nomine patris mei, testimonium perhibent de me. Conspice ipsum nunc bene pro Deo, & totum negocium: ipse quidem eis humiliter loquebatur, illi vero cum furore caninis latratibus perstrepebant in eum, ex omni parte sicut eum circundabant: tandem non potuerunt occultare venenum cordis. Acceperunt igitur lapides, vt iacerent in eum. Sed Dominus Iesus nihilominus blando sermone locutus est eis, dicens. Multa bona opera ostendi vobis, propter quod eorum opus vultis me lapidare? Et illi inter alia, quia tu homo cum sis, facis te ipsum Deum. Vide mirabilem insaniam. Ipsi volebant eum scire Christum, & quia verbis, & operibus hoc comprobat, volebant eum lapidare, nec aliquam excusationem habere possunt, quin potuerunt, & debuerunt credere Dominum Iesum fuisse filium Dei. Quia vero needum venerat hora eius, exiuit de manibus eorum, & recessit trans Iordanem ad locum vbi Ioannes baptizauerat, qui distat a Hierusalem per decem & octo miliaria, & ibi stabat cum discipulis suis. Conspice ergo tam eum quam discipulos contristatos recedere, & eis compatere toto posse.

De resuscitatione Lazari. Cap. 66.

PRæsens miraculum valde celebre, multumque solenne cum deuotione meditandi occurrit, & ideo sic te attentam exhibeas, ac si præsens fuisses, his quæ dicta vel facta fuerunt, & libenter conuerseris, non solum cum Domino Iesu, & discipulis eius, sed etiam cum ista benedicta familia sic Domino deuota, & a Domino dilecta. s. Lazaro, Martha, & Maria. Languente igitur Lazaro, sorores eius prædictæ, quæ familiarissime Domino erant, ad eum miserunt ad locum in quem recesserat, scilicet trans Iordanem, vt in
Ioan. 11. superiori tractatu continetur, dicentes. Lazarus frater noster quem amas infirmatur. Et amplius non dixerunt, vel quia hoc sufficiebat amanti, & bene intelligenti, vel quia timebant ipsum ad se vocare, cum scirent, maiores iudæorum insidiari eidem, & cupere mortem eius. Dominus autẽ Iesus audito nuncio siluit per duos dies, & post dixit discipulis inter alia. Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, quia non eram ibi. Vide mirabilem bonitatem, & dilectionem Domini, ac solertiam circa discipulos suos. Indigebant adhuc maiori robore et virtute, vnde ipse libenter operabatur eorum profectum. Redierunt igitur, & venerunt prope Bethaniam. Martha vero cum sciuit, exiuit ei obuiam, & procidens ad pedes eius dixit. Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Dominus vero respondit quod surgeret, & de resurrectione adinuicem tractauerunt. Postea vero mittit eam pro Maria: hanc enim Dominus singularissime diligebat. Ipsa vero vt sciuit, festina surrexit, & venit ad eum, & procidens similia verba vt Martha dicebat. Dominus autem Iesus vidẽs dilectam suam afflictam, lachrymosam, & desolatam de fratre suo, non potuit etiam ipse lachrymas continere. Vnde tunc lachrymatus est Iesus. Conspice nunc bene ipsum & illas, & etiam discipulos. An non credis, quod & ipsi fuerunt lachrymati? Post aliquam morulam sic plorantibus cunctis, dixit Dominus Iesus. Vbi posuistis eum? Ipse enim hoc sciebat, sed more humano locutus est. Tunc illæ dixerunt. Domine veni, & vide, & ducebant eum ad sepulchrum. Vadit igitur Dominus Iesus medius inter duas sorores, consolans, & confortans eas. Ipsæ vero tunc de sua præsentia consolabantur, quòd quasi omnis doloris, & omnis rei oblitæ in eum solummodo intendebant. Cumque sic intercederent tres simul per viam, dicebat Magdalena. Domine qualiter fuit vobis, ex quo recessistis a nobis, dolor, vehemens fuit mihi de vestro recessu, & nunc cum vos redisse audiui, magnum gaudium habui, sed nihilominus timui, & multum timeo: scitis enim, quanta machinantur aduersum vos principes, & maiores nostri, & propterea non fuimus ausę mittere vt veniretis. Gaudeo quod venistis, sed rogo vos, pro Deo, vt caueatis vobis ab illorum insidijs. Dominus autem respondebat. Non timeatis, quia pater super his prouidebit. Et sic colloquendo adinuicem, venerunt ad monumentum. Tunc iussit Dominus Iesus eleuari ex eo lapidem superpositum, sed contendebat Martha dicens. Domine fœtet, quatriduanus enim est. O Deus vide mirabilem amorem istarum sororum erga Dominum Iesum: nolebant enim quod fœtor tangeret nares eius. Nihilominus tamen, immo multo magis Dominus fecit lapidem eleuari. Quo facto, ipse Dominus Iesus eleuatis oculis in cœlum, dixit. Gratias tibi ago pater, quoniam audisti me, ego autem sciebam quia semper me audis, sed propter istos dico, vt sciant, quia tu me misisti. Aspice nunc bene ipsum sic orantem, & considera zelum eius ad animarum salutem. Deinde clamauit voce magna, dicens. Lazare veni foras. Et statim reuixit, & prosilijt foras, ligatus tamen sicut fuerat sepultus. Discipuli vero ad Domini præceptum soluerunt eum. Qui solutus, & etiã prędictę sorores genuflectentes, gratias egerunt Domino Iesu de tanto beneficio, & duxerunt eum ad domum suam. Stupuerunt autem qui ibi fuerãt, & hæc viderant, & diuulgatum fuit miraculum, adeo vt multitudo magna à Hierusalẽ, & alijs partibus venirent ad videndum Lazarum, & principes iudæorum se confusos reputantes, de ipso occidendo cogitauerunt.

De maledictione ficus. Cap. 67.

QVamuis secundum fidem historiæ maledictio ficus, & præsentatio adulteræ in templo, credantur fuisse post aduentum Domini Iesu in Hierusalem super asello, quia tamen videtur aptius nil post ipsum aduentum meditari, nisi de sua cœna & passione, & earum circunstantijs, ideo cogitaui ista duo hic ponere. Cum igitur Dominus Iesus vadens versus Hierusalem esuriret, vidit ficum ornatam, & pulchram de folijs, & appropinquans, & non inueniens fructus, maledixit ei statim, & aruit, ita vt mirarentur discipuli. Matt. 21. Mar. 11. Conspice igitur eum, & discipulos in prædictis, iuxta formã generalem supra traditã tibi. Conspice etiam quia mystice hoc factum est a Domino, cum sciret non esse tempus ficuum. Per talem igitur arborem virentem folijs, intelligi possunt verbosi, & loquaces sine operibus, nec non etiam hypocritæ, ac simulati qui exteriorem apparentiam habentes, interius vacui sunt, & infructuosi.

De

De muliere in adulterio deprehensa. Capitulum. 68.

Ioan. 8. Vigilabãt in malitijs suis pessimi principes & phariſæi contra Dominum Ieſum, & ſolicite pertractabant, quomodo eum per aſtutias & fallacias vincerent, & odibilem populo redderent, ſed retorquebantur in eos ſagittæ eorum. Cum igitur quædam mulier fuiſſet in adulterio depræhenſa, & ſecundum Legẽ deberet lapidari; adduxerunt eam ad ipſum in templo, querentes, quid de ipſa faciendum eſſet: quaſi volentes ei ponere perplexitatem, vt ſi legem ſeruandam diceret, notaretur de crudelitate & immiſericordia: ſi non ſeruandam, notaretur de iniuſtitia. Sapiens autem Dominus eorum retia cognoſcens, & declinare ſciens, inclinauit ſe humiliter, & digito ſcribebat in terra, & dicit gl. (Glo. ſuper Ioan. 8.) quod ſcribebat peccata eorum. Erat igitur illa ſcriptura tantę virtutis, quod quilibet eorum cognoſcebat in ea peccata ſua. Dominus autem erigens ſe, dixit. Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum ſe inclinauit curialis Dominus, etiam pro emulis & aduerſarijs ſuis ne verecundarentur. At illi diſceſſerunt omnes, & euanuerunt eorum aſtutiæ. Mulierem autem monitam ne amplius peccaret, Dominus Ieſus licentiauit. Conſpice igitur bene ipſum in omnibus factis & verbis.

De conſpiratione Iudæorum contra Ieſum. Et de fuga eius in ciuitatem Effrem. Capitulum. 69.

Appropinquante tempore quo Dominus Ieſus diſpoſuerat noſtram redemptionem per effuſionem proprij ſanguinis operari, armauit diabolus ſatellites ſuos, & acuit corda eorum contra ipſum Dominum vſque ad occiſionem ipſius, & ex bonis operibus Domini, maxime autem propter ſuſcitationem Lazari magis ac magis accendebantur, tanquam magis inuidia tabeſcentes. Non valentes igitur ſuum furorem protelare, collegerunt põtifices & phariſæi concilium, in quo Caypha prophetante, deliberauerunt ipſum agnum innocentiſſimum occidere. (Ioan. 11.) O prauum concilium. O peſſimi duces populi, & conſiliarij nequiſſimi. Quid agitis miſeri? qui vos furor exagitat tantus? quæ ordinatio eſt hæc? quę cauſa occiſionis Domini Dei veſtri? Nonne ipſe in medio veſtrum eſt quem tamen neſcitis, & intelligit omnia verba veſtra, & ſcrutatur renes, & corda? Sed ſic fieri oportet vt deſideraſtis, in manibus veſtris tradidit eum pater ſuus, per vos occidetur, ſed non pro vobis. Ipſe quidem morietur, & reſurget, vt ſaluet populum ſuum, & vos peribitis. Diuulgatum fuit iſtud conſilium, ſed ſapiens Dominus volens dare locum iræ, & etiam quia nondum erant omnia cõpleta, abijt in regionem iuxta deſertum in ciuitatem Effrem, & ſic fugit humilis Dominus ante faciem nequiſſimorum ſeruorum. Conſpice ergo prædictos nefarios in ſuo conſilio peſſimo æſtuantes. Conſpice etiam Dominum I E S V M, ſimiliter & diſcipulos recedentes tanquam imbecilles, & pauperes. Quid tu putas Magdalenam dixiſſe? Sed & qualis animi mater Domini I E S V erat, cum ſic eum recedere videret, & audiret cauſam, quia volebant eum occidere? Potes hic meditari Dominam, & ſorores eius tunc remanſiſſe cum Magdalena, & Dominum I E S V M eas omnes conſolatas fuiſſe de cita ſua reuerſione.

Quomodo Dominus Ieſus rediit in Bethaniam, vbi Maria Magdalena vnxit pedes eius. Capitulum. 70.

Sicut in ſuperioribus ad inſtructionẽ noſtram Dominus Ieſus fugiendo vſus eſt prudentia, oſtendẽs quod pro loco, & tempore furorem perſequentiũ caute declinare debemus: ita nunc vtitur fortitudine, quia debito tempore imminente, ſponte redit, vt ſe offerat paſſioni, & ſe in manus ipſorum perſequentium tradat, ſicut alias fuit vſus temperantia cum fugit honorem, quando turbæ voluerunt eum facere regem: & ecõtrario vſus eſt iuſtitia, cum voluit, tanquam rex honorari, quando populus cum ramis arborum occurrit eidem, ſatis modeſte tamen ipſum honorem voluit, & ideo aſellum aſcendit, vt hic refert Ber. (In Ser. de ramis pal.) Iſtis igitur quatuor virtutibus, ſcilicet prudentia, fortitudine, temperantia, & iuſtitia vſus eſt Dominus virtutum propter noſtram inſtructionem. Dicuntur autem cardinales eſſe ac principales, quia ab eis omnes aliæ virtutes morales deſcendunt. Non igitur æſtimandus eſt fuiſſe varius vel inconſtans, ſicut nec aliquis alius qui ſecundum diuerſos caſus in diuerſis virtutibus ſe exercet. Redit igitur Dominus Ieſus die ſabbati ante diem palmarum in (Matt. 26.) Bethaniam, quę eſt prope Hieruſalem, quaſi ad duo miliaria, & ibi fecerũt ei cęnam in domo Simonis leproſi, ſed & ibi fuerunt Lazarus, Martha, & Maria. Erant enim forte conſanguinei, vel multum domeſtici eiuſdem Simonis. (Ioan. 12.) Tunc autem Maria fudit ſuper caput eius libram vnguẽti pretioſi, & ex eo vnxit ei caput, & pedes. Et quod alia vice fecit in eadem domo ex contritione, nunc faciebat ex deuotione, diligebat enim eum ſuper omnia, & de obſequendo eidem ſaciari nõ poterat. Sed murmurauit de hoc proditor Iudas, pro qua Dominus reſpondit, & eã debito more defendit: nihilominus tamen proditor indignatus remanſit, & inde proditionis occaſionem aſſumpſit, & die mercurij ſequenti Dominum Ieſum pro triginta argenteis vendidit. Conſpice igitur eum cœnantem cum illis ſuis amicis, & conuerſãtem cum eis illis paucis diebus ſcilicet vſque ad paſſionem ſuam. Sed amplius in domo Lazari, domus nãque ipſius, & ſororis eius erat ſuum refugium generale, ibi comedebat de die, & dormiebat de nocte cum diſcipulis ſuis. Ibi etiam mater eius Domina noſtra cum ſororibus quieſcebat, & multum honorabant eam omnes, & maxime Magdalena ſemper ſociando eam, nec ab ea vllatenus diſcedendo. Conſpice ergo ipſam Dominam, quæ ſtat timore perterrita de dilectiſſimo filio ſuo, nec ſe ab illo vllo tempore ſeparabat, & cum Dominus defendens Magdalenam a murmure proditoris dixit. Mittens hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit. An non credis, quod huius verbi gladius matris animam pertranſierit? Quid enim de morte ſua poterat expreſſius dicere? Similiter & omnes alij ſtabant perterriti, & anxijs cogitationibus pleni, colloquẽtes ad inuicem vnus cum altero hinc inde, more illorũ qui habent dura, & aduerſa tractare, & maxime timebant quando ibat in Hieruſalem, quod faciebat quodlibet die. Multa enim ab iſta die ſabbati vſque ad diem cœnæ locutus eſt iudæis, & operatus eſt palam in Hieruſalem, de quibus non intendo referre niſi de aduentu ſuper aſello, ne meditatio ipſius impediatur. Sumus enim in ianuis paſſionis. Vide, totum tuum recollige ſpiritum, ne ad alia ſis diſtracta: vt tam ad hæc myſteria quæ præcedunt, quam ad ipſam paſſionem mente vacua curis, & valde perujgil poſſis intendere, & interim libenter conuerſeris in Bethania cum prædictis.

De ad-

De aduentu Domin in Hierusalem super asello. Ibidem quomodo Iesus dicitur tribus modis fleuisse. Cap. 71.

FRequentabantur mysteria, implebantur scripturæ per Dñm Iesum, appropinquante tempore zelabat remedium mundo conferre per proprij corporis passionem. Igitur die sequenti summo mane, s. die dominica parauit se ad eundum in hierusalem nouo & inconsueto modo, sed sicut fuerat prophetatum. Cumque pergere vellet, mater pio affectu retrahebat eum, dicens. Fili mi quo vis ire? tu scis conspirationem cõtra te factam, quomodo vadis inter eos? Rogo te vt nõ vadas. Similiter & discipulis alijs videbatur intollerabile, q ibat, & vt poterant retrahebant eum. Dicebat Magdalena, non eatis magister pro Deo. Vos scitis, quod desiderant mortem vestram. Si vos itis in manus eorũ, hodie vos capient, & habebunt intentum suum. O Deus quõ diligebant eum, & quomodo erat eis amarũ, quicquid læderet ipsum. Ipse vero aliter disposuerat, qui vniuersorum salutem sitiebat, & respondebat eis. Volũtas patris mei est q ego vadam, sinite, non timeatis, quia ipse defendet nos, & hoc sero huc redibimus illæsi. Cępit igitur ire, & illa parua comitiua, sed fidelis secuta est

Matt. 21. Marc. 11. Luc. 19.

ipsum. Cum aũt venit Bethphage. s. in viculum quendam in medio itineris, misit duos discipulos in Hierusalẽ, vt sibi adducerent asinam & pullum eius, alligatos in loco publico ad ministerium pauperum deputatos. Quo facto, Dominus Iesus primo super asinam, & parum post super pullum humiliter ascendit, super quos discipuli vestimenta sua posuerunt. Et sic equitabat Dominus mundi, quamquam iustissimum foret eũ honorari, honoris tamẽ tempore talibus dextrarijs, & phaleris vsus fuit. Conspice nunc bene ipsum, & vide quõ in hoc suo honore, vituperauit honorabilẽ pompã mũdi. Non. n. fuerunt hæc animalia frenis, & sellis deauratis, & phaleris sericatis ornata, more stultitiæ mundialis, sed vilibus pannis, & duobus funiculis, cũ esset Rex regum, & Dominus dominorum. Turbæ autem cũ sciuerunt, iuerũt obuiam ei, & vt regem cum laudibus, & canticis cum vestium suarum, & ramorum arborũ stratione ac letitia magna susceperunt eum. Immiscuit aũt cum ista lætitia fletum. Nanque cum vidit Hierusalem, fleuit super illam, dicens. Quia si cognouisses, & tu supple, fleres. Et debes scire, quod tribus vicibus legimus

Trib. vicibus fleuit Christus.

Dominum Iesum fleuisse. Vna de morte Lazari, s. humanam miseriam. Alia hic, s. humanam cęcitatem, & ignorantiam. Hic. n. fleuit, quia non cognouerunt tempus visitationis suæ. Tertia vice fleuit in passione sua, s. humanã culpam, & malitiam, quia videbat, quod passio sua omnib. sufficiebat, & tamen non omnibus proficiebat, quia non reprobis, & duris corde ac impęnitẽtibus. Et de hac refert Apostolus, ad Heb, dicens de tẽpore suę passionis. Qui cum clamore valido, & lachrymis exauditus est pro sua reuerentia. De his tribus vicibus habetur in textu, sed & alias tenet Ecclesia quod fleuit, s. infantulus, & ideo cantat. Vagit infans inter arcta conditus præsepia, quod faciebat vt mysterium incarnationis Diabolo occultaret. Cõspice ergo bene ipsum nunc flentem, nam & flere deberes cum eo. Flere. n. largiter, & fortiter, quia non simulate, sed vere dolebat cum ipsis. Vnde corde amaro flebat illorum periculum æternale. Prædixit etiam tunc ipsorum excidium corporale. Conspice etiam discipulos, qui diligenter vadunt iuxta eum cum tremore, & reuerentia. Ipsi sunt barones, & comites, sui domicelli & dextratores. Conspice etiam matrem cum Magdalena, & alijs fœminis sequentes attente post eum. Nec credere debes, quod ipso flente, potuerunt mater & alij sui lachrymas cõtinere. Intrauit ergo Dominus Iesus cum isto triumpho & honore turbarum in ciuitatem, de quo ciuitas commota est. Venit autem ad templum, & eiecit ementes & vendentes. Et hæc fuit secunda eiectio. Et stetit Dominus Iesus publice in templo prædicans populo, & respondens principibus, & pharisæis vsque quasi sero. Et licet sic honoratus fuisset ab illis, non est inuentus aliquis, qui eum etiam ad bibendum inuitaret. Tota igitur die, ipse & sui ieiunauerunt, & sero cum eis Bethaniam redijt. Conspice ergo & nunc bene ipsum, qã valde humiliter vadit per ciuitatem cum illis paucis, qui sic honorifice venerat mane. Ex quo potes considerare, quod parum est de mundano curandum honore, qui sic terminatur in breui. Potes etiam considerare, quomodo Magdalena & alij gaudebant, quando honorabatur a turbis, & multo magis quando Bethaniam redierunt illæsi.

Hebr. 5.

Marc. 11.

Licet Chrs honorifice fuerit susceptus in ingressum Hierusalẽ nõ fuit tñ ab aliquo inuitatus.

Quando Dominus Iesus mortem suam prędixit matri Cap. 72.

HIc potest interponi meditatio valde pulchra, de qua tamen scriptura non loquitur. Cenante nãque Domino Iesu die mercurij cũ discipulis suis in domo Mariæ & Marthæ, & etiam matre eius cũ mulierib. in alia parte domus Magdalena ministrans rogauit Dominum dicens. Magister sitis memor, quod facietis pascha nobiscum, rogo vos, vt hoc non denegetis mihi. Quo nullatenus acquiescente, sed dicẽte qđ in Hierusalẽ faceret pascha. Illa recedens miro cum fletu, & lachrimis, vadit ad Dñam, & his ei narratis rogat, vt ipsa eũ ibi in paschate teneat. Cęna igit facta, vadit Dominus Iesus ad matrem, & sedet cum ea seorsum colloquens cum ea, & copiam ei suæ præsentiæ prębens, quã in breui subtracturus erat ab ea. Conspice nunc bene ipsos sedentes, & quõ Domina reuerẽter eum suscipit, & cum eo affectuose moratur, & similiter quomodo Dñs reuerenter se habet ad eam. Ipsis igitur sic colloquentib. Magdalena vadit ad eos, & ad pedes eorum sedens dicit. Domina ego inuitabam magistrum, vt hic faceret pascha, ipse vero videtur velle ire Hierusalẽ ad paschandum, vt capiatur ibi, rogo vos vt non permittatis eum ire. Ad quem mater. Fili mi rogo te vt non sic fiat, sed faciamus hic pascha, scis. n. quod insidię ad te capiendum ordinatæ sunt. Et dominus ad eam. Mater charissima volũtas patris est, vt ibi faciam pascha, quia tempus redemptionis aduenit, modo implebuntur omnia quæ de me scripta sunt, & facient in me quicquid volent. At illæ cum ingenti dolore hæc audierunt, quia bene intellexerũt, quod de morte sua dicebat. Dicit igitur mater vix valens verba formata proferre. Fili mi tota concussa sum ad vocẽ istam, & cor meum dereliquit me. Prouideat pater, quia nescio quid dicam. Nolo sibi contradicere, sed si ipsi placeret, roga eum vt differat ad presens, & faciamus hic pascha cum istis amicis nostris, ipse vero si sibi placebit, poterit de alio modo redẽptionis sine morte tua prouidere, quia omnia possibilia sũt ei. O si videres inter hæc verba Dominum plorantem, modeste tñ & plane, & Magdalenam tanquam ebriam de magistro suo largiter, & magnis singultib. flentem, forte nec tu posses lachrimas continere. Considera in quo statu esse poterant, quando hæc tractabantur. Dixit. n. Dominus blande cõsolans eas. Nolite flere, scitis quod obedientiam Patris me implere oportet, sed pro certo cõfidite, quia cito reuertar ad vos, & tertia die resurgam incolumis. In monte igitur Sion secundum voluntatem Patris faciam pascha. Dixit autem Magdalena,

Digitized by Google

lena, ex qua non possumus eum hic tenere, simus & nos in domo nostra in Hierusalem, sed credo quod nunquam habuit pascha sic amarum. Acquieuit Dominus, quod & ipsæ in dicta domo facerent pascha.

De cæna Domini. Item de mensa & modo sedendi in mensa. Exemplum quinque virtutum Christi in cæna. Item quinque ex sermone Domini. Capitul. 73.

ADueniente iam & imminente tempore miserationum, & misericordiarum Domini Iesu, quo disposuerat saluam facere plebem suam, & eam

1. Pet. 1. redimere, non corruptibili auro & argento, sed preciosissimo sanguine suo, voluit cœnam facere cum discipulis suis notabilem, antequam ab eis per mortem discederet, in signum memoriale recordationis, ac etiam vt compleret mysteria, quæ restabant complenda. Fuit autem hæc cœna magnifica valde, & magnifica sunt quæ fecit ibi Dominus Iesus. Ad quæ intuenda te cum summa attentione præsentem exhibe, quia si hoc digne et vigilanter feceris, non patietur curialis Dominus redire ieiunam. Circa ipsam igitur quatuor principaliter, quę ibi notabiliter facta fuerunt, meditanda occurrũt. Primo ipsa corporalis cœnatio. Secundo pedũ discipulorum per Dominũ Iesum ablutio. Tertio sacramenti sui sacratissimi corporis institutio. Et quarto pulcherrimi sermonis per ipsum compositio. De quibus per ordinem videamus.

De cœna agni paschalis ꝗ narrat. Matt. 26.

Circa primum attende, quod Petrus & Ioannes iuerunt iussu Domini Iesu, ad quendam amicum suum in montem Sion, vbi erat cænaculum grande stratum ad parandum pascha. Sed & Dominus cum alijs discipulis die iouis, aduesperascente die ciuitatem intrauit, & ad ipsum locum iuit. Aspice nunc igitur eũ stantem in aliqua parte domus, & colloquentem cum suis discipulis salubria, & interim in cœnaculo parabatur pro eis per aliquos de septuaginta duobus discipulis pascha. Legitur nanque in legenda sancti Martialis, quod ipse cum aliquibus de septuaginta duob. discipulis fuit ipso die sero ad ministrandum Domino Iesu, quando lauabat pedes discipulorum suorum. Cum autẽ essent omnia in cænaculo parata, dilectissimus Ioannes qui solicite ibat, et redibat ad parandum, & iuuandum in præparatione præfata, venit ad Dominum Iesum, dicens. Domine vos potestis cænare quando placet vobis, quia omnia sunt parata. Conspice nunc bene, & morose omnia quæ dicuntur, & fiunt, quia viscerosa sunt valde nec abbreuianda sunt, sicut cętera Domini Iesu facta, sed potius dilatanda. In hoc igitur est maxima vis omnium meditationum de ipso, sed & amoris istius magis. s. propter excessiua insignia, quæ in hac cæna facta fuerunt. Surgit ergo Dominus Iesus, & discipuli eius cum eo. Ioannes vero eius lateri se iungens, ab eo se deinceps nullatenus separauit, nullus. n. sic fideliter ac familiariter adhæsit ei, sicut Ioannes. Nam cum captus fuit, introiuit cum eo in atrium principis sacerdotum, nec in crucifixione, nec in morte, nec post mortem dimisit eum quousque fuerat ipse sepultus. In hac autem cęna iuxta eum sedit, licet esset minor alijs. Intrant autem cænaculum omnes, lauant manus, & circũ stantes mensam deuotissime benedicunt. Aspice bene

Qualis erat mẽsa in qua vltimã cęnam fecit Iesus & quo.

per singula. scire autem debes quod ipsa mensa erat in terra, & more antiquorum in terra sederunt ad cęnam. Erat autem mensa quadra vt creditur, de plurib. tamen tabellis, quam ego vidi Romæ in Ecclesia lateranensi, & ego eam met mensuraui. Est autem in vno quadro duorum brachiorum, & trium digitorũ, vel palmi vel citra, ita ꝙ licet arcte, tamen in quolibet quadro vt creditur tres discipuli sedebant, & Dominus Iesus humiliter in quodam angulo, ita quod omnes in vno catino comedere poterant. Et propterea non intellexerunt eũ discipuli, quando dixit. Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet, quia omnes pariter intingebant. Benedictione igitur facta per dexteram Domini, sedent circa mensam, Ioanne sedente iuxta dominum Iesum Christum. Agnus paschalis tũc eis defertur. Sed attende, quod dupliciter poteris hoc meditari. Vno modo ꝙ sedeant sicut iam dixi. Alio modo, vt stent recti cum baculis in manib. comedentes agnum cum lactucis agrestibus, & ita obseruantes quæ in lege Domini mandantur, dummodo postea eos mediteris sedere ad aliquid manducandum, vt ex pluribus locis textus potest colligi, quia nec Ioannes recumbere supra pectus domini aliter potuisset, nisi sedendo. Delato ergo agno paschali asso, accepit eum verus & immaculatus agnus. s. Dominus Iesus, qui erat in medio illorum tanquam qui ministrat, sciditque eum in frusta, discipulis alacriter porrexit, & ad comedendum confortat. Ipsi vero comedebant, sed alacritatẽ non capiebant semper pauidi, ne nouitas contra Dominum fieret. Cænantib. autem eis, patefecit factum apertius, & inter alia ita ait.

Desiderio desideraui, hoc pascha manducare vobiscũ antequam patiar. Vnus aũt vestrum me traditurus est. Luc. 22.

Hęc vox in corda ipsorum vt gladius acutissimus intrauit, & comedere cessauerunt, aspicientes seipsos inuicẽ & dicentes, Nunquid ego sum Domine? Aspice nũc bene ipsos, & cõpatere tam Domino Iesu quam ipsis, qa in magno dolore sunt positi. Ipse autem proditor ne viderentur hæc verba pertinere ad ipsum, comedere non

Ioan. 13.

cessauit. Ioannes vero ad instantiam Petri quæsiuit & dixit. Domine quis est qui tradet te? Et dominus Iesus tanquã singulari dilecto familiariter ei aperuit. Ioãnes vero stupefactus, & cordialiter gladiatus, versus eum se inclinauit, & super pectus eius recubuit. Petro autẽ Dominus non dixit, quia vt dicit Aug. si ipsum sciuisset, dẽtibus proditorem discerpsisset. Sed per Petrum signantur actiui, per Ioannem contemplatiui, vt dicit Aug. in eadem. Omil. Euang. quod legitur in festo sancti Ioannis. Vnde habes hic argumentũ, quod contemplatiuus non intromittit se de actibus extrinsecis, & de ipsis etiã offensis Domini vindictam non expetit, sed gemit interius, & per orationes se ad Deum conuertit, & fortius ei per contemplationem approximans, eique inhęrens, omnia suę dispositioni committit. Nam aliquando ipse contemplatiuus ex zelo Dei, & animarum, exterius exit, vt supra plenius habuisti in tractatu de vita contẽplatiua. Hic etiã habes, ꝙ nec ipse Ioannes dixit Petro, quamuis ad ipsius nutum Dominum quæsiuisset. Ex quo potes colligere, quod contemplatiuus non debet secretum sui Domini reuelare. Legitur autem de beato Francisco, quod reuelationes occultas non reuelabat exterius, nisi quantum fraternæ salutis vrgebat zelus, vel supernę reuelationis dictabat instinctus, nũc igitur conspice Domini benignitatem quomodo dilectũ suum supra pectus suum retinet tam benigne. O quam tenerrime se adinuicem diligebant. Conspice etiam alios discipulos multum mæstos ad hanc Domini vocem, non comedentes, sed seinuicem aspicientes, & super his consilium capere nescientes. Hæc de 1. articulo

De ablutione pedũ ꝗ narrat. Io. 13.

sufficiunt. Circa secũdum vero diligenter attende. His nanque sic se habentibus, surgit Dominus Iesus a cęna, surgunt statim & discipuli, ignorantes quo ire velit. ipse autem descendit cum eis in locum alium inferius in eadem domo, vt dicunt qui locum viderunt, & ille omnes sedere fecit, aquã iubet sibi afferri, ponit vestimẽta sua, lintheo se præcingit, & aquam mittit in peluim lapideam, vt lauaret ipsorum pedes, recusat Petrus, & totus stupe-

stupefactus rem suo iudicio sic indecentem declinat. Sed audita Christi comminatione, sapienter consilium mutauit in melius. considera nunc bene singulos actus & cum admiratione conspice quæ geruntur. Inclinat se summa maiestas, & humilitatis magister vsque ad piscatoris pedes, stat incuruatus, & genibus flexis, coram ipsis sedētibus. Lauat proprijs manibus, abstergit, deosculaturque omnium eorum pedes. Sed & illud superexalcat humilitatem, quod & ipsi proditori eadē obsequia ipse præbet. Sed ó cor nequam, & omni duritia durius, si sic ad tantam humilitatem non emolliris, si sic Dominum maiestatis non vereris, si sic vsque ad ipsius semper tibi benefici, semperq; innocentis sæuis interitum. Sed væ tibi miser, tu quidem obduratus quód concepisti parturies, non tamen ipse, sed tu peribis. Admiranda est ergo merito tāta humilitatis, & benignitatis profunditas, &c. hoc autem completo ministerio, redit ad locū cenę, & iterum recumbens, eos ad suum exemplum imitandum confortat. Potes autem hic meditari, quod Dominus Iesus exemplum dedit nobis isto sero quinque magnarum virtutum. s. humilitatis, vt dictum est lauādo. Charitatis, in sacramento corporis, & sanguinis sui, & in sermone qui est monitis charitatis plenus. Patientiæ, in sustinendo proditorē suum, & multa opprobria quando fuit captus, & ductus vt latro. Obedientiæ, in eundo ad passionem suam, & mortem ex obedientia patris. Orationis, in orando in horto tribus vicibus. in his ergo virtutibus eum imitari conemur. Et hæc de secundo articulo.

Exemplū quinq; virtutū domini in cęna.

Circa tertium vero meditando, obstupesce illam carissimam dignationem, & dignatissimam charitatem, qua nobis tradidit semetipsum & reliquit in cibum. Cū ergo lotis discipulorum pedibus iterum recubuisset, volens finem dare legalibus institutis, & sacrificijs & nouum incipere testamentum, seipsum sacrificium nouū facit, & accipiens panem, oculos ad patrem eleuans, confecit altissimum sacramentum corporis sui, & dans discipulis suis dixit. Hoc est corpus meum, quód pro vobis tradetur. Similiter & calicem dicens. Hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur. Aspice nunc bene pro Deo, quomodo diligenter, fideliter, & deuote prædicta facit, & manibus proprijs communicauit illam dilectā, & benedictam familiam suam. Et tandem in amoris recordationem, subiungit, di. Hoc facite in meam commemorationem Hoc est illud memoriale, quod animam gratam cum ipsum suscipit, manducando, vel fideliter meditando deberet totam ignire, & inebriare, & in ipsum Dominū præ amoris, & deuotionis vehementia totaliter transformare. Nihil enim maius, carius, dulcius, & vtilius nobis relinquere poterat, quam seipsum. ipse nanque quem in sacramento sumimus, ille idem est, q de virgine mirabiliter incarnatus, & natus pro te mortem sustinuit, & qui resurgens, & gloriose ascendens sedet a dextris Dei. Et ipse est qui creauit cœlum & terram, & omnia, & qui ea gubernat, ac etiam moderatur. Ipse est a quo dependet salus tua, in cuius voluntate et potestate est tibi dare, vel non dare gloriam paradisi. ipse est qui est in tali hostia modica oblatus, et tibi exhibitus. ipse est Dominus Iesus Christus filius Dei viui. Et hæc de tertio articulo.

De institutione sacramenti, quā narrat Matt. 26.

Circa quartum verò ad omnium cumulum super effluentem, attende alia dilectionis insignia. Facit enim eis sermonem pulcherrimum, plenum dulcedine, & amoris carbonibus ignitum. Communicatis nanque discipulis, & pessimo Iuda (secundum Augustinum licet secundum aliquos non fuerit in communicatione) dixit ipsi Iudæ dominus Iesus. Quod facis fac citius. Ille autem infœlix egrediēs, iuit ad principes sacerdotū, quibus eum præcedenti die Mercurij vendiderat triginta argenteis, & petijt ab eis cohortem ad ipsum capiendum. Interim vero Dominus Iesus fecit discipulis dictum sermonem. Ex cuius ornata, vtili, ac veneranda magnitudine, quinque principaliter meditando assumo. Primum qualiter prædicens eis discessum suum, eos confortauit. Dicebat nanque. Adhuc modicum vobiscum sum, sed non relinquam vos orphanos. Vado & venio ad vos. Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrū. Hæc & his similia, quæ succincte pertranseo, dicebat eis, quæ corda ipsorum totaliter pertransibant, et penetrabant, non. n. de suo discessu poterant aliquid tolerare. Secundo circa sermonem mediteris, qualiter cordialiter et instāter instruxit eos de charitate, dicens pluribus vicib. Hoc est mandatum meum, vt diligatis inuicem. Et in hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis, si dilectionē habueritis adinuicem. Et alia huiusmodi quæ in textu plenius poteris reperire. Tertio circa sermonē mediteris, quomodo monuit eos ad obseruantiam mandatorū suorū, di. Si diligitis me, mandatą mea seruate, & si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Et alia huiusmodi. Quarto circa sermonem mediteris, qualiter det eis confidentiam contra tribulationes, quas eis prędicit esse venturas. Hoc mō, in mundo pressuras habebitis, sed confidite, quia ego vici mundum. Et iterū si mūdus vos odit, scitote, quia me priorem vobis odio habuit. Mundus quidem gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudiū. Quinto circa sermonem est meditandum, qualiter ipse Dominus Iesus tandem aspiciens in cęlum se conuertit ad patrem dicens, Pater serua istos quos dedisti mihi, cum essem cum eis ego seruabam eos, Nuc autem venio ad te. Pater Sancte ego pro eis rogo, non pro mūdo, & non pro his tantum, sed pro eis omnibus, qui in me credituri sunt per eos. Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam. Et alia huiusmodi quæ vere erant corda scindentia. Mirū certe quomodo discipuli qui tam vehementer Dominū Iesum amabant, ad hęc verba subsistere potuerūt. Si ergo quæ in hoc sermone dicta sunt, attente discusseris, & meditando ruminaueris diligenter, & in eorum dulcedine requieueris, merito inardescere poteris ad tantā dignationem, benignitatem, & prouidentiam indulgentiam, & charitatem, & etiam ad alia per eum hoc sero facta. Conspice ergo eum dum loquitur, quomodo efficaciter, deuote, & delectabiliter loquens, imprimit discipulis suis quæ narrat, & pascit in amœnitate aspectus eius, atque verborum. Conspice autem discipulos quomodo stant mæsti capitibus inclinatis, lachrymantes, & suspiria magna dātes, pleni sunt tristitia vsq; ad summum, & de hoc veritas ipsamet ferebat testimonium dicens. Quia hæc dixi vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Inter alios autem conspice Ioannem, eidem familiarius cohærentem, qualiter attente & diligenter aspicit hunc dilectum suum, & tenerius anxiatus omnia verba eius recolligit, ipse enim solummodo describens hæc tradidit vere nobis. Inter alia quoque dicit eis Dominus Iesus. Surgite eamus hinc. O quantus pauor tunc in eos intrauit, nescientes quo, vel qualiter ire deberent, & de ipsius separatione plurimum formidantes, & nihilominus postea locutus est eis complendo sermonem, in alio loco eundo per viam. Conspice nūc discipulos euntes post eum, & cum eo, quomodo quilibet, qui magis potest magis ei approximat, congregatim pergentes, sicut mos est pullorum pergere post gallinam, impellendo eum modo vnus, modo alius ex desiderio appropinquandi, & audiendi verba ipsius. Ipse vero libenter hoc sustinebat ab eis. Tandem cunctis completis mysterijs, vadit cum eis in hortum trans torrentem Cedron, & ibi suum proditorem, & armatos expectauit.

De sermone domini in cœna quem narrat. Io. 13. vsq. ad 17. cap. Augu. sup Psalm. 40. Io. 13.

Ex sermone dñi qnque præcipue meditanda. Io. 14. Io. 16.

Alias hoc est mādatum meū nouum. Io. 13. Io. 14. Io. 15. & 16 Io. 16. Io: 17. Io. 16. Mat. 14. &

SEXTA FERIA.

Meditatio de passione domini in generali.
Capitulum 74.

OCcurrit nunc, vt de passione domini nostri Iesu Christi pertractemus. Qui ergo in passione, et cruce Domini gloriari desiderat, sedula cordis meditatione debet in ipsa persistere, cuius mysteria, et qui circa eam facta sunt, si toto forent perspecta intuitu mentis, in nouum (vt puto) statum adducerent meditantem. Nam profundo corde et totis viscerum medullis eam perscrutanti, multi adsunt passus insperati, ex quib. nouam compassionem, nouum amorem, nouas consolationes, & per consequens nouum quendam statum susciperet, quæ sibi præsagium, & participatio gloriȩ viderentur Ad hunc autem statum consequendum, crederem tanquam ignarus, & balbutiens, quod totam illuc mentis aciem vigilantib. oculis cordis, omissisq; alijs curis extraneis, dirigi oporteret, & ꝙ quis se prȩsentem exhiberet omnib. & singulis quæ circa dominicam ipsam crucem, passionem, & crucifixionem contigerunt, affectuose diligenter, amorose, & perseueranter. Te ergo hortor, vt si vigilanter attendisti præmissa, quæ de ipsius vita dicta sunt, hic multū vigilantius totum apponas animum, totamq; virtutem, quia hic maxime apparet illa charitas eius, quȩ corda nostra deberet totaliter concremare: cuncta vero cum modificatione solita accipe. s. quæ sic meditari poterunt, vt narrabo. Non. n. in hoc opusculo aliquid affirmare intendo, quod non per sacram scripturam, vel dicta sanctorum, vel opiniones approbatas affirmatur, vel dicitur. Videtur autem mihi non congrue dici, quod non solum illa pȩnalis, & mortalis crucifixio Domini, sed ea quȩ præcesserunt eandē, sunt vehementissimæ compassionis amaritudinis & stuporis. Quid. n. est cogitare, ꝙ ipse Dominus noster sup omnia benedictus Deus, ab hora qua de nocte captus est, vsq; ad sextam crucifixionis suæ horam, fuit in bello continuo, dolorib. magnis, opprobrijs, illusionib. & tormentis? non. n. sibi datur vel modica requies. Sed in

Pȩnas oēs quas Chris passus est, in genere recenset.

quali erat bello, & conflictu audi, & vide. Alius ipsum dulcem, & mitem, & pium Iesum apprehendit, alius ligat, alius insurgit, & alius exclamat, alius impellit, alius blasphemat, alius expuit in eum, & alius vexat, alius circumuoluit, alius interrogat, alius contra eum falsos testes inquirit, & alius inquirentes associat, alius contra eum falsum testimonium dicit, aliusque accusat, alius deludit, & alius oculos eius velat, alius faciem eius pulcherrimam cȩdit, alius colaphizat, alius eum ad columnam ducit, & alius expoliat, alius dū ducitur percutit, alius vociferatur, & alius eum insultanter ad vexandū suscipit, & alius ad columnam ligat, alius in eum impetū facit, & alius flagellat, alius eum purpura in contumeliam vestit, & alius spinis eum coronat, alius arundinem in manu eius ponit, alius furibunde accipit, vt spinosum caput pcutiat, alius nugatorie genu flectit, alius deridet genuflexionē, & plura ei intulerunt opprobria, ducitur, et reducitur, spuitur, & reprobatur, voluitur & circunflectitur hucatque illuc tanquam stultus, & stultissime imbecillis, sed & tanquam latro, & impijssimus malefactor, modo ad Annam, modo ad Cayphā, modo ad Pilatum, modo ad Herodem, & iterum ad Pilatum, & ibidē modi intus, modo foris ducitur, et attrahitur. Deus meus quod est hoc? nonne tibi videtur hoc durissimum, amarissimum, et continuū, et magnū bellum? Sed expecta parumper, et duriora videbis. Astant contra eū constanter principes, et pharisæi, seniores, et millia populi, acclamatur ab omnib. vnanimiter, vt crucifigatur. Crux humeris iam fractis, et laceratis imponitur in qua crucifigitur. concurrunt vndique ciues, et aduenæ, tam maiores, quam ribaldi, vinique potatores nō ad compatiendum, sed vilissime deridendum, nemo est qui eū agnoscat, sed luto, et immunditijs impetuose eū commaculant et affligunt, et dum ignominiam suam portat, factus est illis in parabolam, contra eum loquebantur, qui sedebant in porta, et in eum psallebant qui bibebant vinum, impellitur et anxiatur, trahitur et accelератur, et sic flagellatus, fatigatus, totusque maceratus, et opprobrijs saturatus vsq; ad summum, non sinitur requiescere, non esse in ocio, vix potest refocillare spiritum, quo vsque peruentum est ad Caluariæ locum, vtique immundissimum et fȩtidissimum. Et omnia eum impetu fecerunt, et furore. In ipso autem loco, finis et quies bello imponit, de quo tractamus, sed est illa quies asperior bello, et crucifixo, et lectus doloris. Ecce qualis quies. Vides ergo quomodo, vsque ad sextā horā passus est longum et durum bellū. Vere intrauerunt aquæ vsq; ad suam animam, et circūdederunt eum canes multi, terribiles, fortes et feroces, et consilium malignantium eum obsedit, qui dire, et vt gladius bis acutus exacuerunt in eum linguas et manus. Ex his ergo quæ dicta sunt expedita videntur, quȩ de passione domini dici possunt summatim in tribus horis primis, vsq; ad sextam. s. matutinali, prima, et tertia. Sed non sic, non est tanta amaritudo, et pœna Domini Iesu sic leuiter pertractanda, propter quod reflecte oculos, & intende. Magna enim et multiplex consideratio superest, multumque penetratiua, et pia, dummodo (vt dictum est) exhibeas te præsentem, hæc enim in quadam generalitate sunt dicta. Sed videamus singula diligenter, non enim debet nos tȩdere, ista cogitare, quæ ipsum dominum non tæduit tolerare.

Meditatio passionis Christi ante matutinum
Capitulum 75.

REassume ergo meditationes istas a principio passionis, et prosequere per ordinem vsque in finē, de quibus sicut mihi videtur, modicū tangam, tu vero vt placet exerciteris in amplioribus, vt et ibi Dominus ipse dabit. Attende ergo ad singula, ac si præsens esses, et cerne eum attente. cum a cœna exies, sermone completo, in hortum cum discipulis suis vadit. Vltimo nunc intra, et perpende quomodo affectuose, socialiter ac familiariter eis loquitur, et ad orationem hortatur, quomodo etiam ipse pusillum, id est per iactum lapidis progrediens, humiliter ac reuerenter positis genibus orat patrem. Hic parumper subsiste, et mirabilia Domini Dei tui mente pia reuolue. Orat nunc Dominus Iesus. Sed hactenus legitur pluries sic orasse, sed pro nobis tunc vt aduocatus noster, nunc autem pro se orabat. compatere, et admirare profundissimam suam humilitatem. Cum enim sit Deus patri suo coæternus et coæqualis, oblitus videtur se Deum esse, et orat vt homo, stat tanquam quilibet homunculus de populo, Dominum orans. Considera etiam perfectissimā obedientiam. Quid. n. orat? certe orat patrem, vt hora mortis ab eo transferatur, habet hoc expedire vt non moreretur si ei placeret, et non exauditur, secundum aliquam dico voluntatem, quæ in eo erat. Fuit tamen in eo multiplex voluntas, vt dicam. Et hic etiā tu compatere, quia vult pater vt penitus moriatur, et ei quamuis vero, et vnico filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus illum sic tradidit. Sic enim dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Dominus autem Iesus hanc obedientiam suscipit, et exequitur reuerenter. Vide in tertio loco indicibilem ad nos charitatem, tam patris, quam filij, compassione, admiratione, veneratione-

De ofone in horto.

Ioan. 18.

tioneque

tioneq; dignissimam. Propter nos hæc mors indicitur, & sustinetur propter nimiam charitatem ipsorum, orat ergo Dominus Iesus patrem prolixe, dicēs mi pater clemētissime rogo te, vt exaudias orationem meam, & ne
Psal. 54. despexeris deprecationē meam. Intende mihi & exaudi me, quia contristatus sum in exercitatione mea, & anxiatus est in me spiritus meus, & in me turbatū est cor meum. Inclina ergo ad me aurem tuam, & intende voci deprecationis meæ. Tibi pater placuit me in mundum mittere, vt pro iniuria tibi ab homine facta satisfacerē, & statim cum voluisti, dixi. Ecce vado. Et sicut in capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuā, sic volui, veritatem tuam, & salutem tuam annunciaui. Pauper fui, & in laboribus a iuuentute mea, faciens voluntatem tuam, & omnia quæ mandasti feci. Paratus sum etiam complere quæ restant. Si tamen pater mi fieri potest, tolle a me tantam amaritudinem, quanta mihi parata est ab aduersarijs meis. Vide.n. pater, quanta aduersantur aduersum me, & quot & quanta mihi im-
Psal. 7. ponunt, propter quæ accipere animam meam consiliati sunt, sed pater sancte si feci ea, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentib. mihi mala, decidā me-
Psal. 108. rito ab inimicis meis inanis. Ego.n. quæ tibi placita sūt feci sp. Ipsi vero posuerūt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea, & discipulum meum corruperunt, & suum ducem ad me perdendum fecerunt, & appenderūt mercedē meam triginta argenteis, quibus appreciatus sum ab eis. Rogo te pater mi, vt trās-
Matt. 27. feras a me Calicem istum. Si autem aliter tibi videtur,
Matt. 26. fiat voluntas tua, & non mea. Sed exurge pater in adiutorium meum, festina vt me adiuues. Dato.n. dilectissime pater, quod me nescierunt filium tuū, quia innocē-
Hier. 18. tem vitam cum eis duxi, & multa bona eis contuli, non deberent pater sic mihi esse crudeles. Recordare nanq; quod steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, vt auertam indignationem tuam ab eis. Sed v.r., nunquid redditur pro bono malum? ipsi autem foderunt foueam animæ meæ, & mortem turpissimam parauerunt. Tu vides Domine, ne sileas, ne discedas a me, quoniā tribulatio proxima est, & non est qui adiuuet.
Psal. 68. Ecce in conspectu tuo sunt qui tribulant me, quęrentes animam meam. Improperium expectauit cor meum & miseriam. Et rediens Dominus Iesus ad discipulos suos, excitat, & de orando confortat. Et iterum secundo & tertio ad orationem redijt, in tribus.n. diuersis locis distantibus ab inuicem per iactum lapidis, non quātum quis excutiens brachium projcere posset, sed quātum sine magna violentia lapidem mitteret, forte quanta est longitudo domorum nostrarum, vt habeo a fratre nostro, qui fuit ibi, & adhuc in ipsis locis sunt vestigia ecclesiarū, quæ ibi factæ fuerunt. Rediens ergo ad orationem, vt dixi, secundo; & tertio eundem sermonē orauit, & addidit Pater si sic decreuisti, vt penitus crucis patibulum subeam, fiat voluntas tua. Sed recomēdo
Ioan. 17. tibi dilectissimam matrem meam, & discipulos meos, quos hucusque seruaui. Pater mi serua eos amodo. Et interim, sacratissimus ille sanguis corporis sui, in modū sudoris erumpens in hac agonia siue certamine, dū prolixius orat, vsque ad terram abundanter decurrit. Considera nunc ergo eum, quanta nunc est animę suę angustia. Sed & hic illud animaduerte contra impatientiam nostram, quia dominus tribus vicibus orauit, antequā a patre responsionem acciperet. Cum autem sic orat anxiatus Dominus Iesus: Ecce Angelus Dñi: princeps mi-
Michael angelus Christū in agonia cōfortat. litiæ cœlestis exercitus, Michael, astitit confortans eū, & dicens. Salutem Deus meus Iesu. Ego orationem vestram, & sudorem vestrum sanguineum patri vestro obtuli in conspectu totius curię supernę, & omnes procidentes supplicauimus, vt Calicem hunc transferret a vobis, & respōdit pater. Nouit dilectissim⁹ filius meus Iesus, quod humani generis redemptio, quam sic optamus, sine sanguinis sui effusione, sic decēter fieri nō potest, & ideo si salutem vult animarum, oportet eum pro eis mori. Quid ergo discernitis? Tunc respondit dominus Iesus. Angelo. Salutem animarum omnino volo, & idcirco potius eligo mori vt saluentur animæ, quas ad imaginem suam pater creauerat, quam velim non mori, & animæ non redimantur. fiat ergo voluntas patris mei. Et Angelus ad eum. Confortamini ergo, & viriliter agite, excelsum.n. decet magnifica facere, & magnanimū ardua tolerare. Cito pertransibunt pęnalia, & succedunt perpetuo gloriosa. Dicit pater quod semper vobiscum est, & quod matrem vestram, & discipulos ipse seruabit, ipsosq; incolumes vobis reddet. Et humilis dominus reuerenter, humiliter suscipit hanc confortationem etiam a sua creatura, considerans se esse minoratum paulo minus ab angelis, dum est in hac valle misera tenebrarum, & sic contristabatur vt homo, & vale fecit ei. Et sic ex verbis angeli fuit cōfortatus vt homo, rogans, vt eum patri ac cœlesti curię commendaret. surgit ergo tertio ab oratione totus sanguine madefactus, quem conspice tergentem sibi vultum, vel etiam forte in torrente lauantem, totumque afflictum reuerenter cerne, eique intime compatere, quia sine ingenti acerbitate doloris hoc sibi contingere nullatenus potuit. Dicunt tamen Sapiētes, & expositores, quod orauit dominus Iesus patrem, non tam timore patiendi, quam misericordia prioris populi, quia cōpatiebatur iudeis, quia pro sua morte sæuissima perderentur. Non enim ipsi occidere eum debebant, quia ex ipsis erat, & in lege eorum continebatur, & tanta eis beneficia impendebat, dum orabat patrem pro salute iudæorum, & dicebat, vt credat multitudo gentium, non recuso passionē. Si vero iudæi excæcandi sunt vt alij videant, non mea
voluntas sed tua fiat. Fuit.n. in Christo tūc quadruplex Quadruplex volun-
voluntas. s. voluntas carnis; & hęc nullo modo volebat tas fuit in
pati. Voluntas sensualitatis, & hæc remurmurabat, & ti- Christo in
mebat. Voluntas rationis, & hæc obediebat, & consen- oratione.
tiebat. nam iuxta Isaiam dicitur. Oblatus est, quia ipse Isa. 53.
voluit. Et fuit in eo voluntas diuinitatis, & hoc imperabat, & sententiam ipsa dictabat. Igitur quia verus erat homo, vt hō erat in magna angustia positus. Et ideo intime compatere ei, & considera, & vide diligenter omnes actus, & singulas affectiones domini Dei tui. Venit autē ad discipulos suos dicens. Dormite iam, & requiescite, qui ibi aliquantulum dormierunt. Bonus autē pastor vigilat super custodiā gregis sui pusilli. O grandia amor. Vere in finem dilexit eos, cum in tanta positus agonia eorum procurat quietem. Videbat autem a longe aduersarios suos venientes cū facibus, & armis nec tamen discipulos excitauit, nisi cum prope, & iuxta eos erant, tunc dixit eis, Sufficit, satis dormistis, ecce qui me tradet appropinquat. Et adhuc eo loquente, venit ante illos nequā Iudas, pessimus mercator, & osculatus est
eum. Dicitur.n. q. moris erat Domini Iesu, discipulos Matt. 16.
quos emittebat, in osculo recipere redeuntes, & propte- Christ⁹ ca-
rea proditor ille in signum, Iesum per osculū tradidit, pitur.
& precedens alios cum osculo redijt, q.d. Non sum ego cum istis armatis, sed rediens more solito, te osculor & dico. Aue Rabbi. O vere proditor, Intuere ergo bene, & prosequens dominum, vide quomodo patienter, & benigne suscipit ipsius infelicis amplexus, & oscula proditoris, cuius paulo ante pedes lauerat, & summo cibauerat cibo. Et quomodo se patitur capi, ligari, percuti, & furibunde duci, ac si esset malefactor, et omnino impotens ad se defendendum. Quomodo etiam compatitur discipulis suis fugientib et errantibus. Sed et ipsorū dolores cernere potes, quomodo inuiti, et dolentes, gemitus et suspiria dabant, et velut orphani, et timore perterriti recedebant, et magis ac magis eorū augebatur

dolor,cum videbant & dominum ſuum ſic viliter trahi,& canes iſtos trahentes eum ad victimam, & illum quaſi agnum manſuetiſſimum ſine reſiſtentia ipſos ſequi.conſpice nunc eum,quomodo ducitur ab illis nequiſſimis de torrente ſurſum Hieruſalem feſtinanter, & anxie,manibus poſt tergum ligatis,exclamidatus tunica,ſupercinctus non curioſè,capite diſcoopertus, & curuus ex fatigatione, & vehementi acceleratione incedens. Cum autem præſentatur principib. ſacerdotum Annæ & Cayphæ & alijs ſenioribus congregatis, illi quaſi leo capta præda exultant,ipſum examinant,falſos procurant teſtes,qui eum condemnant & expuunt in eius ſacratiſſimam faciem,oculos velant, colaphizant, alapis cędunt,dicentes,prophetiza quis eſt qui te percuſſit?& multis opprobrijs eum vexant,& in omnib. ſe patienter habebat. Et hic in ſingulis eum conſpice, & compatere. Tandem illi maiores receſſerunt mittentes eum in quendam carcerem ibi ſubtus ſolarium,qui adhuc videri põt,vel eius veſtigium,& ligauerũt eum ad quandam columnam lapideam,cuius pars poſtea comminuta eſt,& adhuc apparet vt habeo ex fratre noſtro qui vidit. Dimiſerunt nihilominus aliquos armatos ad tutiorem cuſtodiam,qui eum per totam noctem reſiduam vexauerunt,deriſionib.& maledictis vacãtes. Intuere ergo qualiter audaces,& peſſimi conuiciantur eidem,dicentes.Credebas tu melior,& ſapiẽtior eſſe principib.noſtris,quæ ſtultitia erat tua?non debebas aperire os tuum contra eos,quomodo fuiſti auſus ſic facere? Sed nunc apparet ſapientia tua,vt ſtes modo ſicut tuis conuenit parſbus,dignus proculdubio es morte, & tu eam habebis,& ſic per totam noctem modo vnus, & modo alius inſultabat verbis,& factis contra eum,quãta credis dicunt,& faciunt hi mercenarij opprobrijs viliſſimis indiſcrete, & irreuerenter ei inſultant. Intuere nunc dominum verecunde,& patienter tacentem ad omnia tanquam in culpa deprehenſum,& vultu in terram demiſſo,& ſibi compatere vehementer.O domine ad quorum manus veniſti?quanta eſt patientia tua?Vere iſta eſt hora tenebrarum. Et ſic ſtetit rectus ad illam columnam ligatus vſq; ad mane. Interim autem Ioannes vadit ad dominam,& ſocias in domum Magdalenę congregatas,in qua cœnam fecerant, & narrat cuncta quæ dño, & diſcipulis contigerunt. Tunc indicibilia planctus,eiulatus,& clamor factus eſt ibi. Intuere eas, & compatere,quia in afflictione permaxima, & dolore vehementiſſimo ſunt de dilecto domino ſuo,quia bene vident,& credunt nunc ipſum dominum moriturum. Tandem domina ſecedit ad parietem, & in orationem ſe conuertit,dicens. Pater reuerẽdiſſime,pater pijſſime, pater miſericordiſſime,recommẽdo vobis filium meũ dilectiſſimum.non ſis ei crudelis,quia cunctis es benignus.Pater æterne morietur ne filius meus Ieſus?Nihil .n.mali fecit.Sed pater iuſte ſi redemptionem vultis humani generis, per alium modum obſecro faciatis, oĩa nanq; poſſibilia ſunt vobis. Rogo vos pater ſanctiſſime,ſi placet vobis,non moriatur filius meus Ieſus,liberate ipſum de manib.peccatorum,& reddite ipſum mihi. Ipſe propter obedientiam veſtram,& reuerentiam non ſe iuuat. Dereliquit ſeipſum,& tanquã imbecillis, & impotens eſt inter iſtos. Vnde vos illum Domine adiuuate. Hęc & his ſimilia orabat domina cum affectu ſuo toto,& conatu,& cum magna amaritudine cordis ſui.Compatere nunc ei,quam ſic cernis afflictam.

Principib. Chriſtus pſentatur.

Meditatio paſsionis Chriſti hora prima. Capitulum. 76.

MAne autem tempeſtiue redierunt principes, & maiores populi,& fecerũt cũ ligari manus poſt tergum,dicentes. Veni nobiſcum latro,veni ad iudiciũ, hodie complebuntur maleficia tua,modo tua ſapientia apparebit,& ducebant eum ad Pilatum, & ipſe tanquã nocens ſequebatur eos, cum eſſet agnus innocentiſſimus. Cum autem mater eius,Ioannes & ſociæ.(Nam & ipſæ ſummo mane exierunt foras,vt venirent ad eũ) occurrerunt ei in biuio,& videntes eum ſic vituperabiliter & ſic enormiter a tanta multitudine duci,quanto repleti ſunt dolore,dici nõ poſſet. In iſto autem mutuo conſpectu,fuit dolor vehementiſſimus vtriuſque. Nã ipſe dominus multum affligebatur ex cõpaſſione quã habebat ad ſuos,& maxime erga matrem, ſciebat enim quod propter ipſum dolebant vſque ad animæ a corpore auulſionem. Conſidera ergo & intuere diligẽter per ſingula,ſunt.n.per multum, immo per maxime compaſſiua. Ducitur ergo ad Pilatum,& illæ mulieres a longe ſequuntur,quia appropinquare non poſſunt. Accuſatur tũc ab illis in multis,& Pilatus ipſum miſit ad Herodem,Herodes vero cupiens videre de ſuis miraculis, gauiſus eſt,ſed nec miraculum ab illo habere potuit,neque verbum. Igitur ex hoc reputans eum ſtultum,fecit in deriſione ipſum indui veſte alba,& remiſit eum Pilato. Et ſic vide qualiter non ſolum malefactor, ſed & ſtultus eſt omnib. illis reputatus. ipſe autem omnia patientiſſime tolerabat. Intuere etiam hic eum,ducitur,& reducitur,demiſſo vultu,& verecunde incedentem, & omnium clamores, conuitia & ſubſanationes audientem,& forte lapidum percuſſiones,& immunditiarum aliarum fœtores ſuſcipiẽtem. Et etiam matrem, & ſuos intuere diſcipulos cum indicibili mœrore a longe ſtantes,& inde ipſum ſequentes reducto autem eo ad Pilatum, illi canes cum audacia magna atque conſtantia proſequũtur ſuas accuſationes:ſed Pilatus cauſam mortis non inueniens in eum,ipſum dimittere nitebatur. Dixit ergo. Ipſum corripiam,& dimittam. O Pilate tu dominum tuum caſtigas? neſcis quid agis,quia nec mortem nec flagella meretur.recte ageres,ſi te ad ſuum nutum corrigeres. Iuſſit autem eum duriſſime flagellari. Spoliatur ergo dominus, & ad columnam ligatur,& diuerſimode flagellatur. Stat nudus coram omnibus iuuenis elegans,& verecundus, ſpecioſus forma prę filijs hominum,ſuſcipit ſpurciſſimorum flagella dura,& doloroſa,caro illa innocentiſſima, & tenerrima, mundiſſima,& pulcherrima. Flos omnis carnis, & totius humanæ naturæ,repletur liuoribus, & fracturis. Fluit vndique regius ſanguis de omnibus partibus corporis,ſuperadditur,reiteratur,& ſpiſſatur liuor ſuper liuorem,& fractura ſuper fracturam, quouſque tam tortoribus,quam inſpectoribus fatigatis ſolui iubetur. Columna autem ad quam ligatus fuerat, veſtigia cruoris oſtendit ſicut in hiſtorijs continetur.hic ergo eum diligenter conſidera per longam moram, & ſi hic non compateris, cor lapideum puta te habere. Tunc impletum eſt, quod ait Iſaias propheta, Vidimus (inquit) eum, & non erat aſpectus, & reputauimus eum quaſi leproſum,& humiliatum a Deo. O Domine Ieſu quis fuit tam audax,& tam temerarius,qui te ſpoliauit, & qui illi audaciores qui te ligauerunt? Sed qui illi audaciſſimi,qui te tam duriſſime,flagellauerunt? Sed tu ſol iuſtitiæ tuos radios ſubtraxiſti,& ideo factæ ſunt tenebræ ac tenebrarum poteſtas. Omnes ſunt te potentiores. Amor tuus,& iniquitas noſtra ſic te imbecillem fecerunt. Maledicta ſit tanta iniquitas,pro qua ſic affligeris. Soluto domino a columna,ducunt eum ſic nudatum,ſic flagellatum,per domum ſcrutando pro pannis qui ſparſim in domo proiecti fuerunt ab expoliatorib. Intuere eum ſic bene afflictum, & trementem duriſſime. Erat enim frigus ſicut dicit Euangelium. Cum ſe vellet reueſtire, contendunt quidam impijſſimi dicentes Pilato. Domine, Hic ſe fecit regem. Veſtiamus eum

Mater Maria cũ alijs Chriſto occurrunt.

Ad Pilatũ & Herodẽ ducitur dominus. Luc. 23.

Flagellat Chriſtus.

Iſa. 53.

Ioan. 18.

Digitized by Google

Chrs coronatur spinea corona. eum,& honore regio coronemus. Et accipientes quandam chlamidem sericeam rubeam, & turpem, vestiuerūt eum,& spinis coronauerunt. Cerne ergo eum in singulis actibus & afflictionibus suis, quia omnia facit, & sustinet quæ & ipsi volūt,purpuram suscipit,super caput spineam coronam portat,arundinem manu tollit, & ipsis genuflectentibus,& vt regem salutantib. tacet, & patientissime obmutescit. Cerne nunc in amaritudine cordis,& maxime caput ipsius plenum spinis arundine sæpe percutitur. Et vide depresso collo,cum dolore tā magno acerbos ictus tunc suscipit:perforabant nanque caput eius sacratissimum acerbissimæ illæ spinæ, ac totū madere faciebant sanguine. O miseri, quomodo tremēdum adhuc apparebit vobis illud caput regale, quod vos nunc percutitis? Illudebant.n. ei tanquam regnare volēti,& non valenti. Omnia autem sustinet,quia eorum seuitia nimia erat,sed illis sufficerat quod ad maiorē illusionem totam cohortem congregauerant, sed & corā ipso Pilato,& toto populo adducunt eum foras publicè sic illusum,& portantem spineam coronam, & purpureum vestimentum. Cerne nunc pro Deo quomodo etiam stat facie ad terram demissa,coram tanta multitudine vociferante,& clamante. Crucifige eum,& insuper eum deridente,& insultante quasi sapientiores fuerint,& quomodo appareat, quod ipse se insipienter habuerit cōtra principes,& pharisæos,qui sic eum aptari fecerunt,& ad talem finem perducunt. Et sic non solum dolores,& pœnas, sed etiam opprobria suscipiebat ab eis.

Meditatio passionis Christi hora tertia. Capitulum 77.

Christus ad mortē damnatur. PEtit ergo tota multitudo iudæorū vt crucifigatur, & sic condemnatur a misero iudice Pilato. Non recordantur beneficiorum,& operum eius, nec mouentur propter innocentiam eius, & quod crudele videtur non retractantur propter afflictionem quam ei prius intulerunt, sed gaudent principes,& maiores quod intentionem prauam perfecerunt. Rident,& derident eum, qui est verus Deus,& æternus, & mortem accelerant, reducitur intus,spoliatur purpura,& stat nudus coram eis,& datur ei reuestiendi licentia. Attende hic diligenter,& considera staturam eius in singulis partibus,& vt inuicem compatiaris,& simul paßaris. Auerte parumper oculos a diuinitate & eum purum hominem cōsidera, & videbis iuuenem elegantem,nobilissimum,& innocentissimum,& amantissimum,totum autem flagellatum & sanguine liuoribusque respersum, pannos suos vndique proiectos sparsim de terra colligere,& cū quadam verecundia, reuerentia,& rubore se coram eis,quasi irridentibus reuestire, ac si foret omnium infimus, derelictus a Deo,& omni auxilio destitutus. Intuere et eum diligenter,& pietate ac compassione mouearis,nā modo colligit vnam,modo aliam,& coram illis se reuestit. Redeas post ad diuinitatem,& considera illam immensam æternam,& incomprehensibilem,& imperatoriam maiestatem incarnatam,se flectentem humiliter, ad terram reclinantem, & pannos recolligentem,& cū reuerentia,& rubore similiter vestientem,ac si esset homo vilissimus,imò seruus empticius sub istorum dominio constitutus, & ab eis pro aliquo excessu correctus & castigatus. Intuere etiam eum diligenter,& humilitatem eius admirare,& eidem conforma teipsum, eisdem etiam consideratonib. compatiens. Intueri potes eundem cum ad columnam ligatus, sic enormiter flagellatur, & eo reuestito ducūt eum foras,ne mortem vlterius differant.& tunc venerabile lignum crucis longū, & grossum,& multum graue ponunt super humeros eius,quod agnus mansuetissimus patienter suscipit, & portat. Et vt dicitur in historijs,opinio est,crucem dñi quindecim pedes habuisse in altum,& tunc ducitur, & acceleratur,& opprobrijs saturatur, vt supra in principio tactum fuit hora matutina. Ductus autem fuit foras cum socijs suis, duob. vtique latronib. Ecce hæc est sua societas. O bone Iesu quantam verecundiam faciūt vobis isti vestri amici,latronibus vos associāt, sed & deterius faciunt qui crucem vobis portandam imponunt, quod de latronib. ipsis non legitur. Vnde non solū (iuxta Isaiam) cum iniquis deputatus est, sed iniquorum iniquior. Indicibilis est domine patientia vestra. Cerne igitur hic eum bene, quomodo vadit curuus subtus crucem, & vehementer anhelat. Compatere ergo ei quantum potes, in tot angustijs,& ludibriorum renouationibus posito. Et quia vere mœsta mater eius propter multitudinem gentium ei appropinquare non poterat, nec videre, iuit per aliam viam breuiorem cum Ioanne, & socialibus suis, vt alios precedens ei approximare valeret. Cum autem extra portam ciuitatis in concursu viarum eum habuit obuium, cernēs eum oneratum ligno tam grandi, quod primo non viderat, semi mortua facta est præ angustia, nec verbū ei dicere potuit,nec dñs ei, quia acceleratus erat ab eis qui eum ducebant ad crucifigendum. Vlterius autem Dominus procedens parū post conuertit se ad mulieres flentes, & dixit eis. Filiæ Hierusalem nolite flere super me, sed super vosipsas flete,&c. sicut in Euangelio plenius continetur. Et in his duobus locis apparent vestigia ecclesiarum adhuc, quę ibi factæ sunt in memoriam hominum, vt habui a fratre nostro qui vidit,qui etiam dicit,quod mons Caluariæ vbi fuit Christus crucifixus, distabat a porta ciuitatis, quātum locus noster a porta sancti Germani. Vnde nimis longa portatio crucis erat. Cum ergo vlterius processisset,& ita esset fatigatus,& contractus, quòd amodo portare non posset, crucē deposuit. Illi autē pessimi differre nolentes mortem suam, timentes ne sententia eius reuocaret Pilatus, quia ostendebat voluntatem dimittendi eum, coegerunt quendam crucem portare, ipsum autē sic exoneratum, vt latronem ligatum ad Caluariæ locum duxerunt. Nonne igitur hæc quę in matutinali,& prima,& tertia hora passus est, videntur tibi sine ista crucifixione vehemētissimi dolores esse, & amarissimi,& horrores valde stupēdi? Certe sic puto, & ad compassionem facientia motiua, quinimmo valde inferentia passionem. Sic completa videntur, quę de his tribus dicenda sunt ad præsens. Videamus ergo nunc quę contigerūt in crucifixione,& morte, s. hora sexta, & nona. Postea videbimus de his quæ contigerunt post mortem. s. hora vespertina & completorij.

Chrs ducitur ad crucifigendum.

Isa 53.

Luc.23.

Meditatio passionis Christi hora sexta. Capitulum. 78.

CVm ergo Dominus Iesus ductu impiorum ad Caluariæ locum fętidum peruenit, conspicere potes operarios malos vndique nequiter operari. His autem toto mentis intuitu te præsentem exhibeas, & intuere diligenter cuncta quæ fiunt contra dominum tuum, & quæ dicuntur, & fiunt ab ipso, atque per ipsum. Videas ergo oculis mentis alios figere crucem in terram, alios parare clauos & martellos, alios parare scalam,& alia instrumenta, alios ordinare quicquid facere debeat, & alius ipsum spoliare. Spoliatur etiam, & nudus est nunc tertia vice coram tota multitudine, renouātur fracturæ per pannos carni applicatos. Nūc primo mates conspicit filium suum sic captum, & aptatum dolore mortis affligi. Tristatur etiam supra modum,& cum rubore, quod videt eum totaliter nudum, nam & ei nec femoralia dimiserunt. Accelerat ergo, & approximat filio, amplexatur,& cingit eum capitis sui velo,

Digitized by Google

velo. O in quanta amaritudine est nunc anima sua, non credo, q ei verbum dicere potuit, si amplius facere posset, vtique voluisset, sed amplius non potuit eum adiuuare. Eripitur. n. filius suus de manibus eius furibunde ad pedem crucis. Hic modum crucis diligenter attẽde.

Mod^o quo Dominus crucifixus fuit.

Ponuntur duę scalæ, vna retrorsum ad brachium dextrum, alia ad sinistrum brachium super quas malefici ascendũt cum clauis, & martellis. Ponitur etiam alia scala ex parte anteriori, attingens vsque ad locum vbi debebant pedes affigi. Conspice nunc bene singula. compellitur Dominus Iesus crucem ascendere per hanc scalam paruam, ipse autem sine rebellione, & contradictione facit humiliter quicquid volunt. Cum ergo in superiori parte istius paruæ scalę peruenit ad crucem renes vertit & illa regalia aperit brachia & extendens manus pulcherrimas, in excelsum eas porrigit suis crucifixoribus. Aspicit in cęlum, patri dicens. Ecce hic sum pater mi, vsque ad crucem me humiliari voluisti, pro amore & salute generis humani, placet, accepto, & pro eis me tibi offero, quos dedisti mihi, & fratres esse voluisti, accepta igitur & tu pater, & deinceps placabilis esto mei amore, & omnium maculas veteres absterge & elonga ab eis, me pro eis tibi offero pater. Qui autem retro crucem est, accipit manum eius dexteram, & eam fortiter cruci affigit. Quo facto, ille qui est in latere sinistro accipit manũ sinistram, & trahit quantum potest, & extendit, & alium clauum immittit, percutit & configit. Descendunt post hæc de scalis, & remouentur omnes scalę. Pendet Dominus ex grauedine corporis deorsum trahentis, solum clauis infixis manibus sustentatur. Nihilominus occurrit & alius, & per pedes quantum potest eum trahit, & eo sic extento, alius configit eius pedes clauo dirissimo. Sunt tñ quidam qui credũt, q non hoc mõ fuerit crucifixus, sed cruce extenta in terra, eũ eleuauerunt, & crucem fixerũt in terram. Quod si hoc magis placet, conspice quomodo ipsum capiunt despicabiliter sicut ribaldum vilissimum, & prosternunt super crucem in terra furibũde, brachia ipsius accipientes & post violentam extensionem cruci durissime affigẽtes. Similiter & de pedibus factum intuere, quos traxerunt quantum violentissime potuerunt. Ecce crucifixus est Dominus Iesus, & sic in cruce extẽsus, quod dinumerari omnia ossa eius possent, sicut ipse conqueritur p Prophetam.

Psal. 21.

Fluunt vndique sacratissimi sanguinis riuuli ex illis magnis scissuris. Sicq; angustatus est, qđ se mouere non potest nisi in capite. Illi tres claui sustinent totius corporis pondus, dolores acerbissimos tolerat, & vltra quã dici possit, vel cogitari, affligitur. Pẽdet inter duos latrones, vndiq; pęnę, vndique opprobria, vndiq; conuitia. Nam sic coangustato a conuitijs nõ parcunt. Alij blasphemant dicentes. Vah qui destruis templum Dei. Alij vero, seipsum non potest saluum facere, & alia dicunt multa conuicia. Si filius Dei est, descendat de cruce, vt credamus ei. Sed & milites qui crucifixerunt eum, diuiserunt sibi vestimẽta eius in ipsius pręsentia. Et hęc omnia dicuntur, & fiunt præsente matre sua męstissima. Cuius compassio multum augmentat filio passionem. Et ecõtrario ipsa cum filio pendebat in cruce, & potius elegit mori cum ipso, quam amplius viuere, vndiq; sunt angustiæ, & tormenta sentiri poterant, narrari vero nullatenus poterant. Stabat mater iuxta crucem eius, & inter crucem latronis non auertebat oculos a filio, angustiabatur vt ipse, & toto corde orabat ad patrem, dicens. Pater & Deus æterne placuit vobis vt filius meus crucifigeretur, non est tempus vt a vobis repetam, sed videtis in quanta angustia est nunc anima sua: rogo vt mitigeris ei pęnã, si placet. Pater recommẽdo vobis filium meum. Et filius similiter orat Patrem pro ea, & tacite intra se dicebat. Pater mi, vides quomodo affligitur mater mea. Ego debeo crucifigi, non ipsa, sed mecum est in cruce. Sufficit q crucifixio mea, totius populi porto peccata, ipsa nihil tale meretur. Vides eã desolatam, tota die mœrore confectam, recommendo eam tibi, dolores eius tolerabiles facias. Erant autẽ iuxta crucem cum domina Ioannes & Magdalena, & duæ sorores Dominę. s. Maria Iacobi, & Salome, & forte etiam aliæ, quæ omnes, & maxime Magdalena dilecta Iesu discipula, vehementer flebant, nec de suo Domino dilecto ac magistro poterant consolari, compatiebantur Domino, & Dominæ, & sibi ipsis, sæpe renouabatur eis dolor, quia semper eis renouabatur compassio, cum in conuitijs vel in factis suo Domino noua passio addebatur. Ioan. 19.

Meditatio passionis Domini hora nona.
Capitulum 79.

Dominus autem in cruce pendens, vsq; ad exitum spiritus non fuit ociosus, sed faciebat & docebat vtilia pro nobis. Vnde dixit septem verba, quæ scripta reperiuntur in Euangelio. Primum fuit in ipso crucifixionis actu, cum orauit pro suis crucifixorib. dicens. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciũt. Quod verbum magnæ patientiæ magnique amoris indicium pręstat, & etiam fuit indicibilis charitatis. Secundũ fuit ad matrem cum dixit. Mulier ecce filius tuus, & ad Ioãnem, ecce mater tua. Non vocauit eam matrem, ne præ amoris vehementis teneritudine amplius ipsa doleret. Tertium fuit ad latronem pęnitentem, cum dixit. Hodie mecum eris in paradiso. Quartum fuit Eli, Eli, lamazabathani? hoc est, Deus meus Deus meus, vt quid dereliquisti me? quasi dicat. Pater tñ dilexisti mũdum, vt dum me pro ipso tradidisti, dereliquisse me videaris. Quintum fuit cũ dixit, sitio, In quo verbo fuit magna compassio matris, & sociorum eius, & Ioannis, & illis pessimis magna fuit lætitia, nam licet exponi posset, q sitiebat animarum salutem, tamen in veritate sitiuit, q a sanguinis effusione erat totus exiccatus intus, & etiam arefactus, & cum illi maligni cogitare non possent, in quo ei plus nocerent, tamen vexandi nouam materiam acceperunt, vnde dederunt ei bibere acetum mixtum cum felle, maledictus eorum furor quia pertinax, & quantum poterant nocuerunt. Sextum verbum fuit, consummatum est, quasi diceret, Pater, obedientiam quam mihi dedisti, perfecte compleui. Adhuc pater etiam quicquid vis, mihi filio tuo præcipe, paratus sum, quicquid restat vlterius adimplere. Ego. n. in flagella paratus sum, sed totum quod de me scriptum est, consummatum est, si tibi placet pater, reuoca me modo tibi. Et pater ad eum. Veni dilectissime fili mi, omnia bene fecisti, nolo quòd amplius anxieris, veni quia in sinu meo, & inter brachia mea te suscipiam. Et ex tunc languere cœpit more morientium, modò claudendo oculos, modo aperiendo, & caput inclinare, modo in vnam partem, modo in aliam, deficientib. omnibus viribus tandem addidit septimum verbum, cum clamore valido, & lachrymis Patri dicẽs. Pater in manus tuas cõmendo spiritum meum. Et hæc dicens, Emisit spiritũ, & inclinato capite super pectus versus patrem, quasi gratias agens, quod ipsum reuocabat, tradidit ei spiritũ suum. Ad hunc clamorem conuersus fuit Centurio, q ibi erat, & dixit. Vere filius Dei erat iste, audiens, q clamans expirasset. Nam alij homines cum moriuntur, clamare non possunt, & ideo in eum credidit, fuit autẽ ita magnus ille clamor, q vsq; in infernũ fuit auditus. O qualis tunc erat anima matris, cum sic pœnose videbat eum deficere, languere, lachrymari, & mori? Credo quòd vel propter angustiarum multitudinem absorpta

De septem verbi Christi in cruce.
Luc. 23.
Ioan. 19.
Matt. 27.
Io. 19.
Ioan. 19.
Luc. 23.
Mat. 27.

Digitized by Google

ſorpta erat, & quaſi inſenſibilis facta, vel ſemimortua facta eſt, nunc quidem multò magis quàm cum obuiauit ei crucem portanti. Quid nunc Magdalena fidelis, & dilecta diſcipula, quid Ioannes præ omnib. dilectus, quid aliæ duæ ſorores Dominæ faciebant? Sed quid facere poterãt repletæ amaritudine, completę doloribus, inebriatæ abſinthio? irremediabiliter omnes flebãt. Ecce ergo pendet Dominus in cruce mortuus, redit tota multitudo, remanet mater męſtiſſima cũ illis quatuor, ponunt ſe ad ſedendum iuxta crucẽ, contẽplantur dilectum ſuum, expectant à Domino auxilium, quomodo ipſum rehabere, & ſepelire tunc valeant. At tu ſi contẽplatus bene fueris Dominum tuum, conſiderare potes, ꝙ à planta pedis vſq; ad verticẽ non eſt in eo ſanitas, nõ eſt in eo membrum, nec ſenſus corporis, qui ſummã afflictionem, ſeu paſſionem nõ ſenſerit. Habes ergo quæ de crucifixione & morte, in ſexta, & nona hora cõtigerunt, quæ modicitati meę, vel tuæ ruditati ſcribenda videntur ad pręſens, tu autem ſtudeas deuotè, fideliter, & ſollicitè his omnibus inhærere, nunc de his quæ poſt mortem contigerunt dicamus.

De apertione lateris Chriſti. Cap. 80.

De his, q̃ poſt mortẽ contigerunt.

COmmorantibus ergo & ſedentibus reuerẽda domina noſtra Maria atque Ioanne, Magdalena & ſororibus matris Domini ab vna parte prope crucem, & aſpicientibus quaſi ſine intermiſſione, Dominũ Ieſum pendentem ſic in cruce inter latrones, ſic nudũ, ſic afflictum, ſic mortuum, & ſic ab omnibus derelictũ ecce armati multi veniebant a ciuitate verſus eos, qui mittebantur, vt ipſis crucifixis, crura frangerent, occiderent eos, ac ſepelirent, ne corpora in cruce pendentia, in magno die ſabbati remanerent. Tunc dominę & omnes ſurgunt, & aſpiciunt, & vident eos, & neſciunt q̃d hoc eſſe poſſit, renouatur dolor, & timor & tremor creſcit. Multum quidem domina timet, & neſcit quid faciat, & vertens ſe ad filium mortuum dixit. Fili mi dilectiſſime, quare redeunt iſti, quid facere amplius tibi volunt, nonne te occiderunt. Fili mi putabam eos ſaciatos eſſe de te, ſed vt video adhuc te mortuum perſequũtur, fili mi neſcio quid faciam, te defendere a morte non potui, ſed veniã & ſtabo iuxta crucẽ tuam ad pedes tuos, fili mi roga patrem tuum, vt eos tibi placabiles faciat, ego autem quod potero faciam. Et omnes tunc quinq; flentes iuerunt, & appoſuerunt ſe ante crucem Domini Ieſu. Appropinquant autem illi cum furore & ſtrepitu magno, & videntes latrones adhuc viuere, frangunt eis crura, & ipſos occidunt, & deponunt, & in aliquam foſſam velociter illos proijciunt. Redeuntibus autem ipſis verſus Dominum Ieſum, timens mater ne ſimiliter faciant cum filio ſuo, tacta dolore cordis intrinſecus, cogitauit ad arma ſua currere, ſ. ad humilitatem innatam, & genibus poſitis, & brachijs cancellatis, vultu lachrymabili, & voce rauca, ſic eos alloquitur, dicens.

Crurifragium latronum.

Viri fratres, rogo vos propter Deum altiſſimum, ne amplius me vexare velitis in dilectiſſimo filio meo, Ego .n. ſum męſtiſſima mater eius, & ſcitis fratres ʒ vos nũquam offendi, nec iniuriam aliquã vobis feci, & ſi filius meus viſus eſt vobis contrarius, ipſum peremiſtis, & ego vobis remittam omnẽ iniuriam, & offenſam, & mortem filij mei, hanc tamen miſericordiam mecum facite, ne ipſum confringatis, vt ſaltem integrum valeam tradere ſepulturæ, nõ expedit vt eius crura frangantur, videtis .n. ꝙ iam mortuus eſt, & migrauit, hora enim eſt poſtquam diſceſſit. Ioãnes vero Magdalena & ſorores matris Domini, ſtabant genuflexi cũ ea, & amariſſime omnes flebant. O Domina, quid eſt quod agitis, ad pedes nefandiſſimorum ſtatis, ibi oratis inexorabiles, pietate creditis flectere crudeliſſimos, & impijſſimos, & humiliare ſuperbos? abominatio eſt ſupbis humilitas, incaſſum laboratis. Vnus autem Longinus nomine (tũc impiʹ, & ſuperbus, ſed poſt conuerſus, & martyr, & ſanctus) porrigens lanceam de longe, eorum preces, & rogamina contemnens, latus Domini Ieſu dextrum vulnere grandi aperuit, & exiuit ſanguinis & aqua. Tunc mater ſemimortua cecidit inter brachia Magdalenæ. Ioannes vero dolore vrgente, aſſumpto vigore inſurgit contra illos dicens. Viri nequiſſimi, quare hãc impietatem facitis, non ne videtis quod mortuus eſt, vultis etiã matrem eius męſtiſſimam occidere? diſcedatis, quia nos eum ſepelliemus. Tunc illi ſicut Deo placuit, diſceſſerunt. Excitatur autem domina, ſurgens quaſi euigilãs, quærens quid ſit de dilecto filio ſuo. Reſpondent ei, nihil eſſe factum de eo. Poſtea ſuſpirat, & anxiatur, & reſpiciens filium ſuum vulneratum, dolore mortis atteritur. Vides quoties mortua eſt hodie? toties certe, quoties contra filium ſuum videbat fieri nouitatem. Vnde vere impletum eſt in ea, quod ſibi dixerat Simeon. Tuã (inquit) ipſius animam gladius pertranſibit. Sed nunc vere filij corpus, & matris animam, huius lãceę gladius perforauit. Ponunt autem omnes ſe iterum ad ſedendũ iuxta crucem, quid facere debeant neſcientes. Corpus enim deponere, & ſepelire non poſſunt, quia vires non habent ſufficientes, nec inſtrumenta quibus deponere ipſum poſſint. Recedere autem, ſic eo remanẽte, non audent, et diu ſic remanere, nocte appropinquante, non valent. Vides in quanta perplexitate ſunt. O Deus benigne, quomodo permittis tuam ex omnibus electã, mundi ſpeculum & reclinatorium noſtrum, ſic tribulari? Tẽpus autem eſſet, vt aliquantulum reſpiraſſet.

Lateris apertio.

Luc. 2.

Hora veſpertinæ meditatio. Cap. 81.

ITerum autem vident alios plures, per viam venientes, qui erant Ioſeph ab Arimatia & Nicodemus, ducentes ſecum alios, portantes inſtrumẽta quibus corpus deponant de cruce, & portabant quaſi centum libras myrrhę, & aloes, & veniebãt ad ſepeliendum Dominum. Tunc ſurgunt omnes cum timore magno. O Deus quanta eſt iſta afflictio hodie. Circa conſpiciens autem Ioannes dixit. Ego cognoſco ibi Ioſeph, et Nicodemum. Tunc Domina, reſumptis viribus, dicit. Benedictus Deus noſter, qui mittit nobis auxilium, memor fuit noſtri, & non dereliquit nos. Fili, occurras eis. Vadit ergo Ioannes eis obuius velociter, & attingentes ſe, adinuicem amplexantur cum fletu magno, non valẽtes per magnam horam adinuicem ſibi loqui, ex cõpaſſionis teneritudine, & abundantia fletus & doloris, poſtea veniunt aduerſus crucem. Quærit Ioſeph, qui ſint ibi cum Domina, & quid ſit de alijs diſcipulis. Dicit illi Ioãnes, iſta a quæ ibi ſunt. De diſcipulis autem reſpondet ſe neſcire, quia nullus ibi fuit hodie. Quærit etiam de his, quæ circa dominum facta ſunt, & narrat ei Ioannes per ſingula. Cum autem fuerunt prope locum, genuflectentes, & flentes, adorauerunt Dominum. Applicantes autem recepti fuerunt reuerenter per Dominam, & alias ſocias, genuflexis, inclinãtes vſque ad terram. Similiter ipſi genuflectentes cum ploratu magno, ſic ſteterũt per longam horam. Tandem Domina dicit. Benefacitis habentes memoriam magiſtri veſtri, quia multum vos dilexit, & fateor, quòd in aduentu veſtro viſum eſt mihi, nouam oriri lucem. Neſciebamus enim quid facere deberemus, Dominus vobis retribuat. Et illi. Dolemus ex tote corde noſtro de his omnibus, quæ contra eum facta ſunt. Præualuerunt enim impij contra iuſtum, libenter eum eripuiſſemus de tanta iniuſtitia, ſi potuiſſemus, ſaltem hoc modicum obſequium Domino & magiſtro noſtro præſtabimus. Surgentes ergo, parauerunt

Depoſitio corporis Chriſti de cruce.

Digitized by Google

runt se ad deponendum corpus Iesu. Tu autem (vt in alijs locis dixi tibi) diligenter & morose modum depositionis attende. Ponuntur duæ scalæ à lateribus crucis opposita, Ioseph ascendit super scalā lateris dextri, satagit extrahere clauum ipsius manus, sed difficile est hoc, quia clauus grossus & lōgus est in ligno valde cōfixus, & sine magna suppressione manus Domini, nō videtur posse fieri, sed nō est vis, quia fideliter facit, & Dominus totum acceptat, euulso illo Ioānes annuit Ioseph dictum clauum sibi porrigi, ne ipsum Domina videat. Deinde Nicodemus alium extraxit manus sinistræ, & clauum similiter dat Ioanni. Descendit Nicodemus, & iuit ad clauum pedis. Ioseph vero sustentabat corpus Domini; felix quippe ipse Ioseph, qui corpus Domini meruit sic amplexari. Tunc pendentem manum dexteram Domina suscepit reuerenter, & ponit ad vultum suum, intuetur, & osculatur cū lachrymis validis & suspirijs dolorosis. Euulso autem clauo pedum, paulisper descendit Ioseph, & omnes accipiunt corpus Domini, & ponunt in terram. Domina suscipit caput cum scapulis in gremio suo: Magdalena vero pedes apud quos tantam gratiam olim inuenerat. Alij circunstant, omnes faciūt plāctum magnum super eum, omnes enim plangunt eum, quasi vnigenitum amatissime.

Hora completorii. *Cap.* 82.

POst aliquam morulam, cū nox appropinquasset, rogat Ioseph Dominam, vt permittat eum voluit linteaminibus, & sepeliri, ipsa contendebat dicens. Nolite amici mei, tam cito filium meum accipere, vel me cum ipso sepelite. Flebat autem lachrymis irremediabilibus, aspiciebat vulnera manuū & lateris, modo vnum, modo aliud, aspiciebat vultū eius, & caput, & videbat spinarum punctur as, depilationem barbæ, faciem & sputis & sanguine deturpatam, & caput tōsum, & de fletu & aspectu non poterat satiari. Legitur autem in quadam scriptura, quòd Dominus deuotæ suæ reuelauit quod ipse tonsus fuit capillis, & depilatus barba, sed Euangelistæ nō scripserunt omnia. Et quidem quòd ipse fuit tonsus, vel licet est, nescio probare per scripturam, sed de depilatione barbæ potest probari. Dicit enim Isaias in persona Domini. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Vnde ipsa mater hæc fideliter aspiciebat, morose videre volebat. Tardāte autem hora dicit Ioannes. Domina condescendamus Ioseph & Nicodemo, & permittam⁹ aptari, & sepeliri corpus Domini nostri, quia propter nimiam moram possent pati calumniam a Iudæis. Ad hanc vocem tāquam grata & discreta, cogitans quòd ipsi Ioanni cōmissa est per filium, noluit amplius contendere, & signans & benedicens eum, permisit aptari, & inuolui. Tunc Ioannes, & Nicodemus, & alij cœperunt inuoluere corpus, & aptare cum linteaminibus, vt mos erat iudæis. Domina tamen semper tenebat caput ipsius in gremio suo, quod sibi reseruauit aptandum, & Magdalena pedes. Cum ergo venerunt ad crura prope pedes, dicit Magdalena. Rogo vos, vt permittatis me aptare pedes, apud quos sum misericordiam consecuta. Quibus permittentibus, illa pedes ipsos tenebat, videbatur deficere præ dolore, & quos alias lachrymis compunctionis rigauit, nunc multo magis vndis lachrymarum doloris, & compassionis, largiter lauit. Aspiciebat pedes sic vulneratos, pforatos, desiccatos, & sāguinatos, amarissime multum flebat. Nam vt veritas de ipsa perhibuit testimonium, dilexit multum, & ideo fleuit multum, & maxime in hoc vltimo obsequio magistri, & Domini sui, sic afflicti, sic flagellati, sic vulnerati, sic mortui, & in nihilum sic redacti. Vix cor sibi in corpore stare poterat p̄ dolore, sed bene cogitari potest, q̄ si posset, libenter ad pedes Domini sui expirasset. Non videbat remedium disiunctis, nec consueuerat ei in talibus obsequi. Nouum & vltimum est hoc obsequium quod ei nunc præstat, & in hoc præstando amaricatur anima sua, quia non potest illud facere, vt vellet intime, & deceret. Vellet enim totum corpus lauare, vngere, et bene aptare sed non est tempus & locus. Non enim poterat plus, non poterat aliud, facit quod potest, saltem pedes lauit cū lachrymis, tandem deuote abstergit, amplexatur, deosculatur, inuoluit, & aptat fideliter quantum melius nouit & pōt. Sic ergo aptato corpore, respiciunt ad Dominam, vt ipsa compleat, et omnes planctum recipiunt. Tunc ipsa videns quòd amplius differre non potest, ponit vultum super faciē dulcissimi filij sui, & dicit. Fili mi in gremio meo te mortuum teneo, durum est valde diuortiū mortis tuæ, iucunda & delectabilis fuit inter nos conuersatio, & sine querela & offensa fuimus inter alios, quāuis tu dulcissime fili mi, vt nocens sis modo occisus. Fideliter fili mi seruiui tibi, & tu mihi, sed i hac pugna tua dolorosa, nec pater tibi auxiliari voluit, nec ego potui. Tu teipsum dereliquisti propter amorem generis humani, quod redimere voluisti. Dura, & tam is pœnosa est ista redemptio, de qua gaudeo propter salutem hominum, sed in tuis doloribus, & morte tua multum affligor vehementer, quia scio quod nūquam peccasti, & sine causa, tam amare occisus es morte tam turpissima. Modo ergo fili mi disiuncta est nostra societas, & me a te nūc oportet separari, sepeliam ergo te ego mater tua mestissima, sed postea quo ibo? vbi etiā morabor fili mi? Quo modo sine te viuere possim? Tecum ergo libentius sepelirer, vt vbicunq; esses, ego similiter essem tecum, sed ex quo non possum corpore, sepeliar tamen mente, animam meam in tumulo sepeliam cum corpore tuo, eam tibi dimitto, eam tibi commendo. O fili mi, quam anxia est separatio ista. Et iterum ex abundantia lachrymarum, multo melius lauit faciem filij, quam Magdalena pedes, abstergit autem faciem eius, & deosculans os & oculos eius, in quodam sudario caput ipsum inuoluit, & diligenter aptauit. Tandem iterū benedixit, & signauit eum, & tunc omnes adorantes eum flexis genibus, & pedes eius deosculantes, accipiunt, & portant ad monumentum, Domina tenebat caput & scapulas, Magdalena pedes, reliqui vero stabant in medio. Erat prope locum crucifixionis sepulcrum, quantum est longitudo ecclesiæ nostræ vel circa, in quo sepelicrunt eum reuerenter, flexis genibus, & cum fletibus magnis, & singultib⁹, & suspirijs crebris & multis, quo sepulto, Mater iterum benedixit, amplexatur eum & stat super dilecto filio suo, sed eleuantes eam, posuerunt magnum lapidem ad ostium monumenti. De hoc monumento dicit Beda, q̄ fuit domus rotunda, de subiacente rupe excisa, tātæ altitudinis vt vix homo manu extēta, culmen posset. gere, introitum habens ab oriente, in parte vero Aquilonari locus Dominici corporis, de eadem petra factus est, septem pedes habens longitudinis.

Meditatio post completorium. *Cap.* 83.

VOlens autem Ioseph redire in ciuitatem post officium sic completum, dicit Dominæ. Domina mea ego vos deprecor propter Deum, & propter amorem filij vestri & magistri mei, si placet, vt diuertatis in domum meam, scio enim, quòd domum propriā non habetis, veniatis mea vt vestra, quia vt omnia mea vestra sunt, similiter & Nicodemus. O qualis compassio. Regina cœli non habet vbi caput suum reclinet & hos dies lugubres & viduitatis suæ sub alieno tecto ducere oportebit. Vere dies viduitatis sunt illi, quia Dominus

Corpus Christi cū magno plāctu traditur sepulturæ.

Isa. 50.

Luc. 7.

Forma sepulchri.

Reuertuntur omnes ad ciuitatē facto sepulturæ officio.

Digitized by Google

Dominus Iesus erat ei filius & sponsus, pater & mater. & omne bonum, & omnia simul, eo mortuo, perdidit. Vere vidua est & derelicta, & quo diuertat non habet. Tunc ipsa se inclinans humiliter & gratias agēs respondit se esse commissam Ioanni. Quibus Ioannes adhuc eam rogātibus, respondit, quòd volebat eam ducere in montem Syon, in domum in qua magister cœnauit heri sero cum discipulis, et ibidem stare cum ea volebat. Illi vero inclinantes se Dominæ, & adorantes sepulcrum abierunt, & isti (vt Euangeliū dicit) remanserunt sedentes cōtra sepulcrum. Appropinquante autem nocte, dicit Ioannes Dominæ, non est honestum hic nimis morari, vel de nocte in ciuitatē redire, & ideo si vobis placet Domina, recedamus. Tunc Domina surgens & genuflectens, sepulchrum amplexatur, benedicésq; sepulcrum dicit, fili mi non possum amplius stare tecum, ergo recommēdo te patri tuo. Subleuatis etiam oculis in cęlum, dicit cū lachrymis & affectu magno. Pater æterne, recommendo vobis filium, & animam meam quam dimitto. Et recedere tunc cęperunt. Cum autem venerunt ad crucem, ibi genuflexit ipsa & adorauit crucem, & dicens. Hic requieuit filius meus, & hic est preciosissimus sanguis eius, similiter & omnes fecerunt. Cogitare namque potes quòd ipsa prima fuit, quę crucem adorauit. Exinde recedunt versus ciuitatem, & per viam sepe vertebat retrospiciens. Cum autem fuerunt in loco, vltra quem, sepulcrum & crucem amplius videre non potuerunt, vertit se, inclinauit, genuflexit, & deuotissime adorauit, similiter & omnes fecerunt. Appropinquantes ad ciuitatem, sorores Dominæ velauerunt eā tanquā viduā, cooperientes quasi totum vultum suum, & pręcedebant, domina autem inter Ioannem & Magdalenam sequebatur mœstissime sic velata. Tunc Magdalena volens ingressam ciuitatis sumere viam, quæ ducit ad domum suam, & illuc eos ducere, pręuidit sibi ante, & dicit. Domina mea precor vos amore magistri mei, vt eamus ad domum nostram, & ibi melius stabimus, scitis.n. quomodo libēter veniebat ad eam, ipsa vestra est, & oīa mea vestra sunt, rogo vt veniatis. Et hic plangere incęperunt. Domina autem tacente, & annuēte versus Ioannem, adhuc illa rogat Ioannem. Ipse vero respondit, Decentius est vt eamus vsq; ad montē Syon, & maxime quia sic respōdebamus amicis nostris, tu potius venias cum ea. Tunc Magdalena respondit. Bene scis, quòd veniam cum ea quocunq; ierit, & nunquā dimittam eam. Intrantibus autem illis ciuitatem, concurrunt vndiq; Virgines, & Matronę bonę, cum perpendere eam potuerunt, associant eam per viam consolando, sed magnus vtiq; fit ploratus, sed & boni homines cōpatiebantur eidem, per quos tran sibant, et mouebātur ad fletum, dicentes. Certe magna iniustitia est facta hodie per principes nostros contra filium istius Dominæ, & Deus pro eo magna signa ostendit, caueant quid fecerint. Cum autem venerunt ad domum, tūc ipsa se vertens versus Dominas, & gratias agens deuotissime inclinauit. Ipsæ vero inclinantes se & genuflectentes, omnes cęperunt facere planctum magnum. Intrauit ergo Domina domum, & Magdalena, & duę sorores suę, Ioānes vero ponens se super ostio, rogauit omnes, vt redirent ad domos suas, qa tarda hora erat, & gratias agens eis, ostium ille clausit. Tunc Domina domum circumspiciens sic dicebat. Fili mi dulcissime vbi es, quia hic te non video? O Ioannes, vbi est filius meus? O Magdalena, vbi est pater tuus, qui te sic tenerrime diligebat? O dilectę sorores vbi est filiꝰ noster? Recessit a nobis gaudium nostrum, dulcedo nostra, & lumen oculorum nostrorum, recessit autem cum magna angustia, vos audistis. Et hoc est, quod mihi magis auget dolorem, quia recessit totus laceratus, totus anxius, & sitibundus, coactus, oppressus, & violentus, nec ei potuimus in aliquo subuenire, omnes reliquerunt eum, & pater eius omnipotens Deus noluit eum iuuare, & quam cito facta sūt ista, vos vidistis. Cuius vnquam vel sceleratissimi hominis, fuit sic accelerata, & fulminata damnatio? O fili, hac nocte captus fuisti, per fidem traditus, mane in tertia condemnatus, & in sexta crucifixus, & ita mortuus es. O fili, quam amara est ista separatio tua, & memoria turpissimæ mortis tuæ. Tandem Ioannes rogans vt desisteret, consolatus est eam. Tu autem si vires tuas experiaris, scies vtiq; eis parere, seruire, consolare, & confortare eam, vt parumper comedat, & alios ad comedendum confortat, quia adhuc ieiuni sunt, postea benedictione a Domina, & singulis alijs suscepta, discedas.

Matt. 27.

Beata virgo prima fuit, q̄ crucem adorauit.

Ingrediuntur ciuitatem.

Lamētum Vir.

Meditatio de Domina, & sociabus de sabbato.
Capitulum. 84.

Mane aūt sabbati, stabāt q; in domo ianuis clausis, Domina & aliæ sociæ vna cum Ioanne, afflictæ & dolorosæ tanquam orphanæ, & plenæ mœrore, non loquentes, sed memorantes sedebant simul, aspiciētes se mutuo raptim, sicut contingere consueuit, magna pressura & calamitate grauatis. Pulsatum autem fuit ad ostium & timebant, quia omnia timuerunt, securitas.n. eorum discesserat. Tamē Ioannes ibat ad ostium, & aspiciens cognouit Petrum & dixit, Petrus est, Et Domina, Aperias ei. Ingreditur igitur Petrus verecunde, cum singultibus magnis, & fletibus, & tunc omnes plorare cęperunt, nec verbum loqui poterant pro mœrore. Postea veniunt successim & alij discipuli etiam plorantes, tandem cessantes a fletu, incipiunt de domino suo loqui. Dicit ergo Petrus Ego verecundor in meipso, nec deberem in conspectu vestro loqui, vel hominibus apparere, quia Dominum meum qui me tantum diligebat, sic reliqui & negaui, similiter & alij cum percussione palmarum, lachrymarumq; effusione, seipsos redarguebant, quia dominum suum dulcissimum sic reliquerant. Tūc dicit Domina. Magister bonus & pastor fidelis recessit a nobis, et nos remanemus velut orphani, sed spero firmiter, quòd cito rehabebimus ipsum, vt vos scitis, quia benignus est filius meus, & vos multum diligebat, non dubitetis, qa bene reconciliabitis, & libenter remittet omnem offensam, siue culpam, tantus antem fuit, permissione patris furor contra eum, & ita præualuit malorum audacia quod non potuissetis eum iuuare, etiam existentes cum eo, & ideo nolite turbari. Respondit Petrus. Vere Domina mea, ita est vt dicis, nam & ego qui tantum initia vidi, tanto fui timore percussus in atrio Chayphę, quòd vix credebam, me posse euadere, & cum negaui, nec fui memor verborū, quibus hoc prædixerat mihi, quousq; me respexerat. Tunc Magdalena quærit quid ei prædixerat, & respondit de negatione, & narrat ei totum, et addidit, quòd eis alia plura dixit in cœna de passione sua. Tunc dicit Domina. Vellem audire de his, quæ dicta, & facta fuerunt in cœna per eum. Et Petrus annuit Ioanni, vt ipse referat. Ioannes vero incipit & narrat totū, & sic tam de his, q̄ alijs quæ fecerat Dn̄s Iesus cum eis, narrant adinuicem, modo vnus, modo alius, sicque totam diem de ipso sermonizando percurrunt. O quam attente auscultabat Magdalena, sed multum attentius ipsa domina. O quoties in ipsa die dicebat in narratione gestorum, benedictꝰ sit filius meus Iesus. Intuere ergo eos diligenter & compatere, quia sunt in afflictione magna, immo permaxima hodie constituti. Quid enim est videre, quod Domina cęli & terræ & Princeps ecclesiarum, & omnium populorū, & duces totius diuini exercitus, sic timorosi stant reclusi in domuncula quadam, nescientes, quid facere debeant,

Petrus pulsat ad ostium.

Collatio de factis & verbis Domini.

Digitized by Google

Quare dies sabbati attribuitur Beatæ Virgini.

debeant, nisi quòd se confortant, conferentes de factis, & verbis dulcissimi Domini sui. Domina tamen stabat mente tranquilla & pacata, quia certissimam spem habebat de resurrectione filij sui, & in ea sola remansit fides in ipsa die sabbati, et propterea dies sabbati attribuitur ei, nõ tamen poterat ipsa Domina gaudenter stare, propter mortẽ filij sui dulcissimi Iesu Christi. Sero autem facto, post solis occasum, cum licuit operari, Maria Magdalenæ & altera Maria iuerunt emere aromata, p faciendis vnguentis. Sero etiam præcedenti cum redierant a sepultura Domini cęperunt parare vsque ad solis occasum, postea siluerunt.

Obseruatio sabbati.

Nam sabbatum obseruare oportebat a solis occasu die veneris, vsque ad alium occasũ. Nũc ergo vadunt emere aromata. Intuere tu illas diligenter, incedentes męstis vultibus, more viduarum, & se applicantes ad aliquam Apothecam, alicuius forte deuoti Domini, eis compatientis, & libenter satisfacientis voluntati earum.

Emuntur Aromata.

Ipsę vero postulant aromata, & eligunt quantũ possunt meliora, & précio soluto redeunt, parantes se ad faciendas vnguenta Domino suo. Conspice ergo diligenter, quomodo humiliter, deuotẽ & fideliter laborant pro Domino suo, cum lachrymis magnis, & suspirijs intimis. Domina vero et Apostoli aspiciunt, & forte adiuuant, quibus factis, nocte siluerunt. Et hęc quidem est meditatio die sabbati de Domina, sociabus, & discipulis.

SABBATO DIE.

Meditatio de Domino Iesu, die Sabbati descendenti ad infernum. Cap. 85.

VEnit etiam hoc in considerationem nunc, quid scilicet fecerit Dominus ipsa die Sabbati. Statim cum mortuus fuerat, descendit ad inferos ad sanctus Patres, & stabat cum eis, & tunc fuerunt in gloria, nam visio Domini, gloria est perfecta.

Descendit ad inferos personaliter.

Considera hic ergo, & attende quanta fuerit eius benignitas, in infernũ descendere, quãota charitas, quantaque humilitas, Poterat enim vnum Angelũ ad eos mittere, & omnes seruos suos liberare, & sibi præsentari vbi voluit, sed hoc non sustinuisset amor suus infinitus, & humilitas sua. Per semetipsum ergo descendit, & non vt seruos, sed & vt amicos visitaret Dominus omnium, et stetit cum eis ibidem vsque ad diem Dominicam, prope aurorã. Cogita bene de his, & admirare, & imitari coneris. Iubilauerunt autẽ sancti patres in suo aduentu, & repleti sunt iucunditate immensa, omni displicentia procul expulsa, & stabant in laudibus & canticis coram eo, quas laudes potes hoc modo meditari. Imaginando eos, ac si essent cum corporibus suis, sicut post resurrectionem erunt, similiter, & animam illam benignissimam Domini nostri Iesu Christi. Cum ergo presenserunt eius saluberrimum aduentum, occurerunt ei gaudenter, seipsos exhortantes, atque dicentes.

Canticum sanctorũ in lymbo.

Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit, & cętera. Leuate capita vestra, quia ecce venit redemptio vestra, Consurge, consurge Hierusalem, solue vincula colli tui, ecce Saluator venit soluere nos a vinculis. Tollite portas Principes vestras, & eleuamini portæ eternales & introibit Rex glorię. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi amãtissime deus noster. Et procidentes adorauerunt eum, cum gaudio & lætitia magna. Ipsos autem considera, quia cum reuerentia, & ingenti exultatione, et vultibus iucundis stant ei, & dicũt pręedicta coram eo, et in huiusmodi laudibus, et canticis, et iubilationibus steterunt in lymbo, vsq; prope auroram diei Dominici, in conspectu etiam multitudinis Angelorum ibidem existẽtium, et cum eis iubilantium. Tunc accepit eos Dominus educens ab inferis in exultatione, et ante eos gloriose procedens, posuit ipsos in paradiso delitiarum. Aliqua vero morula facta, cum eis iucunde, & cũ Elia, & Enoch cũ recognoscentibus dixit eis. Tempus est, vt excitem corpus meũ, vadam, & reassumam illud, qui omnes procidentes dixerunt. Ite Domine Rex gloriæ, & cito redite, si placet, quia gloriosissimum corpus vestrum videre plurimum affectamus. Habes ergo quæ circa dominum Iesum & Matrem eius, & discipulos, & sanctos patres meditari possis in die sabbati, ante resurrectionem. Verum quia totam passionem Domini tibi sine auctoritatum interpositione transcurri, ne animus ad aliud quam ad ipsam passionem se conuerteret cogitaui vel nunc auctoritates aliquas tibi referre, vt earum lectio mentem excitet ad ipsa feruentius & deuotius meditanda. Accipe ergo Bernardum more solito, in quibusdam sententijs sic dicentem. Iesu Christo debes totam vitam tuam, quia ipse vitam suam posuit pro vita tua, & cruciatus amaros sustinuit, ne tu perpetuo sustineres. Si enim conferentur in me omnes dies filiorum Adæ, & omnes dies sęculi, & labores omnium hominum, qui fuerunt, & qui sunt, & qui erunt, nihil esset ad comparationem illius corporis, quod spectabile & stupendũ est, virtutibus etiã supernis, in conspectu de Spiritusancto, in ortu, de virgine, in vitę innocentia, in doctrinę affluẽtia, in coruscatione miraculorum, in reuelationibus sacramentorum. Sicut igitur exaltantur cœli a terra, ita exaltata est vita sua a vita nostra, quæ tamen posita est. Isa. 55.

Et sicut nihil ad aliquid nullam habet comparationem, ita vita nostra nullam habet ad vitam illius proportionem, cum illa dignior, ista miserior esse non possit. Cũ ergo deuouero quicquid possum, non est sicuti stella ad solem, gutta ad flumen, lapis ad montem, granum ad aceruum. Ser. 11. super Cant.

Non simplex, aut modica Christi exinanitio fuit, sed seipsum exinaniuit vsq; ad carnem, ad mortem, ad crucem. Quis digne penset quantę fuerit humilitatis, mansuetudinis, dignationis, Deũ maiestatis carne indui, multari morte, turpari cruce? Sed dicit aliquis. Non valuit opus suũ reparare creator, absque ista difficultate? Valuit, sed maluit cum iniuria sui, ne pessimum atq; odiosissimum vitium, ingratitudinis occasionem, vltra reperiret in homine. Sane multum fatigationis assumpsit, quo multę dilectionis hominem debitorem teneret, commoueretq; ad gratiarũ actiones difficultas redemptionis, quem minus deuotum esse fecerat conditionis facilitas. Quid enim dicebat homo creatus, & ingratus. Gratis quidem conditus sum, sed nullo conditoris grauamine vel labore, siquidem dixit, & factus sum, quemadmodum & vniuersa, sed obstructum est os loquentium iniqua. Luce clarius patet, quantum modo homo pro te dispendium fecit de domo seruus, de diuite pauper, caro de verbo, & de Dei filio, hominis fieri filius non despexit. Memento iam te, & si de nihilo factum, non tamen de nihilo redemptum. Sex diebus condidit omnia, & te inter omnia. At vero per totos triginta annos, operatus est salutem nostram in medio terræ. O quantum laborauit sustinens carnis necessitates, hostis tentationes. Nonne sibi crucis aggrauauit ignominiam, mortis sibi accumulauit horrorem? Super omnia reddit te amabilẽ et mihi, Iesu bone, calix quem bibisti opus nostræ redemptionis. Hoc omnino amorem nostrum facile vendicat totum sibi. Hoc (inquam) est, quod nostram deuotionem, et blandius allicit, et iustius exigit, et arctius stringit, et afficit vehementius. Multum quippe laborauit in eo saluator, nec in omni mundi fabrica tantum fatigationis autor assumpsit. Illa denique dixit et facta sunt, mandauit et creata sunt. At vero hic, et in dictis suis sustinuit contradictores, et in factis obseruatores, et in tormentis illusores, et in morte exprobatores. Ad cumulum pietatis tradidit Christus in mortem animam suam, et de

Quare Christus alia via faciliori non reparauit hominẽ.

propriæ

Digitized by Google

proprio latere protulit precium satisfactionis,quò placaret patrem. Per quod plane ad se versiculum illum
Psal. 129. traxit. Apud Dominum misericordia,& copiosa apud eum redemptio. Prorsus copiosa,quia non gutta, sed vnda sanguinis largiter per quinq; partes corporis emanauit. Quia tibi debuit facere, & non fecit? Illuminauit cæcum,soluit vinctum,reduxit erroneum,reconciliauit reum. Quis non post illum libenter,alacriterque currat,q & ab errore liberat, & errata dissimulat, qui deinde viuendo merita tradit, premia moriendo conquirit? Quam excusationem habet, qui in odore
Psalm. 32. horum vnguentorum non currit,nisi ad quẽ fortè minimè odor peruenit. Sed etenim in omnem terram exiuit odor vitæ. Quoniam misericordia Domini plena est terra,& miserationes eius super omnia opera eius.
Ser.25.super Can. Ergo qui vitalem hanc sparsam vbicunq; fragrantiam non sentit,& ob hoc non currit, aut mortuus est, aut putidus. Nun erubescit sponsa nigredinem quam nouit percepisse in sponso, cui similari quantæ etiam gloriæ est? Nil ergo proinde gloriosius est,quam Christi
Gal. 6. portare opprobrium. Vnde vox illa prorsus exultationis & salutis,mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Grata ignominia crucis ei qui
Isa. 3. crucifixo ingrat' nõ est. Nigredo est,sed forma et similitudo Domini. Vade ad sanctum Isaiam,& describe tibi qualem illum in spiritu viderat, quem nanq; alium dixit virum doloris & scien'em infirmitatem, & quia nõ erat ei species neq; decor. Et addidit. Nos putauimus eum quasi leprosum & percussum à Deo & humiliatũ, ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, & liuore eius sanati sumus. Denique seipsum fecit peccatum,& nigrum dicere verear? Intuere sane pannis sordidum, plagis liuidum, illitum sputis,pallidum morte. Quid enim magis deforme, & nigrum, oculis spectantium occurrebat, quam cum expansis in cruce manibus medius duorum nequam,risum malignantibus dare,fletum fidelibus,&
Ser.61.super Cant. solus erat risui,qui solus poterat esse terrori, solus honori esse dehuerat iuxta illud. Petra refugium herinacijs,& vbi tuta,firmaq; infirmis requies,nisi in vulneribus Saluatoris? Tanto illuc securior habito, quãto ille potentior est ad saluandum,fremit mundus,premit corpus,diabolus insidiatur,nõ cado,fundatus enim sum supra firmam petram, peccaui peccatum grande,turbabitur conscientia,sed non perturbabitur,quoniam vulnerum Domini recordabor. Nempe vulneratus est propter iniquitates nostras. Quid tam ad mortem,quod non Christi morte saluatur? Et infra. Clamat clauus, clamat vulnus,quòd verus Deus sit in Christo mundũ reconcilians sibi,ferrum pertransijt animam eius,& appropinquauit cordi,vt non iam nesciat compati infirmitatibus nostris. Patet arcanum cordis per foramina corporis,patet illud magnum sacramentum, patent viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto. Quid enim viscera per vulnera pateant? In quo enim clarius quam in vulneribus tuis eluxisset, quòd tu domine suauis & mitis es & multæ misericordiæ? Maiorem enim miserationem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro addictis morti & damnatis. Ait etiam alibi Bernardus Meditare passionem crucifixi corporis, & vide si aliquid est in eo, qd̃ non perorct ad patrem. Pro te diuinum illud caput,multiplici spinarum densitate densatum,vso; ad cerebri teneritudinem confixum est,dum configitur spina. Spinis peccatorum suorum (ait Dominus per Isaiam Prophetam)circundedit me populus iste, ne doleret caput tuum,ne tua vulneretur intentio,caligauerunt in mortem oculi sui, & illa luminaria quæ illuminant orbem ad horam extincta sunt. Nonne illis obtenebrantib. tenebræ factæ sunt super omnem terram,& illa duo magna luminaria,cum alijs luminarib. submota sunt? Hoc autem totũ factum est,vt auertant oculi tui, ne videat vanitatem,& si viderent,non attraherentur. Aures illæ quæ in celis audiunt,sanctus,sanctus,sanctus, dominus deus sabaoth,audiunt in terris;dæmonium habes,
& crucifige,crucifige eum. Vt quid illud nè aures tuæ Ioan. 7.& 19.
obsurdescerent ad clamorem pauperis,ne reciperent auditum vanum,ne detractionis virus susciperent. Specio Psalm. 44.
sa illa facies,speciosa forma præ filijs huminum,sputis illita,afflicta colaphis,addicta delusionibus est. Sic nanque scriptum est. Ceperunt conspuere in eum,& percu Matt. 26.
tere faciem eius,& illudere ei,dicentes. Prophetiza,quis est qui te percussit,quare hoc,vt facies tua illuminaretur,illuminata confirmaretur,& diceretur de te. Vultus eius non sunt amplius in diuersa mutati. Os illud 1.Reg. 1.
quod docet angelos,& homines instruxit, quod dixit, & factum est,selle potatum est & aceto., sed hoc factũ est,vt veritatem & iudicium loqueretur os tuum, & cõfiteretur Dominum Deum suum. Manus illæ quæ fundauerunt celos,extensæ sunt in cruce,clauisq; verberatæ durissimis,vt manus tuæ extenderentur ad inopem,
& dicere posses cum Psal. Anima mea in manibus meis Psal. 118.
semper. Quod tenemus in manibus,non de facili obliuiscimur,sic & qui animam suam bona operationi imprimit,non tradidit eam obliuioni. Pectus illud, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi,lancea militari perfossum est,vt pectus tuum a prauis cogitationibus mundaretur, mundatum sanctificaretur,conseruaretur sanctificatum. Pedes illi, quorum scabellum adorare debemus,oĩa sanctumest,dura trãs fixione confusi sunt vel confixi,ne pedes tui festinarent ad malum,sed currerent ad viam mandatorum domini. Quid plura? Foderunt manus meas & pedes meos, Psalm. 21.
dinumerauerunt omnia ossa mea. Pro te carnem & animam suam posuit,vt corpus & spiritum suum sibi vendicaret,toto se totum recuperauit. Expergiscere nunc anima mea,excutere de puluere,& contemplare virum hunc memorabilem,quem in speculo euangelici sermonis quasi præsentem intuearis. Attende anima mea, quis est ille,qui ingreditur habens imaginem regis, & nihilominus serui despectissimi confusione repletus,coronatus incedit,sed ipsa eius corona etiam cruciat' est illi,& mille puncturis speciosum eius caput diuulneratur,regali purpura induitur,sed potius in eo despicitur quam honoratur,sceptrum in manu gestat, sed eo ipso reuerendum eius caput feritur,adorant coram ipso positis in terra genibus,& regem clamant,& continuo ad conspuendum amabiles eius genas subsiliunt, maxillas palmis concutiunt,& honorabile collum inhonorant. Vide anima mea, quomodo vir ille per omnia coarctatur,& spernitur. Sub crucis onere dorsum incuruare iubetur,et suam portare ignominiam ad locum deductus supplicij,Myrrha potatur & felle, in cruce subleuatur,& dicit. Pater dimitte illis,quia nesciunt quid fa- Luc. 23.
ciunt. Qualis est hic,qui in omnibus pressuris suis nec semel os suum aperuit,vt aliquid querelæ, aut excusationis,aut comminationis,aut maledictionis, aduersus maledictos canes illos proferret,sed nouissime verbum benedictionis sup iniustos suos: qualè a seculo non est auditum effudit? Quid hoc viro mansuetius,quid benignius,anima mea,vidisti? Adhuc autem attentius intuere,quam grandi admiratione & tenerrima compassione dignus appareat. Vide nudum,& vulneribus laceratum in medio latronum,cruci ignominiose ferreis clauis affixum,aceto in cruce potatum,& post mortem lancea in latere vulneratum, & copiosos sanguinis riuos,ex quinque vulneribus manuum,pedum, & lateris effundentem. Fletum deducite oculi mei,& liquesce anima mea,super contritione amabilis viri huius, quem in tanta amaritudine,tot vides afflictum doloribus.

Ibid.c.14. bus. Respice Domine sancte pater de sanctuario, & de excelso cœlorum habitaculo, & intuere hanc sacrosanctam hostiam, quam tibi offert magnus Pontifex noster, sanctus puer tuus Dominus Iesus, pro peccatis fratrum suorum, & esto placabilis super multitudine malitiæ nostræ. Ecce vox sanguinis fratris nostri Iesu, clamat ad te de cruce. Ecce gloria & honore coronatus sum. In dextera maiestatis tuæ astat vultui tuo pro no-
Ibid.c.15. bis, caro enim & frater noster est. Respice domine in faciem Christi tui, qui tibi obediens vsque ad mortem factus est, nec recedant ab oculis tuis cicatrices eius in perpetuum, vt memineris, quantam ab eo pro peccatis nostris satisfactionem receperis. Vtinam Domine ap-
Iob.11. pendantur in statera peccata; quibus iram meruimus, & calamitas, quam pro nobis passus est innocens filius tuus. Certe hoc grauior apparebit, & hoc magis digne, vt propter ipsam effundas super nos misericordiã, quantum fuit illa, ne pro peccatis nostris contineas in ira misericordias tuas. Gratias tibi dñe pater referat oĩs lingua superabundantia bonitatis tuæ, qui vnico filio cordis tui non pepercisti, sed pro nobis illum tradidisti in mortem, vt ipsum tanquam fidelem aduocatum habe-
Ibid.c.16. remus in cœlis coram te. Et tibi domine Iesu fortissime zelotes, quid gratiarum retributionis digne retribuam, ego homo, puluis, & cinis, & vile figmentum, quid enim pro mea salute facere debuisti, & non fecisti? ab imo pedis vsque ad summum verticis, totum in aquas passionum te demersisti, vt me totum de illis extraheres. Et intrauerunt vsque ad animam meam. Nam & animam tuam in mortem perdidisti, vt meam perditam mihi redderes. Ecce me duplici debito obligasti, nã & pro eo quod dedisti, & pro eo quod mei causa perdidisti debitor tibi sum, & pro mea quidem creatione, semel in bis a te mihi data, semel in vita redemptione, quid magis iuste tibi reddam quam ipsam non habeo. pro tua autem preciosa anima ita contribulata, quod ab homine digne repẽdi possit, non inuenio. Nã & si cælum, & terram, et omnem ornatum eorum, pro ea possem rependere, certe vsq; mensuram debiti, nullatenus attingere possem. Vt autem idipsum quod & debeo, & possibile mihi est, retribuã tibi, tui domine muneris est. Diligendus es mihi toto corde, tota mente, tota anima, tota virtute, et tua mihi sequẽda vestigia, qui pro me mori dignatus es, & quomodo fiet illud in me, nisi per te? Adhæret anima mea post te, quia tota virtus eius pendet ex te. Hucusq; Bernar. Toto igitur corde, totoque affectu in Dominica passione verseris, quia ipsius meditatio, super omnes alias, quæ de vita ipsius occurrere possunt, noscitur eminere. De cætero ad resurrectionem ipsius Domini Iesu accedamus.

De resurrectione Domini, et quando primo apparuit matri dominica die.
Capitulum 87.

VEniens dominus Iesus, cum honorabili multitudine Angelorum, ad monumentum die dominico summo mane, & reaccipiens corpus istud sanctissimum, & ipso monumento clauso, processit propria virtute resurgendo. Eadem autem hora, scilicet sũ-
Mariæ cũ vnguentis vadunt ad monumentum. mo mane Maria Magdalenæ & Iacobi & Salome licentia petita prius a Domina, cœperunt ire cum vnguẽtis ad monumentum, domina autem domi remansit, & orabat dicens. Pater clementissime, pater pijssime, sicut scitis, mortuus est filius meus, inter duos latrones cruci fuit affixus, & ego eũ sepeliui manibus meis, sed potens estis Domine, eum mihi restituere incolumẽ, rogo maiestatem vestrã, vt eum mihi reddatis, quare tardat tantum ad me venire, remittite obsecro eum mihi, quia nõ quiescit anima mea, nisi videam ipsum. O fili mi dulcissime, quid est de te? quid agis? quid moram contrahit? Oĩo Virginis.
rogo te ne amplius differas venire ad me, tu enim dixisti, tertia die resurgam. Nonne fili mi, est hodie tertia Matt. 27.
dies, nõ heri, sed prius heri, id est nudiustertius, fuit dies illa magna, & amara valde, dies calamitatis & mortis, tenebrarum & caliginis, separationis & mortis tuæ, ergo fili mi est hodie tertia dies. Exurge ergo gloria mea, & omne bonum meum, & redi, super omnia desidero te videre, consoletur me tuus reditus, quam sic contristauit discessus, reuertere ergo dilecte mi, veni Domine Iesu, veni spes mea vnica, veni ad me fili mi. Illa ergo sic orante, & lachrymas dulciter emittente, ecce subito dominus Iesus venit in vestibus albissimis, vultu sereno, speciosus, gloriosus, & gaudens, & dixit ei quasi ex latere, salue sancta parens, At illa statim se vertens. Es, tu (inquit) filius meus Iesus? Et genuflexit adorãs. Cui filius, Mater mea dulcissima, ego sum, resurrexi, & adhuc tecum sum. Eis autem surgentibus ipsa cum lachrymis prę gaudio amplexans eum, et vultum vultui applicans fortiter stringebat, requiescens totaliter super eum, & eam alacriter sustentabat. Postea consedentibus eis pariter diligenter & curiose intuebatur eundem in vultu & cicatricibus manuum & per totum quærens, si omnis dolor ab eo discesserat. Et ille. Reuerẽda mater omnis a me dolor abscessit, & mortem, & dolorem, & omnes angustias superaui, nec de cætero inde aliquid sentiam. Et illa. Benedictus sit pater tuus, qui te mihi reddidit, exaltatum & laudatum sit nomen eius, & magnificatum in sæcula. Stant ergo & colloquuntur ad inuicem gaudentes, & Pascha ducentes delectabiliter, & amanter, & narrat ei dominus Iesus, qualiter populum suum liberauit de inferno, & omnia quæ fecit in isto triduo, ecce nunc ergo magnum Pascha.

Quomodo Maria & aliæ duæ Mariæ venerunt ad monumentum, et de cursu Petri & Ioannis. Cap. 88.

MAgdalena vero & aliæ duæ Mariæ ibant (vt dixi) ad monumentum cum vnguentis. Dum ergo fuerunt extra portam ciuitatis, reuocabant ad memoriam afflictiones & pœnas magistri sui, & in omnibus locis in quibus aliquid notabiliter contra ipsum, vel per ipsum factum fuerat, aliquantulum subsistebant, genuflectentes & osculãtes terram, gemitus & suspiria dantes, & dicentes. Hic obuiamus ei cum cruce super collo, qñ mater eius semimortua est, hic se vertit ad mulieres, hic crucem deposuit fatigatus, & super isto lapide se appodiauit parumper, hic sic crudeliter & fortiter impulerunt eum, vt velocius ambularet, & quasi eum currere coegerũt, hic spoliauerunt eum, & totũ nudum fecerunt, hic eum crucis patibulo affixerũt. Et tunc cum magno clamore & inundatione lachrymarũ, procidentes in facies suas adorauerunt crucem, & osculatæ sunt eam, precioso adhuc Domini sanguine rubricatam. Deinde surgentes, et euntes versus sepulcrum, dicebãt. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumẽti? Et aspicientes, viderunt reuolutum lapidem, et Angelum Domini sedentem super eum, qui dicit eis. Noli- Marc. 16
te timere, &c. vt in euãg. continetur. Illæ aũt fraudatæ spe etMat. 28
sua, qa putabant corpus Dñi inuenire, non attendentes Ioan. 20.
ad verba Angeli, conterritæ redeunt ad discipulos, dicẽtes corpus Domini esse sublatum. Tunc ergo Petrus & Ioannes concurrerunt ad monumentũ. Conspice bene eos, currunt ipsi, currunt Magdalena & sociæ post eos, oẽs currunt ad quærendum Dominum suũ, cor suum, et animam suam, currunt multum fideliter multumq;

feruen-

Digitized by Google

ferventer,multumq; anxie. Cum autem peruenerunt ad monumentum, reſpicientes in ipſo non inuenerunt corpus,ſed viderunt linteamina & ſudarium, & receſſerunt,compatere ipſis,quia in afflictione magna ſunt. Querunt dominum ſuum & non inueniunt, & neſciũt vbi eum amplius quærere debeant,ergo dolentes,& flẽtes diſceſſerunt.

Quod Dominus apparuit tribus Marijs. Capitulum. 89.

MAriæ autem remanſerunt ibidem, & reſpicientes in monumentum, viderunt duos Angelos, ſtantes in albis, qui dicunt eis. Quem quæritis,
Luc. 24.
viuentem cum mortuis? Illæ autem nec tunc attenderunt ad verba eorum,nec aliquam conſolationem acceperunt de viſione Angelorum,quia non quęrebant Angelos,ſed dominum Angelorum,iterum duæ Marię cõterritæ,& quaſi abſorptæ elongauerunt ſe inde aliquantulum,& ſedebant dolentes. Magdalena vero neſciens, quid aliud facere deberet,& quia ſine magiſtro ſuo viuere nõ poterat,& ibi eum nõ inueniebat,et vbi eũ quęreret ignorabat, ſtabat ad monumentum loris plorans. Iterum ergo reſpiciens in monumentum, quia ſemper
Ioan. 10.
ſperabat ibi eum reuidere, vbi eum ſepelierat, vidit ipſos Angelos ſedentes,qui dicunt ei. Mulier, quid ploras? quem quæris? Et illa. Tulerunt dominum meum, & neſcio vbi poſuerunt eum. Vide mirabilem operationem amoris. Paulo ante audierat ab vno Angelo ꝙ reſurrexerat,& poſtea a duobus quia viuebat,& non recordabatur,ſed dicit,neſcio. Amor hoc faciebat,quia (vt dicit hic Origenes) anima ſua nõ erat, vbi ipſa erat, ſed ibi erat,vbi magiſter ſuus erat. Neſciebat cogitare, loqui nec audire,niſi de ipſo. Cum autem iſta ſic ploraret,nec de Angelis aliquid curaret, amore ſuo magiſter ſuus non poterat amplius ſe tenere, Dominus ergo Ieſus refert hoc matri,& dicit, ꝙ vult ire ad conſolandũ eam,quæ hoc multum acceptat,& dicit. Fili mi benedicte,vade in pace,& conſoleris eam,quia multum te diligit,& de tua morte multum doluit, & memento redire ad me,& amplexans dimiſit eum. Venit ergo ad monumẽtum in horto,vbi erat Magdalena,& dicit ei. Mu
Dominus apparuit Marię Magdalenę in horto.
lier,quem quæris? quid ploras? Et illa eum non cognoſcens adhuc,vt ebria reſpondit,dicens. Domine,ſi tu ſuſtuliſti eum,dicito mihi,vbi poſuiſti eum? & ego eum tollam. Cõſpice bene eam,quomodo lachrymabili vultu,ſuppliciter,& deuote,eum exorat,vt doceat eam illũ quem quærit,ſemper.n.ſperabat,audire aliqua noua de
Ioan. 20.
ſuo dilecto. Tunc dominus ad eam dixit. Maria. Ipſa vero quaſi reuiuiſcens,& cognoſcens eum ad vocem,indicibili gaudio dixit. Rabbi,id eſt magiſter. dominus vos eſtis quem quærebam,quare tamdiu vos mihi celaſtis? & currẽs ad pedes oſculari volebat. Dominus vero volens animum ſuum eleuare ad celeſtia,vt non quæreret eum amodo in terra,dixit. Noli me tangere,nondum enim aſcendi ad patrem meum,ſed dic fratribus meis. Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum, &cæt. & addidit. Nonne prędixi tibi,ꝙ tertia die reſurgerem, quomodo igitur me in ſepulchro quęrebas? Et illa. Dico vobis magiſter,quòd tantus dolor de acerbitate paſſionis & mortis veſtræ, cor meum repleuerat, ꝙ omniũ oblita,de nihilo recordabar,niſi de corpore veſtro mortuo,& de loco vbi ſepeliueram ipſum, & ideo vnguentum hoc mane detuleram. Benedicta ſit magnificẽtia veſtra,quæ reſurgere & ad nos redire, dignata eſt. Stant ergo ſimul dilecti,cũ iucunditate & gaudio magno. Ipſa vero curioſe aſpicit eum,& interrogat de ſingulis,& reſponſum alacritatis recipit. Nũc ergo, & hic eſt magnum Paſcha,licet autem ſic a principio dominꝰ ei reſponderet,vix credere poſſum,quin eum familiariter tangeret,antequam inde diſcederet, oſculãdo pedes & manus,ſed diſpenſatiue ſic fecit a principio, vel quia talem ſe oſtendebat,qualis erat in corde ſuo,ſecundum communem expoſitionem,vel quia (vt dixi) volebat animum ſuum erigere ad cęleſtia,ſecundum ꝙ Bern. innuere videtur. Pie nanq; credi poteſt,ꝙ quam ſic amãter & ſingulariter,ante omnes qui ſcripti reperiũtur, viſitabat,ad lætificandam eam non turbandam,faciebat. Myſterialiter ergo,nõ pertinaciter dixit illud verbum, quia non pertinax,neque durus, benigniſſimus dominus eſt,& maxime diligentibus ſe. Poſt aliqualem vero morulam,diſceſſit Dominus dicens,quia & alios oportet eum viſitare. Tunc Magdalena quaſi alterata, ſicut nolens ab eo vnquam diſcedere,dicit. Domine (vt video) veſtra conuerſatio non erit amodo nobiſcum, ſicut conſueuerat,rogo ne obliuiſcamini mei, memento te Domine tot bonorũ quot mihi contuliſtis,& familiaritatis & dilectionis,quam habuiſtis ad me,& recordamini mei domine Deus meus. Et dominus ad eam. Noli timere,confide,& conſtans eſto, quia ſemper ero tecum. Tunc ipſa benedictione ab eo recepta, & Chriſto diſcedente,venit ad ſocias,& nunciat hoc eis. Illæ vero de reſurrectione domini gaudentes,ſed quod non viderant eum dolentes,recedunt cum ea. Cum ergo
Dominus apparuit tribus Marijs ĩ via pariter pergẽtibus.
iſtæ tres Mariæ in ſimul pergerent,antequam verterent ad ciuitatem,apparuit eis dominus Ieſus,dicẽs, Aucte. Illę vero vltra quam dici poſſet exhilaratę,procidentes tenuerunt pedes eius. Hic ergo ſimiliter & quærunt & aſpiciunt,& reſponſum iucunditatis accipiunt,et faciũt magnum Paſcha. dicit autem eis dominus Ieſus, dicite fratribus meis vt veniant in Galileam,ibi me videbunt ſicut prędixi eis. Vides ꝙ magiſter humilitatis vocat diſcipulos ſuos fratres, nunquid hanc virtutem dimiſit? Tu autem ſi in prædictis vis intelligentiam,& conſolationem habere,recordare de his,quę ſuperius tibi dixi, vt ſcilicet in omnibus locis & factis,ita ſis animo, ac ſi præſens eſſes corpore. Et idem de infra dicendis.

Quòd Dominus apparuit Ioſeph, Iacobo minori,& Petro. Cap. 90.

DIſcedens ergo Dominus Ieſus ab eis,apparuit Ioſeph,qui eum ſepelierat. Captus.n.erat propterea a iudæis,& recluſus in quodam cubiculo diligenter ſigillato,& poſt ſabbatum eum interficere vo- 1. ad Cor. 15.
lebant. Apparuit ergo Dominus Ieſus,& faciem eius exterſit,& oſculum dedit,& inde ſolutis ſigillis in propriam domum reportauit. Apparuit etiam dominus Ieſus Iacobo minori,qui vouerat ſe nõ comeſturum niſi videret dominum reſuſcitatum. Dixit ergo ei, & his ꝗ cum eo erant ponite menſam. Deinde panem accipiens,benedixit,& dedit ei dicens,Comede dilecte frater mi,quia filius hominis ſurrexit a mortuis. Iſta vero 1. ad Cor. 15.
refert Hieronymus. Cũ autem Magdalena & ſociæ redeunt domum, & narrant diſcipulis reſurrexiſſe dominum, Petrus mœrens, ꝙ dominum ſuum non viderat, nec quieſcere valens propter amoris vehementiam,diſceſſit ab eis,& ſolus ibat verſus ſepulchrum. Neſciebat enim, vbi eum alibi quæreret. Dum ergo pergeret, dominus Ieſus apparuit ei,dicens. Pax tibi Symon. Tunc Petrus percutiens pectus ſuum,et procidens in terram cum lachrymis,dixit. Domine,dico meam culpam, qa te dereliqui,et pluries negaui,et oſculatus eſt pedes eiꝰ. Dominus autem ipſum erigens, oſculatus eſt eum, dicens. Pax tibi,noli timere,omnia peccata ſunt tibi dimiſſa,ego bene ſciebam,& prædixi tibi,nunc ergo vade,& confirma fratres tuos,& confide, quia mortem,& omnes inimicos veſtros,et aduerſarios deuici. Hic ergo ſimiliter fit magnum Paſcha. Stant & colloquuntur adinuicem,

uicem, et diligẽter Petrus aspicit eum, et singula notat. Benedictione vero accepta, rediens ad dominam & ad discipulos, omnia narrauit. Scire autem debes, quòd de apparitione facta dominæ nihil continetur in euangelio, ideo autem ipsam posui, & ante premisi quia de ipsa videtur tenere Ecclesia, vt in legenda de resurrectione domini plenius habetur.

De reditu Domini ad sanctos patres post resurrectionem. Cap. 91.

DOminus ergo Iesus cum discessit a Petro, quia nondum visitauerat sanctos patres, post resurrectionem suam, quos in Paradiso delitiarum dimiserat, rediit ad eos, procedens in stola candida cum multitudine Angelorum. Quem ipsi in tanta gloria conspicientes a longe, cum indicibili exultatione, & iubilo, canticis, & laudibus suscipiunt eum, dicentes. Ecce rex noster, venite occurramus saluatori nostro, magnum principium, & regni eius nõ erit finis, dies sanctificatus illuxit nobis, venite omnes & adoremus dominum. Et procidentes in terram adorauerunt eum, & surgẽtes, & stantes cum eo reuerenter & iucunde compleuerũt laudes suas, dicentes. Vicit Leo de tribu Iuda, refloruit domine caro mea, adimples nos lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vsq; in finẽ. Resurrexisti gloria nostra, exultabimus & lętabimur in te regnũ tuum, regnum omnium sæculorum, & damnatio tua vsq; in generatione & generationem, & nos non discedimus a te, resuscitabis nos, & nomen tuum exaltabimus, præcursor pro nobis ingressus est, Pontifex factus in æternum. Hæc est dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Hodie illuxit nobis dies redemptionis, reparationis antiquæ fęlicitatis æternę. Hodie per totũ mundum melliflui facti sunt cęli, quia dominus regnauit a ligno, dñs regnauit decorem indutus est, indutus

Psal. 19. est dñs fortitudinem, & pręcinxit se. Cantate ei canticũ nouum, quia mirabilia fecit. Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius. Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius, venite, adoremus eum. Appropinquãte autem hora vespertina, dicit eis dominus Iesus, compatior fratribus meis, quia propter mortem meam contristati, & conterriti, dispergũtur sicut oues errantes, & multum desiderant me videre. Vadam ergo, & ostendam me ipsis, confortabo, & consolabor eos, cito reuertar ad vos. At illi procidentes dixerunt, sic fiat Domine, vt dixistis.

Quòd Dominus apparuit duobus discipulis euntibus in Emaus. Cap. 92.

CVm ergo duo ex discipulis eius irent versus castellum Emaus, quasi iam desperati de ipso, & irent

Luc. 24. tristes, de his quæ acciderant conferentes, venit dominus Iesus, & iunxit se ipsis in specie peregrini, & ibat cum ipsis interrogans eos, & respondens, & conferens verba salubria, vt in Euangelio habes, tandem coactus ab eis, intrauit cum illis & manifestauit seipsis, hic aũt diligenter attende, & considera bonitatem, & benignitatem domini tui. Primo quia non potuit eius feruens amor, sustinere suos sic errare, & tristari, vere fid' amicus est fidelis comes, & benignus dominus iũgit se

Aliqua anxietate grauatis, et de Christo loquentibus ipse presto est Psalm. 118.

ipsis, quærit tristitiæ causam, & exponit eis scripturas, inflamans corda eorum, ad omnem rubiginem extirpãdam, sic quotidie nobiscũ facit spiritualiter, si enim grauati aliqua perplexitate vel acedia de ipso loquimur, statim adest confortans & illuminas corda nostra, & etiã inflammans in amorem sui, optimum enim est, contra tales pestes loqui de Deo. Vnde dicit propheta. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua domine, super mel & fauum ori meo. Et iterum. Ignitum eloquium tuũ vehemẽter & seruus tuus dilexit illud, similiter etiam co-

Psal. 38. gitare de Deo, vnde idem Propheta. Concaluit cor meũ intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Secundo considera bonitatem eius, non solum ex amore (vt dixi) sed etiam ex humilitate profunda. conspice nãque ipsum, quomodo humiliter vadit cum eis, vadit nãque cum suis, quasi vnus ex eis Dominus omnium, nonne tibi videtur ad primordia humilitatis redisse, exemplum nobis est simile faciendi. Sed & in alio attende Domini humilitatem, quia non est dedignatus hos discipulos inferioris gradus, non enim erant isti de Apostolis, sed de aliis minoribus discipulis, & tamẽ familiariter iungit se ipsis, vadit & loquitur, nõ sic elati, nollent enim nisi cum pręcipuis viris & magnarum opum, conuersari & ambulare. Item in alio relucet hic sua humilitas. Nam si consideras elatos, videbis, quòd nolunt ampullosa verba sua spargere inter paucos, sed domin' etiam cum duobus loquitur arcana sua, non vilipendit paucos, immo nec etiam vnum, sicut fecit olim cum Samaritana. Tertio considera domini bonitatẽ, quan um ad præsens negociũ, quomodo instruit discipulos suos in moribus, reficit et consolatur. Conspicias ergo eum, quomodo fingit se lõgius ire, vt eorum augeat desiderium, & inuitetur, & teneatur ab eis, & quomodo postea benigne intrat cum eis, panem accipit, & benedicẽs suis sacratissimis manibus frangit & porrigit, & se ipsũ eis reuelat, & quotidie hoc facit nobiscum inuisibiliter, nam teneri vult & inuitari per desideria, orationes, & sanctas meditationes, & ideo semper orare oportet, et non deficere, vt ipse docuit, qualiter ista fecit ad nostrã eruditionem, vt scilicet attendamus ad opera pietatis et hospitalitatis. Et quomodo nõ sufficit diuina eloquia legere vel audire, nisi opere compleantur, de hoc in Homil. Greg. super hoc Euangelio poteris plenius edoceri. Non autem dedit istis suis discipulis magnam sui copiam, sed statim porrecto eis pane, euanuit ab oculis eorum. Nam etiam alios cõsolari volebat, cum quibus tamen etiam istos est consolatus.

Cum pauperibus cõuersandũ est, ad exẽplũ Christi.

Quòd Dominus apparuit reclusis in die resurrectionis. Cap. 93.

Luc. 24 et Io. 20.

REdierunt autem prędicti duo discipuli statim in Hierusalem, et inuenientes alios discipulos congregatos (absente Thoma) eis ista narrauerunt, at pariter audierũt. Quia surrexit dominus et apparuit Symoni. Tũc dominus Iesus intrans ad eos ianuis clausis, stetit in medio eorum, et dixit eis, pax vobis. Discipuli vero procidentes in terram, et suam culpam dicentes, ꝙ sic eũ dereliquerant, ipsum alacriter susceperunt. Dominus ergo. Surgite (inquit) fratres mei, quia omnia peccata sunt vobis dimissa. Stat ergo familiariter inter eos, et ostẽdit eis manus et lat', et aperit eis sensum, vt intelligant scripturas, et cognoscant resurrectionem suam. Petit ab eis, si hẽant aliquid ad manducandum, et manducat coram eis partem piscis assi, et fauum mellis. Insufflat in eos, et dicit eis, accipite Spiritumsanctum. Vides quomodo ista sunt plena omni iucunditate et lætitia. Gauisi sunt ergo discipuli viso domino, lætãtur cõram eo, qui ante erant pauefacti. O quam libenter eidẽ illa porrexerunt, vt comederet, ꝙ̃ fideliter ei ministrabant, et quam iucunde assistebant ei, Cõspice etiam dominam ibidem esse, quia discipuli congregabant se ad eam, Vide ergo eam indicibili gaudio ista conspicere, et iuxta filium familiariter sedere, et sicut expedit seruire alacriter. Dominus etiam Iesus libenter suscipit omne seruitium de manibus eius, et eam reuerenter honorat coram discipulis. Non autem omittas Magdalenam di

lectam

lectam discipulam, & Apostolorum Apostolã, cõspice etiam, qualiter more solito, sedet ad pedes magistri sui, diligenter audit verba eius, & si quid potest etiam ipsa, gaudiose, ac toto affectu, eidem ministrat, O qualis tũc est domuncula ista, & quam gratiosum habitare in ea, Nonne tibi videtur etiam nunc esse magnum Pascha? si aliquid deuotionis habes, puto q̃ sic. Sed parum stetit tunc Dominus cum eis, quia iam erat quasi sero. Tamẽ forte etiam ipsi coegerunt eũ, aliquantulum plus stare, rogantes ne sic cito recederet. An non credis q̃ Magdalena, sedens ad pedes iuxta eum, teneret per pannos eũ confidenter, & cum reuerenti audacia, ne discederet ita cito erat.n.indut᷒ vestimẽtis albissimis, vestibus gloriæ suæ. Sic.n. eum tenebat, non presumptuose, sed cõfidenter faciebat, sic diligens, sic dilecta, nec Domino displicebat. Teneri vult Dominus, vt patet in duobus discipulis supra, euntibus in Emaus Tandem Dominus reuerentia matri exhibita, similiter & ab ea recepta licentia, benedicens omnes, recessit ab eis. Ipsi vero procidẽtes, de cita reuersione rogauerunt eundem. Remanserunt autem famelici, & sitibundi de Domino, de quo tãtam copiam habere consueuerant, cum sæpe suspirijs, & desiderijs reuocantes. Vidisti quoties hodie habuisti Pascha, nam omnes istæ apparitiones in die Paschatis fuerunt. Sed forte audisti, sed non sensisti, quia nec forte in passione compassionem habuisti. Credo enim, quod si in passione compati scires, & mentem haberes vnitã & non sparsam ad sæcularia, vel superflua, vel curiosa, in qualibet vice sentires Pascha. Et hoc de quolibet die dominico contingere posset, si mẽte integra diebus veneris, & sabbati, te cũ passione Domini præparares, maxime dicente Apost. Si fuerimus socij passionum, erimus & consolationum.

2.Cor.1.

Quòd Dominus apparuit Discipulis in octaua Paschæ, & erat cum eis Thomas.
Capitulum. 94.

Aduenïente autem die octaua resurrectionis, iterũ apparuit Dominus Iesus discipulis ianuis clausis, & erat Thomas cum eis, qui prima die cum eis non fuerat, & cum alij narrassent ei, quia viderant Dominum, Respondit, Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum, &c. (vt in Euangelio cõtinetur) non credam, Dicit ergo pastor bonus, & de pusillo suo grege solicitus, pax vobis. Deinde dicit Thomę. Infer digitum tuũ huc, & vide man᷒ meas, & affer manum tuã, & mitte in latus meũ, & noli esse incredulus, sed fidelis. Tunc Thomas procidens, tetigit cicatrices Domini, & dixit. Dominus meus & Deus meus. Hominem enim vidit, & Deum credidit. Dixit etiam suam culpam de hoc, quòd ipse dereliquerat eũ, sicut & alij dixerunt. Dominus autem erigens eum, dixit: Noli timere, omnia peccata sunt dimissa. Hoc autem de Thomæ dubitatione, dispensatorie permissum est, vt euidentioribus argumentis, resurrectio Domini probaretur. Conspice autem hic diligenter eum & considera solitam benignitatem, humilitatem, & amorem feruentem ipsius, quomodo, Thomæ monstrat et alijs discipulis vulnera sua, vt tolleret omnem obscuritatem de cordibus eorum, ad ipsorum & nostram vtilitatem. Reseruauit quoq; sibi Dominus cicatrices vulnerum, maxime propter tria, s. vt faceret Apostolis fidem de sua resurrectione, & vt ipsas ostendat patri, quando vult placare eum et interpellare pro nobis, est enim no ster aduocatus, et etiam vt eas mõstret reprobis in die iudicij. Stat ergo Dominus Iesus cũ matre et discipulis suis, per aliquam morulam loquens de regno Dei, et ipsi cum eo in lætitia magna, audientes ista verba excelsa, et aspicientes faciem eius, plenam gaudio et decore. At

Ioan. 20.

Cicatrices sibi Dominus reseruauit propter tria.

tende bene eos circumcirca sistes, sed Dominam familiarius iuxta eum, Magdalenam vero semper ad pedes eius considera. Sta & tu reuerenter, longe tamen, nisi forte misericordia motus faciat te vocari. Tandem dicit eis, q̃ vadãt in Galileam, in monte Thabor, vt dicitur, & ibi apparebit eis, & benedictione data discessit ab eis, ipsi vero remanserunt vt prius, famelici & sitibundi de eo, sed plurimum confortati.

Quod Dominus apparuit discipulis in Galilæa. *Cap.* 95.

Post hæc discipulis ad dictum locum pergentibus, iterum apparuit eis Dominus Iesus dicens, Data est mihi oĩs potestas in cœlo & in terra. Ite, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritussancti, & docentes eos seruare quæcunq; mandaui vobis, & confortamini, quia ego vobiscũ sum omnibus diebus, vsq; ad consummationem sæculi, adorauerunt autem eum in suo aduentu & stant etiam nũc cum magna iucunditate cum eo. Cõsidera bene eos, & ea quæ dicta sunt modo ipsis, nam magnifica sunt valde. Manifestat eis, qualiter est Dominus omnium, dat eis mandatum de prædicando, dat formam baptizandi, dat etiam vigorem eis permaximum, dum dicit, quòd semper erit cum eis. Vides quantam iucunditatem dat eis, & quot ostendit eis insignia charitatis. His ergo dictis per Dominũ data eis benedictione, disparuit ab eis.

Quod Dominus apparuit discipulis ad mare Tyberiadis. *Cap.* 96.

Discipuli vero adhuc remanserunt in Galilæa. Iuerunt autem quadam vice piscatum ad mare Tyberiadis septem ex ipsis, & per totam noctẽ nihil ceperunt. Mane facto, Dominus iterum apparuit eis, & stetit in littore maris. Attende aũt hic, quę acta sunt, quæ iucundissima sunt. Quęrens ergo Dñs si aliquid cœpissent, respondentibus nõ, dixit, Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & multitudinẽ magnam ceperunt. Dixit Ioannes Petro, Dominus est. Tunc Petrus nudus existens, succinxit se tunica, & sestinus venit per mare, alij vero nauigio venerunt. Et cum descendissent, viderunt piscem positum super prunas, & panem paratum, Dñs.n. hoc eis parauerat. Fecit etiam accipi de piscibus eorum, & assari, & simul cum eis comedens, fecit conuiuium, & festum magnum cum eis in littore maris. Et cõsuetæ humilitatis suæ more ministrans eis, panẽ eis porrexit, & fregit, & piscẽ similiter dedit eis. Stant ergo reuerenter, & multum alacriter isti septem discipuli cum Domino suo, pariter cum eo comedentes. Aspiciunt faciem eius desiderabilem & iucũdã, & exultant in cordibus suis. Accipiunt de sacratissimis manibus eius escas delectabiles, & reficiuntur non minus spiritualiter, quã corporaliter O quale conuiuiũ est illud. Conspice bene singula, & si potes pascaris cũ eis. Attende nihilominus quæ sequuntur, quia pulcherrima sunt & vtilissima. Nam completo isto solenni cõuiuio, dicit Dominus Petro, Diligis me, plus his? & Petrus, Domine tu nosti, quia amo te, dicit ei Dominus. Pasce agnos meos, &c. Sic ter interrogans, recommẽdauit ei gregem suum. In quo Domini benignitatem solitam considera, charitatem, & humilitatem, Aperte.n. vides, quomodo diligenter affectuose imprimit, reiterat, & recommẽdat Petro animas nostras. Iterum autẽ Dominus post hæc prædixit Petro mortẽ ipsius, dicẽs. Cum esses iunior, cingebas te, &c. significans, q̃ per passionem crucis, clarificaturus esset Deũ. Et cũ de Ioanne Petrus quæreret, hic autem quid. Dominus respondit. Sic eum volo manere, donec veniam, quasi dicat.

Ioan. 21.

Digitized by Google

Nolo quòd per viam passionis me sequatur, sed in senio & contemplatione requiescet, quamuis alij discipuli intelligerent quòd non moreretur, sed non erat hoc magnum donum, cum melius sit dissolui, & esse cum Christo. Attendisti quam multa, & quam magnifica, facta & dicta sunt in hac apparitione. Post hoc disparuit Dominus ab eis, & more solito redijt ad sanctos patres. Discipuli vero cum magno gaudio remanserunt, & post redierunt in Hierusalem, &c.

Quod Dominus apparuit plusquam quingentis fratribus simul, & de apparitionibus. Cap. 98.

1. ad Cor. 15.

ITerum autem apparuit Dominus plusquam quingentis fratribus simul, vt dicit Aposto. Sed quo loco, aut quando non est scriptum. Sed stans benignus Dominus inter eos, prędicans, & loquens de regno Dei magna eos iucunditate repleuit. Habes ergo duodecim apparitiones Domini, post resurrectionem vsque ad ascensionem, absq; duabus cum ascensione proxime dicendis, & sic fuerunt quatuordecim. Scire tamen debes, ꝙ in Euangelio non sunt scriptæ nisi decem. Nam quõ apparuit matri, non est scriptum in aliquo loco, sed sic pie creditur. Qũo autem apparuit Ioseph, dicitur in Euangelio Nicodemi. Quomodo etiam Iacobo, scripsit Apostolus ad Cor. & etiam refert beatus Hier. De ista

Ibid.

etiam de quingentis fratribus scripsit beatus Apostolus ibidem, Aliæ vero scriptæ sunt in Euangelio. Potes etiam meditari de pluribus. Nam veri simile est, ꝙ benignissimus Dominus sæpe matrem & discipulos visitabat, & Magdalenam dilectam discipulam, confortans & exhilarans eos, qui sic vehementer de sua passione fuerant contristati, & conterriti. Quod etiam beatus Aug. sentire videtur, dicens de tempore post resurrectionem. Non omnia (inquit) scripta sunt, crebra erat eius cum eis conuersatio. Et etiam forte ipsi sancti patres maxime Abraham, & Dauid, ad quos specialiter facta fuit promissio de filio Dei, veniebant cum eo ad videndum illam suam excellentissimam filiam matrem domini, quę pro eis omnibus gratiam inuenit, & genuit redemptorem. O quam lætanter eam respiciebant, & reuerenter inclinabant eidem, & omni qua poterant benedictione replebãt, quamuis non viderentur ab ea. Potes etiam considerare in hoc benignitatem, charitatẽ, & humilitatem Domini, more solito, de quibus sæpe fecimus mentionem, & in omnibus factis eius relucent. Quod etiam postquam gloriose vicerat, & resurrexerat, peregrinari adhuc voluit per quadraginta dies, vt suos discipulos cõfirmaret, & roboraret. Digne namq; post tot annorũ curricula, post tot labores & afflictiones, post tam ignominiosam, & acerbam mortem, poterat triumphator ad suam gloriam remeare, & per suos Angelos confirmare, & confortare Apostolos pro suo nutu, sed quia hoc non patiebatur charitas sua, personaliter voluit conuersari cum eis apparens eis per quadraginta dies in multis argumentis, & loquẽs de regno

Act. 1.

Dei. Pro eis fecit hoc & pro nobis, sed nõ aduertimus. Dilexit te vehementer, & non diligitur, cum ad talem ac tantum ignem, non solum calefieri, sed ardere debeamus. Nunc ad ascensionem veniamus.

De ascensione Domini. Cap. 98.

CIrca dominicam ascensionẽ te vigilem esse oportet, vt si vnquam toto mentis conatu, te præsentem exhibuisti verbis & factis eius, nunc facias multo magis. Nam hæc solennitas omnes superat alias vt clarius infra tibi ostendã. Et saltem hoc te animet ad attentionem, ꝙ nunc Dñs discessurus est corporali præsentia, completo suæ peregrinationis cursu. Vnde verba & facta ipsius, sunt attentius consideranda. Qualibet enim anima fidelis, debet spõsum suum, Dominum suum, & Deum suum, in eius discessu vigilantissime obseruare, & quæ per eum dicuntur, & fiunt, viscerosius mente amplecti, & idem se deuotius, & humilius recõmendare, et totaliter animum suum ab alijs abstrahere. Quadragesimo itaq; die a resurrectione, sciẽs dominus Iesus quia venit eius hora, vt transeat ex hoc mũdo ad patrem, cum dilexisset suos, nunc vero in finem dilexit eos. Accipiens ergo de Paradiso terrestri sanctos patres & alias animas, stans & benedicens Eliæ & Enoch ibi remanentibus, & adhuc viuentibus, venit ad discipulos suos, qui erant in cęnaculo in mõte Syon cum matre ipsius, & alijs apparẽs eis, voluit etiam ante discessum suũ prãdere cum ipsis, in signum memorialis dilectionis & gaudij. Omnibus ergo simul comedentibus, cum lętitia magna in hoc vltimo cõuiuio Domini sui, Dicit eis Dominus Iesus. Tempus est, vt reuertar ad eum qui misit me, vos aũt manete hic in ciuitate, quousque induamini virtute ex alto, quia infra paucos dies replebimini spiritu sancto, prout vobis promisi. Postea ibitis ꝑ vniuersum mundum prædicantes Euangelium meum, baptizando credentes, & eritis mihi testes vsq; ad vltimũ terræ. Exprobrauit etiam incredulitatem eorum, quia his qui viderant eum. s. Angelis suis non crediderunt. Hoc nunc maxime facit, cum de prædicando dicebat, quasi daret eis intelligere, multo magis debebatis vos Angelis credere, etiam antequam me videretis, quam gentes qui credent vobis prædicantibus, & me non videbunt. Fecit etiam hoc, vt cognoscentes defectum suum remanerent humiliores, ostendens eis in suo discessu, quantum placebat ei humilitas, & quasi eam peculiariter recommendaret eisdem. Quærentibus autem eis de temporibus futuris, noluit respondere, quia non expediebat eis. Stant ergo, comedunt, & loquuntur, et gaudent propter præsentiam Domini sui, sed nihilominus turbati propter discessum. Tanta. n. amoris teneritudine diligebant eum, ꝙ etiam verba discessus sui, non poterant ęquo animo sustinere. Quid autem dicam de matre iuxta eum prandente, quę super omnes sic intense eũ amabat? An non credis, ꝙ ad hęc verba discessus filij, maternæ dilectionis tacta & commota dulcedine, reclinaret caput suum super filium, & recũberet sup pectus eius? Nam si Ioannes hoc fecit in cęna, nũc multo magis meditari potes de ipsa. Vnde suspirãs cum lachrymis eum rogabat, dicẽs. Fili mi, si discedere vis ducas me tecum: Dominus autem consolatus eam, dicebat. Rogo mater charissima, ne feras moleste discessum meũ, quia vado ad patrem. Te autem remanere hic expedit ad tempus, propter confirmandos credentes, postea veniam ad te, & assumam te ad gloriam meam. Ad quem mater. Fili mihi dilectissime, fiat voluntas tua, nam non solum remanere, sed & mori parata sum pro animabus, pro quibus & mortuus fuisti, sed esto memor mei. Domin⁹ autem eam & discipulos & Magdalenam & alias consolabatur, dicens. Non turbetur cor vestrum neque formidet, nõ relinquam vos orphanos, vado & venio ad vos & semper ero vobiscum. Tandem dicit eis, ꝙ exeant in montem oliueti, quia inde volebat ascendere, & tũc disparuit ab eis. Mater ergo, & omnes alij sine mora iuerunt ad dictum montem, qui est ab Hierusalem ad vnum miliare, & ibidem iterum apparuit eis Domin⁹. Ecce quomodo habes hodie duas apparitiones. Tunc amplexatus est matrem valefaciens ei, & mater eum tenerrime. Discipuli aũt & Magdalena & omnes alij procidentes, & lachrymantes, deosculati sunt pedes eius, ipse vero suos Apostolos erigens, benigne osculatus est. Conspice nunc eos bene, & cuncta quę fiunt, considera nihilominus sanctos patres ibidem existentes, inuisibiliter

Matt. 16.

In die ascẽsionis bis apparuit Christus matri, et discipulis.

Digitized by Google

fibiliter tamen, quomodo libenter, & reuerenter intué
tur dominam, & affectuose benedicunt, per quam tan-
tum beneficium consecuti sunt. Quomodo etiam in-
tuentur illos excelsos pugiles & duces diuini exercitus,
Ascẽdit in cęlum. quos inter omnes elegit Dominus, ad expugnandum,
et vincendum vniuersum mundum. Tandem comple-
tis cunctis mysterijs, cœpit Dominus Iesus eleuari ab
eis, & ascendere virtute sua. Tunc mater & omnes alij
procidebant in terram, dicebat Domina: Fili mi bene-
dicte, memor esto mei, et propter discessum non pote-
rat lachrymas continere, gaudebat tamen multum, q
filium suum sic gloriose cernebat petere cęlum. Simili-
ter et discipuli eius dicebãt. Domine pro te dimisimus
omnia, esto memor nostri. Ipse vero eleuatis manibus,
facie serenus & gaudens, regio more coronatus et
ornatus, triumphaliter ferebatur in cęlum. Benedicens
eis dixit. Constantes estote, & viriliter agite, quia sem-
per vobiscum ero. Ascendebat autem, secum ducens il-
lam nobilem multitudinem, iter pandens ante eos, vt di
Mich. 21. xerat Micheas propheta. Dominus itaque gloriosus, cã
didus, et rubicundus, splendens et gaudiosus, præcede-
bat eos, viam eis ostendens, et ipsi cantantes et iubilan-
Psal. 67. tes, lætissimi sequebantur eum dicentes: Cantemus Do
mino qui ascendit super occasum, Dominus nomen il-
li. Confiteantur Domino misericordiæ eius, et mirabi-
Psal. 106. lia eius filijs hominum. Benedictus es Domine Deus
noster, qui saluos facis sperantes in te, deducens popu
Psal. 56. lum tuum in exultatione, et electos tuos in lætitia. Exal
tare super cœlos Deus, et super omnem terram gloria
tua, vt liberentur dilecti tui. Ascendens in altum pro-
sperum iter faciens nobis, perducens nos in refrigeriũ,
educis vinctos tuos in fortitudine, desiderium nostrũ
tribuens nobis. Intrabimus in domum tuam, et in con-
spectu angelorum tuorum tibi psallemus. Gloria laus,
et honor, tibi sit rex Christe redemptor. Regna ter-
Psalm. 67. ræ cantate Deo, psallite Domino. Interim autem Mi-
chael præpositus Paradisi pergens ad patriam, nuncia-
uerat, quòd Dominus ascendebat. Ecce omnes spirituũ
ordines, seriatim per acies suas, occurrerũt eidem, vnus
ex eis non remansit, qui non veniret obuiam Domino
suo, et inclinantes se, cum omni qua poterant reueren-
tia, deducebant eum cum hymnis et canticis ineffabi-
Ibidem vt supra. libus. Quis enim posset cantus et iubilos, qui ab ipsis
fiebant, explicare? Aduenerunt ergo principes coniũcti
psallentes et dicebant, Alleluia, alleluia, alleluia, Nomi-
ne qui in Domini rex benedicte venis. Nunc tibi regnã
ti pangimus ecce melos. Alleluia alleluia alleluia. Bene
dictus es Domine, q sedes super Cherubin, et intueris
abyssos, alleluia alleluia alleluia. Dignus es Domine
omni laude et honore alleluia, quia victoriam gloriose
Psalm. 88. fecisti, alleluia, Confiteantur cœli mirabilia tua Dñe. al
leluia, et virtutem tuã alleluia. Ecce nunc ascendunt tri
bus Domini alleluia, vt confiteantur, et dicant tibi alle
luia. Ad lętandum in lætitia gentis tuę, vt lauderis cum
hęreditate tua alleluia alleluia alleluia. In huiusmodi
canticis et confessionibus Dominũ honorabãt, vtrinq;
coram ipso exultantes, & eidem festum honorificum
cum omni reuerentia facientes. Et quis posset hoc gau
dium enarrare? Sed & illud quis dicere posset, quòd tã
beatissimi spiritus, quam sanctissimi patres simul ha-
buerunt, cum sibi ad inuicem occurrerunt? Superni er-
go spiritus reuerentia prius Domino exhibita, et can-
ticis eius expletis, illis cum magna iucunditate dicebãt.
Principes populorum bene vos venire gratulemur, al-
leluia, congregati estis cum Deo vestro alleluia, & ve-
hementer eleuamini, alleuia. psallite ei qui ascendit su-
per cœlum cœli, alleluia, alleluia. Et sancti patres alacri
ter respondebant. Principes populi Domini, alleluia, cu
stodes & adiutores nostri alleluia, gaudium vobis &
pax alleluia, psallite, & vos regi nostro alleluia, exulta-
te Deo adiutori nostro, alleluia, alleluia, alleluia. Si-
mul etiam se ad inuicem adorantes dicebant. In do- Psal. 121.
mum Domini lætantes imus, alleluia, alleluia, simul
nos capiet vrbs veneranda Dei, alleluia, vnes pascuæ
Domini portas eius & atria intremus, alleluia, in hym
nis & canticis, alleluia, Dominus enim virtutum no-
biscum alleluia, susceptor noster est, alleluia, alleluia.
Vides ergo quòd omnes iubilabant, & psallebant. Psal. 46.
Nam iuxta prophetam. Ascendit Deus in iubilatio-
ne, & Dominus in voce tubæ. Ascendit autem Do-
minus Iesus plane propter consolationem matris &
discipulorum, quousq; eũ poterant videre. Ex tunc au-
tem nubes suscepit eum ab oculis eorum, & in momen
to cum omnibus angelis & prædictis patribus sanctis
fuit in patria. Sic enim dicit prædictus propheta. Po- Psal. 103.
nis nubem ascensum tuum, qui ambulas super pennas
ventorum. Pennæ ventorum dicuntur summitates ven
torum, id est partes illæ, quæ præcedunt, & velociores
sunt. Et ipse adhuc velocius ascendit ex quo nubem
interposuit. Stabant ergo Mater & Discipuli & Magda
lena & aliæ flexis genibus, & intuebantur in cœlũ eun-
tem illum, quousque poterant. O quid erat videre Do-
minum sic gloriose ascendentem, & quid si quis potuis
set videre, & audire beatissimos spiritus, & animas san-
ctas cum eo pariter incedentes, forte præ gaudio sepa-
rata fuisset anima talis a corpore, & cum eis etiam ascẽ
disset. Cum ergo sic vultibus adhuc eleuatis aspicerent,
ecce duo Angeli steterunt iuxta illos in vestibus albis,
dicentes. Viri galilæi, quid statis aspicientes in cœ- Act. 1.
lum? Hic Iesus qui a vobis assumptus est in cœlum, sic
veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœ-
lum. Redite ergo in ciuitatem, & expectate, sicut dixit
vobis. Considera hic, quomodo de ipsis Dominus
fuit sollicitus. Nam statim cum euanuit ab oculis eo
rum, misit Angelos suos, ne nimium ibidem stantes fa-
tigarentur, & vt confortarentur audientes angelicum
testimonium, concordare secum de ascensione Domi-
ni sui. Auditis ergo his verbis, Domina humiliter roga
uit Angelos, vt eam recommendarent filio suo. Illi ve-
ro se vsque ad terram inclinantes eidem, libenter susce-
perunt mandatum eius, similiter Apostoli, Magdalena,
& omnes alij dixerunt eis. Illis itaque disparentibus, ip
si redierunt in ciuitatem ad montem Syon, ibiq; mora
bantur, expectantes, vt Dominus Iesus mandauerat
eis. Dominus autem Iesus cum vniuersa prædicta feli-
ci & magnifica multitudine, aperiens ianuas paradisi,
vsque tunc humano generi clausas, triumphaliter intra
uit, & gaudenter patri genuflectens ait. Pater gra-
tias ago tibi, qui mihi dedisti victoriam de omnibus ad
uersarijs nostris, ecce amicos nostros, qui captiui tene-
bantur, eos tibi præsento, sed fratrib. & discipulis meis,
quos in mundo reliqui, promisi mittere Spiritum san-
ctũ, rogo te pater mi, vt impleas promissionem, & eos
recommendo tibi. Tunc pater erigens eum, fecit eum
sedere a dexteris suis, et dixit. Benedicte fili mi, om-
nem potestatem et iudicium dedi tibi, de istis discipu-
lis, et de missione Spiritussancti, pro tuo velle dispo-
nas. Omnes autem sancti patres et beatissimi spiritus,
qui adorantes prociderant in facies suas, coram patre
surgentes reinceperũt cantica sua, et iubilabant coram
deo laudes. Si enim Moyses et filij Israel, post transitũ
maris rubri, cecinerunt carmen Domino, dicentes. Can Exod. 15.
temus Domino gloriose &c. Et Maria prophetissa so-
ror eius, & reliquæ mulieres eam sequentes, in tympa-
nis & choris Domino deo canebant, quanto magis nũc
cunctis aduersantibus superatis? Similiter cũ Dauid de 2. Reg. 6.
ducebat arcam fęderis Domini Hierusalẽ, totus popu-
lus canebat legitime, & Dauid cum cantorib. cytharã
percutiebat, & omnes laudabant coram Dño in cytha-
ris suis & tympanis, & Dauid saltauit totis virib. corã

Domino, quanto nunc magis id faciebant, qui vere sũt cum Domino in tanto gaudio constituti? Et si Ioannes (vt in Apocal. refert,) audiuit vocem in cęlo, centũ quadraginta quatuor millia cytharœdorum, cytharizantium in cytharis suis, & cantabant, quasi canticum nouum, ante sedem Dei & Agni. Quodcunq; gaudiũ illud significet ego multò magis ipsum hodie contigisse, meditabor. Omnes ergo ibidem constituti psallunt, omnes exultant, omnes lætantur, omnes cãtant, omnes gaudent, omnes iubilant, omnes manibus plaudũt, omnes chorizant, omnes iucundantur, omnes tripudiant. Vere nunc in superna Hierusalem auditur canticum lætitiæ, & per omnes vicos eius ab vniuersis dicitur. Alleluia. Nunquam ab origine mundi, tale festum, & tam solemne pascha celebratum est, nec vnquam erit forte, nisi in die iudicij, cum omnes ibi præsentabuntur electi eũ corporibus gloriosis. Et propterea tibi dixi in principio, quod hæc solennitas omnibus consideratis, cunctis supereminet alijs. Percurras singulas, & videbis si verum loquor, magnum pascha, & solenne festum est incarnatio domini, & initium omnis nostri boni, sed hoc nobis non sibi, nam ipse tunc in thalamo virginali inclusus est. Magnum etiam pascha est natiuitatis eius, sed & illud nobis, nam sibi compatiendum est, quia ad tantam paupertatem, vilitatem, & penuriam natus est. Magnum similiter quo ad nos festum est passio eius, quia tunc omnia nostra peccata deleta sunt. Nihil enim (vt ait Gregorius) nobis nasci profuit, nisi redimi profuisset, sed propter tormenta durissima, & mortem turpissimam, quam sustinuit, nec sibi fuit, nec nobis esse debet materla gaudij & lætitiæ. Magnum insuper & solenne, & verũ pascha est resurrectio ipsius Domini Iesu, tam pro se quam pro nobis, quia ipse gloriosus triũphator apparuit, & nos iustificati sumus, venerabilis itaque multum, & ideo singulariter in ipso cantat Ecclesia. Hæc dies quam fecit Dominus & cætera. & secundũ B. Augustin. Hæc dies sanctior vniuersis, quod exponi potest de præcedentibus. Nam hæc dies ascensionis maior & sanctior videtur, quia licet resurrexit Dominus, adhuc tamen peregrinatur in terris, adhuc est clausa paradisi porta, adhuc sancti patres non fuerũt ad patrem, quæ omnia in ascensione completa sunt, & si bene inspicias, quicquid Deus fecit vsque modo, fecit vt perueniret ad hunc finem, & sine hoc omnia sua opera erant imperfecta, nam cęlũ & terra, & omnia quæ in eis sunt, facta sunt propter hominẽ, homo autem propter gloriam habendam, ad ipsam vero vsq; hodie, nullus quantumcunque iustus, pertingere poterat post peccatum, vides quam magnificus & mirificus sit iste dies. Similiter magnum pascha valde dies Pentecostes, & eũ multum solennizat Ecclesia & recte, quia tunc donum summum recipit, scilicet spiritum sanctum, sed & illud nobis non sibi, sed hodiernus ascensionis dies, est proprie festum solennissimum Domini Iesu, quia hodie incipit sedere ad dexteram patris, & requiem capit a peregrinatione sua, & etiam proprie festum est omnium supernorum spirituum, quia nouum gaudium suscipiunt a Domino suo, quem ante ibi in humanitatis forma nõ viderant, & quia hodie primo restaurari incipiunt ruinæ ipsorum in tanta multitudine beatorum, & proprie illorum egregiorum patriarcharum, prophetarum, & animarum sanctarum, qui ad supernam patriam hodie primitus intrauerunt. Si ergo festum facimus de aliquo sancto migrante ad cęlos, quanto magis de tot milibus, & quanto magis de sancto sanctorum. Est etiam festũ Dominæ quæ filium suum regali diademate sublimatum, sic vidit tanquam Dominum verum, super excelsa conscendere. Est etiam nihilominus propriae festum nostrum, quia humana natura hodie super cœlns est exaltata, & quia nisi Christus ascendisset, illud ipsum etiam donum Spiritussancti, pro quo sic merito solennizamus, recipere nequibamus, vel ipse dicebat discipulis suis. Expedit vobis, vt ego vadam, si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos. Ad robur autem dicti mei, adduco Bernardum, qui de hac die sic loquitur, in sermone de ascensione Domini. Solennitas ista, charissimi, gloriosa est, consummatio enim & adimpletio est reliquarum solennitatũ, & fœlix clausula est totius itinerarij Iesu Christi filij Dei viui. Merito quidem solennitatis & lætitię dies agitur, quando sol ille supercœlestis, sol iustitiæ, nostris se præsentauit obtutibus. Magna quoque lætitia & exultatio multa nimis, quando conciso sacco lætitia circundatus est, & nostræ dedicauit primordia resurrectionis. Veruntamen quid mihi & solennitatibus istis, si conuersatio mea vsque adhuc detinetur in terris? Dico ergo, non multo minus mihi tolerabilior videtur exilij huius habitatio, quam gehenna. Denique nisi ego abiero paracletus non veniet ad vos. Vides ne quemadmodum cæterarum solennitatum, ea quam hodie celebramus, & consummationem habeat, & fructum declaret & augeat gratiam? Sicut enim cętera omnia pro nobis fecit, qui pro nobis natus est, ita quoque ipsius ascensio propter nos facta est, & facit pro nobis. Hucusq; Bernardus. Manifeste ergo videas, quòd solennior est dies ista omnibus alijs. Et anima quæ bene diligeret Dominum Iesum, magis hodie exultaret, quam in aliquo die anni. Vnde ipse dicebat discipulis. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem. Et propterea credo me rectè dixisse, quod nunquam in patria fuit aliqua dies adeo solennizata, vt ista. Durauit autem gaudium & exultatio tãti festi vsque ad diem pentecostes, & per hunc modum potest meditari. Ascensio enim domini fuit hora sexta, nam primo comederat hora tertia cum discipulis suis. Quamuis ergo omnes in patria (vltra quam dici posset) exultarent, tamen prima die vsque ad aliam sextam sequentis die Angeli fecerunt singulariter festum, & Dominus Iesus ostendit, vel fecit aliquam singularem familiaritatem et consolationem, secunda die fecerunt Archangeli, tertia Principatus, quarta Potestates, quinta Virtutes, sexta Dominationes, septima Troni, octaua Cherubin, non Seraphin, qui sunt nouem ordines Angelorum. Et sic hæc durauerunt vsque ad sextam sabbati vigiliæ Pentecostes. Et tunc festum fecerunt sancti patres, vsque ad horam tertiam diei dominicæ.

Apoc. 14.

Quare solennitas ascensionis preeminet alijs omnibus festiuitatibus.

Ioan. 14.

De missione Spiritussancti. Cap. 99.

TVnc his cõpletis, dixit Dominus Iesus patri, Pater mi recordare promissi mei, quod feci de spiritu sancto fratribus meis. Cui pater. Fili mi, multum gratum habeo quod promisisti, tempus est, vt impleatur promissum tuum, dic ergo ad Spirit sanctũ. Rogamus te, vt descendas ad discipulos nostros, & eos repleas, cõsoleris, robores, instruas, & cumulum virtutum & gaudiorum conferas eis. Et statim venit, & descendit in linguis ignis, super centum & viginti discipulos simul congregratos, & eos repleuit omni gaudio, cuius virtute discipuli vigorati, docti, & accensi, ac illuminati, totum mundum circuncurrunt, & pro magna parte sibi subiecerunt, nihilominus tamen superni ciues, etiam postea laudauerunt, & semper laudant Dominum, & habent dies lætitiæ, et nunquam deest ibi solennitas, et gratiarum actio, vox laudis. Scriptum est enim. Beati qui habitant in domo tua domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Festinemus itaq; & nos, ingredi in illam requiem, vbi tanta supera bũdat indefectibiliter lętitia, et ad patriam nostrã totis cona-

Missio spiritussancti Act. 2.

Psalm. 83.

conatibus suspiremus. Odiamus huius miseri, & polluti corporis nostri compagem, & eius curam non faciamus in desiderijs, quod nos hic detinet carceratos, & peregrinos a tanto bono. Dicamus ergo cū Apostolo. Infelix homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Et iterum. Quandiu in hoc corpore sumus peregrinamur a Domino. Et iterum. Cupio dissolui & esse cū Christo. Desideremus eius dissolutionem, & eam continue postulemus a Domino, quia per nos eam cum salute consequi non valemus. Et iterum. Saltē moriamur mundo, pompis, & concupiscentijs eius. Abstrahamus nos corde forti & perseueranti, ab his rebus caducis, & a miseris & breuibus consolatiunculis harum visibiliū rerum, quę inficiunt, & vulnerant animas nostras. Ascēdamus autem mente cum domino, vel potius ad dominum, & cum ipso in cęlis sit conuersatio nostra. Et sic facientes, non ex toto simus, peregrini & aduenæ, vt in tempore visitationis nos ad se dignetur assumere, ipse de quo loquimur dominus noster Iesus Christus, qui est super omnia Deus benedictus, & laudabilis in secula seculorum. Amen.

Rom. 7.
Corin. 5.
Phil. 1.

Excitatio desiderii ad patriam, per mortis appetitum. Cap. 100.

HAbes ergo ex prædictis dilectissima filia, vitam domini Iesu, tibi pro maiori parte in meditationibus traditam Suscipe reuerenter, libenter, & gaudenter prædicta, & in eis tota deuotione, hilaritate, ac solicitudine conuersari nō pigriteris, quia hæc est via tua, & vita tua, hoc est fundamentū, super quo poteris magnum ædificiū constituere. Ab hoc te incipere oportet, si vis ad sublimiora ascendere, prout in plurib. locis superius habuisti Nam hæc vitæ Christi meditatio non solum per se dulciter pascit, sed ad maiorem cibum trāsmittit. Hæc e.n. sunt, quæ Dominus gessit in carne, sed longe sublimius est in spiritu intueri, ad quæ per hanc scalā peruenire poteris, sed in hac interim immorandū, de quo sic ait Bern. Ego hanc arbitror præcipuā inuisibili Deo esse causam, quòd voluit in carne videri, & cūm hominibus conuersari, vt carnalium videlicet, qui non nisi carnaliter amare poterant, cunctas primo ad hic carnis amorem affectiones retraheret, atque ita gradatim ad amorem perduceret spiritualium. Et infra. Monstrabat discipulis altioris amoris gradum, cum diceret. Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam. In carnis igitur deuotione interim consoletur, qui viuificātem spiritum non habet, eo duntaxat modo, quo habēt illi, qui aiunt. Spiritus ante faciem nostram Christus dominus. Et iterum. Si cognouimus Christum secundum carnem, sed nunc iam nouimus. Nam alias quidē nequaquā sine Spiritusancto vel in carne diligitur Christus, & sine illa plenitudine, cuius tamen mensura deuotionis hęc est, vt totum cor illa suauitas occupet, totum sibi ad amorē vniuersę carnis, ac carnalis illecebrę vendicet, hoc quippe toto corde diligere est. Alioquin si carnis meę quamlibet consanguinitatem, vel voluptatem, forte præfero carni Domini mei (per quod me videlicet, minus ea implere contingat, quæ in carne manens, verbis & exemplis me docuit) Nonne liquide cōstat, quòd toto nequaquam diligo corde, cum illud diuisum habens partem impendere videar carni eius, partem intorquere ad propriam? Denique ait. Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus Ergo (vt breuiter dicam) toto corde diligere, est oē quod blanditur, de carne propria vel aliena, sacrosanctæ carnis amore postponere, in quo & mundi æque gloriam comprehendo, qa gloria mundi est gloria carnis, & q in ea delectantur, carnales esse non dubium est. Vides quō etiam carnalis est hæc meditatio, respectu spiritualis hoc nō accipias, vt minuatur deuotio, sed vt feruor crescat ad maiora, ad quæ tamen per hæc transeundo, te venire oporteat, in hac etiam serueat tuus effectus, vt in eam te totum immergas. Bona est enim hæc meditatio carnalis, per quam vita carnalis excluditur, contemnitur, & vincitur mundus, sed & sic faciendo stabilies mētem, erudiens ad virtutes, & animi robur accipies, vt in prologo tibi dixi. Hæc ergo meditatio, sit tota & vna intentio tua, requies tua, cibus tuus, studium tuum. Nam ex his non solum prædicta bona consequeris, nec solū erunt tibi gradus ad cęlestis patriæ & ad maiestatis contemplationes, sed etiam erit continua & perpetua consolatio tua. Non enim qui ad maiorem contemplationem ascendunt, hanc dimittere debent pro loco & tempore, alioquin videreris hanc quasi vilem contemnere, quod esses magnæ superbiæ. Vnde recordare, quod habuisti supra in tractatu huiusmodi contemplationis .s. de humanitate Christi, quam beatus Bernardus, qui fuit altissimus contemplator, nunquam dimisit, Immo (vt in suis sermonibus patet) eam supra modum amplectitur, & extollit.

Vita Chri fundamentum ędificij nostri & cib. animę.
Ioan. 6.
Thren. 4.
2. Cor. 5.
Quid sit toto corde Deum diligere.
Matt. 10.
Contēplatio & meditatio vitę Christi sunt grad⁹ quibus peruenitur ad salutem.

De modo meditandi vitam Christi, & de conclusione. Cap. 101.

VOlo autem tibi tradere modum, quem teneas in meditando prædicta, ne si forte teipsam crederes pertingere & extendi ad omnia, quæ supra reperies. quasi per molem grauem negligeretis, maxime cum credam meditationib. prædictis, vnius hebdomadę spatium conuenire. Igitur scire debes, q̧ meditari sufficit, solum factum quod dominus fecit, vel circa eū contigit fieri, vel dici secundum historiam euangelicam, te ibidem præsentem exhibendo, ac si in tua præsētia fierent, prout simpliciter animo in dictis cogitandi occurrit. Moralitates autem & auctoritates, quas ad tuam instructionem in hoc opere posui, non expedit in meditationē adduci, nisi si qua virtus amplectenda, vel vitium detestandum, [illegible] cogitationis occurrat. Eliges ergo in his meditandis, aliquam horam quietam, postea infra diē poteris discere moralitatē, & auctoritates, & eas studiose memoriæ commendare, q̧ omnino te tacere conuenit, quia pulcherrimæ sunt, & quę te quasi in tota vita spirituali valeant informare. Meditationes vero sic diuide, vt die Lunę incipiens, percurras vsque ad fugam Domini in Aegyptum, & eo ibi dimisso: die Martis, pro eo rediens, mediteris vsque ad apertionē libri in synagoga: die mercurij exinde, vsq; ministerium Marię & Marthæ. die Iouis abinde, vsque ad passionem: die veneris, & sabbati, vsque ad resurrectionem: die vero Dominica, ipsam resurrectionem & vsque in finem, & sic per singulas hebdomadas, facias vt ipsas meditationes tibi reddas familiares, quod quanto magis facies, tanto facilius tibi occurrent, atque iucundius, Libenter conuerseris cum Domino Iesu, & vitam ipsius tanquam Euangelium, ad imitationem beatę Cecilię, in corde studeas inseparabiliter collocare. De cætero tempus est signandi librum, sed ne meis verbis illud fiat, de vberib. patris Bernardi, de quib. tibi tot flores, & tam pulchros decerpsi: fiat conclusio in nomine illius, qui est liber signatus Dn̄s noster Iesus Christus, ad cuius laudem totus est liber. Vnde beatus Bernardus quantum ad præsentem materiam spectat, sic ait super illo verbo. Oleum effusum nomen tuum. Est procuidubio inter oleum, & nomen sponsi similitudo, nec ociose Spiritussanctus alterutrum comparauit. Ego autē dico in triplici qualitate olei, quod lucet, pascit, & vngit. Si vos non melius habeatis, fouet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem, lux, cibus, medicina. Vide idem nūc

Meditationes Vitæ Christi p oēs dies hebdomadę distribuendę.
Ser. 15. super Can.
Olei effectus triplex.
De nomine Iesu mira encomia.

Digitized by Google

de ſponſi nomine,lucet prædicatum, paſcit recogitatũ,
inuocatum lenit & vngit,& percurram⁹ ſingula. Vnde
putas in toto orbe tanta & tam ſubita fidei lux, niſi prę
dicatio Ieſu,nonne in huius nominis luce Deus nos vo
Ephe. 5. cauit in admirabile lumen ſuum?quibus illuminatis,&
in lumine iſto videntib.lumẽ,dicat merito Paulus.Fui-
ſtis aliquando tenebræ,nunc autem lux in Dño. Nec
tantum lux eſt nomen Ieſus,ſed & cibus eſt,an non to-
ties confortaris,quoties recordaris?Quid æque mentẽ
cogitantis impinguat,quid ita exercitatos reparat ſen-
ſus,virtu tes roborat, vegetat bonos mores atq; hone-
ſtos,caſtas fouet affectiones? Aridus eſt omnis animæ
cibus,ſi non oleo iſto infunditur , inſipidus eſt , ſi non
hoc ſale conditur.Si ſcribas,non ſapit mihi, niſi legero
ibi Ieſũ.Si diſputes,aut cõferas nõ ſapit mihi niſi ſonue
Diſcurſus de nomine Ieſu ſatis pulcher & deuotus. rit vbi Ieſus.Ieſus mel in ore,in aure melos,in corde iu
bilus,ſed eſt & medicina.Triſtatur aliquis veſtrum,ve
niat in cor Ieſus,et inde ſaliat in os.Et ecce ad exortum
nominis huius quod eſt lumẽ,nubilum omne diffugit,
redit ſerenum.Labitur quis in crimine , currit inſuper
ad laqueum mortis deſperando , nonne ſi inuocet no-
men Ieſus confeſtim reſpirabit ad vitam?Cui aliquado
ſi ſtetit ante faciem ſalutaris huius nominis,inſuit duri
tia,vt aſſolet,cordis,ignauiæ torpor,& rancor animæ,
languor acediæ,cui fons forte ſiccatus lachrymarum,
inuocato Ieſu,non continuo erupit vberior,fluxit ſua-
uior?cui in periculis palpitanti et trepidanti,inuocatum
virtutis nomen non ſtatim fiduciam præſtitit , depulit
metum?cui(quęſo)in dubijs æſtuanti,& fluctuanti,nõ
ſubito ad inuocationem clari nominis emicuit certitu-
do?cui in aduerſis diffidenti,ſi nomen adiutorij ſonuit,
defuit fortitudo? Nimirum morbi & languores animi
Pſal.94. iſti ſunt,illud medicina.Deniq; & probare licet. Inuo-
ca(inquit)me in die tribulationis, & eruam te & hono
rificabis me.nihil tam iræ impetum cohibet , ſuperbiæ
tumorem ſedat,ſanat liuoris vulnus,reſtringit luxuriæ
fluxum, extinguit libidinis flammam,ſitim tẽperat aua
ritiæ,ac totius inde coris fugat pruriginem. Siquidẽ cũ
nomino Ieſum,hominẽ mihi propono mitem,& humi
lem,& corde benignũ,ſobrium,caſtum,miſericordem,
& omni deniq; puritate ac ſanctitate conſpicuum,eun-
dem ipſum Deum omnipotentem , qui ſuo met exem-
plo ſanet,& roboret adiutorio.Hæc oĩa mihi ſonãt, cũ
inſonuerit Ieſus.Sumo itaque mihi exemplũ de hoĩe,
& auxilium a potente,illa tanquam pigmentarias ſpẽs,
hoc tanquã vnde acuam eas,& facio confectionem,cui
ſimilem medicorũ,nemo facere poſſit.Hoc tibi electua
rium habes, ò anima mea, reconditum in vaſculo voca
buli huius, qđ eſt Ieſus, Ieſus ſalutiferũ certe,quodq;
nulli vnquã peſti tuæ inueniatur inefficax.Semper tibi
in ſinu ſit,ſemper in manu,quo tui oẽs in Ieſum,& ſen-
ſus dirigantur & actus. Deniq; & inuitaris.Pone me(in
Cant.8. quit)vt ſignaculũ in corde tuo,ſignaculum in brachio
tuo,ſed hæc alias.Nũc vero habes,vnde & brachio me
dearis et cordi.Habes(inq̃)in nomine Ieſu, vnde actus
tuos vel prauos corrigas,vel minus pfectos adimpleas.
Itẽq; tuos ſenſus aut ſerues ne corrumpãtur,aut ſi cor-
rumpantur ſanes.Idem.Quam pulcher es Angelis tuis
Dñe Ieſu,in forma Dei in die ęternitatis tuæ,in ſplen-
dorib.ſanctorum,anteluciferum genitus,ſplendor & fi
gura ſubſtantiæ patris,et quidẽ perpetuus, minimeque
fucatus,candor vitæ ęternæ,q̃ mihi decorus es Dñe mi,
in ipſa tui huius poſitione decoris,etenim vbi te exina-
niſti, vbi naturalib.radijs lumen indeficiens exuiſti,ibi
pietas magis emicuit,ibi charitas pl⁹ effulſit, ibi ampli⁹
gratia radiauit,q̃ clara mihi oriris ſtella ex Iacob, quã
lucidus flos de radice Ieſſę egrederis,quam iucundum
lumen in tenebris viſitaſti me oriens ex alto, quam ſpe
ctabilis & ſtupendus etiam virtutib.ſupernis,in conce-
ptu de Spiritu ſancto, in ortu de virgine,in vitæ innocẽ
tia,in doctrinę fluentis , in coruſcationib. miraculorũ,
in reuelationib.ſacramentorum , quam deniq; rutilans
poſt occaſum,ſol iuſtitiæ,de corde terrę reſurgis,quam
formoſus in ſtola tua:demum rex gloriæ in alta cœlo-
rum te recipis,quomodo non pro omnib.his, omnia oſ
ſa mea dicent . Domine quis ſimilis tui?Hæc ergo ſimi
liaq; puto de dilecto,intuentem ſponſam aduertiſſe,cũ
diceret.Ecce tu pulcher es & decorus , neque hæc ſo-
la,ſed inſuper aliquid proculdubio de natura decoris ſu
perioris quod noſtrum omnino præteruolat intuitum,
& effugit experimentum. Ergo iteratio vtriuſq; deco-
rem ſubſtantiæ deſignauit. Hæc Bern. Deo gratiarum
actio viuenti in ſæcula ſæculorum. Amen.

OPVS CONTEMPLATIO-nis Doctoris Seraphici Sancti Bonauenturæ per hebdomadam.

Feria ſecunda,flos primus.

Ieſus ineffabilis perſona trinitatis,

Ad matutinum,tres fructus.

Perſonarum trinitatem,in eſſentia diuinitatis.
Perſonarum æqualitatem,in excellentia maieſtatis.
Perſonarum ęternitatem, in permanentia immutabili-
tatis.

Flos ſecundus.

Ieſus actor mirabilis,in omnibus creatis.

Ad primam,tres fructus.

Dei potentiam,in rerum creatione,
Dei ſapientiam,in ipſarum ordinatioue,
Dei beneuolentiam in vniuerſi perfectione.

Flos tertius.

Ieſus factor amabilis humanæ dignitatis.

Ad tertiam,tres fructus.

Angelicam diuiſionem,in ſtatus differentia,
Humanam tranſgreſſionem, in tentationis violentia,
Diuinam retributionem,in meritorum exigentia.

Flos quartus.

Ieſus promiſſus patribus,ſaluator deſperatis.

Ad ſextam,tres fructus.

Humanam calamitatem,in multa deordinatione,
Dæmonis importunitatem,in multa perſecutione,
Diuinam pietatem,iu frequenti repromiſſione.

Flos quintus.

Ieſus promotor prouidus,maternæ dignitatis.

Ad nonam tres fructus.

Mariæ mirabilem conceptionem , abſq; inquinatione,
Puellæ mirabilem educationem , in templũ oblatione
Virginis mirabilem deſponſationem , Ioſeph copula-
tione,

Flos ſextus.

Ieſus aulam ingrediens clauſæ virginitatis.

Ad veſperas,tres fructus.

Trinitatis dignationem,in condeſcenſione,
Angeli ſalutationem,cum deuotione,
Mariæ reſponſionem humili ſubmiſſione.

Flos ſeptimus.

Ieſus Ioannem viſitans , vtriſque nondum natis.

Ad completorium,tres fructus.

Puerorum conuenientium,in vtero exultationem.
Matrum occurrentium in myſterio, congratulatione,
Patrum audientium,myſterij admirationem,

Oratio.

Aue Ieſu verbum Dei,factor orbis ſalus rei,promiſſus
diuinitus,honor matris,incarnatus de Maria,nondũ
natus,præcurſori agnitus.

Feria tertia,flores & fructus arboris ſanctiſſimæ vitæ.

Flos primus.

Ieſus mundum ingrediens,Bethleem eſt natus.

Ad ma-

Ad matutinum tres fructus.
Naturarum conuenientium diuersitatem,
Circunstantiarum concurrentium congruitatem,
Miraculorum attestantium nouitatem.
Flos secundus.
Iesus cultro vim patiens,ab æuo sic vocatus.
Ad primam tres fructus.
Legis grauem rigorem,in sua obseruatione,
Pueri magnum honorem,in nominis impositione
Parentum magnum dolorem,in pueri circuncisione.
Flos tertius.
Iesus Magis sol oriens,per stellam est monstratus.
Ad tertiam tres fructus.
Magorum magnam diligentiam, pro puero videndo,
Iudæorum magnam insipientiam, quòd norunt refellendo.
Piorum magnam indigentiam,defectum sustinendo.
Flos quartus.
Iesus cum pare turturum,legaliter oblatus.
Ad sextam tres fructus.
Offerentium miram humilitatem,& deuotionem,
Oblatorum miram dignitatem,& significationem,
Recipientium miram iucunditatem,& exultationem.
Flos quintus.
Iesus,occisis pueris,in Aegyptum fugatus.
Ad nonam tres fructus.
Herodis & Iudæorum æmulationem,Christum persequendo.
Puerorũ & matrum eiulationem,in pueros perdendo,
Piorum exultationem,in Aegyptum fugiendo.
Flos sextus.
Iesus in templo perditus,paret matri vocatus.
Ad vesperas tres fructus.
Iesu mirabilem sapientiam,in Iudæos docendo,
Parentum inconsolabilem diligentiam,in puerum quærendo.
Filij imitabilem obedientiam,piam matrem sequendo.
Flos septimus.
Iesus Iordanis flumine, Ioanne baptizatus.
Ad completorium,tres fructus.
Baptizati sublimem dignitatem,in lato testimonio.
Baptistæ profundam humilitatem,in suo præconio,
Baptismatis grandem sanctitatem,in suo mysterio.
Oratio.
Aue Iesu puer natus,circuncisus,visitatus a Magis, legaliter immolatus,effugatus,matri parens, baptizatus in aqua realiter.
Feria quarta, flores & fructus.
Flos primus.
Iesus deserto abstinens,a dæmone tentatur.
Ad matutinum tres fructus attende.
Iesu abstinentiam,in corporis domatione,
Iesu sapientiam,in hostis confutatione,
Iesu reuerentiam,in Angelorum ministratione.
Secundus flos.
Iesus notus discipulis,ad nuptias vocatur,
Ad primam tres fructus.
Iesu prudentiam,in discipulorum vocatione.
Apostolorum obedientiam,in prompta imitatione,
Matris beneuolentiam,in vini procuratione.
Tertius flos.
Iesus doctor circuiens,labore fatigatur.
Ad tertiam tres fructus.
Doctorem veracissimum,moribus,& sermone,
Laborem grauissimum,in circuitione,
Populum rudissimum,in informatione.
Quartus flos.
Iesu pastor reficiens,a turbis frequentatur.
Ad sextam tres fructus.
Pastorem benignissimum,solicitum pro grege.
Populum solicitum,pro temporali rege.
Iesum laudis incurium,quæ fit humana lege.
Flos quintus.
Iesus infirmos medicans,a scribis reprobatur.
Ad nonam tres fructus.
Medici diligentiam,medicinam gratis dantis,
Morbi pestilentiam,quotidie augmentantis,
Infirmi negligentiam,medicinam non curantis.
Flos sextus.
Iesus naturæ imperans,dæmonijs minatur.
Ad vesperas,tres fructus.
Iesu miram potentiam,qua dæmones coegit,
Rerum obedientiam,quas præcepto subegit,
Miram experientiam,illorum quos elegit.
Septimus flos.
Iesus coram discipulis,monte transfiguratur.
Ad completorium,tres fructus.
Testium auctoritatem,in visu & sermone.
Iesu magnam claritatem,in transfiguratione,
Discipulorum iucunditatem,in dicta visione.
Oratio.
Aue Iesu in deserto degens, vocans in aperto pastores & prædicans, turbam pascens, ægros curans, dæmoniacos coniurans,monte te clarificans.
Feria quinta,flores,& fructus.
Flos primus.
Iesus iumento insidens,plorat rex honoratus.
Ad matutinum,tres fructus.
Iesu miram humilitatem,in eius asinatione,
Turbæ obsequiositatem,in processione,
Vrbis tantam calamitatem, in lachrymatione.
Flos secundus.
Iesus templum ingrediens,mensas vertit iratus.
Ad primam,tres fructus.
Iesu exemplaritatem,in templi visitatione.
Iesu dignam auctoritatem , in Pharisæorum confutatione,
Iesu amandam pietatem,in adulteræ defensione.
Flos tertius.
Iesus suscitans Lazarum,a Martha hospitatus.
Ad tertiam,tres fructus.
Iudæorum ingratitudinem, in esurientis expulsione.
Sororum amaritudinem,in Lazari suscitatione,
Iesu miram gratitudinem,in hospitæ consolatione.
Flos quartus.
Iesus in domo Simonis vnctus,donat reatus.
Ad sextam,tres fructus.
Mariæ pœnitentiam,in publica contritione.
Pharisęi falsam reuerentiam,in Iesu reprehensione,
Iesu piam sententiam,in peccatricis excusatione.
Flos quintus.
Matris desolationem,cum pia supplicatione,
Filij consolationem,cum pia excusatione,
Discipulorum compassionem,cum pia admiratione,
Flos sextus.
Iesus à Iuda venditus, a Iudæis damnatus,
Ad vesperas,tres fructus.
Iudæ cupiditatem,in magistri venditione.
Iudæorum iniquitatem,in sua æmulatione,
Iesu longanimitatem,in humili permissione.
Flos septimus.
Iesus in cęna seruiens suis,panis sacratus.
Ad completorium tres fructus.
Charitatis beneficium,in Iesu ministratione,
Prauitatis beneficium,in Iudæ obstinatione,
Pietatis exercitium,in discipulorum deuotione.
Oratio.
Aue Iesu suscitator vnctus,culpæ relaxator, rex asello insidens,zelum habens,consolator matris,venditus, sacrator panis,cœnam faciens.

Feria sexta, flores, & fructus.
Flos primus.
Iesus orans circundatus, captus, & subsannatus.
Ad matutinum tres fructus.
Iesu processum dolorosum, in pœnæ prægustatione,
Luporum accessum dolosum, in agni captione.
Discipulorum recessum timorosum in magistri derelictione.
Flos secundus.
Iesus coram Iudicibus spretus, et accusatus.
Ad primam tres fructus attende.
Pharisæorum iniquitatem, in sua inquisitione,
Iesu miram humilitatem, in sua responsione,
Discipulorum anxietatem, in magistri persecutione.
Flos tertius.
Iesus flagellis liuidus, consputus, coronatus.
Ad tertiam tres fructus.
Iesu innocentiam, sine excusatione,
Iudicum sententiam, sine ratione,
Malorum truculentiam, sine miseratione.
Flos quartus.
Iesus damnatus crucifer, est cruci conclauatus.
Ad sextam tres fructus.
Patientis violentiam, in triplici grauitate,
Pendentis irreuerentiam, in nefanda societate,
Miram impœnitentiam, gentis obstinatæ.
Flos quintus.
Iesus morte mirabiliter, agnus patri oblatus.
Ad nonam tres fructus.
Quam pie Iesus condidit in cruce testamentum,
Quam libere se obtulit patri per tormentum,
Quam grande mundi pertulit machina lamentum.
Flos sextus.
Iesus aperto latere, est cruci declauatus.
Ad vesperas tres fructus.
Corpus pendens exanime, absque omni decore,
Aquam aperto latere, fluentem cum cruore,
Corpus de crucis stipite tollentes cum mœrore.
Flos septimus.
Iesus vnctus cum lachrymis in tumulo locatus.
Ad completorium tres fructus.
Materna desideria, in corporis obseruatione,
Deuota ministeria, in sepulchri præparatione,
Planctus et suspiria, in corporis tumulatione.
Oratio.
Aue Iesu orans prostratus, coram turbis accusatus.
Factus plagis liuidus, agnus cruce eleuatus,
Moriens inde delatus, in sepulchro positus.
Sabbato, Flos primus.
Iesus victor ad inferos, calcans hostes transiuit.
Ad matutinum tres fructus.
Saluatoris imperium in morte triumphando,
Patrum desiderium in Iesum expectando,
Angelorum ministerium in itinere præparando.
Flos secundus.
Iesus parentum vincula, cum gaudio contriuit.
Ad primam tres fructus
Inferni vlulationem in eius fractione,
Dæmonum confusionem, in prædæ resignatione,
Patrum exultationem, in paradisi apertione.
Flos tertius.
Iesus matri discipulos, mœroribus vniuit.
Ad tertiam Tres fructus.
Matris dolorem intimum, in lachrymis fundendo.
Fratrum timorem maximum, & insimul latendo,
Iudæorum furorem pessimũ, in sanctos persequendo.
Flos quartus.
Iesus sui memoriam, tormentis stabiliuit.
Ad sextam, tres fructus.
Loci vilitatem, in Iesum perdendo,
Tormentorum atrocitatem, in Christum puniendo,
Militum ferocitatem, in plagas infercodo.
Flos quintus.
Iesus testes multiplices, post mortem acquisiuit.
Ad nonam, tres fructus.
Iudæorum disceptationem, in signis quę viderunt,
Mortuorum resurrectionem, qui apparuerunt.
Fidelium confirmationem, qui Christo crediderunt.
Flos sextus.
Iesus feruorem Magdalenæ, & omnium præsciuit.
Ad vesperas, tres fructus.
Discipulorum reuerentiam, in matris consolatione,
Mulierum diligentiam, in vnguenti præparatione,
Militum insipientiam, in sepulchri munitione.
Flos septimus.
Iesus, solutis patribus, ad tumulum rediuit.
Ad completorium, tres fructus.
Patrum piam prouisionem, in tumuli regressione,
Corporis glorificationem, in eius reassumptione.
Custodum confutationem, in lapidis amotione.
Oratio.
Aue Iesus mors leenæ, solus orbis planctus plene linquens testimonium, in tormentis, & plene ne pereat crux Magdalenæ, spes resumens tumulum.
Dominica die ad matutinum. Primus flos.
Iesus surgens, apparuit suis glorificatus.
Ad matutinum, tres fructus.
Discipulorum anxietatem, in Iesu recordatione,
Magistri benignitatem, in frequenti apparitione.
Omnium iucunditatem, in crebra confortatione.
Secundus flos
Iesus scandit ad dexteram patris rex honoratus.
Ad primam. Tres fructus
Amorosam dilectionem, dum fuer consolatur
Dolorosam afflictionem, dum Iesus separatur.
Angelorum congratulationem, dum Iesus exaltatur.
Tertius flos.
Iesus emisso spiritu, per orbem prædicatus.
Ad tertiam. Tres fructus.
Donorum magnitudinem, ad piorum confortationẽ.
Linguarum multitudinem, ad fidei prædicationem.
Miraculorum valitudinem, ad gentium conuersionẽ.
Quartus flos.
Iesus super angelicos matrem exaltat status.
Ad sextam. Tres fructus.
Sanctorum diligentiam, in domini occursu,
Filij reuerentiam, in materno amplexu,
Matris excellentiam, in filij consessu.
Quintus flos.
Iesus in cœli curia pro nobis aduocatus.
Ad nonam. Tres fructus.
Iesu solicitudinem, in nostra prouisione,
Humanam ingratitudinem, in gratiarum actione,
Finis certitudinem, in meriti expectatione.
Sextus flos.
Iesus iudex æquissimus rex omnibus prælatus.
Ad vesperas. Tres fructus.
Infallibilem veritatem, in dijudicando,
Inuincibilem potestatem, in remunerando,
Inflexibilem æquitatem, in perseuerando.
Septimus flos.
Iesus sanctorum glor ia finis desideratus.
Ad completorium. Tres, fructus.
Delitiarum abundantiam, cum vera tranquillitate,
Amicorum cõcordantiam, cum mera charitate,
Aeternã perseuerantiam, cum syncera iucunditate.
Oratio.
Aue Iesu surgens leo, scandens mittens pro trophæo spiritum, glorificãs matrem, iudex iustus, Deo patri astans pro me reo, finis beatificans, Amen.

EIVSDEM

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS.

Tractatus de septem verbis Domini nostri Iesu Christi in cruce.

Primum verbum.

Primum verbum. IEsu Salutis hostia, salutis sacrificium.
Iesu salutis gratia, salutis beneficium.
Iesu tuta fiducia, et tutum refugium.
Tu pro humano genere, vt captiuum redimeres,
Tu pro humano scelere, vt culpas nostras tolleres,
Tu pro diuino munere, vt nos deo coniungeres,
Non recusasti vincula, non flagella, non verbera,
Non latronum patibula, non liuores, non vulnera,
Sed dum te crux susciperet, et hostis in te fremeret,
Dum malleus percuteret, et clauus carnem scinderet,
Dum sensum dolor augeret, et sacer sanguis flueret,
Dum passio te premeret, angustiaque cresceret,
Patrem rogasti precibus, vt tanquam ignorantibus,
Tuis ignoscat hostibus, ac te crucifigentibus.
Luc. 23. Dicens, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.

Oratio.

O mitis patientia, ô mansueta mititas.
O immensa clementia, ô immensa benignitas.
Qui, vt ouis mitissima, non promis querimoniam,
Qui, vt mater charissima, iam excusas iniuriam.
Vt anima dulcissima, tenes beneuolentiam,
Vt voluntas pijssima, præbes misericordiam,
Ad te vadit spes animæ, ad te clamant suspiria,
Ad te decurrunt lachrymæ, et pulsant desideria,
Confidenter dicentia, ignosce nobis domine.

Secundum verbum.

Iesu largitor veniæ, Iesu solamen tristium,
Iesu laus pœnitentiæ: Iesu spes pœnitentium,
Dum penderes noxius, horum in pœna socius.
Dum te vnus argueret, et stulte reprehenderet,
Dum insultans insurgeret, et blasphemando diceret,
Luc. 23. Si tu es Dei filius, salua temetipsum et nos,
Esto tibi propicius, sicut saluasti alios,
Dum alter hunc corriperet, et hunc stultum ostenderet,
Dum se malum concederet, et te iustum assereret,
Dum ad te se conuerteret, et supplex tibi diceret,
Memento mei domine, dum ad tuum perueneris
Regnum plenum dulcedine, dum te regem ostenderis,
Tu amans pœnitentiam, corda trahens per gratiam,
Non solum hanc memoriam concessisti, sed gloriam,
Dicens, Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso.

Oratio.

O prompta Dei charitas, prompta misericordia,
O prompta liberalitas, prompta munificentia.
Ad te currit deuotio, ad te redit memoria,
Coram te fit confessio, tibi patent præcordia,
Ideo cum fiducia tibi precamur domine,
Qui es sine malitia solus, et sine crimine.
In tua patientia memento nostri domine.

Tertium verbum.

Iesu lux et rex gloriæ fili Dei et hominis,
Iesu flos pudicitiæ fili Mariæ Virginis.
Dum hæc virgo sanctissima, tota plena doloribus.
Genitrix amantissima, tot confecta meroribus,
Tua mater charissima, tota percussa fletibus,
Nutrix diligentissima, tota fracta singultibus,
Iuxta crucem assisteret, et te pendentem cerneret,
Dum tormenta conspiceret, et præ luctu deficeret,
Tu videns matrem flebilem, pressam amaritudine,
Matrem tuam venerabilem, dignam beatitudine,
Videns quoque discipulum, amatum, et amabilem,
Fidelem Dei famulum Ioannem vita nobilem,
Alloquens ambos dulciter piæ votis oraculo,
Commendasti benigniter matrem Christi discipulo,
Dicens matri, Mulier, ecce filius tuus,
Deinde discipulo, Ecce mater tua. Ioan. 19.

Oratio.

O qualis permutatio, ô quanta inæqualitas,
O qualis desolatio, ô quæ matris acerbitas,
Dum custos matri traditur, pro magistro discipulus,
Dum per matrem suscipitur, pro Deo vir pauperculus,
Dum matri custos mittitur, pro rege simplex famulus,
Sic tuæ Iesu gratię me commendo humiliter,
Tuæque prouidentiæ me committo perenniter,
Vt exorante virgine, pro nobis te suppliciter.
A peccatorum turbine simus securi iugiter.

Quartum verbum.

Iesus patris ingeniti virtus, & sapientia.
Iesu cuiusq; conditi, tenor, & consistentia,
Tu virtute mirabili panes multiplicaueras,
Tu virtute consimili stellam infans duxeras,
Defunctos suscitaueras, opera mira feceras,
Morbos omnes sanaueras, totum orbem formaueras,
Tu virtute terribili dæmonia eieceras,
Tu virtute consimili hostes tuos prostraueras,
Sed affixus patibulo patri factus obediens.
Iussu patris, vt vinculo vinctus manens, & patiens.
Qui vult per hanc angustiam, vt infirmus, sustineas,
Neque dictam potentiam te liberans exerceas,
Quapropter tuo sensui condolens naturaliter,
Clamorem confers plancti dicens lamentabiliter,
Ely Ely lamazabathani, hoc est, Deus meus,
Deus meus, vt quid dereliquisti me? Matt. 27.

Oratio.

O lamentum mirabile, salutem agens hominum,
O innocens cor humile, pœnas deplorans criminum,
Ad te fert me compassio, pro me te pati sentio
Ante te me proijcio, tecumque luctum facio.
Nam iste luctus vtilis est mihi pro solatio.
Qui mihi præmialis sit in æterno gaudio.

Quintum verbum sequitur.

Iesu dulcis memoria, sitibunda dilectio,
Iesu dulcis fiducia, lætabunda refectio.
Dum extensus exitteres super aram patibuli,
Dum immolatus ageres redemptionem populi,
Dum te nudum aspiceret mundus instar spectaculi,
Dum lamentum ostenderet super te vultus sæculi.
Dum hostes de te luderent, & noti tui fugerent,
Dum claui membra tenderent, & nerui se contraherent,
Dum vulnera tumescerent, & humores defluerent,
Dum carnes contremiscerent, & virtutes arescerent.
Sitim sumpsisti feruidam, sitim amore languidam,
Sitim virtutum cupidam, nostræ salutis auidam,
Benigne dicens, Sitio, hominum fidem cupio. Ioan. 19.
Salutemque desidero, pro qua pati me offero.

Oratio.

O sitis saluberrima exoptans amicitias,
O sitis cordis intima frangens concupiscentias,
Præsta vt ad te sitiam, & ista siti vt ardeam,
Prauam sitim effugiam, donec ad te fontem transeam,
Potumque vitæ hauriam, quo felix semper maneam,
Et Deum meum videam, sanctam ingressus patriam.

Sextum verbum.

Iesu nostra redemptio, Iesu redemptor omnium.
Iesu nostra dilectio, Iesu salus credentium,
Dum per crucis mysterium diligenter perageres,
Redemptoris officium, vt hominem redimeres,
Sustinendo supplicium, vt inde nos eriperes,
Consummans sacrificium tuæ carnis, & sanguinis.
Consummans pacis prælium salutaris certaminis.
Consummans transitorium cursum huius imaginis.
Consummans opificium redemptionis hominis,

Dum

Digitized by Google

Dum mortis horam cerneres, dum hac vita deficeres,
Dum finem iam contingeres, dum omnia perficeres,
Ioan. 19. Vt in summa concluderes, dixisti. Consummatum est,
Nam Iesus crucifixus est, & agnus immolatus est,
Sanguis eius effusus est, & precium solutum est,
Diabolus deuictus est, & bellum consummatum est,
Chirographum deletum est, & homo iam redẽptus est.

Oratio.

O bonitas bone Iesu, qui es nostra iustitia.
O veritas vere Iesu, qui es nostra scientia,
O charitas chare Iesu, qui es nostra redemptio.
O sanctitas sancte Iesu, nostra sanctificatio,
Consumma nobis gratiam, & consumma iustitiam
Consumma conscientiam, & consumma lætitiam.

Septimum verbum.

Iesu via rectissima, Iesu salutis ostium,
Iesu porta tutissima, Iesu protector omnium
Iesu salubris veritas, & lux mentem illuminans
Iesu vitæ fęlicitas, dulcor in corde iubilans,
Dum in extremis ageres, vt animam deponeres,
Dum hanc vitam desereres, vt ad limbum descẽderes,
Volens viam ostendere, per quam debemus pergere,
Volens cunctos instruere, qui facti sunt de puluere,
Volens illum ostendere, qui potest nos defendere,
In quo debent confidere, qui mortem debent capere,
Tuum sacratum spiritum tuo patri sanctissimo,
Luc. 23. Commendasti per gemitum sermone deuotissimo,
Dicẽs pater mi in manus tuas cõmendo spiritum meũ.
Et inclinato capite fixus in crucis stipite,
Acriter cruentato te turpiter & indebite,
Tu emisisti spiritum, & orbis talem fremitum,
Quòd quisque per circuitum tuum percepit obitum,
Vt cuncta fletum facerent, & elementa tremerent
Vt saxa se dirumperent, & sepulchra se panderent,
Vt terremotus fieret, velum templi se scinderet,
Vt luna retrocederet, solque contenebresceret,
Vt mundus ingemisceret, & natura flens diceret,
Ego lugens deficio, vel Deo inest passio.

Oratio.

O mors, mors lachrymabilis, super quã plorant omnia
O mors, mors lamentabilis, super quam flent innoxia,
O mors, mors admirabilis, qua suscitantur mortui,
O mors, mors admicabilis, qua exaltantur strenui,
O mors sacra, mors nobilis per quam delentur scelera
O mors pia, mors vtilis, per quam donantur præmia,
Præsta, vt hæc memoria nos teneat continue,
Et stimulet præcordia, corque pungat assidue,
Vt menti lumen influat, & in agendis instruat,
Vt nos a culpis exuat, & vitæ donum tribuat. Amen.

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS.

Tractatus, qui dicitur Philomena apta-ta passioni Domini per septem horas canonicas.

Philomena præuia temporis amœni,
Quæ recessum nuncias imbris atque cœni,
Dum mulcescis animos tuo cantu leni,
Aue prudentissima, ad me (quæso) veni,
Veni, veni, mittam te, quo non possum ire,
Vt amicum valeas cantu delinire,
Tollens eius tristia voce dulcis Lyræ,
Quem heu modo nescio verbis conuenire,
Ergo pia suppleas meum imperfectum,
Salutando dulciter vnicum dilectum,
Eique denuncies, qualiter affectum
Sit cor meum iugiter eius ad aspectum,
Quòd si quærat aliquis, quare te legi
Meum esse nuncium sciat, quia legi,
De te quædam propria quæ diuinæ legi,
Et optato munere placent summo regi.
Igitur charissime, audi nunc attente,
Nam si cantus volucris huius serues mente.
Eius imitatio spiritu docente,
Te cœlestem musicum faciet repente.
De hac Aue legitur, ꝙ cum depræhendit
Mortem sibi propriam, arborem ascendit,
Summoque diluculo rostrũ sursum tendit
Diuersisque cantibus totam se impendit.
Cantilenis dulcibus præuiat auroram.
Sed cum dies rutilat circa primam horam,
Eleuat prædulcius vocem insonotam,
In cantando nesciens pausam, siue moram.
Circa vero tertiam quasi modum nescit.
Quia semper gaudium cordis eius crescit.
Vere guttur rumpitur, sic vox inualescit,
Et quo cantat altius, plus & inardescit.
Sed cum in meridie sol est in feruore,
Tunc dirumpit viscera nimio clamore.
Oci, oci, clamitat illo suo more,
Sicque sensu deficit cantus præ labore.
Sic quassato organo huius Philomenæ.
Rostro tamen palpitans fit exanguis penè,
Sed ad nonam veniens moritur iam plenè,
Cum totius corporis dirumpuntur venæ.
Ecce, dilectissime, breuiter audisti,
Factum huius volucris: sed si meministi,
Diximus iam primitus, quia cantus isti.
Mystice conueniunt legi Iesu Christi.
Restat (vt intelligo) esse Philomęnam,
Animam virtutibus, & amore plenam,
Quæ dum mente peragrat patriam amœnam
Satis delectablem texit cantilenam.
Ad augmentum etenim suæ sanctæ spei,
Quædam dies mystica demonstratur ei,
Porro beneficia, quæ de manu Dei
Homo consecutus est, sunt horæ diei,
Mane vel diluculum hominis est status,
In quo mirabiliter homo est creatus.
Hora prima, quando est Deus incarnatus,
Tertiam, dic spacium sui incolatus.
Sextam, cum a perfidis voluit ligari,
Trahi, cædi, conspui, dire cruciari,
Crucifigi denique clauis terebrari,
Caputque sanctissimum spinis coronari.
Nonam dic cum moritur, quando consummatus
Cursus est certaminis, quando superatus
Est omnino zabulus, & hinc conturbatus.
Vespera, cum Christus est sepulturæ datus.
Diem iustum, anima, meditans in hortis.
Suæ facit terminum spiritalis mortis,
Scandens crucis arborem, in qua leo fortis
Vicit aduersarium fractis portis mortis.
Statim cordis organa sursum eleuando,
Suum a diluculo cantum inchoando,
Laudat, & glorificat Deum, replicando,
Sibi quam mirificus fuit hanc creando.
Pie (inquit) conditor quando me creasti,
Quam sit tua pietas larga declarasti,
Nam consortem gloriæ tuæ cogitasti,
Facere gratuite, gratisque quem amasti.
O quam mira dignitas mihi est concessa,
Cum imago Domini mihi est impressa,
Sed creuisset amplius dignitas possessa,
Nisi iussum Domini fuisset transgressa.
Nam tu summa charitas tibi cohærere,
Me volebas iugiter, sursumque habere
Dulce domicilium, tecumque manere,

Et

Et me velut filiam alere, docere.
Ex runc dispoſueras, in id adunare
Cœlicis agminibus, teque mihi dare,
Sed pro tanta gratia quid recompenſare
Poſſum, prorſus neſcio, niſi te amare.
Vnica ſuauitas, vnica dulcedo,
Cordium amantium ſalutaris prædo,
Totum quicquid habeo, vel ſum, tibi dedo,
Denique depoſitum meum tibi credo.
Oci, cantat tale cor, gaudens in preſſura
Dicens, quia dignum eſt, vt creatura
Diligatur opifex talis mente pura,
Ei cum extiterit de ſe tanta cura.
Sic mens hoc diluculum tranſit meditando,
Sed ad primam transferens vocem exaltando,
Tempus acceptabile pie ruminando,
In quo venit Dominus, carne ſe velando.
Tunc liqueſcit anima tota per amorem,
Pauida conſiderans omnium autorem,
Vagientem puerum, iuxta noſtrum morem,
Et curare veterem velle ſe languorem.
Plorans ergo clamitat, o fons pietatis.
Quis te pannis induit diræ paupertatis,
Tibi quis conſuluit ſic re dare gratis,
Niſi zelus vehemens ardor charitatis?
Digne zelus vehemens eſt hic ardor dictus,
Cuius eſt dominio rex cęlorum victus,
Cuius ſanctis vinculis captus & conſtrictus,
Pauperis infanruli pannis eſt amictus.
O prædulcis paruule puer ſine pari,
Felix, cui datum eſt, te nunc amplexari,
Pedes, manus lambere, flentem conſolari,
Tuis in obſequijs iugiter morari.
Heu me, cur non licuit mihi demulcere
Vagientem paruulum? & cum flente flere?
Illos artus teneros ſiue confouere?
Eiuſque cunabilis ſemper aſſidere?
Puto, pius paruulus hæc non abhorreret,
Immo more paruuli forſan arrideret,
Et flenti pauperculo fletu condoleret,
Et peccanti facile venia faueret.
Felix, qui tunc temporis matri ſingulari
Potuiſſet precibus ita famulari,
Vt in die ſineret ſemel oſculari
Suum dulcem paruulum, eique iocari.
O quam libens balneum ei præparaſſem,
O quam libens humeris aquam apportaſſem,
In hoc libens virgini ſemper miniſtraſſem,
Pauperiſque paruuli pannulos lauaſſem.
Sic affecta pia mens ſitit paupertatem,
Cibi parſimoniam, veſtis vilitatem.
Labor ei vertitur in iucunditatem,
Vilem eſſe ſæculi dicit venuſtatem.
Ergo ſic infantiam Chriſti retexendo.
Horæ primæ canticum ſtrenue canendo,
Tranſitum ad tertiam facit recolendo,
Quantum Chriſtus paſſus eſt, homines docendo.
Tunc cum fletu recitat illius labores,
Sitim, famem, frigora, æſtus, & ſudores,
Qui dignanter pertulit propter peccatores,
Dum illorum voluit innouare mores,
Vox amoris flatibus tota concremata,
Oci, oci clamitat Auis hæc beata,
Mundo moricupiens, cuius vita lata,
Cui fætet ſæculum, ſic eſt delicata.
Clamas ergo Domine dulcis prædicator,
Exulum refugium, pauperum amator,
Qui eſt penitentium pius conſolator,
Poſt te debent currere, iuſtus & peccator,
Iuſti quippe regula, vitæ es doctrina.
Peccatorum ſpeculum, mira diſciplina,
Feſſis & debilibus efficax reſina,
Aegris & languentibus potens medicina.
Primus in hoc ſæculo charitatis ſcholam
Inſtaurasti, quærere docens Dei ſolam
Gloriam, deponere grauem mundi molem,
Et ſic poſſe perditam rehabere ſtolam.
Sed hanc ſcholam temere mundus irridebat
Spernens & annihilans, quicquid promittebat,
Tua vero bonitas vices non reddebat,
Immo pęnitentibus totum ignoſcebat.
Quippe cui proprium erat miſereri,
Diligi deſiderans, magis quam timeri,
Sed non verbera proferens, auſteri
Præceptoris noluit more revereri.
Hæc in adulterio nouit depræhenſa,
Quam ſit tua pietas, ſcilicet immenſa,
Magdalena ſenſit hoc cum ei oſtenſa
Eſt dimiſſa, multiplex gratia impenſa.
Et quid multa dicerem, quot ſunt conſecuti
Eius magiſterium? a ſuis abluti
Vitijs; ſunt moribus optimis imbuti,
Et ab hoſtis fraude facti tuti.
Felix, cui licuit, ſub hoc præceptore
Conuerſari iugiter, & ab eius ore
Mel cęleſte ſugere, cuius præ dulcore
Amareſcunt cætera plena ſunt fętore.
Hæc & multa talia dum mens meditatur,
Ad reddendas gratias tono præparatur
Ad laudandum Dominum magis inflammatur,
Sicque horæ tertiæ cantus terminatur.
Oci, oci, anima clamat in hoc ſtatu,
Crebrò fundens lachrymans ſub hoc incolatu,
Laudans & glorificans magno cum conatu
Chriſtum, qui tot pertulit ſuo pro reatu
In hac hora anima ebria videtur,
Sed circa meridiem calor cum augetur,
Vt amoris ſtimulis magis perforetur,
Mox ab illa paſſio Chriſti recenſetur.
Plorans ergo reſpicit Agnum delicatum,
Agnum ſine macula, ſpinis coronatum,
Liuidum verberibus, clauis perforatum,
Per tot loca lateris foſſa cruentatum
Tunc exclamat pia mens oci, cum lamentis,
Oci, oci, miſeram, quia meæ mentis
Turbat ſtatum pallidus vultus morientis,
Et languentes oculi in cruce pendentis.
Siccine decuerat (inquit) te benignum
Agnum, mortis exitum pati tam indignum?
Sed ſic diſpoſueras vincere malignum,
Et hoc totum factum eſt, ob amoris ſignum.
Hæc amoris ſigna ſunt, & poſtrema primis.
Copulans aſſociat, ſumma ſigens imis;
Monſtrans, vt ſic moriens, nos animales nimis,
Dum te totum funderes tot apertis rimis.
Tu amicus nouus es, ru es nouum muſtum,
Sic te vocat ſapiens, & eſt ſatis iuſtum,
Totus enim ſilius reddens dulcem guſtum,
Fundens carnis dolium licet vas venuſtum.
Tantis ſignis pęnitens monitus iam credat,
Quod præcordialiter Chriſtus ei ſe dat,
Iſta ſigna recolam, ne me Sathan lædat,
Nam peccati rabiem nihil ita ſedat.
Iſta ſigna recolens oci, oci, clamo,
Dulcis Ieſu queruſor ꝙ te minus amo,
Stringi tamen cupio diſciplinæ chamo,
Sicut pro me captus eſt charitatis hamo.
Quantum hamum charitas tibi præſentauit
Mori cum pro homine te ſolicitauit,
Sed & eſca placida humum occupauit,

Cum

Cdm lucrari animas te per hoc monstrauit.
Te quidem aculeus hami non latebat,
Sed illius punctio te non deterrebat,
Immo hunc impetere tibi complacebat,
Quia desiderium eius attrahebat.
Ergo pro me misera quam tu dilexisti,
Mortis in aculeum sciens impegisti,
Cum te patri victimam sanctam obtulisti.
Et in tuo sanguine sordidam lauisti.
Quis miretur igitur pro te si suspiro,
Iuncta sine meritis tam zelanti viro,
Nam affectum alitis meum modo miro,
Pro me vitam finiens exitu tam diro.
Vere iam non deboo tantum suspirare,
Immo iuxta verbum Iob crines lacerare,
In cauerna lateris nidulum parare,
Et extremum spiritum illic exhalare,
Plane nisi moriar tecum non quiescam,
Oci,oci,clamitans nunquam conticescam,
Ab hoc desiderio vere non tepescam,
Quantuncunque sæculo propter hoc vilescam,
Tunc,vt demens clamitat,veniant lanistæ,
Qui affigant miseram cruci tuæ Christe,
Erit enim exitus mihi dulcis iste,
Sic amplector moriens proprijs vlnis te,
Vere sic non aliter rabies doloris,
Quà cor meum singulis terrebratur horis,
Deliniri poterit, nisi tu dulcoris,
Fons abundans medicus mei sis doloris.
Plane dulcis medicus es,qui nunquam pungis,
Sed a corda vitium leniter emungis,
Nam quos tibi firmiter per amorem iungis,
Tuis charismatibus semper eos vngis,
Heu quam damnabiliter mundus est cæcatus,
Qui cum sit ab hostibus dire volneratus,
Hinc declinat medicum,cum assit præparatus,
Languido aperiens suum dulce latus.
Heu cur beneficia Christi passionis,
Penes te memoriter homo non reponis,
Per hanc enim rupti sunt laquei prædonis
Per hanc Christus maximis te ditauit bonis,
Suo quippe corpore languidum te pauit,
Quem in suo sanguine gratis balneauit,
Demum suum dulce cor tibi denudauit,
Vt sic innotesceret,quantum te amauit.
O quam dulce balneum eia quam suauis,
Quæ sumenti digne sit paradisi clauis.
Et ei quem reficis nullus labor grauis,
Licet sis fastidio cordibus ignauis.
Cor ignaui siquidem minime perpendit,
Ad quid Christus optimum suum cor ostendit,
Super alas positum crucis,nec attendit,
Quòd reclinatorij vices hoc prætendit.
Hoc reclinatorium quoties monstratur,
Pie menti toties est glutinatur,
Sicut & accipiter totus inescatur,
Super carnem rubeam per quam reuocatur.
Post hoc clamat anima quasi dementata,
O reclinatorium cato cruentata,
Per tot loca propter me,cur non vulnerata
Tecum sumedum moreris non sum colligata.
Licet tamen misere sit illud negatum,
Mihi quidem eligam nouum cruciatum
Gemitum videlicet,iugemque ploratum,
Donec mundi deseram grauem incolatum.
Post hæc dulcis anima plus & plus feruescens,
Sensu toto deficit,corpore tabescens,
Iam vix loqui sufficit,sed affectu crescens,
Suo lecto decubat,vtpote languescens.
Ergo dulcis gutturis organo quassato,
Lingua tantum palpitans sonitu sublato,
Sed pro verbis pia mens fletu compensato
Lamentatur dominum corde sauciato.
Sic languenti siquidem nil nisi plorare,
Libet,& latagere corde suspirare,
Suos enim oculos nescit reuocare
A Christi vulneribus,aut cor separare.
Sic est autem animus illius dilectus.
Quasi ei præsens sit moriens dilectus,
Et a cruce minime retrahit aspectus.
Quia ibi oculus,vbi est affectus.
Gemitus,suspiria,lachrymæ,lamenta,
Sibi sunt delitiæ,cibus,alimenta:
Quibus noua martyr est interim inuenta,
Sic suo martyrio præbent incrementa,
In hoc statu respuit,quicquid est terrenum,
Mundique solatium reputat venenum
Sed ad nonam veniens moritur ad plenum,
Cum amoris impetus carnis rumpit filum.
Nam cum,Consummatum est,recolit clamasse,
Hora nona dominum,& sic expirasse,
Quasi simul moriens,clamat penetrasse
Vocem illam suum cor,atque lacerasse.
Ferre tandem impotens iaculum tam forte,
Moritur(vt dictum est)sed fęlici morta,
Nam panduntur protinus ei cęli portæ,
Dignam,vt intelligat,se sanctorum sorte,
Requiem pro anima tali non cantamus.
Immo est introitus missæ,gaudeamus,
Quia si pro martyre deum exoramus,
Vt decretum loquitur, sancto derogamus.
Eia dulcis anima,eia dulcis rosa,
Lilium conuallium,gemma preciosa,
Cui carnis fœditas extitit exosa,
Felix tuus exitus morsque preciosa.
Felix quæ iam frueris requie cupita,
Inter sponsi brachia dulciter sopita,
Eiusque spiritui firmiter vnita,
Ab eodem percipis oscula mellita.
Iam quiescunt oculi,cessant aquę ductus,
Nam aperte percipis spei tue fructus,
Quia per quem sæculi euasisti fluctus,
Tuos inter oscula consolatur luctus.
Dic,dic dulcis anima,ad quid vltra fleres,
Habes cęli gaudium tecum cur lugeres,
Nam solus est omnium cui tu adhęres,
Et si velles amplius certe non haberes.
Sed iam metrum finio,ne sim tædiosus,
Nam si vellem scribere quam delitiosus
Sit hic status animę,quamque gloriosus,
A malignis dicerer fallax & mendosus.
Quicquid tamen alij dicunt frater chare,
Istum nouum martyrem libens imitare,
Cumque talis fueris Christum deprecare,
Vt te cantus martyrum doceat cantare.
Frequentemus canticum istud soror pia,
Ne nos frangat tædio vitę huius via,
Nam lętantem animam in hac melodia,
Post hanc vitam suscipit Iesus & Maria.
Ergo soror tuum cor ita citharizet,
Se baptizet lachrymis,planctum martyrizet,
Christo totis viribus sic nunc organizet,
Vt cum Christo postea semper solennizet,
Tunc cessabunt gemitus,& planctus dolorum,
Cum adiuncta fueris choris Angelorum,
Nam cantando transies ad cęlestem chorum,
Nupta fęlicissimo regi sæculorum. Amen.

Deo gratias.

LAVS

Digitized by Google

LAVS BEATAE VIRGINIS Maria dicta a sancto Bonauentura secundum literas salutationis Angelicæ, scilicet, Aue Maria, clausulatim, in qua multis sacræ scripturæ locis ostenditur figurata.

Ave cœleste lilium, Aue rosa speciosa,
Aue mater humilium, superis imperiosa,
Deitatis triclinium, hac in valle lachrymarum,
Da robur, fer auxilium, o excusatrix culparum.
Virgo pia sine pare, Gabriele nunciante,
Quæ meruisti portare Christum flatu sacro flante,
Virgo partum, post, & ante, refugium singulare,
Hac in vita vacillante, tuos seruos consolare.
Ecce stupet humanitas, q̃ sis virgo puerpera,
Scire nequit fragilitas, tantæ virtutis opera,
Fides transcendens æthera, confitetur & veritas,
Ex te mater Christifera, carnem sumpsit diuinitas.
Mater natum, patrem nata, stella solem genuisti,
Increatum res creata, fontem riuus emisisti,
Vas figulum peperisti, virgo manens illibata,
Per te nobis mater Christi, est perdita vita data.
Almissima sunt viscera, quæ Domini sunt conclaue,
Sanctissima sunt vbera quæ suxit, & lac suaue,
Quo lactatur, mater aue, quæ regnas super sidera,
Perpetuæ mortis a væ, nos & a malo libera.
Rosa decens, rosa munda, rosa recens sine spina,
Rosa florens, & fœconda, rosa gratia diuina,
Facta celorum regina, non est, nec erit fecunda,
Tibi, rei medicina, nostris cœptis obsecunda.
In scripturis figurata, multis locis ostenderis,
Aenigmatibus monstrata, sacris vt patet literis,
Testamentorum veteris, & noui iure prælata,
Mulieribus cæteris, super omnes eleuata.
Ante mundi originem te Dominus ordinauit,
Dum celi latitudinem sapienter, fabricauit,
Ex tunc sancta mente canit per te matrẽ & virginẽ,
Protoplasti qui peccauit, expirare voraginem.
Gaude virgo, mater gaude, per te mundus restauratur,
Cum ciuibus celi plaude, qui honor tibi datur,
Deus decenter soluatur, tibi maius omni laude.
Qui per te liberatus omnis homo facta fraude.
1. Figurata fuit per fontem qui ascendebat de terra, vt habetur Gen.2.c.
Rigans mundum nouo rore, nouæ prolis nouitate,
Noua facis, nouo more, cuncta mira claritate,
Ex diuina bonitate fons ascendens in honore,
Rigans terram charitate, Dei crescens in amore,
2. Figurata fuit per Lignum vitæ plantatũ in medio paradisi Gen.2.c.
Arbor & lignum vitale in paradisi medio,
Plantaris spirituale, cuius fructus fruitio,
Replet omnia gaudio, nunquam fuit, nec est tale,
Nec deerit proculdubio, lignum ita commodale,
3. Figurata fuit per paradisum rigatum a fluuio voluptatis, Gen.2.c.
Casta virgo te fluuius voluptatis irrigauit,
Paradisi, dum filius Dei corpus habitauit,
Tuom, terra tunc, donauit nostra fructum vberius,
Et naturam reformauit nostram Deus in melius.
In paradiso posuit Deus hominem filium,
Suum, custodem posuit tuom corpus egregium,
Per Gabrielem nuncium dum visitare voluit,
Redemptorem eximium nobis eum exhibuit.
4. Figurata fuit per Arcam Noe, per quam fuit genus humanum tempore diluuij conseruatum, Gen.6.& 7.c.
Arcam Noe fabricauit sed de lignis leuigatis,
Fabricatam subintrauit cum vxore & cum n̄tis,
De parentibus beatis sibi matrem reformauit,
Dominus, & a peccatis te subintrans conseruauit,
5. Figurata fuit p arcũ quẽ dñs dedit Noe.Gen.9.c.
Pactum suum antiquitus Deus promisit patribus,
Arcum suum diuinitus ostendendum in nubibus,
Qui federis est omnibus signum promissum celitus,
A Deo pax hominibus datur in eo penitus.
Labor & timor fugiunt Arco monstrato federis,
Spes & gaudium veniunt pecatoribus miseris,
Qui de reatu sceleris flentes Arcum conspiciunt,
Per promissum de superis se consolatos sentiunt.
Est in arcu cæruleus color, qui virginitatis,
Typum gerit, & rubeus etiam, qui charitatis,
Formam notat: puritatis tuæ demonstrat aqueus
Notam, & humilitatis, quam elegit in te Deus.
Nubibus celi cerneris Arcus, quæ nos illuminas,
Refulgens morum miseris, exempla cũctis feminas,
Hæreses omnes terminas, & hæreticos conteris,
In Christo quando geminas naturas simul cõgeris,
Arcus insuperabilis, Arcus potens, Arcus fortis,
Arcus dulcis, amabilis, arcus patens celi portis.
Post præsentis metam mortis nobis ineuitabilis,
Fac consortes tuæ sortis nos virgo venerabilis,
6. Figurata fuit per scalam, quam Iacob in somnis vidit, Gen.28.c.
Dormiens Iacob somnio Scalam vidit contingentem,
Celum, cuius confinio Deum vidit innitentem,
Angelorum descendentem cetum vidit, promissio,
Terre sanctæ per potentem datur, & benedictio.
O Maria figuraris Scalã, Sed Scalam superas,
Ab Aogelo salutaris, Deum hominem generas,
Super virtutes superas, per Angelos collocaris,
Genus humanum liberas, ergo longe plus beatis.
7. Figurata fuit per Rubum, qoi ardebat nec comburebatur. Exod.3.c.
Mater tua virginitas, Rubo montis ostenditur,
Oreb, cuius viriditas post ardorem non vritur,
Sic nec tua corrumpitur virginalis integritas,
Dum ventre tuo iugitur humanitati deitas.
8. Figurata fuit per Vas, in quo scrutatum fuit Manna.Exo.16.c.
In Vase manna positum vt seruetur, legitur,
Israelitis traditum neque vas Manna frangitur,
In te Christus concipitur virgo per sanctum Spũm,
Neque tuæ minoitur virginitatis meritum.
Nobis Maona mirificum seruasti mirabiliter,
Manna terminãs typicum figuratum veraciter,
In se misericorditer per illud Manna celicum,
Quod datur communiter Israel in viaticum,
Venustum manna nouitas tuæ gratiæ terminat,
Figuratum antiquitas fugit, & lux illuminat,
Noua, quos lex discriminat noua, cessat obscuritas,
Purgat, mundat, eliminat, antiqua noua claritas,
Summus artifex omnium te prouidit vas nobile.
Vas dignum, vas egregium, vas gratũ, vas laudabile,
Vas cunctis venerabile famulis, vt edulium,
Ministres delectabile, panemque celi ciuium
Tu ministras hominibus verum panem Angelorum,
Tuis natum visceribus pro salute peccatorum.
Hic est panis viatorum, qui non est dandus canibus.
Qui est salus miserorum, præstans omnib. panibus.
Ecce panis dulcissimus, ecce panis amplectendus,
Ecce panis pinguissimus, ecce panis diligendus,
Ecce panis recolendus, ecce panis præoptimus,
Cibus cunctis pferendus, & pre cunctis gratissimus.
Cibus iste nos reficit, recreat, & regenerat,
Et sibi mentem allicit, dirigit, & confœderat,
Omne bonum exaggerat, & omne malum abijcit,
Vincit, regnat, & imperat, auget, alit, & perficit.

Viuus

Viuus panis,& vitalis,via veritas,& vita.
Est hic panis immortalis,& bonitas infinita,
Quo refulget præmonita noua sponsa spiritualis,
Synagoga definita perit,& vmbra legalis.
Manna cessat,& cœlitus nobis panis præponitur,
Panis verus viuificus nobis de cœlo mittitur,
Christianis conceditur solis panis hic mysticus,
Quibus communius traditur verus panis angelicus.
9. Figurata fuit per Virgam Aaron, qui habuit fructum præter opus naturæ. Num. 17.
Beatus tabernaculo Moyses virgam posuit
Aaron,sed pro titulo sacerdotis, quæ fronduit,
Floruit,fructum habuit,euidenti miraculo,
Sacerdotis obtinuit ius Aaron in populo.
Ecce valde mirabilis res & miranda nouitas,
Floret siccitas sterilis,gignit sicca sterilitas.
Parturit Virgæ siccitas,fructum profert,& fertilis,
Efficitur sterilitas,non fuit ante similis.
Notat virga florigera,quæ naturæ non opere
Efficitur fructifera,sed puro Dei munere,
Quod debebas concipere,virgo noua puerpera,
Nouum fructum parere,post partum virgo libera,
Ergo vere virgo parens,germinasti campi florem,
Dei patris verbum parens,mundi patris saluatorem,
Puritatisque decorem non amittis,sorde carens.
Charitatis fundens rorem, quo rigatur mũdus arẽs.
10. Figurata fuit per stellam et per virgam,de quibus prophetauit Balaam. Num. 25. c.
De Iacob exoritura noua stella prædicitur,
Ex Israele nascitura virga nobis ostenditur,
Per q̃ Moab percutitur,te præsignat hæc figura,
De qua virga producitur Christus mirante natura.
Ista stella clarissima quam non violat radius,
Luce nitens purissima,chrystallo fulgens clarius,
Te significat verius virgo semper castissima,
Quam non violat filius,nascens ex te mundissima.
Consurgens virgo florida,ex Israele prophetice.
Promissa virgo nitida,diceris virga mystice,
Egrediens de radice Iesse,potens & valida,
Florem profers mirifice virgo mater,quæ grauida,
Tu es virga,tu es stella,tu es gratiæ fluuius,
Deitatis munda cella,genitrix cuius filius,
Flos dicitur,& radius,charitatis fundens mella,
Cęlo,luctus superius mundum seruans a procella.
Aue virgo fertilior vniuersis arboribus,
Aue Stella fulgidior vniuersis sideribus,
Factis dictis,virtutibus,vniuersis præstantior,
Creaturis,hominibus,custos,& quies tutior.
11. Figurata fuit per Concham Gedeonis, de qua habetur iudicum. 6. c.
Tu Gedeonis rorida Concha cœlestis diceris,
Rore manans & fluida lana compressa velleris,
Diuini dono muneris,tu semper manas madida,
Solatium das miseris,sed terra manet arida.
Verus cœlestis fluminis,tuam Concham mundiciæ,
Ros repleuit,dum numinis sacri munere gratiæ,
Plena solis iustitiæ,mater Dei,& hominis,
Fis,flore pudicitiæ vernans matris & virginis.
12. Figurata fuit per Domum domini,quam ædificauit Salomon,& gloria Dei eam impleuit. 3. Reg. 6.
Impleuit domum domini,superni regis gloria,
Suo sacratam nomini,Salomonis industria,
Dum te superna gratia Gabrielis affamini,
Parentem virgo maria replet dicatam numini,
Notat hic Dei filium Salomon rex pacificus,
Qui fecit thronum regium,vt hic artifex cęlicus.
Et nuncius angelicus præparauit hospitium,
Nostræ salutis pisticus,verum deferens gaudium.
Maria mater gratiæ,mater & fons bonitatis,
Mater misericordiæ,fons,& fomes pietatis,
Triclinium deitatis,mater solis iustitiæ,
Perpetuæ claritatis conferens lumen & gloriæ.
13. Figurata fuit per Abigail, quæ fecit pacem inter Nabal & Dauidem. 1. Reg. 25.
Vxor Nabal cum Dauide pacem datis muneribus,
Nabal reformat solide benignissimis precibus,
Licet Nabal sermonibus,dictis,factisq; stolide,
Meruisset doloribus vitam finire turbide,
Larga Nabal conuiuia suo faciens tonsori,
Quærendo temporalia,gulæ vacans & honori,
Comparatur peccatori,dei danti conuitia,
Seruis:vnde morte mori debent propter hæc vitia.
Iste desiderabilis vultu Dauid gratiosus,
Rex nulli comparabilis,manu fortis,bellicosus,
Clemens,pius,amorosus,Christus est immutabilis,
Qui semper est gloriosus in sanctis & mirabilis.
Tu es Abigail sapiens,Dauid deferens munera,
Nabal & Dauid faciens precibus tuis fœdera,
Dum pia lactis vbera Christo dedisti nutriens,
Hinc peccatoris scelera tuis meritis leniens.
Regina virgo regia de genere Dauid regis,
Dei mater & filia Christum parens,Christum regis,
Nostra mater nostrę legis gaudium,& lætitię,
Peccatoris fortis ægis,decus,honor, & gloria.
In te sola spes figitur omnis humani generis,
Per te solam destruitur Adæ peccatum veteris,
Vitæ portus es miseris,per te salus acquiritur,
Nescit reatum sceleris,qui te deuote sequitur.
Bonum est ergo subdere sese tuæ seruituti,
Secundum te se regere,disponendo se virtuti.
Nanque tui serui tuti per te possunt ascendere,
Cęlum,vitam assecuti,tecum semper & viuere.
14. Figurata fuit per Iudith, quę Holofernem peremit,& populum liberauit. Iudith. 13. c.
Volens mundum sęuitia principis Assyriorum,
Subijcere,nefaria manu collecta vitiorum,
Magnam plebem Iudæorum obsedit in Bethulia,
In mortem mæstam eorum mẽte debacchãs impia.
Sancta Iudith pro populo saluando se præparauit,
Nocte surgens de lectulo,vocãs Abram properauit,
Holoferni præsentauit se,pro gentis periculo,
Necans eum,liberauit ciues a mortis iaculo.
Est ciuitas Bethulia,quam obsidet dissensio,
Dæmonisque perfidia,& hæresis deceptio,
Coniuncta tuo filio,nostra mater Ecclesia,
Tuo tuta subsidio,munita tua gratia.
Tu es Iudith pulcherrima,quæ liberas Ecclesiam,
Holofernis acerrima,vt per di inam gratiam
Hæresisque perfidiam confutas....
Spem certissimam,fundens super familiam.
Benignus sapientiæ spiritus,& dulcedinis,
Consilij,scientiæ,timoris,fortitudinis,
Lumen diuini numinis,omnis genere gratiæ,
Te repleuit vt hominis causa sis indulgentiæ.
15. Figurata fuit per Hester, quę Aman fecit suspẽdi, & Mardocheum cum populo liberari. Hest. 7. c.
Edissa per connubium Assuero coniungitur,
Thalamum subit regium,coronatur,præficitur,
Cunctis,Vasti deponitur,amittit regni solium,
Superba Vasti tollitur,Hester habet dominium.
Notat Hester cor humile,cor contritum humiliter,
Cor dulce,cor amabile,cor diligens veraciter,
Cor contemplãs sublimiter,Vasti notat cor fragile,
Exaltans se perniciter superbum & indocile.
Et te quid est humilius per cuncta mundi Climata?
Dulcius,amabilius,destruens cuncta Scismata?
Te sacra probant dogmata nil esse gratiosius,
Sacra probant ęnigmata te nihil esse mundius.
Designat Hester igitur te,qua nunquam humilior
In creaturis legitur,fuisse,nec suauior,

Pul-

Pulchrior, smabilior, dulcior nulla dicitur.
Et propter hoc sublimior esse nulla te noscitur,
In iudęos inuidia sęuit Aman peruersitas,
Damnat eos perfidia, crudelisque dolositas,
Mardochei benignitas, Hester scribit eupræpia,
Mutetur vt crudelitas, decreti regis impia.
Condolet Hester fratribus totius sui generis,
His auditis rumoribus, regem adit, qui fœderis,
Signum dedit pestiferis, morti datis complicibus,
Damnatur Aman sceleris, eius notis criminibus
Tu es Hester, perfidiam Amsn reprimens grauiter,
Famulorum miseriam, exterminans benigniter,
Regi summo fęliciter, desponsata per gratiam,
Coronata perenniter, regiam tenes potentiam,
Vere notat inimicum, Aman humani generis,
Dirum serpentem lubricum, iure pulsum de superis
Condemnatum in inferis, accusatorem iniquum,
Quem tu calcas & cõteris, Deum reddis pacificum.
Sicut pupillam oculi, seruos seruas, seruo regis,
Tu solamen es sæculi, refugium tui gregis,
Summa sponsa, summi regis, caput conteris zabuli,
Tu es verus liber legis, tu srca tabernaculi.
Flos vernalis, flos lilij, flos florum decus virginum,
Diceris & auxilij, fons plenus custos hominum,
Cuius attraxit dominum, & Angelum consilij,
Dulcis odor, vt terminum nobis daret exilij.
16. Figurata fuit per columbam, q attulit ramũ oliuæ
17. Noe & filijs suis in Arcã. Ge. 8. Et per perticã, quę tulit serpentem æneum in deserto. Num. 21. c.
Ramum ferens virentibus, ore columba proprio.
Folijs fructuantibus, generali diluuio,
Quos turbarat vndatio, Noe natis coniugibus,
Refouit eos gaudio, salutis intuitibus.
Vna serpentem pertica, deserto tulit æneum,
Vt si intus vix toxica, quenquam læserat Hebræum,
Sanaretur videns eum, ope Dei mirifica.
Propellẽte vipereum, virus virtute mystica,
Columba tu simplicior, omni, tutrix humilium,
Salus hominum tutior, mundo tulisti gaudium,
Enixa Dei filium, omni veneno fortior,
Medicina peccantium, signo Serpentis promptior.
18. Figurata fuit per portam clausam, per quam Vir non transiuit. Ezec. 44. c.
Tu es Porta, quæ clauditur, apertionis nescia,
De qua propheta loquitur, hominum nulli peruia,
Quia Dei sapientia ingreditur, & egreditur,
Semota violentia per egressum non frangitur.
Virginitas est ianua, qua cœlis fulgens altius,
Cœli non liquens ardua, Messias Dei filius,
Conceptus est, exterius carne tectus exigua,
Corpus sumens perfectius ex te virgo præcipua.
Sicut sidus perluitur, infuso solis lumine,
Et eo lux emittitur sine sideris fragmine,
Sic sine carnis crimine, Christus in te concipitur,
Ex temanente virgine super naturam oritur,
19. Figurata fuit per mulierem, q̃ vidit Io. Apo. 12. c.
Vidit Ioannes mysticum signum quoddam mirabile,
Quòd in cęlo propheticum apparuit notabile,
Nunquam fuerat simile prophetis enigmaticum.
Signum datum, quod vtile, præcedens vt mirificum.
Erat pariens cęlestibus amicta solis lumine
Mulier, lunam pedibus supponens, cuius culmine
Capitis pro te gemine, duodecim syderibus,
Sertum fulgebat numine, suis plenis visceribus.
Nihil te magis proprie per istam intelligitur
Mulierem, quæ serie prophetę nobis panditur,
In te nanque concipitur, & oritur iustitię
Verus sol, vnde oritur regnum cęlestis curię,
Tuis luna supponitur pedibus, & militia
Cęli tota per te regitur, caput duodenaria,
Patriarcharum gloria, quæ per te benedicitur.
Et byssens victoria Apostolorum texitur.
Repletis plenitudine generis omnis gratiæ,
Totaque multitudine virtutum & potentiæ,
Tu decus excellentię, tu lux carens fuligine
Culpę, splendor gloriæ mundum decorans lumine,
In te totum perficitur, quicquid verbis propheticis.
De te virgo prædicitur, & legis enigmaricis,
Siue quicquid sngelicis tibi verbis exprimitur,
Finitis verbis typicis res manifesta cernitur.
Salue solamen hominum, salue munda stella maris,
Salue purgatrix criminum, salue virgo singularis
Consortio carens maris, concipis, paris Dominum,
Tu lapis es angularis, quæ das figuris terminum,
Tu supra cœli solium ad dexteram Dei resides,
Iuxta proprium filium cœli regina præsides,
Confirmans mentes desides, præstans eis auxilium,
Et tuis seruis prouides impetrando subsidium.
Vbi nanque sanctissima caro, quam Dei filius
Sumpsit ex te mundissima, intronizatur celsius,
Creatis gloriosius, ratio vult certissima,
Esse te non inferius, vel sede magis infima.
Ibi mater cum filio gaudes cœli patria:
Trinitatis consortio, creata super omnia:
Tu benigna graria fœlicitatis gaudio
Nos coronat, & gloria, beatorumq; præmio. Amen.

ORATIO.

Omnipotens sempiterne Deus qui gloriosæ virginis matris Mariæ corpus & animam, vt dignũ filij tui habitaculum effici mereretur, Spũsancto cooperante præparasti, da, vt cuius cõmemoratione lætamur, eius pis incercessione ab instantibus malis, & a morte perpetua & subitanea liberemur. Per Christum.

ALIA ORATIO.

Deus qui beatissimam virginem Mariam matrem tuã in annunciatione, visitatione, & assumptione multiplici gaudio lætificasti, tribue quæsumus: vt eius precibus & omnibus sanctis tuis interuenientibus ad inæstimabile gaudium, quo nunc tecum sine fine gaudent, peruenire mereamur. Per Christum &c.

Has videas laudes, qui sacra virgine gaudes,
Et venerando piam studeas laudare Msriam,
Virginis intactæ dum veneris ante figuram,
Prætereundo caue, ne sileatur Aue,
Inuenies veniam, sic salutando Mariam,
Aue Maria gratia &c.
Vilis homo materiæ surge de mortis tumulo,
Dum spes est adhuc veniæ te subtrahe periculo,
Excutere de puluere, dum opus est remedio,
Surge, curre pro brauio, dum licet comprehendere,
Viam quærens in inuio malorum reminiscere,
Ad patriam reuertere cum pœnitente filio.

EIVSDEM SERAPHICI Doctoris Sancti Bonauenturæ. Psalterium minus, quinquagenarum Aue beatæ Virginis, in quo quilibet versus in numero, redolet aliquid de psalmo eiusdem numeri, videlicet, primus versus redolet psalmum primum, secundus secundum, tertius tertium, & sic de alijs, vt patet intuenti.

Prima quinquagena.

Aue virgo vitæ lignum, quæ perenni laude dignum, solue voto quod vouisti, mũdo fructum attulisti.

Aue

Aue cui ſine fine reges aſtant & reginę, tu regina ſeculorum, regum princeps, & regnorum.

Aue Dauid germen iuſtum, vt vitalem Dei guſtum mereamur experiri, ſac de monte nos audiri.

Aue virgo Deo digna, ſerua ſeruos, & cōſigna, luce tuę faciei, & ſplendore vultus Dei.

Aue mater noui moris, nec cōceptu redemptoris, neq; ortu, deſlorata ſcuto Dei obumbrata.

Aue virgo, quæ furorem conditoris in amorem tua forma conuertiſti, votis iram extinxiſti.

Aue virgo, quā ſaluator, renum teſtis & ſcrutator, quē non fallit nox erroris, laudat intus atque foris.

Aue virgo plena bonis, gratiarum diues donis, opus dei digitorum, grande nimis & decorum.

Aue virgo poſt & ante, pro me ſemper te pugnāte, vertat hoſtis mihi dorſum, & conuerſus ſtet retrorſum.

Aue porta libertatis, aula ſummæ trinitatis, & ſolenne Dei templum, ſalus orbis & exemplum.

Aue virgo flos regalis, mulierum nulla talis, verba cuiꝰ ſunt argentum, lingua laudis inſtrumentum,

Aue virgo cui plaudo, tibi canto te collaudo, bona mihi tribuentem, ſerua virgo me canentem.

Aue virgo, Deo chara, pulchra ſuauis prudens clara, ſola Dei ſalutare, digna mundo generare.

Aue virgo virtus mea, natum deum poſce dea, vt in Arce Syon clare nos concedat habitare.

Aue virgo forma morum, cui Chriſtus rex cœlorum, mundi curis expeditæ notas fecit vias vitæ.

Aue virgo cuius ori, voci verbis & clamori, Dei aures inclinatæ ſunt, præſtandi largitate

Aue virgo diligēda, laude cunctis pręferenda, radix ſanctas ſemen verum, flos & gemma mulierum.

Aue, cuius prouocatus, formæ Deus Deo natus, pugnaturus non expauit, ſed vt gigas exultauit.

Aue ſcala cœlum tangens, ad te virgo clamo plangens, vt a malo ſtella maris, de Syon me tuearis.

Aue Ieſſe ſtirps beata, virgo voto non fraudata, tui cordis & tuorum, voluntate labiorum.

Aue cuius quæ naſcetur, claritatem gēs loquetur, cuius honor non decreſcit, & poteſtas finem neſcit.

Aue digna omni laude, caſta Dei mater gaude, et admitte vota precum, vt ſis virgo ſemper mecum.

Aue virgo cuius manus, non fędauit actus vanus, ſed ab omni prauitate, innocentes ſunt ſeruatæ.

Aue virgo ſpecioſa, cuius quaſi recens roſa, ſpirat caro, cor lætatur, mens in bonis demoratur.

Aue virgo quę iam audis, coram throno vocem laudis, iube ſimul nos aſtare, Dei laudes enarrare.

Aue virgo rumpe moras, et ad omnes ſemper horas, mihi cuſtos & adiutrix, eſto digna Dei nutrix.

Aue virgo vernans flore, guſtu cuius & odore, rurſum homo iuueneſcit, & ad vitam reuireſcit.

Aue virgo & appare, iube tecū nos regnare, & ad Chriſtum quo abiſti, poſt te trahe mater Chriſti.

Aue virgo ſauꝰ mellis, cedit ecce ſol cum ſtellis, tui vultus claritati, tu decoris conſummati.

Aue virgo finis irę, purga culpas & largire, nos peracto curſu mundi, pro peccatis non confundi.

Aue virgo pulchra viſu, deprecor te toto niſu, me clamantem quotidie clemens mater audi pie.

Aue mater virgo tamen, poſce ſemper ſacrum flamē, ad munimen nobis dari, & a verbo nos firmari.

Aue virgo ruga carens, da intacta dei parēs, vt laus tua cum dulcore meo ſemper ſit in ore.

Aue mater expers viri, fac me dignum inueniri, quem digneris adiuuare, noli virgo iam tardare.

Aue virgo vena mūda, per te viui fontis vnda, mihi ſemper irroretur, quo cor meum ebrietur.

Aue virgo vitæ via, ſalue mundi ſpes Maria, cuius legē cor rimatur, os ſophiam meditatur.

Aue virgo mūdi decus, tibi cedens iudex æquus eſt oblitus iræ ſuæ, in aſpectu formæ tuæ.

Aue virgo mundi ratis da vt igni charitatis, de te mihi ſemper creſcat, cor amore incaleſcat.

Aue virgo lux aſtrorum, educ (quæſo) vitiorum, lutulēta me de fęce, pro me Deo fuſa præce.

Aue virgo ac dignare te laudantem me ſanare, a languore nimis graui, quem peccando comparaui.

Aue virgo da quod cernis, vt contempler in ſupernis, epulantis turbæ ſonum, & cantantis ante thronum,

Aue virgo ſingularis, vera veri ſalutaris, & emiſſæ lucis mater, cui Deus verus pater.

Aue virgo tu quietum, fac frementis mundi fretū, Ieſus naui ſoporatus, a te ſurgat excitatus.

Aue virgo digna coli, quæ diuinæ tuæ proli, in feſtiua claritate, veſtis aſtas deauratæ.

Aue virgo mundi lumen, quę a patre verbi flumen, tibi miſſum & infuſum, effudiſti præter vſum.

Aue virgo mater agni, Ieſu Chriſti regis magni, quę eſt pius & benignus, & honore ſummo dignus.

Aue virgo formæ raræ, cuius vultus ſingulare, viſum iubar ſunt mirati, reges cœli congregati.

Aue virgo veta mentem, te laudando diligentem, deputari inter reos, vbi mors depaſcet eos.

Aue veris claritudo, tecum agri pulchritudo, quæ perfuſa cœli rore vernans orto ſaluatore.

Aue mater orphanorum, miſerere miſerorum, tollens ſordes & peccata, ſuper niuem dealbata,

Incipit ſecunda quinquagena.

AVe virgo primitiua, virgo ferax vt oliua, quę diuini germen floris, attuliſti noſtris oris.

Aue ſchema clarum Dauid, mūdus omnis acclamauit, ſola deū requiſiſti, nec ad probra deſcendiſti.

Aue virgo noui voti, poſce bona mundo toti, tuum omnes adiuuamen, ſentiamus ſemper amen.

Aue virgo columbina, fac vt mundi de ſentina, illuc volem datis pennis, vbi quies eſt perennis.

Aue virgo de te duce, me viuorum frui luce, in qua raptus ad ſuperna, vita viuam ſempiterna.

Aue virgo ſpecialis, foue tuis me ſub alis, ſede fruar, vt amœna, & quiete pace plena.

Aue decus puellarum, virga Iudæ ſemen clarum, patris parens nata prolis, Dei domus aula ſolis.

Aue virgo flos de ſpina, quod rogamus da regina, ſurge nobis in occurſum, præbe dextram trahe ſurſum.

Aue virgo lacte lota, paſce ſemper nos & pota, deitatis fonte trino, de compunctionis vino.

Aue turris noſtræ ſpei: eſto virgo memor mei, & cantorem laudum harum, ſalua princeps fœminarum.

Aue virgo ſine dolo, cuius omnis ſpes in ſolo creatore ſemper manſit: non in mundo qui pertranſit.

Aue virgo caro cuius, ridens dapes vitæ huius, ſolum deum concupiuit, & eum mente ſitiuit.

Aue virgo recti cordis, nec vllius vnquam ſordis inquinata fęditate, dono prolis illibatæ.

Aue ſalus ex Iudæis, votis virgo faue meis, vt in Syon reddam illa, dum reſurgam de fauilla.

Aue virgo par argento, quæ pudoris detrimento, igne mundi non arſiſti, quæ illæſa pertranſiſti.

Aue parens abſq; pare, mater dei deprecare, Deum mihi miſereri, & cum iuſtis me cenſeri.

Aue virgo Deo iuncta, te tollente mala cuncta, vię meę proſperentur, res aduerſæ ſecundentur.

Aue virgo per quā volens, pauper ille fit, et dolens, quo iubente dolor cedit, & paupertas retro redit.

Aue virgo Dei cella, quę pro nobis interpella, placa natum ne moreris, quæ repulſam non vereris.

Aue norma caſtitatis, eſto virgo Pro peccatis, ne deſcēdam ad tormentum, forte mihi firmamentum.

Aue

Aue virgo vitæ portus, porta clausa clausus hortus, vellus clari Gedeonis, veri thronus Salomonis.

Aue virgo cuius lotus pes peccando non est motus, ergo firma vacillantes, leua lapsos, tene stantes.

Aue decus disciplinæ, stella lucis matutinæ, veri solis tu aurora, tu pro nobis semper ora.

Aue virgo quam laudamus, da securi videamus, hora Christi iudicantis, & post semper imperantis.

Aue virgo sed fœcunda, firma vagos, fœdos munda, & qui aufert regũ flatum, regem nobis fac placatum.

Aue virgo Dei quies, tu antiquos mihi dies, & per Euã quam amisi, redde lucem paradisi.

Aue virgo quæ rogasti, de secreto ventris casti, super ora peccatorum verum panem Angelorum.

Aue templum impollutum, cuius mundo cor exutum, nulla vnquam sæculari lue, quiuit inquinari.

Aue mundi medicina, misce potum & propina, fletum mihi mensurate, pro peccati quantitate.

Aue virgo flos Aestatis, tu diuinæ suauitatis, mel & mãna suscepisti, & hæc nobis porrexisti.

Aue virgo fuga mortem, serua reos, & in fortẽ transfer Dei filiorum, reparatrix perditorum.

Aue virgo admiranda, tibi nulla comparanda, nulla talis in puellis, vniuersas tu præcellis.

Aue virgo quæ de tristi, valle fletus emersisti, orta terris & in mare, de excello tutilare.

Aue terra fructuosa, Iesu mater generosa, de qua nobis modo miro, vir processit sine viro.

Aue grandis & pulilla, Dei mater & ancilla, tu regina reginarum, honor cœli, laus terrarum.

Aue virgo mundi vita, tu cũ nato da petita, vt me Dei ciuitatis ciuem esse faciatis.

Aue virgo dies festa, per te saluer a molesta paupertate, qua laboro, mater absque viri thoro.

Aue virgo & lętare, te in cęlis imperare, Gens & lingua omnis sciat, in æternum fiat fiat.

Aue virgo cuius oris, de splendore conditoris, splendor clare resplendescit, lucet corpus, cor clarescit.

Aue virgo decus rerum, te iubente me dierum comitatur longitudo, & salutis plenitudo.

Aue cedrus exaltata, virgo palmæ coæquata, premens arce dignitatis cuncta ligna voluptatis.

Aue virgo quæ decorem induisti, creatorem præcinxisti pulchre Deum, carne munda velans eum.

Aue virgo gratiosa, tuque mitis, & formosa, super omnes es puellas, a te nunquam me repellas.

Aue virgo vincẽs solem, cuius infans terræ molem, fundat, librat, & appendit, fines manu comprehendit.

Aue virgo vitæ rectæ, fac peccata nos perfecte confitẽdo decorari, da te semper venerari.

Aue virgo vellus roris, tu dilecta saluatoris, tu cor habes liquefactum, ad ignitum Dei tactum.

Aue sponsa regis almi, psalle Deo voce psalmi, & ser opem quam precamur, ne in culpa moriamur.

Aue nubes pluuialis, quæ perusta mille malis, corda nostra refecisti, quibus Deum insudisti.

Aue virgo nec morare, surge portas reserare, quas obstruxit homo primus, vt intrare non possimus.

Aue virgo quam inuisi nusquam tangit hasta nisi, tota fęlix, nec adulta, qualicunque re iniusta.

Tertia quinquagena.

AVe virgo mundi sydus, domus, tectum, mons, & nidus, vbi passer solitaris Iesu Christe demoraris.

Aue virgo delicata, mater virum dedignata, per te datur vitæ dator, & perennis miserator.

Aue virgo terra bona, tu petenti mihi dona, panem de te procreatum, vinum vera vite natum.

Aue mater Ioseph veri, ab interna qui tueri, semper fame nos dignetur. per te illud impetretur.

Aue virgo, ac præbeto, vnam mihi rem quam peto, me in tuo salutari, ad salutem visitari.

Aue virgo fons signatus, cuius nunquã violatus venter fudit redemptorem, oppressorum ereptorem.

Aue virgo & implora, vt cor meũ omni hora, præparatum, lene, pronum, sit ad omne semper bonum.

Aue virgo vitæ datrix, ad te diues imperatrix, clamo pauper & egenus, & ærumna multa plenus.

Aue virgo & ne sinas, Syõ muros, & ruinas, sine nobis reparari, fac ad illam nos quadrari.

Aue virgo cuius vultus, mores, modus, forma, cultus, cuncta patent ad perfectum, in te nihil est neglectum.

Aue virgo agni nupta, opto mater incorrupta, larga nimis & fęlici tua manu benedici.

Aue virgo nauta mundo, ne mergamur in profundo, tu deporta nos ad portum, ad æterni solis ortum.

Aue virgo quam sincero, semper esse corde spero, vitę meæ protectricem, credo Dei genetricem.

Aue virgo lætabunda, per te viuam cum iucunda electorum concione, in viuorum regione.

Aue virgo virens salix, fauus vna fons & calix, quę prophetæ protoplasti, nectar orbi propinasti.

Aue virgo virga Iesse, dona nobis tecũ esse, vt affectu quo debemus, in æternum te laudemus.

Aue virgo Gloriosa, fac virtutem virtuosa, & me iube semper frui visione vultus tui.

Aue virgo meq; doce, intus sona sine voce bonitatem disciplinam, & scientiam diuinam.

Aue virgo tota lenis, salue soro, me a pęnis grauis huius incolatus, & æterni cruciatus.

Aue parẽs absq; neuo, ad te cor & vultum leuo, vt me quoq; consoleris, quæ cunctorum misereris.

Aue virgo lux iustorum, tu connexa superorum glorianter introisti, & vt regnes resedisti.

Aue cui dominator rex, cęlorum habitator, in perenni dedit iure, omnis sceptra creaturæ.

Aue virgo benedicta, quam non traxit ad delicta, rerũ iste torrens vanus, ros decurrens flos mundanus.

Aue Syon mons sublimis eleuata virgo nimis, & in cęlis principatum, ius vsurpans & primatum.

Aue virgo quam perflauit, & perflando fęcundauit, auster fructu spiritali Christo flore virginali.

Aue plena gratiarum, domus septem columnarũ, Dei manu fabricata, nec ab eo violata.

Aue palmes vitis veræ, bona Syon me videre cunctis virgo fac diebus, vt abundem lætis rebus.

Aue virgo maris stella, dona vires, doce bella, fac me dote preliari, & ne sinas expugnari.

Aue virgo spes humana, præme ventos, fluctus plana, vt euictis mundi vndis, emergamus de profundis.

Aue virgo cuius sensus, nunquam fuit deprehensus arroganter eleuari, aut iniuste gloriari.

Aue virgo diua poli, cuius Deus sibi soli habitandum cor elegit, & libenter ibi degit.

Aue virgo vas vnguẽti, iam in oram vestimenti, vnctionem qua abundas, supplicamus vt infundans.

Aue virgo quæ ad pura, adolendum precum thura, Deo manus extulisti, cui mater extitisti.

Aue virgo pia tota, da vt mente te deuota, & amore semper puro, laudem nunc & in futuro.

Aue cęlum spirituale, summum intellectuale, tu mons ille non incisus, tu cœlestis paradisus.

Aue mater virgo vera, doce mente me syncera, Syon semper recordari, non de mundo meditari.

Aue noui mater Adam, cuius precor vt euadam, in me iustam vltionem, pro me reddas rationem.

Aue mater pietatis, per te nostræ cæcitatis nox, vt dies illustretur, malum omne propulsetur.

Aue digna prædicari, non me ſinas ſupplantari, & ne ruant ad egreſſus, meos virgo rege greſſus.

Aue virgo cor ornatum, vera (quæſo) ne peccatum, verbis parem excuſare, doce linguam refrenare.

Aue virgo da poſt luctum, mundi huius hinc eductum phębi vultu clariora, me videre Chriſti ora.

Aue regum alta proles, tu me virgo ſicut ſoles, ad te ſalua fugientem, ſerua tibi procidentem.

Aue arbor mire culta, virga pollẽs laude multa, in qua Deus cum deſcendit, fœdum nihil deprehendit.

Aue virgo quæ lactaſti, ſuaue lumen quod guſtaſti, & in cœlo mente fixa, ſtella ſolem es enixa.

Aue botrum ferens vitis, per quam pulſa mundi litis, lux eſt cœcis reſtaurata, & libertas vinctis data.

Aue fœlis in ſeptenas, ſpatſa ſtellas quas ſerenas, Chriſtiani orbis rura, luce nunquam occaſura.

Aue rerum potens diua, menſę Dei tu conuiua, tu medullam da frumenti, tecum mihi diſcumbenti.

Aue tota dealbata, virgo cui comparata, luna nigra reputatur, ſol cum ſtellis obſcuratur.

Aue virgo quæ lætaris, & exultans gloriaris, de virtutum tot vnguentis, in cubili tuæ mentis.

Aue ſydus principale, alma Dei mater vale, in æternum æternorum, digna ſono cymbalorum. Aman.



SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS.

DECLARATIO TERMINORVM THEOLOGIAE.

Diuinæ perſonę.

OMNIPOTENS Deus Pater, filius, Spirituſſanctus vnus eſt Deus: nam in vnitate naturæ numerali eſt realis pluralitas perſonarum, quarũ prima ſcilicet pater, a nullo eſt producta, nec ꝓducibilis, nec genita, nec generabilis, nec ſpirata, nec ſpirabilis, nec creata, nec creabilis. Scđa perſona, ſ. filius, eſt genita a patre naturali ꝓductione, naturali fęcunditate intellectus per memoriã. Tertia perſona, ſcilicet Spirituſſanctus, eſt ſpirata a patre & filio, non genita, nec creata, ſicut nec ſecunda perſona eſt creata, nec ſpirata. Eſſentia autem diuina eſt ſumme vna, id eſt, nullo modo diuiſibilis in plures eſſẽtias. Secundo eſt ſumme ſimplex, id eſt, non compoſita ex multis rebus diſtinctis a ſe inuicem re, nec componibilis cum rebus a ſe re diſtinctis, ſed quicquid eſt in ea, propter ſui infinitatẽ eſt vna res cum ea. Tertio, eſt immenſa, id eſt, ipſa per ſeipſam eſt præſens omni rei, & ꝑſona ꝑ ipſam operatur in omni re, & manu tenet, & intelligit omnia. Quarto, eſt æterna, id eſt, nõ incępit, nec deſinit, ſimul & ſemel omnes perfectiones indiuiſibiliter continet. Quinto, eſt incommutabilis, id eſt, nec ſubſtantialiter, nec accidentaliter mutabilis, nec generabilis, nec corruptibilis, nec aliquo modo perfectibilis, vel defectibilis. Sexto, eſt neceſſaria, id eſt, ipſa non poteſt non eſſe, nec aliquid ab eo deficere, & omnis ſua actio eſt ipſa eſſentia, & neceſſaria, licet terminus actionis diuinæ ad extra non ſit neceſſarius. Septimo, eſt prima, id eſt, radix & fundamentum emanationum, & perſonalium proprietatum, & omnino prima entitas, inter omnia entia, & in diuinis, & creaturis. Octauo in ea eſt ſũma fęcũditas, id eſt, memoria perfecta ad producendũ perſonam vtranque. Nam memoria quam dicunt intellectiuã, naturam Dei dicit cum intellectu, quę fecunda eſt reſpectu verbi. Sed memoria quam dicũt ſpiratiuã, naturam Dei dicit cum voluntate, quę eſt ſecunda reſpectu Spirituſſancti. Nono, eſt in ea ſumma charitas, id eſt, vna numero voluntas in tribus perſonis, & per conſequens eadem volitio, & volitum idem. Decimo, eſt in ea ſumma liberalitas, id eſt, communicabilitas ſuę eſſentiæ, & omnis infinitæ perfectionis in deitate ipſis perſonis, & ſuę bonitatis, & influentiæ in creaturis omnibus rebus productis. Vndecimo, eſt in ea ſumma ęqualitas, id eſt perfectio patris non eſt maior, nec minor perfectione filij, ſimiliter & Spirituſſancti, nec filius eſt perfectionis maioris, vel minoris quam pater & Spiritusſãctus. Idem dicendum de Spirituſancto reſpectu patris & filii, nec eſt deitas alia in filio & Spirituſancto quàm in patre, nec econuerſo, nec eſt poteſtas alia in patre quàm in filio, & Spirituſancto, nec maior nec minor. Nec eſt duratio ſiue æternitas maior, vel minor in patre, quàm in filio & Spirituſancto. Duodecimò eſt in ea ſumma germanitas, ideſt naturæ, & eſſentię eſt ſumma vnitas, ſcilicet numeralis in tribus perſonis, ſimiliter & talis vnitas eſt in omni perfectione eſſentiali in tribus perſonis, non autem in omni proprietate notionali. Tertiodecimò, eſt in ea ſumma conformitas, id eſt, eſſentialium proprietatũ ſumma vnitas & identitas, & nulla diuerſitas, voluntatis concordia, nulla diſcordia, ſi ſaltem debet dici diſcordia, operationum ad creaturas indiuiſibilitas, & omnium effectuũ ſimilis producibilitas. Quartodecimo, eſt in ea inſeparabilitas, id eſt, perſonarum ſimoltas in exiſtendo, & vbique præſentiam exhibendo, & omnia operãdo. Emanationes duæ ſunt in diuinis, ſcilicet generatio, & ſpiratio. Generatio, eſt productio ſubſtantifica per modum naturæ. Spiratio eſt productio ſubſtantifica per modum voluntatis. Tres hypoſtaſes, id eſt ſuppoſita, vel perſonæ ſunt in diuinis. ſ. pater, & filius, & Spirituſſanctus.

Sequuntur quatuor relationes. ſ. paternitas, filiatio, proceſſio, ſpiratio. Sequuntur etiam quinque notiones. ſ. innaſcibilitas, paternitas, filiatio, proceſſio, ſpiratio. Paternitas, eſt generatio actiua. Filiatio, gñratio paſſiua. Proceſſio, eſt ſpiratio paſſiua. Spiratio, eſt ſpiratio actiua. Innaſcibilitas, eſt proprietas nobilitatis. ſ. a nullo produci. Proprietas perſonalis, eſt qua perſona proprie & principaliter innoteſcit. Et ſunt tres. ſ. paternitas, filiatio, ſpiratio paſſiua. Notio, eſt qua perſona innoteſcit, vt diſtinguatur ab alia. Innaſcibilitas, innoteſcit patrem principaliter per modum negationis, & ex conſequenti per modum poſitionis, id eſt, fontalis plenitudinis. Filius dicitur Imago, inquantum expreſſa ſimilitudo patris. Filius dicitur verbum inquantum eſt ſimilitudo expreſſiua. Filius dicitur filius, inquantum eſt ſimilitudo hypoſtatica. Secundo filius dicitur Imago vt ſimilitudo cõformis. Dicitur verbum, vt ſimilitudo intellectualis.

Dicitur filius, vt ſimilitudo connaturalis. Spirituſſanctus dicitur donum, vt datum voluntarium & præcipuum. Dicitur ſpiritus, vt datum voluntarium, & primũ. Dicitur charitas patris & filij, vt datum hypoſtaticũ. Prædicamenta quinq; vltima non ſunt in Deo, quia pertinent proprie ad corporalia. Prædicamenta quinq; vltima attribuuntur Deo figuratiue. Prędicamẽta quinque prima, ſecundũ id quod eſt complet in nis in eis, ſũt in Deo, & reducuntur ad duo, ſ. ſubſtantiam, & relationem. Ideo dicuntur duo modi prædicandi in diuinis. ſ. per modum ſubſtantiæ & relationis. Prædicare per modum ſubſtantiæ eſt prædicare de omnibus perſonis ſimul, & ſigillatim, & ſingulariter. Prædicare vero ſecundum relationem, aut eſt non dici de omnibus, aut ſi de pluribus, pluraliter dici. Eſſentia diuina dicitur, eſſentia, inquantum; communicabilis in abſtracto, ſed

Quę prædicamenta non ſunt in Deo.

dicitur

dicitur ſubſtantia,inquantum communicabilis in concreto. Sunt quinq. modi dicendi ſimul, & quærendi in diuinis. Quis ratione perſonæ, qui ratione hypoſtaſis,quæ ratione notionis,quod ratione ſubſtantię,quid ſiue quo,ratione eſſentiæ. Habitare Deum in nobis, eſt effectum ſpiritualem cauſare in nobis,cum accepta tione per charitatem qua Deus nos habet, & habetur a nobis, tota Trinitas autem inhabitat in homine. Deum apparere,eſt in ſigno ſenſibili expreſſe ſignificari,vt Spiritusſanctus apparuit in linguis igneis & columba,Deum deſcendere,dicit vtrunque ſcilicet inhabitare vel apparere. Deum mitti eſt,cum vtroque prædicto æternaliter produci. Deum ſedere in beatis, eſt glorificare beatos. Appropriare aliquas perſonis diuinis, eſt ipſa communia omnibus perſonis ad notitiam propriam perſonalium facientia, alicui perſonæ attribuere: vt patri vnitatem, æternitatem, principiationem,omnipotentiam. Filio veritatem, ſpeciem, exemplationem,omnem ſcientiam. Spirituiſancto bonitaté, vſum,finem,voluntatem. Vnum eſt ens indiuiſum in ſe. Verum,eſt ens intelligibile. Bonum,eſt ens communicabile. Deus,eſt omnipotens,non ꝙ poſſit actus culpabiles,vt mentiri,nec actus pœnales in ſe recipere vt timere,nec corporales vt dormire,nec inconuenientes, vt facere aliquem maiorem ſe. Eſt(inquam)Deus perfecte,vere,& proprie omnipotens, id eſt potens omnia,quæ ſunt alicuius potentiæ,& potentiæ completę. Potentia completa,eſt quæ non poteſt deficere,nec ſuccumbere,nec indigere. Potentia incompleta,quę poteſt in peccando deficere, in patiendo ſuccumbere, in corporali actione indigere. Potentia diuina,eſt quę nec eſt de nihilo,nec ſub aliquo,nec eget aliquo, nec culpabilia poteſt,nec pœnalia, nec materialia. Sapientia Dei eſt illa,qua limpidiſſime Deus cognoſcit omnia bona, mala,præterita,præſentia,& futura,actualia & poſſibilia: & per conſequens,eſt infinita,& incóprehenſibilis nobis. Sapientia Dei dicitur ſcientia,inquantum eſt cognitiua omnium poſſibilium. Dicitur viſio, reſpectu omnium actualiter exiſtentium. Dicitur approbatio, inquantum eſt reſpectu bonorum. Dicitur præſcientia,inquantum eſt reſpectu futurorum. Dicitur diſpoſitio,inquantum eſt reſpectu fiendorum ab ipſo Deo. Dicitur prædeſtinatio,reſpectu præmiandorum. Dicitur reprobatio,inquantum eſt reſpectu damnandorū. Dicitur lux,inquantum eſt ratio cognoſcendi omnia. Dicitur ſpeculum, inquantum eſt ratio cognoſcendi viſa & approbata. Dr exemplar, inquantum eſt ratio cognoſcendi præuiſa & diſpoſita. Dicitur liber vitæ, in quantum eſt ratio cognoſcendi prædeſtinata. Sapientia Dei eſt liber vitæ, reſpectu rerum, vt redeuntium, exemplar,vt exeuntium,ſpeculum,vt euntium, lux,reſpectu omnium. Ad exemplar ſpectat idea ſecundum actum præuidendi. Verbum ſecundum actum proponendi. Ars ſecundum actum proſequendi. Ratio ſecundum actum perficiendi. Simplex Dei notitia eſt, qua cognoſcit Deus bona & mala,quæ ſunt,fuerunt & erunt,& poſſunt eſſe,quæ etiam nunquam erunt. Notitia viſionis eſt,qua cognoſcit Deus omnia mala, quæ ſunt,fuerunt,& erunt. Notitia approbationis eſt qua cognoſcit tantum bona,quæ ſunt,fuerunt,& erunt. Voluntas Dei dicitur ratione regulata prouidentia, qua omnia quæ in vniuerſo fiunt, irreprehenſibiliter gubernantur. Deus eſt cauſa efficiens mundi,ratione cuius eſt in creatura vnitas, modus, & menſura. Deus eſt cauſa exemplaris mundi,ratione cuius eſt in creatura veritas,ſpecies, & numerus. Deus eſt cauſa finalis mundi ,ratione cuius eſt in creatura bonitas, ordo,& pondus. Liber intus ſcriptus,eſt Dei ęterna ars,& ſapientia. Liber foris ſcriptus,eſt mundus ſenſibilis. Obedientia mera eſt, quando præceptum ex ſe ſolum obligat,non ex aliqua alia cauſa. Ordo Angelorum ſecundum Gregor. eſt multitudo cœleſtium ſpirituum, qui inter ſe in aliquo munere gratiæ ſimilantur ,ſicut & in naturalium donorum munere conueniunt. Hierarchia diuina,eſt ipſa Trinitas increata. Hierarchia angelica,eſt Angelorum multorum habitudo ad inuicem in ſcientia,actione,deiformitate,illuminatione,& in Deū aſcenſione. Hierarchia eccleſiaſtica,eſt rerum ſacrarum,& rationalium ordinata poteſtas,debitum in ſubditis retinens principatum. Angelus,eſt ſubſtantia incorporea,intellectualis,ſemper mobilis,arbitrio libera, Deo ſeruiens,gratia non natura immortalitatem ſuſcipiens,id eſt,annihilationem, quia incorruptibilitatem proprie habet ex natura. Anima,eſt ſubſtantia ſpiritualis corpori,vt forma rectrix,& viuificatrix accommodata,& ad æternam beatitudinem principaliter ordinata. Senſualitas,eſt potentia animæ quæ ſenſificat corpus,& mouet, & appetit delectabilia corpori, & refugit nociua. Senſus,eſt illa vis animæ,qua homo cognoſcit res corporeas præſentes. Imaginatio,eſt illa vis animæ,quæ intuetur res corporales abſentes. Ratio,eſt illa vis animæ,qua anima inter bonum & malum, inter verum & falſum diſcernit infra ſe. Intellectus,eſt illa vis animę , qua anima apprehendit res immateriales, & intelligibiles. Portio aīæ ſuperior,eſt ipſa aīa inquantum reſpicit ſuperiora. Portio animæ inferior, eſt ipſa anima,inquantum reſpicit inferiora. Senſus communis eſt in quo omnes ſenſus particulares concurrunt. Phantaſia eſt virtus animæ ſenſitiua,quę componit formas nouas,ſecundum ſimilitudinem formarum a particularibus ſenſibus receptarum Aeſtimatiua, eſt illa vis aīe,qua dicimus eſſe ſagacitatē in brutis,vt in vulpe. Memoria eſt illa vis,quæ conſeruat formas ſenſibilium ſpecierum. Motiua ſenſitiua eſt vis, qua anima ſingula membra corporis mouet. Intellectus ſpeculatiuus eſt ille,qui exercetur in ſpeculatione veri. Intellectus practicus eſt ille,qui exercetur in operatione boni. Vis animalis eſt illa, qua animal corporea obiecta cognoſcit & appetit. Vis vitalis,eſt vis motiua aeris in corpore animalis per arterias. Vnde vis naturalis eſt illa,qua corpus animalis nutritur,& conſeruatur ſpecies. Vis generatiua eſt illa,qua conſeruatur ſpecies. Nutritiua eſt illa, qua conſeruatur indiuiduum Oraculum ,eſt cum in ſomnis apparet aliqua grauis perſona,vt Deus,ſacerdos,vel parens, denuncians aliquid euenturum,vel non faciendum,vel vitandum. Viſio eſt,cum id quis videt,quod euenit ſicut apparuit. Somnium,eſt ſiguris tectum,& ſine interpretatione intelligi non poteſt. Inſomnium eſt,quando id quod vigilantem fatigauerat,ſe ingerit dormienti. Phantaſma eſt,quando vix dormire cœperit quis,& vigilare ſe exiſtimat,& videtur aſpicere irruentes ſuper ſe,vel paſſim vagantes formas,diſcrepantes & varias,lætas & turbulentas. Imago Dei in natura rationali,eſt ſimilitudo expreſſa,tamen deficiens in aliquo trinitatis increatæ, conſiſtens in memoria,intelligentia,& voluntate. Libertas a coactione,eſt facultas rationis,& voluntatis, coniungens ex deliberatione preambula, & voluntate adiuncta,& dicitur liberum arbitrium. Cauſa eſt principium productiuum. Ratio cauſalis, eſt regula dirigens ipſum efficiens in productione, quæ regula eſt idea in Deo,in creatura forma naturalis. Rationes cauſales,ſunt formę ideales. Rationes ſeminales, ſunt formę naturales. Ratio primordialis,eſt ratio cauſalis, tamen cum reſpectu ad Deum,vt primū principium. Veſtigium Dei eſt creatura,repreſentans Deum in rationibus omni creaturę communibus,vt eſt vnitas, veritas,& bonitas. Similitudo eſt conformitas Dei in gratuitis,vt fide,ſpe,charitate. Imago creationis conſiſtit in tribus potentijs animę ,& vnitate ſubſtantię, ita, ꝙ memo-

Potentia duplex.

Sapientia multipliciter dicta.

Portio animę duplex

Ratio multiplex.

memoria repræsentat patrem, intelligentia filium, & voluntas Spiritumsanctum, & vnitas substantiæ repræsentat vnitatem diuinæ essentiæ. Imago recreationis consistit in tribus virtutibus theologicis, & vnitate gratiæ gratum facientis, ita quòd fides repræsentat filiũ, spes patrem, charitas spiritũ sanctum, vnitas gratiæ, vnitatẽ essentię. Imago glorificationis consistit tribus dotibus, & vnitate gloriæ, ita ꝙ aperta visio repræsentat filium, secura tentio repræsentat patrem; perfecta dilectio Spiritumsanctum, vnitas gloriæ repræsentat vnitatem essentiæ.

Malũ multiplex.

Malum, est priuatio modi, speciei, & ordinis. Nã creatura comparatur ad Deum in ratione effectus causæ efficientis, formalis, & finalis, & ratione primi habet rationem modi, ratione secũdi habet rationem speciei, ratione tertij habet rationem ordinis. Malum culpę, est carentia debitæ honestatis. Malum pœnæ, est abstinentia debitæ delectationis cum sensu sui contrarij. Malum pugnæ est culpa diabolo in instigando, & est pœna iusto in repugnando. Malum secundum se & in se & quod nullo modo potest bene fieri, vt odium Dei. Malum in se sine in genere, ꝙ aliquando potest bene fieri, vt occidere hominem. Malum ex circunstantia, est malum, quod in se est bonum, tamen propter aliquam circunstantiam annexam fit malum. Tentare, est probare. Peccatum originale, est carentia debitæ iustitiæ per inobedientiam Adæ facta, quam comitatur carentia visionis diuinæ.

Peccatum multiplex.

Peccatum actuale, est carentia debitæ iustitiæ, acta per inobedientiam propriæ voluntatis. Peccatum veniale est amor voluptatis in creatura circa Deũ. Peccatum mortale, est inobedientia mandatorum diuinorum. Delictum, est transgressio preceptorum affirmatiuorum. Commissum, est transgressio præceptorum negatiuorum.

Preceptũ multiplex.

Præceptum affirmatiuum est, quod ordinat quid debeat fieri. Preceptum negatiuum, est quod ordinat quid non debeat fieri.

Ignorãtia multiplex.

Ignorantia negationis, est simpliciter aliquid non scire, sicut brutum non scit Deum. Ignorantia priuationis, est ignorare aliquid, postquam sciri potuit, & tenebatur scire. Ignorantia dispositionis, est non scire veritatem & cũ hoc tenere oppositam falsitatem. Ignorantia simplex, est nescire, quæ tenetur homo scire, facit aliquid sed nõ sufficienter. Ignorantia crassa siue supina, est nescientia eorum, quę tenetur scire, & non velle aliquem laborem subire vt sciat. Ignorantia affectata, est nolle scire ea, ad quæ tenetur. Peccatum cordis est transgressio legis diuinæ per inordinationem intrinseci motus mentis. Consensus est nutus voluntatis spontaneus. Conscientia est naturale iudicatorium quid faciendum, vel non faciendum sit. Perplexitas est inuolutio inter opposita, ita ꝙ videtur semper vergere in peccatum, quãcunq; partem eligat. Contentio est veritatis impugnatio, cum confidentia clamoris. Mendacium est falsa significatio vocis, cum intentione fallendi. Iurare est Deum inuocare in testem suę locutionis. Periurium est mendacium, iuramento firmatum. Adulatio est sermo laudis alicui exhibitus, intentione placendi. Maledicere est alicui plagas, vel pœnas, verbo optatiuo imprecari. Detractio est famæ alienę denigratio. Peccatum operis, transgressio legis diuinæ per inordinationem extrinseci motus.

Superbia multiplex.

Superbia est amor, vel appetitus proprię excellentię. Inanis gloria est amor laudis proprię propter excellentiam apparentem. Inobedientia est voluntas fingens minorationem potestatis, nolens subiacere superioribus in debitis. Iactantia est voluntas propter apparentiam, propriam potestatem ostendens. Hypocrisis est voluntas per speciem sanctitatis, se simulans fallaciter in aperto, & viliter agens in occulto. Inuidia est dolor, vel odium fęlicitatis alienę. Odium est voluntas affectans proximo malum, vt careat bono, ꝙ ipsum odientem contristat. Susurratio est voluntas loquendi seminans discordias inter fratres. Ira est motus, & feruor sanguinis circa cor, ex euaporatione fellis propter appetitum vindictę. Fellea passio est subitus animi motus, impatiens lęsionis. Mania est manens ira. Cetus est obseruatio opportuni temporis ad vindictã. Rixa est audax voluntas vindicandi iniuriam, facti pręcedens. Contumelia est voluntas vindicans, per exprobrationem malorum. Blasphemia est voluntas vindicans, per opprobrium Deo vel sanctis illatum. Acedia est tædium operandi bonum. Pusillanimitas est voluntas immoderate metuens grauedinem, in aggressu agendorum. Desperatio est voluntas grauedinem reprimens, de adiutorio ad perficiendum bonum diffidens, de remuneratione diuina diffidens. Torpor est voluntas grauedinis impatiens, tepida ad explendum inchoata. Auaritia est amor immoderatus habendi. Prodigalitas est superfluitas quæ dat non danda. Furtum est Auaritia rapiens, vel retinens rem inuito Domino. Rapina est auaritia, violenter occupans rem alienam. Vsura est auaritia, acquirens per mutuum aliquid pręter sortem. Simonia, est auaritia, studiose appetens vendere, vel emere spiritualia, vel spirituali annexum. Proditio est voluntas per deceptionem domesticorum acquirendis inhians. Fallacia est voluntas per verba decipiens proximum, causa lucrandi. Fraus est voluntas profectum proximi decipiens, propter terrenum emolumentum. Gula est immoderatus amor edendi. Luxuria est concupiscentia nimia experiendę voluptatis. Peccatum ignorantię est omissio debitę scientię. Peccatum ex ignorantia est peccatum ꝙ committitur ignoranter, & si non fuisset ignorantia, non fuisset commissum. Peccatum ex industria est auersio voluntatis malignantis a summe clemente Deo. Peccatum ex infirmitate est auersio voluntatis male humiliatę, vel male in amore accẽsę.

Peccatum multiplex.

Peccatum in Deum, dicitur impietas, Peccatum in proximum, dicitur iniquitas. Peccatum in seipsum, dicitur impuritas. Idolatria est falsa & superstitiosa protestatio maiestatis diuinę in idolo. Apostasia est temerarius a statu fidei, vel obedientiæ, vel religionis recessus. Schisma est illicita dissensio eorum, inter quos debet esse vnitas. Heresis est recessus a vera fide. Diuinatio est superstitiosa inuestigatio pręscientiæ futurorum. nigromantia est diuinatio facta in cadaueribus mortuorum. Geomantia est diuinatio facta in terra. Ydromantia est diuinatio facta in aqua. Aeromantia est diuinatio facta in aere. Pyromantia est diuinatio facta in igne. Maleficium est mulierum opus, vel ligatura alicuius rei, in damnum, vel commodum alicuius hominis. Sortilegium est diuinatio per sortes. Augurium est diuinatio per garritus, vel gestus auium. Præstigium est per ꝙ diabolicis illusionibus oculi hominum perstringuntur, ne possint cernere verum. Hipocrisis est velle videri, qualis non est.

Gratia multiplex.

Gratia generaliter dicitur adiutorium diuinum, creaturę liberaliter & gratis impensum, ad quemcunq; actum indifferenter. Gratia gratis data est adiutorium diuinitus datum, vt quis pręparet se ad suscipiendum Spiritusancti donum, quo perueniat ad statum meriti. Gratia gratũ faciens est adiutorium diuinitus datum ad merendum. Fides est habitus, quo creduntur ea, quę non videntur. Spes est virtus, qua spiritualia & ęterna bona cum fiducia expectantur, propter confidentiam meritorum pręcedentium, & gratiam diuinã. Charitas est virtus, qua diligitur Deus propter se, & proximus propter Deum. amor est naturalis affectio communis rationalibus & irrationalibus. Dilectio est affectio rationalium & intellectualium. Prudentia est notitia eorum, quæ sunt agenda, & eorum quę sunt vitanda. Memoria est notitia præteritorum, vt pręterita sunt. Intelligentia prudentię, est notitia pręsentium. Prouidentia est notitia futurorbm.

torum. Circunspectio est cautela contrariorum vitiorum. Cautio est discretio virtutis a vitio, speciem virtutis præferente. Docilitas est prudentia erudiendi imperitos. Temperantia est domatio libidinum & omnium malorum motuum, Deo hominem incorruptũ conseruans. Continentia temperantiæ est regimen cupiditatis, per consilij gubernationem. Clementia est virtus, per quam animus in odium alicuius temere concitatus, benignitate remittitur. Modestia est virtus, qua pudor honestatis comparat puram & stabilem autoritatem. Verecundia est obseruatio honestatis in gestu, & verbo. Fortitudo est magnarum rerum appetitio, & humilium contemptio, & cum humilitate laborum perpessio. Magnanimitas est difficilium spontanea & rationabilis aggressio. Fiducia est certa spes animi perducendi ad finem rem inchoatam. Securitas est habitus, secundum quem imminentes incommoditates, & rei inchoatæ affines non formidantur. Magnificentia est magnarum rerum & excelsarum, cum animi ampla quadam & splendidissima propositione cogitatio, atque administratio. Constantia est stabilis in bono perseuerantia. Patientia est æquanimis malorum tolerantia. Fidentia est in magnis & honestis firma fiducia, & tuta collocatio. Perseuerantia est finalis permanentia in bono. Iustitia est virtus qua sibi Deo & proximo, quod suum est tribuitur. Seueritas est virtus debito supplicio coercens iniuriam. Liberalitas est virtus beneficiorum erogatrix. Latria est cultus soli Deo debitus, qui fit fide, spe, & charitate. Dulia est seruitus creaturæ debitus. Hyperdulia est seruitus, vel cultus excellentibus creaturis debitus. Reuerẽtia est virtus, qua personis grauibus, & prælatione, vel officio sublimatis, debitus cultus reuerentiæ impẽditur. Pietas est virtus, qua consanguineis, & patriæ beneuolis diligens cultus impenditur. Gratia iustitiæ est beneficia iugi memoria recordari, & possibiliter rependere. Vindicatio est virtus, qua omne iniustum repellitur, & debite punitur. Obseruantia est virtus, qua superiores honorifice tractantur. Veritas est virtus, qua rebus cor & verba concordare iubentur. Innocentia est animi puritas abhorrens omnem illationem iniuriæ Deo, sibi, & proximo. Amicitia est dilectio alicuius proximi propter bonum ipsius proximi. Concordia est voluntatum, & actionũ conformitas. Misericordia est compassio miseriæ, & indigentiæ proximi. Disciplina est conuersatio honesta, cui parum est nõ agere malum, sed studet in bonis suis actibus irreprehensibilis apparere. Obedientia est obtemperatio voluntati superioris secundum regulas legis diuinę vel humanæ. Aequitas est amor æqualitatis in his, in quibus ęquitas esse debet. Contemplatio est clara & libera perspicacia ad cognoscendum diuinam sapientiam, & propriam & naturalem possibilitatem. Oratio est ascensus mentis in Deum, siue est expressio desiderij directi in Deum, ad bonum adipiscendum, vel malum remouendum, formata per verbum interius & exterius. Sacramentum est materiale elementum oculis subiectum, similitudine repręsentans, institutione significans, significatione gratiam conferens. Baptismus est tinctio corporis exterior facta, sub forma verborũ præscripta. Confirmatio est signatio hominis baptizati in fronte, facta ab Episcopo ad roborandum hominem in fide. Eucharistia est vera & realis præsentia corporis & sanguinis Christi sub speciebus panis, & vini. Pœnitentia est absolutio hominis peccatoris pœnitentis a sacerdote, claue non errante, pœnam ęternam in tẽporalem diuina auctoritate commutante. Vnctio extrema est vnctio hominis infirmi a sacerdote, in remissionem venialium peccatorum. Ordo est signaculũ, quo spiritualis potestas traditur ordinato. Matrimonium est viri mulierisque cõiunctio maritalis, inter legitimas personas, indiuiduam vitæ consuetudinem seruans. Pręmium substantiale consistit in visione, fruitione, tentione vnius summi boni. Præmium consubstantiale consistit in gloria corporis. Præmium accidentale consistit in quodam decore speciali superaddito, & dicitur aureola.

Aureola multiplex.

Aurea est ipsa beatitudo substantialis. Aureola est gloria incorruptionis secundum profectum trium virium animæ in carne operantium, s. vis irascibilis, concupiscibilis, & rationalis. Aureola virginum, est gloria de incorruptione carnis, attestante incorruptione mentis. Aureola martyrum est gloria de inuicta sustinentia mortis pro fide vel iustitia. Aureola prædicatorum est gloria de incorruptione doctrinæ ad alterum prolatæ mente, verbo, & exemplo. Hæc sunt charissime frater paucula, quæ pro vsu & exercitio tibi relinquo, postquam, Deo dante, te iterato videro, latius tibi exponam.

SVMMA S. HIERONYMI

De essentia, & inuisibilitate, & immensitate Dei, quæ S. Bonauenturæ ascribitur.

OMnipotens Deus, Pater, & filius, & Spiritussanctus, vnus est atque trinus, vnus videlicet extat in natura, trinus in personis, solus inuisibilis, solus incircunscriptus, incorporeus, & immortalis, vbique presens, sed latens, vbique totus, sed immensus. Inuisibilis est, quia in essentia sua videri non potest, Apostolo testante, qui ait: Quem vidit nullus hominum, sed nec videre potest.

1. Tit. 6.

Ioan. 1.

Et in Euangelio. Deum nemo vidit vnquam. Incorporeus est, quia nullis membrorum lineamentis compositus, siue compactus existit, sicut veritas in Euangelio dicit. Spiritus est Deus. & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.

Ioan. 4.

Immensus est, quia quantitas eius, vel qualitas a nullo etiam metiri potest. Cui Salomon in sua oratione supplicans ait.

3. Reg. 8.

Si cœlum & cœli cœlorum te non capiunt, quanto magis & domus ista quam ędificaui? circunscriptus est, quia circunscribi non potest. Inlocalis est, quia de loco ad locum nequaquam transit neque quolibet retinetur, ipso de se per Isaia. testimonium perhibente. Cęlum sedes mea est, terra scabellum pedum meorum.

Isa. 66.

Hier. 23.

Psal. 138.

Et per Hierem. Nonne cœlum & terram impleo? Cuius immensitatem Propheta in Psalm. confitens ait. Si ascendero in cœlum, tu illic es, &c. De cuius immensitate adhuc in libro Iob scriptum est Excelsior cęlo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces? Longior est terra mensura eius, & latior.

Iob. 21.

Quia enim cœlum & terram implet, procul dubio nullus locus est ab eius præsentia absens. Super omnia quippe est regendo atque imperando. Subtus est omnia sustinendo atque portando, non pondere laboris, sed insatigabili virtute. Immutabilis est, quia ab eo ꝙ est, mutari non potest: ipso dicente per Malachiam prophetam qui ait Ego Dominus, & non mutor.

Mal. 3.

Ideo Deus immutabilis dicitur, quia in natura eius ira, furor, pęnitentia, obliuio, recordatio, & alia his similia non accidunt. Simplex. n. natura est, immutabilis. & imperturbata. Neq; aliud ipse & aliud ꝙ habet, sed ipsum est, ꝙ habet & ꝙ est. Immortalis est, quia nullo modo mori põt. Apost. dicente Qui solus habet immortalitatẽ, lucem habitat inaccessibilem: quem vidit nullus hominum, sed nec videre potest.

1. Phil. 6.

Quo mem brorũ descriptio fit in Deo.

Vbicunq; autẽ sacra scriptura sparsim per diuinos lib. in Deo motus animi secundum humana membra describit, id est, caput, capillos, oculos, palpe-

bras,aurem,narem,os,labia,cor , linguam,imaginem ,
vultum,vterum , manus , dexteram , finiltram,digitos
siue digitum,alas,scapulas,posteriora, pedes.Item mo-
tus animæ.Iram,furorem,obliuionem, pœnitentiam ,
recordationem,& his similia, non carnaliter iuxta hi-
storiam a recte diligentibus accipienda sunt,sicut a Iu-
dæis plerisque hçreticis carnaliter sapientibus,qui Deũ
corporeum atque localem opinantur,sed spiritualiter
omnia de eo intelligenda & accipienda sunt. Si quis au
tem dicit Deum habere humana membra , secundum
motum animæ more humano, quod caput secum cre-
dit,proculdubio in corde idola fabricat.Igitur vt dictũ
est,figuraliter debet capi,ideo caput legimus ipsam es-
sentiam,diuinitatis eius,quia omnia præcedit,& omnia
subiecta intelligere debemus.Capillos vero capitis eius
sanctos Angelos,sed vniuersos electos typice accipi o-
Dan.7. portet. Dequo sacro libro Danielis scriptum est. Aspi
ciebam donec throni positi sunt , & antiquus dierum
sedit.Vestimentum eius quasi nix candidum , & capilli
capitis eius quasi lana munda . Hoc enim signat per ve
stimenta candida Dei,quod & per capillos capitis eius.
sanctos videlicet Angelos,& multitudinem sanctorum
dealbatorum. Vel certe,Ideo capilli eius lanæ mundæ
comparantur,vt per hoc antiquus dierum esse creda-
tur.Oculos dicitur Deus habere,pro eo quia videt , &
nihil eum latet.In eius enim conspectu(vt ait Apost.)
Hebr. 4. nulla creatura est inuisibilis.Omnia enim nuda & aper
ta sunt oculis eius. Aliter vero oculi respectu gratiæ
Psal.33. eius intelliguntur,vt est illud in Psalm. Oculi Domini
super iustos,& aures eius ad preces eorum.Item aliter.
Oculi Domini præcepta,per quę nobis lumen scientiæ
Psal.18. subministrat,mystice intelliguntur,vt est illud in Psal.
Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Palpe
bræ Domini occulta & incompræhensibilia iudicia, si-
ue spiritualis in diuinis libris eius locutio innuit. De
Psalm. 10. quibus occultis,& incompræhensibilibus sacramentis
atque iudicijs dictum est in Psalmis.Palpebræ eius in-
terrogant filios hominum,hoc est,probant.Aures dici
Sap. 1. tur Deus habere propterea , quod omnia audit , & nil
eum sub silentio latet,de quo in libro sapientiæ . Auris
cœli dedit omnia , & tumultus murmurationum non
2.Reg.22. absconditur. Nares Dei inspiratio eius in corde fide-
lium,vt est in libro secundo Regum.Ascendit fumus
de naribus,id est,lacrymosa compunctio pœnitentium
inspiratione eius.Facies Dei, cognitio diuinitatis eius
Psal.79. ad homines . De qua cognitione in Psalmis scriptum
est.Ostende nobis faciem tuam,hoc est , da nobis co-
Matt. 11. gnitionem tuam,quia cognitio per filium . Nemo no-
uit patrem nisi filius,& cui voluerit filius reuelare. A-
liter vero facies Dei significat inuisibilem essentiam di
uinitatis Dei filij . De qua ipse Dominus ad Moysen
Exod. 33. per Angelum respondit.Posteriora mea videbis , faciẽ
aũt meam videre non poteris,ac si diceret.Incarnatio-
nem meam videbis in nouissimis diebus , diuinitatem
videre non poteris.Os Dei filius patris,id est,Christus
Tren. 1. Dominus,de quo Hieremias Propheta ex persona Iu-
dæorum effatus,ait:quia os eius ad iracundiam prouo
cauimus. Aliter vero os Domini,sermo eius siue iussio
Isa.25. accipitur . De quo sermone Domini Isaias Propheta
ait.Os Domini locutum est,hoc est,verbum Dei filius
Psal.32. Dei patris per quem omnia facta sunt.De quo in Psal-
Psal.106. mo dicitur.Verbo Domini cœli firmati sunt . Et alibi.
Ioan.1. Misit verbuum suum & sanauit eum.Et in Euangelio
secundum Ioannem.In principio erat verbum,&c.Lin
gua Dei mystice significat Spiritum sanctum , per quẽ
Psal.44. Deus pater secretum suum manifestauit hominibus.
Vnde dicitur in Psalmo. Lingua mea calamus scribæ.
Labia Dei vtriusque testamenti consonantia intelligũ
tur,de quibus duobus testamentis in Prouerbijs dici-
tur. Diuinatio in labijs eius in iudicio non errauit os e- Proue.16.
ius.Brachia dei patris,filius,& Spiritussanctus intelligũ
tur,sicut est in Isaia.Brachia mea populus iudicabun- Isa.51.
tur.De quo Hier.ad ipsum ait.Et nunc dñe deus , qui Hiere. 32.
eduxisti populum tuum de terra Aegypti in manu for
ti,& brachio extento . Ideo autem filius dicitur bra-
chium dei,quia creatura electa ab ipso continetur.Dex
tera patris vnigenitus filius accipitur.de quo in Psalmo Psal. 117.
dicitur ex persona hominis assumpti . Dextera domini
fecit virtutem,dextera domini exaltauit me.Aliter ve-
ro dextera domini significat gloriam patris,& æternam
beatitudinem.De quo dicitur in Psalmo ex persona pa Psal.109.
tris ad filium.Sede a dextris meis. Dicitur autẽ & dex-
tera dei omnis electa creatura in cęlo & in terra.Sic per
sinistram eius intelligitur reproba creatura,id est, dæ-
mones & omnes impij,qui ad leuam positi,æterna sup
plicia sustinebunt. Manus patris,filius dei accipitur,pro
eo quòd per ipsum omnia sunt facta , sicut est reperire
in Isaia. Omnia hæc manus mea fecit,& per eam facta Isa 66.
sunt omnia. Aliter vero manus dei,potestas eius intelli
gitur. De qua potestate in libro Hiere.dicitur.Sicut lu Hier.18.
tum in manu figuli,ita vos in manu mea domus. Israel.
Item manus domini flagellum accipitur,de cuius per- Soph.1.
cussione in Sophonia propheta scriptum est . Extendã
manum meam super Iudam,& super habitantes Hie-
rusalẽ,& disperdã de locu hoc reliquias Baal. Pro qua
etiam domini percussione beatus Iob de seipso ait;Ma Iob.19.
nus domini tetigit me. Digitus domini singulariter Spi
ritussanctus accipitur.A quo Spiritu sancto lex in dua-
bus tabulis lapideis in monte Synai scripta narratur.Ip
se enim scripsit,qui scribenda dictauit,id est,Spiritussan Luc. 11.
ctus. De quo spiritu dominus in Euangelio. Ego in di-
gito dei eijcio dęmonia.Qđ alius etiã Euangelista aper
te declarans,ait . Si ego in spiritu dei eijcio dæmonia. Matt. 12.
Sicut enim digitus cum manu vel brachio,manus vero
vel brachium cum corpore sunt in natura vnum:ita pa
ter,& filius,& Spiritussanctus tres quidem personę sũt,
vna vero substãtia diuinitatis. Digiti dei pluraliter san
cti intelliguntur Prophetæ , de quo Spiritussanctus li-
bros legis ac Prophetarum sua inspiratione describit .
De quibus dicitur in Psalm. Videbo cœlos tuos , opera Psalm. 8.
digitorum tuorum.Per cœlos enim libros legis ac Pro
phetarum. Per digitos vero sanctos (vt dictum est)pro
phetas mystice insinuauit . Imago Dei patris inuisibi-
lis,vnigenitus filius eius intelligitur,de quo Apostolus:
Imago Dei inuisibilis. Aliter nanque imago dei patris
in filio suo, quem nõ aliunde,sed ex semetipso;hoc est,
ex substantia sua per omnia similem sibi , & æqualem
genuit . Aliter vero animam hominis quam non ex se Col.1.
de sua substantia , sicut plerique hæretici opinati sunt,
genuit,sed ex nihilo creauit : sicut aliter est imago cu-
iuslibet regis in filio eius , quam ex semetipso similem
sibi genuit,id est,homo hominem. Aliter vero in anu-
lo siue in cera imago eius impressa , quæ non est quod
ipse:sic filius , qui naturaliter est hoc quod & pater .
Cor Dei patris arcanum eius sapientiæ mystice innuit,
ex quo verbum, id est , filium suum impassibiliter ge-
nuit , ipso dicente : Eructauit cor meum verbum bo- Psalm. 44.
num . Alas dicitur habere Deus,pro eo,quòd more a-
uis,electos suos tanquã pullos sub se fouet,& ab insidijs
diaboli & malorum hominum protegit . Vnde Pro-
pheta , Sub vmbra alarum tuarum protege me . Sca- Psalm. 16.
pulas habere dicitur,quoniam infirma membra in sca-
pulis portat . Sicut est in Psal.Scapulis suis obumbra- Psalm. 90.
bit tibi. Venter Dei secreta origo substantiæ eius acci- Psal. 109.
pitur. Vnde in Psalmo. Ex vtero ante luciferũ genui te
Aliter per vterum Dei,incompræhẽsibilia iudicia Dei,
quæ rimari nequent,mystice insinuantur. De quo oc-
culto iudicio eius in libro Iob scriptũ est. De cuius vte

ro egressa

Digitized by Google

ro egressa est glacies,& gelu de cœlo,quis genuit? Po-
steriora filij Dei,incarnatio eius accipitur,de qua poste
Exod. 33. riori parte filius in monte Synai ad Moysem per Ange
lum loquens,ait.Posteriora mea videbis,faciem autem
meam videre non poteris. Pedes Dei stabilimentum
virtutis eius,eo q̃ vbique præsens,& vniuersa ei subie-
Isa.66. cta sunt. Illo ipso dicente per Isa.prophe. Cœlum mihi
sedes est,terra autem scabellum pedum meorum. Ali-
ter pedes filij Dei,incarnatio eius intelligitur,quæ diui
nitati subiecta est,tanquam capiti pedes. Sicut per ca-
put diuinitas,per pedes eius exprimitur humanitas: de
Exod. 24. humanitate in Exod. scriptum est. Viderunt Deum
Israel.hoc est,Moyses,& Aron,& Nadab,& Abiud,&
70.de senioribus populi. Sub pedibus eius quasi opus
lapidis saphirini,& quasi cœlum dum serenum est. Si-
cut autem per lapidem saphirum cœlestes, vel sanctos
Angelos,ita per cœlum serenum sanctam Ecclesiam e-
lectorum,ex omnibus assumptam figualiter demon-
strare voluit: super quas duas creaturas homo assum-
Psalm.8. ptus filius Dei in perpetuum regnat. De quo in Psalm.
Vestiméta Omnia subiecisti sub pedibus eius. Vestimentum filij
Dei. Dei aliquando caro eius,quæ a diuinitate assumpta est
Isa.63. in diuinis libris figuraliter accipitur,de quo indumen-
to carnis Isaia ait. Quis est iste, qui venit de edō tinctis
vestibus de bosra? Rursus per vestimentum eiusdem
Domini sancta accipitur Ecclesia,quæ per fidem & di-
lectionem ei coniuncta est,de quo in Psalm.dicitur,Do
Psal.92. minus regnauit. Et in Psalm.alio ad ipsum Dominum.
Psal.103. Confessionem & decorem induisti amictus lumine si-
cut vestimento.Pallium Christi,iam dicta eius Eccle-
Gen. 49. sia intelligitur. De quo in libro Geneseos scriptum est.
Lauit in vino stolam,hoc est,in passionis sanguine car-
nem suam.Claciamenta Domini nostri Christi,mysti-
ce significant incarnationem eius,quam ex mortalitate
humani generis assumere dignatus est. De qua incarna
Psal. 107. tione sua ipse dicit per prophetam in Psal.In Idumæam
extendam calciamentum meum, idest in plebe genti-
lium manifestabo incarnationem meam. Gressus filij
Psal.67. Dei, aduentus in mundum, & regressus eius ad pa-
trem. De quibus ait. Visi sunt gressus tui Deus, egres
sus Dei mei,regis mei,qui est in sancto.Ipse de cœlo ve
nit in vterum virginis. De vtero vero nascendo,positus
est in præsepio, postquam omnia impleuit, de quibus
a patre missus venerat,appensus est in ligno crucis, de
cruce autem depositus,secundum corpus sepultus est.
Christi anima verò ad inferna descendit, tertia autem
die per potentiam suæ diuinitatis carnem suam de se-
pulchro suscitauit, & post resurrectionis suæ quadra-
gesimum diē (videntibus Apostolis)ascēdit in gloriam
eius. Hi sunt enim egressus filij,qui ascendit in cælum,
& sedet ad dexteram patris. Iste est descensus & ascen-
sus eius,qui frequenter in sacris scripturis legitur. A-
scendere dicitur Deus, cum filius carnem ex nobis as-
sumptam in cœlum cum captiuis euehit, vt est reperi-
Psal.67. re in Psal. Ascendit in altum captiuam duxit captiuita-
tem, qua naturam humani generis, quę a diabolo in
mundo captiua retinebatur, assumens secum in cœ-
lum,vbi nunquam ante fuerat tanquam captiuam de-
portauit. Abscondere ab hominibus faciem suam
Deus legitur,cum quibusdam eorum exigentibus cul
pis cognitionem suam abscondit. Sicut in populo Iu-
dæorum nunc impletum videmus,qui negantes filium
Dei, scientiam veri Dei ita perdiderunt,vt similes fo-
rent gentibus,quæ Dominum non nouerunt.Ostende
re faciem suam dicitur Deus,cum respectu gratiæ suæ,
quibus vult, scilicet electis suis, seipsum in corda eo-
rum occulta inspiratione insinuat, & ad diligendum se
amorem suum infundit.Sedere dicitur,non corporali-
ter humano more,sed potentialiter super omnem crea
Psal.46. turam rationabiliter,vt est reperire in Psalm.Regnauit
Deus super gentes, Deus sedet super sedem sanctam
suam. Sedere autem dicitur super Cherubin,quod in-
terpretatur plenitudo scientiæ,per quod signantur san-
cti Angeli,siue mentes spiritualium virorum,in quibus
inuisibiliter Deus sedet & regnat in illis. In illis enim
sedēt,qui scientia eius & dilectione pleni sunt. Nam
scriptum est. Anima iusti sedes sapientię est. Sapientia Sap.1.& 2
vero Dei patris,Christus est,qui animabus sanctorum
Dei sedere dicitur,Descendere Deus in mundum dici-
tur,quando aliquid nouum,quod ante fecerat,in crea-
tura humana operatur.Sicut filius de patre descendisse
narratur,quando veram carnem ex Maria virgine pro
pter redemptionem nostram suscepit: & homo verus
fieri dignatus est,non mutando quod erat,sed assumen
do quod non erat. De cuius descensione,id est incarna Psalm. 17.
tione,in Psalm.scriptum est. Inclinauit cœlos & de-
scendit,& caligo sub pedibus eius. Cœlos inclinauit,
quia aduentum suum prænuncians,Angelos siue pro-
phetas misit,qui eius aduentum hominibus annuncia
rent. Caligo sub pedibus eius,quia impij homines ob
suam malitiam,incarnationem eius agnoscere nō potue
runt,nec adhuc possunt. Stare Deus dicitur,cum nos
infirmos & suam creaturam ad pœnitentiam & con- Abac.
uersionē patiēter sustinet,vt est reperire in Abacuc pro
pheta. Stetit,& mensus est terram,& dissoluit gentes,
id est,stetit ab subueniendum, & dissoluit credentes
in se a vinculis peccatorum. Transire dicitur Deus,
cum de cordibus quorundam hominum,in quibus an
tea per fidem continebatur,postea subrepente perfidia
vel quolibet delicto,ab eis recedit,& ad alios transit,
quemadmodum de Iudæis ad gentes; de hæreticis ad
catholicos, sed & de quibuslibet irreligiosis & negli-
gentibus pro vitio suo recedere dicitur Deus, & ad a-
lios transire,quod non localiter aut visibiliter,sed inui-
sibiliter,occulto iustoque iudicio, facere consueuit.
Ambulare dicitur Deus,non de loco ad locum tran-
seundo,quia impium est ita credere,sed ambulatio e-
ius est in cordibus sanctorum delectatio, sicut scri-
ptum est. Et habitabo in eis,& ambulabo & ero illo-
rum Deus. Vel certe ambulare Dei est in sanctis præ- 1.Cor. 6.
dicationibus suis de loco ad locum transire. Loqui
Dei, est inuisibiliter sine sono vocis vel quolibet stre-
pitu,occulte in mentibus sanctorum voluntatem suā,
atque rectum intellectum inspirare: siue futura, si-
cut in sanctis prophetis reuelare. Quæ locutio Dei, Dei locutio tripliciter accepta.
vt quidam volunt,tribus modis accipitur. Primo nan-
que modo per subiectam creaturam,sicut ad Moysen
in rubo in igne apparuit,vel sicut Abraham atque Ia-
cob,& cæteris quibus in Angelis apparuit. Secundo
verò modo in somnis,sicut ad Iacob & ad Zachariam
prophetam, & ad Ioseph sponsum Mariæ, & alios
sanctos,quibus secreta reuelare voluit. Tertiò autem
modo neque per creaturam visibilem neque per homi-
nem, sed occulta tantum inspiratione inuisibiliter cor-
da eorum tangendo, loquentes efficit, sicut in libris
prophetarum scriptum est. Cum ibi prophetæ subi-
to afflati Spiritu sancto clamabant,dicentes. Hæc dicit
Dominus. Dei videre,est acta bona approbare, sicut Gen.1.
est reperire in Gene. vbi dicitur. Vidit Deus cuncta
quæ fecerat, & erant valde bona, id est, intelligenti-
bus bona esse demonstrauit. Aliter videre Dei est,
mala hominum sciendo reprobare, sicut est illud in Isa.59.
Isa.propheta. Et vidit Deus & apparuit malum ocu
lis eius. Item aliter, videre dei est nos videntes face-
re,vt est reperire in Psalm. Proba me deus, & scito cor Psal. 138.
meum,&cęt.Modus iste locutionis in libro beati Iob Iob.98.
similiter reperitur, vbi de sapientia dei patris post
quam in figura locutus est de deo patre, adiunxit,
Tunc vidit illam,& enarrauit,& inuestigauit, & præ-
parauit,i.videntes fecit atque prædicantes, & inuesti-

gantes,atq; alijs annunciantes,&c.Cognoſcere Dei eſt
cognoſcentes facere,ſicut ad Abraham ait . Nunc co-
gnoui ꝙ timeas Deum . Neq; enim in tempore nouit,
qui ſcit omnia antequam fiant:ſed cognoſcere Dei di-
citur cognoſcentes facere , vt qui prius de ſe quales eſ-
ſent incogniti erant,per eius interrogationem & proba
tionem,quales eſſent ſibimetipſis,manifeſti,fierent. Ta
Exod. 16. le eſt illud in lege Moyſis populo Iſraelitico. Tentabo
eos(inquit) vtrum cuſtodiant mādatum meum an nō.
Neſcire dicitur Deus,quoſdam reprobos reprobare, ſi
Matth. 7. cut eſt illud in Euangelio . Neſcio vnde ſitis. Recedite
a me omnes,qui operamini iniquitatem.zelare dicitur
Deus,cum creaturam ſuam non vult perire , ſępe caſti-
gat,corripit,atq; flagellat,& flagellando ad ſe reducit.
Vel zelare dicitur Deus,cum nullum peccatum impu-
nitum vult relinquere , Iuſtus enim eſt, & ideo omnis
iniuſtitia execrabilis eſt illi,quam(vt dictum eſt)nullo
modo impunitam patitur.Iraſci dicit Deus non animę
motu,vel qualibet perturbatione quod illi omnino ac-
cidere non poteſt,ſed creaturæ delinquenti,id eſt homi
nibus impijs & peccatoribus iuſtam dicitur inferre vl-
Pſalm.6. tionem,hoc eſt,reddere illis quæ mœrentur.Et hoc eſt
vltio diuina , iſte furor eius dicitur . Pœnitere dicitur
Deus , non ꝙ more hominum pertranſactis operibus
pœniteat . Qui enim omnia nouit antequam fiant, pro
ſuis prauis actibus pœnitere non poteſt . Sed pœniten-
tia Dei eſt ſtatuta mutare,& quod prius inchoatū eſt ,
in aliquid mutari , id eſt ex bono exigentibus culpis in
malum,ſicut de Saule legitur,pęnituiſſe Deum,ꝙ con-
1.Reg.15. ſtituiſſet eum regem,vel ſicut nunc videmus in populo
Iudæorum,qui cum eſſet populus Dei,ob impietatem
ſuam factus eſt in Synagoga Satanæ.De malo verò in
bonum accidit in populo gentium,qui ante non popu-
lus Dei,nunc autem per gratiam Chriſti populus Dei
factus eſt.Hoc quippe modo,occulto Dei iudicio, Iu-
das Dei proditor de apoſtolatus gradu lapſus,in infer-
ni baratrum demerſus eſt. Latro vero poſt crimen rapa
citatis,de cruce ad paradiſum tranſlatus eſt:hāc quoq;
mutationem de bono ad malum,ſicut dictū eſt, de ma
lo ab bonū,quod occulto iuſtoq; iudicio Dei ſiue per
ſęueritatem iuſtitiæ ſuæ,ſiue per miſericordiā eius fiat,
Hiere. 18. pœnitentiam Dei dicimus . Quod expreſſius in libro
Hierem.prophetæ ſcriptum eſt. Non pœnitere Dei, eſt
Pſal. 109. ſtatuta nullo modo mutare, vt eſt illud in Pſal. Iurauit
Dominus,& nō pœnitebit eum, id eſt pater ad filium,
tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchi-
ſedech.Sacerdos Dei patris dictus eſt filius Dei,non ſe
cundum diuinitatem,ſed ſecundum humanitatem , in
qua ſe pro nobis per paſſionem & mortem in accepta-
bile ſacrificium Deo patri obtulit,vt ipſe eſſet ſacerdos
qui & ſacrificium.Obliuiſci dicitur Deus,cum quibu-
ſdam impijs & peccatoribus non miſeretur. Quod vti-
que non facit per crudelitatem, quæ in Deo non eſt ,
ſed per occultum iuſtumque iudicium ſuum. Indurare
Exod. 7. dicitur Deus quorundam corda malorum,ſicut de Pha
raone rege Aegypti ſcriptum eſt , non ꝙ omnipotens
Deus per potentiam ſuam eorum corda induret, quod
impium eſt ita credere, ſed exigentibus eorum culpis
cum duritia cordis,quam ipſi ſibi omnia mala perpe-
trando nutriunt,non auſertur : videtur quaſi illos ipſe
induret , quod iuſto iudicio indurati ſunt . Dormire
Dei eſt,cum vnigenitus filius patris in aſſumpta carne,
pro nobis mori dignatus eſt : Cuius mors recte dulcis
ſomnus prædictus eſt,ipſo dicente per Hiere. prophe-
Hiere. 31. tam,Ideo quaſi in ſomno excitatus ſum,& vidi,& ſom
nus meus dulcis eſt mihi. Aliter dormire dicitur deus,
cum fides eius inter proſperitates huius mundi, & in-
tra quorundam corda fidelium nō vigilat, ſed dormit.
Hanc dormitionem ipſe Ieſus ſignificauit,cum in mari
Matth .8 inter fluctus maris dormiuit. Vel certe dormire,eſt an-
xijs tarde ſubuenire,ſicut eſt in Pſal. Exurge,quare ob- Pſal. 43.
dormis Domine? Vigilare Dei,eſt in defenſionem ſuo
rum electorum , & vltionem inimicorum ſe manife-
ſtum demonſtrare.



SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS.

In Libellum , qui Amatorium nuncupatur.

P R O L O G V S.

PRæſens opuſculum qui legerit,intētio
nem eſſe ſciat opificis , quaſdam ſan- Autoris intentio.
ctorum auctoritates ſub continuatio
ne ordinare ſtuduiſſe:eorūdem nomi,
nibus econtra in margine intitulatis,
quæ animum legentis vel audientis ,
ad amorem ſui conditoris efficacius debeant inclinare
ſumpta primitus materia de excellentia primæ condi-
tionis,homini collata conſilio totius ſanctæ trinitatis ,
& opere maieſtatis diuinæ. Deinde hominem alloqui-
tur ſolum,oſtendens ei & aſtruens,homines ceteros nō
tantum ac vniuerſa ad obſequium ipſius & ſolamen cō
dita vel creata : immo & amoris priuilegio ſingularis,
ſpeciali ei munere data. Proſequitur deinde conſequen
ter,tam neceſſitatem,quam piam liberalitatem incarna
tionis Chriſti & paſſionis pro homine,quæ duo potiſ-
ſimum ingratitudinem expellunt, & cor humanum ef
ficacius ad amorem ſui conditoris inducunt . Ex quib.
quatuor præmiſſis.dignitate videlicet primæ creatio-
nis,priuilegio ſingularis amoris , dignitate piæ redem-
tionis peccator meditando in ſe reuerſus,plerunq; com
pungitur,& abiecto quicquid mundanum ſapit , totus
ad Chriſtum conuertitur,quem ſui totius non ignorat
autorem & benefactorem,& omnium bonorum largi-
torem.Et fit, vt tanto plus per humilem ſatiſfactionē
deo fiat propinquus , quanto per inobedientiam prius
ab eo extitit alienus. Et hoc quidem fuit principale in
tentum in hoc opere,vt ex recognitione beneficiorum
dei circa homines,& amoris,alter ad alterum quaſi cō
fabulando degenerem ſe agnoſceret,pro ingratitudine
ſua, filiali potius quam ſeruili cōtritione compunctus ,
tam pium patrem tam ingratus filius ſe excitaret filiali
ter ad amandum.Ratio ergo intentionis opificis homi
nem ſui creatoris prouocare ſatagens ad amorem,præ-
ſenti labori amatorium nomen imponit.

Libellus , Qui amatorium Nominatur.

AD te ſermo meus dirigitur,quiſquis primæ cō-
ditionis tuæ dignitatem ignorans,tuæ reforma-
tionis laborem & precium non attendis, vt con
ſideratione tantæ dignitatis,& dignationis tantæ , tam
beneficum Deum,tam benignum Dominum , mutuo
intuitu diſcamus pariter amare , cui pro vniuerſis ſuis
beneficijs ſemper hucuſq; indeuoti fuimus & ingrati.
Anſ.de dulcedine & bonitate Dei in creatione. In pri-
mis igitur te admoneo vt ſine intermiſſione recorderis,
ą̄ dulcis, & quā bonus ſit erga te creator tuus , quanta
bonitas eius fuit,ꝙ te cum non eſſes,creauit,& ꝙ te nō
pecus aut creaturam inſenſibilem , ſed eam creatu-
ram

Digitized by Google

ram fecit, quia eum posses intelligere, amare, & cum eo suam æternitatem, æterna & fœlix possidere. Et quod intantum te dilexit, vt cum multa contra suam voluntatem acturam sciret, voluit te tamen facere & esse, & q̃ te cum tāta mansuetudine vt pius & misericors ad huc patitur, expectans tuam emendationem, quia nullo modo te cupit perdere, sed adhuc te patitur viuere, adhuc tibi ea quæ sunt necessaria ad sustentationem huius vitæ, non desinit ministrare. Et sicut rebus ipsis experiri potes, peccatis tuis non potes eius bonitatem vincere, nec adhuc te velit sicut promeruisti confundere, vel ex toto destruere. Certissimum est ergo illum pium esse erga te, qui tanta bona tibi largitur, nec adhuc de tuis iniquitatibus se quærit vindicare. Præterea de eius benignitate adhuc cogita. Vt autem communia replicem

Rõnes inductiuę ad amandum Deum.

quot sunt membra in corpore, tot beneficia inuenies magna, & pro minimo mēbro plus debes amare Deum, quam multi amant eum, pro cunctis beneficijs, quæ ab eo recipiunt. Si quis amisisset oculum, quantum amaret eum, qui sibi illum restitueret? Et si quis meruisset amitttere eum, quantum amaret illum, qui sibi oculum conseruaret? Nec minus amandus qui eum ab initio dedit, & qui datum conseruauit, cum multoties vtendo eum contra Deum, amittere meruit. Quod dixit de oculo, de cæteris membris cogita. Si vero tantum amandus est, qui dedit corpus, quantum amandus est qui dedit animam, quæ in infinitum melior est corpore? Quæ si amisisset vsum rationis, quātum amares illum qui illum restitueret? Quantum ergo amandus est, qui tibi rationem dedit. Item. Quantum amandus est ille, qui mirabiliter corpus & animā coniunxit, & hanc coniunctionem tibi seruauit, cum peccādo mortem multoties meruisses? Aug. Cogita igitur, & recogita, tantam erga tui creatoris benignitatem, & erige te sicut erectus es. Et omnes sensus tuos ad eius ineffabilem dilectionem. Nihil enim iustius, nihil saluhrius, nihil vtilius & dulcius, quam quòd ex toto homo diligat, quem sui toti⁹ nouerit non solum auctorem, sed & conseruatorem. Si vero naturaliter amat filius patrem, a quo habet corpus, quanto magis Deum amabit, qui corpus eius & animam ex nihilo fecit? Aug. Et si amandus est genitor, tamen præponendus est creator. Vt quid non amaret opus artificem, cum haberet vnde id posset? Bernardus. De diligendo Deo. Et cur non quantum omnino posset, cum nihil omnino nisi eius munere posset. Bernard. in ser. Valdè igitur mihi amandus est, per quem sum, viuo, & sapio. Parum ne videtur tibi hoc? Cogita qualem te fecit. Nempe secundum corpus egregiam creaturam. Secundum animam magis imaginem creatoris insignem, rationis participem, beatitudinis æternæ capacem. Porro cohærere sibi fecit artificio incomprehensibili, sapientia inuestigabili. Nec tamē ante promeruit, qui ante non fuit. Nec spes retributionis fuit, quoniam bonorum nostrorum non eget. Disce igitur in referendo gratiam non esse tardus aut segnis. Disce ad singula dona gratias agere. Diligenter considera quæ tibi apponuntur nulla Dei dona gratiarum actione frustrentur. Aug. Tanta namque dignitas conditionis humanæ esse cognoscitur, vt non solo iubentis sermone, vt illa sex dierum opera, sed consilio sanctæ Trinitatis, & ope maiestatis diuinæ creatus sit homo: vt ex primæ conditionis honore intelligeret, quantū suo conditori deberet, dum tantum in conditione mox dignitatis priuilegium præstitit ei conditor, vt tanto ardentius amaret conditorem, quanto mirabilius se ab eo conditum esse intelligeret. Faciamus (inquit) hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Nec hoc solum q̃ sanctæ Trinitatis consilio, sic ab excellentia conditoris cōditus est, sed etiam q̃ ad imaginem & similitudinem suam ipse creator omnium, eum creauit, q̃ nulli alij ex

Nota.

Natura inuitat ad amandum Deum.

Dignitas ppriæ creationis.

Quanta sit dignitas cōditionis humanæ.

Dignitas hæc debet īducere ad amorem.

creaturis donauit. Quæ imago diligentius est exterioris hominis nobilitate consideranda. Primo siquidem vt sicuti Deus vnus semper vbiq; totus est omnia viuificans, mouens, & gubernans, quia in eo viuimus, mouemur, et sumus: Sic anima in suo corpore vbiq; tota viget, viuificans illud, mouens & gubernans. Neq; enim in maioribus sui corporis membris maior, & in minoribus minor, sed in minimis tota est, & in maximis tota. Et hæc est imago vnitatis omnipotentis Dei, quam anima habet in se, quæ etiam sanctæ Trinitatis quandam habet similitudinem. Primo in eo, quia sicut Deus est, viuit, & sapit, ita anima secundum suum modum est, viuit et sapit. Est quoque in anima similitudo trinitatis, in eo q̃ ad imaginē sui conditoris perfectæ scilicet & summæ Trinitatis, quæ est in patre, filio & Spiritu sancto, condita est. Et licet vnius naturæ sit illa, tres tamen dignitates habet, id est intellectum, voluntatem, et memoriam: sine quibus anima perfecta esse non potest, quod idem, licet alijs verbis, designatur, cum dicitur. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua. i. ex toto intellectu tuo, & tota voluntate tua, & ex tota memoria tua. Imago est in substantia, similitudo in moribus. Nam sicut ex patre generatur filius, & ex patre filioq; procedit Spiritus sanctus, ita per intellectum generatur voluntas, et his item ambobus procedit memoria, sicut facile a sapiente quolibet intelligi potest. Nec. n. anima perfecta esse potest sine his tribus, nec horum trium vnum aliquod quantum ad suam beatitudinem pertinet, sine alijs duobus ītegrum constat, & sicut Deus pater, Deus filius, Deus Spiritussanctus est, non tamen tres dij sunt sed vnus, habens tres personas, & anima intellectus, anima voluntas, anima memoria est, nec tres tamen animæ in vno corpore, sed vna anima tres habens dignitates, atque in his tribus imaginem gerit eius mirabilem, in sua natura noster interior homo. Ex his quasi excellentioribus animę dignitatib. iubemur diligere Deū, vt inquantum intelligitur diligatur, & inquantum diligitur, semper in memoria habeatur. Nec solus sufficit intellectus, nisi fiat voluntas in amore eius. Immo nec hæc duo sufficiunt, nisi memoria addatur, qua semper in mente intelligentis & diligentis maneat Deus, vt sicut nullū potest esse momentū, quo homo nō fruatur Dei bonitate, & misericordia, ita nullū sit momentū quo p̄sentem eū non habeat in memoria. Et hæc habe de imagine. Nunc vero de similitudine aliqua intellige, quæ in moribus credenda est. Vt sicut Deus, qui hominem ad similitudinem suam creauit, charitas est, bonus & iustus, patiens & mitis, mundus & misericors, & cætera insignia virtutum suarum, quæ de eo leguntur: ita homo creatus est, vt haberet charitatem, vt bonus esset & iustus, patiens ac mitis, mundus et misericors foret. Quas virtutes quanto plus quisq; in seipso habet, tanto propior est Deo, maiorem sui conditoris similitudinem gerit. Si vero (quod absit) aliquis per deuia vitiorum & diuortia criminum, ab hac nobilissima sui conditoris similitudine degener oberrat, tunc fiet de eo quod scriptum est. Homo cum in honore esset, nō intellexit &c. Quis maior honor potuit homini esse, quam quòd ad similitudinem sui factoris conderetur, & ijsdem virtutum vestimentis ornaretur, quibus & conditor? Quod quidem nulli alij ex creaturis, nisi soli homini cōcessit. Quando homo non vtatur, vel fruatur Dei bonitate & misericordia, ita vt nullum esset momentum, quo non sit, de quo legitur. Dominus regnauit, decorem indut⁹ est, &c. idest, omnium splendore virtutum, & totius bonitatis decore ornatus? Vel quod maius homini potest esse dedecus, vel infęlicior miseria, quam vt hac similitudinis gloria sui conditoris amissa, ad informem & irrationabilē brutorum animalium delabatur similitudinem?

Quæ sit imago vnitatis in anima, quoad corpus exterius.

De similitudine trinitatis in aīa, quę ad imaginem Dei est condita.

Matt. 22.

Quæ sint excellētiores dignitates animæ. De trinitate in anima.

Quod excellentioribus animę dignitatibus iubemur Deū diligere.

De similitudine quę in morib. constat.

Psal. 48. De honore homini collato.

Psal. 92.

dinem, Quapropter o homo diligentius attende primę conditionis tuæ excellentiam, & venerandam sanctæ Trinitatis imaginem in teipso cognosce, honoremque similitudinis diuinæ, ad quam creatus es nobilitate morum, exercitio virtutum, & dignitate meritorum, habere contende: vt quãdo apparuerit qualis sit, tunc similis ei appareas, qui te mirabiliter iam ad similitudinem suam in primo Adam condidit, & etiam mirabilius (vt infra patebit) in secundo reformauit. In prima nanque conditione gloria præuentus est & honore, in secunda pietate prosecutus est & amore, vt ingratitudinem tuam erubesceres, & ad conditorem tuum amorem tuum totum conuerteres, qui tanto artificio vtebatur, vt nullum alium præter ipsum amares. In primo opere conditionis tuæ de limo terræ plasmauit hominem Deus, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Ecce qualis artifex, qualis vnitor rerum; ad cuius nutum sic conglutinantur sibi, limus terræ & spiritus vitæ. Limus quidem iam ante creatus erat, quando in principio Deus creauit cœlum & terram. At spiritus sane non communem, sed propriam habet conditionem, nec in massa creatur, sed singulari quadam excellentia inspiratur, Quem cum in hominem inspirasset, dedit ei sensum & intellectum, vt per sensum lutum sibi associatum viuificaret, & per intellectum regeret. Aug. de spiritu & anima. Et vt per intellectum intus ingrederetur, & contemplaretur Dei sapientiam, & per sensum foris egrederetur, & contemplaretur opera sapientiæ. Intellectum intus illustrauit, sensum foras decorauit, vt in vtroque refectionem inueniret. Intus ad felicitatem, foris ad iucunditatem. Sed quia bona exteriora diu stare non possunt, iussus est homo ab exterioribus ad interiora redire, ab inferioribus ad superna ascendere. Bern. in ser. Tantæ siquidem dignitatis est humana conditio, vt nullum bonum præter summum ei sufficere possit. Agnosce igitur o homo dignitatem tuam, agnosce gloriam conditionis tuæ. Est & tibi de mundo corpus, sed tibi sublimius est aliquid, nec omnino comparandum cæteris creaturis. Compacta & confœderata sunt in te caro & anima, illa plasmata, hæc inspirata. Quis non videat, quantum corpori præstat anima? Nunquid non truncus esset insensibilis, caro inanimata? Aug. Ab anima enim pulchritudo, ab anima incrementum, ab anima claritas visus, & sonus vocis. Denique sensus omnis ab anima est, & per sensus progreditur, ad corpus mouendum & viuificandum. Cuius duplex est vita, alia qua viuit in carne, alia qua viuit in Deo. Duo siquidem sunt sensua in homine, vnus interior, & alter exterior, & vterque bonum suum habet in quo reficiatur. Sensus interior reficitur in contemplatione diuinitatis, sensus exterior in contemplatione humanitatis. Propterea enim Deus homo factus est, vt totum hominem in se beatificaret, & tota conuersatio hominis esset ad ipsum, & tota delectio esset in illo, cum a sensu carnis videretur per carnem, & a sensu mentis per diuinitatis contemplationem. Hoc erat totum bonum hominis, vt siue ingrederetur siue egrederetur, pascua in factore suo inueniret. Pascua foris in carne saluatoris, pascua intus in diuinitate creatoria. Sed heu hoc magnum bonum secutum est: malum, quoniam perdito bono quod intus erat, egressa est anima ad bona aliena, quæ foris erant: & pactum fecit cum delectationibus sæculi, requiescens super illas, non attendens absentiam boni sui interioris, eo quod consolationes suas cerneret in bonis alienis. Nam cum exterior sensus carnalis bono suo vtitur, interior sensus mentis quasi obdormit. Non enim cognoscit bona interioris sensus, qui iucunditate exteriorum bonorum capitur. Nam qui carne viuit, in carne sentit, & dolores carnis fugit, inquantum potest: vulnera autem

Quod mirabilius est hois reformatio, quã formatio.

Gen. 1.

Quare dederit Deus homini sẽsum & intellectum.

Quid anima conferat corpori.

De duplici vita aię.

Cur Deus homo factus sit.

Ioan. 10.

Quod iucunditate exteriori, īterior obdormit homo.

animæ prorsus ignorat, nec medicinam quærit in eis. Cum autem mortuus fuerit sensus animæ, quo viuit in carne, tunc viuificari incipiet sensus ille, quo sentiet semetipsum. Et tunc sciet dolores suos, & sentire incipiet vulnera sua, tanto grauius quanto propius. Sic enim ad intellectum reuocata a corruptione carnalium affectionum se studet mundare, & ad naturam propriam qua Deum suum, qui eam possedit, fecit, & creauit, agnosceret seipsam incitare, intelligens, quòd vita ipsius dilectio est. Vnde scire potes homo & intellige, quòd vita animæ tuæ dilectio est, & quòd sine dilectione esse non potest, eo quòd vita ipsius est. Grego. Cum anima ad solum Deum appetendum sit creata, iure ei nihil sufficit, quod Deus non sit, Restat igitur, vt verum amorem tuum in melius mutare studeas, eo quod in temporalibus & mundanis verus, & permanẽs amor non est: quibus animæ palatus infatuatur, ne sentiat amorem per desiderium, nec suauitatem per dulcedinem conditoris sui. Non enim dubito, quin multis iam experimentis didicisti, fallacem esse, & fugacem amorem huius sæculi, quem semper vel cum perit id quod tibi elegeris, perdere, vel cum aliud quod magis placet superuenerit, cogeris mutare. Sic desiderijs intus fluctuas, dum nec sine amore esse potes, nec verũ amorem inuenis. Idcirco quasi in exilio erras, quia dũ traheris per concupiscentias temporalium, amorem non inuenis æternorum. O si teipsum suspiceres, ò si animam tuam videres, quæ specie sua omnium visibilium decorem & pulchritudinem vincit, agnosceres certe, quanta repręhensione dignus fueris, cum aliquid extra te amore tuo dignum existimabas. Ideo tibi iniuriam facis, qui vel inhonesta, vel certe ea, quæ amore tuo digna non sunt, in societatem dilectionis admittis. Nũc vero quia faciem tuam, & speciem vultus tui, quæ in anima est, qualis sit contemplari non potes, facilius in ea quæ foris admiranda videntur, affectum dilectionis extendis. Præsertim quia amor nunquam solitariua esse patitur, quia & ĩ hoc ipso iam quodammodo amor esse desinit, si in alterum parilitatis consortem, vim dilectionis non diffundit. Scire tamen debes, quòd idcirco vis dilectionis non extinguitur, si a rebus abiectis & vilibus appetitus eius cohibeatur. Immo ille magis sibi iniuriam facit, qui vel inhonesta, vel certe ea quæ amore suo digna non sunt, in societatem dilectionis admittit. Primum igitur necesse est, vt teipsum consideres, & cum cognoueris dignitatem tuam, quam proposui superius, immo & illam quę patet inferius, ne iniuriam facias amori tuo, abiectiora te non ames. Nam & ea quę per se considerata pulchra sunt, pulchrioribus comparata, vilescunt. Non vis habere amorem solitarium, nec enim potes, noli tamen habere prostitutum. Quæras ergo vnicum, quęras & vnice dilectum. Scis enim quia amor ignis est, & ignis quidem fomentum quęrit. Sed caue, ne inijcias quod fumum potius, aut fœtorem ministrat. Ea vis amoris est, vt talem te esse necesse sit, quale est illud quod amas, & cui per affectum contigeris, in ipsius similitudinem, ipsa quodammodo dilectionis societate transformeris. Similitudo nanque causa est amoris. Tuę igitur pulchritudinem animæ attende, & intelliges, qualem debeas pulchritudinem diligere. Sponsum habet, sed nescit, pulcherrimus est omnium, sed faciem eius nõdum vidit. Ille eam vidit, quia nisi eam vidisset, non eam diligeret. Sed vidit, quia eam creauit, quę ipsius amore digna foret. Noluit adhuc seipsum ei pręsentare, sed munera misit, arrham dedit, pignus amoris, signũ dilectionis. Si cognoscere illum posset, speciem eius videret, non amplius de sua pulchritudine dubitaret. Sciret enim quòd tam pulcher, tam formosus, tam elegãs, tam vnicus in suo affectu captus non esset, nisi cum singula

Quod vita animę sit dilectio.

Quod iniuriam sibi facit qui inhonesta diligit.

Quod amans, in similitudinẽ amati trãsformatur.

Digitized by Google

gularis decor, & vltra cæteros admirandus traheret. Nunc videre illum non potest,quia absens est, & ideo non timet,neq; erubescit illi iniuriam facere, quia singularem eius amorem contemnit. Si vero adhuc scire non potest qualis ille sit,qui eam diligit,consideret saltem arrham,quam dedit. Fortassis in ipso munere eius quod penes eam est,poterit agnoscere,quo affectu eum diligere,quo studio & diligentia, se illi debeat conseruare. Insignis est arrha, eius nobile donū eius,quia nec magnum decuit,vt parua daret, nec pro paruo sapiens magna dedisset. Magnum ergo est quod illi dedit,sed maius est quod in ipsa diligit. Respice vniuersum mūdum istum,& cōsidera si aliquid in eo sit, quod tibi ob causam amoris illius non seruiat. Omnia propter ea facta sunt,vt seruiant homini. Omnis natura ad hunc finem cursum suum dirigit,vt obsequijs tuis famuletur, & vtilitati deseruiat,tuisq; oblectamentis pariter & necessitatibus, secundum affluentiam indeficientem occurrat. Hoc cœlum,hoc terra,hoc aer,hoc maria,cum eis quæ in eis sunt vniuersis,explere non cessant. Hoc circuitus temporum,annuis innouationibus, & rediuiuis partubus,antiqua innouans,dilapsa reformans,con sumpta restaurans,pastu perpetuo subministrat. Quis ergo putas hoc instituit, quis hæc naturæ præcepit,vt sic vno consensu tibi seruiat? Beneficium accipis, & autorem eius non cognoscis. Donum in manifesto est, largitor occultus. Et tamen ipsa te ratio dubitare non sinit,hoc tuum non esse debitum, sed beneficium alienum. Multum igitur tibi contulit, qui hoc totum & tantum & tibi dedit, Multo ergo diligendus est, qui tantum dare potuit: & qui tantum dare voluit, multum dilexit. Tantum ergo diligens, & tantum diligendus, dono suo demonstrat, vt quam stultum est amorem tam potentis non vltro concupiscere,tam impium sit atq; peruersum,tam diligentem non amare. Vide ergo quid agis,cum in hoc mundo amari, & amare concupiscis. Totus mundus tibi subiectus est,& tu (non dico totum mundum,sed nescio quam aliam mundi portiunculam,quæ nec specie pulchra, nec vtilitate necessaria,nec quantitate magna,nec bonitate optima antecedat) in societatem tui amoris admittere non aspernaris. Certe si hæc diligis,vt subiecta dilige, vt famulantia dilige,vt munera amici, vt beneficia Domini. Sic tamē vt semper memineris,quid illi debeas, nec ista pro illo, nec ista cum illo,sed ista propter illum, & per ista illū, & supra ista illum diligas. August. de ciuitate Dei,quia amor quo aliquis amat Deum propter temporalia,con tumeliosus est Deo. Temporalia qui sic amant,præferūt ei. Propter quod enim vnum quodq; amatur, illud magis amatur. Vnde boni adhuc vtuntur mundo, vt fruantur Deo. Mali autem econtra,vt fruantur mūdo, vti volunt Deo. Vti namque est,quod in vsum venerit, referre ad obtinendum illud, quo fruendum est; alias abuti est. Hugo. Non ergo munera dantis,plus quam amantis affectum diligas. Maiorem charitatis eius iniuriam facis,si dona illius accipis, & tamē vicissitudinem dilectionis non rependis: aut dona illius si potes respue, vel si dona respuere non potes, vicissitudinem amoris repende. Dilige illum,dilige te propter illum, dilige dona illius propter illum,dilige illum vt fruaris illo,dilige te vt diligaris ab illo. Aug. Ex hoc enim diligis te,quod diligis Deum ex toto te. Dilige in donis illius,q data sunt ab illo. Illum tibi, & te illi dilige: dona illius ab illo tibi propter te. Bern. Anima temporalia amans quasi inquinata,indigna est Dei amore. Augu. in soliloquijs, Si alicuius pulchræ fœminæ flagrares amore, iure te tibi non daret,si aliud quicquam præter se a te amari cōperisset. Sic qui in bonis temporalibus amorem suum ponit, Dei amore indignus est. Ansel. Amor illius nullam vitiorum patitur fœditatem, nullam consentit secum esse carnalium desideriorum voluptatem. Dicis mihi forte,(Hugo) Hic construitur vnusquisq; de priuilegio singularis amoris sibi à Deo collato, & quod ab eo singulariter diligatur. Cum superius dixeris, non solum vnicum,sed vnice electum esse debere amorem,id est, non solum dilecto,& solum diligendo constitutum,eo quod perfecte laudabilis amor nō sit,si vel alter cū solo diligitur, vel qui summe diligēdus est non solus amatur. Ecce ego vnice dilectum & vnice electū diligo: sed hanc huius dilectionis meæ iniuriam patior, quod solus diligens,solus non amor. Nam hanc dilectionis eius arrham,quā mihi obijcis,quot sunt vel cer te quales sunt,cum quibus hoc mihi communis est, tu ipse agnoscis. Quomodo igitur de priuilegio singulari potero gloriari,qui hoc quod tam magnum asseris, nō dicam cum bestialibus,sed & cū ipsis bestijs commune accepi? Quid mihi lux solis amplius confert,quam reptilibus & vermibus terræ? Omnia similiter viuūt,omnia spirant,idem pastus,idem potus omnium. Non ita satis coegrue diligendum singulariter probas, si non & ipsum quoq; vel in aliquo singulariter dilexisse demon stras. Ad quod respondeo. Tria quædam sunt,in quibus id quod te mouet inuenis. Quæ sunt bona communia,specialia,singularia. Discerne quæ dona a Deo tuo accepisti, Alia communiter,alia specialiter,alia singulariter data sunt. Communiter data sunt,quę omnibus ꝓpter te tecum seruiunt. Specialiter vero data sunt, quæ multis,non tamen omnibus propter te tecum concessa sunt. Singulariter data sunt,quæ tibi soli sunt data. Nunquid ideo minus te diligit, quia quædam dona sua tecum simul cum omnibus concessit? Nunquid fœliciorem te fecisset,si tibi soli mundum dedisset? Astrueris homo, quod omnia propter te singulariter facta sunt, & singulariter tibi data sunt. Ecce non sint creati homines super terram,non sint bestiæ, solus mundi diuitias possides. Vbi igitur illa grata,& vtilis societas humanæ conuersationis? vbi solatia? vbi oblectamenta quibus iam frueris? Vide igitur quia & in hoc tibi multum contulit, quod hæc ad solamen tecum creauit. Si mundus iste & hæc omnia tibi seruiunt, quomodo etiā omnia ad obsequium tuum facta non sunt? nunquid pater familias, solus panem suum comedit? nunquid solus poculum suum bibit? nunquid solus vestimētis suis induitur? nunquid solus calefit igne suo? nunquid solus habitat in domo sua? Totum tamen non immerito eius dicitur, quicquid habent hi, qui ei vel per dilectionem vel per subiectionē famulātur. Siue igitur illa quæ tibi seruiunt, siue illa quæ tibi seruientibus necessaria sunt, omnia tibi data sunt, omnia tibi obsequia impendunt. Dicis adhuc forte. Tuæ rationes hoc persuaserūt, vt illa quoque singulariter mihi donata crederem, quæ in vsum seruientium mihi communiter donata viderem, hinc doceor omnia quibus vita irrationaliū souetur, mea potius dilectioni esse assignanda, propterea q illa quoque quę in his aluntur, in vsum meum sūt deputata. Priuilegium tamen singularis amoris, exinde nō astruitur, quia hoc non solum mihi, sed cunctis similiter hominibus, & multis vem amplius subiecta esse noscuntur. Est nanq; specialis quidam amor ad homines, in quo quidem ipsi homines alijs creaturis, non autem ad inuicem amplius gloriari habēt. Nam quod in asser tione singularis amoris dicis, etiam mihi inter cætera donatam esse societatem hominum, cum tam mea illis quam illorum mihi donata sint, nihil in hoc singulare reperire possum. In qua societate non solum me lædit amissa gloria singularitatis, sed vilitas participationis. Quot enim increduli sunt, quot scelesti, quot impuri sunt, qui in societate similiter gloriari possunt? Sed te turbare non debet, quod in vsu rerum temporalium, eadem bonis & malis conditio concessa est, nec idcirco ea

Margin notes:

Quòd argumētum amoris sit exhibitio muneris.

Amare Deum pp tēporalia contumelia est ei.

Deus dedignatur amorē pp aliud habitum q̄ se.

Respon. Triplicia accepimus a Deo dona.

Quòd oīa hoc vnico data sunt, quæ ad vsum oīum donata sunt.

Interrogatio.

Specialis amor ad homines.

Respōsio.

Mali homines nõ propter se sed propter bonos viuũt.

eo eos similiter a Deo amari existimes, quia his omnibus tecum similitet communicare vides. Nam sicut bestiæ non propter se, sed propter homines creatę sunt: ita mali homines non propter se, sed propter bonos viuũt. Et sicut vita eorum vtilitati bonorum deseruit, sic omne quo vita eorum alitur, dubium non est, quin ad additionem bonorum referendũ sit. Idcirco autem mali inter bonos viuere permittuntur, vt societas illorum bonorum vitam exerceat, quos & fœlicitate sua admonẽt potiora his, & quæ mali communicare non possunt, bona quærere, & iniquitate sua cogunt arctius virtutem amare. Postremo, vt dum illos diuina gratia destitutos vident, per quælibet abrupta vitiorũ ruere, discant quã tas pro sua salute debeant creatori gratias referre. Ratio siquidem diuinę dispensationis ad nostrę salutis augmentum, & glorificationis documentum hoc exigebat, vt sicut in vita bestiarum dicimus summam fœlicitatem non esse his vti, ita quoque in vita malorum hominum discamus, non esse summam fęlicitatem his dominari. Similiter ergo bonis & malis ista concedi debuerunt, qa aliter boni potiora sibi seruari non crederent, nisi ista tam bonis quam malis communia esse viderent. Nihil igitur o homo amplius de societate aut fęlicitate malorum conqueraris, immo multum tibi placeat, & ad amandum creatorem tuum arctius hoc te excitet, eo quod sunt flagella patris misericordiarum, erudientis filium suum ex amore paterno. Aug. Omnis nãq; malus, aut ideo viuit vt corrigatur, aut ideo viuit, vt per illum boni exerceantur. Hugo. Nec idcirco in priuilegium singularis amoris tecum ascribendos putes, quia in vsu eos & dominio rerum transeuntium socios habueris, quia etiam in hoc (sicut iam dixi) saluti tuæ proficiunt, quod istis tecum non tantum vti, sed & dominari possunt. Quid autem de societate bonorum dicam? Dixi autem de societate hominum dono tibi creatoris esse concessam, vt inde solamen vitæ accipias, ne quadam solitaria & incerti vita destitutus, contabescas. Sicut igitur vita malorum tibi est exercitium, sic solamen est vita bonorum, qui certe tales sunt, quos nec fœlicitatis tuæ participes, nec amoris tui debes aspernari consortes. Nam si vere bonos diligis, quicquid illis beneficij impenditur, inde charitas quæ in te est, non quasi de alieno, sed quasi de proprio gloriatur. Licet igitur beatum esset, isto amore vel solum perfrui, multo beatius in ipso cum multorum bonorum congratulatione delectari, quia cum in eos, qui etiã cum participant affectus dilectionis, expanditur charitatis gaudiũ, & suauitas amplatur. Spiritualis nanque amor tunc melius cuique fit singularis, quando omnibus est communis, nec participatione plurium minuitur, cuius fructus vnus, & idem tot' in singulis reperitur, ac per hoc etiã singulariter diligit te, quia nil diligit sine te. Sic igitur singularis adest quasi omnibus, quia nec alium nec maiorem dilectionis affectum singulis impenderet, si absque cunctorum participatione singulos amaret. Nihil ergo de priuilegio singularis amoris tui societas bonorum præscribit, quia amator tuus in omnibus diligit te, quia nihil diligit sine te. Non autem timeas animum illius, in amore plurium quasi per affectum distrahi, & idcirco minorem esse ad singulos, quod partitus quodammodo & diuisus videatur in cunctos. Ergo omnes vnum vnice diligant, vt omnes ab vno vnice diligantur. Quia nec alius præter vnum, vnice ab omnibus diligendus est, nec alius præter vnum, vnice omnes diligere potest. Omnes autem in vno se quasi vnum diligant, vt vnius dilectione vnum fiant. Iste amor vnicus est, non tamen priuatus, solus non tamen solitarius, participatus, nec diuisus, communis & singularis, cunctorum singulus, & singulorum totus, nec participatione decrescens, nec vsu deficiens, nec tempore

Quare malis & bonis præsentia bona concedi debuerunt.

Cur mali viuunt.

Charitas de alieno tanquã de proprio gloriatur.

Spiritualis amor participatione ampliatur.

Deus affectu non distrahitur.

veterascens antiquus & nouus, affectu desiderabilis, experientia dulcis, fructu æternus, iucunditate plenus, reficiens & satians, nec vnquam fastidium generans. Vt autem tibi plenius satisfaciam, demonstrabo qualiter iste sponsus & amator castitatis, singulis quos diligit, quasi omnibus affectu & effectu sit. In hoc quoq; prouidit tibi Deus, optimus amor tuus, ne nihil essent, in quo singulariter de ipso gloriari non posses, sed sicut communia & specialia dedit, sic & singularia tribuit. Communia quidem sunt ea, quę in vsum vniuersorum veniunt, sicut est lux solis, spiramen aeris. Specialia vero vt ea quæ non omnibus, sed quasi cuidam societati concessa sunt, sicut est fides, sapiẽtia & disciplina. Singularia autem, vt ea quæ vnicuique propria impartita sunt, sicut Petro principatus in Apostolis, Paulo Apostolatus in gentibus, Ioanni priuilegium amoris. Considera ergo quæ communia cum omnibus, quæ specialia cum aliquibus, quæ singularia solus acceperis. In omnibus his te dilexit, quæ vel communiter cum omnibus, vel specialiter quibusdam, vel singulariter tibi soli tribuit. Cum his omnibus rursum te dilexit, qui te participatione doni sui sociauit. Præ his omnibus te dilexit, quibus singularis dono gratiæ te prætulit. In omni creatura dilectus es, cum omnib. bonis dilectus es, præ omnibus malis dilectus es. Et ne parum tibi videatur, quod præ omnibus malis dilectus es, quanti boni sunt, qui minus te acceperunt attende. Nec parum existimes vel in tantis, vel cum tantis esse dilectum, nisi & bonos omnes habeas socios, malos vero & quæ condita sunt vniuersa subiectos. Vidisti ergo quanta sunt in quibus dilectus es, vidisti quales sunt cum quibus dilectus es. Nunc quod præ omnibus dilectus es, considera quantum potes. Tu enim nosti quid acceperis, & necesse habes adhuc melius nosse, ne incipias vel de his, quæ non accepisti præsumere, vel de his, quæ accepisti gratias non referre. Nam & ipse idcirco hæc tibi dedit, vt tu ea semper in memoria habeas, & nunquam ab eius amore obliuione tabescas. Primum cogita homo, quod aliquando non fueris, & vt esse inciperes, hoc ei' dono acceperis. Donum ergo eius erat, vt fieres. Sed nunquid tu ei aliquid dederas priusquam fieres, quo tibi hoc ab eo redderetur, vt fieres? Nihil prorsus, nihil tu dederas, nihil dedisse poteras priusquam fieres, sed gratis accepisti, vt ab eo fieres. Cui ergo prælatus es, in eo quod factus es? Quis minus accipere potuit, quam qui vt fieret accepit? Et tamen nisi hoc esset, aliquid accipere non poterat, qui non erat, & nisi incipere esse quam nõ esse melius esset, nihil ille qui est, eo q non est, amplius accepisset. Bern. De diligendo Deo. Cur ergo homo totum ei te debere nõ attendis, quem tui totius non ignoras autorem? Quid ergo tu qui Deum tuum tenes, non solum gratuitum vitæ tuæ largitorem, largissimũ administratorem, piũ consolatorẽ solicitum gubernatorẽ, sed insuper copiosissimũ redẽptorem, æternum conseruatorem, datorem, glorificatorem. Dignus plane est morte, qui ei recusat viuere, Quid retribues domino pro omnibus his? Hugo. Sed quare fecit te Deus tuus, nisi quia esse magis quam non esse voluit te? Et plus dilexit te omnibus his, quæ accipere non meruerunt illud ab illo. Cum ergo Deus tuus esse tibi dedit bonum, & magnum bonum, & pulchrũ bonum dedit tibi. Et te, cum hoc tibi daret, prętulit omnibus, quibus hoc tantum bonum suum dare voluit. A Deo nostro a quo facti sumus, qui non fuimus; omnibus qui facti non sunt, amplios accepimus Qui vtique si amplius nihil dedisset, pro coipso tamen semper a te laudandus & diligendus esset. Augu. Merito igitur totum exigit te, qui fecit te. Hugo. Nunc autem amplius dedit, quia dedit nõ solum esse, sed pulchrũ esse (quoad animam dico) & formosum esse, quod quãtum superat

Deus singulis quos diligit affectu & effectu qualiter sit.

Dona communia specialia, & singularia.

In omnibus te De' dilexit.

Communibus.

Præ omnibus, & in omni creatura.

Prę omnibus dilectus es.

nihil

nihil per exiſtentiam,tantum antecedit aliquid per formam. In quo multum placeat id quod eſt,& amplius quod tale eſt. In quo omnibus te prælatum aſpice,quos

In quo omnibus prælatus eſt.

tale,& tam excellens bonum exiſtendi vides non accepiſſe. Sed nec hic terminari potuit munificentia largitoris optimi. Adhuc aliquid plus dedit, & magis nos ad ſimilitudinem ſuam traxit. Voluit.n. ad ſe trahere per ſimilitudinem,quos ad ſe trahebat per dilectioné. Dedit ergo nobis eſſe,& pulchrum eſſe,& viuere,& vt præcellamus & his qui non ſunt per eſſentiam, & his

In quibus præcellis attende.

quæ inordinata aut incópoſita ſunt per formam,& quę inanimata per vitam. Magno ergo debito obligatus es. Multum accepiſti,& nihil a te habuiſti,& pro his omnibus non habes quid retribuas,niſi tantum vt diligas. Accepiſti autem hoc totú per dilectionem. Ber. in ſer. Amor per ſe ſufficit,is per ſe placet,& propter ſe. Ipſe meritum,ipſe premium eſt ſibi. Magna res amor. Solus

De affectu amoris, et eius efficacia.

ex oibus animæ motib. ſenſibus atq; affectibus in quo pōt creatura, & ſi nō ex æquo reſpondere autori. Verbi gratia Si mihi iraſcatur Deus,non ergo illi ſimiliter redirascar? Non vtique ſed pauebo,ſed contremiſcam, ſed veniam deprecabor. Ita ſi me arguat, non redarguetur a me,nec ſi me iudicabit,iudicabo ego eum,ſi domi

De cauſa amoris Dei.

natur,me oportet ſeruire:ſi imperat, me oportet parere,& non viciſſim à Domino vel ſeruitium exigere vel obſequium. Nūc videas iam de amore, quam alter ſit, Nam cú amat Deus,nihil aliud vult quam amari. Quippe non ad aliud amat,niſi vt ametur, ſciens ipſo amore beatos,qui ſe amauerint. Magna igitur res eſt amor, ſed ſi fuerit purus,purus amor mercenarius non eſt,purus amor de ſpe vires non ſumit,nec tamen diffidentiæ damna ſentit. Hugo. Scias igitur quia quod per dilectionem datum eſt,nec melius nec decētius,quam per dilectionem rependi poteſt. Bern. Quia non ſolú Deus hominem amare voluit,ſed etiam ab eo vult amari. Ná cum ipſe immenſus ſit, tamen amorem ſuum ponere voluit in hominem, qui eſt quaſi putredo & vermis. Quanta dignatio quanta dilectio? Et hoc conſidera. Poterat autem etiam Deus alijs creaturis ſuis dediſſe vitam, ſed amplius in hoc dono dilexit te. Nec ideo plus dilexit te, quoniam plus diligendum inuenit in te, ſed quia gratuito plus dilexit te Talem fecit te,vt iam merito plus diligat te. Quid hæc omnia faciant diligenter conſidera, niſi inuenerint conſiderantis animum, ab omni penitus prauo vendicatum amore,& ad ſe mirabiliter rapiunt,& vehementer afficiunt? Bernat. De diligendo Deo. Vide ergo quomodo, immo quam ſine modo a nobis meruerit,qui prius dilexit nos,tantus & tantum,& gratus,tantillos & tales. Modus idcirco diligendi Deum eſſe debet,ſine modo diligere. Cum vero dilectio,quę tendit in Deum, tendit in immenſum,

Modus ſine modo.

tendat in infinitum, (nam & immenſus & infinitus eſt Deus)quis nam(queſo) debeat finis noſtri eſſe,vel modus amoris? Augu. Modus tamen diligendi Deum eſt, vt ipſe ametur ſuper omnia,& propter ſe. Quia minus eum amat,qui cum eo aliquid amat, quod propter eū nō amat,præterea poſt eſſe,poſt pulchrum eſſe, & poſt viuere,datum eſt ſentire,datum eſt & diſcernere. Hugo. Et per eandem dilectionem datum eſt. Quæ niſi præceſſiſſent,nihil a largiente datum,nihil ab indigente acceptum fuiſſet. Quam ſublimis & quam decorus in anima factus es. Quid ſibi iſte ornatus tantus ac talis voluit, niſi quia idem ipſe, qui induit conſortem ſuo palacio,ſuæ gloriæ præparauit? Nouit ad quod opus te conderet,nouit qualis ornatus illud opus deceret,& ideo dedit quod decuit, & quod tantum decuit,vt & ipſe diligeret hoc,qui dederit. Sēſibus foris, decorauit intus ſapiētia illuſtrauit. Senſus dans quaſi interiorem

De ornatu hominis.

ornatum,ſapientiam quaſi interiorem habitum. Senſus quaſi quaſdam gemmas fulgentes, appendens exterius,ſapientiam quaſi naturali pulchritudine, faciem vultus tui decorans intus. Ecce ornatus tuus omnium gemmarum vincit pulchritudinem. Ecce facies tua omnium formarum ſuperat decorem. Talem te omnino eſſe decebat,qui ad cęleſtis palatium curiæ introducendus eras. Quantum dilectus es,& pręquantis dilectus es,quando talis factus es? Quam ſingulare donum, quòd non omnibus conceſſum,non niſi dilectis, & diligentibus concedendum. Multum gloriari poteras, & multum cuſtodire debueras, ne tale donum perderes, ne tale ornamentum fædares,ne tantum decorem corrumperes,& eo amiſſo vel imminuto amplius miſer fieres,quam eo non accepto, vel non perfecto miſer fuiſſes:ne te cum damno amiſſæ pulchritudinis, ſimul torqueret confuſio fœditatis,& abiectus vilior fieres,quá ſi receptus non fuiſſes. Iſtud cuſtodiendum, & illud cauendum fuerat,vt iſtud cuſtoditum perſiſteret,& illud cautum non eueniret. Sed vide quid feciſti. Dereliquiſti Deum amatorem tuum, & cum alienis proſtituiſti amorem tuum,fœdaſti pulchritudinem tuam, diſperſiſti ornatum tuum. Oblitus es Domini creatoris tui, & pro tantis beneficijs condignas grates non egiſti. Ideo vero ad maiorem confuſionem tuam hæc dixi, vt eo magis odiu dignum oſtenderem,quo tantis beneficij, acceptis,et non cuſtodius ingratum comprobarem: et vt magis de cætero illi ſias obnoxius,qui te fecit cum non eras,et redemit cum perieras. Nam illud quoque in aſſertione amoris illius commemoraui,vt inde occaſione accepta, tibi narrare incipiam, quantum amator tuus, qui tam excelſus apparuit,cum te conderet,humiliari dignatus eſt,cum repararet. Illic iam ſublimis, hic iam humilis non tamen hic quam illic minus amabilis. Illic potenter tibi magna contulit, hic miſericorditer pro te dura ſuſtinuit. Vt.n. te releuaret illic

Que fuerit ratio, vel neceſſitas quod naturam aſſumpſit humanam.

vnde cecideras,ipſe deſcendere dignatus eſt huc,vbi iacebas. Et vt tibi iuſte redderetur,quod iuſte perdideras,ipſe dignatus eſt,pie pati quod tolerabas. Anſ. Cur Deus homo. In primis vero quod nullo modo poterat humo labore,pœna,vel merito,dignitatem quam peccando amiſerat promereri, oſtendam tibi qua neceſſitate vel ratione Deus,cum ſit omnipotés,humilitatem et infirmitatem humanæ nature pro eiuſdem reſtauratione aſſumpſerit. Oportebat nāque vt ſicut per hominis inobedientiam mors in humanum genus intrauerat,ita per hominis obedientiam vitam reſtitueret. Et quemadmodum peccatu quod fuit cauſa noſtrę damnationis initium habuit a fœmina,ſic noſtræ iuſtitiæ et ſalutis autor naſceretur de fęmina. Et vt diabolus qui per ligni guſtum,quē perſuaſit,hominem vicerat, ita per paſſionem ligni,quá intulit,ab homine vinceretur. Sed ipſa hominis liberatio nec per aliam quam per Dei perſonam fieri decuit,nec potuit, quia quæcunque perſona alia hominem a morte æterna redimeret,eius ſeruus idem homo recte iudicaretur. Quòd ſi eſſet,nullatenus reſtauratus eſſet in illam dignitatem, quam habiturus erat ſi non peccaſſet:cum ipſe qui non niſi ſeruus Dei, et ęqualis Angelis bonis per omnia futurus erat,ſeruus eſſet eius,qui Deus non eſſet,et cuius Angeli ſerui non eſſent,quod vero homo per aliam,quam per Dei perſonam liberari non potuit,manifeſte verum eſſe attende. Conſtat Deum propoſuiſſe,vt de hominibus Angelos qui ceciderant reſtauraret. Tales ergo oportet eſſe homines in illa ciuitate ſuperna, qui pro Angelis in illis aſſumentur,quales illi futuri erant, pro quibus ibidem erūt,ideſt tales,quales nūc ſunt boni Angeli. Alioquin non erant reſtaurati qui ceciderunt:et ſequetur, quod Deus aut non poterit perficere bonum quod incepit, aut pœnitebit eum tantum bonum incepiſſe, quæ Deo abſurda ſunt. Oportet ergo, vt æquales ſint homines bonis Angelis. Cum ergo boni Angeli nunquam peccauerunt,

cauerunt,

cauerint, potes ne cogitare, quòd homo, qui secúdum quòd homo, qui aliquando peccauit, nec vnquam Deo pro peccato satisfecit, sed tantum impunitus dimittitur, æqualis sit Angelo, qui nunquam peccauit? Minime. Non ergo decet Deum, hominem peccantem sine satisfactione; ad restaurationem Angelorum assumere perditorum, quoniam veritas non patitur eum leuari ad æqualitatem beatorum. Considera ét in solo homine, sine hoc quòd debet Angelis æquari, vtrũ eum taliter Deus ad beatitudinem illam, vel talem qualem

Exemplũ.

habebant antequam peccarent, debeat prouehere? Ponamus per exemplum, aliquem in manu tenere margaritam preciosam, quam nulla vnquam pollutio tetigit, & quam nullus possit alius amonere de manu eius, nisi ipso permittente, & eam disponat recondere in thesaurum suum, vbi sunt charissima & preciosissima, quæ possidet. Quod si permittat ipse eandem margaritam ab aliquo inuido excuti de manu sua in cænum, cũ prohibere possit, ac postea eam de cęno sumens, pollutam, & non lotam in aliquem mundum & charum locũ deinceps illam sic seruat, & recondit, putabis ne illum sapientem? Non, si recte sapis. An non similiter faceret Deus, qui hominem Angelis sociandum sine peccato quasi in manu sua tenebat in paradiso, & permisit vt accensus inuidia diabolus eum in lutum peccati, quamuis consentientem deijceret. Si non prohibere vellet diabolum, vt non posset tentare hominem, nonne inquam similiter faceret ac si hominem peccati sorde maculatum, sine omni lauatione. i. absq; omni satisfactione talem semper mansurũ, saltem in paradisum, de quo eiectus fuerat, reduceret. Tene igitur certissime, quia sine satisfactione, id est, siue debiti solutione spontanea, nec Deus potest peccatum impunitum dimittere, nec peccator ad tantam beatitudinem, vel talem qualem habebat antequam peccaret peruenire. Firmiter igitur crede, ne dubites, quia secundum mensuram peccati, oportet satisfactionem esse. Et tu quid solues pro peccatis?

Quòd omnino homo nõ potest satisfacere.

Forsitan dices pœnitentiam, cor contritum & humiliatum, abstinentias, & multimodos labores corporis, & misericordiam dandi, & dimittendi, & obedientiam. Quid omnibus his das Deo? Vide & diligenter considera, quia cum reddis Deo aliquid quod debes, & si nõ peccasti, non debes hoc computare pro debito. Omnia

Quantum amorẽ, et timorẽ habere deãt homo perueniendi ad hoc ad quod fact⁹ est.

autem illa debes Deo, quæ dicis. Tantus nanque debet esse in hac mortali vita amor, & ad quod pertinet oratio & desiderium perueniendi ad hoc, ad quod factus es, & dolor, quia ibi non es, & timor ne non peruenias, vt nullam lætitiam seotire debeas, oisi de his, quæ tibi auxilium, aut spem dant perueniendi. Quid ergo das Deo quod non debes, cui totum quod es, & quod habes, & quod potes, debes; ne pecces? Nihil igitur in omnibus das Deo, quod non debes. Quid ergo solues Deo pro peccato tuo, cum oihil habeas, quod pro pec-

Quãta homo abstulit Deo qñ se vinci permisit a diabolo.

cato soluas? Et si grauiter peccamus quotiescunq; scienter aliquod, quamlibet paruum contra volũtatem Dei facimus, quid faciet miser homo peccator, quod Deo pro peccato soluet, qui tot & tanta noo solum grauia sed & enormia sciens, & prudens commisit per longum tempus, immo fere tota vita sua, & quasi sus in volutabro luti delectabiliter in eisdem iacuit? Si secundum quantitatem peccati exigit Deus satisfactionem, nec satisfacis si non reddis aliquod maius, quam id pro quo peccatum facere non debueras: quia sic ratio exigit, quid facies, quid solues Deo tot malis obuolutus? Itẽ homo in paradiso sine peccato factus quasi positus est pro Deo inter Deum & diabolum, vt vinceret diabolum, non consentiendo suadenti peccatũ ad honorem Dei & ad confusionem diaboli, cum ille infirmior in terra non peccaret, eodem diabolo suadente, qui fortior peccauit in cœlo nullo suadente. Et cum hoc facere posset, nulla vi coactus, sed sola suasione sponte vinci permisit, ad voluntatem diaboli, & contra voluntatem Dei et honorem. Iudica ergo homo tu ipse, si nõ est contra honorem Dei, vt homo reconcilietur illi, cũ calumnia huius contumeliæ Deo irrogatę, nisi prius honorauerit Deum vincendo diabolum, sicut illum inhonorauit victus a diabolo? Victoria vero talis debet

Qualis de diabolo debet esse victoria.

esse vt sicut fortis ac potestate immortalis consensit facile diabolo vt peccaret, vnde iuste incurrit pœnam mortalitatis: ita infirmus et mortalis, qualem ipse se fecit, per mortis difficultatem vincat diabolum, vt nullo modo peccet: quod facere non potest quandiu ex vulnere primi peccati concipitur, et nascitur in peccato. Adhuc accipe vnum, sine quo nõ reconciliatur homo, nec minus impossibile. Quid abstulit homo Deo cum vinci se permisit a diabolo? Nonne abstulit Deo, quicquid de humana natura facere proposuerat? Intende industriam, & iustitiam, et iudicia secũdum illum, vtrũ ad æqualitatem peccati homo satisfaciat Deo, nisi idipsum quod permittendo se vinci a diabolo, Deo abstulit, diabolum vincendo restituat, vt quemadmodum per hoc quod est victus, rapuit diabolus quod Dei erat, et Deus perdidit: ita per hoc quod vincat, perdat diabolus, et Deus recuperet. Nullatenus ergo debet aut potest accipere homo a Deo, quod Deus illi dare proposuit, si non reddit Deo totum quod illi abstulit, vt sicut per illum Deus perdidit, ita per illum recuperet. Quod non aliter fieri valet, nisi vt quemadmodum per victum tota humana natura corrupta, & quasi fermentata est peccato, cum quo nullum Deus assumit ad perficiendam illam ciuitatem cœlestem, ita vt per vincentem iustificentur tot homines, quot illum numerum completuri erunt, ad quem complendum factus est homo. Et hoc facere nullatenus potest peccaror homo, quia peccator peccatorem iustificare nequit. Nihil ergo iustius, nihil impossibilius. Attende adhuc. Si homo dicitur iniustus, qui homioi non reddit quod debet, multo magis iniustus est qui Deo quod debet

Dubium.

Quòd impotẽtia hominis non excusatũ.

Respõsio.

Exẽplum.

nõ reddit. Quod si reddere non potest, quomodo iniustus est? Audi forsitan si nulla est in illo causa impotentiæ, aliquatenus excusari potest. Sed si in ipso impotentia culpa est, sicut non leuat peccatum, ita non excusat non reddentem debitum. Nam quis iniungat opus aliquod seruo suo, et pręcipiat illi, ne se deijciat in foueã, quam illi demonstrat, vnde nullatenus exire possit, et seruus ille contemnens mandatum et monitionem Domini sui, sponte in monstratam se mittat foueam, vt nullatenus possit opus iniunctum facere, putas ne aliquatenus illi impotentiam illam ad excusationem valere, cur opus iniunctum non faciat? Non. Immo dupliciter peccauit. Quia et quod iussus est facere, non fecit: qđ præceptum est, vt non faceret, fecit. Ita homo q̃ se sponte obligauit, illi debito qđ soluere non pŏt, et sua culpa deiecit se in hanc impotentiam, vt nec illud possit soluere quod debebat ante peccatũ, id est, ne peccaret, nec hoc quod debet, quia peccauit, inexcusabilis est. Ipsa nanque impotentia culpa est, quia non debet eam habere, immo debet eam non habere. Nam sicut culpa est, non habere quod habere debet, ita culpa est, habere quod debet non habere. Sicut igitur culpa est homini, non habere potestatem illam quam accepit, vt posset cauere peccatum, sic culpa est illi habere impotentiam, qua nec iustitiam tenere, et peccatum cauere, nec quod pro peccato debet reddere potest. Sponte nãque fecit, vnde perdidit illam potestatem, et deuenit in hanc impotentiam. Illud enim est non habere potestatem, quam debet habere, et habere impotentiam, quam debet non habere. Quapropter impotentia reddendi Deo quod debet, quæ facit vt non reddat, non excusat hominem si non reddit, quoniam effectum peccari non

excusat

Digitized by Google

excusat peccatum quod facit. Iniustus est ergo homo qui nō reddit Deo quod debet,& iniustus est, quia reddere nequit. Et nullus iniustus admittetur ad beatitudinem, quoniam quemadmodum beatitudo est sufficientia,in qua nulla est indigentia,sic nulli cōuenit nisi in quo ita pura est iustitia, vt nulla sit iniustitia. Cum igitur videas peccatorem hominem, hoc debere Deo pro peccato,quod vel reddere nequit, & nisi reddiderit saluari nequit,instruendus es ne forte desperes,qualiter Deus misericordia saluet hominem, cū peccatum non dimittat,nisi illi reddiderit propter quod illud debet. Rationalem naturam a Deo factam esse iustam ,vt illo fruendo beata esset,dubitari non debet. Ideo nanque rationalis est vt discernat inter iustum & iniustum, inter bonum & malum,& inter magis bonum & minus bonum. Simili ratione probat,quod ad hoc accepit potestatem discernendi,vt odisset,& vitaret malum,ac amaret & eligeret bonum, atq; maius bonum magis amaret, & eligeret. Sed non conuenit vt Deus potestatem tantam frustra dederit. Ad hoc itaque factam esse rationalem creaturam,certum est, vt summum bonū super omnia amaret & eligeret, non propter aliud sed propter ipsum. Si enim propter aliud,non ipsum sed aliud amat. Vt igitur frustra nō sit rationalis, simul ad hoc rationalis & iusta facta est. Quapropter rationalis natura,iusta facta est,vt summo bono,id est, Deo fruendo beata esset. Homo ergo qui rationalis creatura est,factus est iustus ad hoc,vt Deo fruēdo beat' esset. Quod autem factus sit talis,vt necessitate nō moreretur,hinc facile probatur,quia sapientiæ & iustitiæ Dei repugnat, vt cogeret mortem pati sine culpa,quem iustum ad beatitudinem fecit,Sequitur ergo. Quia si nunquam peccasset,nunquam moreretur. Vnde aperte quandoq; futura resurrectio mortuorum probatur. Quippe si homo perfecte restaurandus est,talis debet restitui,qualis futurus erat,si non peccasset. Nihil ergo iustius aut conuenientius intelligitur,quam vt sicut homo si perseuerasset in iustitia,totus, id est, anima & corpore æterne beatus esset,ita si perseuerat in iniustitia,totus similiter miser sit. Ex his.n.facile est cognoscere,quonia autur hoc de humana perficiet deus natura, quod incepit, aut frustra num fecit tam sublimem naturam ad tantum bonum. Aut si nihil preciosius cognoscitur Deus fecisse quam rationalem creaturam,ad gaudendum de se; valde alienum est ab eo, vt illam rationalem creaturam penitus perire sinat. Necesse est ergo vt de humana natura, quod incepit perficiat. Hoc autem fieri (sicut dixi) nequit,nisi per integram peccati satisfactionem,quam nullus peccator facere potest. Si vero intelligis necesse fuisse,vt Deus perficeret quod incepit,forte cogitas dicēs, quam gratiam debeo pro eo quod fecit me propter se? aut quomodo imputabo meam salutem eius gratiæ, si me saluat necessitate? Sed attende quod ex necessitate,quæ benefaciendi gratiam aufert aut minuit, & est necessitas,qua maior ex beneficio gratia debetur. Cum enim aliquis ex necessitate cui subiacet, inuitus benefacit, aut nulla, aut minor illi gratia debetur. Cum vero ipse sponte necessitati benefaciendi se subdit,neq; inuitus eam sustinet,tunc vtiq; maiorem beneficii gratiam meretur Non.n.hec est dicēda necessitas,sed gratia, quia nullo cogente illam suscepit aut seruat, sed gratis. Quare multo magis si Deus facit bonum homini quod incepit,licet non deceat eum a bono incepto deficere, totum gratiæ debem' imputare,quia hoc propter nos, non propter se, nullius egens,incepit. Non.n.illum latuit, quid homo facturus erat, cum illum fecit. Et tantum bonitate sua illum curando,sponte se,vt perficeret inceptum bonum,quasi obligauit. Denique Deus non facit necessitate,quia nullo modo cogitur,aut prohibetur facere aliquid. Et cum dicimus Deum aliquid facere quasi ex necessitate vitandi inhonestatem,quam vtique non timet, potius intelligendum est, quia hoc facit necessitate seruandæ honestatis. Quæ, necessitas non est aliud quam immutabilitas honestatis eius, quā a se ipso & non ab alio habet,idcirco improprie dicitur necessitas. Dico tamen quod necesse est,vt bonitas Dei propter immutabilitatē suā perficiat de homine quod incepit,quamuis totum sit gratia bonum quod facit. Hoc autem fieri nequit, nisi sit qui soluat pro peccato hominis aliquid maius, quam omne quod Deus non est. Illum quoq; qui de suo poterit Deo dare aliquid,quod superat omne,quod sub Deo est, maiorem esse necesse est,quam omne quod non est Deus. Nihil autē est super omne quod Deus nō est,nisi Deus. Non ergo potest hanc satisfactionem facere, nisi Deus. Sed nec facere illam debet,nisi homo. Si ergo (sicut constat) necesse est,vt de hominibus perficiatur illa superna ciuitas,neq; hoc esse valet,nisi fiat supra dicta satisfactio, quā neq; pōt facere nisi Deus,nec debet nisi homo, necesse est,vt faciat eam Deus homo. Inuestigandum nūc est,quomodo esse possit Deus homo. Diuina.n.natura & humana nō possunt in inuicem mutari,vt diuina fiat humana,aut humana diuina,nec ita misceri, vt quædā tertia fit ex duabus,quæ nec diuina sit omnino nec humana. Deniq; si fieri posset,vt altera in alteram conuerteretur,aut esset tantum Deus & non homo,aut solum homo & non Deus. Aut si miscerentur,ita vt fieret ex duabus corruptis quædam tertia (quemadmodum ex duobus indiuiduis animalibus diuersarum specierum, masculo & fœmina nascitur tertium, quod nec patris integram neque matris seruat naturam,sed ex vtraq; tertiam mixtam) non homo esset,nec Deus. Non igitur potest fieri homo Deus,quem quærimus ex diuina & humana natura,aut conuersione alterius in alteram,& corruptiua commixtione naturæ vtriusq; in tertiam, quia hoc fieri istæ duæ naturæ nequeunt:aut si fieri valerent,nihil ad hoc quod quærimus valerent. Si autem ita quolibet modo coniungi debent hæ duæ integræ naturæ,vt tamen alius sit Deus,alius homo, & non idem sit Deus,qui & homo,impossibile est vt ambo faciant, quod fieri necesse est. Nam Deus non faciet quod non debebit,& homo non faciet,quia non poterit. Vt ergo hoc faciat Deus homo, necesse est eundem ipsum esse perfectum Deum,& perfectum hominem,qui hanc satisfactionem facturus est,quoniam eam facere non potest nisi verus Deus,nec debet nisi verus homo. Quoniam ergo seruata integritate vtriusq; naturæ, necesse est inueniri Deum hominem,nō minus est necesse,has duas naturas integras conuenire in vnam personam, quemadmodum corpus & anima rationalis conueniūt in vnum hominem,quoniam nequit aliter fieri, vt idē ipse sit perfectus Deus & perfectus homo. Restat nunc quærere, vnde & quomodo assumet Deus humanam naturam. Aut.n.assumet eā de Adam, aut faciet nouū hominem,quemadmodū Adam fecit de nullo alio homine. Sed si nouum hominem facit non ex Adæ genere,non pertinebit ad humanum genus, nisi quod natū est de Adam. Quare nō debebit satisfacere pro eo,quia non erit de eo. Sicut.n.rectum est, vt pro culpa omnis homo satisfaciat,ita necesse est,vt satisfaciens idem sit qui peccator,aut eiusdem generis. Aliter nanq; nec Adam,nec genus eius,satisfaciet per se. Ergo sicut Adam & Eua peccatum in omnes homines propagatum est,ita null' nisi vel ipsi,vel qui de illis nascitur, pro peccato hominum satisfacere debet. Quoniam ergo illi nequeūt,necesse est, vt de illis sit,qui hoc faciet. Amplius sicut Adam & totum genus eius per se stetisset sine sustentatione alterius creaturæ,si non peccasset:ita oportet vt si idem genus resurgit post casum, per alium resurgat ac releuetur:Nam per quemcunq; in statum suum restitua-

Marginalia: Homo factus fuit iustus, vt beatus esset. — Quod homo nō moreretur, si nō peccasset. — Nota. — Quòd de humana natura perficiet Deus quod incępit. — Dubium. — Solutio. — De duplici necessitate. — Satisfacere non potest pro primo homine, nisi Deus homo. — Necesse est eūdem ipsum esse perfectum Deum, & perfectum hominem. — Quod ex genere Adæ & de virgine fœmina Deū oportebat assumere hominem.

restituatur, per illum itaq; stabit per quem statũ suum recuperabit. Deus etiam quando humanam naturam primitus fecit in solo Adam, nec fœminam (vt de vtroque sexu multiplicarentur homines) facere voluit nisi de ipso, aperte monstrauit, se non nisi de Adam voluisse facere, quod de natura humana facturus erat. Quapropter si genus Adę per aliquem releuatur hominem, qui non sit de eodem genere, non illam dignitatem habebit, quam habiturus erat, si nõ peccasset Adam: & ideo non integre restaurabitur, & Dei propositum deficere videbitur, quæ duo inconuenientia sunt. Ergo necesse est, vt de Adam assumatur homo, per quem restaurandum est genus Adę. Pinge igitur in animo non super fictam vanitatem, sed super solidam veritatem & dic: quia valde conuenit, vt quemadmodum hominis peccatum, & causa nostræ perditionis principium sumpsit a fœmina, ita medicina peccati, & causa nostræ saluationis nascatur a fęmina. Similiter & hoc. Si virgo erat quę causa fuit humano generi totius mali, multo magis decet virgo sit, quę causa erit totius boni. Hoc quoque similiter. Si mulier quam Deus fecit de viro sine fęmina, facta est de virgine: conuenit valde, vt quoq; qui fiet de fœmina, sine viro fiat de virgine. Nunc tibi quoque dicendum est in qua persona Deus, qui est tres personæ, hominem assumat: plures.n. personæ nequeunt vnum eũdem hominem assumere in vnitate personæ, quare in vna persona tantum hoc fieri necesse est. Sed de hac vnitate personæ Dei & hominis, & in qua persona Dei hoc magis fieri oporteat, breuiter tango. Cur videlicet potius filij persona debeat incarnari, quam patris aut Spiritus sancti. Si quælibet alia persona incarnetur, erũt duo filij in trinitate, filius, s. Dei qui & ante incarnationem filius est, & ille qui per incarnationem, filius erit virginis, & sic erit in personis (quæ semper æquales esse debent) inæqualitas secundum dignitatem natiuitatũ. Digniorem nanq; natiuitatem habebit natus ex Deo, quam natus de virgine. Est & aliud cur magis conueniat filio incarnari, quam alijs personis, quia conuenientius sonat filium supplicare patri, quam aliam personã alij. Item. Homo pro quo erat oraturus, & diabolus quem erat expugnaturus, ambo falsam similitudinem Dei pro propria voluntate præsumpserant. Vnde quasi specialius aduersus personam filij peccauerunt, quia vera patris similitudo creditur. Illi cui specialius fit iniuria, conuenientius attribuitur culpæ vindicta, aut indulgentia. Quapropter cum nos ratio ineuitabilis perduxerit ad hoc, vt necesse sit diuinam & humanam naturam in vnam conuenire personam, nec hoc fieri possit in pluribus personis Dei, & hoc conuenientius fieri pateat in persona verbi, quam in alijs, necesse est, verbũ, Deum, & hominem in vnam conuenire personam. Leo Papa. Igitur sempiterna & summa essentia, quæ se sic ad humani generis inclinauit salutem, nos quidem in suam gloriam transtulit Sed quod erat esse, nõ destitit. Quod enim verbum caro factum est, nõ hoc significat quod in carnem sit Dei natura mutata, sed quod a verbo in vnitatem personæ sit caro suscepta, in cuius vtiq; nomine homo totus accipitur. Vnde vtrique naturæ in suis proprietatibus permanenti, tanta est vnitas facta & cõmunio, vt quicquid ibi est Dei, non sit ab humanitate disiunctum, quicquid autem est hominis, non sit a diuinitate diuisum. Verbum.n. & anima & caro in vnam conuenire personam, & hęc tria vnum, & hoc vnũ tria sunt, non commixtione substantiæ, sed vnitate personæ. Et in hoc homo considera, quod cum origini humanæ multum dederit, quod nos ad imaginem suam fecit, reparationi nostræ longè amplius tribuit, cum seruili formæ ipse se Deus coaptauit. Quamuis.n. ex vna eademq; pietate fit, quicquid creaturæ creator impendit, minus tamen mirum est hominem ad diuina proficere, quam Deum ad humana descendere. Quis enim ab impietate ad iustitiam, a miseria ad beatitudinem esset recursus, nisi & iustus ad impios, & beatus inclinaretur ad miseros? Libet idcirco in huiusmodi consideratione aliquantulum immorari, eo q tam ipsius obstupenda dignatio, qua nostrum sibi associauit iumentum. quam copiosa redemptio apud eum, qua humiliter crucis subiuit tormentum, meditandi materiam ministrat abundanter. Nescio nanq; si vlla esse possit efficatior, ac suauior morum ædificatio, quam verbi incarnati fidelis & pia consideratio. Quid.n. hominem sic excitare potest ad amorem Dei, quam præueniens amor Dei, tãque vehemens ad hominem, vt homo propter hominem velit fieri? Quid autem nutrit ita amorem proximi, quam similitudo & natura proximi in humilitate dei? Nam humilitatis exemplum nec cogitari posse maius aliquid existimo, quam exinanitionem Dei in formam serui, & seruitutem plusquam serui. Bern. Venit igitur filius Dei de corde patris, in vterum virginis matris. Venit a summo cęlo in inferiores partes terrę. O inæstimabilis dignatio & penitus excogitabilis, quod in carceris huius horrorem fętoremq; nostræ mortalitatis, tanta dignata est descendere celsitudo. Mira quęrentis Dei dignatio, mira dignitas hominis sic quæsiti, in qua si gloriari voluerit, non erit insipiens, non quod aliquid esse videatur tanquam a semetipso, sed quod tanti fecerit eum. Leo Papa. Agnosce igitur ex his dignitatem tuam, & diuinæ consors factus naturæ, noli in veterem vilitaté degeneri cõuersatione redire. Bern. Omnes nanq; diuitiæ, omnis gloria mundi, & quicquid in eo concupiscitur, minus est ad hanc gloriam, immo nec aliquid eius in cõparatione. Guerricus. Præterea nõ tã admiranda, q̃ ẽt obstupẽda intueor in hac gloria. Nã cũ humanarũ infirmitatum vel iniuriarũ, quas pro nobis pertulit diuina dignatio, sicut tpe primã, sic humilitate fere maximã existimo, q in vtero cõcipi, in vtero nouẽ mensib. maiestas illa incircunscripta passa est cõtineri, vbi.n. sic se exinaniuit, vt quasi penitus a seipso defecisse visus sit. Tanto tpe nihil illa sapiẽtia loquitur, nihil illa virtus manifestum operatur, nullo signo visibili maiestas (quæ clausa latet) proditur. Nam in cruce visus est infirmus, vbi quod infirmum fuit ipsius, statim foris apparuit omnibus hominibus, quando & moriens glorificat latronem, & expirans inspirat Centurioné: quando horarius dolor passionis eius non solum compati facit elementa creaturarum, sed etiam cõtrarias fortitudines subigit ęternorum passioni dolorum. In vtero sic est, quasi non sit: sic omnipotens virtus vacat, quasi nihil possit, & verbum æternum sub silentio se premit. Guerricus. Exinaniuit igitur semetipsum formam serui accipiens, & cum tota multitudine miserationum suarum de thalamo prosilijt virginali. Dependet Deus ad vbera, ponitur in præsepe, ligatur in cunis, pannis inuoluitur, & laxatis fasciolis fœlices manus & sancta brachia per cunarum paruitatem expandit. Nulla ibi domus ambitio vbi reclinatorium in stabulo, mater in fęno, filius in præsepio. Tale elegit mundi fabricator hospitiũ, hmõdi habuit delitias sacræ virginis puerperium. Panniculi pro purpura, pro bysso in ornatu regio laciniæ congeruntur. Genetrix est obstetrix, & deuota dilectæ soboli ipsa exhibet cliẽtelam, attrectat, amplectitur, iungit oscula, porrigit mammam, totum negotiũ plenum gaudio, nullus dolor, nulla naturæ contumelia in puerperio. Pedisequas substantia familiaris non patitur, mãcipiorum obsequia sumptus tenuis, & inops mensa excludit. Nullum dom' arta diuersorium occupabat, nec secreti recessus erãt illius casulę incastraturam, tectum, & soli parietes per circuitum vestiebant. Nec ibi locus erat lauactis, quæ solẽt puerperis pręparari, quippe nec aliqua naturæ iniuria matrem domini læserat, quæ sine tormen-

Ratio quare De' humanã naturam primitus fecit in solo Adã.

Quòd magis conuenit filio incarnari, q̃ alijs personis.

Item alia ratio.

Quod minus est mirabile hominem ad diuina quã Deum ad hominem venire.

Hic agit de dignatione incarnationis.

Quid nutrit amoré Dei, & qd nutrit amorem proximi.

De hinc agitur de dignatione Incarnationis.

Quòd in nullo sic se exinaniuit Deus, quãtum in conceptione sua.

De paupertimo circa Dei natiuitate cultu.

Digitized by Google

tormento pepererat,quæ in conceptione caruit voluptate. Et quamuis in propria venerit,qui omnia continet,quicquid circa ipsum vel ipsius genitricem impendebatur officij,non tantum pauperrimum extitit, sed etiam alienum. Bernardus. Et de quo dicebatur,quis Deus magnus sicut Deus noster?& magnitudinis eius non est finis;iam non prædicatur magnus Dominus,& laudabilis nimis,sed paruus Dominus & amabilis nimis. Alludit vt paruus,virgini matri arridet, & blandiẽtes oculos in Mariam intorquet. Stat perterrita tãtis miraculis regina cœlorum,confert in corde suo salutationẽ Archangeli,conceptionem Dei,& natiuitatem pueri,& miratur,quod ille qui sic potuit ad nos venire, sic voluit subuenire. Et certe cum totus sit dulcedo, & sic subuenire nobis voluit,dulciorem eum mihi facit teneritudo membrorum. Dulcedo hæc incomparabilis, & pietas ineffabilis, vt Deũ qui creauit me,videam puerum creatum propter me, Deusque maiestatis & gloriæ non solum similis mihi fiat corporis veritate, sed &̃ miserabilis,& velut humanæ indigens opis appareat ętatis infirmę. O duritia cordis mei. Quid hoc faciat? Amor certe dignitatis nescius,dignatione diues, effectu potens,suasu efficax. Quid amore violentius? Triumphat de deo amor,quia semetipsum exinaniuit, & scias amoris fuisse,quòd plenitudo effusa est,quod altitudo adęquata,quòd singularitas associata est. Bernardus.

Quod amor solus de Deo triumphat.

Quid igitur ad hæc dormitat tua affectio, immò non dormitat,sed mortua est. Vt te lucrifaceret,vt me ad amorem suum traheret,omnem plenitudinem diuinitatis in hominem trãsfudit. Transfusum Deum in hominem dico,quia non ad mensurã datũ homini video,nec de omni plenitudine sua penes Deũ aliquid resedit, qđ in hominem cui vnitus est,non effudit,dum omne qđ in diuinitatis thesauro pietatis inuentum fuit, totum in vtero virginis aggestum. Ita enim Deus funditur, Deus amatus in hominem effusus est, quod tanquã a sua propria virtute sit exinanitus,dũ videlicet in ea humilitate,qua tibi consuluit,non solum patre, sed etiam se ipso factus sit iferior. Quę vero maior exinanitio in oculis videntium, quid efficacius ad creatorem tuum re amandum,quam quod pro te splendor gloriæ,& figura paternæ substantiæ,formam præferat seruilem, & in ipsa non habens speciem neque decorem? Qui enim quasi parum esset exinanitus si homo solum fieret, sed &̃ humanę carnis ita funditus in se formam & speciem vacuauit,sapientiam infatuauit, virtutem infirmauit, minuitque magnitudinem,vt & in natiuitate minimũ, & in passione se nouissimum virorum hominibus exhiberet,vnde nec reputauerunt eum. Obstupesce ergo homo tanta pro te mirabilia,tanta beneficia pro te exhibita. Cogita quantum te diligat, qui tanta dignatus est facere pro te. Considera diligenter Dominum sabaoth,qui cęlum & terram implet,iacentem in præsepio infantulum,immò cuius maiestati angusta est omnis cœli latitudo,pannis inuolutum,& qui cęlis tonat, sub cuius vocis tonitruo angelicę potestates submittũt alas suas vagientem,vt ipsius amoris ardore totus accensus,ad tanta beneficia tua vsq; huc ingratitudo erubescat,quia ipse tuam naturam diuinę voluit associari in vna persona,nũquam ab eo separandam,signũ amoris, vt sic saltem eũ amares,a quo te agnosceres sic amari. Guerr. Pro his semper gratus esto, indesinenter gratias age,& caue ne indignum videri velis, vt credatur Deus Dei filius fœmineis se inseruisse visceribus,& maiestatem suam huic contumelię subdidisse. Vt naturę carnis immixtus, in vero humanæ substantiæ corpore nasceretur,cum totum hoc opus non iniuria sit ipsius, sed potentia,non credenda pollutio,sed gloriosa dignatio. Si enim lux ista visibilis nullis immunditijs,quibus superfusa fuerit violatur,nec radiorum solis nitorem, quem corpoream creaturam esse non dubium est,loca nulla sordentia vel cenosa contaminant, quid illius supernæ, sempiternæ, & incorporeæ lucis essentiam potuit, qualibet sui qualitate polluere, quæ se ei quam ad imaginem suam condidit sociando creaturæ,purificationem præstitit,maculam non recepit, & sic sanauit vulnera infirmitatis,vt nulla pateretur dãna virtutis? Quam fœlix proinde, quã amabilis natiuitas tua puer Iesu,quæ natiuitatem omnium emendat,conditionem reformat,præiudicium soluit,chyrographum damnatæ naturæ rescindit,vt si quem piget damnabiliter esse natum,possit fœlicissimè renasci. Verè tu puer misericors,quem sola misericordia puerum fecit,licet pariter misericordia & veritas in te obuiauerunt sibi. Verè (inquam) tu misericors puer natus es nobis,nõ tibi,lucra nostra,nõ augmenta tua nascens de nobis quæsisti,qui ad hoc solũ nasci dignatus es,vt nos minoratione tua proueheres,humiliatione glorificares. Dulce certè,proinde dulce, & sapidum cogitare, & recogitare puerum Deum,quin etiam efficax, & operatorium ad medendum ac dulcorandum (si qua in nobis est) peccatorum amaritudinem,pœnitentiæ austeritatem. Quid non tẽperabit illa dulcedo,quæ mortem quoq; facit dulcissimam. Et inter hæc considerata,semper recurro ad hoc quod dulcius sapit,& familiarius adhęret,videlicet,qđ ideo voluit similitudinem hominum fieri,vt hominib. esset amabilior. Similitudo enim ad amorem efficacius operatur. Ideo non me capio præ lętitia,quod illa maiestas naturã suã natura meæ carnis,& sanguinis superuestit,& me miserum in diuitias gloriæ suæ non ad horã sed in sempiternũ includit, fit frater meus Dñs meus, & timorem Domini fratris vincit affectus. Ideo Domine Iesu libenter audio te regnantem in cęlis,sed libẽtius nascentem in terris. Hæc enim meditatio rapit affectum meum,& huius memoria conualescit cor meũ, viuentis & viuidæ potionis asperitate purgatum. Erat vtique Dominus meus inter angelicos ordines, audiẽs hymnum gloriæ suæ admirabilis, illi mirabili creaturę faciens mirabilia in cœlo,& in terra, in mari & in omnibus abyssis. Ego aũt in luto fecis, & miseriæ obuolutus,miser,& miserabilis,& omnẽ spem egrediendi perdideram. Ille in gloria,ego in miseria, admirabilis ille ego miserabilis Sanctum, & terribile nomen eius, qđ vix audeat illud dignior nominare natura. Nomen illud clausum & integrum, quomodo capere poteram, quod vix angelicus oculus prospicere,nedum perspicere potest,ille qui erat admirabilis agminibus Angelorum, inclinat cœlos, & fit consiliarius hominum. Maiestatiuum nomen, imprecatiuum effunditur, & qui mirabilis est in cœlis, consulere venit in terris. Abscondit purpuram sub miseriæ vestimentis,& ad lutum vbi iacebam inclinatur, non mergitur. Et si audeo dicere,infixus sum in limo profundi. Operi manuum suarum porrigit dexteram, de profundis aquarum extraxit, extractum abluit, ablutum induit, indutum reparat, reparatum confirmat. Porrigit dexteram cum nascitur, cum loquitur extrahit, abluit cum moritur, induit cum resurgit, cum ascendit reparat, confirmat cum Spiritum sanctum emittit de cœlis. Et vt agnoscas plenius homo dignitatem tuam, agnoscas & gloriam conditionis tuæ vel humanæ,tria opera, tres mixturas fecit omnipotens illa maiestas in assumptione carnis nostræ, ita mirabiliter singularia, & singulariter mirabilia, vt talia nec facta sint, nec facienda sint super terram. Coniuncta sunt quippe adinuicem Deus & homo, mater & virgo, fides & cor humanum. Admirabiles istæ mixturæ, & omni miraculo mirabilius,quomodo tam diuersa adinuicem po-

Qđ Deus transfusus sit in hominem.

Quanti Deus se exinaninit

Quod nõ fuit cũ iniuria Dei assumptio humanæ naturæ.

Exemplũ.

Vis vitalis in arboribus. *Vis sensibilis in pecoribus.* *Vis rationalis in hominibus.*

fuerunt coniungi. Huic limo terreno vim vitalem miscuit, vt in arboribus, vnde surgit venustas in folijs, in floribus pulchritudo, sapor in fructibus & medicina. Adiecit etiam vim sensibilem limo nostro vt in pecoribus, quæ non solum iam vitam habeant, sed & sentiant quinque partita sensificatione vigentes. Addidit adhuc honorare limum nostrum, & ei vim rationalem coniūxit, vt in hominibus, qui iam non solum viuant, sentiāt, sed & discernant inter commodum, & incommodum, inter bonum & malum, & inter verum & falsum. Voluit quoque adhuc infirmiora nostra abundantiori gloria sublimare, & contraxit se maiestas, vt quòd melius habebat, videlicet seipsum, limo nostro coniungeret: miscerentque se inuicem Deus & limus, maiestas, & infirmitas, tanta vilitas & sublimitas tanta. Augustinus. Et vide, quòd si mirabilis fuit coniunctio prima, videlicet inter animam & corpus, sed mirabilior fuit secunda inter Deum & limum, nec minus mirabilis erit & tertia, cū homo, Angelus & Deus vnus erit spiritus. Confundatur ergo superbia hominum, & ad humilitatem Dei nouerit de se humilia sapere lutum. Bernardus. Nihil. n. Deo sublimius, nihil vilius limo, & tamen tanta dignatione descendit Deus in limum, tantaque dignitate limus ascendit io Deum, vt quicquid fecit Deus, limus fecisse credatur, quicquid limus pertulit, Deus pertulisse dicatur tam ineffabili, quam incōprehēsibili sacramēto. Bernardus. Aduerte ergo homo quia limus es, & nō sis superbus, quia Deo coniunctus es, & non sis ingratus.

De tribus cōiunctionibus mirabilib.

Hic Ichoat de passione, & humilitate pię redemptionis.

Verum quoniam bona quæ largiri mortalibus non cessat misericors & miserator Dominus, recolere, & recolligere omni homini impossibile est, id saltem quod precipuum est maximum opus, videlicet redemptionis, a memoria tua aliquatenus non recedat. Augustinus. Agnosce igitur quantum valeas, & quantum debeas, & dum precium tui cogitas, tibi vilis esse desinas. Faustinus. Perspice homo quantum valeas, vt tandem (inquam) vilis tibi esse desinas, vt per hoc erubescendis subiicere vitijs dedigneris, dum generositatem tuam de creatoris, ac reparatoris dignitate metiris. Augustinus. Reus nanque eris, non parui precij sed sanguinis Christi, qui violas, & maculas animam Christi sanguine mundatam, & passione redemptam. Leo Papa. Memento cuius sis capitis, & cuius corporis membrum. Reminiscere quia morte Christi erutus de potestate tenebrarum, translatus es in Dei lumen, & regnum, quia pretium tuum sanguis est Christi, qui veritate te iudicabit, qui misericordia te redemit. Miserendi enim nostri Deus causam nisi in sua bonitate nō habuit, mirabilior est secunda hominum generatio, quam prima conditio. Quia plus est in nouissimis seculis reparasse deū, quod perierat, quam a principio fecisse, quod non erat. Bernard. in ser. Memento te, & si de nihilo factum, non tamen de nihilo redemptum. Sex diebus condidit omnia, & te inter omnia. At vero per trigintatres annos, operatus est salutem tuam in medio terræ. O quantum laborauit sustinens carnis necessitates, & hostis tentationes. Quis vero inter cætera digna perfect quanti fuerit humilitatis, mansuetudinis, & dignationis, Dominū maiestatis indui carne, multari morte, turpari cruce? nunquid non valuit opus suum reparare absque ista difficultate? Valuit, sed maluit cum iniuria sui, ne pessimū atque odiosissimum vitium ingratitudinis vltra reperiret in homine. Sanè multum fatigationis assumpsit, quo multæ dilectionis hominem debitorem teneret, commoueretq; gratiarum actionis difficultas redemptionis, quem minus esse deuotum fecerat conditionis facilitas. Quid enim dicebat homo creat' & ingratus? Gratis quidem cōditus sum, sed nullo grauamine auctoris, vel labore, siquidem dixit & facta sunt, quemadmodū vniuersa. Quid magnum est (quamlibet magna) quod in verbi facilitate donauerit. Sic beneficium creatoris attenuans humana impietas, ingratitudinis materiam inde sumebat, vnde amoris causam habere debuerat; Idq; ad excusandas excusationes in peccatis. Sed luce clarius patet, quantum homo pro te factus dispendium fecit, de Domino seruus, de Dei filio, hominis filius fieri non despexit, Bernardus de Deo. Et qui te semel tantum & solum dicendo fecit, in reficiendo profecto multa & gessit mira, & pertulit dura, nec tantum dura: sed etiam indigna. Et ideo licet multum possit hominem incitare ad amandum Deum, quod ipse eum fecit, tamen multò amplius debet eum incitare, quod ipse eum refecit, quia non tam facile refectus, quam factus. Quid ergo retribuam Domino, pro omnibus quæ tribuit mihi? In primo opere me mihi dedit, in secundo se, & vbi se dedit, me mihi reddidit. Datus ergo & redditus, me pro me debeo, bis debeo, quid Deo retribuam pro se? Nam etiam si me millies rependere possem, quid sum ego ad Deum? Quid igitur magnum tanto recompensatur amori, si puluis exiguus totum se ad reamandum collegerit, quid illa nimirum maiestas in amorem præueniens, tota in opus salutis eius incēla conspicitur? Anselmus. Ecce Dñe, quia tu me fecisti debeo meipsum amori tuo totū, qa me redemisti, debeo meipsū amori tuo totū, quia tanta promittis, debeo meipsū amori tuo totum. Immo & tm̄ debeo, plusq; meipsum quātum tu es maior me, pro quo dedisti teipsum, & cui promittis te ipsum. Et hæc tria cōsidero, in quib. tota spes mea cōsistit. Bern. In charitate adoptionis, veritate promissionis, & potestate redēptionis. Scio igit cui credidi, & certus sum, quia in charitate nimia adoptauit me, quia verax in promissione, & quia potens in exhibitione. Hugo.

Quod homo nō sufficit ad retributionem.

De dulcedine circa hominem vt incitet eum ad amorē suū.

Cogita igitur quantum diligat te, qui tanta pertulit pro te, & tanta facere dignatus est propter te, & qui tanta tibi dare promittit. Primo nanque pulcher factus fueras eius munere, postmodum vero fœdus factus es tua iniquitate. Sed iterum mundatus es, & formosus factus es eius pietate, operante tamen vtrobique charitate. Olim cum non esses, dilexit te, vt conderet te, postea cum fœdus factus esses dilexit te, vt pulchrū faceret, & vt ostenderet tibi quantū te diligeret: non nisi moriendo a morte te liberare voluit, vt non tantum pietatis impenderet beneficium, verumetiam charitatis ostenderet affectum, immo & tam syncera charitate diligit, ac si semper cum eo perstitisses, nec exprobrat tibi reatum, nec improperat tibi beneficium. Bernardus. Et si deinceps cum eo fideliter perseuerare, ipsumque vt decet amare, vt tuum illi amorem incōtaminatum seruare volueris, maiora prioribus se daturum promittit.

Sup Cant.

De gemina dulcedine in pectore Christi.

Quia gemina dulcedo suauitatis exuberat in pectore Iesu, longanimitas videlicet in expectando, & in donando facilitas. Ad hoc siquidem diu suspendit sententiam vltionis a contemnente, vt quandoque gratiam exhibeat remissionis in penitente. Non vult enim mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. De penitendi facilitate audi. Quacunque hora peccator ingemuerit peccatum suum, remittetur ei. Et Daoid paucis comprehendit vtrunque. Lōganimis (inquit) & misericors. Quod Dei misericordia nostram superet miseriam. Et ideo misericors est, quia tardius videtur ei peccatori veniam dare, quam ipsi peccatori accipere, sic enim festinat absoluere reum a tormento conscientiæ suæ, quasi plus cruciet eum passio miseri, quam ipsum miserū passio sua. Hugo. Et vt hoc euidentius intelligas, attende. Abieras siquidem & perieras, & quia in peccatis tuis venundatus eras, vltra se continere non potuit. Venit igitur ille post te vt redimeret te, & tantom dilexit te, vt sanguinis sui pretiū appenderet pro te, taliq; pacto, & reduxit de exilio, & redemit

Eze. 18. *Psal. 102.*

de

de seruitio. Nulla ergo dilectio maior, nullus amor syncerior, nulla charitas sanctior, nullus affectus ardẽtior. Mortuus est pro te innocens, nihil quod in te amaret inueniens. O cor induratum, cor plus quam lapideum; eo, quod in morte amatoris tui, quam pro amore tuo sustinuit, & petræ scissæ sunt, & monumẽta aperta sunt. Cur non datum est mihi intelligere Deum creatorem meum pro amore meo quasi infatuatum, & tanquã ad nihilum videre redactũ? Hugo. Quidnam inuenisti in me domine Deus, quòd diligeres, & tantum diligeres, vt morereris pro me? Bernard. Quod tale in me inuenisti, pro quo tanta & tam dura & dira sustinere voluisti? O bone Iesu, si mihi saperet etiam præter hæc, quã dulciter cum hominibus conuersatus es, quam magna etiã abundanter eis largitus es, dura & aspera pro eis passus es, dura verba, duriora verbera, durissima & horrenda crucis tormenta. Flagellis cæsus, spinis coronatus, clauis confossus, patibulo affixus, opprobrijs saturatus, omnium tamen immemor dolorum ait. Pater ignosce illis. Expansis pro eis in cruce manibus dedit, risum malignantibus, & fletum fidelibus, factusque omnibus est derisui, qui solus potuit esse terrori. Quid igitur magis admirandum? quid amplius detestandum? quid grauius puniendum? quam quod videns Dei filium, summum in regno angelorum, nouissimum in regno hominum, apponit se magnificare homo super terrã? Quid superbis terra & cinis? Quanto enim se minorem fecit in humilitate, tanto se maiorem ostendit in bonitate, & quãto pro te est vilior, tãto tibi debet esse carior. Quæ maior iniquitas, quam vt inde creator a te contemnatur, vnde plus amari merebatur? Attende amorem quo se totum tibi impendit, nihil sibi retinens. Attende, & humilitatem qua seruiuit tibi, nihil sibi damnationis vendicãs. Bernar. Primò oĩa sua tibi dedit, dehinc & seipsũ exposuit vtilitatibus tuis, non parcens sibi propter te, in ieiunijs multis, in laboribus frequenter, in vigilijs supra modũ, in fame & siti, etiam in frigore & nuditate. Leo Papa. Nam omnes infirmitates nostras quæ veniunt de peccato, absque peccati communione suscepit, vt est famis ac sitis, somni & lassitudinis, mœroris ac fletus, afflictionibus non careret, doloresque sæuissimos, vsque ad mortis extrema pateretur. Ministerium vero suum impleuit, humilians semetipsum, & obediens factus patri vsque ad mortem, mortem autem crucis. Sed parum tibi forte videtur, quòd cum esset filius & coæqualis, tã quam seruus seruit Patri, si non & seruo suo, plusquam seruus seruiuit. Factus quidem erat homo, vt creatori seruiret. Et quid iustius, quam vt seruias illi a quo creatus es, sine quo nec esse potes? Et quid beatius aut sublimius, quam seruire illi, cui seruire regnare est? Nõ seruiam (inquit homo) creatori: ego igitur seruiam tibi creator hominum. Tu recumbe, ego ministrabo, ego tibi pedes lauabo. Tu quiesce, ego languores tuos feram, & infirmitates tuas portabo. Vtere me vt libet in omni necessitate tua, non modo vt seruo tuo, sed etiam vt iumento tuo, vt peculio tuo. Si fatigatus autem & oneratus es, ego te & onus tuum feram, vt legem meam primus impleam. O duritia cordis mei, ad dignationem tã tam tam inopinatam. O detestabilem superbiam hominis seruire contemnentis. Dorsum etiam posuit ad flagella, & plagis vapulauit non paucis, nec paruis. Indicio sunt riuuli sanguinis, qui de tot partibus profluunt corporis. Contumelia, & tormento interrogatus fuit, veluti seruus aut latro. Subditur quæstioni, qua confessio extorquebatur criminis. Nunquam igitur recedat a memoria tua, tam debita miseratio, tam probata dilectio. Ansel. Maxima causa quare debemus diligere Deum, Scio nanque Domine, quia licet multæ sint causæ, multæ sint rationes, quare te deberemus diligere, nulla tamen maior causa, nulla cogentior ratio, quã nostræ redemptionis modus. Debemus diligere te, quia nos creasti, quia nutriuisti, quia pascis & vestis. Cur maxime debemus diligere Deum? Sed ideo maxime, quia redemisti nos tali modo, s. morte tua, & tali genere mortis, quod tunc temporis erat vilissimum genus mortis, quo puniebantur latrones & qui magna scelera commiserant. Quantò.n. abiectiora pro hominib. pati dignatus es, tanto magis ab hominibus honorari, & diligi dignus es. Quis enim tantæ duritię est & obstinationis, vt nõ possit animum suum inclinare ad te diligendum, qui tantũ dilexisti nos, vt nos lauares a peccatis nostris in sanguine tuo? Quis est, qui non possit feruẽtius & diligẽtius & dulcius diligere, quando recordatur, quòd in cruce brachia tua expandisti, desiderans nos amplecti, & recipere omnes qui ad te confugere volunt? Bern. In nullo vero clarius, quam vulnerib. tuis eluxit, quòd tu Domine suauis es, & mitis, & multę misericordię. Quid super omnia amabilem reddit Dominum Iesum Christũ? Idcirco super omnia reddit te amabilem mihi ò bone Iesu, calix quem bibisti, opus redemptionis nostrę, hoc omnino amorem nostrum vendicat facile totum sibi, hoc (inquam) est, quod nostrã deuotionem, & blãdius allicit, & iustius exigit, & arctius stringit, & afficit vehementius. Multum quidem laborauit in eo saluator, nec in oĩ mundi fabrica tantum fatigationis auctor assumpsit. In dictis suis sustinuit contradictores, in factis obseruatores, in tormentis illusores, & in morte exprobratores. Cum igitur deuoueris quicquid es, quicquid potes, nonne sic est quasi stella ad solem, quasi lapillus ad montem, & quasi gutta ad fluuium? Si perpenderes, quã multa, & quam multis debeas, videres, quam nihil sit quod facis, quam nec etiam inter minima computandũ ad comparationem debitorum tuorum. Quod si nescientis & scire volueris, respice mentali oculo, quanto remunerationis debito astringaris Domino patienti. Bernardus. Volue & reuolue dominicum corpus, a latere vsq; ad latus, a summo vsq; deorsum, & vbique inuenies dolorem. Respice sudorem sanguineum, alaparum contumeliam, flagellorum instantiam, spineam coronam, sputi ludibria, crucis angariam, patibuli suspendium, oculos languentes, oris pallorem, fellita cibaria, acida pocula, caput inclinatum, geniculationes irrisorias, titulum famosum, vestimenti sortem, & geminatum crucifige. Quid plura? Vilissimum mortis supplicium, & probra nefandissima. Et Christum in cruce pendentem, capitis inclinationem ad osculum, brachiorum extensionem ad amplexum, lateris apertionem, & totius corporis cõfixionem ad effectum. Considera filium virginis illitum sputis, liuidum plagis, clauis confixum. Attende rectorem cœli stantem in cruce, pallidum in morte, & carne deformem. Ne pertranseas Dominum Angelorum, virum percussum a Deo & humiliatum, virum quasi leprosum, & omnibus detrimentis expositum. Copiosa nanque apud eum redemptio. Et vere copiosa, quia per quinque partes de corpore eius vnda sanguinis emanauit, cum ad redemptionem totius orbis vna preciosissimi sanguinis sui gutta sufficeret. Sed ideo data est copiosa, vt virtus dilectionis in beneficij redundatione claresceret. Agnosce etiam, quam grauia sunt illa vulnera, pro quibus necesse fuit Christum Dominũ vulnerari. Si hæc omnia non essent ad mortem, mortemque sempiternam, nunquam pro eorum remedio Dei filius moreretur. Hugo. Hæc quanti valeat frequẽter cogita, & in statera charitatis appende, & quicquid amoris impendendum habes, illi repende. Inspice diligenter vulnera pendentis, cicatrices resurgentis, sanguinem morientis, precium credentis, commercium redimentis. Bernardus. Et quia filius Dei occidi iubetur,

Luc. 23.

De humilitate creatoris, & superbia hoĩs.

Quicquid facimus, nihil est ad cõparationem beneficiorum Dei in sua passione.

Psalm. 19.

vt preciosi sanguinis sui balsamo vulneribus tuis medeatur, nunquam a corde tuo recedat, quatenus toto tibi figatur in corde, qui pro te totus fixus est in cruce. In qua Christi fixione tria diligenter considera, vt illi arctius per amorem adhæreas, triplicem videlicet vtilitatem, triplicem asperitatem, & triplicem paupertatem.

De triplici vtilitate Christi, in ipsius passione.

Prima vtilitas fuit alaparum, & colaphorum & arundinis percussio, tanquam in ribaldum. Secunda fuit maior, s. tanquam in busonem, vel aliquod sordidum aut fœtens sputi excreatio. Tertia fuit maxima, videlicet inter latrones mortis turpissimæ condemnatio. De triplici autem asperitate vide diligenter.

De triplici asperitate, in Christi passione.

Prima asperitas fuit spinarum per medium cutis capitis, ad modum coronæ crudelis infixio. Secũda erat maior, totius videlicet corporis vsque ad sanguinis effusionem ligatum & nõ potentem ire quo vellet, crudelior flagellatio. Tertia vero & maxima, omnium membrorum in cruce violentissima distensio, maxime cum talem distensionem comitata fuerit manuum, & pedum crudelissima transfixio. Nam si ad se membra traheret, propria vulnera in loco sensibilissimo (vt ita dicam) propter neruorum sensibilium concursum, & causam mortis augmentaret: si autem distẽta permitteret dolorem ex distẽsione, vel quasi dissocationem omnium iuncturarũ sentiret. Nam nõ sunt veriti, membra eius intãtum distendere, vt omnia ossa eius possent dinumerari. De paupertate vero considera.

De triplici paupertate in Christi passione.

Prima paupertas fuit, ꝙ tantum non habebat, qđ in propria domo suum caput reclinare posset. Secunda vero maior iuxta crucem, quod uestes non habebat, q̃bus membra tegere posset. Anselm. De humana redemptione. Tertia autem maxima, qđ nec spatium pedis, voluit in terra habere, vnde in aera ascẽdit, quando in cruce pro te pendere voluit. Tamen in his omnibus est diuina natura humilitata, sed humana est exaltata, nec est imminuta, sed ista est misericorditer adiuta, nec humana natura in illo homine passa est aliquid vlla necessitate, sed sola libera volũtate, nec vlla cogente obedientia, sed potenti disponente sapientia: non enim illi pater vt moreretur cogens præcepit, sed ille quod patri placiturum & hominib. profuturum intellexit, hoc sponte fecit. Nec eũ ad hoc pater potuit cogere, quod ab eo exigere non debuit. Sic itaque patri obedientiam liberam exhibuit, cui hoc placiturum sciuit, sponte facere voluit. Denique quando pater hanc bonam illi voluntatem, quamuis liberam dedit, non immerito dicitur, qa eam velut præceptum patris accepit. Hoc itaque modo obediens fuit patri vsque ad mortem, & sicut mandatum dedit illi pater, sic fecit, & calicem quem dedit illi pater bibit.

Quæ sit ꝑfecta humanæ naturæ obediẽtia.

Hæc est. n. perfecta & liberrima humanæ naturæ obedientia, cum voluntatem suam liberam spõte voluntati Dei subdit, & cum acceptam bonam volũtatem sine omni exactione, spontanea libertate opere perficit. Sic homo ille redemit omnes alios, cum hoc, quod sponte dedit Deo, computat pro debito, quòd illi debebant. Quo precio non semel tantum a culpis homo redimitur, sed etiam quoties cum digna pœnitentia redierit, recipitur, quæ tamen pœnitentia peccanti non promittitur. Lætare igitur pro libertate tua, & esto sẽper gratus illi, qui sic gratis sua morte ad vitam te restaurauit. Sed ò tu domine, tu qui vt ego viuerem mortem suscepisti, quomodo lætabor de libertate mea, quæ non est nisi de vinculis tuis. Qualiter gratulabor de salute mea, cum non sit nisi de dolorib. tuis? Quomodo gaudebo de vita mea, quæ non est nisi de morte tua. An gaudebo de his quæ passus es, & de crudelitate illorum qui ea tibi fecerunt. quoniam nisi illi fecissent, tu passus non esses? Et si tu passus non esses, hæc mea bona nõ essent? Sed certe illorum nequitia nihil facere potuit, nisi quod tu sponte permisisti, nec tu passus es, nisi quia tu pie voluisti. Ergo tu peccator redemptus illorum crudelitatem dimitte Dei iudicio, & tracta de his quæ debes saluatori tuo. Intuere necessitatem tuam & bonitatem eius, & vide quas gratias reddas, & quantum debeas amori eius. Hugo. O si attenderes quot & quales in comparatione tui abiecti sunt, qui hanc (quæ tibi data est) gratiam per mortem videlicet filij Dei consequi non potuerunt. Certe audisti ab initio vsque in hanc diem, quam multæ generationes hominum perierunt, quæ etiam omnes sine cognitione Dei. & precio suæ redemptionis in interitum sempiternum dilapsæ sunt.

Deus sola charitate ꝓfert quẽlibet oĩb. hominib. qui ab initio extiterũt.

Omnib. illis redemptor & amator tuus te prætulit, quãdo tibi hanc gratiam largitus est, quam nullus hominum percipere meruit. Et quid dices? Quare putas prælatus es omnibus illis? Nunquid tu fortior illis? nunquid tu sapientior? nunquid nobilior? nunquid ditior omnibus illis fuisti? quia hanc præ omnibus illis specialem gratiam sortiri meruisti? Quot fortes, quot sapientes, quot nobiles, quot diuites ibi fuerunt, & tamẽ vniuersi relicti, & abiecti perierunt. Quod beneficia omnia ex sola gratuita saluatoris charitate homini collata sunt. Tu solus præ omnib. illis assumptus es, & quare hoc in te factum sit, nullam præter gratiam saluatoris tui charitatem causam inuenire poteris. Elegit ergo, & prælegit te in omnibus, & assumpsit te ex omnibus, & amauit te præ oĩbus; nomine suo vocauit te, vt memoriale eius semper esset apud te, voluit te participem esse in nomine, participem esse in nominis veritate, quoniam vnxit te illo quo, & ipse erat vnctus oleo lætitiæ, vt ab vncto sis vnctus, qui a Christo diceris Christianus. Adhuc diligentius ac plenius attende quanta tibi contulit hic amator tuus, vt in omni statu, omni tempore, ipsius beneficia, atque circa te solicitudinẽ recognoscas. Semper cogita quantam tecũ misericordiam fecit, & in hoc perpende quantum ab ipso diligeris, ꝙ eius beneficium nunquam tibi defuisse cognoscis, non. n. tibi inter cætera paruum æstimãdum est beneficiũ, quod bene vtens malo parentum tuorum, creauit te de carne illorum, & inspirauit in te spiraculum vitæ, discernens te ab illis, qui vel abortiui proiecti sunt ab vtero, vel q̃ inter materna viscera suffocari pœnæ videntur concepti non vitæ.

Breuis recapitulatio beneficiorũ dei tibi a natiuitate collatorum.

Quid etiam quod integra tibi, & sana mẽbra creauit, ne esses parentibus tuis dolori, & opprobrio alienis? Magnum certe, & hoc. Sed considera illud quam fuerit bonitatis inæstimabilis, quod eo tempore, & inter tales nasci voluit, per quos ad fidem suam & sacramenta peruenires. Vnde innumerabilibus millibus hominum hoc negatum, quod tibi gratularis esse concessum, cum quibus tecum, cum vna esset eademq; conditio, illi derelicti per iustitiam, tu vero vocatus es per gratiam. Procede & adhuc intuẽdo munus eius fuisse, quod educatus a parentibus fuisti, quod te flamma non læsit, quòd non absorbuit aqua, quod non vexatus a dæmone, quòd non percussus a bestijs, quòd præcipicio non necatus, quod vsque ad congruam ætatem in eius fide & tuitione nutritus. Hugo. Ecce natus es, fons baptismi tibi positus est, & lauacrum regenerationis, in quo sordes præteritorum criminum abluis.

Recapitulatio sacramẽtorum q̃ tibi a natiuitate deinceps collata sũt ad ornatum.

Deinde chrysma & oleum, in cuius vnctione Spiritusancto liniris. Post hæc delibutus & in vnctione perfusus ad mensam venis, & percipis ibi alimentum corporis & sanguinis Christi, quo interius saginatus & refectus, noxam illam præteritorum ieiuniorum maciẽ depellis, & pristina pulchritudine atq; fortitudine reparatus, rursusquodãmodo iuuenescis. Deinde vestimenta bonorũ operũ induis, & cum ieiunijs cũ vigilijs, alijsq; operibus misericordiæ, vel pietatis, quasi vario ornatu decoratis: Ad vltimũ sequuntur aromata virtutũ, quorum odor suaue spirans, oẽm illum antiquorum sordiũ

fœtorem

Digitized by Google

fœtorem fugat, ita vt quodammodo tibi totus mutari & in alium transformari videaris, & magis lętus, magis alacris, magis sospes efficiaris. Datur ēt tibi speculū sancta scriptura, vt ibi videas faciem tuam, vt neque minus neque aliter quam deceat, habeat compositio ornatus tui. Quid dicis igitur homo? Scis vtrum ne aliquid horum perceperis? Certe in fonte ablutus fuisti, certe chrismatis vnctionem percepisti, certe de mēsa Christi preciosum cibum comedisti, sed forte iterum pollutus es, habes lachrymas quibus te iterum abluas. Quod p deuotionē & lachrymas peccaris deperdita semper poteris reparare. Iterum vnctio emarcuit in te, per piam & bonam deuotionem iterum te vngas, vide quam pia tibi dispensatione vbiq; concurritur, non habuisti, & datum est tibi, perdidisti & restauratur tibi, nusquam derelinqueris, vt scias quantum ille te diligat, a quo amaris. Non vult te perdere, & ideo tanta patientia te expectat, & concedit pie, negligenter toties amissa, iterū atque iterum si tu volueris reparare. O quot iam perierunt, qui ista tecum acceperunt, sed amissa iterum recipere non meruerunt. Plus ergo omnib. dilectus es, quia tam benigne amissum redditur, q̄ illis perditum tam districte negabatur. Nunquid tibi gratia bene operandi nulla data est? Tñ voluntas bona ipso largiente negata nō est. Si magna opera facis, misericorditer sublimaris, si nō facis magna opera, fortassis salubriter humiliaris, melius nouit ille quod tibi expediet, quā tu, & ob hoc si vis de illo bene sentire, totum quod ab illo tibi fit, bene fieri intellige. Forte gratiam virtutum nō habes, sed dum vitiorum impulsu concuteris, melius in humilitate solidaris, suauius redolet Deo humilitas infirma, quā virtus elata. Nihil ergo dispositioni eius præiudicare audeas, sed semper cum timore & reuerentia ora eum, vt quemadmodum ipse nouit tibi subueniat, si qua adhuc in te mala permanserint, pie diluat, si qua inchoata sūt bona, benigne perficiat, & ea qua ipse voluerit via te ad se perducat. Quid tibi amplius dicam? Est ne aliquid adhuc, quod dicere possim ad ostendendam dilectionē? Tibi loquor peccator. Quid dices? Si tua dicis, aliena non poteris. Si aliena & tua, non tamen omnia. Quis. n. oīa dicere potest? Et tamen scimus, quia omnium origo est charitas. Ecce duo nati sunt, eadem vtrisque nobilitas generis, eadem hora natiuitatis. Alter in paupertate relinquitur, alter diuitijs sublimatur, vtrunq; charitas operatur, quia & hunc paupertate humiliat, & illū abundantia consolatur. Iste debilis est, & ille fortis. Iste tenetur ne malum perficiat, ille roboratur vt ad bonū opus conualescat. Vtrumq; charitas probat, nec reprobat. Alter per sapientiam illuminatur, alter in simplicitate sensus sui relinquitur. Iste vt seipsum despicere, ille vt creatorem suum studeat agnoscere. Vtriq; tamen voluit charitas adesse. Talis est amor Dei in nobis ne quicquam omnino humana infirmitas toleret, quod ipse q̄tum in bonitate sua est, ad bonum nostrum non disponat. Animaduerte igitur (sicut superius memoraui) & vide, quòd merito amor iste singularis Dei, qui cum se in multos diffundat, ita tamen vnice singulos amplexatur. Vere pulchrum & mirificum bonum quod commune est omnium, & totum singulorum, cunctis præsidens, singulos implens, vbiq; præsens, omnium curam gerens, & tamen singulis quasi omnibus prouidens. Sic certe mihi videtur, cum eius miserationes circa me attēdo, q̄ (si fas est dicere) quodammodo nihil aliud faciat deus, nisi vt saluti meæ prouideat, & ita totum ad custodiam meam occupatum video, quasi omnium oblitus sit, & mihi soli vacare velit. Semper presentem exhibet, semper paratum se offert, quocunq; vertero me non deserit, vbicunq; fuero non recedit, quicquid egero pariter assistit. Et q̄ tandem cunctis actionib. siue cogitationibus meis perpetuus sit inspector, & quantū ad bonitatem suam pertinet, indiuiduus cooperator assistit, ipso operis sui effectu patienter ostendit, ex quo cōstat (sicut præmissi) quod licet facies eius a nobis nō possit videri, nunquam tamē possit præsentia eius euitari.

Qualis sit amor Dei in nobis.

Cōfiteor igitur tibi miserationes tuas, domine Deus meus quia non dereliquisti me. Quid retribuam tibi, pro omnibus quæ tribuisti mihi? Vis vt diligam te? Et quomodo diligam te? Et quantum diligam te? Et quis sum ego vt diligā te. Quid faciemus dño Deo nostro, a quo tot & tanta bona suscepimus? Neque. n. contentus fuit ea q̄ & cæteris, bona nobis tribuere, sed in malis quoque nostris eum singularem dilectorem agnoscimus, vt eum tam de nobis quā de malis nostris omnib. singulariter diligamus. Tu dedisti mihi domine, vt te cognoscam, & vt præ cęteris multis de tuis secretis reuelata intelligā. Alios coætaneos meos in tenebris ignorātiæ dereliquisti, & mihi præ illis lumen sapientiæ tuæ infudisti. Tu dedisti mihi verius cognoscere te, purius diligere te, syncerius credere in te, ardentius sequi te. Tu dedisti sensū capacem, intellectum facilem, memoriam tenacem, linguam disertam, sermonem gratum, doctrinam laudabilem, efficaciam in opere, gratiam in conuersatione, profectum in studijs, effectum in conceptis, solamen in aduersis, cautelam in prosperis, fortitudinem in aduersis, & quocunq; vertebā me, vbiq; gratia tua & misericordia præcessit me. Et sæpe cū mihi videbar consumptus, subito liberasti me. August. Quando errabam reduxisti me, quando ignorabam docuisti me. Quando peccabam corripuisti me, quando contristabar consolatus es me. Quando desperabam, confortasti me, quando cecidi erexisti me, Quando steti tenuisti me, quando iui duxisti me, quando veni suscepisti me. Hec omnia & multa alia fecisti mihi Domine Deus meus, de quibus mihi dulce erit semper cogitare, semper loqui, semper gratias agere, vt te laudem, & amen pro omnibus beneficijs tuis domine Deus meus. Amen.

Homo sēper hucusque ingratus.



SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS.

Sermones de decem præceptis.

Et primo de his, quæ nos mouere debent, ad seruandum mandata Dei. Ser. 1.

SI vis ad vitam ingredi, serua mandata. Verba ista scripta sunt in Matthęo & sunt verba saluatoris nostri, in quibus explicatur nobis summa totius nostræ salutis quantum ad duo. Primo quantum ad præmium retributionis diuinæ. Secundo quantū ad meritum operationis humanæ. Primum ibi, Si vis ad vitam ingredi. Secūdum ibi, Serua mandata. Et hic rectus ordo tangitur, quia finis mouet agentē, vt se exerceat ad debitū finē. Sequamur ergo formam illius magni magistri. Sed antequam de pręceptis aliquid dicamus, dicamus primo de obseruantijs p̄ceptorū. Præmittit Dñs primo motiuū, postea subiungit actum per quem possumus deuenire ad debitum finem. Et notandum, quòd sunt quatuor quæ debent nos mouere ab obseruandum mandata Dei. Primum est auctoritas mandantis. Secundum est obseruationis mandatorum vtilitas. Tertium est transgressionis periculum. Quartum est ir reprehensi-

Matt. 19.

Quatuor sūt, quę debent nos mouere ad seruandū mandata Dei.

bilitas mandatorum. Quando ille qui mandat est magnæ auctoritatis, & obseruatio mandatorũ est magnæ vtilitatis, & in transgressione est magnum periculum, & irreprehensibile est mandatũ, tunc nullus potest habere excusationem de obseruatione mandatorum. Primo dico, q debet nos mouere ad obseruadũ mandata Dei, auctoritas mandãtis, quia ille qui mandat. s. Deus magnæ auctoritatis est, quod patet ex tribus. Primo, quia ipse sua magna potentia nos creat. Secundus quia ipse sua mira sapientia nos gubernat. Tertio quia ipse sua munifica beneuolentia nos saluat. Primo dico, q ille qui mãdat obseruari mandata Dei, est magnę auctoritatis, quia sua magna potentia nos creat. Iob. Manus

Iob.10. tuæ fecerunt me. Et in Deut. dicitur. Oculi vestri vide

Deut.11. runt omnia opera magna Dei, quę fecit, vt custodiatis

Isa.48. mandata eius. Secundo est magnæ auctoritas, quia sua mira sapientia nos gubernat, vnde dicit Isaias. Ego Dominus docens te vtilia, gubernans te in via qua ambu-

Psal.118. las, vtinam attendisses mandata mea, & psalm. Seruaui mandata tua & testimonia tua, quia omnes viæ meæ in

Deu.10. cõspectu tuo. Tertio est magnæ auctoritatis, quia sua munifica beneuolẽtia nos saluat. Vnde in Deu. Et nũc Israel qd petit dominus Deus tuus a te, nisi vt timeas ipsum, & diligas ipsum, & ambules in vijs eius, & custodias mãdata eius, Dominus qui te creauit, Deus q te gubernat, tuus qui te saluat. Patet modo, q dignitas sive auctoritas præcipientis debet nos mouere ad seruandũ mandata. Secundo debet nos mouere ad obser

Tres vtilitates obseruantis Dei mandata. uandum mandata Dei obseruationis vtilitas. In seruãdo. n. mandata dei est multiformis vtilitas, quæ ad tres vtilitates reducitur. Prima vtilitas est impetratio diuinorum charismatum. Secunda est reuelatio sanctarum scripturarum. Tertia est assecutio cœlestium præmiorum. Prima dico vtilitas in seruando mandata Dei, est

Ioan.14. impetratio diuinorum charismatum. Vnde in Ioan. Si diligitis me, mandata mea seruate, & ego rogabo patrẽ meũ & dabit vobis alium paracletum. Secunda intelligentia sanctarum scripturarum, vnde dicitur in Psalm. Super senes intellexi, quia mandata tua quæsiui. Sed quomodo perueniemus ad intelligentiam scripturarũ, docet Grego. Vnde super illud qd, Discipuli qñ viderunt dominũ Iesum, ipsum non intellexerunt, sed quan

Psal.118. do loquebatur tunc ipsum intellexerunt, dicit Greg. nõ audiendo dei præcepta discipuli illuminati nõ sunt, sed faciendo ea illuminati sunt. Quarequia non auditores legis tantum, sed factores iustificabũtur, propter hoc dicit Iacob. in cano. sua. Estote factores verbi dei, & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos, quia q est auditor verbi dei tantum & non factor, comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in specu-

Iacob.1. lo. Si videat homo decies vultum suum in speculo, adhuc nõ sciet ipsum, sed si videat vultum alterius homi-

Nota hanc expositionem. nis extra speculum, bene recognoscit ipsum, & hoc est propter fortem impressionẽ speciei super organum visus secundum rectam lineam, sed in speculo non est verus intuitus. Similiter quãdo homo audit verbum dei, videtur ei, quòd ipsum intelligat, sed statim recedit, sed quando ponit ipsum ad experientiam bene operando, tunc ipsum intelligit. Tertia vtilitas in seruando mandata dei, est assecutio præmiorũ cœlestium. Vnde dicitur

Prou.7. in prouerb. Serua mandata mea, & viues, & legem meã quasi pupillam oculi. Hæc est ratio, quare homini existenti in paradiso, deus dedit obseruantiam mandatorũ. Patet modo, q ad obseruandum mandata dei, debet nos mouere vtilitas obseruationis. Tertio debet nos mouere ad obseruantiã mandatorum, periculum transgressionis, homo. n. qui transgreditur mandata incidit in multa pericula. Primo quia multa bona perdit, secũdo qa in nephãda flagitia ruit, tertio, quia æterna supplicia meretur. Primo dico, debet nos mouere ad seruãdũ

mandata dei transgressionis periculum, quando transgressores multa bona perdunt. Vnde dicitur in Leuit. Leui.26.
Si non audieris vocem meam & non feceris omnia mã data mea, visitabo vos in egestate & calore, qui conficiet oculos vestros, & consumet animas vestras. Dicit visitabo vos in egestate, quæ est priuatio omnium bonorum: & calore, qui conficiet oculos vestros, & consumet animas vestras, quia auferet affectum boni, & intellectum veri. Vnde Psal. Dereliquit me virtus mea, & lu Psal.37.
men oculorum meorum & ipsum non est mecum. Secundo transgressores in nefanda flagitia ruunt. Vnde dicitur in Baruch. non obediuimus voci domini, vt am- Bar.11.
bularemus in mandatis eius, & abiuimus vnusquisq; in sensu cordis sui maligni, & Psal. Populus meus nõ audi Psal.80.
uit vocẽ meam, & Israel nõ intendit mihi, & dimisi eos secundum desideria cordis eorũ. Tales dat dñs in manus de Dan.3.
monũ. Vñ dr in Daniel. dixerunt pueri in fornace ignis ardentis. Peccauimus, inique gessimus, & præuaricati sumus, & sequitur eorũ ignominia, & traditi sumus in manib. inimicorum nostrorum iniquorũ, & regi iniusto, & pessimo super terram. Tertio, transgressores incidũt in pericula, quia æterna supplicia promerentur, vnde dicitur in Psal. Maledicti qui declinãt a mandatis tuis. Ma Psal.118.
ledicti, quia dicetur eis. Ite maledicti in ignẽ ęternum. Matt.25.
&c. Ecce modo obseruationis mira vtilitas, & transgressionis mira calamitas. Vnde dñs per Moysen. En (inquit) Deut.11.
propone tibi bñdictionẽ & maledictionẽ, Benedictionẽ si mandata mea feceris, maledictionẽ si non feceris. Posuit nos dñs in medio, & mirabiliter operatur nobiscũ, qa qñ aliquis vult aliquid alij ostendere, vtitur duplici rõne. s. ratione ostẽsiua, & ratione ducente ad impossibile. Sic facit dñs. Ponit hoĩem in medio inter cęlũ & infernum. In cęlo est æterna gloria, in inferno sunt ęterna supplicia. Et quando dñs ostẽdit homini gloriam cęli, quam homo potest promereri si obseruet eius mãdata, tũc inclinat ipsum ad obseruantiam mandatorũ per rationem ostẽsiuam. Qñ vero ostendit hoĩ inferni supplicia, quę promeretur si transgreditur mandata, tunc inclinat hoĩem per rationem ducentem ad impossibile. Ecce proponit tibi maledictionem & benedictionem. Dimitte Iudę maledictionem & accipe cũ Matthia benedictionẽ. De Iuda dicit psal. Noluit benedictionem, Psal.108.
& elongabitur ab eo. Quartò, debet nos mouere ad obseruandum mãdata dei irreprehẽsibilitas mandatorũ, est. n. mandatũ irreprehensibile, quia non cõtinet aliqđ impossibile, nec aliquod onerosum, nec iniquũ. Primo debet nos mouere ad seruandum mandata dei irreprehensibilitas mandatorum, quia non continet aliquod impossibile, imo sunt facilia ad seruandum. Vnde dr in 1.Ioan.5.
Ioanne. Hęc est charitas dei vt mandata eius custodiamus, & mandata eius grauia non sunt. Habenti. n. charitatẽ mandata sunt facilia, sed non habenti charitatẽ videntur difficilia. Et ponit Aug. exemplum de aue sine plumis, & de aue cum plumis. Aui habenti plumas facile est volare, sed aui non habenti est difficile. Similiter hoĩ peruersę voluntatis difficilia videntur mandata, sed habenti charitatẽ sunt facilia. Vnde dr in Deu. Manda Deut.30.
tũ hoc q ego pręcipio tibi hodie, non est super te, nec procul positum, nec in cęlo situm, nec trãs mare positũ, sed iuxta te est valde sermo in ore tuo, vt facies illum. Scdo mandata dei sunt irreprehẽsibilia, quia non cõtinent aliquid onerosũ, imo sunt suauia. Vnde dr in Ec- Eccles.23.
cle. Nihil melius est quam timor dei, & nihil dulcius q̃ respicere in mandatis domini, & psalm. Desiderabilia su Psal.18.
per aurum, & lapidem preciosum multum, & dulciora super mel & fauum. Gaudium est iusto seruare iustitiam, sed palato infecto cibus dulcis videtur esse amarus, similiter homini peruersę voluntatis mandata dei videntur difficilia, licet sint suauia. Tertiò, mandata dei sunt irreprehensibilia, quia non continent aliquid iniquum,

Rom. 7. 1. Tim. 9. quum. Vnde dicit Apostolus. Lex quidem sancta est, & mandatum sanctum, & iustum & bonum. Propter hoc dicit alibi. Præcipio tibi in Deo qui viuificat omnia, vt sine macula serues mandatum irreprehensibile. Coniungamus ista quatuor insimul, s. quod in illo qui præcipit est summa auctoritas, quia sua magna potentia nos creat, mira sapientia nos gubernat, & munifica beneuolentia nos saluat. Item videamus vtilitatem obseruationis mandatorum. Quarũ prima est impetratio diuinorum charismatum, secunda est reuelatio sacrarum scripturarum, & tertia est assecutio cœlestium præmiorum. Item videamus transgressionis periculum, quia transgressores multa bona perdunt, in nefanda flagitia ruunt, & æterna supplicia promerentur. Item videamus irrepræhensibilitatem mandatorum, quia mandata non continent aliquod impossibile, nec onerosum, nec iniquum. Et si ista quatuor bene consideremus, non est aliquis qui possit se excusare de obseruatione mandatorum. Sed quod est magnum mandatum, & primum in lege? Respondet Dñs in Matthæo. Matt. 22. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Secundum simile est huic. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ex his vniuersis lex pendet, & prophetæ. August. ostendit ꝙ in isto verbo. Mihi autem adhærere Deo bonũ est, continetur totum hoc, quod dicitur. Diliges dominum Deum, &c. Debemus. n. diligere Deum, quia hoc est iustum, bonum, sanctum, suaue, & facile. Vnde August. Dñe quis mihi es? & ego qs tibi, vt iubeas me amare te, & si non amem te, minaris mihi ingentes miserias? Decalogus sacer qui datus est Moysi in monte Synai, ostendit quomodo debemus custodire mandata Dei, volo vobis ostendere ꝙ sicut octo partes orationis sũt fundamenta omnium eorum, quæ exprimi possunt per sermonem in Grammatica, & decem pdicamenta sunt fundamentum omnium eorum, quæ determinantur in Dialectica, sic decem præcepta sunt fundamentum, & regulæ omnium legum & bonorũ quæ sunt in moribus. Nec voluit dominus ꝙ sine ratione data me essẽt decem præcepta Moysi. Hęc sunt posita in Exo. c. 20. diffuse. Dicam modo ista decem in generali. Non habebis Deos alienos. Non assumes nomẽ Dei tui in vanum. Memento vt diem sabbati sanctifices. Honora patrem tuum & matrem tuam. Non occides. Non mœchaberis. Non furtum facies. Non falsum testimonium dices. Non concupisces vxorem proximi tui. Non agrum, nec aliquam aliam rem. Vt magis clarius sit hoc ꝙ dicam, nota quod lex omnis non mandat nisi iustitiam. Est. n. lex regula iustitiæ. Sed iustitia est, secundum quam homo habet ordinari ad Deũ & ad proximum. Et secũdum hoc est duplex iustitia. Vna quo ordinamur ad Deũ, & alia qua ordinamur ad proximum. Et secundum hoc fuerunt duæ tabulę datę Moysi prima & secunda. In prima continẽtur mãdata ordinantia nos ad Deum in secunda continẽtur mãdata ordinantia nos ad proximum. In prima dico tabula continentur mandata ordinantia nos ad Deũ, deus autem est Trinitas, pater & filius & Spiritussanctus. Patri attribuitur maiestas, filio veritas, & Spiritui sancto bonitas. In patre est summa maiestas humiliter adorãda. In filio est summa veritas fideliter asserenda. In spiritu sancto est summa bonitas syncere amanda. Sed si ista tria ex ęterna ordinatione debemus facere, necesse est in prima tabula esse tria mandata, secundũ tria appropriata tribus personis diuinis. Qũo ex lege Moysi probate Trinitatẽ possumus. In primo mandato p̃cipitur humilis adoratio diuinę maiestatis, cum dicitur. Non habebis Deos alienos. In secundo mandato p̃cipitur fidelis assertio diuinæ veritatis, cũ dicitur. Non assumẽs nomen Dei tui in vanum. In tertio præcipitur diuinæ bonitatis syncera dilectio, cum dicitur. Memẽto vt diem sabbati sanctifices. In secunda tabula, continentur 7. mandata ordinantia nos ad proximum; quę significãtur per duo præcepta legis naturæ. Hoc facias alij, ꝙ tibi vis fieri, non facias alij, ꝙ tibi non vis fieri. Et scdm hoc est duplex pars iustitię ordinantis ad proximum. s. innocentia & beneficentia. Mandatum beneficentię est, Honora patrem tuum & matrem tuã. Hoc nomẽ mandatum non est solum reuerentiæ, sed etiam beneficij, & obsequij, & non est in patre solum, sed in omnib. quæ a patre procedunt. Mandatum innocentiæ necesse est multiplicari, quia hoc mandatum consistit in hoc, vt caueas ab offensa proximi tu, est autem triplex offensa, in aĩo, in verbo, & in facto. Offensa in facto est trib. modis, secundum ꝙ homo tribus modis potest offendere proximum. s. in persona propria, in psona coniuncta, & in possessione terrenorum, & secundum hoc sunt tria mandata. Non occides. Non mœchaberis. Non furtum facies. De hinc sequitur offensa in verbo, contra quam est vnum mandatum. Non falsum testimonium dices. Per falsum aũt testimonium, significantur omnia quæ homo potest dicere contra suũ proximum. Offensa autem in animo duas habet radices, secundum duplicem concupiscentiam, quia est concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum. Cõtra concupiscentiã carnis est vnum mandatum. Non concupisces vxorem proximi tui. Contra concupiscentiã oculorum est aliud mandatum. Non agrum, nec aliquam aliam rem. Patet modo in generali quę sunt decẽ pręcepta, & penes quid accipiantur.

De præambulis ad mandata Dei, *deque primo mandato. Sermo. 2.*

AScende ad me in monte, & dabo tibi duas tabulas lapideas, & legem & mandata quæ scripsi, vt doceas filios Israel, Et Psal. Declinate a me maligni, & scrutabor mandata Dei mei. Exod. 24. Psal. 118. Legitur, ꝙ B. Greg. qui fuit Papa & doctor Ecclesiæ habuit consuetudinẽ ꝙ qñ ibat ad studiũ legis diuinæ, semper dixit ista verba. Declinate, &c. Et quęsitum fuit ab eo quare hoc faceret? respondit Petro, cui consueuit dicere secreta sua, ꝙ experimento didicit, ꝙ quando cogitare voluit in lege Dei, sentiebat dęmones semp sibi aduersantes. Qualẽ orationẽ bea. Gre. faciebat anteq̃ studium sacrę scripturæ inciperet. In alijs subtilitatib. instigant dæmones, quia in ipsis non vident damnum suum, imo expectant suum emolumenlum, sed quando fit mentio de documentis veritatis, per quæ fugantur dęmones, tunc princeps tenebrarum occurrit armatus, modo per occupationes, modo per fantasticas illusiones, & nititur reuocare animos hominum a studio veritatis. Sed verum est, ꝙ verba ista, declinate a me, &c. dixit Greg. sicut vir sanctus, qui tunc habuit virtutem compescendi dęmones. Sed ego non sum ex illis. Ideo in principio rogemus Dñm, vt imperet dęmonib. ne nos impediant, & vt det nobis mentes serenas, ad intelligendum verba de mandatis. Ascende ad me, &c. Dñs dixit Mosi verbũ istud; & Moyses audito verbo ascendit in montem, & accepit duas tabulas lapideas, & legem & mandata. In quo significatur, ꝙ si volumus peruenire ad intelligẽtiã mãdatorum Dei, debemus ascendere in montẽ. i. eminentiã mentis, quia secundũ impressionem lucis ęternę lex naturę est nobis data, & secundum illam lucẽ documẽta legis diuinæ suscepimus. Tangebã vobis alias, ꝙ certum est, ens per se primo cadit in animam: ens aũt aut est creatum aut increatum, & ẽm hoc est duplex iustitia. Vna per quam ordinamur ad ens increatum, alia p quam ordinamur ad ens creatum. Et ẽm hanc duplicẽ iustitiã est duplex tabula Moysi data. i. prima & secunda. In prima dãtur mãdata, per quæ ordinamur ad ens increatum. In secunda dantur mandata, per quæ ordinamur ad ens creatũ. Ens aũt increatũ est causa omnium rerum, efficiens, formalis, exemplaris, & finalis. Ens ẽt

increatum habet potentiam, ſapientiam, & beneuolentiam, & producit omnia in eſſe, & iſta tria appropriãtur trib. perſonis diuinis in Trinitate. Maieſtas appropriatur patri, veritas filio, & bonitas Spirituiſancti. Summa maieſtas in patre humiliter eſt adoranda, ſumma veritas in filio fideliter eſt aſſerenda & diuina bonitas in ſpiritu ſancto ſyncere eſt amanda. Iſta dicta fuerunt in generali: ſed quia ſermones de mandatis in viuerſali ſunt inutiles, niſi dicantur in ſpeciali, ideo oportet explicare de mandatis in ſpeciali. In generali dictũ eſt, quod ſunt decem mandata, quorum tria ſunt in prima tabula. Dicam vobis generale documentum, quod æterna Dei ſapientia quæ ſcripſit tabulas iſtas, breuiſſimo modo, & clariſſimo modo, & facillimo modo, quo potuit tradidit. Tradidit autem breuiſſimo modo, ne oneraretur noſtra memoria. Clariſſimo modo, ne obfuſcaretur noſtra intelligẽtia. Facillmo modo, ne reuocaretur noſtra voluntas. Hæc eſt ratio quare per verba quanto breuiora potuit, & quanto clariora & faciliora, & per actus ſinecdochicos data ſunt mãdata. Primo videamus de primo mandato, ſicut videmus in alijs rebus, quod primum opus eſt fundamentum omnium ſubſequẽtium, ſic primum mandatum eſt fundamẽtum omnium aliorum mandatorum, prima verba de mandatis ſunt illa.

Gñale documẽtum.

Exo. 20.

Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxit te de terra Aegypti, de domo ſeruitutis. Non habebis Deos alienos coram me. Non facies ſculptile, nec ſimilitudinem eorum, quæ in cœlis ſunt, neque quæ in terris, neque eorum quæ in aquis ſunt. Nõ adorabis neque coles ea. Ego Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filio vſque in tertiam, & quartam generationem, & faciens miſericordiam in millia, his q diligunt me.

Nota tria cõcurrẽtia ad plenam mãdatorũ explanationem.

Ad plenam mandatorum explanationem concurrunt tria, quædam quæ pertinent ad mandati cognitionem, & illa debent præmitti: quædam quæ pertinent ad mandati obſeruantiam, & iſta debent ſubiungi, quædam quæ pertinent ad mandati integritatem, & iſta debent interponi. Primo dico, quòd ſunt quædam, quæ pertinent ad mandati cognitionem, & iſta debent præmitti, & ſunt duo fundamenta fidei. Primum eſt notitia creatoris, ſecundum eſt notitia reparatoris. Iſti duo ſunt radij ſiue duo oculi, dirigentes nos ſemper in viam mandatorum Dei. Homo prius aperit oculos quam ambulet, ſic debet homo prius cognoſcere mandata per fidem, quam exequatur mandata. Ad cognoſcendum autem creatorem dicit. Ego Dominus Deus tuus. Ego dominus, hic inſinuat potentiam Dei patris, Deus, hic inſinuat ſapientiam filij, tuus, hic inſinuat bonitatem Spirituſſancti, in hoc autẽ quod dicit, ego, notat identitatem eſſentiæ, & in hoc notat Deum trinũ & vnum creatorem vniuerſorum. Qui eduxit te de terra Aegypti: hic notat donum reparationis per verbum incarnatum. Omnib. loquitur dominus, quibus dedit præceptum, & omnibus præcepta dedit, licet primo daret ipſa filijs Iſrael. Vnde quod dicitur. Qui eduxi te, &c. dictum eſt non ſolum Hebreis pro ipſis quoad corporalem eductionem de Aegypto, ſed generaliter pro toto genere humano quoad eductionem de Aegypto æternæ damnationis: de peccato primi hominis, ex quo educimur per verbum incarnatum, quia ſicut illi educti ſunt de Aegypto poſt comeſſionem agni paſchalis, & per aſperſionem ſanguinis eius liberati ab Angelo exterminatore, ſic nos ducimur de ſeruitute diabolica per eſum carnis verbi incarnati in ſacramẽto altaris & per ſanguinem eius in baptiſmo, quia ſecundum Apoſtolum, Quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Hęc verba dicit tota Trinitas. Dicit igitur. Ego ſum, cui debes obedire, & quem debes adorare. Et dicit. Ego, ſcilicet, qui te feci in eſſe naturæ & in eſſe gratiæ. Debemus ergo dicere Domine tu es quem debemus adorare, cui debemus ſeruire, tu es qui nos creaſti, tu es qui nos redemiſti. Vnde dicit Pſalm. Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud. Sequitur. Venite adoremus, & ploremus ante dominũ, qui fecit nos & cętera. Nos populus paſcuæ eius, & cętera. Sine iſtis duobus fundamentis fidei, ſcilicet ſine notitia creatoris & reparatoris, nil intelligere poſſumus.

Rom. 6.

Pſal. 94.

Vt autem intelligamus iſta, oportet ſcire adminiculantia quædam, Scitis, vbi eſt prima cognitio nobis data de mandatis? Certe Moyſes ſcripſit per Spiritum ſanctum. Sed qualiter habuit iſtam cognitionem? Certe qñ Dominus apparuit ei. Et quomodo apparuit ei? Certe in igne flammæ rubi ardentis. Et tunc dixit Moyſes. Quis es tu Domine? Et reſpondit Dominus. Ego ſum qui ſum. Et tunc dedit ei Dominus duo. ſ. lumen eſſentię æternitatis, & lumen veritatis æternæ. Rubus ardebat. In hoc oſtendit nobis myſterium incarnationis humanæ. Iſta duo ſunt lumina & principalia fundamenta fidei, ſcilicet, lumen eſſentiæ æternitatis, & myſterium incarnationis, & quando facimus crucem in fronte in nomine patris, & filij & Spirituſſancti amen, recognoſcimus Trinitatem & redemptorem. Cum dicit homo, in nomine patris & filij & Spirituſſancti recognoſcit Trinitatem, Cum facit crucem in fronte, recognoſcit redẽptorem. Patet modo, quomodo quædam valent ad mãdati cognitionem quę debent præmitti, & iſta ſunt duo fundamenta fidei. ſ. notitia creatoris & redemptoris. Secundo ſunt quædam quę valent ad mandatorum obſeruantiam, & iſta debent ſubiungi. Omnia mandata aut ſunt affirmatiua, aut negatiua. Affirmatiua ſunt vt homo faciat bonum. Negatiua, vt homo vitet malum. Sed impoſſibile eſt, vt homo vitet malum, niſi pertimorem, & quod faciat bonum niſi per amorem, propter hoc, ad obſeruantiam mandatorum duo ſunt neceſſaria, ſ. timor & amor. Auis non poteſt volare ſine duab. alis, nec homo poteſt ambulare ſine duobus pedibus. Similiter, non eſt perfectus obſeruator mandatorum Dei niſi ſit repletus timore & amore. Sed non replebitur homo timore, niſi ex conſideratione ſeueritatis diuinæ, nec replebitur amore niſi ex conſideratione bonitatis diuinæ. Iſta igitur duplex conſideratio homini eſt neceſſaria. Sequitur. Ego dominus Deus tuus fortis zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios vſq; in tertiã & quartam generationem. Fortis zelotes. i. fortiſſimũ habens zelum, ſ. eorum qui oderunt me. Viſitans iniquitatem patrum in filios, nõ quod propter peccata actualia patrũ æternaliter puniat filios, ſed cum filij fuerint imitatores paternorum ſcelerum, punit peccata patrum cum peccatis ipſorum, vſque ad tertiam & quartam generationem. ſ. temporaliter. Hoc autem dicit, vt timeamus, & per timorem a malo declinemus. Vnde dicitur in Eccl. Deum time, & mandata eius obſerua, hoc eſt omnis homo. i. ad hoc eſt oĩs homo. Vis mereri vt ad ſummum complementũ peruenias? certe time Deũ. Sed quomodo timebo? Certe quia Dominus eſt fortiſſimus zelator. Item cum hoc etiam oportet amare ipſum, quia ipſe dicit de ſe. Et faciens miſericordiam in millia, his qui diligunt me. Dicit ꝙ viſitat iniquitatem patrũ in filios vſque in tertiam, & quartã generationẽ, & facit miſericordiam in millia, his qui diligunt eum, in hoc oſtendit nobis, quòd Dei miſericordia & benignitas tranſcendit vltionem iniquitatum. Quando cor hominis dilatatur per amorem, tunc homo faciliter ſeruat mandata. Vnde dicit Pſal. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meũ. Omnis conſumationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis. Dicit ꝙ lata eſt via mandatorum, ſed quibuſdam vr̃ arcta. Certe amantibus eſt lata, ſed non amantibus eſt arcta. Patet modo quomodo ſcilicet timor & amor valẽt ad obſeruantiam mandatorum. Tertio quędã valent ad integrita-

Exo. 3.

Timor & amor requruntur ad obſeruãtiã præceptorum.

Eccleſ. 12.

Exo. 20.

Pſal. 118.

De primo mandato.

tegritatem mandatorum, & ista debent interponi, id est in medio poni, & hoc tangit cum dicit. Nō habebis Deos alienos coram me. Non facies sculptile, neq; similitudinem eorum quæ in cœlis sunt, neque quæ in terris, neque eorum quæ in aquis sunt. Ibi præcipitur latria, quę est soli Deo cultus debitus, & ex hoc nulli alij est debitus. Cultum aliorum Deus prohibuit in negatiua, & implicuit cultum Dei in affirmatiua. Sed in nouo testamento explicuit in affirmatiua cultum Dei Christus, quando dixit. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Sed quare prohibuit Deus cultum aliorum in negatiua, & non explicuit cultum Dei in affirmatiua? Certe quia facillimo modo dare voluit mandata, & reuocare in negatiua ab idololatria, vt implicaret cultum Dei in affirmatiua. Et nota, quod ipse reuocabat ab omni idolatria, quia omne quod adoratur aliud a Deo, aut est creatura intellectualis, vt Angeli & dæmones; aut natura corporalis, vt cęlum & terra & aqua & huiusmodi, aut est figmentū humanę mētis. Nunquid ens sufficienter non diuiditur per corporeum & incorporeum? quare ergo posuit figmentum quod nihil est? Dico, quod idolum nihil est; immo fertur ad illud qđ est in æstimatione. Et videte quomodo scriptura sacra procedit, creaturam intellectualem ponit in supremo, figmentum in medio, & naturam rei corporalis in imo. Vnde primo prohibet idololatriam respectu creaturæ intellectualis, cum dicit. Non habebis Deos alienos. Secundo prohibet idololatriam respectu figmenti humanæ mentis, cum dicit. Nō facies sculptile. Tertio prohibet idololatriā respectu naturæ corporalis, & hoc respectu cœlestium, terrestrium, & infernorum, cum dicit. Neque facies similitudinem eorum, quæ in cœlis sunt, neque quæ in terris, neq; eorum, quę in aquis sunt. Primo prohibet hic idololatriā respectu cœlestium, vt habetur in Psal. Quoniam omnes Dij gētium dæmonia, Dominus autem cęlos fecit. Secundo prohibet idololatriam respectu terrestrium. Vnde dicitur in eodem Psal. Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulacris suis. Quod homo incuruetur ad adorandum figmentū suum, hoc est peruersio summa. Tertio prohibet idololatriam respectu inferiorum. Vnde dicit Apostolus. Qui commutauerunt gloriam incommutabilis Dei. Seqtur. Et seruierunt creaturæ, potius quam creatori. Ecce quomodo vera adoratio Dei implicatur, & oīs idololatria prohibetur. Habemus modo præambula ad mandata, quæ sunt notitia creatoris & reparatoris, timor & amor, & prohibitio idololatriæ respectu superiorū mediorū & inferiorum. Dico vltra, quod nos christiani, vlterius debemus videre, quam nobis patefacta est veritas, & secūdum tria quę prohibentur, magna lux & vera nobis apparuit. Prohibentur autem tria, per quæ auertitur mēs humana a reuerentia creatoris sui, & per tria q̄ prohibētur nobis, prohibentur nobis omnes prophanæ actiones dęmonum, ibi. Non habebis Deos alienos. Prohibētur etiam omnes falsæ superstitiones, & adinuentiones errorum, ibi. Non facies sculptile. Prohibentur etiam omnes peruersæ appreciationes mundialium naturarū, ibi. Neque similitudinem eorum quæ in cœlis sunt, &c. Dico ergo, quod in primo verbo. Non habebis Deos alienos coram me, prohibetur omnes prophanę pactiones dęmonum, siue sint per incantationes verborum, siue per inscriptiones caracterum & imaginum, siue per imolationes sacrificiorum. In istis tribus consistunt omnes artes magicæ. Prohibentur igitur omnia, ex quibus oriuntur prophanæ pactiones dęmonum, siue sint ad transmutationem naturarū, sicut fecerunt magi Pharaonis, siue sint ad ludificationem sensuum, sicut faciūt incantatores & histriones, siue sint ad inuestigationem futurorum contingentium. Omnia talia vocat August.

Quare dedit primum mandatum negatiuū, de non adorādis dijs alienis, & non dedit affirmatiuū de vero Deo adorando.

Psal. 95.

Rom. 1.

pactiones dæmonum. In talibus, attribuitur creaturæ quod deberet attribui creatori, & tales peccant contra primum verbum mandati, quod est. Nō habebis Deos alienos coram me. De talibus dicitur in cantico Deutero. Prouocauerunt eum in dijs alienis, & in eo qui non erat Deus, ad iracundiam concitauerunt. Et ideo dicit Apostolus. Tradidit eos Deus in passiones ignominię. Et Deus tradit eos in manus dæmonum. Habemus exemplum huius. Quidam literatus diu studuerat, qualiter posset effici diues, & fecit linguam suam venalē lōgo tempore, & tamē semper egebat. Cogitauit, ex quo non possum ditari per Deum, ditabor per diabolum. Quæsiuit magum inter Iudæos & Christianos, & non inuenit. Cogitauit, ego ipse experiar, si potero per diabolum effici diues. Iuit in viam quādam vmbrosam & saxosam iuxta torrentem, & dixit. Vbi es dæmon, qui semper quæris decipere homines? ego sum hic, vt dem me tibi. Prima vice non venit, quia forte Deus adhuc noluit permittere, nec secunda vice venit, tertia vice venit, & dixit. Quid petis a me? Respondit ille. Vt facias me diuitem. Cui diabolus. Prius adorabis me. Et tūc ille incuruauit se, & adorauit illum. Et ludificauit eū diabolus, quia tunc habuit potestatem in eum, fecit, quòd omnes illi lapides videbantur ei esse aurum. Et dixit ei diabolus. Accipe satis de auro. Et tunc ille gaudens onerauit se de lapidibus, & cum venit domi, posuit lapides in quendam locum illius domus, & inceperunt ardere lapides, & cōbusta est domus, & quicquid ī ea fuit, ita, quòd ipsemet vix euasit. Et cogitauit. Non curo, quia ibo ad locum vbi plurimum aurum dimisi. Accedēs inuenit, quòd essent ibi lapides, qui prius videbātur ei aurum purissimum, & sic ludificat' est. Patet modo, quō in primo verbo prohibentur omnes profanæ pactiones, demum in secundo verbo. Non facies sculptile prohibentur oēs falsę superstitiones adinuentionis errorū, omnis. n. error est fictio mentis. Errorem autem facit fantasia obnubilans rationem, quę facit quod illud qđ non est, videatur esse. Prohibentur autem omnes superstitiosæ adinuentiones errorum, siue procedant ex improbo ausu inuestigationis philosophicę, siue ex peruerso intellectu sacræ scripturæ, siue ex inordinato affectu carnalitatis humanæ. Ex improbo ausu inuestigationis philosophicę procedūt errores in philosophis, sicut ponere mundum æternum, hoc est peruertere totam sacram scripturam, & dicere, quòd filius Dei nō fuerit incarnatus, & ponere, q̄ vnus sit intellectus in oībus, hoc est dicere, q̄ non sit veritas fidei, nec salus animarū, nec obseruantia mandatorū, & hoc est dicere q̄ bonus hō dānatur, et malus saluatur. Ponere igitur, quòd sit vnus intellectus in omnibus, prouenit ex improbo ausu inuestigationis philosophicæ. Et tales ponunt, q̄ impossibile est mortale deuenire ad immortalitatem. Et qui hæc cōfingit, tuetur, & imitatur, incedit contra secundum verbum mandati. Non facies sculptile, & secūdum hoc & fictor, & defensor & imitator omnes prohibentur. Item proueniunt in aliquibus errores ex peruerso intellectu sacrarum scripturarum, sicut hæreses hæreticorū, qui male sentiunt de Trinitate & Spiritusancto. Tales sūt Arriani, Sabelliani, Donatistę, & Pelagiani, & cæteri. Tertio adinuentiones errorum proueniunt ex inordinato affectu carnalitatis humanæ. De numero talium est secta Epicureorum, quę dicit, nullam aliam vitam esse nisi istam, & secta Nicolaitarum, quæ dicit, qđ licet quemlibet iacere turpiter cum qualibet. Saraceni etiam, quod dicunt, non habent ex sacra scriptura, nec ex altitudine sapientiæ diuinæ. Omnes igitur errores vndecūnq; proueniant, tanquam sculptilia debent abominari, quia peccant contra hoc mandatum. Non facies sculptile. Vnde Hier. Stultus factus est oīs homo a scientia sua, id est ab inuestigatione propria & nimia philoso-

Deut. 32.

Rom. 1.

Exemplū cuiusdam literati, q̄ ludificatus est a dęmone.

Hic fuit Auerroes maledict'.

Hier. 10.

philosophiæ, confusus est artifex omnis in sculptili, vana sunt eorum opera & risu digna, & in tempore visitationis suæ peribunt. Standum igitur est super hoc quod limina fidei dictant, & quicquid huic aduersatur, totum debet abominari. Quando audiui de Aristotele, dum fui scholaris, quòd ipse posuit mundum æternum, & audiui rationes & argumenta quæ fiebant ad hoc, incœpit concuti cor meũ, & incœpit cogitare quomodo potest hoc esse? Sed modo sunt ista ita manifesta, quòd nullus possit dubitare. Patet modo quomodo in secundo verbo, Non facies sculptile, prohibentur omnes falsæ superstitiones adinuentionis errorum. In tertio verbo; Neq; facies similitudinem eorum, quæ in cœlis sunt, & cætera. prohibẽtur peruersæ omnes appreciationes creaturarum. Omnis autem superflua appreciatio creaturarum procedit, aut ratione sublimitatis, aut ratione sufficientiæ, aut ratione delectationis. Primo modo est idololatria superborum. Secundo modo est idololatria auarorum. Tertio modo est idololatria lasciuorum. Contra primos dicitur in Psal. Non erit in te Deus recens, neq; adorabis Deum alienum. Contra secũdos dicit Apostolus. Auaritia est idolorum seruitus. Contra tertios dicit Apostolus. Quorum Deus venter est. Alias plenius prosequemur. Dixi quòd decem sunt mãdata decalogi, quę sunt fundamenta omnium legũ, quorum tria continentur in prima tabula, quæ sunt ordinãtia nos ad Deum trinum, & vnum. & hæc sunt tria secũdũ appropriata tribus personis diuinis. In diuinis enim est paternitas, filiatio, & processio, & secundum hæc, sunt tria appropriata tribus psonis diuinis. Patri appropriatur maiestas, filio veritas, Spirituisãcto bonitas. Ista tria respiciunt triplex genus causæ, scilicet causam efficientem, exemplarem, & finalem. Patri attribuitur causa efficiẽs, filio causa exemplaris, quia imago est patris, & Spiritusancto causa finalis. In patre est summa maiestas humiliter adorãda, in filio summa veritas fideliter asserenda, in Spiritusãcto summa bonitas syncere amãda. Et secundum hæc tria necesse est, in prima tabula esse tria mandata. Primum est. Nõ habebis Deos alienos coram me. Secundum est. Non assumes nomen Dei tui in vanum. Tertium est. Memento vt diem sabbati sanctifices. De primo mandato dictum est, quod quædam præmittuntur ad mandati cognitionem, quędam subiũguntur ad mandati obseruantiam, & quædam interponuntur ad mandati integritatem. Dictum etiam fuit quod in verbo isto. Non habebis Deos alienos coram me, prohibet omnis idololatria respectu creaturę intellectualis, secundo, phibetur idololatria respectu ingenij humanæ mentis, cum subdit. Non facies sculptile. Tertio prohibetur idololatria respectu naturæ corporalis, & hoc respectu cœlestium, terrestrium, & infernorum, cum dicit, Neque similitudinem eorum, quæ in cœlis sunt, & cætera. Dictum etiam fuit, quòd in hoc verbo. Non habebis Deos alienos coram me, omnes pactiones dæmonum prohibentur, siue sint per incantationem verborum, siue per inscriptiones caracterũ, vel imaginum, siue per immolationem sacrificiorum. In istis tribus consistunt omnes artes magicæ. Dictum etiam fuit, quòd in secundo verbo: Non facies sculptile, prohibentur omnes falsæ superstitiones adinuentionis errorum. Et circa hoc dictum fuit, quòd omnis error prouenit, aut ex improbo ausu inuestigationis philosophicæ, aut ex puerili intellectu sacræ scripturæ, aut ex inordinato affectu carnalitatis humanæ. Propter Primum proueniunt errores in philosophis, sicut ponere mundum æternum, & huiusmodi. Propter secundum proueniunt errores in hæreticis, qui male tenent de trinitate & Spiritusancto. Propter tertiũ proueniunt errores in Epicureis, qui dicunt, nõ aliam vitam esse nisi istam. In tertio verbo. Neq; facies similitudinem eorum, quæ in cœlis sunt, & cęte. prohibentur omnes peruersæ appreciationes creaturarum. Et circa hoc dictũ fuit, quod omnis peruersa appreciatio creaturarũ, aut est ratione sublimitatis, aut ratione sufficientiæ, aut ratione delectationis. Primo modo est idololatria superborum, secundo modo auarorum, tertio modo lasciuorum. Ista dicta fuerunt de primo mandato. Modo dicebam, quod est triplex idololatria. Pactiones dæmonum, superstitiosæ adinuentiones errorum, & peruersæ appreciationes creaturarum. In pactionibus dæmonũ est summa omnium vitiorum malitia, & radix omniũ malorum. Ex his tribus idololatrijs procedunt omnes falsitates, & peccati deordinationes, quibus misera anima subijcitur dæmonibus. Vnde dicitur in Apoc. Vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ exire spiritus tres immundos in modũ ranarum. Per draconem, significantur pactiones dæmonum. Per bestiam, superstitiosæ adinuentiones errorũ. Per bestiam, peruersæ appreciationes creaturarum. Et omnia ista prohibentur in primo mandato. Et sicut Deus in prima creatione quodam modo omnia produxit, sic in primo mandato omnia mala prohibet, licet ad maiorem explanationem plura ponat mandata. Omisi dicere, quòd Iudęi aliquando insultant nobis, quod nõ seruemus mandatum illud, & imponunt nobis, quod illud transgredimur. In isto mandato continentur tria verba. Non habebis Deos alienos coram me. Non facies sculptile, neque similitudinem eorum, quæ in cœlis sunt, & cætera.

De primo verbo dicunt, quòd dicit Dominus. Audi Israel, Dominus Deus tuus vn⁹, & vos dicitis Trinitatem, patrem & filium & Spiritumsanctũ. Item dicunt, quòd facimus sculptile, quia ecclesiæ plenæ sunt imaginibus. De tertio, qđ prohibet Deus adorare corporalem naturam, dicit, qđ adoramus frustum panis, & hoc maxime videtur eis absurdum. De primo, quòd dicunt, qđ adoramus tres deos, dico, qđ si adoramus tres personas, ita qđ diceremus, qđ ibi essent tres Dij, & triplex essẽtia, oportet, qđ adoraremus deos alienos. Sed nos adoramus patrem, & filiũ & Spiritumsanctũ, sicut vnũ Deũ, & vnam essentiam. Vnde sicut videmus, qđ in homine est pluralitas naturarum, scilicet intellectualis & humana, & tñ est ibi vna persona; econtra in diuinis est vnitas essentię, & pluralitas personarum. Dixit quidam Iudæus. Vos dicitis, qđ Deus filium habet, quare non habet vxorem. Isti Iudęi vilissime intelligunt. Deus pater habet verbum & Spiritumsanctum, verbum habet per quod omnia fecit, Spiritus sanctus habet per quem omnia conseruat. Verbum manat a dicente, & est Deus de Deo. Similiter Spiritussanctus ipsi spirat, & est De⁹ in deo. Solus Spiritussanctus est, qui profunda cordis scrutatur, & ille est Deus. Vnde homo qui ista vult intelligere, & de istis loqui, oporteret quòd habeat eleuatissimas cogitationes, non pedestres, quia aliter non potest intelligere altissima de Deo. Quando ponimus Trinitatem non ponimus Christum purum, sed Deum cum homine. De secundo quòd dicunt. Nõ facies sculptile, & nos ponimus plures imagines in ecclesijs, dico, quod impossibile est diuinitatem sculpi, sed faciam⁹ Christi effigiẽ, Christi dico humanitatis. Vñ est in natura propria de⁹ absq; figura. Cur ideo picturas[illegible] carne probatur amictus. Et dico quod est duplex adoratio, scilicet dulię, & latriæ. Adoratione duliæ possumus adorare illos in quibus est potestas, sapientia, & sanctitas. Et sic adoramus principes, prælatos, sicut in quibus est potestas. Adoramus etiam illos, qui excellentiam habent philosophiæ, sicut illos in quibus est sapiẽtia, & sic quinquagenarius adorauit Heliam. Itẽ adoramus sanctos in patria, sicut illos in quibus est sanctitas, imaginibus eorum. exhibẽdo, est adoratio duliæ, non inquantũ imago vel pictura,

Marginalia: Psalm. 80. — Ephe. 5. — Philip. 3. — Apoc. 16. — Decem nobis obijciũt Iudæi, quibus mõtrare oftendere, quòd christiani, primũ mãdatũ transgrediũtur. — 4. Reg. 1.

ra, sed ratione illius quod per ipsam signatur. Soli autē Deo exhibenda est adoratio latriæ. Et in hoc prohibentur omnes prophanæ pactiones dæmonum, & omnes falsæ adinuentiones superstitionis errorum, & omnes peruersæ appreciationes creaturarum. De tertio quod maxime abhorrēt, scilicet de corpore Christi, hoc secrete tissimum fuit, sed modo est promulgatum. Aliquando dixerunt aliqui, q̄ non esset Deus ibi nisi in signo. Sed intelligendū est; q̄ ad prolationem verbi sacerdotis, & intentionem dicentis, substantia panis statim conuertitur in corpus Christi, quod habet vnitam animam cum deitate, & hoc est planum. Dicit Iudæus, quomodo potest hoc esse? Dico, q̄ ille qui potest separare substantiā ab accidente, potest facere, q̄ non appareat substantia sensibus nostris, quę est sub accidētibus alienis. Et adoramus verum corpus Christi, & deum trinū & vnum. Et in hoc virtus Dei, potentia, sapientia, & bonitas manifestantur. Sed Iudęus errat, qui pedestri modo credit sentire. De hoc audiui, q̄ fuit quidam incantator dæmonum, Quadam die cum quidā vellent aliquid impetrare a dæmone, fecit ille, quòd venit in medio illorum, Et venit quidam sacerdos portans corpus Christi, et cū appropinquauit, inclinauit se ei dæmon, similiter cum rediit inclinauit se. Et dixit incantator: Vnde hoc, prohibuisti mihi ne adorem Christū, & tu adoras? Respon-

Phil.2. dit demon. Inuitus feci. Nonne scriptum est. In nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum? Ista dicta sunt de primo mandato. Non assumes nomen Dei tui in vanum, neq; insontem habebit Dominus eum, qui assumpserit nomen Dei frustra, vn-

Psal.118. de dicit Psalm. Seruus tuus sum ego, da mihi intellectū vt sciam testimonia tua. Ideo dilexi mandata tua super aurum & topaziō. Propterea ad omnia mandata tua dirigebat, omnem viam iniquam odio habui, Dauid Propheta dicit in verbis istis, qua de causa loq debemus de mandatis Dei, & ostendit rationem triplicem. Prima est vt inflammemur ad dilectionem mādati, nihil enim ita est necessarium, sicut diligere Dei legem, & mandata eius. Ideo dicit. Ideo dilexi mandata tua, &c. Secūdo debemus loqui de mādatis Dei, vt melius cognoscam* ea, quāto.n. homo frequētius vadit per viam aliquam, tanto melius cognoscit eam. Vnde Gregor. Homo cognoscit viam frequentius vadendo. Sed via eundi in patriam est in seruando mandata Dei, sed non cognoscit homo mandata Dei, nisi audiendo loqui de mandatis. Ideo dicit. Da mihi intellectum, &c. Tertio debemus audire mandata, vt odio habeamus iniquitates. Quādo homo incipit cognoscere peccatum, & iniquitatem, & peccati deordinationes, quę sunt contra Deum, tunc incipit detestari peccatum. Debemus igitur loqui de mādatis, vt ipsa diligamus, & per ea in viam ad cęlestem patriam dirigamur, & iniquitatem odio habeamus. Et vt hæc tria possimus consequi, ideo in principio rogemus Deum, &c.

De secundo mandato. Serm.3.

NOn assumes nomen Dei tui in vanum, &c. Sicut in primo mandato præcipitur humilis adoratio summæ maiestatis, sic in isto mandato secundo

Deut.6. & Leut.19. præcipitur fidelis confessio summæ veritatis, & prohibetur abnegatio veritatis. In veteri testamento dicitur. Qui iurat, in nomine Dei iuret, & non periuret. Periurare, idem est, q̄ peierare, & hoc est nomen Dei in va-

Hier.4. num assumere, vnde Hierem. Iurabis in nomine Domi-

Iuramētū duplex, assertoriū, et promissoriū. ni in veritate, iudicio & iustitia. Et dicit ibi gloss. q̄ iuramentum debet habere tres comites, veritatē, iudicium, & iustitiam. Primo dico q̄ debet fieri iuramentum in veritate. Vnde dicit. Non assumes nomen Dei tui in vanum, hoc est sine veritate. Intelligendum autem est, quòd est duplex iuramentum, scilicet assertoriū, & promissorium, ita quòd est in testimonium, & in promissum. Fac iuramentum assertorium sic. Hoc tibi iuro, assero, & testificor per testimoniū diuinæ veritatis. Illud autem iuramentum primo debet habere veritatem. Veritas autem est in iuramēto, vt homo nō neget verum, non affirmet falsum, & non afferat scienter dubiū, quia sermo est indicatiuus eorum, quæ sunt in corde. Sed scitis quid est, quando homo aliquid falsum testificatur per testimonium falsitatis? hoc est dicere quòd mētitur, & diuina veritas mentitur secum. Et hic est primus modus assumendi nomen Dei in vanum, quādo negamus veritatem. Secundo debet fieri iuramentum assertorium cum iustitia. Fit autem cum iustitia, quando non fit contra mandatum diuinæ legis, neque contra præceptum sanctæ matris Ecclesiæ, nec in dispendium salutis propriæ, vel alienæ. Et qui contra ista tria iurat, dupliciter peccat, & quia iurat & quia seruat. Tertio oportet in iuramento assertorio, vt concomitetur iudicium, quòd sit in mente discretio veritatis & iustitiæ, scilicet vtrum iuramentum sit verum vel falsum, iustum vel iniustum, fructuosum vel infructuosum. Et si iuro absque iudicio, non discernēs inter ista tria, temerarie iuro. Isti tres comites debent esse in iuramento assertorio. Sed Manichæi insultāt nobis, & dicunt, quòd non debemus iurare omnino, quia dicitur in nouo testamento. Ego autem dico vobis, non iurat omnino, sit autem sermo vester, est, est, non nō. Certe dico, quòd ex certis causis bene licet iurare. Hæretici non bene attendunt vim vocabulorum. Differt dicere, non iurare omnino, et omnino non iurare. Sicut differt dicere. Quidam homo non currit, & non quidam homo currit. Omnino non iurare, est nullo modo iurare, & non omnino iurare, est nō omnibus modis iurare, sed ex certis causis. Secundo debet nomen Dei assumi non in vanum in iuramēto promissorio. Fit autem iuramentum promissorium tribus modis, scilicet ad promouendum bonum, ad cōseruandam fidelitatem, & ad incundam mutuam pacem. Primo modo iurant inferiores superioribus. Secundo modo pares paribus. Tertio modo superiores inferioribus. De primo dicit Apostolus. Testis mihi De' est. Secundo modo iurauit Laban fidelitatem Iacob. Tertio modo iurant superiores populo. Ex primo iuramento relinquit triplex vtilitas, fides in itellectu, amor in affectu, & pax in effectu. Istis tribus modis fit iuramētū ad promerendum bonum. Secūdo modo fit iuramentum ad conseruandam fidelitatem, & hoc fit ad compescendam malitiam, ad sedandum controuersiam, et ad expugnandum infamiam. Primo dico fit ad compescendum malitiam, vt homo non neget veritatem, nec affirmet falsitatem, & hæc est ratio vtilitatis iuramenti. Secundo modo fit ad sedandā controuersiam. Vnde Apostolus. Omnis controuersiæ finis est iuramentum. Tertio modo fit ad expurgandam infamiam. Vnde in Deuter. dicitur, quòd maiores debebant se expurgare p iuramentum, quando inueniebatur cadauer mortuum. Istis tribus de causis fit iuramentum, ad conseruandam fidelitatem. Tertio modo fit iuramentum ad ineundum mutuam pacem, & in hoc intelligetur cohibitio peccatorum mortaliū, quia omnis iuratio vera est periculosa, falsa est perniciosa, nulla autem est secura. Et propter hoc dicitur in Ecclesiast. Iurationi nō assuescat os tuū. Iste est intellectus literalis. Spiritualis vero intellectus hic est. Non assumes nomen Dei tui in vanum, &c. Notandum est, quòd assumimus nomen dei non in vanum tribus modis, scilicet ad efficiendum, ad promittēdum, & ad exprimendum. Primo dico, q̄ assumitur nomen dei non in vanum ad efficiendum, vt in sacramentis, sicut dicitur in baptismo. Ego baptizo te in nomine patris & filij & Spiritussancti. Secundo modo fit iuramētum

Manicheorū heresis. Mat.5.

Nō iurare omnino, qualiter intelligatur.

Iuramētū promissoriū fit trib. modis.

Rom.1. Gen.31.

Heb.6.

Deut.21.

Eccl.23.

tum ad promittendum, ſicut promitto ire ad ſanctū Iacobum, vel intrare religionem per iuramentum. Tertio aſſumimus nomen Dei non in vanum ad exprimendum, ſicut quando loquimur cum iuramento. Econtra accipimus nomen Dei in vanum per fruſtrationem ſacramenti ſuſcepti, per fractionem voti, & per prolationem ſermonis blaſphemi. Primo dico aſſumimus nomen Dei in vanum per fruſtrationem ſacramenti ſuſcepti. Et ſecundum hoc eſt triplex modus aſſumendi nomen Dei in vanum. Primo modo quando quis non credit, ſicut hæreticus. Secundo modo quando credit, & ſe non diſponit, ſicut vſurarius. Tertio modo quando gratiam in ſacramento ſuſceptam non cuſtodit, ſicut ille qui poſtea peccat. Audi, quādo tu es inſignitus in nomine Dei, tunc character tibi imprimitur per virtutem nominis Dei, & quando homo poſtea peccat, euacuat

Tit. 1. virtutem ſacramenti. De talibus dicit Apoſtolus ad Titum. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Et ſic conculcas, & pollutum ducis ſanguinem Chriſti. Secundus modus aſſumendi nomen Dei in vanum, eſt per fractionem voti emiſſi. Et hoc fit tribus modis. Primo per dilationem irrationabilem, ſicut promitto ire ad ſanctum Iacobum, & non aſſigno mihi certum tempus, & ſic ſemper procraſtino. Secundo fit voti fractio per voluntatem contrariam, ſicut quando quis promittit aliquid Deo, & poſtea pœnitet. Contra tales di-

Deut. 23. citur in Deuteronom. Si quid proceſſerit de labijs tuis, non facies irritum. Tertio fit fractio voti per apoſtaticam rebellionē, ſicut quādo homo apoſtatat a religione. Primus modus eſt malus, ſecundus peior, tertius peſſimus. Quia dicitur homo apoſtata vir inutilis.

Prou. 6

Eccle. 5. Vnde dicit Eccleſ. Si quid vouiſti Deo, nō moreris reddere, diſplicet enim Deo ſtulta & infidelis promiſſio. Tempus, dies, & hora interpellabit. Patet modo, quomodo tribus modis in fractione voti aſſumimus nomē Dei in vanum. Tertio aſſumimus nomē Dei in vanum per prolationem ſermonis blaſphemi, & hoc fit tribus modis. Primo, quando aliquis loquens de Deo vtitur locutione maledica, ſicut quando maledicit Deo. Secūdus modus eſt per locutionem mendacem, ſicut quando quis negat verum, vel affirmat falſum. Quia dicit Anſel. quòd omnis contradictionis nobilior pars Deo eſt attribuenda. Tertius modus eſt per locutionē probroſam, ſicut quando quis loquitur de membris Chriſti interioribus, blaſphemat peſſime, etiam ſi verum di-

Puer blaſphemus à diabolo raptus. cat, & Chriſtum deſpicit in eo, quòd humilis fuit. Et tales diuino iudicio ſunt exterminandi. Narrat enim Gregor. quòd quidam puer ſex annorum cōſuetus fuit blaſphemare. Quadam die cum blaſphemaret, & eſſet in ſinu patris ſui, raptus eſt a dæmonibus, & portatus in infernum. Propter quod dicitur in Leuit. Quicunque bla-

Leu. 24. ſphemauerit, morte morietur. Patet modo quibus modis aſſumimus nomen Dei in vanum.

De tertio præcepto. Serm. 4.

Pſal. 102. MEmento vt diem ſabbati ſanctifices. Pſalm. Miſericordia Domini ab æterno, & vſque in æternum ſuper timentes eū, & iuſtitia illius in filios filiorum, his qui ſeruant teſtamentum eius. Indigemus diuina miſericordia condonante offenſas noſtras, & diuina iuſtitia recompenſante merita noſtra. Sed timor Dei, facit inuenire miſericordiam, & obſeruantia mandatorum, iuſtitiam. Conſideratio autem magnificentiæ Dei inducit ad timendum, conſideratio diuinæ legis inducit ad obſeruantiam mandatorum. Et propter hæc innuitur nobis, vt ſemper cogitemus diuinam legem. Vnde Iudæi die ſabbati conſueuerunt ſemper diſputare de lege Dei, quia hoc eſt opus Dei. Et vt perfecte poſſimus loqui de lege Dei, ideo rogem' Deum in principio, & cæter. Memento, & cęter. Dicebam vobis, quòd in tabula prima continentur tria mandata nos ordinantia ad Deum, ſecundum tria appropriata tribus perſonis diuinis. In primo mandato præcipitur humilis adoratio diuinæ maieſtatis. In ſecūdo fidelis confeſſio ſummæ veritatis. In tertio ſyncera dilectio ſummæ bonitatis, & hoc tertium præceptum eſt. Et eſt ſumma verborum. Memento vt diē ſabbati ſanctifices. Sequitur. Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum, ſeptima vero die nō facies omne opus tuum, tu & filius tuus & filia, ſeruus, & ancilla, iumētum, & aduena qui eſt intra portas tuas. Sex enim diebus fecit deus cęlum, & terrā, mare & omnia, quæ in eis ſunt, & ſeptima die requieuit, Ideo benedixit, & ſanctificauit illum. Videte quod in his verbis Spūſanct' ſcripſit tabulas, qa Spiritusſanctus per digitum Dei intelligitur, qui omnia præcepta ſcripſit cū ſumma diligētia, hæc ſcripſit inſinuans mandati integritatem, & conſummationem. In hoc autem mandato aliquid præcipit, aliquid concedit, & aliquid interdicit. Præcepit ſanctiſicare diem ſabbati, ibi. Memēto vt diem ſabbati ſanctifices, ſanctificatio enim eſt conuertens animam ad Deū ſanctum, ad Deum verū, & ad deum ſumme diligendum. Aliquid cōcedit in iſto mādato, ibi, ſex dieb' operaberis, & facies oē opus tuū, Aliquid vero interdicit, ſcilicet opus ſeruile, ibi; Nullū opus facies in eo, &c. Hæc eſt perfecta vacatio, quæ habet adiunctam bonam operationem, & prohibitam ſeruilem. Ratio præcepti ſubiungitur ibi. Sex diebus fecit Deus cœlum, & terram, mare, & omnia quæ in eis ſūt, & ſeptimo die requieuit. Ideo benedixit, & ſanctificauit illum. Sed quare pręcepit vacare? Certe quia benedixit, & ſanctificauit illum. Iō & tu creatura, quę es Chriſti imitatrix, debes hoc facere. Modo Iudæi inſultāt no-

Obijciunt nobis iudæi, quòd ſabbatum non ſanctificemus. bis, & dicunt. Vos tenetis decalogum, & decalogus nō habuit niſi præcepta moralia, morale autem neceſſitatem habuit pro omni tempore. Septima autem dies in qua non licet operari, a prima die in qua licet operari, eſt dies ſabbati, quę dicitur dies Saturni, & vos vacatis die dominico pro die Saturni. Item dicitur, omne opus non facies in die illa, & vos facitis multa opera, & ita totum diſſipatis. Videte chariſſimi, intelligendum eſt ita, quòd præceptū illud habet aliquid quod eſt mere morale, & habet aliquid, quod eſt mere cęremoniale, & habet aliquid mixtum eſt morali, & cæremoniali. Quod pręcepit dominus ſanctificationem, id eſt vacationem

1. Pet. 3. ad amandum, hoc eſt vere præceptum. Vnde dicit Beatus Petrus, quod quilibet tenetur Dominū ſanctificare in corde ſuo, id eſt, amare. Ille ſanctificat ſiue ſabbatiſmū facit, qui Deum ſuper oīa diligit propter ſe, & non propter aliud. Item eſt in præcepto aliquid figurale, ſicut diei ſeptimæ feriatio. Dies ſeptima ſignificat quietē animarum, & quietem Domini in ſepulchro, et ceſſationem ab opere ſeruili cum vacatione, & deprecatione. Deus enim ſex diebus operatus eſt omnia, non quia nō potuiſſet feciſſe vna die, ſed intelligendum eſt hoc, qđ mundus aliquid habet in arte æterna, ſcilicet eſſe æternum, quod eſt æternitas vitę & poſſeſſio vna, in quo nihil eſt prius, nec poſterius, & hoc impreſſit Deus mentibus angelicis. Item habet mundus aliquid in intelligentia creata, ſcilicet prius & poſterius natura ſimul ſecundum durationem, non ſecundum naturam, ſecundum quòd eſt in materia non propter defectum operantis, ſed propter condeſcenſionem ipſius vt coaptaret omnia, & omnia in primis operib' deſignaret. Et ſicut omnium operationum in primis operibus produxit, ſic & ſeminaria omnium operum & quietationem plene produxit. Et quia ſeptimo die requieuit, & intellectualem ad eſſe creaturam reuocauit, & ſeptimo die animas in ſepulchro reduxit ad quietem paradiſi. Significatio igitur diei ſeptimæ, eſt figuralis quietis animarum. Sic igi

tur

tur in mandato illo continetur aliquid quod est morale, scilicet, vt Deus super omnia diligatur, & aliquid qđ est cæremoniale, vt figuratio diei septimæ. Item continetur aliquid quod est partim morale, & partim cæremoniale, vt cessatio ab operibus, & hoc ĩ quibusdam generaliter est intelligẽdum, in quibusdam specialiter. Si intelligamus sicut Iudæi, qui dicunt, quòd debet fieri vniuersalis cessatio ab omni opere seruili, sic insinuatur christiano, quòd dẽt abstinere ab omni peccato, & sic est figurale. Si intelligamus qđ ab aliquibus dẽmus abstinere, sic est morale, non sicut in præcepto & sicut in bene esse, & remansit sicut in ecclesiastica institutione est præceptum. Dico opera seruilia opera mechanica, quæ sunt septem, scilicet agricultura, quæ comprehendit omnem modum colendi terram. Lanificium, quod consistit in omni genere vestimentorum. Fabricatio, siue sit in materia ferrea, siue lapidea, siue metallica, siue lignea. Venatio, quæ comprehendit equorum, & venatorum opus, & omnem modum pistorum, coquorum, & omne modum præparandi cibos. Medicina, quæ consistit in arte conficiendi pigmenta vel syrupos, & huiusmodi. Nauigatio, quæ comprehẽdit omne opus nautarum in mari, siue omne opus mercationis. Et theatrica, quæ comprehendit omnem modũ ludi, vel iucunditatis. Modo dico, quòd in oĩb. istis sunt quædam merę seruilitatis, quædam continuæ necessitatis, quædam merę iucunditatis. Illa quæ sunt meræ seruilitatis prohibentur ab Ecclesia. Illa autem quę sunt continuæ necessitatis, sicut illa quę sunt ad conseruationem vitæ, vel sanitatis, conceduntur in quantum sunt necessitatis, & prohibentur inquãtum sunt seruilitatis. Illa vero quæ sunt meræ iucunditatis sunt permissa, nõ prohibita, quia propter paruitaem nostram permittuntur ab Ecclesia. Et sic poterimus respondere. Sed dices, quare confudit & miscuit moralia, & cęremonialia simul? Dico, quòd hoc pręceptum. Memento vt diem sabbari sanctifices, etcętera. est de charitate, & quicquid patet & latet in alijs, in isto mandato consummatur, & iõ miscuit simul moralia & cęremonalia, vt melius ad memoriã reduceremus, ne si specialiter poneret, grauaretur memoria nr̃a. Sunt aũt tria, quę requirũtur ad pfectã dilectionem. Primũ est diuina vacatio conuertẽs aĩam in Deum. Scđm imitatio Christi in bonis operibus, Tertium est cessatio ab omni opere seruili, quæ cor reddit purum, & mundum. Conuersio autem in Deum est secundum septem opera, quibus anima conuertitur ad perfectam vacationem in Deum, quorum tria sunt intrinseca, quę fiunt meditando, orando, & exultando. Ex istis tribus fit contemplatio. Alia sunt extrinseca, quę fiunt legendo, psallendo, sacrificium offerendo, diuinam legem adimplẽdo. Et hoc fit siue audiẽdo, siue docendo, siue cũ alijs conferẽdo. Hoc est quòd dicit. Memento, vt diem sabbari sanctifices, &c. Mãdat igitur Dñs primo vacationẽ conuertẽtẽ aĩam in ipsum. Secundo mandat sui imitationem, cum dicit. Sex diebus operaberis. De ista imitatione dicit Apostolus. Imitatores mei estote sicut filij charissimi. Et in Luc. estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. Sex aũt sunt opera misericordiæ, scilicet pascere esurientes, potare sitientes, vestire nudos, colligere hospites, visitare infirmos, & redimere captiuos. Aliter enim impossibile est esse opus virtutis, nisi creatura in istis cõforme tur Christo. Ad opus autem virtutis requirũtur sex correspondentia sex operibus virtutis, quæ sunt circunspectio prouida, intentio recta, affectio pura, electio recta siue iusta, prosecutio vigorosa, & informatio charitatiua. Primum intelligitur in opere primæ diei, quando dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux, Hoc est circũspectio prouida. Secundo oportet q̃ homo ponat sibi rectum finem in Deum, & hoc notatur cum dicitur. Fiat firmamentum in medio aquarum, & vocauit Deus firmamẽtum cęlum: Oportet, q̃ homo agatur sursum, & habeat rectam intentionem ad Deum. Tertio requiritur affectio pura, & hoc intelligitur ĩ tertio opere. Diuisit de' terram ab aquis, id est affectiones sæculares a diuinis. Quarto requirit electio iusta siue recta, vt ordinate faciat quæ debet facere, & hoc notatur ĩ quarto opere cũ dicit. Fiant luminaria in firmamẽto cęli, id est, sint opera nostra ordinata. Quinto requiritur prosecutio vigorosa, quod notatur in quinto opere, quando Deus produxit animam viuam, ĩ aquis natatilia, in aere volatilia. Sexto fecit Deus integra opera superuestita oĩbus circunstantijs, secundum quòd exigit lex diuinæ charitatis. Charitas autem est forma perfectiua omnium, & ille qui habet charitatem, habet omnia ista sex. Sextum igitur op' virtutis est informatio charitatiua, quod notatur cum dicitur. Fecit deus hominem ad imaginẽ, & similitudinem suam. Quando hominis opus integratur ex istis sex, tunc dicitur recte viuere. Sed non sufficit facere virtutis opus, nisi homo caueat ab opere vitioso. Et hoc tangitur cum dicit. Nullum opus facies in eo. Quinq; modis potest homo facere peccatũ. Primo quã do peccatum perpetrat. Secundo quando ad peccandũ alium incitat. Tertio quando peccantẽ defensat. Quarto quando peccantẽ acceptat. Quinto quando peccantem dissimulat, nec arguit, nec punit, & hoc est maximum periculum, quãdo quis alium castigare negligit. Primum peccatum tangitur cum dicitur. Nullum opus facies in eo, id est tu nullum perpetrabis peccatum. Secundum peccatum tangitur cum dicitur. Nec filius, nec filia, id est non eris pater peccati instigando aliũ ad peccatum, verbo vel opere vel exemplo: Tertium peccatũ tangitur cum dicitur. Nec seruus tuus, nec ancilla tua. Ille qui facit peccatum, seruus est peccati, sed ille qui defensat peccatum, dominus est peccati, illi præbendo patrocinium qui facit peccatum. Quartum peccatum est, quando aliquis peccantem acceptat, quod notatur ibi. Nec iumentum tuum. Iumentum cum fuit ligatum, nõ ducebatur ad opus nisi acceptãte domino, & ista acceptatio est religatio. Quintum peccatum est, quando aliquis alium castigare negligit, quod tangitur cum dicit. Nõ aduena qui est intra portas tuas. Aduenam quis reputat hominem, quando dicit ad alium, quid ad me de peccato suo? Et sic quando homo nõ punit peccatum alterius, efficitur particeps peccati illius. Alijs etiam multis modis efficitur homo particeps peccati alterius. Et propter hoc dicit Psal. Ab occultis meis munda me domine, & ab alienis parce seruo tuo.

Eph. 5. Luc. 6. Gen. 1. Gen. 1. Psalm. 50.

De quarto Præcepto. Sermo. 5.

HOnora patrem tuum & matrem tuam, vt sis longæuus super terram, quam Dominus Deus daturus est tibi. In Ecclesiast. dicitur. Quæ pręcepit tibi Deus cogita illa semper, & in plurimis operibus eius ne fueris curiosus. Verba vltima specialiter dicuntur literatis. In quibus docet Ecclesiastic. cogitare vtilia, & vitare curiosa. Vtilia autem dirigunt nos in viam salutis, sed curiosa distrahunt nos a via salutis, & dissipãt intelligentiam nostram. Magna pars intelligentiæ perditur propter curiositatem, & tamen nihil est preciosius intelligentia in nobis. Dolemus cum perdimus aurũ, multo plus dolere debem' si amittamus intelligentiam, quia nihil est ita charum sicut actus intelligentiæ. Sumus dicturi de præceptis, & indigemus quòd dominus illustret intelligentiam nostram, ideo rogemus deum in principio, &cæt. Honora patrem tuum, &cæt. Dicebam, quòd sicut anima rationalis ordinari habet ad creatorem & ad creaturã, secun

Exo. 20. Eccl. 13.

dum

dum hoc est duplex tabula ĩ qua lex Dei est scripta. In
prima tabula continentur tria mandata secundum tria
appropriata tribus personis diuinis, & secundum tripli
cem operationem animæ. In primo mandato præci-
pitur humilis adoratio summæ maiestatis, in secũdo fi-
delis confessio summæ veritatis, in tertio syncera dile-
ctio diuinæ bonitatis. Ista tria mandata sunt funda-
mentum omnium præceptorum legis. Et propter hæc
tria omnis timoratus, verax & Deo deuot' tenetur ista
principaliter custodire. Modo dico, quod in secunda
tabula continentur septem præcepta, vnum est affirma
tiuum, & sex sunt negatiua, Ratio distinctionis est hęc.
Quia omnia mandata reducuntur ad duo. Hoc facias
alij, quod tibi vis fieri. Non facias alij, quod tibi non
vis fieri. Et iuxta hoc accipiuntur duo præcepta. Pri-
mum est innocentiæ; Secundum est beneficientiæ, quæ
sunt duæ partes iustitiæ. Modo dico vlterius, quod pręce-
cepta ordinantur secundum ipsorum nobilitatẽ, & be-
neficentia melior est, quam innocentia, ideo mandato
innocentiæ præponitur mandatum beneficentię, & est
synodice traditum Iudæis, sicut Honora patrem tuum
& matrem tuam &c. Et ponitur hic primo forma man-
dati, cum dicit honora, &cætera. Secundo subditur pro-
missio cum dicitur vt sis longeuus, &cæter. Intellige se
cundum literalem intelligentiam. Pater nominat perso-
nam generantis, personam instruentis, & personam edu
cantis, quia pater habens filium generat ipsum, instruit
ipsum & nutrit, & ipsius est, filio legare bona sua. Et sic
pater tenet rationem originis, rationem regiminis, & ra
tionem benefactoris. Et fm hoc debetur ei triplex ho-
nor, honor reuerentiæ, honor obedientiæ, & honor be
neficentiæ. Primo dico, patri, inquãtum tenet rationem
Eccl. 13. originis debetur honor reuerentiæ. Vnde in Ecclesiast.
Qui timet Deum, honorabit patrem suum & matrem
suam, & quasi dominis seruiet eis, qui se genuerunt. Se-
cundo patri ratione regiminis debetur honor obedien-
Eph. 6. tiæ, vnde Paul', Filij obedite parentibus vestris, hoc. n.
iustum est. Honora patrem tuum & matrem tuam,
quod est mãdatum primum in promissione, vt bene sit
tibi, & sis longæuus super terram. Tertio honor debe-
tur patri, quia rationem tenet benefactoris, honor, scili
Ecc. 3. cet beneficentiæ. Vnde dicitur in Ecclesiast. Filij susci-
pe senectam patris tui, & non contristes eum in vita il-
lius. Præcipitur igitur, quòd triplex honor impendatur
parentibus, scilicet honor reuerentię, obedientiæ, & be
neficentiæ. Et hoc est primum mandatum quod de-
bes custodire, propter promissionem, scilicet vt bene sit
tibi, & sis longęuus super terrã. Et tangitur primo man
datum ibi. Honora patrem tuum & matrem tuam. Se-
Obiectio pulchra cundo additur promissum ibi. Vt sis longęuus super ter
ram, &cæter. Sed nunquid verum est semper, quòd diu
Responsio pulcherrima. tius viuant? Videmus hoc falli, quandoq; ergo Deus fal
lax erit in suo promisso? Dico, quòd longæuitas non so
lum attenditur secundum longitudinem dierum currẽ
tium, sed secundum valorem, & secũdum q̃ est triplex
honor, qui exhibetur parentibus, sic respondet huic tri
plici honori triplex præmium. Honoranti patrem ho-
nore reuerentiæ, debetur vita gloriosa siue honorifica.
Honoranti patrem honore obedientiæ, debetur vita iu
cunda. Honoranti patrem honore beneficientiæ, conce
ditur vita opulenta. Primo dico honoranti patrem ho-
nore reuerentię, conceditur vita gloriosa siue honorifi-
Eccl. 3. ca. Vnde Eccles. Gloria hominis ex honore patris sui.
Item ibidem. Ne glorieris in contumelia patris tui, non
enim est tibi honor, sed confusio. Naturale enim est, q̃
filius vehementissime diligit patrem, & indignatur q̃n
aliquis iniuriatur patri. Secundo honoranti patrem ho
Eccle. 3. nore obedientiæ, conceditur vita iucunda. Vnde Eccle
si. Qui honorat patrem suum iucundabitur in filijs, &
in diebus orationis suæ exaudietur. Qui honorat patrẽ
suum vita viuet longiore & qui obedit patri suo refrige
rat manum suam. Summa iucunditas est, q̃ homo non
sit rebellis superiori suo, quia qui rebellis est superiori
inuenit rebellem inferiorem, & contemptor superio-
rum potestatum contemnetur ab inferioribus. Sicut
Adam quando fuit inobediens superiori suo, omnia in
feriora sua quæ sibi fuerant subiecta, habuit contraria.
Tertio honoranti patrem honore beneficientiæ, conce
ditur vita opulẽta, Vnde Eccles. Honora patrem tuum Eccl. 3.
& matrem tuam, & superueniet tibi benedictio, & be-
nedictio tua in nouissimo manebit. Benedictio ista vo-
catur multiplicatio bonorum. Ecce præceptum & ecce
promissio. Obligamur ad obediendum parentibus quã
diu viuimus ipsorum bonis, & debemus eis obtempera-
re in exercitatione actuum virtuosorum siue salubriũ,
in dispensationibus temporaliũm & in subministratio-
ne obsequiorum. Debemus etiam viuere secundum eo-
rum consilium, & expendere fm eorum imperium, &
q̃n exegerit necessitas, subministrare eis obsequium.
Si tamen parentes aliquid velint, vel dicant, vel im-
perent nobis quod sit contra profectum salutis nostrę,
non est ipsis in illis pietas exhibenda. Et hoc est quod
dicit Dominus in Euangelio. Qui non odit patrẽ suum, Luc. 14.
aut filios propter me, non potest meus esse discipulus.
Vult Dominus, quòd ex affectu paterno non dimittat
homo facere, quod pertinet ad salutem suã. Et hoc est
quod dicit Dominus, Dimitte mortuos sepelire mor- Matt. 8.
tuos suos, tu autem vade & annuncia regnum Dei. Et
Hiero. dicit. Si pater in limine iaceat, si mater vbera qui
bus te lactauit ostendat, per calcatum perge patrẽ, per
calcatam perge matrem, & ad vexillum crucis euola, so
lum enim, genus pietatis est in hoc esse crudelem. Ecce
intellectus verborum secundum sensum literalem. Vi
dete latiorem intellectum, Præcipitur beneficentia ad
omne genus hominum. Pater nominat personam, ĩ qua
est præcipua ratio auctoritatis, antiquitatis & amicabi
litatis. Primo dico in patrẽ est auctoritas. Et in isto mã-
dato datur præceptum q̃ obediatur patri, qui habet au
ctoritatem. Autoritatem autem habet omnis qui præ-
est reipublicę, vel rei politicæ, vel rei monasticæ. Primo
dico, q̃ ille qui præest reipublicæ, est pater ratione au-
ctoritatis, vt princeps, baro, comes, vel dux. Et dicitur
pater tutela, vel defensione, & eum debemus honorare.
Vnde Beatus Petr. Deum timete, principes honorifica 1. Pet. 2.
te. Secũdo habet auctoritatem ille, qui pręest rei politi
cę siue ecclesiasticæ. Et ipsum debemus honorare, secũ
dum quòd exigit dispositio ecclesiast. & debet ei obedi
re vulgus. Vnde Apostolus ad Hebr. Obedite præpo- Hebr. 13.
sitis vestris, & subiacete eis, ipsi enim vigilant, quasi ra-
tionem pro animabus vestris reddituri. Tertio auctori
tatem habet ille qui præest rei monasticæ, & illum de-
bemus honorare & ei obedire, secundum quod regula
& promissio facta est. Vnde Hieronymus, præpositum
monasterij diligite vt patrem, timete vt dominum, au-
dite vt magistrum, credite vt salubre quicquid ipse vo
bis dixerit. Modo dico, quòd istis debemus obedire, se
cundum q̃ exigit ordo vel auctoritas. Secũdo in patre
intelligitur antiquitas, & ex hoc ĩtelligitur debilitas, se
nes enim debilitantur. Et qui patrem honorat ratione
antiquitatis & debilitatis, honorat omnẽ hominem q̃
ĩdiget adiutorio, vel qui caret sensu, vel fortitudine, vel
infestatur ab alio. Propter hoc debemus alium iuuare
per documenta, vel sustentamenta & per patrocinia, &
ad hoc specialiter sunt prælati. Si homo caret sensu,
debent ipsum iuuare per documenta, si caret fortitudi-
ne, debent ipsum iuuare per sustentamẽta, si infestatur
ab alio, debent ipsum adiuuare per patrocinia. Tertio
in patre intelligitur ratio amicabilitatis, & in hoc intel-
ligimus, quod ratione originis, amabilis & amandus est
omnis homo, & tenetur quilibet homo aliũ honorare.
Vnde

Digitized by Google

Rom. 12. & 13.

Vnde Apostolus. Honore inuicem pręuenientes. Et iterum. Reddite omnibus debita, cui honorem, honorem. Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Debet homo alium diligere bene volendo cuilibet quantum ad effectum, & quantum ad signum. Habet autem ista dilectio ordinem, quia debemus diligere secundum rationem proximitatis, secundum rationem similitudinis, & secundum rationem obligationis.

In dilectione ordo seruādus.

Primo dico, debemus diligere secundum rationem proximitatis, & secūdum hoc maiorem amorem debemus domesticis, quam extraneis, & amicis plusquam inimicis. Secundo habet dilectio ordinem secundum rationem similitudinis, quia aliquibus debemus ratione similitudinis, maiorem dilectionem quam alijs, sic tenemur ratione similitudinis in forma specifica diligere hominem, secundum similitudinem ratione conuenientiæ in fide debemus plus diligere christianum, quam Iudęum vel gētilem, & secundum rationem similitudinis in professione maxime debemus diligere, sicut religiosus fratrem suum, & vnus canonicus concanonicum suum. Tertio ratione obligationis debemus diligere & tenemur obedire. Et sic aliquibus plus tenemur quam alijs, teneor enim alium diligere, & eum honorare ratione præcepti tantum, teneor plus ratione præcepti & beneficij, & teneor maxime, ratione præcepti, beneficij & promissi, id est, illum de quo est mihi præceptum, & recepi beneficium, & feci promissum, debeo plus diligere, & honorare. Patet modo quòd in verbis istis. Honora, & cæt. tangitur præceptum. Et quomodo secundo redditur promissum ibi. Vt sis longæuus, & cæt. Deinde dictum est, quomodo intelliguntur secundum intelligentiam literalem, & quomodo secundum spiritualem. Et vt melius teneatis in mente, dicam vobis duo exempla. Vnum bonum de illo qui matrem honorauit, & aliud malum & crudele de illo, qui patrem non honorauit. Dicam primum de bono.

Exemplū cuiusdam magistri qui matrē honorauit.

Fuit quidam magister magnus & famosus Parisijs, & a multis notus & dilectus. Hoc audiens mater sua paupercula, cogitauit ire ad filium suum, accepit baculū & in tunicella de burello venit Parisijs, & quæsiuit a quibusdam dominab' pro tali magistro. Dixerunt illi matronæ. Quid vultis ab eo? Respondit. Ego sum mater sua. Tunc illę matronæ duxerunt eam in domū suā, & refocillauerunt eā. Postea cogitauerūt, ꝙ ille bonus homo verecūdaretur, si videret eam in tali statu, & induerunt ipsam bene, & dederunt ei mantellum, & iuerunt secum ad magistrū. Tunc illa dixit, Ego sum mater tua. Respondit magister. Vere ego non credo, quia mater mea est paupercula, & consueuit habere solum tunicellam de burello. Et cum nullo modo vellet acquiescere verbis eius, reduxerūt eam in domū suā; & reddiderunt ei tunicellam eius, & bacculū. Tunc illa accessit ad filium suum in cōgregatione multorū, & cum videret matrem suam in tali habitu venientem, deposuit caputium suum, & amplexatus est eā, & dixit. Modo scio, ꝙ estis mater mea. Hoc fuit diuulgatum per villam, & reputatum est ei pro magno bono. Et postea factus est Episcopus Parisiensis.

Exēplum cuiusdam qui patrē non honorauit.

Aliud exemplum dicam malum de eo qui nó honorauit patrem suum, & vidi illum, qui nouit illū, cui hoc accidit. Fuit quidam homo pauper, qui per industriā suam multa acquisierat, & habebat vnicum filium. Et videntes quidam nobiles, fecerunt ꝙ cōtraxit filius cum filia cuiusdam nobilis. Et tunc illa quæ fuit pulchra & nobilis incepit abominari patrem, & fecit tantum cum marito suo, ꝙ odio habuit patrem suum, & ꝙ pater non habebat quid comederet nisi fabas malas, & semper in conuiuio expellebatur a domo. Quadam die fuit famelicus, & venit ad domum filij & petijt cibum, & datæ sunt ei fabæ malę, & expulsus est a domo. Tunc illa dixit marito suo. Modo possumus comedere in pace. Vade ad arcam & accipe caponem coctum. Et cum aperuit arcam, mutatus est capo in busonem. Qui subito saliens ad faciem eius, ponebat duos pedes duos ad mentū & ad frontem, & operuit totā faciē eius, & non fuit medicus q sciret eum amouere. Tandem venit quidam, qui fecit tenellas quasdam, & dixit, ꝙ eum amoueret. Tunc buso aspexit eum tam horribili vultu, ꝙ ille cecidit in terram, & amplius non audebat aliquid facere, & nullus fuit qui sciret apponere cōsilium, sed mala morte mortuus est. Patet modo præceptum, & promissum quod promittitur.

De quinto, sexto, & septimo Pracepto. Sermo. 6.

NOn occides. Non mæchaberis. Non furtum facies, ait Psalm. Tunc nō confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis. Iacobus dicit. Qui totam legem seruauerit, offendit autem in vno, factus est omnium reus.

Psal. 118. Luc. 2.

Non quia pro vna transgressione tantum punietur pęna sensus, sicut pro transgressione omnium, sed punietur tantum poena damni, non tamen ita acriter pro vno sicut pro omnibus. Ideo si quis vult pertingere ad vitam æternam, oportet ꝙ perspiciat in omnibus mandatis Dei corde & opere. Et ideo dixit Psal. cum perspexero, id est, perfectę inspexero, & considerauero, & iuxta hoc ego non timebo confundi.

Expositio pulchra.

Nō est magnum confundi in præsenti, sed confundi æternaliter, hoc debemus abhorrere. Sed tamen nō possumus euadere istam confusionem, nisi perspiciamus in omnibus mandatis Dei. Ideo Deū rogem' in principio, etc. Non occides, &c. Dicebam vobis, ꝙ mandata Dei distinguebantur in duas tabulas. In prima continent mandata secundum legem iustitiæ ordinantia nos ad Trinitatem, qua continentur tria mandata secundum tria appropriata tribus personis. In secunda tabula continentur mandata ordinantia nos ad proximū, & hoc sm duplicem partem iustitiæ, scilicet innocentiæ & beneficentiæ. Reducitur autem tota iustitia ad tria. Quia Deo debemus exhibere debitam reuerentiam, per orationem, confessionem, & satisfactionem. Patri debemus exhibere beneficentiam, & omnibus alijs innocentiam. Dictū est de tribus mandatis, quæ nos ordinant ad Deum. Dictum est etiam de quarto mandato, quod accipitur penes partem iustitiæ, quæ est beneficentia, in quo præcipitur, ꝙ debemus exhibere honorem patri & matri. Sequitur de sex alijs mandatis, quæ pertinent ad innocentiam. Nocet aūt quis proximo suo tripliciter, peruersitate operis, falsitate sermonis, & improbitate voluntatis, & propter hoc legislator primo prohibet nocumentum quod prouenit ex pūersitate operis, peruersitas autem operis qua quis iniuriatur alij est triplex. Aut enim quis iniuriatur alij in propria persona, aut in cōiuncta persona, aut in temporali substantia, & secundum hæc sunt tria mandata, quæ pertinent ad innocentiā. In primo prohibetur nocumentum in propria persona, ibi: Non occides. In secundo prohibetur nocumentū in ṗsona coniuncta, ibi. Non męchaberis. In tertio prohibetur nocumentum in substantia temporali, ibi. Non furtum facies. Primo dico cum dicitur, non occides, prohibetur ira prorūpēs in iniurias perēptiuas vitę naturalis siue substantialis, & vitę incolumis, et vitę honorabilis, natura enim appetit quod melius est, & ideo non sufficit sibi quòd habeat vitam subsistentē, immo cum hoc vult vitam salubrem & incolumen. Ergo in isto mandato, non occides, legislator prohibet primo iras prorumpentes in iniurias peremptiuas vitæ naturalis. Secundo prohibet iras prorumpentes in iniurias vitæ incolumis scilicet quando fit iniuria per verbera, vel vulnera. Tertio prohibet iras prorumpentes in iniurias vitę honorabilis,

bilis, ficut eſt iniuria quæ eſt in contumeliam apertam vel occultam, ficut illa quæ fit per ſignum. Vnde dictū

Math. 5. eſt in Euangelio. Audiſtis quia dictū eſt antiquis. Non occides. Ego autem dico, quòd omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri ſuo, racha, reus erit cōcilio. Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. Ergo planum eſt, quòd tribus modis facit homo cōtra illud mandatum, ſcilicet quando quis iraſcitur fratri ſuo, vel quando dicit, racha, vel quando dicit, fatue: Et quādo hoc facit ex deliberatione animi, tunc dicit, quòd reus eſt gehennæ ignis. Et quia vita naturalis fundamentum eſt reſpectu aliarum, ideo ſub illo modo, non occides, legiſlator expreſſit mandatum.

Manichæorum obiectiones. Exo. 20. Exod. 22. Matt. 22.

Manichæi autem obijciunt nobis, & dicunt, quòd contradicit ſibi legiſlator. Dicit enim. Nō occides. Et alibi dicit. Maleficos non patieris viuere. Et hoc eſt contra principes in Chriſtiana lege, qui per ſententiam iudiciariam alios occidunt. Item obijciunt, quòd Dominus dicit. Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt, ergo non licet gladium accipere. Et ſimiliter dicūt, quod non licet ſacerdotem eſſe occiſorem. Et hoc eſt contra Eccleſiam & eccleſiaſticas perſonas, qui exequēdo

Idem. 5. iudicium & imperando accipiunt gladium. Item obijciunt quod dicitur. Ego autem dico vobis non reſiſtere

Reſpōſio. malo, & hoc eſt contra legiſlatorem. Intelligere debemus, quòd prohibetur hic occiſio hominis, non beſtiarum vel virgultorum, ſicut dicebāt antiqui Manichæi, qui nolebant comedere de fructibus arborum. Occiſio autem hominis poteſt eſſe a lege aut ab homine, in veritate aut interpretatiue. Occiſio autem hominis ab homine ſicut ab homine non vt a lege, prohibet, ſed Deus qui conditor eſt naturæ, & conſeruator naturę & legis, poteſt hominem priuare vita quando vult. Lex autem occidit hominem, quando miniſter legis occidit, & hoc ſeruato iuſto ordine, iuſta cauſa, & iuſto animo. Oportet ꝙ aſſit iuſtus ordo & iuſta cauſa, id eſt, quòd ex iu-

Deut 16. ſta cauſa occidatur, quia lex dicit: Iuſte quod iuſtum eſt exequeris. Item oportet habere animum iuſtum, vt homo qui eſt miniſter legis, ex lege hominem occidat,

Rom. 13. non libidine vindictę, ſed amore iuſtitiæ. Vnde Apoſtolus ad Rom. loquens ad principes, dicit, quòd princeps nō ſine cauſa gladium portat. Dei miniſter eſt, vindex in iram ei qui male agit. Quod igitur Domin' dicit Petro, omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt, nō refertur niſi ad hoc, quòd ille qui nō eſt miniſter legis, non debet occidere. Et quod dicitur. Non licet ſacerdotem eſſe occiſorem, hoc non refertur ad principes. Tertium quod dicit Dominus. Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo, verum eſt vltionis libidine, ſed amore iuſtitiæ bene licet reſiſtere malo. Patet modo, quòd lex occidit hominem.

Tripliciter homo occiditur, & quando fit peccatū, & quando non.

Item occiditur homo ab homine tripliciter, aut caſu, aut neceſſitate, aut voluntate. Si homo occidit hominem caſu, aut adhibet operam rei licitæ, & adhibet debitam diligentiam, excuſatur a tāto & a toto. Si autem fit homicidium caſuale, & homo adhibet operam rei illicitæ, nec adhibet debitam diligentiā, nec excuſatur a tāto nec a toto. Si autem fuerit homicida ex neceſſitate, hoc eſt dupliciter, aut ex neceſſitate ineuitabili, aut euitabili. Neceſſitas euitabilis eſt, ſi poſſum effugere, ſed dimitto propter verecundiam vel aliā cauſam, & in iſto caſu excuſatur a tanto & non a toto, quia melius eſſet quòd fugeret. Si autem ſit neceſſitas ineuitabilis, vt homo occidat alium hominem non amore vindictæ ſed amore conſeruationis vitæ & animę, vt non interficiat ipſum ex crudelitate, ſed vt impediat ipſum, ne perdat ſuam vitam et animam, & fiat hoc cum moderamine inculpatæ tutelæ, hoc conceſſum eſt perſonis etiam perfectis, non ſolum imperfectis. Et hoc dicit Auguſt. de libero arbitrio, & excuſatur a tanto & a toto. Tertio modo fit homicidium ab homine voluntarie, & hoc dupliciter. Aut libidine vindictæ, ſicut quando aliquis interficit patrem alterius. Aut animi crudelitate, ſicut latrones vel iracundi interficiunt aliquos, & vtrunque iſtorum eſt prohibitum, & eſt primum grauius quam ſecundum. Item fit homicidium interpretatiue in animo, & hoc tripliciter. Primo fit homicidium interpretatiue, omittendo in facto. Vnde di-

Diſt. 49. cap. paſce

cit Ambroſius de officijs. Paſce fame morientem, ſi nō paueris occidiſti; Secundo modo fit quando aliquis occidit alium conſulendo, vel accuſando, vel detrahendo, quādo hoc facit ex malignitate animi. Tertio modo fit

Ioan. 3.

homicidium interpretatiue in animo, odiēdo. Vnde cano. Ioan. Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Dico ergo, quòd ſecundum principalem intellectum prohibetur hic occiſio, non quæ eſt ſecundum legem, ſed quæ eſt ſecundum hominem, & illa quæ fit voluntate, aut interpretatiue. Et hoc eſt quod dicit. Non occides. Sequi

Non mœchaberis.

tur. Non mœchaberis. Hic prohibetur, ꝙ vxorem proximi tui non viole. Et dicit Auguſt. quòd hic prohibetur omnis illicitus vſus membrorum generationis, qui fit ad procurationem libidinis, & impugnationem caſtitatis. Et hoc fit ſeptem modis, per adulterium, fornicationem, meretricium, ſtuprum, ſacrilegium, inceſtū, & peccatum contra naturam. Notandum, quòd eſt pudicitia coniugalis, communis, & priuilegiata. Secūdum hoc dico, quod aliquis eſt impugnator pudicitiæ coniugalis, ſecūndum hoc eſt adulterium, & hoc fit cum peccat cum coniugata. Aut eſt impugnator caſtitatis communis, & hoc fit cum peccat cum ſoluta ſimpliciter, & vocatur ſimplex fornicatio, vel cum peccat cum vagabunda & proſtituta, licet ſit ſoluta, tunc vocatur meretricium. Si autem ſit impugnator pudicitiæ priuilegiatæ, id eſt virginitatis, hoc eſt dupliciter. Aut fit cum cōditione adiunctā, quæ eſt defloratio, & ſic vocatur ſtuprum. Aut fit cum Domino Deo conſecrata, & ſic dicitur ſacrilegium, hoc eſt quando aliquis Domino conſecratam violat. Si autem fit contra fundamentum oīum iſtorum, ſic dicitur peccatum contra naturam. Et hoc eſt dupliciter. Aut fit contra dictamē naturalis rationis, ſcilicet cū hoc, quod omnia animalia natura docuit, ſic dicitur peccatum contra naturam proprie. Aut fit contra inſtinctum naturæ, & hoc modo eſt inceſtus, quando quis peccat cum perſona ſibi coniuncta. Peccatum contra naturam ſceleſtiſſimum eſt, & ſuper omnia fu-

Gen. 37.

giendum: Et de hoc crimine accuſauit Ioſeph fratres ſuos apud patrem ſuum crimine peſſimo. Dicit igitur. Non mœchaberis. Hic prohibetur omnis męchia cum vxore proximi, & ſecundum Aug. omnis illicitus vſus membrorum generationis, qui fit ad procurationem libidinis cum impugnatione caſtitatis. Patet modo ſecūdum quod accipiuntur tranſgreſſiones huius peccati, & peccatum cōtra naturam ſuper omnia eſt fugiendū.

Exēplum cuiuſdam Eremitę qui polluebat ſe, & propter hoc damnatus fuit.

Sed de peccato contra naturam narrat Petrus Damianus, ꝙ erant duo in deſerto qui aſperrimam faciebant pœnitentiam, & vnus fuit idiota & ſuis peccatis exigentibus illuſus eſt a diabolo, qui dixit ei, quod peccatum pollutionis contra naturam non maius eſſet peccatum, quam ſi homo mucilagines proijceret a naſo ſuo. Tunc ille peſtifer exercuit ſe ad illam impudicitiā. In morte aūt portauit animam ſuā Diabolus. Mirat' eſt alius, ꝙ ille qui fuit tantarum vigiliarum & laborum fuit perditus, & aſſtitit Angelus Domini, qui dixit illi, ꝙ totum ſe fœdauerat per illud peccatum. Omnis igitur actus qui eſt in experiētia libidinis qualicunq; modo fiat, eſt prohibitus, niſi fiat in forma matris Eccleſię. In ſomnis patitur homo quādoq; pollutiones abſq; cauſa & abſq; culpa. Sed quidam ſtultus presbyter cuidam confitenti de pollutione nocturna, dixit. Nō potes habere denarium ad explendam libidinem tuam; Patet modo quomodo prohibetur hic omnis illicitus vſus corporis &

membrorum

membrurum,procreatus extra formam matrimonij, & hoc tangitur cum dicit.Non mæchaberis. Sequitur.
Non furtũ facies. Non furtum facies.Furtum est atrectatio rei alienæ inuito Domino,si fiat ex cupiditate,sed si non fiat ex cupiditate non est furtum,sicut filij Israel ex Domini pręcepto, portauerunt secum ex Aegypto vasa argentea & aurea. Vel qui alij aufert gladium ne faciat malum, tunc non dicitur furtum. Furtum autem diuiditur per partes, quia furtum est contrectatio alienæ rei inuito Domino,&cætera.& hoc fit aut per meram fraudem, aut per violentiam,aut per circumuentionem. Primo modo cum fit per meram fraudẽ,& furtiue, sic dr̄ fundum. Si fiat per violentiam hoc est dupliciter, aut est apertum,& sic dicitur rapina, aut est occultum, & sic dicitur latrocinium. Si vero fiat attectatio rei alienæ per circumuentionem, hoc potest fieri cum pactione adiuncta,& hoc tripliciter. Aut cum pactione fraudulenta,aut iniqua, aut prophana. Si fit cum pactione fraudulenta,sic fit in negociationibus, hoc autem fit tripliciter,aut in pondere,aut in numero,aut in mensura, & de hoc rarissime euadunt mercarnres. Si autem fiat cum pactione iniqua,sic est vsura,in qua id quod vẽditur est commune,scilicet tempus. Si autem fiat cum pactione prophana,in qua illud quod venditur est proprium,sic dicitur fymooia.
Nota de vsura. Sed quæritur si accommodo tibi vestem,vel equum vel domum,& accipio denarios,non est vsura,sicut de pecunia? Dico,quod in veste vel equo vel domo trahitur vsus ex re,non ex pecunia,& ideo non dicitur vsura. Aliqui credunt,quod vsura sit mala,quia prohibita, sed certe est prohibita, quia mala. Item in mutuo meum fit tuum, & si tu aliquid acquiris per industriam tuam ex illo mutuo,& ego aliquid de illo repeto,vendo tempus quod est commune,quod non est licitum vendere,sed in accommodato non transit mea res in tuam. In mutuo pecunia mea fit tua,& non minoratur pecunia nec peioratur, sed in accomodato,domus mea,vestis mea non fit tua, & minoratur,& peioratur domus vel vestis,& tu elicis ex ea vtilitatem tuam non sicut ex tuo, sed sicut ex re mea,& diminuitur,& peioratur.Pecuniam autem mutuatam totam,& integram oportet quod mihi reddas, & ideo non excusor cum peto aliquid de mutuo, & est ibi peruersio ordinis,& appropriatio cõmunitatis. Et debet quilibet sibi cauere de hoc,& sic si fit circumuentio cum pactione iniqua,dr̄ vsura.Si autem fiat circumuentio cum pactione prophana, sic dr̄ symonia,in qua qui vendit,nihil acquirat,& ille qui emit nihil habet, sed solummodo rem alienam contrectant,& hoc est cum res
Ioan. 2. spiritualis venditur tanquam res vilis.Contra istos dicit Dominus. Nolite domum patris mei facere domum negociationis. Sed quidam faciunt eam speluncam latronum. Vnde Dominus dicit per Prophetam,
Micheę. 3. Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant,& Prophetæ eius in pecunia diuinabant. Rogemus ergo Dominum Iesum Christum,&cætera.

De octauo,nono & decimo præcepto,
Sermo. 7.

NOn loquaris contra proximum tuum falsum testimonium.Non concupisces rem proximi tui. Nec desiderabis vxorem eius. Vnde dicitur in Deuter.considera quod proposuerim in conspectu tuo
Deut. 30. vitam & bonum, & econtrario mortem & malum.vt diligas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius,& custodias mandata illius. In principio rogemus Deum,&c.In Deu.loquitur Moyses de decem mandatis,quę Deus æternus per ipsius os proposuit,vt non despicerent ea Iudæi,& ostendit,quod in obseruãtia mandatorum est vita & bonum,& oportet quod omnia seruentur, ad hoc quòd in illorum obseruantia sit vita,& bonum.Ostendit etiam quod in ipsorum transgressione est mors & malum,& ꝙ in transgressione vnius necesse est intelligere transgressionem omnium, quoad damnum non quoad pœnam,Dicebam alias,qđ prima distinctio mandatorum est secũdum duplicem partem iustitiæ,quæ nos ordinat ad Deum,& ad proximum,& secundum hoc duæ tabulę datæ sunt Moysi. In prima continentur mandata quibus ordinamur ad Deum, & sunt tria.In secunda continentur mandata quibus ordinamur ad proximum,& sunt septem. Dicebam etiam, quod in secunda tabula est vnum mandatum affirmatiuum,& sex negatiua.De affirmatiuo & tribus alijs negatiuis habitum est.Sequitur modo de alijs,quorũ primum est.Nõ loquaris contra proximum tuum falsum testimonium.Inisto mandato negatiuo prohibetur mẽdacium,quod nociuum est proximo Et secundum ge-
Mendaciũ triplex. neralem intellectum prohibetur hic omne mendacium perniciosum,& datur intelligi,quod omne mendacium est malum. Augustinus autem distinguit mendacium & dicit,ꝙ est mendacium officiosum,iocosum,et perniciosum. Mendacium officiosum est, quod nulli obest, & alicui prodest.Mendacium iocosum est,quod non fit causa nocendi,sed mentiendi libidine,& hoc nulli prodest & nulli obest.Mendacium perniciosum est, quod fit intentione mentiendi, & vt noceat, & hoc semper obest & nulli prodest. Et dicit Augustinus.In primo mendacio est minima culpa,in secũdo mediocris, in tertio est culpa grauis. Mendacium officiosum fit tripliciter,aut pro defendenda re alicuius temporali,aut pro tuenda vita,aut pro seruãda castitate.Mendaciũ iocosum fit duobus modis, aut sola mentiendi libidine, aut causa placendi,& hoc est mediocris culpæ.Mendacium autem perniciosum tripliciter fit,aliquando ĩ doctrina religionis contra sacram scripturam, aliquando in impositione falsi criminis.& istis duob' modis nulli
Mendaciũ est intrinsecum malum. prodest,sed omnibus obest.Aliquando fit mendacium perniciosum in causa alicuius,& sic alicui prodest & alicui obest.Sic igitur sunt octo genera mendacij.Et dicit Augustin.quod Deus potest facere,quod furtum non sit peccatum,sed non potest facere, quod mentiri non sit peccatum.Et hoc est propter nobilitatem veritatis, quia mendacium est falsa vocis prolatio cum intentione fallendi,& Deus nõ potest recedere a veritate, quia est ipsa veritas,sed potest dispensare, quòd furtum non sit peccatum.Inter omnia quæ disponunt hominem,necessarium est, quòd seruet fidem, & habeat veritatem in sermone.Vnde Seneca.Qui perdit fidem, non habet amplius quod perdat.Patet modo de isto mandato.Nõ loquaris contra proximum tuum falsum testimonium. Postea subiungit duo præcepta. Non concupisces rem proximi tui,nec desiderabis vxorem eius.In quibus duplicem concupiscentiam,s.oculorum, & carnis prohibet,quæ sunt fomenta omnium malorum,quia vis concupiscibilis infecta & corrupta corrumpit omnes alias animę vires.Superius ꝓhibetur actus illicitus exterior contra proximum cum dicitur.Non occides.Non mœchaberis.Non furtum facies.Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium.Hic autem prohibetur actus illicitus interior,cum dicitur. Non concupisces rem proximi tui,nec desiderabis vxorem eius. Cõcupiscentia oculorum, siue cupiditas radix est omnium malorum, concupiscentia carnis est fomes omnium peccatorum. Et per istam duplicem concupiscentiam fit transfusio omnium malorum, & peccatorum. Et ideo lex diuina ipsam prohibet, & in hoc omnia mala,& omnia peccata prohibet. Hæc est se-

bris qua omnes filij Adã febricitant,& generat oĩa ma la. In hoc igitur, non occides, non mœchaberis, non fur tum facies, non loquaris contra proximũ tuum falsum testimonium, præcipitur innocentia in actu exteriori, in alijs non concupisces rem proximi tui, nec desidera bis vxorem eius, præcipitur innocentia in animo. Et sic pa tet quæ sunt decem præcepta. In tribus primis præ cipitur recta ordinatio ad Deum, in quarto recta ordi natio ad parentes. In sex alijs præcipitur recta ordina tio ad proximum. Resumamus in summa ista decem præcepta, quæ sunt. Non habebis Deos alienos coram me. Non assumes nomen Dei tui in vanum. Memento vt diem sabbati sanctifices. Honora patrem tuum & matrem, & cætera. Intelligere debemus, quòd quan quam quædam dicantur præcepta affirmatiua, & quæ dam negatiua, omnia tamen affirmationem, & nega tionem in se continent. Quando Deus prohibet ali quid in vno mandato, præcipit contrarium, & econuer so, quando aliquid præcipit, prohibet contrarium eius. In primo enim mandato præcipitur humilis adoratio diuinæ maiestatis, & prohibetur idolatria. In secundo præcipitur fidelis assertio diuinæ veritatis, & prohibe tur periurium. In tertio præcipitur deuota vel syncera dilectio diuinæ bonitatis, & prohibetur indeuotio. In quarto præcipitur pietas ad parentes, & prohibetur in honoratio. In quinto præcipitur mansuetudo & prohi betur iracundia. In sexto præcipitur pudicitia, & pro hibetur mœchia. In septimo præcipitur largitas, & pro hibetur furtum. In octauo præcipitur veritas, & prohi betur mendacium. In nono præcipitur liberalitas cor dis, & prohibetur concupiscentia rei temporalis. In de cimo præcipitur castitas mentis, & prohibetur concu piscentia carnis. Vide quod omnia mandata continent affirmationem & negationem, & in omni præcepto est vita & bonum, mors & malum. Si facitis quæ præcipit Deus, & vitatis quæ prohibet, consequemini vitam & bonum. Sed si non facitis quæ præcipit Deus, & non vi tatis quæ prohibet, Incurretis mortem & malum. Ex le gis obseruantia sequitur benedictio. Ex transgressione sequitur maledictio. Ex obseruantia legis efficitur ho mo reuerens, fidelis, deuotus, pius, mansuetus, pudicus, largus, veridicus, proprijs cõtentus siue liberalis, & cor de impollutus. Econtra ex trãsgressione legis, efficitur homo idololatra, blasphemus, indeuotus, impius, homici da, mœchus siue adulter, fur, fallidicus, cupidus, & car nalis. Igitur obseruator legis & transgressor plus distat à se, quàm infernus & Paradisus, quia vnus est in cẽtro, alius in circunferentia. Nec Deus cœli illud facere po test, quia iustus est, & se negare non potest. Videte mo do quoniam omnes homines non addiscunt sapiẽtiam nisi per flagella, & propter hoc Deus, decem flagella, id est plagas, misit super terram Aegypti. Prima fuit san guinis, secũda ranarum, tertia multitudo cinifum, quar ta multitudo muscarum mordentium, scilicet canina rum, quinta mortis pecorum & iumentorum, sexta vl cerum siue vesicarum turgentium, septima destructio bonorum temporalium per grandinem, octaua locu starum, nona tenebrarum palpabilium, decima mortis primogenitorum. Modo videte quomodo Spiritussan ctus flagellauit Aegyptios & manuducebat ad obser uãtiam mandatorũ, sic & nos proprijssime manuducit. Decem sunt legis transgressiones, & secundum hoc fue runt decem plagæ. Prima plaga sanguinis, qua percus si sunt idololatræ, quia de istis dicit Psalm. effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificarunt sculptilib. Cha naam. Secunda plaga fuit ranarum, qua percussi sunt blasphemi & periurij qui comparantur ranis. Rana est animal clamosum, & seipsam clamando consumit. Simi liter facit homo quando stabilitatẽ veritatis perdit. Ter

In præceptis affirmatiuis includũtur negatiua & affirmatiua.

Decem plagis flagellauit Deus Aegyptios ꝓpter trãsgressionẽ. 10. præceptorum.

Psal. 105.

tia plaga dicitur cinifum, qua pcussi sunt indeuoti qui non custodierũt diem sabbati, quę est dies deuotionis. Cinifes sunt muscæ paruæ, quæ valde inquietant, & ve xant homines per omnia loca, & maxime pos & nares, & tantam faciebant vexationem, quòd homines nullo modo poterant habere quietem. Similiter inquietantur indeuoti. In isto signo defecerunt Magi Pharaonis, in signum quod inquietudinem cogitationum non possu mus effugere nisi per deuotionem. Gregorius vix vnã cogitationem tota die de terrenis habuit. Quarta plaga est muscarum caninarum, qua percussi sunt impij, qui habent apud se muscas caninas.i.carnales & crudeles af fectiones. Quinta plaga fuit mortis iumentorum, qua percutiuntur homicidę, quia omnis qui gladio occidit, reus est mortis, & tales moriuntur sicut iumenta, nec sunt digni diuina protectione nec humana, quia qui a lium occidit seipsum interimit, & brutalitatem suam non sentit. Sexta plaga fuit vesicarum turgentium, qua percutiuntur adulteri, qui habent vesicas turgentes.i. carnem infectam. Vesicæ nascuntur ex nimio humore faciẽte pruritum, & cum sentit homo pruritum scalpit se, sed postea dolet. Similiter qui luxuriatur, primo de lectatur, postea dolet. Septima plaga fuit destructio bo norum temporalium, qua percutiuntur fures, quia di gnus est perdere sua, qui aufert aliena: ista fuit plaga grandinis, quę omnia destruxit. Mirabile est, ꝙ qui pec cãt peccato carnis, reconciliantur Deo per confessionẽ sine illa persona cum qua peccant, sed qui aliena rapiũt non reconciliantur Deo sine restitutione ablatorum, si reddere possunt. Octaua plaga fuit locustarum, quę co mederunt omnem herbam virentem. Ista percutitur mendax, qui dentibus & labijs veritatem conculcat, si cut dicit Psalmista. Cor eorum vanum est, sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant. Nona plaga fuit tenebrarum, qua percutiuntur cupidi & auari, quia nihil adeo excecat hominem sicut cupidi tas. Vnde Xenia & dona excecãt oculos sapientũ, & mu tant verba iustorum. Cupiditas est sicut fumus fœtidus, qui totũ excæcat. Iudas cupidus, filium Dei vendidit. Salomon. Auaro nihil est scelestius, animam suam ve nalem habet, quoniam proiecit intima sua in vita sua. Decima plaga fuit mors primogenitorum, qua percu tiuntur carnales. Ista percussus est Esau. ait. n. Aposto lus. Ne quis inter vos fornicator sicut Esau, perdat pri mogenita sua. Carnalis cõcupiscentia abstulit nobis no bilem generationẽ, qua omnes nasceremur innocentes & hæredes Paradisi. Concupiscentia carnalis facit nos nasci in mortẽ & culpam, & facit nos perdere ius primo genituræ. Quod figuratum est in Gen. vbi dr̃, ꝙ Rubẽ primogenitus Iacob perdidit ius primogenituræ, quia concubuit cum concubina patris sui, & maculauit stra tum eius. Et Ioseph qui castissime vixit in Aegypto, meruit esse princeps fratrum suorum. Patet modo, qđ omnes transgressores legis percutiũtur plagis istis. Sed quis liberabit nos a plagis istis? Certe vnus solus, qui ve nit propter istas plagas amouendas, scilicet Christus qui decẽ condescensiones fecit nobis contra decẽ plagas. Quod figuratur in lib. Isaiæ. vbi dicitur, ꝙ sol retrocessit decẽ gradibus, per quos signantur decem condescensiones. si lij Dei ad hoĩem, Prima condescensio qua dñs conde scendit homini, est vsq; ad carnẽ, hic est primus gradus, quo retrocessit Sol. Secunda condescensio ad mortalita tem nostram. Tertia ad necessitatem nostram, quia fa mem sitim & frigus passus est. Quarta ad pauperiem nostram, quia egenus factus est, non habens locum ad quẽ declinaret. Quinta vsq; ad tentationem, qñ pmisit se tentari, in hoc portauit infirmitatem nostrã, nam ait Apost. Non habemus pontificẽ, qui nõ possit cõpati in firmitatibus nostris, tentatum autem per omnia, &cæt. Sexta ad corporis lassitudinem & laborẽ. Septima vsq; ad men-

Psalm. 5.

Eccl. 10.

Eccl. 10.

Heb. 12.

Gen. 49.

Decem cõdescensiones Chřs fecit, vt à decem plagis nos liberaret.

Mar. 14. ad mētis anxietatem. Vnde scriptum est. Cœpit Iesus pauere & tedere, & dixit, tristis est aīa mea vsq; ad mortē. Octaua condescensio fuit vsq; ad crucem, & hoc fuit mirabile. Nona fuit vsq; ad mortē. Decima fuit ad carcerem infernalem. Istæ sunt decem condescensiones, quib. Deus condescendit hominib. Sed quare condescendit ad carcerem infernalem? Certè vt in sanguine testamenti educeret vinctos de carcere, & de tenebris, & de vmbra mortis. Christus. n. per sanguinem testamenti nos liberauit, & eduxit de morte ad vitam, & de tenebris ad lucem. Debemus igitur modò resurgere ad nouam vitam, sicut Christus resurrexit à mortuis, sic & nos in nouitate vitæ ambulemus. Christus liberauit nos de manu Pharaonis, & introduxit nos in terram repromissionis, & in signum huius manducatur modò Pascha, quia modo liberati sumus. Et ideo debemus celebrare Pascha, debemus facere transitum, & inchoare nouam vitam, & non redire in Aegyptum. nullus sit falsus proditor. Ista tria sunt necessaria cuilibet pœnitenti. f. quod displiceat sibi peccatum suum, & paratus sit cauere de pctō cū adiutorio Spūssancti, & qđ paratus sit satisfacere pro modulo possibilitatis suę, & ppo- (Rom. 6.) nat nunquam peccatum iterare, ideo dicit Psal. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerūt. (Psal. 15.) Et hæc est consummatio verborum, per quæ semper cōformari debemus cum Christo & refici, vt cū Christo perueniamus ad æternam refectionem. Quam nobis, & vobis præstare dignetur Christus filius Dei. Amen.



SANCTI BONAVENTVRAE SERAPHICI DOCTORIS.

Tractatus qui lignum vitæ nuncupatur.

PRAEFATIO.

Gal. 2. CHRISTO confixus sum cruci. Verus Dei cultor, Christiq; discipulus, qui Saluatori oīum pro se crucifixo perfectè cōfigurari desiderat, ad hoc potissimum attento mentis conatu debet intendere, vt Christi Iesu Crucem circūferat iugiter tam mente q̄ carne, quatenus præfatum Apostoli verbum veraciter valeat in seipso sentire. Porro hmōi affectum & sensum is duntaxat apud se viuaciter experiri meretur, qui dominicæ passionis nō immemor nec ingratus, laborē & dolorem amoremq; crucifixi Iesu, tanta memorię viuacitate, tanto intellectus acumine, tanta voluntatis charitate considerat, qđ veraciter illud sponsæ proferre potest eloquiū. Fasciculus Myrrhæ dilectus meus mihi (Cant. 1.) inter vbera mea cōmorabitur. Vt igitur prefatus in nobis attendatur affectus, formetur cogitatus, imprimatur memoria ex sacri Euāgelij silua, in qua de vita, passione, & glorificatione Iesu Chri diffusè tractatur, colligere studui hūc myrrhæ fasciculū, quem & paucis, & ordinatis, & correspondentibus sibi verbis compegi, propter facilitatem memoriæ; nec non simplicib. cōsuetis & rudibus propter declinādum curiositatis vitium, fouendam quoque deuotionem, & ædificādā fidei pietatem. Et quoniam imaginatio iuuat intelligentiā, idō ex multis pauca collegi, & imaginaria quadam arbore sic ordinaui, atque disposui, vt in prima & infima ramorum ipsius expāsione, Saluatoris origo describatur & vita, in media passio, & glorificatio in suprema. Et in prima quidem ramorū serie quatuor altrinsecus s̄m alphabeti ordinem ponentur versiculi, similiter in secunda & tertia. ex quorum quolibet instar fructus vnica pullulatio pendet, vt sic sint quasi duodecim rami afferentes duodecim fructus iuxta mysteriū ligni vitę. Describe igitur in spiritu mentis tuæ arborē quandā, cuius radix irrigetur fonte scaturitionis perpetuæ, qui etiam excrescat in fluuium viuūm & magnū; quatuor videlicet capitum, ad irrigandum totius Ecclesiæ Paradisū. Porrò ex huius arboris stipite duodecim rami frōdib. florib. fructibusq; adornati consurgant. Sitq; foliū eius contra omne genus morbi medicamentum efficacissimum, tam præseruans, quàm reparans, pro eo qđ verbum crucis virtus Dei est in salutē omni credentiū. Flos autē eius sit oīs coloris formositate decorus, omnisq; odoris suauitate respersus, q desiderātium anxia corda refocillet & attrahat. Fructus tandem sit duodenus, habens in se omne delectamentum, & omnem saporis suauitatē, qui sic domesticis Dei ad degustandū proponitur, vt semper eo facientur edentes, & tōnunquam fastidiant. Et hic quidē fructus est, qui de virginali vtero traxit originē, & ligno crucis ad maturitatē saporosam, per æterni solis calorem meridianum Christi videlicet charitatē peruenit, & in horto Paradisi cœlestis in Ecclesia videlicet Dei, desiderantibus ipsum proponitur degustādus. Et hoc insinuat primus versiculus, quo dr̄. O crux frutex saluificus, viuo fonte rigatus. Cuius flos aromaticus, fructus desideratus. Verū licet hic fructus vnus sit & indiuisus, quia tamē s̄m eius multiplices status, dignitates, virtutes, & opera, multiformib. consolationib. deuotas aīas cibat, quæ quidem ad duodenarium numerum reducuntur, ideo fructus hic ligni vitæ quasi sub duodecim saporib. in duodecim ramis gustandus proponitur, atque describitur. Vt in primo ramusculo mens Christo deuota saporē suauitatis percipiat, præclaram saluatoris sui recogitando originem & dulcem natiuitatem. In secundo ramusculo dignatiuæ condescensionis conuersationem perhumilem. In tertiò celsitudinem perfectæ virtutis. In quartò plenitudinem abundātissimæ & perfectissimæ pietatis. In quinto confidentiam quam habuit in periculo passionis. In sexto patientiam quam exhibuit in illatis iniurijs, & contumelijs magnis. In septimo cōstantiam q̄ seruauit in ipso cruciatu, & dolore asperrimæ crucis. In octauo victoriam quam assecutus est in conflictu, & trāsitu mortis. In nono resurrectionis nouitatem miris dotib. adornatam. In decimo ascensionis sublimitatem, spiritualium charismatū diffusiuam. In vndecimo æquitatem futuri iudicij. In duodecimo æternitatem diuini regni. Hos aūt ideo voco fructus, quia maxima suauitate delectant, & virtuositate cōfortant animam meditantem in his, & diligentius singula pertractantem, si tñ abhorreat, exemplum præuaricantis Adæ, qui lignum sciētiæ boni & mali prętulit ligno vitæ. Quod quidem vitare non potest, nisi rationi fidē, inuestigationi deuotionem, curiositati simplicitatem tandemque carnali sensui omni suæ prudentiæ carnis sacram præferat Christi crucem, per quam sancti spiritus charitas in cordib. deuotis nutritur, & septiformi gratia diffunditur, sicut in duobus supremis & postremis versiculis postulatur.

Iesus ex Deo genitus.

EXpergiscere proinde anima Christo deuota, & singula quæ de Iesu dicuntur, diligētius discutē. Attentē cōsidera, & morosè pertracta, cū Iesum audis ex Deo genitum: caue ne mentis tuę oculis infirmum aliquid carnalis cogitationis occurrat, quin

potius colũbino,& aquilino intuitu simpliciter crede, ac perspicaciter cõtemplare, q ab illa æterna luce simul immensa & simplicissima, fulgentissima & summe arcana, coæternus, coæqualis & cõsubstantialis splendor oritur, qui est virtus, & sapientia patris generantis, in quo pater omnia disposuit ab æterno, per quem fecit & sæcula, factaq; gubernat, & ordinat ad gloriam suam, partim per naturam, partim per gratiam, partim per iustitiam, partim per misericordiam, vt nihil in hoc mundo inordinatum relinquat.

Iesus præfiguratus.

A Principio quidem cõditionis naturæ, collocatis in paradiso parentib. primis, dehinc propter esum ligni vetiti, per diuini decreti seueritatem expulsus, superna misericordia non distulit, hoĩem errabundum reuocare ad penitentiæ viam, spem veniæ dando per repromissum Saluatoris aduentum. Et ne forte per ignorantiam & ingratitudinem tanta Dei dignatio nostræ saluti foret inefficax, in quinq; sęculi huius ętatib. per Patriarchas, iudices, sacerdotes, reges, & Prophetas ab Abel iusto, vsq; ad Ioannem Baptistam, filij sui aduentũ prænunciare, promittere, ac præfigurare non destitit, vt per multa milia temporum & annorum, magnis, miris, multiplicatis oraculis, intelligentias nostras ad finem erigeret, & affectus per viua desideria inflammaret.

Iesus emissus cælitus.

Gal. 4.

Verbi diuini incarnatio.

DEnique postquam venit plenitudo tẽporis, sicut homo sexta die conditus est de terra per diuinæ manus virtutem & sapientiam, sic in principio sextę ętatis misso Archangelo Gabriele ad virginem, & virgine præbente illi assensum, superuenit in eam Spiritus sanctus, sicut ignis diuinus mẽtem eius inflammãs, carnemq; ipsius perfectissima puritate sanctificans. Sed & virtus eam obumbrauit altissimi, vt tãtum ferre posset ardorem, qua operante in instanti corpus fuit formatum, anima creata, & simul vtrũq; diuinitati in persona filij counitum, vt idem esset Deus & homo, salua vtriusq; proprietate naturæ. O si valeres vtrunq; sentire, quale quantumq; fuerit illud è cęlo immissum incẽdium, collatum refrigerium, infusum solatium, quanta sublimatio virginis matris, quanta nobilitatio generis, quantaq; condescensio maiestatis, si virginem canentem cũ iubilo posses audire, si cum Domina tua in montana conscendere, si sterilis & virginis suauem contueri complexum & salutationis officium, in quo seruulus Dominum, præco iudicem, vox verbum cognouit, puto, q cãticum illud sacrum: Magnificat anima mea Dominum, &c. eum beatissima virgine suaui tunc modulatione concineres, mirumq; conceptum virgineum vna cum propheta paruulo exultans & iubilis, adorares.

Iesus ex Maria natus.

Luc. 2.

SAne cum quietum silentium vniuersalis pacis sub Cæsaris Augusti imperio, perturbata prius sęcula serenasset, intantũ, vt per ipsius edictum describeretur vniuersus orbis, diuinæ factum est prouidẽtię cura, vt Ioseph virginis sponsus prægnantem puellam de regali ortam prosapia, ad Bethleemiticam duceret vrbẽ. Et iam a conceptu excursis mensib. nouem, Rex ille pacificus, tanquam sponsus de thalamo processit de vtero virginali, sic absque omni corruptione in lucem editus, sicut fuerat absq; oĩs libidinis contagione conceptus. Qui cum magnus esset & diues, pro nobis effectus paruus, pauper extra domum in diuersorio nasci elegit, pãniculis inuolui, lacte virgineo pasci, & inter bouem, & asinum in præsepio reclinari. Tunc illuxit nobis dies redemptionis nouæ, reparationis antiquæ, felicitatis ęternæ. Tunc per totum mundum melliflui facti sunt cęli. Contemplare itaq; nunc aĩa mea diuinum illud præsepe, vt pueri pedib. labia tua figas, & oscula gemines. Deinde pastorum excubias mente pertracta, Angelorum mirare concurrentem exercitum, cęlesti melodiæ tuas interpone partes, corde & ore decantans, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominib. bonę voluntatis.

Iesus conformis patribus.

Pueri Iesu circũcisio.

OCtauo namq; die circunciditur puer, & vocatur Iesus, vt sanguinis sui precium pro te nõ tardans effunderet, tuum se verissimum saluatorem ostẽderet, patrib. repromissum tam verbo, quam signo, eisq; assimilatum per oĩa, præter ignorantiam & peccatum. Propter quod & circuncisionis accepit signaculum, sicut & veniens apparuit in similitudinem carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatum, nobisq; fieret salus & sempiterna iustitia ab humilitate sumens initium, quæ omnium est radix custosq; virtutum. Quid igitur superbis terra & cinis? agnus innocens (qui tollit peccata mundi) non abhorret circuncisionis cauterium, & tu peccator cum sis, dum prætendis te iustum, remedium refugis salutis æternæ, ad quam nullatenus peruenire potes, nisi velis subsequi humilem saluatorem?

Iesus tribus Magis monstratus.

Magi erãt reges.

NAto Dño in Bethleem Iudæ, stella trib. Magis in Oriente apparuit, & vsq; ad domum illius humilis regis prævia claritate perduxit. Noli iam & tu ab illius orientis & præeuntis stellæ declinare fulgore, quin potius sacrorum regum comes effectus, iudæorum scripturam de Christo testimonium perhibentem accepta, & fraudulenti regis Herodis declina malitiam, cum auro & thure ac myrrha Christum regem, & verum Deum & hominẽm venerare, & cũ primitijs gentium vocandarum ad finem, humilem Deum in cunis iacentem adora, & confitere, & lauda, vt sic in somnis commonitus ne Herodianam sequaris superbiã, post vestigia humilis Christi reuertaris in regionem tuam.

Iesus summissus legibus.

Præsentatio Christi in templo.

NOn suffecit magistro humilitatis perfectę, cũ patri per oĩa esset æqualis, quod seipsum subderet humillimæ Mariæ virgini, nisi & se summitteret legi, quatenus eos qui sub lege erant redimeret, liberaretq; à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei, propter q & matrem quanquam mundissimam, legem purificationis voluit obseruare, & seipsum omnium redemptorem vt primogenitum redimi, in tẽplo Dei offerri, & hostiã pro se dari pręsentib. & exultãtib. iustis. Exulta igitur & tu cũ illo beato sene Symeone, & Anna lõgæua, procede in occursum matris & paruuli, vincat verecũdiam amor, depellat timorem affectus. Accipias & tu infantẽ Iesum in vlnas tuas, dicasq; cũ sponsa in canticis canticorum. Tenui eum, nec dimittã. Tripudia cum illo venerabili sene Symeone, & cõcine. Nunc dimittis seruum tuum domine, &c.

Can. 3.

Iesus regno fugatus.

Peregrinatio in Ægyptum.

QVoniam autem humilitatem perfectam trium specialiter adornari decet comitatu virtutum, scilicet paupertatis, in fugiendo diuitias, vt fomenta superbiæ, patientiæ vero in æquanimi perpessione contemptus

contemptus

temptus, obedientiæ quoque, in alienis parendo mandatis, ideo diuina dispositione altiori permittente cōsilio, dum Hærodes impius paruulum regem quærit, vt perdat supernæ reuelationis oracula, in Ægyptū transfertur vt peregrinus & pauper, simulq; ī coętaneis paruulis ipsius causa occisis occiditur, & quasi in quolibet trucidatur. Tandem Herode defuncto, iuxta diuinum imperium reducitur in terram Iuda, ibiq; conuersatus, & crescens ætate & gratia cohabitabat parentib. & adeo erat subditus illis, vt nunquam velad momentum secederet, nisi cum duodecim iam factus annorū remansit in Hierusalem, non sine multo matris dolore quæsitus, nec sine immenso gaudio reinuentus. Noli ergo & tu fugientes in Aegyptum matrem & paruulum, sine comitatu relinquere. Noli cum dilecta quærente dilectum, donec inuenias, ab inquisitione cessare. O cū quanta copia fluerent lachrymæ, si oculis pijs aspiceres tam venerabilem dominam, gratiosissimamq; puellā, cum tam tenero & formoso puerulo peregrinam, si & dulcem illam increpationem amantissimæ Dei genitricis audires, Fili quid fecisti nobis sic? tanquam si diceret. Desideratissime fili, quomodo tā dilecte, & diligenti matri tantam potuisti materiam præstare doloris?

Iesus Baptista cęlitus.

Christus baptizatur CVm autem ad tricessimum ætatis suæ annum Saluator peruenisset, volens operari salutē nostram, cępit prius facere quā docere; Et primum inchoans à ianua sacramentorum & fundamento virtutum, baptizari voluit à Ioanne, vt exempla monstraret perfectę iustitię, & vim regenetatiuam aquis conferret contactu mundissimæ carnis suæ. Quem & tu fideliter comitare, vt fias regeneratus in ipso, eiusq; scrutare secreta, vt secus Iordanem in voce patrem, in carne filiū, in cęlum ba videas Spiritum Sanctum, & aperto tibi iam Trinitatis cœlo sursum feraris in Deum.

Iesus ab hoste tentatus.

Mat. 4. DVctus nanq; fuit Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo, quatenus & hostilis pugnæ humili perpessione nos humiles faceret, & victoriæ affecutiones viriles. Duram quoq; ac solitariam vitam cōstanter assumpsit, vt fidelium mentes ad perfectionis aggressionem erigeret, & ad grauia perferenda firmaret. Eia nunc Christi discipule, cum pio magistro secreta solitudinis perquire, vt socius ferarum effectus, arcani silentij, orationis deuotæ, diuturni ieiunij, trinę conflictationis cū callido hoste, imitator fias, & particeps, & in omnium tentationum discrimine ad illum discas habere recursum, pro eo, q̃ non habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatū per omnia pro similitudine absque peccato.

Chri ieiunium in deserto & tentatio.

Heb. 4.

Iesus signis mirificus.

IPse nempe est qui fecit mirabilia magna solus, dum elementa commutat, panes multiplicat, mare calcat, fluctusq; tranquillat, dęmones cōpescit & fugat, leprosos emundat & sanat, mortuos suscitat, qui & cœcis visum, surdis auditum, mutis eloquiū, claudis gressum, paralyticis & aridis sensum restaurat & motū. Ad quē peccatrix conscientia clamat nunc more fidelis leprosi,
Luc. 5. Mat. 8. Dñe si vis potes me mundare. Nunc more Cēturionis.
Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & malè
Idem. 15. torquetur. Nūc more Chananeę, Miserere mei fili Da
Idem 9. uid. Nunc more sanguinistuæ mulieris. Si tetigero (inqt) fimbriam vestimenti eius, salua ero. Nunc instar Ma-
Ioan. 11. riæ & Marthę. Domine ecce quem diligis, infirmatur.

Iesus transfiguratus.

AD confirmandum siquidem mentem humanā per spē retributionis æternæ, assumpsit Iesus Petrum, Iacobum & Ioannem, quibus & Trinitatis sacramentum aperuit, & passionis abiectionem prædixit, & resurrectionis futuræ gloriæ in transfiguratione monstrauit, contestantibus sibi lege & prophetis in apparitione Moysi & Eliæ: cōtestantib. etiam patre & Spiritu sancto in voce & nube, vt sic anima Christo deuota, & iam in veritate firmata, & ad apicem virtutis euecta, fideliter dicat cum Petro, Domine bonum est nos hic esse, hoc est in tuę contemplationis perfruitione serena, immissoque in eam cęlesti sopore & extasi, audiat arcana verba, quæ non licet homini loqui. Mat. 17. Ibidem.

Iesus pastor solicitus.

QVanta fuerit pijssimi pastoris ad pditas oues sollicitudinis cura, quantaq; clementia, ipse bonus pastor in parabola pastoris & ouis centesimę pditæ, multaq; cura quæsitæ, ac tandem inuentæ & in humeris reportatæ cum gaudio, pia metaphora indicat, & sermone expresso declarat, cum dicit. Bonus pastor animam suā dat pro ouib. suis. Et in eo vere illud prophe- Luc. 15. ticum perfecte impletur, sicut pastor gregem suum pa- Ioan. 10. scet. Nam propter hoc labores, solicitudines, & inedias Esa 40. passus, inter Phariseorum insidias, & pericula multa Euangelizando regnum Dei ciuitates circuibat & castra, Luc. 5. noctes ducebat in oratione peruigiles. Nec Phariseorū veritus murmur & scandalum, publicanis reddebat se affabilem, asserens, propter male habentes se venisse in mundum. Ad pęnitentes quoque paternum prætendebat affectum, apertum ostendens eis diuinæ misericordiæ sinum. Testes horum inuoco, & adduco in mediū Mattheum, Zacheum, & peccatricem illam ad pedes eius prostratam, & mulierem in adulterio deprehensam. Hūc igitur pastorem pijssimum more Matthæi perfecte sectare, more Zachęi hospitio suscipe, more peccatricis vnguēto perunge, pedesque ipsius ablue lachrymis, terge capillis, & osculis mulce, vt tandem cum ipsa mulie re iudicio ipsius exposita, absolutionis sententiam merearis audire, nemo te condemnauit, nec ego te condemnabo, vade & iam amplius noli peccare. Io. 8.

Iesus fletu rigatus.

PRo summæ quidē pietatis referenda dulcedine fons totius misericordiæ bonus Iesus, non modo pro nobis miseris semel, sed pluries fleuit. Nam super Lazarū Io. 11. primo, dehinc super ciuitatem, & tandem in cruce, ex il- Luc. 19. lis pijssimis oculis ad omnem expiationem peccatorū Heb. 5. lachrymarum manauere fluenta. Fleuitq; saluator vbertim, nunc humanæ infirmitatis deplorando miseriam, nunc cæci cordis caliginem, nunc obduraræ malitiæ prauitatem. O cor durum vesanum & impium, & tāquam vera priuatim vita plangendum, cur more frenetici flēte super te sapientia patris in tantis miserijs lętaris & rides? Considera lachrymantem medicum tuum & luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum, deduc quasi Hier. 6. torrentem lachrymas per diem & noctem, non des re- Tren. 2. quiem tibi, neque taceat pupillla oculi tui.

Iesus rex orbis agnitus.

SAne post Lazarū suscitatum, & post effusum alabastrum vnguenti super caput Iesu, odore famę eius iam resperso in populo, præsciens ipse turbam sibi obuiam venturam, conscendit asellum, vt inter applausus currentium populorum cædentium ramos, & sternentium vestimenta in via, miræ præberet humilitatis exemplū. Nec suæ miserationis oblitus, cū turbę depromerent canticum laudis, ipse lamentū assumpsit sup excidium ciuitatis. Surge nunc Saluatoris ancilla, vt tāquā

De ingressu Christi in Hierusalem.

Mat. 21. Luc. 19.

vna de filiab. Hierusalem intuearis regem Salomonem in honore, quem sibi mater Synagoga in Ecclesię nascētis mysterium reuerenter exhibuit, vt insidentem asselli tergo cœli terræque dominum velut cum ramis oliuarum atque palmarum, pietatis operib. virtutumque triumphis iugiter comiteris.

Iesus panis sacratus.

De vltima cena Dñi. INter oīa memorialia Christi præcipua constat recordatione esse dignissimum finale illud conuiuium sacratissimæ cęnæ. In quo non solum Agnus paschalis ad edendum proponitur, verumetiam Agnus immaculatus qui tollit peccata mundi, sub specie panis omne habentis in se delectamentum & omnis saporis suauitatem, præbetur in cibum. In quo quidem cōuiuio mira Christi refulsit bonitatis dulcedo, qñ cum pauperculis illis discipulis, & Iuda proditore, eadē mensa & scutella cœnauit. Mirum claruit humilitatis exemplum, dū pedes piscatorum & et proditoris sui Rex gloriæ præcinctus linteo, studiosissime lauit. Mira patuit munificentiæ largitas, dum sacerdotib. illis primis, & per cōsequens toti Ecclesiæ & orbi terrarum, corpus suum sacratissimum & sanguinem, verū cibum dedit & potū, vt q erat futurum in proximo sacrificiū Deo placens redemptionis nfæ inappreciabile precium, esset viaticū & sustentamētum. Mirus tandē emicuit dilectionis excessus, qñ in finē diligens suos, tā dulci eos exhortatione confortauit in bono, Petrū specialiter præmonēs ad fidei robur, & Ioanni offerens pectus ad recubitū iucūdum & sacrum. O quam mira sunt hæc oīa repleta dulcedine, illi duntaxat aīæ quæ ad tam celebre vocata cōuiuium, tanto mentis currit ardore, vt possit illud pro-

Psal.41. pheticum eructare. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te Deus.

Iesus dolo venundatus.

PAssionem dulcissimi Iesu Christi piè considerare volenti, primum occurrit perfidia proditoris, qui tantæ fuit fraudis veneno repletus, vt suum dominum & magistrum proderet. Tanta fuit flamma malæ cupiditatis succensus, vt optimum Deum argento venundaret, & preciosissimum Christi sanguinem vilis mercedis precio compensaret. Tantæ denique ingratitudinis, vt illum qui oīa sibi cōmiserat, & ad honorē, & di

Durissima atq; iniquissima Iudæ impietas, gnitatē & culmē apostolicæ potestatis prouexerat, inse queref ad mortē. Tāte duritię, vt nec familiaritate cōuiuij, nec humanitate obsequij, nec suauitate colloquij, à cōcepta malitia potuerit reuocari. O mira benignitas magistri in discipulū durū, & pij Dñi in seruū nequissi

Mat. 26. mum. Certē bonū erat ei, si natus nō fuisset homo ille.

&Mar.14. Sed qualis inexplicabilis fuerit proditoris impietas, in immensum tñ ea exuperat agni Dei dulcissima mãsue-

Psal.45. tudo, in exemplum data mortalib. vt iam non dicat ab amico exasperata humanitas, Si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem vtique, &c. qa Ecce homo vnanimis, q dux videbatur, & notus, qui Christi panes edebat, & in illa sacra cęna cum illo dulces capiebat cibos, magnificabat super eum supplantationem, & tñ agnus ille mitissimus, os In quo non est inuentus dolus, ori q abundauit malitia, in ipsa proditionis hora suaui osculo applicare non renuit, vt omnia illi exiberet, quæ prauí cordis pertinaciam emollire potuissent.

Iesus orans prostratus.

SCiens nanque Iesus oīa quæ super eum erant ventura, ſm altissimē dispositionis arcanū, hymno dicto, exijt in montem Oliuarum, more solito oraturus ad patrem. Et tunc præcipuè iam mortis initiatę agone, cū

Iesus fact' in agonia. dispersione quoque ac desolatione ouium, quas piùs pastor tenero cōplexabatur affectu, fuit horribilis incatura Christi sensibili imaginatio mortis, vt diceret. Pa-

Mat. 26. ter si fieri potest, transeat à me calix iste. Quanta vero fuerit in spiritu redēptoris pro diuersis causis anxietas, testes sunt guttæ sudoris sanguinei, ex toto corpore decurrentis in terram. Dominator Domine Iesu vnde aīę tuæ tam vehemens anxietas, & anxia supplicatio. Nōne voluntarium omnino patri sacrificium obtulisti? Verū vt veram in te credētes nfæ mortalitatis naturam, formemur ad fidem, & in tribulationum perpessione consimili erigeremur ad spem, & maiores erga te amoris stimulos haberemus, naturalē carnis infirmitatē hmōi expressisti euidentib. signis, quibus doceremur, q verè dolores nostros pertulisti, & non absque doloris sensu degustaueris amaritudines passionum.

Iesus turba circundatus.

SAne q promptus ad passionem fuerit spiritus in Iesu, ex hoc euidentet innotuit, q venientib. vna cum proditore viris sanguinū, & quærentib. aīam suam cū facib. lāternis & armis per noctem, vltro occurrit, & seipsum manifestauit, & obtulit, & vt cognosceret humana præsumptio, nihil se posse aduersus ipsum, nisi quantū ipse permitteret, omnipotentia virtutis suę verbo improbos satellites terræ allisit. Sed nec tunc miseri cordiam suam in ira continuit, nec pietatis suæ dulcedinem fauus ille distillare cessauit. Nā & mutilatā à discipulo auré serui proterui manus suę cōtactu sanauit, & defensoris sui zelum ab inuadētium lusione cōpescuit. Maledictus furor eorum quia pertinax, dum nec maiestatis miraculo, nec pietatis beneficio potuit refrenari.

Iesus vinculis ligatus.

DEnique sine gemitū audire quis possit, qualiter in illa hora homicidos manus in regem gloriæ iniecerunt truculenti lictores, & innocētes mitis Iesu manus vinculis constringentes, ipsum agnum mansuetissimum nihil obloquentem, ad instar latronis contumeliosè traxerunt ad victimam. Quis tunc dolotis aculeus discipulorum corda penetrauit, cum viderent dilectissimum dominum, & magistrum suum à suo discipulo proditum, ligatis post tergum manibus quasi malefactorem duci ad mortem, cum & ille impijssimus Iudas penitentia ductus, tanta postmodum fuerit ex hoc amaritudine repletus, vt maluerit mori, q viuere? Væ tamen homini illi, qui nec sic ad fontem misericordiæ per spem veniæ redijt, sed proprij sceleris immanitate perterritus desperauit.

Iesus notis incognitus.

COmprehenso de hinc pastore, dispersæ sunt oues, captoque magistro, discipuli fugerunt. Petrus tñ tanquam fidelior secutus est à longe, vsq; ad atriū principis sacerdotum, vbi ad vocem ancillæ, se Christū non nosse cum iuramento firmauit, tertioq; repetijt donec gallo cantante, respexit benignus magister prædilectū discipulum respectu miserationis & gratiæ, quo commonitus Petrus, & foras egressus, fleuit amare. O quisquis es qui ad vocem impetentis ancillæ, carnis videlicet tuæ, Christum pro te passum negasti procaciter vel voluntate vel actu, rememorans passionem dulcissimi magistri, foras cum Petro egredere, vt teipsum amarissime defleas, si quando te respiciat, qui Petrum lacrymantem respexit, geminæ quoque amaricationis, compunctionis s. pro te, & compassionis ad Christum, inebriaberis absynthio, vt expiatus cum Petro à reatu sceleris, repleatis cum Petro spiritu sanctitatis.

Iesus vultu velatus.

COnsilio siquidem malignantiū pōtificū, præsentatus pontifex noster Iesus Christus, & veritatem confessus, se videlicet esse filium Dei, quasi blasphemus adiudicatus est morti, & innumera perpessus opprobria

Digitized by Google

probria. Nam vultus ille venerabilis hominib. deſidera
bilis Angelis, qui & omnes cęlos adimplet lætitia, labij
polluti ſputis inquinatur, ab impijs ſacrilegis manib. cę
ditur, velo in deriſionem obtegitur, & Domin⁹ vniuer
ſę creaturæ tanquam ſeruus contemptibilis collaphiza
tur, cum ille vultu placidiſſimo & ſermone ſubmiſſo,
vnum ex ſeruis pontificis dantem alapam ſibi, dulciter
& benigne corripuit. Si male, inquit, locutus ſum, teſti
monium perhibe de malo, ſi autem bene, quid me cę-
dis? O verax, dulcis & pie Ieſu, quęnam anima tibi deuo
ta hęc videns & audiens, poſſit ſe cõtinere a lachrymis,
& intimæ paſſionis occultare dolorem?

Ieſus Pilato traditus.

HOrrenda prorſus Iudæorum impietas, quæ tantis
iniurijs ſaciari non potuit, quin potius ferali rabie
fremens, impio iudici tanquam rabido cani, animam iu
ſti deglutiendam expoſuit. Vinctum. n. Ieſum ante Pila
tum pontifices perduxerunt, poſtulantes interimi ſup-
plicio crucis eum, qui non nouerat omnino peccatum.
Isa. 53. Ipſe vero quaſi agnus coram tondente ſe, ſic ante iudi-
cem ſtabat manſuetus & tacitus, cum fallaces, & impij
falſorum criminum mole obiecta, tumultuoſis clama-
tionib. auctorem vitæ petunt ad mortem, & virum ho-
micidam ſeditioſumq; latronem ſeruant ad vitam, lu-
pum agno, mortem vitæ, luci tenebras, tam ſtultè præfe
rentes quam impie. Dulcis Ieſu quis tam durus erit, vt
clamores illos horribiles, tolle, tolle crucifige eum, ſine
genitu & clamore ſpiritus, aure corporis valeat audi-
re, ſeu mente tractare?

Ieſus morte damnatus.

VErum quamuis non ignoraret Pilatus, iudaicam
gentem aduerſus Ieſum non iuſtitiæ ſed inuidię ze
lo commotam, cum patenter aſſereret nullam ſe in eo
mortis cauſam vel modicam inuenire, humano tamē ti
more deuictus, repleuit animam ſuam amaritudinib. &
piiſſimum regem crudelis tyranni Herodis videlicet iu
dicio ſubdidit, quem & ludibrio habitũ & ad ſe remiſ-
ſum, crudeli mandato nudum in conſpectu deriſorum
aſtare præcepit, vt atrociſſimis verberibus virgineam
illam & candidiſſimam carnem flagellatores truculen-
ti diuellerēt, plagas plagis, liuores liuorib. crudeliter in-
fligentes. Decurrit ille ſanguis pretioſiſſimus per illa ſa
cra latera innocentis, & amãtiſſimi iuuenis, nullo pror
ſus in eo reperto reatu. Et tu perdite homo, totius con
fuſionis & contritionis huius cauſa exiſtens, quomo-
do non in fletum erumpis foras? Ecce innocentiſſimus
agnus vt te a ſententia iuſtæ damnationis eriperet, iniu
Psalm. 68. ſto propter te elegit iudicio condemnari. Ecce quę non
rapuit pro te ſoluit: Et tu anima mea nequam & impia,
nec deuotionis exſoluis gratitudinem, nec compaſſio-
nis rependis affectum.

Ieſus ſpretus ab omnibus.

POſtquam autem Pilatus adiudicauerat impiorum
vota cõpleri, nõ ſuffecit militib. illis ſacrilegis cru
cifigere Saluatorem, niſi prius & ipſi illuſionibus
Mat. 27. impleſſent animam ſuam. Nam congregata in prætoriũ
vniuerſa cohorte, exuentes eum veſtibus ſuis, & tunica
induentes coccinea, chlamydem illi circundederunt
purpureã, & corona ſpinea impoſita capiti eius, & arun
dine in dextera manu irriſorie genuflectebãt, & alapas
dabant, & expuentes in eum, & ſacrum illud caput per-
cutiebant arundine. Attende nũc humani cordis ſuper
bia, q opprobria refugis, & ad honores aſpiras, quis eſt
iſte qui ingreditur habēs imaginem quaſi regis, & nihi
Isa. 53. lominus ſerui deſpectiſſimi cõfuſione repletus. Ipſe eſt
Rex tuus & Deus tuus, qui quaſi vir leproſus & nouiſ
ſimus virorum æſtimatus eſt, vt te ab ęterna cõfuſione
eriperet, à ſuperbię peſte ſanaret. Vę igitur ſemel his, &
væ iterum, qui poſt tam clarum humilitatis ſpeculum,
ſuperbia tolluntur in altum, rurſus oſtentui habentes
filium Dei, quem tanto amplius ab hominibus omni
conſtat honorificentia dignum, quanto magis pro ho-
minibus indigna ſuſtinuit.

Ieſus cruci clauatus.

SAciatis iam impijs de opprobrijs mãſuetiſſimi Re- Ioan. 19.
gis, rurſum Rex noſter veſtib. ſuis induitur denuo
exuendus, & baiulans ſibi crucē, perducitur ad Calua-
riæ locum, ibique totus exutus, vili duntaxat circum
tectus ad renes ſudario, & ſuper lignũ crucis dirè pro-
iectus, expanſus, protenſus, & tractus, & in pellis mo-
dum hinc inde extenſus clauorum aculeis perforatur,
manibus ſacris & pedib. crucis affixis, & crudeliſſimè
ſauciatis, veſtes quoq; ipſius dantur in prædam, diui-
duntur in partes, tunica inconſutili indiuiſa per ſortem
tranſeũte ad vnum. Vide nunc anima mea, quomodo
ille qui eſt ſuper oĩa benedictus Deus, à plãta pedis vſ-
que ad verticē, totus in aquas paſſionis demergitur, &
vt te totã de illis paſſionib. extraheret, intrauerũt aquę
vſq; ad animam ſuã. Coronatus etenim ſpinis ſub cru-
cis onere dorſum curuare iubetur, & ſuam ipſius por-
tare ignominiã, & ad locũ deductus ſupplicij veſte nu-
datur, vt ex flagellorum ictib. per dorſum & latera car
nis patefactis liuorib. atq; ſciſſuris videretur quaſi le-
proſus, & dehinc clauis transfoſſus, appareret tibi dile
ctus tuus propter te ſanandam, conciſus vulnera ſuper
vulnus. Quis mihi det, vt veniat petitio mea, & quod
expecto tribuat mihi Deus, vt totus tam mente quam
carne transfodiat, crucisque affigar patibulo cum di-
lecto.

Ieſus iunctus latronibus.

AD augmentũ confuſionis ignominiæ, dedecoris,
ac doloris innocens agnus extra portam in loco
punitionis ſceleratorum, in die ſolenni, hora meridia-
na, in medio latronum ſuper crucem, qua ſi ad ſpecta-
culum eleuatur, flentib. amicis, & inſultantibus hoſti- Matt. 27.
bus. Nam & qui prateribant mouebant capita ſua,
& qui aſtabant irrogabant conuitia, dicentes, quod
alios ſaluos feciſſet, nunc ſeipſum ſaluare nõ poſſet. Sed
& ab irriſione hmõi alter latronũ nequaquã abſtinuit,
cum tñ mitiſſimus agnus & pro crucifigētib. & irridē-
tib. pietatis dulcedine interpellaret ad patrem, & confi-
tēti ac ſupplicanti latroni, liberaliſſima charitate repro-
mitteret paradisũ. O verbũ totius dulcedinis & venię, Luc. 23.
pater ignoſce illis, O verbũ totius amoris & gratię: ho Ibidem.
die mecum eris in paradiſo. Reſpira nũc in ſpem venię
aĩa quantumcunq; peccatrix, ſi tñ patientis pro te Dñi
Dei tui veſtigia ſequi non abhorres, qui in oĩb. preſſu-
ris ſuis nec ſemel os ſuum aperuit, vt aut quærelæ, aut
excuſationis, aut comminationis, aut maledictionis ſer
monē aduerſus maledictos illos canes vel leniter dice-
ret, quin potius nouæ benedictionis verbum quale à ſę
culis non eſt auditum, ſuper inimicos ſuos effudit. Dic
ergo cum multa fiducia. Miſerere mei Deus, miſerere Psal. 46.
mei, quoniam in te confidit anima mea, ſi fortè more
confitentis latronis, audire merearis in mortis articu-
lo. Hodie mecum eris in paradiſo.

Ieſus felle, & aceto potatus.

POſtea ſciens Ieſus quia conſumata ſunt omnia, vt Ioan. 19.
conſumaretur ſcriptura, dixit, Sitio. Et acetoſo &
felleo poculo ſibi propinato cum ſpongia, Ioanne
qui præſens fuit atteſtante, ſubintulit. Conſum-
matum eſt. tanquam ſi in guſtu aceti & fellis, totius

amariſſimæ paſſionis conſummata plenitudo conſiſteret. Nam quia per guſtum ligni ſuauis & vetiti, totius noſtræ perditionis cauſa extitit p̄uaricator Adã, oportunum fuit & congruum, per viam contrariam ſalutis noſtræ inuenire remedium. Cum etiam in ſingulis mēbris ipſius acutiſſimarum paſſinnum militãtes ſagittæ crebreſcerent, quarum indignatio ebibebat ſpiritum eius, vt cibi verbique vehiculum nequaquam remaneret immune, vt verificaretur in medico noſtro propheticum illud.
Tren. 3. Repleuit me amaritudine, inebriauit me abſynthio Sed & vt illud cōpleretur in dulciſſima, &
Ibidem. 1. amantiſſima matre ſua virgine glorioſa. Poſuit me quaſi deſolatam, tota die mœrore confectam. Quæ lingua dicere, vel quis intellectus capere ſufficit, deſolationū tuarum pondus virgo beata? Quæ præmiſſis omnibus præſens aſſiſtens, & particeps per omnem modum effecta, benedictam illam & ſanctiſſimam carnem quam tam caſtè concepiſti, tam dulciter aluiſti, & lacte potaſti, tam crebro in tuo reclinaſti ſinu, & labia labijs impreſſiſti, carneo contemplata es viſu, nūc ictib. flagellorum diuelli, nunc ſpinarū perforari aculeis, nunc arūdine percuti, nunc palmis pugniſque concidi, nunc clauis perfodi, & ſtipiti crucis affixam atque pendentem grauiter laniari, nunc omni ludibrio habitū, felleq; tandem & aceto potari. Sed & diuiniſſimam illam animā oculis conſpexiſti mētalibus, omnis amaritudinis felle repletam, nunc ſpritu frementē, nunc pauentem, nunc tedentem, nunc agonizantem, nunc anxiatam, nūc turbatam, nunc omni triſtitia & dolore mœſtiſſimam, partim pp paſſionis corporeæ viuaciſſimum ſenſum, partim propter diuini honoris per peccatum ſubtracti ferventiſſimum zelum, partim propter effuſum in miſeros miſerationis affectum, & partim propter compaſſionis ad te matrem dulciſſimam infixum in cordis intima telum, cum te coram ſe poſitam, & pijs conſpice-
Ioan. 19. ret oculis, & blandis alloqueretur ſermonibus. Mulier (inquiens) Ecce filius tuus, vt tuam conſolaretur inter anguſtias animam quam paſſionis ſuæ gladio, amplius quam ſi proprio patereris in corpore, verè ſciebat eſſe transfixam.

Ieſus ſol morte pallidus.

DEnique cum agnus innocens, qui & verus iuſtitiæ ſol trium horarum ſpacio pependiſſet, in cruce, & eodem tempore ſol iſte viſibilis factori ſuo compatiens. lucis ſuæ radios occultaſſet, tam omnibus conſummatis, fons ipſe vitæ hora nona ſiccatur, dum
Hebr. 5. Deus & homo Ieſus cum clamore valido & lachrymis, ad miſerationis manifeſtandum affectū, & diuinitatis declarandam potentiam, ſpiritum in manus patris commendans, expirauit. Tunc velum tēpli ſciſſum eſt
Matt. 27. à ſummo vſq; deorſum, & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt. Tunc ipſe Cēturio Deum verum ipſum eſſe cognouit. Tunc qui ad ſpecta-
Pſal. 44. culum inſulſauri conuenerant, reuertebantur percutiētes pectora ſua. Tunc ſpecioſus forma prę filijs hoīum caligantib. oculis, & pallentibus genis, pro filijs hominum, deformis apparuit, factus holocauſtum ſuauiſſimi odoris in cōſpectu paternæ gloriæ, vt auerteret irā ſuā à nobis. Reſpice igitur Domine ſancte pater de ſanctuario tuo, & de excelſo cœlorum habitaculo, reſpice (inquam) in faciem Chriſti tui: reſpice hāc ſacratiſſimā hoſtiam, quam tibi offert pontifex noſter pro peccatis noſtris, & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui. Cōſidera & tu homo redempte, quis, qualis, & quātus eſt ille, qui pro te pēdet in cruce, cuius mors viuificat mortuos, & cuius tranſitum & cœlū luget, & terra, & lapides duri quaſi naturali compaſſione ſcinduntur. O cor humanum omni lapidum duritia durius, ſi ad tāti cōmemorationem piaculi, nec terrore concuteris, nec cōpaſſione afficeris, nec compunctione ſcinderis, nec pietate molliris.

Ieſus translanceatus.

POrro vt de latere Chriſti dormientis formaretur Eccleſia, & ſcriptura impleretur, quæ dicit. Vide- Zac. 12.
bunt in quem transfixerunt, diuina eſt ordinatione indultum, vt vnus militum lancea latus ſacrum illud aperiendo perfoderet, quatenus ſanguine cū aqua manante, precium effunderetur noſtræ ſalutis, quod a fonte, ſ. cordis arcano profuſum vim daret ſacramentis Eccleſiæ, ad vitam gratię conferendam, eſſetque iam in Chriſto viuentibus poculum fontis viui ſalientis in vi- & Io. 19.
tam æternam. Ecce iam nunc lancea Saulis, perfidia po- 1. Reg. 18.
puli. ſ. iudaici reprobati, caſſo vulnere in parietem diuina miſeratione perlata, foramen fecit in petra, & ca- Cant. 2.
uernam in maceria, tāquam habitaculum columbinū. Surge igitur amica Chriſti, eſto ſicut columba nidificans in ſummo ore foraminis, ibi vt paſſer inueniens Pſal. 83.
domum, vigilare non ceſſes, ibi tāquam turtur caſti amoris pullos abſconde, ibi os appone, vt haurias aquas Iſa. 12.
de fontib. Saluatoris. Hic enim eſt fons egrediēs de medio paradiſi, qui in quatuor diuiſus capita, & in corda Gen. 2.
deuota diffuſus, fœcundat & irrigat vniuerſam terram.

Ieſus cruore madidus.

CRuentatus. n. Chriſtus Dominus ſanguine ꝓprio, primum ſanguineo ſudore, ſecundo flagellis, dehinc ſpinarum aculeis, poſt clauis, & tandem lancea copioſe effuſo, vt apud Deum eſſet copioſa redemptio, veſtem pōtificalem habuit rubricatam, quatenus vere rubrum appareret indumentū ipſius, & veſtimen- Iſa. 63.
ta eius quaſi calcantium in torcular, & ſic vero Ioſeph Gen. 37.
in veterem dimiſſo ciſternam, tunica ipſius intincta ſanguine hędi, propter ſimilitudinem carnis peccati, approbationis notitia diſcernenda mitteretur ad patrem. Cognoſce igitur clementiſſime pater tunicam prędilecti filij tui Ioſeph, quem inuidia fratrum ſecundum carnem tanquam fera peſſima deuorauit, & cōculcauit in furore veſtimentum ipſius, & omnem decorem illius reliquijs cruoris inquinauit. nam & quinque ſciſſuras lamentabiles in ea reliquit. Hoc. n. eſt Domine veſtimentum quod in manu meretricis Aegyptiæ videlicet Sinagogæ, innocens puer tuus ſponte dimiſit, magis eligens ſpoliatus a carnis pallio in carcerem mortis deſcendere, quam adulterinæ plebis acquieſcendo voci temporaliter gloriari. Nam & propoſito, ſibi gaudio, crucem ſuſtinuit cōfuſione contempta. Sed & tu miſericordiſſima domina aſpice illam dilecti filij tui ſacratiſſimam veſtē, de caſtiſſimis mēbris tuis & viſcerib. Spiritusſancti artificioſitate contextam, & vna cum ipſo confugientib. nobis ad te veniam poſtula, vt digni habeamur effugere ab ira ventura.

Ieſus intumulatus.

VEniens tandem nobilis Centurio, Ioſeph ſcilicet Luc. 23.
ab Arimatia, & accepta a Pilato licentia, corpus Chriſti cum Nicodemo deponens de cruce, condiuit aromatibus & inuoluit in ſyndone, & in monumento nouo (quod in horto propinquo in petra ſibi exciderat) cum omni reuerentia ſepeliuit. porro ſepulto Domino, & ad cuſtodiam ſepulchri militibus deputatis, deuotæ illæ mulieres, & ſanctæ quæ fuerant obſecutæ viuenti, vt iam mortuo pietate officioſa famulatum impenderent, emerunt aromata ad corpus Chriſti ſacratiſsimum perungendum. Inter quas Maria

Magdalena

Magdalena tanto cordis ferebatur incendio, tantæ pie-
tatis afficiebatur dulcedine, tam validis trahebatur vin
culis charitatis, vt fœmineæ infirmitatis oblita, nec te-
nebrarum caligine, nec persecutorum immanitate re-
traheretur a visitatione sepulchri, quin potius foris stans,
& rigans lacrymis monumẽtum, recedentibus discipu-
lis non recedebat, prò eo quòd diuinæ dilectionis igne
succensa est, & tam inualescente vrebatur desiderio, &
tam impatiente vulnerabatur amore, vt nihil ei saperet
nisi flere, possetque illud propheticum eructare veraci
Psalm. 41. ter. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nòcte,
dum dicitur mihi quotidie, vbi est deus tuus? Deus
meus bone Iesu, concede mihi quanquam per omnem
modum immerito & indigno, vt qui corpore his inter-
esse non merui, fide tamen hæc eadem mente pertra-
ctans, illum ad te Deum meum pro me crucifixum &
mortuum compassionis affectum experiar, quem inno
cens mater tua, & pęnitens Magdalena in ipsa passionis
7. tuæ hora senserunt.

Iesu triumphans mortuus.

CONsummato iam passionis agone, cum iam draco
illę cruentatus & rabidus leo æstimaret se de occi
so agno victoriam assecutum, refulgere cœpit in anima
descendente ad inferos diuinitatis potentia, qua leo no
ster fortissimus de tribu Iuda consurgens in fortem ar
matum, prędam ab ipso diripuit, portisq; inferorum cō
Colos. 2. fractis. & alligato serpente, expolians principatus & po
testates, traduxit confidenter, palam triumphans illos
Iob 40. in semetipso. Tunc extractus est leuiathan hamo ipsius
per Christum perforata maxilla, vt q nihil iuris habe-
bat in capite quod inuasit, illud etiā perderet, quod ha-
bere videbatur in corpore. Tunc verus Samson mo-
riens, hostilem prostrauit exercitum. Tunc agnus sine
macula in sanguine testamenti sui de lacu (in quo non
erat aqua) vinctos eduxit. Tunc habitantibus in regio
ne vmbræ mortis, lux orta est eis, & diu nouæ lucis ex-
pectata claritas radiauit.

Iesus resurgens beatus.

SAcrę siquidem quietis domini in sepulcro, illuce fcē
te tertio die, qui in reuolutione dierum est octauus
& primus, Dei virtus & Dei sapientia Christus, mortis
prostrato auctore, etiam ipsam mortem deuicit, æterni
tatisq; aditum nobis aperuit, dum sese a mortuis poten
tia diuina suscitauit, vt notas nobis faceret vias vitæ.
Tunc terræmotus factus est magnus, & Angelus domi
ni in vestimento albo & aspectu fulgureo descendit de
cœlo, pijs apparens blandus, impijsq; sæuerus. Propter
quod & propter vos perterruit milites, & confortauit
pauidas mulieres, quibus & ipse Dominus resurgẽs pri
mum apparuit, quia hoc deuotionis intensę merebatur
affectus. Deinde visus est Petro. Postea discipulis eunti
bus in Emaus. Deinde apostolis omnibns absque Tho
ma. Postea etiam Thomę palpādum se præbuit, cum il
le fideliter exclamauit. Dominus meus & Deus meus.
Sicque per dies quadraginta multiformiter apparẽs di-
scipulis, & comedens cum eis & bibens, & argumentis
nos illuminauit ad fidem, & promissis nos erexit ad spē,
vt sic tandem donis cœlitus datis, nos accenderet ad a-
morem.

Iesus decor præcipuus.

Isa. 11. SAne flos ille pulcherrimus de radice Iesse, qui in in
carnatione floruit, in passione defloruit, sic in resur
rectione floruit, vt omnium esset doctor. Nam cor
pus illud gloriosissimum, subtile, agile, & immortale, tā
tæ claritatis superuestitum est gloria, vt verè sit sole ful
gentius, exemplarem præferens pulchritudinem susci-
tandorum corporum humanorum. De quibus ipse sal Matth. 13.
uator ait. Tunc fulgebūt iusti sicut sol in regno patris,
scilicet, beatitudinis sempiternæ. Quòd si iustus quili-
bet fulgebit sicut sol, quāti putas esse fulgoris ipsum so
lem iustitię? Tāti (inquam) est, vt speciosior sole, & su-
per omnem stellarum dispositionem, luci comparatus,
& decor præcipuus non immeritò iudicetur. Felices il-
li oculi qui viderunt, sed tu verè beatus eris, si fuerint
reliquię seminis tui ad videndum tam interius quam
exterius, illam desideratissimam claritatem.

Iesus orbis prælatus.

APparens quoque Dominus in Galilæa discipulis, Matt. 28.
omnem sibi potestatem tam cœli quàm terræ as-
seruit à patre collatam. Propter quod & discipulos
misit in mundum vniuersum, prædicare Euangelium
omni creaturæ, salutem promittendo credentibus, dā-
nationem comminando incredulis, cooperante Domi
no, & sequentibus signis confirmante sermonem, vt
in virtute nominis Iesu Christi imperarent omnibus
creaturis & morbis, vereque constaret sæculo toti, q̄
magni patris filius Iesus Christus tanquā alter Ioseph,
verusque saluator viuit & dominatur, non solum in
terra Ægypti, verum etiam in omni loco dominatio-
nis regis æterni, eductus quidem ad imperium Dei cę-
li de carcere mortis & inferorum, & attonsus mortali-
tatis comam, commutauit vestem carnis in immorta-
litatis decorem, & tanquā verus Moyses, de aquis mor Exo. 2.
talitatis assumptus, Pharaonis subneruauit imperium,
tanto sublimatus honore, vt in nomine ipsius omne
genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum.

Iesus ductor exercitus.

QVadraginta post resurrectionem Domini pera-
ctis diebus, non sine magni designatione myste-
rij, in ipso quadragesimo die conuescens vna cum di-
scipulis suis, benignus magister in montem Olìueti cō
scendit, & inde videntibus illis eleuatis manibus fere- Actuū. 1.
batur in cœlum, nubeq; interposita (quæ ascendentem
recepit) humanis seipsum aspectibus occultauit. Sicq; Psal. 67.
ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, & cę
li aperta iam porta, pandens iter sequentibus, exules in
troduxit in regnum, conciues illos faciens angelorum
& domesticos Dei, quatenus ruinas instaurare angeli-
cas, & æterni patris cumularet honorem, & se trium-
phatorem ostenderet, & Dominum exercituum se esse
probaret.

Iesus cęlo leuatus.

PSallentibus angelis & exultantibus sanctis, Deus
& Dominus angelorum & hominum super cęlos
cęlorum ascendit, & super pennas ventorum mira po-
testatis agilitate volauit, seditque ad dexteram patris,
tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ
illis sortitus est nomen, ibiq; iugiter vultui benignissi-
mi patris apparet, ad interpellandum pro nobis. Talem
enim decebat vt nobis esset pontifex, sanctus, innocẽs,
impollutus, & excelsior cœlis factus, qui in dextera ma-
iestatis assistens, vultus paternæ gloriæ vulnerum quæ
pro nobis pertulit ostenderet cicatrices. Gratias tibi re
ferat Domine pater omnis lingua, super inenarrabili
dono superessluentissimæ charitatis tuæ, qui vnico fi-
lio cordis tui non pepercisti, sed pro nobis omnib. tra-
didisti in mortem, vt tantum tamque fidelem aduo-
catum coram te haberemus in cœlis.

Iesus

Digitized by Google

Iesus largitor spiritus.

Act. 2. SEptem quoque septimanis dierum a resurrectione excursis, quinquagesimo die congregatis in vnum discipulis, cum mulieribus & Maria matre Iesu, factus est repente de cœlo sonus, tanquam aduenictis spiritus vehementis, qui & super centum viginti hominum turbam descendit, & apparuit in linguis igneis, pro eo q; ori verbum, intellectui lucem, & affectu ministraret ardorem. Repletiq; sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui varijs linguis, secundum q; eiusdem Spiritus sancti dictabat instinctus. Qui omnem eos veritatem edocuit, & ad omnem dilectionem accendit, & in omni eos virtute firmauit. Nam ipsius adiuti gratia, illustrati doctrina, & confortati potentia (cum pauci essent & simplices) partim verbis ignitis, partim perfectis exemplis, partim mirandis prodigijs, per totum mundũ sanctam Ecclesiam plantauerunt. Quæ & eiusdem Spiritus sancti virtute purgata, illuminata & perfecta, amabilis facta est sponso suo, eiusq; paranymphis, vt speciosa nimis miraq; varietate circundata, sathanæ vero & angelis eius terribilis vt castrorum acies ordinata.

Iesus laxans reatus.

IN hac siquidem sancta Ecclesia per orbem vniuersum Spiritu sancto mirabiliter cooperante, multiformiter distincta & vniformiter coniuncta, vnus præsidet Pontifex Christus, tanquam summus hierarcha, q miro ordine instar ciuitatis supernæ in ea dispẽsat dignitatum officia, distribuendo charismatum dona. Nam
Ephes. 4. quosdam in ea dedit Apostolos, quosdã prophetas, alios vero Euangelistas, alios pastores & doctores ad cõsummationem sanctorum, & ad ædificationem corporis Christi, qui etiam secundum gratiam Spiritus sancti septiformem, eptẽ dedit sacramenta, quasi septẽ medicamenta morborum, per quorum administrationem & gratiam sanctificantem tribuit, & peccata dimittit, quæ nunquam nisi in fide & vnitate eiusdem sanctæ matris Ecclesiæ relaxantur. Et quoniam per ignem tribulationis peccata purgantur, ideo sicut caput Ecclesię Christũ exposuit Deus fluctibus passionum, sic corpus eius (scilicet Ecclesiam suam) vsque in finem sæculi ad probationem & purgationem tribulari permittit. Sic patriarchæ, sic prophetæ, sic Apostoli, sic martyres, confessores, & virgines, & quot placuerunt Deo, per multas tribulationes trãsiere fideles. Sic & omnia membra Christi electa vsque ad diem iudicij pertransibunt.

Iesus testis veridicus.

POrro futuri iudicij tẽpore quo Deus occulta cordium iudicabit, præcedit ignis ante faciem iudicis, angeli cum tuba mittentur, & congregabuntur electi a quatuor ventis cœli, omnes quoque qui in monumentis sunt, diuinæ iussionis virtute resurgẽt, omnesq; astabunt ante illud iudiciale tribunal. Tunc illuminabuntur abscondita tenebrarum, tunc reuelabũtur consilia cordium, tunc libri pandentur conscientiarum & ipse liber aperietur, qui dicitur liber vitæ, quo fiet, vt simul, & in instanti omniũ omnia secreta, omnibus tanta certitudinis claritate patescant, vt contra testimoniũ veritatis loquentis in Christo, & conscientiæ cuiuscũq; pariter contestantis, nulla prorsus inficiandi, defendendi, vel excusandi, vel subterfugiendi pateat semita, quin recipiat vnusquisq; secundum opera sua. Magna igitur indicta est nobis necessitas probitatis, dum omnia agimus in conspectu iudicis cuncta cernentis.

Iesus iudex iratus.

APparente siquidem omnipotentis filij Dei signo in nubibus, virtutibusq; cęlorum cõmotis, sed ad orbis conflagrationem mundialibus concurrentibus ignib. collocatis quoq; omnibus iustis ad dexteram, impijs ad sinistram, intantum iudex vniuersorũ reprobis iratus videbitur, vt dicant montibus & petris, cadite super nos, & abscondite nos a facie sedentis super thronum, & ab ira agni. Induet enim pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium certum, sumet scutum inexpugnabile æquitatem, acuet autem diram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos, vt qui cõtra auctorem omnium procaciter pugnauerunt, iusto tunc Dei iudicio ab omnibus expugnentur. Tunc superius iudex apparebit iratus, & inferius horrendum chaos patentis inferni. A dexteris peccata accusãtia, a sinistris infinita demonia ad infernum trahentia, & interius mordens conscientia. Peccator sic comprehensus, quo effugiet? Certe latere erit impossibile, & apparere intolerabile. Si. n. vix iustus saluabitur, impius & peccator vbi apparebunt? Non ergo intres in iudicium cum seruo tuo Domine. Luc 23.

Iesus victor magnificus.

LAta sententia damnationis in reprobos, q flammis exurantur æternis colligatisq; ad modum fascis omnibus inimicis Iesu Christi, omnipotẽs Dei virtus perpetue illos exponet, tam carne quam spiritu voracitati flammarum, ut & nunquam deficiant, & tamen vrantur, & sentiant in eternum, & fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum. Tunc bestia, & pseudoprophetę, & qui acceperant imaginẽ eius in stagnum mittẽtur ignis & sulphuris, qui paratus est diabolo & Angelis eius, tunc egredientur electi ad considerandа cadauera mortua, morte quidem non naturæ sed pęnæ. Tunc lauabunt iusti manus suas in sanguine peccatorum, tunc denique victoriosissimus agnus ponet inimicos suos scabellum pedum suorum, quando ingredientes impij in inferiora terrę, tradẽtur in manus gladij, partesq; vulpium erunt, id est dæmonum, qui ipsos suis fraudulentijs seduxerunt.

Iesus sponsus ornatus.

DEnique mundi facie innouata in melius, cum lux lunæ erit sicut lux solis, & lux solis septempliciter sicus lux septem dierum, ciuitas illa sancta Hierusalem quæ de cœlo tanquam sponsa ornata descenderat, iam nunc præparata ad nuptias agni gemina quoque stola vestita, in cœlestis curiæ traducetur palatium, & in gloriosum illum sacrum, arcanumque thalamum introducta, tanto illi agno cœlesti copulabitur fędere, vt vnus fiant spiritus sponsus & sponsa, vestieturque Christus omni pulchritudine electorum tãquam tunica polymita, in qua omni decore ornatus refulgeat, tãquam opertus omni lapide precioso; Tunc illud dulce resonabit epithalamium & per omnes vicos Hierusalem Alleluia cantabitur. Tunc virgines prudentes, atq; paratæ intrabunt cum sponso ad nuptias, vt ianua clausa in pacis pulchritudine sedeant, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.

Iesus rex regis filius.

SAne regnum Dei æternum æstimari habet, iuxta regnantis celsitudinem gloriosum & nobile, pro eo quód non rex a regno, sed a rege regnum trahit originẽ. Hic autem est rex, qui habet in vestimento & in

femore

Apoc. 47. femore suo scriptum. Rex regum & Dominus dominantium, cuius potestas æterna, quæ non auferetur, & ideo regnum ipsius non corrumpetur. Cui omnes populi, tribus, & linguæ seruient in æternum. Et hic est vere rex pacificus, cuius vultum & cœlum desiderat, & vniuersa terra. O quam gloriosum est hmôdi excellentissimi regis regnum, in quo cũ ipso regnant omnes sancti, cuius lex est veritas, pax, charitas, vita, & æternitas, quod nec pluralitate regnantium diuiditur, nec participatione minuitur, nec numerositate confunditur, nec inæqualitate deordinatur, nec circunscribitur loco, nec variatur motibus, nec tempore mensuratur.

Iesus liber signatus.

AD gloriam regni perfectam non solum requiritur potestas excellens, verumetiam sapientia fulgens, vt non secundum indeterminatæ voluntatis arbitrium disponantur gubernacula regni, sed secundum fulgores æternarum legum a luce sapientiæ indeceptæ manantium. Et hæc quidem sapientia scripta est in Christo Iesu, tanquam in lib. vitę, in quo Deus pater omnes thesauros sapientiæ, & scientiæ recondidit. Ac per hoc vnigenit' Dei filius, vt verbum increatum, est sapientiæ liber, & lux in mente summi artificis, viuentibus plena rationibus & æternis, vt verbum inspiratum in intellectibus angelicis atque beatis, & vt verbum incarnatum in mentibus rationalibus carni vnitis, vt sic multiformis sapientia Dei ex ipso & in ipso per totum regnum refulgeat, tanquam in speculo decoris siue pulchritudinis omnium specierum & luminum contentiuo, & tanquam in libro, in quo secundum Dei profunda mysteria omnia conscribuntur. O si talem librum inuenire possem, cuius origo æterna, cuius incorruptibilis essentia, cuius cognitio vita, cuius scriptura indelebilis, cuius inspectus desiderabilis, cuius doctrina facilis, cuius scientia dulcis, cuius profunditas imperscrutabilis, cuius verba inenarrabilia, & vnum tamẽ verbum omnia. Vere qui hunc inuenit librum, inuenit vitam, & hauriet sibi salutem a Domino.

Iesus fontalis radius.

Iac. 1. IN hoc siquidem regno ęterno data omnia optima & dona perfecta, a patre luminum in affluentia descendunt, & copia per illum qui est superessentialis radius Iesus Christ'. Qui cum sit vnus, omnia potest, & in se permanẽs omnia innouat. Est enim emanatio quædam claritatis virtutis omnipotẽtis Dei syncera, et ideo nihil inquinatum in hunc fontalem radium potest incurrere. Ad hunc fontem vitę & luminis curre, cum desiderio viuo, quæcunque es anima Deo deuota, & cordis intima vi ad eum clama: O ineffabilis decor Dei excelsi, & purissima claritas lucis æternæ, indeficiens vita omnem vitam viuificans, lux omne lumen illuminans, & conseruans in splendore perpetuo multiformia lumina fulgentia, ante thronum diuinitatis tuæ a primæuo diluculo. O æternum & inaccessibile, dulce, clarum, & sapidum profluuium fontis abscôditi ab oculis omniũ mortalium, cuius profundum sine fundo, cuius altum sine termino, cuius amplitudo incircumscriptibilis, & cuius puritas imperturbabilis. Ex quo fluuius procedit olei lætitiæ, qui lætificat ciuitatem Dei, & torrens ignei vigoris, torrens (inquam) voluptatis diuinæ, quo letabunda ebrietate potati, celestes illi conuiuæ hymno incessabili iubilant. Hoc nos oleo sacro perunge, huiusq; torrentis desiderabilis guttis, sitibundas refocilla fauces arentium cordium, vt in voce exultationis & confusionis decantemus tibi cantica laudis, experientia teste probantes, quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.

Iesus finis optatus.

FInem nanque omnium desideriorum constat esse beatitudinem, quæ est status omnium bonorum congregatione perfectus. Ad quem quidem statũ nullus peruenit, nisi per vltimam resolutionem in eum, qui est fons & origo bonorum omnium, tam naturalium quam gratuitorum, tam corporalium quam spiritualium, tã temporalium quam æternorum, & hic est, qui de seipso dicit. Ego sum α & ω principium, & finis. Quia sicut per verbum æternaliter dictum omnia producuntur, sic per verbum carni vnitum reparãtur, promouentur, & finiuntur, ac per hoc vere & proprie dictus est Iesus, quia non est aliud nomen sub cœlo datũ hominibus, in quo quis possit obtinere salutẽ. In te igitur vt finem omnium credens, sperans, & amans ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, & ex omni virtute ferar desiderate Iesu, quia tu solus sufficis, tu sol' saluas, tu solus bonus, & suauis es requirentibus & diligẽtibus nomen tuum. Tu enim mi bone Iesu redemptor es perditorum, saluator redemptorum, spes exulũ, fortitudo laborãtium, auxiliator oppressorum, anxiatorum spirituum dulce solatium, triumphantium corona, & imperiale fastigiũ, vnica merces & lætitia omnium ciuium supernorum, inclyta proles summi Dei, & fructus sublimis vteri virginalis, vberrimus quoque fons gratiarum omnium, cuius plenitudinem nos omnes accepimus. Oramus igitur clementissimum patrem, per te vnigenitum eius pro nobis hominem factum, crucifixum, & glorificatum, vt de thesauris suis mittat in nos spiritum gratiæ septiformis, qui super te in omni plenitudine requieuit, spiritum (inquam) sapientiæ, quo fructum ligni vitæ, quod vere tu es, videlicet sapores viuificos degustẽmus. Donum etiam intellectus, quo mentis nostræ contuitus illustrentur. Donum consilij, quo post tuorum vestigia gressuum, rectarum semitarũ itineribus incedamus. Donũ fortitudinis, quo impugnantium hostium violentias eneruare possimus. Donum scientiæ, quo sacræ doctrinæ tuæ replamur fulgoribus, ad discretionẽ boni & mali. Donum pietatis, quo induamur misericordię viscera. Donũ timoris, quo recedentes ab omni malo, æternæ maiestatis tuæ reuerentiali pondere tranquillemur. Hęc enim nos in illa sacra tua (quam nos docuisti) oratione petere voluisti. Hæc & nunc per crucem tuam petimus obtinere, ad laudem sanctissimi nominis tui. Cui cũ patre, & Spiritusancto omnis sit honor & gloria, gratiarum actio, decus & imperium, per infinita sæcula sæculorum. Amen.

Beatitudo quid.

Apocal. 1.

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS.

De sex alis Cherubim tractatus, qui tamen ab aliquibus Alano adscriptus fuit.

PRIMA ala est confessio. Confessio duplex est. Est.n. cõfessio laudis, iuxta illud. Confitemini domino quoniam bonus; quoniam in æternum misericordia eius. Et est confessio criminis: Vnde dicitur. Confitemini alterutrũ peccata vestra. Hæc confessio peccati accusatoria mani festatio est. Hæc propriæ infirmitatis, & ignorantiæ, & malitiæ, compungente conscientia lugubris enarratio est. Huius alę penna prima est veritas, quæ omnem excludit simulationem. Vera nanq; non ficta, non simulata Psal. 117. Iacobi 5.

lata debet esse confessio. Secunda penna integritas est; quæ decurtationem excludit & diuisionem. Integra. n. debet esse confessio, non decurtata, non diuisa; decurtatio aliquid occultat, reseruat enim sibi, quod penitet peccasse, sed non omnino. Aliquid enim retinet, in quo homines delectentur. Sed infidelis impietas est ab illo qui iustus, & iustitia est diminutam sperare veniam. Sed & vulnus vnum sufficit ad mortem: diuisio autem omnia sed non vni reuelat. Quidam enim sunt (vt ait beatus Augustinus) quos omnino penitet peccasse, sed verecundia ducti, diuidunt apud se confessionem, vt diuersa diuersis sacerdotibus velint confiteri, & quæ vni celant, alij manifestanda conseruant, quod est quodam modo laudare se, & ad hypocrisim tendere, & semper venia carere, quam per frusta putant inuenire. Omnia igitur, & vni præsertim criminalia confessione reuelanda sunt, nec solum actiones prauæ, sed & circunstantiæ earum, id est locus, tẽpus, modus, numerus, persona, & siqua sunt similia non negligenter reticenda, sed diligenter per confessionem explicanda sunt. Multa nanque inter locum & locum, tempus & tẽpus, modum & modum, numerum & numerum, personã & personam distantia est, consuetudinis quoque perseuerantia quæ ad tempus respicit, numerique multiplicatio Dei patientiam exacerbat, diuinamque in se prouocat vltionem. In persona autem sexus, ætas, scientia, conditio, necessitudo, & ordo studiose pensanda, & expresse manifestanda sunt. Qui confitetur, in singulis immoretur. Tertia penna est firmitas, quia fortis & firma debet esse confessio. Hæc firmitas decem, quæ confessionem impediũt, expellit. Quæ sunt illa? Pudor, timor, contemptus presbyteri, desperatio, præsumptio, peruersitas ignorantia, obliuio, negligentia, & necessitas, quæ sola excusabilis est. Pudori autem fortitudinis virtus periculi quod immineret, nisi reuelentur peccata, necessitatem pensans, viriliter resistat. Timorem vero, quem pœna iniungenda incuterit, patientiæ fructus expellat. Contemptum quoque presbyteri reuerentia, veneratio & dilectio Christi Vicario debita, penitus euacuet. Desperationem etiam diuinæ misericordiæ benignitas excludat. Præsumptionem autem diuinæ iustitiæ districta seueritas extirpet. Peruersitatem vero fidei ratio exterminet. Sed & ignorantiam prouidentia deuitet, obliuionis tenebras viarum & operum studiosa perscrutatio, & in memoriam reuocatio illustret, Torporem autem & negligentiæ teporem feruor spiritus euellat, & destruat. Necessitatem vero nulla omnino præueniat negligentia. Quarta penna est humilitas, quæ typum superbię excludit. Mens humilis, lingua humilis, vultus humilis (Iac. iiii.) debet esse confitentis. Superbis. n. dominus resistit, humilibus autem dat gratiam. Quinta penna est simplicitas. Hæc propriam infirmitatem, propriam ignorantiã, propriam accusat malitiam. Nihil defendens, nihil excusans, nihil attenuans, vera igitur, integra, firma, humilis & simplex debet esse confessio. Vera sine simulatione, integra sine diminutione, firma sine titubatione, hæsitatione, & desperatione, humilis sine iactantia, sine præsumptione, & sine alterius comparatione, simplex sine defensione, & sine excusatione. Hæc est prima ala cum pennis suis.

De compunctione cordis.

CONfessionem sequitur satisfactio, has duas alas format & creat compunctio. In omni actione pœnitentiæ hæc tria probantur esse necessaria, nempe, compunctio, confessio, & satisfactio. Compunctio autem turbat. Confessio accusat. Satisfactio confortat. Compunctio morbi occasionem mitigat, confessio manifestat, et satisfactio curat. Compunctio mala enumerat, Confessio condemnat, & satisfactio emendat. Compunctio apostemata pungit, confessio saniem exprimit, & satisfactio cataplasma apponit. Compunctio vulnus inuenit, confessio aperit, satisfactio vero sanitati restituit. Compunctio autem est cordis contritio, sed quæ alligat contrita animę amaritudo, & quæ miræ dulcedinis suauitatem generat. Scriptum est. Scindite corda vestra, & non vestimeta vestra, (Ioel. 2.) & alibi, In cubilibus vestris compungimini, (Psal. 4.) compunctionem duplex causa creat, timor, s. & spes. Timor causa inchoatiua est, spes vero consummatiua. Timor, quam mire homo a creatore suo sit cõditus, quam gratuito nutritus, quã in substantia rectus & in conditione ditatus, cæteraq; bona q̃ conditor ei contulerit, & quæ ipse bonis ipsius mala rependerit, subtiliter enumerat. Si cõtra districtũ est iudicium animum turbat. Timor igitur culparum, modum & numerum examinãs, iustitiæ, quoq; diuinę rigorem, districtionemq; iudicij futuri attendens animum pungit, & pungendo peccatum expellit. Vnde hac timori, virtus expulsiua, hanc præstat, & corroborat spes cõfortatiua. Vanus enim timor est, quem non fiducia firmat. Timentibus Deum nihil deest. Si spes defuerit, nihil boni adest. Scriptum est. Quam magna multitudo (Psal. 30.) dulcedinis, &cæt. Perfecisti eis, qui sperant in te. Nulla tamen erit, nisi à spe fuerit propinata. Est igitur contritio cordis ex timore, fructus autem laboris est spes. Sed vnde spes via confortatiua? ex promissione diuina. (Psal. 36.) Audi scripturam. Spera in Domino, & pasceris in diuitijs (Ibidem.) eius. Item, Sperabo in Domino, & ipse faciet. Item, non deserit Dominus sperantes in se. Item beati omnes qui confidũt in eo. Si ergo times vt puniaris, spera in Domino vt ei reconcilieris, si times Deum, quia potest perdere in gehennam, (Ezech. 18.) spera in eo, quoniam nõ vult mortem peccatoris. Si times, quia sapiens nouit abscondita, spera, quia illuminabit abscondita tenebrarum. Si times, quia nihil impunitum relinquit, spera, quia redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Quemadmodũ igitur timor compunctionis præuenit & comitatur virtutem, ita spes prouehitur & ad fructum reconciliationis perducit, Per timorem ergo, cõpunctio fulcitur. Per spem, optatæ reconciliationis gratia meretur. Ait enim (Ezech. 33.) Quacunque hora ingemuerit peccator, saluus erit. Gemitum tamen timor importat, salutem promereri spes. Quid ergo, & vnde, & ad quid sit cordis compunctio, breuiter declaratum est.

De secunda ala.

SAtisfactio est iniunctæ pœnitentiæ expletiua executio, vel peccatorum condigna correctio, (Satisfactionis definitio. Luc. 3.) secundum nanque qualitatem delicti mensura correctionis pensanda est. Agite (inquit) fructus dignos pœnitentiæ. Aliud est enim ipsa pęnitentia, aliud fructus pœnitentiæ. Sicut aliud est arbor, & aliud fructus eius, sic aliud est pœnitentia, aliud fructus eius. Pœnitentia est dolor præteriti, qñ doles te fecisse quod malũ est. Quando ergo improbas & dãnas mala tua, pœnitentiam habes. Si displicet tibi quod fecisti, pęnitentiam agis. Penitentia est facti improbatio, fructus pœnitentię est delicti correctio. Sed quia pro mensura delicti, correctionis mensura pensanda est, ideo fructus pœnitentiæ dignos facere oportet. Sed si in correctione minor est afflictio, quã in culpa delectatio fuerit, non est dignus fructus pęnitentiæ tuæ. Sed dicis mihi, quomodo scire possim, quando condigna sit pœnitentia mea? quia hoc scire non potes, ideo necesse habes semper pœnitere. Satisfacere potes, nimis facere nõ potes, melius est, vt plus facias, quã minus. Idcirco sollicitus esto, satage, da operã, studium impende, vt culpa sit cum fine, deuotio sine fine, tamen

vt ali-

vt aliquando peccatrix conscientia consoletur, positus est modus & mensura pœnitentiæ exterioris, vt illa expleta vel perfecta, fiduciã habere incipias, & facta quadam præsumptione in spe misericordiæ, de indulgentia & remissione peccatorum confidas, & tãto verius quã to vtiq; syncerius iniunctam pœnitentiam expleueris. Huius alæ penna prima est peccati abrenunciatio, quæ claudit ianuam diabolo. Peccatis abrenũtiare, est a ma
Psal. 36. lo declinare. Declina(inquit)a amalo vanitatis, a malo
Psal. 25. iniquitatis, a malo malignitatis, & a malo Ipietatis, iuxta illud Psalm. Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua, &c. Odiui ecclesiam malignantium, & cæt. Hæc quatuor vitia quatuor generãt affectiones, scilicet amorem sui, amorem mundi, fraternum odium, et remissum amorem Dei. Prima affectio vanitatem, secunda iniquitatem, tertia malignitatem, quarta vero generatim pietatem. Vanitas in se reciprocatur. Iniquitas reflectitur in proximum. Malignitas in fratrẽ retorquetur. Impietas in Deum extẽditur. Vanus & vecors est, qui quę rit quæ sua sunt. Iniquus, vt in multitudine diuitiarum suarum glorietur, & auaritiæ saccum impleat, quæ proximorũ sunt, vi & dolo sibi asciuerit vel acquisierit, Malignus, qui etiam cum non possit nocere, cupit. Impius, qui Deum vel non credit, vel si credit contemnit. Secũda penna est lachrymarum effusio, hęc peccatorum vulnera lauat & mundificat. Tertia penna est carnis maceratio, hæc vulnerũ loca tergit & siccat. Quarta pẽna est alemosinarum largitio, hęc alligat contrita, fracta consolidat, & omnia sanat. Quinta pẽna est orationis deuotio, hæc sanat & conseruat.

De tertia ala.

Caro munda, quid. Tertia ala est carnis munditia. Caro munda est, q̃ non coinquinat luxuria. Luxuria omnium virtutum eradicat germina. Huius alæ penna prima est visus pudicitia, hæc petulantiam excludit, hæc circũdat oculum ne concupiscat alienum, ne videat ad concupiscendum mulierem. Cui ergo grata fœminarum formas lasciuas & curiosus oberrat aspectus, iste & mente est impudicus. Penna secunda est auditus castimonia. Castæ sunt aures, quæ voces non recipiunt obtrectantis maledici, & blasphemi verba non audiunt, falsis criminationibus, mẽdacio, irritationi, impudicis canticis, & dexteralibus non patent, obturantur, & clausæ sunt, ne iudicium sanguinis audiant. Nihil obscœnũ recipiũt, sed ab omni cœno corruptionis auersæ sunt. Tertia penna est olfactus modestia. Si qui odorem capit bonum, & operibus misericordiæ suauitatis odorem requirit, huius modesta est odoratio. Qui vero primis vnguẽtis delibutus incedit, huius odoratus non virtutis sed fœtoris spirat odorem, Huius enim suauitatis odor imma
Phil. 3. nissimi vitij fætor est. Quarta penna est gustus temperantia, hæc gulæ & ebrietatis furuit immoderantiam. Væ illis quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt, &c. Vnde Greg. Dum vẽter a satietate non restringitur, per concupiscentiam carnis simul omnes virtutes obruuntur. Vnde legitur,
4. Reg. 25. Quia princeps cocorum destruxit muros Hierusalem. Muros Hierusalem princeps cocorum destruxit, quia animæ virtutes dum ventri indulgetur, periclitantur.
Luc. 21. De crapula & ebrietate dominus ait. Videte, ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & superueniat in vos dies repentina. Ebrietas est parens litium, furoris mater, et petu'antiç deiformis est magistra. Hãc qui habet se non habet, hanc qui habet homo non est, qui hanc habet, peccatum non facit, sed ipse est peccatum. Ebrietas est dęmon blandus, venenum dulce, rabies voluntaria, illecebrosa honestatis iniuria, hanc nul lus nouerit christianus. Quinta penna est tactus sanctimonia, peccati sordes ne contrectet, manus christiani nihil immundum tangat caro eius si tetigerit, si singula queq; membra in officijs mandatorum Dei deseruiant, munda dicenda sunt. Si vero vltra præscriptas, siue diuinitus datas luxuriant leges, immunda dicenda. sunt vel reputanda, & hęc pudenda sunt, & hoc puto esse, quod Apostolus dicit. Sicut.n. exhibuistis membra Ad Ro. 6.
vestra seruire iniquitati ad iniquitatem, ita nũc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationẽ. Sit ergo oculus pudicus, auris casta, odor modestus, gustus sobrius, & tactus sanctus, &c.

De quarta ala.

ALa quarta est puritas mentis. Huius alę pennæ prima est affectus synceri rectitudo. Affectus desiderij tui sit rectus & sit syncerus. Rectus erit, si id appetas quod appetere debes. Syncerus vero, si eo modo quo honestatis virtus suadet. Ammon sororem suam dilexit. Affectus amoris rectus fuit, sed quia non eo modo quo debuit sororem dilexit, ideò affectus iste syncerus non fuit. Penna secunda est mentis in Domino delectatio. Scriptum est. Delectare in do- Psal. 36.
mino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Hanc pennam creat & format virtus contemplationis. De hac Domi- Luc. 10.
nus dicit. Maria optimam partem elegit, &c. Tertia pẽna, est munda & ordinata cogitatio. Nihil immundum mens concipiat, sed & mundam conceptionem loco & tempori accomodet discretio. Quarta penna, est voluntatis sanctitudo. Angeli pacem de cœlo detulerunt ho-
minibus bonę voluntatis. Non est pax impijs, dicit do- Isa. 48.
minus. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est, Psal. 118.
&c. O quam desiderabile est nomen pacis, quam firmat religionis Christianę stabile fundamentum. Bene autẽ cum diceretur Gloria in excelsis Deo, adiũctum est; Et Luc. 2.
in terra pax hominibus bonę voluntatis, quia cum illis angeli societatem habere festinant, quorũ mẽtibus puritatem bonę voluntatis inesse considerant. Illos secum post absolutionẽ carnis, ad contemplationem veræ pacis subuehere lętantur, quos in carne cõmorantes, omnia quę agunt aut loquũtur de radice bonæ voluntatis proferre conspiciunt. Tales namque & si infirmitas forte aliquando vel ignorantia, a perficienda bona operatione(quam cupiunt) retardant tamen ante summi arbitri oculos, integritas quam vel corde vel mente tenet bona volũtas eos excusat. Quinta penna est simplex & pura intentio. De hac Dominus dicit. Si oculus tuus nõ fuerit simplex, totum corpus tuum tenebrosum erit, p Matth. 6.
oculum intentionem, per corpus signat actionem. Locus enim iste Euangelij sic intelligendus est, vt nouerimus, omnia opera nostra non esse munda & placere in conspectu Dei, nisi fiant simplici corde, id est intentione superna, siue oculo charitatis, quia plenitudo legis charitas. Oculum igitur debemus hic accipere ipsam intentionem, qua facimus quicquid facimus, quę si simplex & pura fuerit, & illud aspiciens quod aspiciendum est, omnia opera nostra quæ secundum eam operamur, necesse est vt bona sint. Quæ opera omnia totum cor-
pus appellauit, quia Apostolus dicit membra, quædam Colloss. 3.
opera quę improbat, & mortificanda pręcipit. Mortificate ergo membra vestra, quę sunt super terram, fornicationem, immunditiã, auaritiam, & cætera talia mala. Non ergo quid quisque faciat, sed quo animo faciat, considerandum est. Fructus enim totus consistit in simplicitate intentionis. Quicquid igitur gerendum esse cogitatio nostra suggesserit, omni scrupulo retractantes, atque in nostri pectoris trutina collocantes, æque libratione iustissima perpendamus, an plenum sit honestate communi, an Dei timore sit graue, ad integrum sen-

su, an

sit,an humana ostentatione, an aliqua voluntatis præsumptione fit leue, an meritis eius pondus inanis ceno doxis non imminuent,vel arriterit gloria,& fic ad exa men publicum trutinantes,id est, ad prophetarum & Apostolorum actus,& testimonia conferentes, vel tan quam integra atque perfecta, & illis compensanda teneamus,vel tanquam imperfecta atque damnosa,nec il lorum ponderi consonantia omni cautione atque diligen tia refutemus.

De quinta ala.

QVinta ala dilectio proximi est.Huius penna prima est,nulli nocere verbo, vel opere. De qua scriptum est.Quod non vis tibi fieri, ne facias alteri. Hanc pennam format virtus innocentiæ,Innocens est,qui etiam cum possit,nulli vult nocere. Quis ascendit(inquit)in montem Domini. Innocens manibus. Quis innocens manibus? Qui non fecit proximo suo malum. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. Qui est iste malignus, nisi diabolus? Qui nulli vult nocere,tempore excluso motum primum sentit amoris.Penna secunda est omnibus prodesse verbo vel opere.Frater fratrem adiuuans,ciuitas munita & fortis hanc pennam suscitat, & prouehit in culmen perfectionis,quæ nulli nescit condescendere virtus misericordiæ. Beati(inquit)misericordes. Qui omnibus studet prodesse,viuum calorem veri spirat amoris. Tertia penna rerum propter amicum consumptarum detrimenta nõ tantum non destere,sed libertatis fortitudine non sentire,de beneficiorum in viua fratrum collatorum magnitudine semper gaudere in corde.Qui sentit, computator est,non largitor.Qui non gaudet,dolet.De hac pēna scriptum est.Qui neghgit damnum propter amicum iustus est,iter autem auari decipiet eum.Quarta penna est,animam pro fratre ponere. Quid est animam ponere pro fratre, pro temporali etiam proximi salute propriam voluntatem deserere, & in articulo necessitatis pro eterna salute fratris mortis discrimina lubenter subire?De hac scriptum est,Maiorem hac dilectionem nemo habet,quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis.Maior non ebulliret seruor amoris.Quinta penna est in his perseuerare, hanc perficit virtus perseuerantiæ,finis non pugna coronat.Qui perseuerat,cessare nescit.

Psalm. 23.
Matt. 5.
Prou. 12.
Ioan. 15.

De sexta ala.

SExta ala est dilectio Dei;hæc vt aliæ quinque pennas habet.Primam harum habet qui aliud quam Deum non concupiscit. Hæc est mobile huius amoris.Secundam pennam habet, qui propter Deũ sua distribuit,qui partem retinet partem vero tribuit.Hæc est calidum huius amoris.Tertiam pennam habet,qui propter domini amorem nihil sibi reseruat, sed omnia relinquit.Hæc est acutum huius amoris.Quartam pennam habet,qui propter Deum seipsum abnegat. Seipsum abnegat,qui suam deserit, vt domini solam faciat voluntatem Hæc est feruidum huius amoris. Quintam habet pennam,qui in his perseuerat.Qui perseuerauerit (inquit)vsque in finem,hic saluus erit. Hæc est inceßabile huius amoris.Hæc sunt alæ de quibus Psal. ait.Sub vmbra alarum tuarũ protege me,a facie impiorum qui me afflixerũt.Item.In vmbra alarum tuarum sperabo,donec trãseat iniquitas.Hæ sunt pennæ de quibus idem Psalm.ait.Quis dabit mihi pennas sicut colũbæ,& requiescam. Volabo(inquit)terrena deserens,cęlestia appetens,& requiescam,vera libertate æternaque fruens beatitudine. Amen.

Mat. 10.
Psalm. 14.
Psalm. 16.
Psalm. 54.

EIVSDEM SERAPHICI DOCTORIS.

Alter tractatus, de sex alis Seraphim.

PROLOGVS.


DA occasionem sapienti,& addetur ei sapientia,ait Sap. Cum igitur ex leui sępe occasione,sapiens materiam sumat altioris sapientiæ, qui etiam plerunque per alterius stultitiam fit eruditior, præsens scriptum potest nouis & nondum in officio regiminis ad plenum exercitatis, ad perfectam discretionem boni & mali aliqualem dare occasionem,vlterius cogitãdi,& ex defectibus quos hic considerat,diligentius requirendi altiora , siue vtiliora,& etiam plura,quam hic ponantur necessaria reli giuso ad regimen subditorum,quia legimus aliquando sapientes(etiam ex naturali quadam brutorum animalium solertia)sumpsisse considerationis industriam, ad aliquas artificiales peritias excogitandas.

Prou. 9.

Quod incipientes propter multa magistro indigent. Cap. 1.

HAec tibi scribo,vt sciad,quomodo oporteat te in domo domini conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui,ait Paulus discipulo suo Timotheo, quem præfecerat Ecclesiæ Ephesi Episcopum,scribit duabus epistolis dicens,quomodo conuersari dẽat in officio re giminis comsnissi,vt qui iam ab eo didicerat sanctè viuere per se,sciret etiam,qualiter deberet & alijs vtiliter & meritorie præesse. Magna enim differentia est inter scire humiliter subesse,& pacifice coesse,& vtiliter præesse.Bern.multos cernis sub magisterio quiete viuere, quos si iugo absoluas,videbis non posse quiescere, nec a qualibet re innoxios se seruare.Rursum quosdam inuenies,cum oĩbus(quãtum in se est) pacifice viuere,minime quidem egentes magistro, nec tamen idonei magisterio. Quidam siquidem bona mediocritate contenti sunt,sicut eis mensuram gratiæ partitus est Deus. Socialiter enim inter fratres sciunt & pacifice viuere,sup fratres vero positi,non solum inutiliter præsunt, sed & insipienter & nequiter. Vtrisque ergo prioribus meliores existunt,qui superiores esse sciũt. Vnde non passim quemlibet de populo docetur Moses ceteris præficere, sed eligere ex omni populo viros gnaros & idoneos, q iudicent populum omni tempore.Qui enim suscipit officium,vt alios bonos faciat,oportet, vt hanc bonitatis disciplinam prius in se studiose exercendo didicerit, & ex frequẽti vsu in habitũ verterit. Vnde domin' prius legitur fecisse,quę post erat verbo doctur', iuxta illud Act. Cœpit Iesus facere,& docere. Incipientes indigent magistro,vt doceantur quæ ignorant scilicet,saluti suæ & profectui necessaria & vtilia,quid vitare dẽant,quid sapere,quid facere,quid sperare,quid timere,& iter mi nus vel magis bona vel mala discernere,dicẽte Paul. In digetis,vt vos doceamini,quę sint elementa exordij sermonum Dei. Item,vt exerceantur in operibus virtutũ, quia non sufficit scire bonum,nisi etiam opere exerceatur sicut qui audit medicinæ scientiã,& postea practicã do exercet eam,quia exercitiũ operis plenius imprimit menti cuiuslibet disciplinæ peritiam,q̃ solus auditus. Et quis imperfecti segniter se in virtutum studijs exercere solent,expedit,vt ab alio ad hoc aliquando compellãtur.Iõ magistri solẽt discipulos suos(quos perfectos ca piunt

1.Timo.3.
Exod.18.
Act. 1.
Ad Heb. 5.

piunt fieri, in diuerſis virtutum exercitijs occupare,
modo in operibus humilitatis, modo fraternæ charita-
tis, modo ſobrietatis, modo deuotionis, modo patien-
tię, caſtitatis, taciturnitatis, obedientiæ, & aliarum vir-
tutum, vt & ipſæ virtutes ſic exerceantur, & vliteñtur,
& vitia his contraria expugnentur, quia quanto magis
virtus proficit, tanto plus vitium oppoſitum debilita-
Eph. 6. tur, teſte Apoſt. qui ait: Educate illos in diſciplina, &c.
Item, vt cuſtodiantur, ne aut in peccatum labantur, aut
minus diſcrete in virtutum operibus exerceantur. Te-
neræ enim mētes & a peccati affectu nondum plene de
ſertæ, ſæpe magis timore humano, quam diuino a vora
gine peccati detinentur. Ideo talibus expedit, ſuperio-
rum magiſterio ſubijci, per quos a periculis retrahātur,
Prou. 2. ſicut paruuli a matre comminãte ab aquæ merſione, &
luporū morſibus, defenduntur. Nam ait Sapiens. Serua
bit te vt eruaris de via mala, & ab hominibus qui puer
ſa loquuntur. Item, vt corrigantur, quiā peccatum tra-
hit ſemper ad deterius, ſicut vna febris præbet ſæpe in-
centiuum alteri grauiori, & vulnus aliquando generat
fiſtulam, niſi medicorum præcaueatur ſolertia. Ita, qui
labitur in culpam, difficulter per ſe corrigitur, niſi for-
tioris auxilio fulciatur. Propter hoc.n. vult Deus, mino
ribus maiores præeſſe, vt ſi ceciderint in peccatum, vel
in aliquo negligentes fuerint & incauti, per eorū admo
nitiones, correptiones, cuertiones & caſtigationes emē-
dentur, quia ſi arbitrio ſuo relinquerētur, forte nec rea-
tum ſuum agnoſcerent, vel torpentes diutius in cœno
volutarentur, vel profundius mergerentur, iuxta illud
Iudæ. Iudæ. Hos quidem arguite iudicatos, &c. Neceſſe ergo
eſt, eos magiſtro humiliter eſſe ſubditos, quia niſi quis
medico obedienter obtemperaret, non poterit, ab infir
mitate ſanari. Infirmitates in homine, ſunt paſſiones vi-
Luc. 9. tiorum, dicente Luc. Dedit illis virtutem & poteſtatem
ſuper omnia dæmonia, & vt languores curarent.

Qui ſunt, qui magiſtro non indigent. Cap. 2.

QVi autem pro ſe magiſtro non indigent, debent
ita eſſe ſcientia illuminati, quòd nihil errent in
his, quæ ſcire neceſſario eos oportet, & qui de-
cipi non poſſunt ab homine vel dæmone, vel a proprio
ſenſu ſub ſpecie boni, donum diſcretionis ſpirituum di
Phil. 4. uinitus adepti, iuxta illud. Vbiq; & in omnibus inſtitu
tus ſum. Debent etiam feruore deuotionis ita eſſe re-
pleti, quòd ſine alteri⁹ impulſu, nouerint ſeipſos ad om
ne virtutis exercitium fideliter extendere, prout ſem-
Phil. 3. per fuerit optimū, teſte Pau. qui ait. Quæ retro ſunt ob
litus, ad ea quæ priora ſunt, extendens me ipſum, &cęt.
Debent quoque amore boni ſic eſſe affecti, vt quaſi na
turaliter omne malum horreant, & omne ſcandalū ſtu-
dioſe declinent, & ſine offenſa quiete cum omnibus cō-
1. Cor. 10. uerſentur. Sine offenſione (inquit Apoſtolus) eſtote Iu
dæis & gentibus. Debent etiam ita eſſe humiles in om-
nibus, vt nec de bonis habitis extollātur, nec malis om
nino carere præſumant, vt omnes exceſſus cogitationis
locutionis, & omiſſionis in ſe ſubtiliter dijudicent, et di
ſtricte caſtigando emendent. Et in his omnibus ſint ita
ſtabiles, ꝙ nec leuitate, nec diſtractione aliqua, nec diffi
Rom. 8. cultate, vel metu, a ſtatu ſuo valeant immutari, vñ Apo
ſto. ait. Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? &c. Quia
vero tales difficile eſt reperiri, ideo paucis cōuenit viue
re abſq; obediētię iugo. Ideo, & qui alijs pręſunt, vt me
lius & cautius agant, neceſſe habent alijs ſubeſſe, a qui-
bus regantur vſq; ad ſummum omnium pontificē, qui
vice Chriſti caput eſt totius Eccleſiæ militantis. Qui er
go alijs pręeſſe debent, viriliter oportet eos varijs eſſe ꝑ
ditos virtutibus, & alias habere ad ſe, quibus irreprehē
ſibiliter viuant, alias ad ſuos ſuperiores quibus humili
ter eis in quibus debent obediant, & alias ad ſubditos,
quibus eos meritorie regāt, & ad meliora promoueāt.
Licet autem omnes virtutes eminenter habere debeat,
qui ex officio habet omnes virtutes docere, tamē quia
numerus ſenarij eſt primus perfectus numer⁹ ſui gene-
ris perfectione, cōſtans ex ſuis partibus aliquotis, ideo
bonus animarum rector (maxime religioſus, inter cæte
ras, debet ſingularibus virtutibus præfulgere, ſicut Iſa- Iſa. 6.
ias ſcribit, dicens. Seraphin, quę ſunt pręeminentiora cę
leſtium ſpirituum agmina, ſex alis ornata. Et forſaſſe,
ideo in tali ſimilitudine, ſanctiſſimo patri noſtro Fran-
ciſco in illa glorioſa viſione Dominus apparuit, quan-
do eum paſſionis ſuæ ſtigmatibus inſigniuit, vt oſten-
deret, ſic alatos ſpiritualiter eſſe debere, qui eius familię
vtiliter pręeſſe deberent. Sic & quatuor animalia ſingu
la, vt dicitur in Apoc. habebant alas ſenas. Apoc. 4.

*Quòd prima ala prælatorum, eſſe debet zelus
iuſtitiæ.* Cap. 3.

PRima ala rectoris animarū eſt zelus iuſtitiæ, qua
non poteſt aliquid iniuſtum, ſine cordis murmu-
re, in ſe & in alijs ſuſtinere. Tantum enim quiſque
bonus æſtimandus eſt, quanto plus & purius odit ma-
lum. Quantum enim res diligitur, tantum de eius de-
ſtructione doletur. Vnde notandum quod sūt quatuor Quatuor
genera hominum in religione, vel in Eccleſia, quos bo- genera bo
nos dicere ſolemus. Primi ſunt, qui malum non faciunt norum re-
nec tamen in bonis operibus ſe ſtudioſe exercēt, vt qui ligioſorū.
quiete & pacifice cum alijs viuūt, nullum offendentes,
nec prauo opere ſcandalizātes, vt habetur in primo Reg. 1. Reg. 25.
Homines iſti ſatis boni fuerunt, & non moleſti, &c. Nā
& in vſu habemus, tales dicere bonos eſſe, q mites ſunt
moribus, & ſocialiter ſe cum omnibus habentes, licet
alias quoad virtutum exercitia, aliquatenus deſides vi-
deantur. Pueri etiam baptizati, eodem modo boni iudi
cantur. Secundi ſunt meliores, qui mala nulla faciūt, in-
ſuper bonis operibus ſe frequenter exercent, in ſobrie-
tate, caſtitate, humilitate, dilectione proximi, & oratio-
nis inſtantia, & ſimilibus quę intelligunt eſſe bona. Sed
hoc habent propriū, quòd ſicut nihil negligunt ex his,
quæ poſſunt & ſciunt, ita etiam videtur eis ſufficere bo
num quod faciunt, nec ad ampliora, & perfectiora ſan-
ctitatis deſideria incaleſcunt. Sufficit eis tantum vigila
re, tantum orare, tantum pro deo dare, vel ieiunare, vel
laborare & huiuſmodi, & his contenti quieſcunt, altio-
ra alijs relinquentes, vnde Eccleſ. dicit. Deprehendi ni- Eccle. 3.
hil eſſe melius, ꝗ lætari neminem in opere ſuo, & hanc
eſſe partem illius. Tertij ſunt adhuc his meliores, qui
malum deteſtantur & fugiunt, & bona quę poſſunt ſtu
dioſe exercent, & cum omnia fecerint, quę valent, parū
ſe feciſſe reputant, reſpectu eorum quæ deſiderant, ſciē-
tes ꝙ corporalis exercitatio ad modicum vtilis ab Apo
ſtolo prohibetur. Et ideo virtutes mentales, & inter- 1. Tim. 4.
næ deuotionis ſaporem, & Dei familiarem notitiam, &
amoris eius experientiam ſuſpirando deſiderant, nihil
ſe eſſe, vel habere iudicantes, nec aliquam conſolatio-
nem de temporalibus vel ſpiritualibus recipientes, gau
dium pro voto prædictis virtutum exercitijs, & deuo-
tionis dulcedine non fruuntur, nec tamen contra alio-
rum vitia, & peccatorum pericula zelo feruoris inflam
mantur, cupientes omnes eſſe bonos & beatos, ſed vbi
hoc non inueniunt, nullo doloris vulnere ſauciātur, ſi-
bimet intenti & Deo. Tales ad aliorum regimen voca-
ti, minus in hac parte ſunt idonei, quia ꝓprię quieti cu-
ram illorū poſtponunt. Iuxta illud Iudic. Nunquid poſ Iudic. 9.
ſum deſerere dulcedinem meā, fructuſq; ſuauiſſimos,
& ire vt inter cętera ſigna promouear? Quarti ſunt op-
timi, cui cum prioribus bonis innocentiæ & virtutum,
zelo

zelo iustitię & animarum calent, qui non recipiunt con
solationem de propriæ salutis profectibus, nisi alios se-
cum trahant ad Deum, exemplo Domini, qui cum in se
plenum semper habeat gaudium, non contentus gloriã
solus habere, exiuit assumpta forma serui, multos filios
in gloriam secum adducere opere & doctrina. Zelus.n.
iustitiæ quasi coccus bis tinctus duplici charitatis colo
re rutilat, amoris nempe Dei & proximi. Amor dei non
tantum desiderat eius dulcedine frui, & ei adhærere, sed
etiam diligit eius beneplacitum impleri, eius cultũ am-
pliari, & honorem sublimari, vult enim eum ab omni
bus agnosci, ab omnibus amari, ab omnibus ei seruiri,
& super omnia honorari. Amor proximi desiderat non
tantum eius corporalem sospitatem & temporalẽ pro-
speritatem, sed magis eius æternam salutem. Vbi ergo
charitas ista perfectior, ibi feruẽtius desideriũ ista pro-
mouendi, & instantius studium & purius gaudium vbi
1.Cor.13. hæc inuenit. Charitas enim (teste Pau.) nõ quærit quæ
sua sunt, sed quæ Dei sunt, Quantum vero diligis Deũ,
& quæ Dei sunt purius desideras, tãtum doles de offen
sa Dei, vbi vides eum non agnosci, & ideo inhonorari,
vbi vides eum nõ amari, & ei non obediri, & eius cultũ
destrui, & aduersarios multiplicari, & lętificati. Et quã
tum diligis salutem proximi, tantum affligeris de perdi
tione eius & nocumẽto profectus eius. Et licet hęc cha
ritas requiratur in omnibus amicis Dei, maxime tamen
in Vicarijs Dei, qui secundum cor Dei moueri debent
Psal.44. amore iustitiæ, & odio iniquitatis, iuxta illud Psalmist.
Dilexisti iustitiam, &c. Iustitia potest hic dici, obseruã
tia omnium quę saluti vel profectui animarum necessa
ria sunt. Horum quædã procedunt a lege æterna, vt pu
ræ virtutes, humilitas, castitas, charitas, misericordia, &
similes, sine quibus nullus quocũq; tempore poterit sal
uari, ad quæ etiam præcepta Dei in veteri, ac noua lege
maxime ordinantur. Sicut Dominus dicit ad dilectio-
nem Dei & proximi totam legem & prophetas specta-
Matt. 22. re, iuxta illud Matt. In his duob. mandatis, &c. Quædã
procedunt ab humana vice Dei institutione, vt quę per
Ecclesiam pro communi vtilitate canonice sunt præce
pta, sicut ritus sacramentorum, & aliorum ad iuris
positiui præcepta pertinentium extra Canonum statu-
ta ab omnibus obseruentur, ita, vt quilibet obseruet il-
la, quæ conueniunt suo statui & communiter omnibus
imperata, laicis vel clericis. Quædam ex voto proprio
proueniunt, vt ea ad quæ nemo cogitur, Sed qui ea spõ
te vouerit iam velut ex præcepto Dei compellitur ob-
seruare, vt cõtinentia religiosorum & obedientia & ab
dicatio proprij in monasterio, & alia quæ per regulam
vel cuiusq; ordinis diffinitiones eis professoribus impo
Deut.23. nũtur, vnde dicitur in Deut. Cum votũ voueris Domi-
no, non tardabis reddere, quia requiret illud Deus, et si
moratus fuerit, reputabitur tibi in peccatum, si nolue-
ris polliceri, absq; peccato eris. Quod autẽ semel egres-
sum est de labijs tuis, obseruabis & facies, sicut promi-
sti Domino Deo tuo, & propria volũtate & ore tuo lo
cutus es. Quędam procedunt ex quadam habilitatione
profectus spiritualis, quamuis alias non forent necessa
ria saluti, vt omnis disciplina diuini officij & singulorũ
officiorum in religione, & officiorum & temporum in
silentio, victu & habitu, labore, vigilijs & cæteris spiri
tualibus disciplinis in quibus singularum religionũ ob
seruantiæ variantur, sicut cuiq; visum fuerit expedire.
Quamuis autem in his non tanta vis salutis existat, qua
si sine eis non sit salus, tamen transgressio eorum defor
mat religionis decorem, & profectum spiritualẽ, & alio
rum ædificationem solet impedire. Sicut enim amor iu
stitię, studiose ista in se & in alijs promouet, & congau
det, vbi videt ista sollicite obseruari, ita econtrario do-
let, & vritur, & accẽditur pro transgressione illorũ cũ
Psal. 138. Psal. qui ait. Nonne qui oderunt te, &c. Quodam vero
intimo sapore discernit, vt magis doleat de grauiori-
bus transgressionibus, & de leuioribus minus. Sapiens
enim quisq; res ponderat prout sunt, tam bonas q̃ ma-
las. Insipiens autem quandoq; magna pro paruis repu-
tat, & leuia quasi maxima pẽderat, trabem festucam iu
dicat, aliquando culicem, deglutiendo camelum. Deci- Luc. 11.
matis mẽtam & rutam & relinquitis quę grauiora sunt
(ait Salua.) Tales zelo proprio feruntur, & non spũ Dei
in hac parte aguntur. Sicut quidam pro vna inclinatio-
ne in choro neglecta, plus accenduntur puniendo, quã
pro lõga detractione de alio religioso excitata. Grauius
indignantur pro versiculo & rubricula neglecta, quam
pro magna perturbatione cum scandalo procurata. Prin
cipaliter igitur cauenda & dolenda est transgressio præ
ceptorum Dei, deinde inuiolabilium præceptorum san
ctæ Ecclesiæ, deinde illorum quæ sub voto voluntario
sibimet quisq; fecit necessaria, vt regulares obseruãtię,
maxime quæ sub præcepto sunt statutę, deinde oĩa scan
dala speciem mali quamcunq; habentia, nẽpe auaritiæ,
superbiæ, inuidię, castrimargię, iracundię, suspectę fami
liaritatis, inobedientiæ, & similium vitiorum quę odo-
rem famę religiosorum quo alij fideles debent ab eis
ædificari, & ab eis discere quid cauere debeãt & facere,
fætere faciunt, vt magis per eos inficiantur scandalo, q̃
reficiantur virtutis exemplo, dicente Apost. Nomẽ Dei Rom. 2.
per vos blasphematur inter gentes. Facilius autem gra-
uius peccatum occultum curatur, quam tale scãdalum,
quia illud per secretam potest sanari pœnitentiam, scan
dalum autem vix auellitur a cordibus omniũ, ad quos
forte peruenit. Deinde cauenda est perturbatio studij
deuotionis, ex qua fulcitur omnis vera religio, & om-
ne virtutis exercitium impinguatur. Arida est omnis re
ligio, quæ nõ oleo isto saginatur. Instabilis est bonorũ
operum structura, quę deuotę orationis frequentia nõ
compaginatur, sicut paries lapidum sine cemento. In
omni religione vbi deuotionis feruor tepuerit, etiã alia
rum virtutum machina incipit deficere, & propinqua-
re ruinæ. Lampades fatuarum virginum sine oleo extin
guuntur, vt ait Matth. Deinde cauenda est negligentia Matt. 25.
exterioris disciplinæ, quę pro decore religionis & habi
litationis profect' spiritualis statuta est, cuius desertio
signum est neglectę conscientiæ interioris leuitatis. Ta
lis autem disciplinæ obseruantia non ita mandatur, quasi
si aliter non liceat viuere, sed quia sic magis cõuenit pp
honestatis conformitatem, & vniformem fratrum con
uersationem, ne pro libito quisq; viuat, & faciat vñ for
te alij turbentur. In talibus autem obseruãtijs quę in se
indifferentes sunt, sed propter aliud statutę, vt dictũ est,
maior est habenda diligentia vt bene seruentur, quam
scrupulose timendum, si ex aliqua surreptione qñque
transgrediantur, nisi forte consuetudo generaret defor
mitatem, & dissimulatio negligentiam nutriret. Sic pp
aliud malum consequens præcauendum, zelus discipli-
næ dormire non debet. Verus igitur iustitię zelator pri
mo cauet, ne malum aliquo modo faciat, vel doceat. Se
cundo ne licentiet, vel concedat quacũq; importunita-
te seu circumuentione mollitus. Tertio ne faueat vel di
ligat fieri, etiam si eo irrequisito fiat, vel absente. Quar
to ne dissimulet & taceat quasi nesciens, cum ad eum
pertineat arguere, & ostendere quantum malum sit, &
deterrere, ne vlterius audeant similia attentare. Quin-
to ne inultum esse patiatur, quia aliquod bonum parit
peccati castigatio, s.q. ipse qui fecit, phibetur vltra pec
care, dicente Domino. Iam noli peccare, ne deterius ti Ioan. 5.
bi aliquid contingat. Item, quia purgatur a peccato, ne
a Deo postea durius puniatur, ait.n. scriptura. Tu vir- Prou. 23.
ga percutiẽs illum, & animã illius de inferno liberabis.
Item, quia per hoc alij erudiuntur, vt caueant similia p Prou. 18.
petrare, iuxta illud, Pestilente flagellato, sapientior erit
paruulus, id est, tenellus & nouus cautior esse discet.

Item,

Item, ipse prælatus, vicarius superni iudicis, liberat animam suam a peccato neligentiæ, officium suum sic implendo. Quod quia Heli sacerdos non fecit, mortis sententiam cum filijs peccantibus excepit; vt habetur in 1.

1. Reg. 4.

Reg. In hoc.n. differût laudabiles religiones & iam dilapsæ, non quod nullus peccans in laudabilibus reperiatur, sed quod nullus impune peccare sinatur, & peccandi aditus studiose præcludantur, & incorrigibiles & alios inficientes eliminentur, & boni foueantur & diligantur, vt perseuerent, & in melius semper proficiant. Nam cû in conuentu Angelorum ante confirmationê, & in ordine Apostolorum sub magisterio Christi reperta sit prauitas, quis ordo bonorum in terra audeat sibi arrogare hãc prerogatiuam, quod peccatum in eo non sit?

Ioan. 13.

quia & si plurimi per Dei gratiã immunes ibi fuerint, sed non omnes. Vos mundi estis, sed non omnes: ait Dominus. Bonis.n. quandiu sunt hic in statu merendi, expedit aliquos malos secum habere, qui eis sint maioris occasio meriti, quibus compatiantur in malis suis, contra quos zelus eorum inardescat, quos corrigere laborent, quibus similes fieri pertimescant, qui eis sint tentationis materia, a quibus etiam persecutiones sustineât, & ex quorum consideratione confusi humilientur, quia tales non sunt, admoneantur gratiarum actionis, ei qui custodit eos, ne tales efficiantur. Si autem deessent bonis prædictarum virtutum occasiones, merita ipsorum

Ad Gal. 6.

tanto fierent etiam minora, dicente Paul. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Nec tamen diligendi sunt mali seu fouendi, sed tolerandi, maxime quorum occulta sunt mala, & alios non inficiunt, & est spes de correctione ipsorum. Vbi vero ista defecerint, ibi sine graui detrimento sustineri non possunt, & ideo eliminandi sunt, ne putetur eorum prauitas bonis placere. Interim etiam dum tolerantur, puniendi sunt stimulis admonitionum, correctionum, confusionum, & castigationum, vngendi etiam fomentis exhortationû, consolationum, & orationum & promissionum, si forte côualescant de infirmitate, & fortes fiant. Precludenda est eis via peccandi, & tentationis aditus obstruendi, quod etiam bonis expedit, ne oportunitas mali faciat eos deteriores.

Prelatus Deo de tribus reddet rationem.

Prælatus.n. vicarius Dei, cui data est potestas a Domino, super familiam suam, & cui debent subditi ea de causa vice Domini obedire, si non corrigit delinquêtes, si permittit sub se vitia crescere, & consuetudines malas oriri, & iam exortas roborari & dilatari, si videt regulares obseruantias dilabi, & transgressiones multiplicari, & pro posse non obuiat tam presentibus malis quam imminentibus, triplicem Deo reddet rationem.

Sap. 6.

Primò pro sua negligentia, quando non fecit ad quod officio tenebat, nã ait. Sap. Cû essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem eius ambulastis. Horrende & cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimû his qui præsunt, fiet, &c. Secundò quod omnia peccata subditorum quæ poterat & debuerat correxisse & præcauisse, imputantur ei, vnde dicit Ezec.

Ezech. 32.

Si non fueris locutus, vt custodiat se impius a sua via, ipse in impietate sua morietur, sanguinê autê eius de manu tua requirã. Tertio pro abusione honoris & potestatis sibi collatæ quam ad propriam gloriã & commodû retorsit & non

Matt. 35.

ad quod data est ei. Tollite ab eo talentum: (ait Christus) & inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Ostendat ergo bonus Zelator, quantum diligat Deum, in eo quod beneplacitû eius in se & in alijs promoueat, nec ab hoc zelo mollescat per desidiam, ne labore lassetur, nec consilijs flectatur, nec astutijs circumueniatur, nec amicitia, nec blandimentis deliniatur, nec minus terreatur nec per diuturnæ prauæ consuetudinis præscriptionem desperet, quin suum officium exequatur.

Quòd secunda ala prælatorum, est pietas. *Capitulum.* 4.

SEcunda ala huius Ecclesiastici Seraphin est pietas, siue fraterna compassio, vt sicut eum charitas Dei ad zelum iustitiæ inflammat, ita fraterna dilectio ad pietatem informet. Nam & si vitijs debetur virga feriens, infirmitati tamen necessarius est baculus sustentans: dicente Propheta. Virga tua & baculus tuus, &c. & Pau. In virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Sic & ille Samaritanus vulneribus illius semiuiui relicti, infudit vinum zeli feruentis, & oleum pietatis mitigantis.

Psalm. 22.
1. Cor. 4.

Alia est autem infirmitas corporis, alia mentis, & vtraq; indiget compassione. Infirmitas corporis triplex est. Primi sunt infirmi decumbentes in lectulis, vel in acutis vel alijs infirmitatibus grauibus laborantes. Alij sunt infirmi per domicilium, vel etiam per terram quandoq; deambulãtes, & tamen sæpe grauib. doloribus afflicti, vt calculosi, infistulati, ponderosi, & similes. Tertij determinatam infirmitatê non habentes, sed tamen corpore debiles, & viribus exhausti, vt senes, & laboribus confecti, vel naturali infirmitate depressi, sed quandoq; accidentali languore ad tempus attriti.

Infirmorû in corpore triplex differentia.

His est triplici pietate subueniendum. s. remedijs medicinalibus, si congrue potest fieri. Item relaxatione rigoris, in victu, vestitu, vigilijs & huiusmodi. Item exemptione laboris, in officijs, seruitijs, discursibus & huiusmodi, prout cuiusque necessitas exquirat. Ita quòd primis de primo, secundis de secundo tertijs de tertio iuxta singulorum indigentiam speciali succurratur. Omnis humanitas est infirmis & debilibus exhibenda, quia flagellati sunt a Domino: si super hoc ab hominibus tribulantur, ipsa eorum miseria clamat ad patrem misericordiarum contra illos, qui eos tribulant conquerendo: dicente Dauid. Quoniam quê tu percussisti, persecuti sunt: & super dolorem vulnerû meorum addiderunt, &cet.

Nota procuradis infirmis.
Psal. 68.

Infirmus enim qui afflictus sibimet subuenire non valet, eo ipso amplius tribulatur, quia ab his quibus deberet, non consolatur, non a labore releuatur, non subuenitur indigenti, nec habet sibi compatientem: iuxta illud Propheticum. In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me, improperium expectauit cor meum & miseriam. Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit, & qui consolaretur, & non inueni. Et dederunt in escam meam fel exprobationis, & in siti mea potauerunt me aceto obiurgationis. Fiant ergo eis quæ sequuntur, &cæt.

Ibidem.

Bonus autem prælatus agnoscit se fratrum suorum patrem, non Dominum: & exhibet se eis medicum, non tyrannum: nec reputat eos vt iumenta sua, vel seruos emptionis, sed vt filios hereditatis supernæ consortes: & facit eis, sicut vellet sibi fieri, si similiter indigeret. Sed fortes & sani non sentiunt, quòd sentit æger, ideo nesciunt eis compati, scient autem postea, cum dolebunt. Quod si obijciant, quia sæpe fingunt se quidam debiliores quã sint, nunquid propter hoc omnes sunt hypocritæ iudicãdi? cum econtrario pro paucis iustis, vt habetur in Gen. multis malis Dominus voluerit pepercisse.

Gene. 18.

Triplici autem ratione magis indigent infirmi subsidio pietatis, quam sani & robusti. Primo propter sustentationem vitæ, quia se ipsos non valent procurare, si tunc etiam ab alijs non procurantur, coguntur deficere, & non possunt subsistere: iuxta illud Reg. Ne pœnitus pereat, qui abiectus est.

1. Reg. 11.

Secundo propter restaurationem sanitatis & virium, quas in infirmitate perdiderunt. Cum enim sanus & fortis solus indigeat sustentamento, vt quod habet conseruet, æger & debilis indiget duplici refectione, ne pereat & perdat quod adhuc habet, & reparet quod amisit: dicente Domino. Ab eo qui

Luc. 19.

non habet,etiam quod videtur habere,auferetur. Ter-
tio,propter consolationis releuamen, quia cum sic mul
tipliciter affligantur,solatium est eis, cum vident alios
sibi compari, & ad reparationis suæ studium fideliter
1.Reg.23. cooperari:& dicunt cum Saul. Benedicti vos a Domi-
no,quia doluisti vicem meam. Sed dicunt aliqui. Illis
debilibus digne subuenitur,de quibus est spes conuale-
scentiæ, in illis vero de quibus non præsumitur, quòd
aliquando conualescant,inutiliter consumuntur expen
sæ. Hoc recte diceretur, si non propter meritum chari-
tatis, sed propter retributionem humanæ vtilitatis de-
beret infirmis misericordia exhiberi. Qui autem pro-
pter hoc infirmo subuenit, vt cum sanatus fuerit,bene-
factum illud seruando retribuat,merito charitatis se pri
uat. Vbi enim maior miseria,ibi clarior misericordia ap
paret,& purior charitas, expedit ergo prælatum, quan-
doque experiri infirmitates cæterorum, vt discat com-
Hebr. 4. pati,iuxta illud. Non habemus pontificem qui non pos
Infirmorũ mente tria genera. sit compati infirmitatibus nostris,&cęter. Infirmorum
mente etiam sunt tria genera. Primi, qui ex deuotionis
defectu,vel intentionis impulsu,proni sunt ad scandala
& peccata, ex facili occasione vacillantes, & ad lapsum
1.Cor. 11. procliues, vt ait Aposto. Inter vos multi infirmi &
imbecilles, &c. Secundi,qui licet bonæ voluntatis sint,
& deuoti,tamen ex leui correptione, vel inuectiua ob-
iurgatione efecti pusillanimes,aut coincidunt in quan-
dam disperationis diffidentiam,aut prorumpunt in gra
uem commotionis impatiẽtiam,vnde post modum do-
Rom. 15. lent, & cæteri quandoq; turbantur vnde Pau. d. Debe-
mus nos firmiores imbecillitates,&cæt. Tertij sunt om
nes generaliter imperfecti,qui in diuersis virtutum stu
dijs sæpe vacillant,& varijs passionum febribus sentiũt
se interdum(etiam reluctantes)pulsari,modo elationis,
modo iræ,modo acediæ,& inuidiæ,concupiscentiæ, gu
læ,& aliorum vitiorum tam carnalium quam spiritua-
Psalm 6. lium,qui dicere debent cum Psalm. Miserere mei domi
ne,quoniam infirmus sum,&cæt. Remedia his infirmi-
tatibus adhibenda sunt, vt subtrahatur eis occasio scan-
dali,oportunitas peccandi,ne videant vnde infirmẽtur,
vel audiant,& ne sæpe permittantur extra domum va-
Gen. 34. gari. Dina enim vt ait scrip. egressa domum corrupta
est:& per exhortationes crebras exemplis patientię con
fortentur,& a duris increpationibus, donec conuale-
scant de infirmitate,parcatur eis,et alijs offensis quibus
Colo.3. perturbentur: vnde Apos. Patres nolite ad indignatio-
nem prouocare filios vestros, vt non pusillo animo
fiant. Qui enim amplius commouet satis per se com-
motum,quasi prouocat contra se canem latrantem, vt
mordeat eum. Item vt æquanimiter mores,& imperfe-
ctiones eorum supportentur,nam dicit Sapiens. Non
Eccl. 17. omnes omnia possunt. Sicut autem rudibus, & minus
peritis solent doctores eorum imperite ignoscere, cum
minus recte sentiant,ita & virtuosi benigne supportant
aliorum defectus,scientes,quòd non omnes possunt æ-
qualiter esse perfecti,& quasi paruulis & teneris ĩ Chri
sto grauiora(quam valeant portare) onera non impo-
nunt,nec ab eis exigunt ea quæ vires ipsorũ excedunt.
Gen. 33. Hinc in Gen. Nosti,ꝙ paruulos habeã teneros, & oues
& boues fœtas mecũ,quas si plus in ambulando fecero
laborare, morientur vna die cuncti greges. Hoc est,
Qui paruulos imperfectos, & aliquam bonam haben-
tes voluntatem,quasi fętus in vtero plus vrget in exer-
citio virtutis, quam secundum gratiam quam accepe-
1. Thes.2. runt,etiam illud quod iam habẽt, supra vires agitando
extinguit in eis;quod præuidens Paul. ait. Facti sumus
paruuli in medio vestrum,tanquam si nutrix foueat fi-
lios suos, ꝙ ita humiliter & pie blanditus sum vobis,
condescendens vestræ teneritudini & imperfectioni.
Quo contra de duris & non compassiuis pastoribus cõ
Ezech.34. queritur Dominus, dicens. Quod infirmum fuit non
consolidastis,& quod ęgrotum nõ sanastis,& quod fra
ctum non alligastis,& quod perierat non quæsistis. Sed
cum austeritate imperastis eis,& cum potentia, &c. &
Bern. Vt quid grauatis iugum vestrum,cum cernit is di
scipulorum, quorum vos potius iugum portare debe-
tis?ponite onera,producite vbera,pectora lactate, quie-
scant,& si interdum seueritate opus sit,paterna sit,non
tyrannica,iuxta illud. Porta eos in sinu tuo,sicut portat Num. 11.
mulier infantulum suum,& defer in terram pro qua iu
raui,&c.

Quòd tertia prælatorum ala, est patientia.
Capitulum. 5.

TErtia ala Ecclesiastici Seraphin est patientia, & Tertia ala.
constans longanimitas. Sicut enim tectum taber
naculi, vt interiora munda manerent & nitida,
excepit in se pulueres, & imbres, & ventorum impul-
sus;ita superiores qui fideliter subditos suos defendunt
à turbine peccati,necesse est,sępe diuersarum excipere
tempestates aduersitatum,sicut gallina pro pullis se ob
ijcit miluo,vt eos defendat. Tria vero sunt inter alia,in Patiẽtia in tribus necessaria ꝓlato.
quibus patientia ei necessaria maxime videtur. Primo
propter multiplices labores & curas, & occupationes
diuersimode emergentes. Cura enim continua vrget
eum,tam de spiritualis prouidentia disciplinæ,quam de
corporalis subsidij prouisione. Vnde & Apostoli non
solum de spiritualibus,sed & de temporalibus fidelium
necessitatibus,maxime pauperum, soliciti erant, iuxta
illud. Iacobus & Ioannes & Cephas dexteras dederũt Ad Gal. 2.
mihi & Barnabæ societatis, vt nos in gentes,ipsi autem
in circuncisionem,scilicet Euangelij prædicationem ex
tenderent,tantum vt pauperum Christi memores esse-
mus:quod etiam solicitus fui, hoc ipsum facere,&cæt.
Dominus quoque turbas quas verbo salutis pauit, e-
tiam pane corporali in deserto se sustinentes, cum vnde
de non haberent,refecit. Occupationes quoque variæ Mar. 6. & 8.
tam ex domesticis curis,quam extraneis causis frequẽ
ter emergunt,quibus cogitur aliquatenus implicari, &
quomodo se de illis expediat anxiari. Ex his etiam la-
bores plurimi crescunt discursuum,vigiliarum, tracta-
tuum,& aliarum fatigationum, pro quibus omnibus
patientia ei necessaria est,ita; vt Moyses mitissimus &
Deo familiarissimus, propter hoc in plures onus gu-
bernationis populi sit partitus,quasi non valens tot ne Deu. 1.
gocia sustinere:sicut scriptum est. Non valeo solus ve-
stra negocia sustinere,& pondus ac iurgia, date ẽ vobis
viros sapientes et gnaros, & quorum conuersatio pro-
bata sit in tribubus vestris,& ponam vobis eos princi-
pes, &c. Secundo est ei patientia necessaria, pro tardo
profectu illorum in quibus continue fatigatur. Videt
enim paucos eorum proficere,videt post, quia per mul
tos conatus suos ea quæ multo labore in modico iam
emendari ceperant,ex facili iterum dilabuntur, & pro-
pter plures difficultates & obstacula profectum spiri-
tualem impedientia,quasi in desperationem tędere fru-
ctum laboris sui, sicut qui multa seminauit, & pauca
conspicit oriri, videt etiam quandoque quæ persona-
liter iubet & ordinat, negligenter impleri & seruari &
sępe sub specie boni latẽter malum subintrare;ita quòd
non audet aperte vt malum redarguere, cum bonum
in superficie appareat, et tamen in fine per hoc maius
bonum destruitur, et apertioribus malis aditus ape-
ritur. Verbi gratia, vt multi saluentur,plures, quam
oportune tenere possumus, recipimus. Sed ipsa tan-
dem multiplicatio, erit paupertatis nostræ obfuscatio,
dum plures velint pluribus gaudere, non carere: in-
de sequitur frequentior discursus pro acquirendo ne-
cessaria,exquiruntur viæ insolitæ in petendo, incautus
agitur

agitur contra regulam, vel recipiendo, quies deuotionis
extinguitur, mores religiosi in dissuetudinem vertun-
tur, consuescunt fratres libenter euagari, & diuersa car-
nis commoda foris venari, familiaritates, in regula pro-
hibitas, contrahere, munera a confitentibus quærere,
ædificationes animarum pro quæstu vendere, diuitibus
adulari, areas dilatare, sumptuosa palatia exaltare, scan-
dala non curare, & Dei honor qui ex nostra sancta con
uersatione, & aliorum exinde ædificatione prouenire
debuerat, agendo his contraria conculcantur. Idem est
de præpropera promotione iuuenum, & nondum pro-
batorum ad ordines, & officia confessionis, prædicatio
nis, & prælationis. Idem de pluribus quæ coram homi-
nibus sunt alicuius apparentiæ, sed religionis puritaté
interius corá Deo obscurant, & rudes in religione qui
interna non sapiunt, putantes in his exterioribus hone
statibus totam vim spiritualis conuersationis constare,
magno zelo eas defendunt, & de veris virtutibus, & spi
ritualibus non curant. Hæc & alia plurima videns spi-
ritualis prælatus, qui omnia in veritate dijudicat, tabe-
scit & vritur, & non valens corrigere pro desiderio, in
virtute patientię mirabiliter exercetur, & dicit cum Pro
Psal. 118. & 68. pheta. Tabescere me fecit zelus meus, zelus domus tuę
comedit me &cæt. Tertio necessaria est ei potentia, pro
ingratitudine illorum, pro quibus tanta solicitudine la-
borat, scilicet quod vix vnquam eis satisfacit, quin semper
conquerantur, quod aliter posset eis & melius facere si vel
let, quod sæpe perplexus est, an debeat eorum importunita
tibus cedere, & acquiescere in omnibus quæ cupiunt,
Phil. 1. vel rigide tenere, quod credit esse magis expediés, iuxta
illud. Pau. Quid eligam ignoro, coartor enim &c. Item
quod inuertunt ei plurima quæ facit, & interpretantur ad
deterius, & super his visitant eum, & murmurant, & ac
cusant, & detrahunt ei, & sumunt inde materiam scan-
dali, vnde putabat se Deo & ipsis obsequium præsti-
tisse, ita, quòd vix in aliquo potest inueniri remedium,
in hoc quod ordinat aut quod facit, quin semper aliqui
bus displiceat & turbentur. Item, quod etiam in faciem
quidam resistunt ei, vel literis arguunt eum & despi-
ciunt, & concitant alios vt se ei opponant, vel astute im
pediunt, ne possit perficere quæ deberet. His & alijs
aduersis quibus diuersimode impetitur, triplici patien-
tiæ scuto studeat se opponere. Primo vt modeste & ma-
ture & benigne ad singula respondeat, & impetum fer-
uoris reprimat, ne in voce aut vultu seu moribus impa
tientiam ostendat. Tunc. n. magis proficit per patien-
tiam, & tandem deuincit, quos impetuose agendo am-
Iud. 8. plius prouocaret. Sic Gedeon modeste respondens vi-
ris Effraim contra se iurgantibus, compescuit spiritum
Prou. 15. eorum quo tumebant: nam teste Sap. Responsio mol-
lis frangit iram, sermo durus suscitat furoré. Vix enim
commotio commotione sedatur, & vitium vitio non sa
natur. Impatientia enim prælati confundit quæ pro-
mouere poterat bona. His modis alios scandalizat: iux-
Prou. 14. ta illud. Qui impatiens est, exaltat stultitiam suá, alijs
pandendo, reddit eum subditis & alijs cótemptibilem:
Prou. 12. vt dicitur in Prou. Qui vanus & excors est, patebit con
temptui. Facit eum exosum & horrendum, iuxta illud
Eccl. 9. Eccle. Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus, &
temerarius in verbo suo odibilis erit. Prouocat alios ad
Prou. 15. impatientiam dicente scrip. Vir iracundus prouocat ri-
xas, qui autem patiens est, mitigat suscitatas. Non au-
dent ei subditi necessitatem suam aperire, iuxta illud
Iob. 4. Iob. Si cœperimus loqui tibi, forsitan moleste accipies.
Replet domum murmure, & rancore, vt patet in Pro-
Prou. 11. uerb. Qui conturbat domum suam, possidebit ventos,
scilicet conspirationum. Teneros mente fugat, & pu-
Prou. 28. sillanimes facit, sicut dicit Salomon. Spiritú ad irascen-
dum facilem quis poterit sustinere? Nemo audet eum
monere de his quæ forent emendanda, vt patet in primo
Regum. Ipse est filius Belial, ita vt nemo possit ei lo- 1. Reg. 25.
qui. Secundo studeat esse pacificus, vt nec vindicet se
de illatis iniurijs, nec in corde oderit illos, nec curam eo
rum segnius agat, nec quærat eos a se remouere, immo
lubentius teneat eos, vt per hoc & illos & alios ædifi-
cet benefaciendo ingratis, & vt per se virtutis exerci-
tium in eis habeat, exemplo summi pastoris, qui ait
Eritis filij altissimi, quia ipse benignus est super ingra- Luc. 6.
tos & malos. Cum enim sit proprie officium pastoris
docere virtutes, si vitiosos remouet a se, quos docebit?
Si medicus fugit ægrotos, quos curabit? Si fortis tyro
declinat impetentes se, quomodo assequetur triim-
phum gloriæ? Si negociator negligit merces in quibus
magna lucretur, quomodo poterit ditari? Inde est, quod
inter alios tot sanctificati sunt Episcopi, & Prælati,
quia tam agendo bona quam patiendo aduersa, & alios
ædificando, ad alta perfectionis culmina officij sui oc- 1. Tim. 3.
casione peruenerunt: dicente Pau. Qui Episcopatum
desiderat, &cæter. Tertio si patiens, non minus sit vo-
luntarius, & studiosus ad exequenda ea quæ officij
sui solicitudo requirit, propter tædium laboris, vel tar-
ditatem profectus, vel importunitates subditorum,
vel alia grauamina, quia sic ad alta merita peruenitur,
iuxta illud. Vos ergo confortamini, & non dissoluan- 2. Para. 15.
tur manus vestræ, erit enim merces operi vestro. Istæ
manus prælati sunt instantia in agendo, & patientia in
sufferendo quod grauat. Quæ si non dissoluantur per
desidiam seu intolerantiam, merces æterna ei cumu-
latur. Per has nanque aduersitates rector a peccato-
rum puluere purgatur, quem contrahit ex humanæ
infirmitatis surreptione. In multis enim offendimus Iac. 3.
omnes, etiam in pluribus negotijs plures negligentiæ
sæpe fiunt, a quibus purgari necesse habent hic præla-
ti, ne illic durius puniantur, iuxta illud: Si inique ali- 2. Reg. 7.
quid gesserit, corripiam eum in virga virorum, & in
plagis filiorum hominum. Item per has dum depri-
mitur, a tumore superbiæ custoditur, quæ potentibus
periculosius insidiatur, dum & sublimitas officij, et li-
bertatis licentia, & boni operis placentia facile men-
tem eius extollerent, nisi aduersitatis iugum collum
præsumptionis eius humiliaret, et sic a superbiæ vora-
gine defensaret. Nam in Iob legitur. Erudiens instruit Iob. 33.
disciplina, vt auertat hominé ab his quæ fecit, & liberet
eum, desuper eruens animam eius a corruptione, et
vitam illius vt non transeat in gladium, increpat quo-
que per dolorem in lecto, etcæt. Custos enim salutis, et
profectus boni rectoris est humiliatio aduersitatis, si-
ne qua, eum successus prosperitatis cito releuasset in
ventum præsumptionis. Vnde David secundum cor
Dei electus, quando premebatur aduersis, deuotissi-
mus fuit et humilis, quando autem extollebatur pro-
speris, incidit in culpam offensionis, ipso attestante cum
dicit. Bonum mihi quia humiliasti me, etcæt. Item, vt Psal. 118.
dictum est, meritum eius exinde multiplicatur, dum
non solum pro bonis quæ in se et alijs promouet, glo-
riam acquirit, sed et pro aduersis, quæ patitur magni-
fice coronatur, sicut aurum quod per ignem probatum
fit pulchrius et preciosius: sicut scriptum est. Táquam Sap. 3.
aurum in fornace probauit, &cæt. Sæpe autem spiritua
lis profectus crescit, dum non sentitur, & roboratur,
cum magis infirmari putatur, iuxta illud Sic est regnú Mar. 4.
Dei, quemadmodum si homo iaciat sementem in ter-
ram, & dormiat, et exurgat nocte ac die, et semen ger
minet, et crescat dum nescit ille, &cæter. Non autem
mirum, si omnes conatus rectoris non proficiunt in
omnibus, cum nec Dei operatio in omnibus proficiat Matt. 22.
ad salutem ipsorum, et multi sint vocati, et pauci ele-
cti. Omnia enim quæ seminantur, non conualescunt, &
qui thesauros effodiunt, lubenter multam terram eru-
perant, vt modicum auri vel argenti reperiant. Tantus

Digitized by Google

autem profectus est boni rectoris,quantum foret de-
trimentum si non esset, sicut lux tantum est bonum,
quantum eius absentia malum. Animare etiam debet
rectorem ad laboris tolerantiam, ꝙ non minus mere-
tur in illis qui deficiunt vel modicum proficiunt, quã
1.Cor.3. in his qui maxime proficiunt. Non enim dicit Apost.
Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum
suum profectum,sed secundum suum laborem. Dei.n.
est incrementum dare,plus.n. laborat doctor in indoci
li,quam in docili discipulo,& ideo apud iustum ęstima
torem laboris plus meretur. In terra sterili & saxosa
agricola plus laborat,& si fructus paucior,sed pretium
maius.Et quæ difficilius elaborantur,sæpe carius ven-
duntur.

*Quarta prælatorum ala est,quod sit exem-
plaris in vita. Cap. 6.*

QVarta ala est,vt sit exemplaris in vita.Ipse nanque
debet cæteris esse norma viuẽdi,vt quæ docet ver
bis,ostẽdat actionum figuris,sicut qui geometriam do
cet,pingit in sabulo figurarum demonstrationes,vt qđ
Act.2. dicit melius capiatur:nam dicitur in Actis. Cępit Iesus
Ioan.13. facere,& docere,& alibi. Exemplum.n.dedi vobis, vt
Iud.7. quemadmodum ego feci vobis,& vos ita faciatis. Ge-
deõn ait suis.Quod me facere videritis,hoc facite.Quã
uis igitur non solum in præfatis,sed in omnibus virtu-
tum exemplis debeat rector præcedere subditos,specia
liter tamen in his tribus,s.In communis obseruantię cõ
formitate,in mansuetudinis humilitate,& in maturita-
Ad Tit.2. tis honestate. Vnde Apost.ad Tit. In omnibus teipsum
prębe exemplum bonorum operum,in doctrina,in in-
tegritate, & in grauitate.Communem vitam cum cæte
ris obseruet in victu,vestitu,& labore, vt non vacet cõ
uiuijs & potationibus,cum alij sobrio cibo & potu v-
tantur,nec sit eis dissimilis habitu cum quibus est ei
professio communis. Nec a labore cæterorum se sub-
trahat,qui illus iubet in eisdem laboribus exerceri.Pa-
stor si se a grege segregat, oues insidijs luporum expo-
nit.Sanus sit sanis,& infirmus infirmis,velut alter Pau.
1.Cor.9. qui dicebat.Factus sum infirmis infirmus,s.exemplar,
vt infirmos lucrarer.Omnibus omnia factus sum, vt
omnes facerem saluos.Nam si sanus debiliter viuat,fa
cit eos exemplo suo carnales. Si vero infirmus recusat
infirmorum remedia, facit eos pusillanimes, innuens,
ꝙ aut velit eos similiter facere,aut nõ cupiat eis vt me
lius fiat illis.Alacrius certat miles in acie, si ducem suũ
Act.1. secum cernit laborem certaminis tolerare:vnde in Act.
dicitur.In omni tempore quo intrauit, & exiuit inter
nos Dominus Iesus,incipiens a baptismate Ioannis,vs-
que ad diem qua assumptus est a nobis,&cęt.hoc est, a
primo tẽpore quo cœpit habere discipulos post baptis-
mũ,vsque quo ascẽdit ad patrem,semper exemplo suo
erudiuit nos:intrans,familiariter cum discipulis viuen-
do,& exiens,vtiliter cum turbis(prout congruebat)cõ
uersando. Sit etiam humilis moribus, vt mores eius
ostendant eum non alta de se sentire,nec affectare præ
lationem,sed timere & coactum tenere, & magis desi-
derare subesse,& eos quibus præest, meliores se iudi-
care,& eorum potius se seruum, quam magistrum vel
Luc.12. dominũ reputare.Qui maior est in vobis,fiat sicut mi-
nor,& qui præcessor est sicut ministrator, ait Domi-
Eccl.32. nus. Ego autem in medio vestrum sum sicut qui mini
strat &c. Vnde in Eccl.dicitur. Rectorem te posuerunt
&c.Sit etiam humilis affabilitate,vt subditi facilem ac-
cessum ad eum habeant,& fiducialiter ei loqui(de qui
bus indigent)audeant;& patienter eos audiat & beni-
gne eis satisfaciat,& studiose instruat, & alacriter ex-
hortetur,studeat magis amari quam timeri,quia luben
tius obedietur ei qui diligitur,quam qui timetur. Obe
dientia dilectionis propria est voluntaria,timoris au-
tem magis est coacta. Quanto ergo illa habet de volun
tario,tanto sublimior est in merito, finis autem officij
regiminis est commissos sibi ad vitam æternam dirige-
re,& ad similia virtutum merita fideliter promouere.
Sit etiam humilis in vsu rerum temporalium, vt nihil
habeat pomposum,vel diligat,sed omnia quæ habere
videtur,paupertatem voluntariam demonstrent,& hu
militatem ostendant.s.vestes,libri,cella,lectulus, vten-
silia,mensa,pallia,& huiusmodi,vt nihil in omnibus ap
pareat,qood notam iactantiæ vel curiositatis habeat,
nec talia fieri ab alijs patiatur.Similia etenim similibus
congaudent,alta sublimibus,humilia humilibus dele-
ctando Nõ est autem humilis cordis indicium curiosa
quærere,pretiosa affectare,& excelsa ambire.Nam scri
ptum est.Omne sublime videt, ipse est rex super vni- Iob.41.
uersos filios superbiæ.Maturitatis honestas perpendi-
tur in tribus s.si non sit leuis in moribus, videlicet in
verbis,& iocis scurrilib.& irreligiosis,q̃ licet in se quã-
doque quasi grata putentur,minus tamen reuerendum
faciunt & verendum.Greg.enim dicit.Non facile eius
prædicatio recipitur,si leuis in moribus videtur. Nam
& si prælatus magis diligendus sit,expedit tamen vt ab
insolentibus timeatur.Ipse amor aliquo modo suauior
sentitur cum reuerentia mixtus.Quod patet in amore
summi conditoris,cuius quo maiestas sublimior agno-
scitur,dignationis dulcedo sapidius amatur, sicut dicit Psal.24.
Propheta. Dulcis & rectus Dominus propter hoc legẽ
dabit &c. Item,si non sit leuis in affectu per priuatos a-
mores notabiles,tam ad fœminas,quam ad quaslibet le
ues personas.Licet enim meliores in affectu præferen-
di sint minoribus,& omnes propter spẽ salutis in Chri
sto amplectendi sint,in actu tamen exterioris exhibitio
nis taliter se gerat ad omnes,vt nullus se ab eo contem
ni propter alios suspicetur, sed qlibet se ab eo diligi prę
sumat,& fiducialiter ei quasi singulari amico confidat,
ne alicui indignatio & inuidia in alijs nutriatur, sicut
fratres Ioseph qui oderunt eum, pro eo ꝙ a patre sin-
gularius amaretur,vt dicitur in Gen. Item si non est le Genes.37.
uis in proposito,& inconstans in consilio,vt quod iam
placet mox displiceat,modo velit vnũ,modo cõtrariũ,
vbi rationabilis causa non apparet.Qui enim eius iudi-
cio credat,vel eius voluntati se contemperet, quem in
neutro stabilem agnoscat? ideo eius subiecti non pos-
sunt eius reuereri prudentiam, nec sciunt se parare ad
voluntatis eius obedientiam, & in vtroq; non potest
esse modicum nocumentum. Propterea dicit Pau.Om- 1.ad Thes-
nia probate,quod bonum est tenete,& facite sine hæsi- sal.5.
tatione & retractationibus quæcunque facitis. Vbi ta-
men causa rationabilis subest iustæ necessitatis vel piæ
vtilitatis,vt aliter & aliter aliquid fieri expediat,non est
hoc leuitatis sed maturitatis, quia sicut stultum esset
melius mutare in deterius, sic etiam stolida est obsti-
natio,tam pertinaciter inhærere conceptis, vt pro ma-
iori bono & aperto ab eis flecti non possit, iuxta illud.
Nec putetis si diuersa iubeamus,ex animi nostri veni- Hester.16
re leuitate,sed pro qualitate & necessitate temporum:
vt reipublicæ poscit vtilitas ferre sententiam. Vnde &
Apostolus excusat se,cum promiserit Corinthijs se ven
turum,quòd non leuitate hoc promiserit, sed pro eo- 2.Cor.1.
rum vtilitate cum dicit. Volui prius venire ad vos &c.
& in Eccles.secundum iudicem populi, sic & ministri Eccl.10.
eius,& qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes
in ea. Boni magistri bonos discipulos facere consue-
uerunt,vt frequentius, multi fierent meliores in reli-
gionibus & in Ecclesia, si melioris vitæ eis exempla
a suis doctoribus proponerentur. Negligentia verò
huiusmodi ab illis qui culpabiles sunt, districte in iu-
dicio requiretur. Nam dominus dicit. Ecce ego ipse Ezech.34.
super

Digitized by Google

ſuper paſtores,reqniram gregem meum de manu eo-
rum. Doctrina verborum ſine exemplis operum, eſt ſi
cut cementum ſine calce aridum & inualidum . Ipſi li-
niebant parietem abſque temperamento,dic eis, quòd
caſurus ſis. De correctis exemplarib. correcta ſcribun
tur volumina,de corruptis corrupta. Tenacius inhęret
doctrina operum,quam verborum. Nam cuius vita de
ſpicitur,reſtat vt eius prædicatio contemnatur. Rector
enim præcipue ad hoc ſtudere debet, vt ſibi commiſſos
faciat Chriſtiformes,id eſt, vt formam vitæ ad doctri-
nam Chriſti eis imprimat, vt non ſolum mente eum at
Eph. 5. tendant, ſed & moribus imitẽtur. Vnde Apo. ad Ephe.
Gala. 4. dicit. Eſtote imitatores Dei ſicut filij,&c.& ad Gal. Fi-
lioli mei quos iterum parturio, donec Chriſtus forme-
tur in vobis. Sed cum ex verborum doctrinæ minus ca
piant de doctrina Chriſti , debent etiam formam eius
1.Cor. 11. viſibilem in ſeipſis oſtendere, vt eis profundius impri-
matur,dicentes cum Apoſtolo. Imitatores mei eſtote ,
ſicut & ego Chriſti:quaſi dicat. Si formam Chriſti deſi
Gala. 4. deratis ad imitandum agnoſcere,in meis hanc moribus
conſiderate, Et ad Gal. Viuo autem iam non ego, viuit
vero in me Chriſtus. Vicarius enim Chriſti, vicẽ Chri-
ſti debat gerere,in beneplaciti eius promotione, in po-
teſtatis eius auctoritate,& in ſimilitudinis eius repræ-
ſentatione, ſ. vt ea quę vult promoueat in ſubditis,& e-
ius auctoritate illa poſſit,quæ eis expediunt.& eum in
ſe imitabilem illis moribus,& vita demonſtret, idem di
1.Cor. 4. cente Apoſt. alibi. Non.n. noſmetipſos prædicamus,ſed
Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum , nos autem ſer-
uos veſtros per Ieſum. Ille verò ſeipſum , & non Chri-
ſtum prædicas,qui gloriam propriam quærit dicendo,
& qui malis exemplis ſe potius quam Chriſtum inge-
Gal. 4. rit ſubditis imitandum,nam dicit Apoſt. Aemulantur
vos non bene,ſed excludere vos volunt, vt illos æmu-
lemini,hoc eſt,non bono zelo præſunt vobis , qui per
ſua praua exempla excludunt vos ab imitatione Chri-
ſti, vt mores eorum diſcatis,& exempla ſequamini.

Quod quinta ala prælatorum, eſt circumſpecta diſcretio. Cap. 7.

QVinta ala eccleſiaſtici huius Seraphin,eſt circun
ſpecta diſcretio,& prõuida faciendorum conſi-
3. Reg. 3. deratio. Quæ quam neceſſaria ſit rectori animа
rum , Salomon oſtendit:qui habens a Deo poſtulandi
(quæ vellet) optionem , prætermiſſis omnibus, peti-
uit ſapientiam, ſine qua aſſeruit, non poſſe populum be
ne regi. Dabis ergo Domine cor ſeruo tuo docile, vt iu
Sap. 6. dicare poſſit populum tuum,& diſcernere inter bonũ,
Pſal. 2. & malũ,& alibi dicit Ad vos ergo reges ſunt hi ſermo
nes mei, vt diſcatis ſapientiam,& non excedatis.& Pſal.
Et nunc reges intelligite,erudimini qui iudicatis terrã.
Rector.n. eſt dux gregis ſibi commiſſi,& ſi ipſe errauе-
rit,grex in diſperſione confuſus interibit . Sicut oculus
Matth. 5. eſt lux totius corporis,ita paſtor gregis cõmiſſi , iuxta
illud. Vos eſtis lux mundi,&c. Secundum quod oculus
eſt clarus & obſcurus,ſic etiam corpus ab eo regitur di
recte,vel per deuia. Duplex ergo circunſpectio rectori
neceſſaria eſt, vt ſciat quid agendum ſit,& qualiter. Nã
nec bonũ ſimpliciter bonũ eſt, niſi bene fiat, id eſt ſicut
decet. Ber. Tolle diſcretionem,& virtus vitium erit. Si-
Rom. 10. ne ipſa zelus precipitat, teſte Apo. qui ait. Aemulationẽ
Dei habent,ſed non ſecundum ſcientiam . Item cõpaſ-
ſio condeſcendit vſquequaq; ſub ſpecie pietatis, ſicut di
Prou. 13. cit Prou. Qui parcit virgæ, odit filium, hoc eſt, Qui ſub
ſpecie pietatis peccantem non corrigit,animam eius ad
interitũ mittit. Item patientia ſine diſcretione remiſſũ
in regiminis vigore facit,cum ſub ſpecie humilitatis re
belles,non reprimit, vnde ſcriptum eſt, quòd Roboam 2. Para. 13.
erat rudis,& corde pauido,nec poterat reſiſtere eis, ſci-
licet qui Domino & ſibi oppoſuerant. Item ſine diſcre-
tione qualecunque bonum exemplum inefficax ſit ad Leui. 1.
ædificandum alios,ſicut bonus cibus non eſt delectabi Rom. 12.
lis,ſine condimento ſalis . ait Leuit. In omni oblatione
tua offeres ſal,& Apoſt. dicit. Rationabile obſequium
veſtrum. Si recte offeras,recte autem non diuidas, pec-
caſti;hoc eſt bona facere non ſufficit,niſi diſcrete, qua
liter,quando, vbi, quare agendum fuerit, videatur. Qu Rector cir
uis autem plurima ſint, circa quæ oportet rectorem eſ- caquatuor
ſe circunſpectum,quæ non poſſunt breuiter poni,tamẽ ſit circun-
quatuor videntur præcipua,in quibus debet eius proui ſpectus.
dentia vigilare. Vnde dicitur in Exod. iubetur pontifex Exod. 28.
ingrediens ſanctuarium, vt miniſtret Domino,inter a-
lia ornamenta ſemper in pectore rationale iudicium
deferre,& in ipſo quatuor ordines gemmarum, ita qđ
quilibet ordo tres lapides contineat precioſos auro in-
cluſos,&c. Pontifex Domino miniſtrans , ſanctuarium
ingreditur,cum prælatus curam animarum ſuſcipit, vt
in earum ſaluatione Deo grauiſſimum præſtet obſe-
quium Nullum enim Deo gratius ſacrificium , quam
zelus animarum. Qui inter alia virtutum inſignia, ſem-
per debet rationis iudicio quatuor ad officium ſuum
ſpectantia,in pectore verſare. Primum eſt, quomodo in
ſtatu debito commiſſos ſibi gubernet , vt boni ſui pro-
ficiant,& perſiſtant. Secundum,quomodo lapſos, & de
uios corrigat,& emendet. Tertium, exteriora negotia,
quæ requiruntur ab eo congrue diſponat . Quartum,
quomodo ſe in his cuſtodiat,& gerat . Tres lapides in
ſingulis verſibus , ſunt tria ad ſingula eorum quatuor
pertinentia . Ad ſtatum debitum tenendum, conuenit
vt rector omnium ſubditorum mores,conſcientiasq; &
vires perſpicue agnoſcat, vt ſecundum quod vnicuique
expedit, onus obſeruantia regularis imponat . Non e-
nim omnia poſſunt æqualiter,& vnus quaſi proprium
habet donum ex Deo, alius ſic , alius vero ſic , vnde in
lib. Nume. dicitur . Aaron & filij eius intrabunt , ipſi Num. 4.
quoque diſponent onera ſingulorum , & diuidet quid
portare quis debeat. Aaron & filij eius ſunt prælati ma
iores,& minores,qui debent intrare, i. interiora cuiuſ-
que agnoſcere,& ſecundum quod conuenit ſingulis o-
nus religioſæ conuerſationis imponere. Et propter tri-
plicem obſeruantiæ qualitatem , quæ ſunt tres lapides
precioſi, in primo verſu quatuor ordinum prædicato-
rum. Prima obſeruantia conſiſtit in illis, quæ ſunt iux-
ta cuiuſq; profeſſionis formam de neceſſitate ſalutis ,
quæ ita annexa ſunt ordini & regulæ, vt eorum trans-
greſſio temeraria inducat mortale peccatum, vt eſt obe
dientia præcepti, voluntaria paupertas, caſtitas, & alia
pręceptorie imperata, in quibus locum non habet diſpẽ
ſatio magiſtri , cum & ipſe ſit ad ea ſeruanda ligatus .
Hęc neceſſe eſt prælatum vigilanter agnoſcere, quia te
netur ea facere, ab omnibus ſtudioſe ſeruari , & nolen-
tes cogere ad ſeruandum , & pro nulla cauſa permitte-
re (quantum in ſe fuerit) aliquem contraire, etiam ſi ma
gna propter hoc ſibi,& fratribus tribulatio ſeu diſpen-
dium immineret. Quis nos ſeparabit a charitate Chri- Rom. 8.
ſti,(ait Paulus) tribulatio, an anguſtia, an perſecutio, an
fames, an nuditas, an periculum, an gladius? quaſi dicat,
non debet . Hoc eſt contra illos qui dicunt , ſi ſic , vel
ſic, non acquireretur neceſſitas fratribus, ne poſſent hic
aliquatenus ſuſtentari . Cum talis forma conquiren-
di eſt contra regulam,& in ſcandalum,& religionis dei
formitatem. Melius eſt ibi non eſſe religioſos, vbi non
poſſunt, vel non volunt viuere vt religioſi , quia tunc
nec ipſi pereunt, nec alij de ipſis ſcandalizantur, dicen-
te Dño, qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, expe Matth. 18.
dit ei vt &c. Quid ergo q multos & magnos ſcãdalizat?

Iſta conſideratio prima debet eſſe gemma lucens in pe
ctore pontificis.i.præ omnibus curanda.Secunda ver-
ſatur circa illa,quæ ſpectant exercitium altioris perfe-
ctionis.i.ſingularis patientiæ admirandæ, humilitatis
ſtupendæ,charitatis arduæ,ſobrietatis eximiæ,pauper-
tatis & ſublimis deuotionis, & ſimilium virtutum ad
quas debet rector commiſſos,exhortationib',monitis,
& exēplis efficacib.afficere,& attrahere magis, quam
inuitos cogere.Conſilia.n.perfectionis ſuadentur, non
imperantur:præter ea quæ in voti emiſſione exprimun
tur,vt continentia.Præcipua tamen cauſa monaſticæ in
ſtitutionis fuit,vt eſſet ſchola paleſtralis, exercitij per-
Paleſtra. fectionis,Paleſtra(vt dicitur)fuit ludus nude luctātiū,
qui ſe oleo perungebant,ne a colluctantibus teneri poſ
1.Cor.9. ſent,& ita ad terram deijcit.Et apte ſimilatur a Pau. lu
ctamini religioſorum, cum dicit. Omnis enim qui in
agone contendit,ab omnibus ſe abſtinet.Rector igitur
& hanc gemmam ferat in pectore,vt ſectatores ſuos do
ceat,& prouocet,non ſolum viam tenere qua ſaluētur,
ſed etiam ad perfectionem tendere, per quam ſublimē
in cęlo gloriam aſſeguantur.Tertia conſiſtit in illis,quę
nec ſunt de pura neceſſitate ſalutis, nec de eminentia
perfectionis,ſed tamen ad vtriuſq; acquiſitionem,& cō
ſeruationem a ſanctis patribus apte ſtatuta ſunt,ad e-
xercitium bonorum operum & decorem ipſins religio
nis,& ad ædificationem intuentium,vt ſunt ieiunia,ſi-
lentium,ſolennitas diuinorum officiorum, & exterio-
res corporalium exercitationum honeſtates,quæ iuxta
1.Tim.4. Apoſtolum tam vtiles ſunt, ſicut inſtrumenta pro ar-
tificijs,quæ poſſent & aliter peragia peritis, cum prius
fuerint artes quam talia inſtrumenta, vnde diſcretus
prælatus,cum neceſſitas exigit,vel maior vtilitas requi
rit,diſpenſat in cauſa pro talibus pro loco, & tempore,
ſine difficultate cum viderit expedire. Vbi autem ma-
jor vtilitas,vel neceſſitas non exigit,ſtudioſe faciat ea
ſeruare.In hoc indiget prælatus non modica diſcretio-
ne,vt ſciat inter rigorem & remiſſionem medium tene-
re.Si autem nimis fuerit rigidus,& ipſe minus erit dile-
ctus fratribus,& illi minus erunt voluntarij ad alia quę
vtiliora,& neceſſariora forent. Rurſum ſi fuerit pluſ-
quam conuenit remiſſus,in talibus cito maior diſſolu-
tio ſubſequetur.Qui ſpernit modica,paulatim decidet,
Eccl. 19. ait Sapiens.Circa lapſorum correptionem diſcretio prę
lati ſimiliter vigere debet. Hic eſt ordo ſecundus,tres
gemmas continens,quia triplex continentia ad hoc eſt
neceſſaria, ſicut ſunt tria genera delinquentium.Qui-
dam enim cum deliquerunt, mox aut intus moti a ſpi-
ritu,aut foris correpti ab homine,ad pęnitentiæ reme-
dium confugiunt. His cum clementiæ fomentis me-
dicus ſpiritualis remedia ſatisfactionis ſic temperata de
het adhibere,quibus & ſatisfaciant Deo de offenſis,&
proximo de ſcandalo,vt cæteri peccare magis timeant,
& tamen propter leuitatem remedij ipſos nō pœniteat,
Gal.6. ſe pęnitentię ſubmiſiſſe,nam dicit Pau.Si pręoccupatus
fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis
(ſubaudi medici)huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenita-
tis,conſiderans temet ipſum,&c.i. talem eis ſatisfactio
nem imponite,per quam cognoſcat pondus reatus ſui,
ita tamen clementer,ſicut tibimet velles alium compa-
ti ſi tali peccato delinqueres. Et hæc eſt vna gemma
ſecundi ordinis,diſcretio talis.Alij cum delinquunt, te-
gunt,palliant,defendunt,& virus interius latet.Et licet
rector ex certis indicijs deprehendat ibi ſaniem putri
dam eſſe collectam, tamen non ita erumpet exterius,
nec per euidens teſtimonium,nec per voluntariam con
feſſionem,ꝙ poſſit oportune ferro apertæ correctionis
ſecare.Si corripit non proficit,& videtur magis vitio-
rum diffamator,quam vitioſorum corrector, ſed mo-
uetur & diſſimilat, vritur & anxiatur tam pro anima
fratris quam pro ſe, quia non corrigit delinquentem.
Cum ergo aliud congrue facere non poſſit, oportet diſ
ſimulet, patientiam ſuam exerceat. Et quod arguen-
do non valet,orando laboret obtinere, vt sut Deus ci-
tius demum corrigat,ant latentem eius malitiam deter
gat,vt aliquod remedium apponatur. Sicut Dominus
Iudam proditorem diu tacite tolerauit, ꝙ eum aperte
non corripuit,donec intantum eius iniquitas creuit, ꝙ
per ſe patenter erupit.Quæ quamdiu latuit,licet in ſe lę
thaliter ægrotaret,tamen alijs non nocuit,& ideo irre-
prehenſibiliter potuit tacite tolerari.nam dicit Domi- Matt. 13.
nus in Matth. Sinite vtraq; creſcere vſq; ad meſſem.i. Apoc. vlt.
zizania cum tritico,& Apoc.dicitur. Qui in ſordibus
eſt,ſordeſcat adhuc.Debet tamen talibus (vbi poteſt)
caute caueri ab occaſione peccandi,& in communi mo
neri debent,vt reſipiſcant iuxta illud. Væ homini illi, Matt. 26.
per quem filius hominis tradetur.Sed cum ad tam ſin-
gulare facinus non potuiſſet Iudas ſubito proruiſſe, ni
ſi diu paulatim in deterius ſemper prolapſus, apparet,
eum a Domino in malo ſtatu diu occulte toleratum.
Ego tacens,& quaſi non videns. Talis ergo diſſimula- Iſa. 57.
tio in corde rectoris multa diſcretione īdiget, vt in neu
tro deuiet a iuſto. Et hæc eſt gemma ſecundi ordinis
ſecunda in pectore ſacerdotis.Tertij offendunt graui-
ter aperte,& non recipiunt debitam correctionem, vel
ficte recipiunt,quia non emendantur,& alij ex eis fiūt
deteriores, vel ſcandalizantur de ipſis,vel imitari eos in
cipiunt,ſi vident eos impune peccare, volentes ſibi par
ci,ſicut illis parcitur. Vbicunq; ergo quatuor illa con-
ueniunt,ſcilicet,grauiter,aperte,peccare,& non eſſe ſpē
correctionis propter obſtinationem, ſeu inueteratam
mali conſuetudinē,& alios infici per ejus exēplum, vel
ſcandalizari,quia talia tolerantur:qd reſtat,niſi vt ouis
morbida abijciatur, & membrum putridum præcida-
tur,ne ſana inde inficiantur,& corrumpantur? Vnde di Gal. 5.
cit Apoſt. Vtinam & abſcindātur,qui vos conturbant,
& ad Corinth.Auferte malum ex vobiſmetipſis Quòd Cor. 5.
ſi infidelis diſcedit,diſcedat,& Luc.dic. Succide ergo il Luc. 13.
lam,ſcilicet ficum infructuoſam, vt quid etiam terram
occupat? & Matth. Omnis arbor quæ non fert fructum Matth. 3.
bonum excidetur:& in Nume.Præcipe filijs Iſrael, vt Num. 5.
eijciant de caſtris omnē leproſum,& qui ſemine fluit,
pollutusq; eſt ſuper mortuo ne contaminent ea, cū ha
bitauerunt vobiſcum &c. Ad iſta tamen non debent
impetu ferri,ſed maturo conſilio prudentum, & ſpiri-
tum Dei & donum conſilij habentium. Omnia cum Eccl. 32.
conſilio fac,& poſt factum non pęnitebis,& in Matth. Matt. 18.
Qui ſcandalizauerit vnum ex puſillis iſtis,qui in me cre
dunt,expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo
eius,& demergatur in profundum maris;hoc eſt,cuius
vita in habitu religionis ſcandalizat ſimplices quam ę-
dificet, expedit,vt foris miſſus,ſolus damnetur, ꝙ per
eum ſacra religio contaminetur.Tertius ordo verſatur
circa negocia,quæ per prælatum ſunt diſponenda.Quo
rum alia expedit, vt alijs diſponenda committat, alia
per ſeipſum diſponat,alia præcidat,& remoueat quan
tum valet.Sic Chriſtus commiſit alia diſcipulis procu-
randa,vt Iudæ loculos,ſibimet retinuit prædicationis
& curationis officiū,vt patet in Luc. Requiſitus.n. vt Luc. 12.
inter frates quoſdā hæreditatē diuideret reſpondit. Ho
mo quis me cōſtituit iudicem aut diuiſorem inter vos?
Exteriora & temporalia corporalis neceſſitatis officia,
ſi per ſeipſum voluerit actu diſponere,impeditur ab in
teriorum & meliorū prouiſione,quia ſparſus ex ſe men
tis oculus minus videt interiora, et neceſſariora fahit i. Exod. 18.
Vnde in Exod.dr. Eſto tu populo in his quæ ſunt ad
Deū,& leuius feres partito in alios onere, ſ.leuiorū;&
in Act.Nō eſt æquū,nos relinquere verbū Dei,& mini Act. 6.
ſtrare mēſis &c.Si alios non haberet,quib. curā exterio
rum

rum com̃itteret,potius deberet ab alio fraudem in tē
poralibus pati, quam ipſe prælatus in talibus occupa-
retur,exemplo Chriſti qui ſciens Iudam eſſe furem,ta-
men permiſit eum exteriora procurare,iuxta illud. Fur
Ioan. 12. erat,& loculos habebat, & ea quæ mittebantur porta-
bat.Hoc eſt contra illos,qui facilius inueniunt quibus
curam animarum committant ,quam rerum ſuarum
temporalium,cum incomparabiliter maius ſit diſpen-
dium periclitari animas,quam res perire. Spiritualia
vero & quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt,& profectum
virturum,principaliter debet animarū cuſtos & rector
ſibimet curanda retinere, cum hæc ſint de ſubſtantia
offi[c]ij paſtoralis,& de his maxime ſit in iudicio ratio-
nem Domino redditurus. Hęc ſunt,qualiter regula ſtu
dioſe ſeruetur,& alia ſtatuta,et ordinis diſciplina.Item,
ꝙ pax & dilectio ſit inter fratres. Item, ad ipſum perti-
net conſcientias ſingulorum agnoſcere, & de quibuſli-
bet perplexitatibus expedire,pericula peccatorum pro-
uidere & præcauere,monere fratres vt proficiant,cor-
rigere corrigenda,elucidare dubia,informare ſingulos,
qualiter officia ſibi commiſſa congrue adminiſtrent,
quo & fratribus(prout conuenit)ſufficiant,et conſcien
tiam non offendant. Vbi vero non poteſt hominibus
ſatisfieri,niſi cum offenſa Dei, ibi ſeruetur ad Deum
obedientia,& ad homines patientia,& dicamus cum Pe
Act. 4. tro. Obedire oportet Deo, magis quam hominibus.
Prælatus vero gerit vicem capitis in corpore fraternita
tis,vt cum alia membra dedita ſunt actionib' ſibi com
petentibus,caput omnibus præſidendo prouideat,qua-
ſi omnium ſenſuum capax, & omnia regens, & ſenſum
& motum omnibus tranſmittens per iuſſiones vel con
ceſſiones ſanctæ obedientiæ,quaſi quorundam compa
ginatione neruorum: vnde & caput ſingulari actione
non occupatur,vt vacet omnium membrorum proui-
ſioni.Omnibus.n.proficit,pro omnibus audit, odorat,
guſtat,loquitur.Sic & prælatus ſibi commiſſis. Ipſi e-
nim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris
Hebr. 13. reddituri(ait Apoſt.)Superflua vero & non neceſſaria
ſaluti,vel profectui animarum negocia, expedit præci-
dere,& tam a ſe quam a fratribus(quantum oportune
poterit) remouere.Cum enim propter temporis breui-
tatem,& diei maliciam vix neceſſarijs ſufficimus diſpo
nendis,ſi ſuperuacuis vel alienis volumus occupari ne-
gocijs,negligimus vtiliora & meliora , cum diſtractus
animus ad plura,fit minor ad ſingula prouide peragen-
da.Inde fit aliquotiens,cum prælati & religioſi nimis ſe
exterioribus occupationibus implicant,ædificiorum,li
brorum,cauſarum,& aliorum quibus fructuoſius ca-
rerent,vt non ſolum meliora interim negligant, ſed e-
tiam conſcientiam ſæpius inquinent,& ex vſu exterio-
rum tenebreſcat oculus mentis, ad contemplationem
ſpiritualium & internorum, & tepeſcat ad deſiderium
ſupernorum. Sicut enim humores noxij affluunt vbi
fuerit in corpore læſio,niſi caute remoueantur, ne fiat
ibi tumor vel vlcus,ita & negocia creſcunt ad extinctio
nem ſpiritus,qui ſe eis acquieuerit occupari. Ideo di-
ſcretio prælati debet prouide proſpicere,quid ex quoli
bet euentu poſſit conſequi, & quæ negocia dimittere,
vel quantum expediat ea exequi,circunſpecte rimari.
Eccl. 11. Ait enim Sapiens.Fili ne in multis ſint actus tui. Qui
ſarcinam ſatis grauem portat, imprudens eſt, ſi adhuc
onera plura ſibi portanda imponit,quibus poteſt opor
tune carere. Super omnia vero debet ſemetipſum re-
ctor circunſpicere,ne alijs prouidens ſeipſum negligat:
Matt. 16. ne alios ſaluans ſeipſum in periculum demergat. Quid
enim prodeſt homini,ſi mundum vniuerſum lucretur,
animæ vero ſuę detrimentum patiatur?Hic eſt quartus
ordo gemmarum triplici circunſpectione quaſi precio
ſorum trium lapidum ornatum complendus, ait enim
Ioa.Videte voſmetipſos,ne perdatis quæ operati eſtis: 2. Ioan. 2.
ſupple in alijs,ſed vt mercedem plenam ſuſcipiatis. Vna
circunſpectio ſui verſatur circa cōſcientiæ ſerenitatem,
vt illa ſemper ſecura ſit & munda.Secura ſit, vt nihil ve
lit,agat,iubeat,vel permittat illicitum & indecens,pro-
feſſioniq; ſuæ contrarium in quo peccatum ſeu ſcan-
dalum deprehendatur.Munda, vt de bonis quæ ſecit,
vel promouet,gloriam ab hominibus non captet, nec
ſibimet exinde immoderate placeat,ſolius Dei benepla
citum in omnibus quærens,vt quę pro eo facit,id eſt vi
ce Dei,etiam pure faciat propter eum & ipſius amorē.
Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum luci Matth. 6.
dū erit,hoc eſt, ſi intuitus intentionis purus fuerit cha-
ritate,totum corpus bonæ operationis dignum erit prę
mio lucis æternæ.Si autem nequam fuerit &c. Scrute-
tur ergo conſcientiam ſuam,ſolicite dijudicans quid e-
gerit,quod omiſerit de agendis,& quo fine bona fece-
rit,& de malis doleat,& confiteatur, & corrigat & ca-
ueat,de bonis vero non in ſe, ſed in Domino glorietur
cum Apoſtolo,qui ait. Si noſmetipſos dijudicaremus, 1.Cor. 11.
non vtique iudicaremur.Qui puluerem ab alijs deter-
git,vix poteſt tranſire, niſi & ipſe puluere reſpergatur,
quem etiam in ſe detergere neceſſe habet, iuxta illud.
Medice cura teipſum.De bonis vero quæ facit ſic læte Luc. 4.
tur,vt inde non extollatur,æſtimans ꝙ non propter ſe,
ſed propter alios quibus pręeſt,Deus dederit ei benefa
cere vel dicere vel ſentire. Alia circunſpectio ſui verſa-
tur circa exteriores mores & verba,quibus oportet eū
alijs magis quam ſibimet deſeruire.Qui enim pluribus
cogitur viuere ad exemplum, & ſatisfacere ſingulis &
omnibus placere,multa indiget diſcretione,vt medium
valeat tenere, ne ſit nimis triſtis vel hilaris,nimis ſeue-
rus,vel lenis,nimis ſocialis vel alienus,nimis tacitus vel
verboſus,nimis dure loquens vel blande,nimis rigidus
vel remiſſus,nimis ſæpe cum hoſpitibus vel raro, nimis
laute reficiens vel tenuiter,nimis facta fratrum obſer-
uans vel diſſimulans,nimis fouens aliquos vel alios par
uipendens,& ſimilia. Cum ergo non poſſit ſemper te-
neri quod de omnibus placeat, minus tamen deuiat ſi
ad benignitatis partem plus declinat, per quam reddi-
tur ſubditis magis amabilis,ob quam ei libentius obtē-
perant, & audacius ad eum recurrunt in quibus indi-
gent,& alacrius imitantur.Ipſa enim poteſtatis aucto-
ritas facit eum ſatis timendum ſubditis, & ſi huic iungi
tur auſteritatis ſæueritas,pauidis fit mentibus oneroſa.
Vos autem cum auſteritate imperabitis eis & cum potē Eze. 34.
tia,& diſparſæ ſunt oues meæ,dicit Dominus:& in Ec-
cl.Noli eſſe quaſi leo in domo tua, ſubuertens domeſti Eccle. 4.
cos tuos.hinc eſt, ꝙ ipſe ſummus princeps paſtorum
Dominus Ieſus tantam nobis benignitatis charitatem
exhibuit,vt ſe nobis faceret amabilem & ita imitabilē,
vt per amorem ſuæ humanitatis traheret ad amorē &
cognitionem ſuæ diuinitatis,vt dum viſibiliter Deū co
gnoſcimus,per hūc in inuiſibilium amorem rapiamur,
Sic & vicarius Chriſti prælatus, ad hoc maxime ſtu-
deat a ſubditis diligi,vt facilius trahat eos ad amorem
Chriſti.In omni tamen dubio ſemper magis inclinet ſe
ad illud,quod ſecūdum veritatis iudicium virtuti charita-
tis & humilitatis & profeſſæ puritati magis conſonat,
& euangelicę perfectioni. Vltimo ēt ipſa diſcretio (quę
cętera omnia dijudicat)circunſpiciat ſeipſam,ne ei cō-
tingat vt oculo corporis,qui cum alia videat,non videt
ſeipſum:videlicet ne plus ſapiat quam oportet ſapere,
ne ſibi plus credat quam expedit, ne ſit ſapiēs in oculis
ſuis,quia teſte Beato Greg.Sicut ſubditorum' tentatio
eſt, reprehendere in prælatis ꝙ in multis non recte a-
gant,ita prælatorum tentatio eſt, ꝙ ſe cęteris ſapientio
res æſtimant:vnde dicitur. Vidiſti hominem ſapientem
ſibi videri,magis illo ſpem habebit ſtultus.Stult' enim
ſibimet

Digitized by Google

sibimet nun confidens, quærit consilium a sapientibus
ne decipiatur. Ille autem dum de se plus quam debet
præsumit, eriam vbi errat, recte se plerunq; sentire dece
ptus putat. Inter omnes autem tentationes videtur ista
periculosior cuiq; Christiano, scilicet, proprio sensui ni
mis inniti. Cum enim nemo reperiatur ita perspica-
cis intelligẽtiæ, quin possit in aliquibus falli, qui hoc to
tum & solum reputat iustum quod ipse senserit, astuto
aduersario ad varias seductiones sub specie boni liberũ
Psal. 9. aditum pandit: ait enim Psalm. Sedet in insidijs cum di-
uitibus in occultis, vt interficiat innocentem. Ibi enim
libentius insidiatur, vbi maiores meritorum diuitias cer
nit inquiri, vt ibi innocentem inquirat & occidat, vbi se
Deo magis obsequium præstare sperabat. Vnde cau-
tum est semper rectori, consilia libenter audire, & hu-
militer quærere. Et in hoc triplex humilitas consistit.
Primo, si alij idẽ sentiunt quod et ipse, securior est quòd
non decipiatur. Secundo, quicquid fecerit cum pruden
tium consilio, si aliquid inde euenerit contrarij, minus
ei poterit imputari, quam si de suo tantum sensu id fe-
cisset. Tertio, quòd sæpe in merito humilitatis talis,
Exod. 18. Deus dat ei agnoscere per se vel alium, quod ante non
intellexit. Hinc Moyses (cui Deus facie ad faciem lo-
quebatur) consilium Ietro soceri sui gratum habuit &
seruauit. Hinc Apostolus Paulus Spiritu sancto replet',
Euangelium quod per reuelationem Iesu Christi didi-
cerat, ipsius instinctu ascendens Hierusalem. Cum Pe-
Gal. 2. tro & Ioanne & Iacob. coapostolis suis se contulit, vt
esset securior in prædicando, cum ab eis non discorda-
Eccl. 32. ret, & exemplum per hoc daret fidelibus prælatis con-
silium requirendi. Omnia cum consilio fac, & post fa-
ctum non pœnitebis, ait scrip. Aliqui vero cum ad offi-
cium regiminis assurgunt, ita se continuo repletos spiri
tu scientiæ reputant, vt omnia antecessorum suorum fa
cta stulta iudicent & peruersa: alij vero econtrario cum
ab eodem absoluuntur officio, quæcunque successores
eorum faciunt, simili modo condemnant, non attenden
tes, quòd sicut ipsi aliorum facta deprimunt, ita eorum
facta alij possunt despicere: hinc dicit Isa. Væ qui sper-
Isa. 33. nis, nonne & ipse sperneris? Nullorum enim facta tam
studiose solent ab alijs obseruando notari, sicut, illorũ
qui aliorum facta seuere dijudicant, si forte in quo ipsi
alios arguunt, reprehensibiles reprehendantur. Sunt
enim duo genera hominum, quorum consilia prudens
rector non facile debet recipere, scilicet, adulatores &
detractores. Primi istorum seducunt eum, vt magis de
Isa. 3. se quam expedit præsumat: iuxta illud. Qui beatum te
dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dis-
sipant, ne de te vera sentias humilitate propriæ cogni-
tionis. Secundi inducunt eum vt peius quam habet, de
alijs, suspicando sentiat, & sæpe innocentes condemnet:
et priusquam veritatẽ rei plene cognoscat: dicente scrip.
Hester. 16. Aures principum simplices, & ex sui natura aliud æsti-
mantes, callida fraude decipiuntur, & malis quorun-
dam suggestionibus regum studia deprauantur: vt eos
qui credita sibi officia diligenter obseruant: & ita cun-
cta agunt, vt omni laude sint digni, & vt mendaciorum
cuniculis conentur subuertere &cæt. Cum autem tri-
bus de causis soleat requiri consilium, scilicet propter
emendationem, vt discatur de quo dubitatur, propter
auctoritatem vt magis habeat vigoris quod per tales
consultum fuerit, & propter pacem, ne habeant aliqui
occasionem murmurandi. Propter primam causam, cõ
sulendi sunt prudentiores, propter secundam nomina-
tiores, & propter tertiam omnes ad quos negocium
pertinere videtur. Sed quia singularia sine numero sũt,
in quibus discretio est necessaria, non potest dari certa
& communis regula, quæ valeat pro omnibus.

Quòd sexta prælatorum ala est deuotio ad Deum. Cap. 8.

SExta & vltima ala sine qua reliquæ perfici non va-
lent, maxime est necessaria, vt sit deuotus ad Deum,
per quem zelus iustitię accenditur, pietas compassionis
infunditur, patientia roboratur, exemplum bonum cõ-
ditur, discretio clarificatur. Hæc est vnctio spiritus, do-
cens de omnibus quæ expediunt saluti: vnde dicit Ioã.
Vos vnctionẽ habetis a Spiritusancto, & nostis omnia: 2. Ioan. 2.
& non necesse habetis, vt aliquis vos doceat: sed sicut
vnctio eius docet vos de omnibus, deuotio mentem il-
luminat ad cognoscendum quid sit melius. Vnde Do-
minus dicit Docebit vos omnia, & suggeret: &c. inflã- Ioan. 24.
mat ad appetendum bonũ, et in Eccl. dicitur Quicdunt Eccl. 24.
me, adhuc esurient: & qui bibunt me &cęt. Roborat ad
perficiendum. Deus est enim qui operatur in nobis &
velle & proficere pro bona voluntate, facit horrere pec Psal. 118.
cata: dicente Psal. Iniquitatem odio habui. et in Apoc. li Apoc. 10.
ber comestus dulcis gustu, amaricat vẽtrem. Actiones Cant. 2.
ordinat ad virtutes sicut dicitur in Can. Introduxit me
rex in cellam vinariam, ordinauit ĩ me charitatem. Mo
res exterius cõponit & verba, sicut dicit Thob. Nun- Thob. 3.
quam cum ludentib. miscui me, neq; his qui in leuitate
ambulant. Scientiam fidei dulcem reddit. Sapiẽtia enim
secundum nomen suum est, id est, sapida scientia. Spem Rom. 8.
in fiduciam erigit. Ipse. n. Spiritus sanctus reddit testi- Rom. 5.
monium nobis, q; sumus filij Dei: amorem Dei accen-
dit, nam dicit. Charitas Dei diffusa est in cordib' no-
stris, per Spiritumsanctum qui datus est nobis. Deo fa- Exod. 33.
miliarem efficit. Iuxta illud. Loquebatur Dominus cũ
Moyse, sicut homo loqui solet ad amicum suum. Dat
fiduciam impetrandi petitia, sicut habebat Ioan. cum
dicebat. Fiduciam habemus ad Deum, & quodcunque 1. Ioan. 3.
petierimus, accipiemus. Orationem impinguat. Psalm. Psal. 19.
Holocaustum tuum pingue fiat, & in Eccl. ait enim. Im Eccle. 38.
pingua oblationem. Pium & affectuosum facit: iuxta
illud. Suauis, humanus, & benignus est spiritus sapien- Sap. 7.
tiæ. Cor humiliat vt ait Isa. Super quem requiescet spi Isa. 57.
ritus meus, nisi super humilem &cęt. Oleum spiritum
præmit in olla feruente. Contra aduersa constantia præ
stat. Vnde dicit Psalm. Dominus illuminatio mea & sa- Psal. 26.
lus mea, quem timebo? & Apost. Quis nos separabit a Rom. 8.
charitate Christi? Omnia opera bona delectabilia facit:
iuxta illud. Non habet amaritudinem cõuersatio illius Sap. 8.
nec tędium, sed lætitiam & gaudium. Mentem in super
na eleuat. Si direxerit ad Deum cor suum, spiritum eius
& flatum ad se trahet. Mundum vilescere facit: dicente
Eccl. Vidi quæ fiunt cuncta sub sole, & ecce omnia va Eccl. 1.
nitas. Desiderare cœlestia cogit. Hinc Apost. dicit. Co- Ad Phi. 1.
artor e duobus desiderium habens dissolui, & esse cum
Christo. Peccata delet & pęnas peccati. Vnde ait Domi
nus. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit Luc. 7.
multum. Merita sublimat, teste Sap. qui ait. Si diuitiæ Sap. 8.
appetuntur, quid sapientia locupletius, quæ omnia ope Eccle. 45.
ratur? Proximos maxime ædificat: vnde dicitur. Offer- 2. Cor. 2.
re illi incensum dignum in odorem suauitatis, & Cor. Tob. 14.
2. Christi bonus odor sumus. Dæmones fugat. Nam
fumus eius extricat omne genus dæmoniorum Ange- Psal. 67.
los inuitat & sanctos: ait enim Psal. Præuenerunt princi Tob. 12.
pes coniuncti psallentibus, & Thob. quando orabas cũ
lachrymis &cæt. Hæc & multa alia deuotionis gratia
confert, ideo præcipue rector animarum studiosus esse
debet eam habere, per quam semper informetur quid
faciat, adiuuetur vt possit, conseruetur ne deuiet. Non
enim solũ pro se orare necesse habet, sed et pro illis qui
sibi commissi sunt, quos nõ sufficit sine diuino auxilio
custodire. nam, Nisi Dominus custodierit ciuitatẽ &c. Psal. 126.

Est

Digitized by Google


Est enim prælatus mediator inter Deum & subditos, vt sicut negocium Dei gerit apud illos, docendo, corrigendo, furtum agēdo, ita ēt negocia eorū studeat apud Deum fideliter promouere, placando, gratiam impe-
Deut. 5. trando, & conseruando a malo. Vnde scriptum est. Ego sequester & medius sui inter Deum & vos. Alia autem
Triplex deuotio. deuotio communis, alia specialis, alia assidua. Communis in diuinis officijs, specialis in orationibus, assidua in omnibus agendis. Circa diuina triplicem debet habere diligentiam deuotionis. s. vt omnia fiant ordinate & nō cōfuse, & sine erroris hęsitatione: vt quisq; deputatum ministerium, congrue exequatur: Vnde Pau. di-
1. Cor. 14. cit. Omnia honeste & secundum ordinem fiant in vo-
2. Paral. 25 bis: nam dicitur in Paral. Dauid & omnis exercitus segregauerunt in ministerium Domini, qui prophetauerunt in cytharis, psalterijs, & cymbalis, secundum numerum suum, dedicato sibi officio seruientes. Item vt strenue & non pigre seu desidiose opus Domini, s. diuini cultus officium peragatur. Qui ait Hier. Maledi-
Hiere. 48. ctus qui facit opus Dei fraudulenter &c. Item, vt deuote & reuerenter sine aliqua dissolutione & strepitu di-
Eccl. 39. stincte & attente diuina officia persoluantur, sicut in conspectu Angelorum & in pręsentia Dei, sicut dicitur
Quinque causis, fit officiū diuinum in ecclesia. in Eccl. in omni corde & ore collaudate, & benedicite nomen Dnmini. Officium. n. diuinum in Ecclesia Spiritussanctus ordinauit fieri quinq; de causis. Primo propter imitationem cœlestis concentus, quo Sancti & Angeli in cœlo assidue in præsentia Dei eius laudibus sunt
Psal. 83. intenti: vnde dicit Psal. Beati qui habitant in domo tua Domine, in sęcula sæculorum laudabunt te. Cum enim
Matth. 28. secundum promissionem suam dicat Dominus. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consummationem seculi. Hic dignetur Christus nobiscum esse veraciter, tam sacramentaliter, quam spiritualiter: dignum est nos ei pro modulo nostro aliqualem exhibere reuerentiam honoris & laudis, iuxta exemplar similitudinis cęlestis, vt ei & si non continue sicut illi cœli cantores, saltem interpolate pro nostra fragilitate psallendo, alacriter assistamus imitantes illam, quæ sursum est, Hie-
Gal. 4. rusalem matrem nostram, vt ait Pau. Secundo, vt beneficiorum Dei memores, certis horis gratias pro his laudando & orando ei iugiter referamus, qui natus in nocte ex Maria virgine, mane iudici passurus assistitur, diluculo resurrexit, hora tertia flagellatur, & post Spiritumsanctum misit Apostolis, sexta crucifixus, nona in cruce pro nobis mortuus, vespere cœnans, corporis & sanguinis sui nobis sacramenta tradidit, & completorio sepultus est. Missarum autem celebratio, non tantum eius nobis passionis mysterium memorandum ingerit, sed & præsentiæ suæ gratiam exhibet, & sub forma sacramenti nos seipso spiritualiter pascit. Si ergo iu-
Isa. 63. stum est, nos horum nunquam obliuisci, ita expedit, ea semper recolere certis horis: Vnde Isa. ait. Miserationum Domini recordabor, laudem eius super omnibus quę reddidit nobis. Tertio, vt nosmetipsos sic assidue ad deuotionem excitemus, & ignē amoris Dei per hoc nobis ne per desidiā seu alias occupationes tepescat, cō-
Leui. 6. tinue reaccendamus: sicut iussit Dominus Moysi dicens. Ignis est ille perpetuus, qui nunquam deficiet, quem nutriet sacerdos in altari, subijciens mane ligna. Ignis est deuotionis feruor qui semper in altari cordis ardere debet, quem sacerdos deuotus semper (subijciēdo ligna diuinæ laudis) debet nutrire, ne aliquando ex-
Psal. 33. tinguatur, vnde dicit Psalm. Benedicam Dominum in omni tem. &cæt. Quarto, vt simplices fideles qui per se nesciunt certa orandi tempora eligere, per hoc ad orationis studium assuefaciamus, vt saltem tunc ad ecclesiam oraturi conueniant quando ibidem diuinæ laudis officia persoluuntur, & vt minus afficiantur tædio ibi persistendi, quandiu coram se vident clericos celebrare diuina. Vnde in Luc. dicitur. Omnis multitudo po- Luc. 2.
puli erat foris hora incensi. Multi. n. rudes vix vnquam se orationi offerrent, si foris non certis temporibus in Ecclesiam ex consuetudine, ad diuinorum celebrationem, & verbi Dei recitationem, ordinarie vocarentur. Quinto, propter decorem religionis Christianæ, quia decens est & congruum, vt si Iudæi & gentiles & quidam hęretici, quandoq; conuenticula sua faciunt, et sua prophana ibi commercia celebrant, & ritus suæ perfidiæ obseruant, multo dignius qui vera & Sacrosancta habent sacramentorum mysteria, ad ea celebranda & veneranda sæpe conueniant, & debita conditori suo laudum solennia persoluant, quibus & gratiam Dei ampliorem merentur, & vitam æternam, & quibus alliciantur simplices ad religionis sanctę reuerentiam & amorem. Propter quod scriptum est. Dedit in celebra- Eccl. 47.
tionem decus, & ornauit tempora &cęt. Inter omnes ergo exteriores obseruantias, maior debet diligentia diuino officio adhiberi, vt sicut dictum est, ordinate fiat, strenue, & deuote. Alia enim temporalia facimus pro Deo, in hoc autem assistimus Deo, et intendimus Deo, & alloquimur eum & nos ipse, simul & pro nostris necessitatibus eius auxilium postulamus. Specialis deuotio consistit in orationibus priuatis, in familiaribus vocalium orationum recitationib. veluti Psalmorum, lætaniarum, & aliarum orationum, quas in secreto quisque per se extra ordinarie ruminando persoluit: nam di-
cit Dñs. Cum oratis, dicite Pater noster. Item in sacris Matth. 6.
meditationibus cum quis ante mentis oculos recolligit peccata propria, & miserias, & futura supplicia, vel beneficia Dei generalia, seu specialia, & passionem Christi, & bonitatis eius dulcedinem, & præmia repromissa, vt ex his concipiat deuotionis affectum, timoris, vel amoris Dei desiderij, mœroris vel gaudij spiritualis, iuxta illud. Meditatus sum nocte cum corde meo, &c. Psal. 36.
Item in pijs erga Deum affectibus, & lachrymis, & suspirijs, & sanctis desiderijs amoris, & alijs internis & ineffabilibus motibus cordis, in iubilis, excessibus, & raptu, & absorptione spiritus in Deum, quo adhærens 1. Cor. 6.
Deus, vnus fit spiritus cum eo per puræ intelligentiæ lucem, & cognitionem Dei, & amoris eius ardorem, & glutinosam fruendi inhæsionem. Ipse. n. spiritus po- Rom. 8.
stulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quòd si prælatus præpeditur varijs curarum distractionibus, speciali deuotioni sæpius intendere saltem interdum cum oportune ei licet, quasi furtim & raptim ad orationis studium se conferat, ne omnino refrigescat, ne in dissuetudinem orandi veniat, ne Deo alienus efficiatur, ne gratia diuinæ propiciationis ei quasi insensibiliter subtrahatur: Vnde Moyses cum per populi negocia exterius vexaretur, crebro in tabernaculum fęderis ad Dominum recurrit, familiare ipsius colloquium ibi ex petens, quo intrinsecus in spiritu reficeretur. Domi- Luc. 6.
nus quoq; diebus prædicans turbis, noctibus in orationibus solus pernoctauit. Et licet parua detur mora prælato orandi, tamen quia pro alijs debet ex officio orare, datur ei quandoq; propter alios copiosior orandi gratia, vt quibus prodest agendo, possit etiam orando prodesse, tantum non negligat quærere, nec abijciat cum offertur, ne ex merito ingratitudinis ab eo gratia elongetur, assidua deuotio semper ei debet adesse, sicut & quibuslibet proficere volentibus in religionis virtute.
Et ipsa triplex est. Vna est iugis memoria Dei ante ocu- Deuotio prælatorū triplex.
los cordis, vnde dr̄. Prouidebā Deum in cōspectu meo semper: & alibi. Oculi mei semper ad Dominum in Psal. 15.
omni loco & tempore semper debet homo studere Psal. 24.
Deo intēdere, quasi sit coram eo per mentis intuitum.
Vnde solebant dicere Elias, & Eliseus. Viuit Dominus, 3. Reg. 18.
in cuius conspectu sto. Sicut enim Angeli quocunque mittantur, tamen a diuina contemplatione non recedunt,

Digitized by Google

dunt,ita homo virtutis pro suo posse, semper Dei me-
moriam a suo corde non remoueat. Vnde si aliquando
contigerit,semetipsum inde redarguat. Nam dicit Ber.
Omne tempus quo de Deo non cogitas,puta te perdi-
disse. Nam & si profunde non possit cogitationem tuā
semper in ipsum defigere meditādo,saltem memoran-
do cordis intuitum in eum dirige,& cum datur oportu
nitas,ipsa memoria in meditationem seu orationem for
Secūda deuotio. metur,sicut qui materiam formandæ imaginis secum
circumfert,vt cum habuerit oportunitatem, aliquid in
ea sculpendo operetur. Alia est continuum studiū Deo
placēdi,in omni actione,vel locutione, vt semper qua-
si in eius præsentia caueat , vnde ei displiceat,& doleat
2. Cor. 5. si forte fecerit, & studeat in quo & qualiter ei possit
magis placere,dicebat.n.Apost. Contendimus siue ab-
sentes siue præsentes placere illi. Omnes.n.nos manife-
stari oportet ante tribunal Christi Semper enim debet
religiosus se gerere,quasi in proximo sit tribunali sum
Luc. 12. mi iudicis præsentandus. Estote parati,quia qua hora
non putatis,filius hominis veniet,dicebat Dominus di
scipulis suis. Omnia nostra videt quæ facimus, & sicut
non obliuiscitur bonorum operum ad præmiandum ex
diuturnitate temporis,ita nec malorum ad puniendum,
Eccle. 23. nisi per penitentiam diluantur,vnde peccator,contem-
nens animam suam, dicit in Eccles. Nemo circunspicie
me,quem vereor,delictorum meorum non memorabi
tur altissimus:& non intelligit , quoniam omnia videt
Tertia deuotio. oculus eius,&c. Tertia est , omnia agenda oratione sal-
tem mentali præuenire , ad omnes euentus oratione se
præmunire,& omnia beneficia gratiarum actione pro-
sequi,ac laude diuina,agenda petat à Domino sibi salu-
briter inspirari,euentum dirigi ad salutis profectum,be
neficia augeri,& conseruari. Sicut enim nauta proui-
dens tempestatem , festinat sæpius ingredi portū secu-
rum,ita religiosus ad orationis portum continue con-
fugiat,vbi omnes periculorum collisiones euadat , &
in omnibus agendis semper plus orationi fidat , quam
propriæ industriæ,vel labori:vnde scriptum est. Cum
ignoramus , quid agere debeamus , hoc solum habe- 2. Para. 20.
mus residui,vt ad te oculos nostros dirigamus , vide-
licet in oratione,& Psal. Sicut oculi seruorum in mani- Psal. 122.
bus Dominorum suorum,&c. His igitur et alijs pennis
ecclesiasticus seraph.i.prælatus spiritualis,Domino se-
denti super solium excelsum & eleuatum, ornatus assi-
stat,quarū primas duas super caput eleuet,medijs dua
bus corpus & pedes contegat,vltimis duabus in latum
& altum volet:vt zelum eius non humanæ laudis fer-
uor deprimat,nec compassionem eius carnalis inclinet
affectus,sed sursum recta intentio sustollat,& fraternæ
charitatis pietas in altum erigat,propter retributionem
supernam,iuxta illud Psalm. Inclinaui cor meum ad fa- Psal. 118.
ciendas,&cæt. Patientia vero & vita exemplaris conte-
gāt eum a perturbationum iaculis,& a nuditate inopiæ
meritorum,quibus quasi armis defendatur,& quasi sa Isa. 40.
cris vestibus adornetur. Vnde ait Isa. Induere fortitudi
ne tua syon,induere vestimentis gloriæ tuæ. Circunspe
ctione vero vbiq; circumuolet, videndo quid & quali-
ter sit agendum,& deuotionis studio quæ sursum sunt
quærat,vbi Christus est in dextera Dei sedens, sublimi
volatu ad ipsum accedens. Licet autem omnes qui præ
sunt animabus, has virtutes non possint omnes æqua-
liter habere,tamen omnino necessarium est eis,aliqua-
tenus non carere tam pro fructu ædificationis illorum,
quibus præsunt,quam propriæ salutis profectu . Qui-
libet etiam religiosus qui seipsum habet regere , & de
suijpsius regimine rationem Deo est redditurus in ex-
tremo examine. His alis & pennis (quantum sibimet
indiget) oportet adornari,& in superna subleuari, vt sit
feruens in iustitia,compatiens proximis propter Deū ,
patiens in aduersis,bono exemplo alios ædificans , cir-
cunspectus in omnibus,& super omnia Deo per oratio
nis studium familiariter adhærens, qui eum in omni-
bus protegat,dirigat,& promoueat,& tandem ad cœle-
stia euolare faciat. Quod nobis præstare dignetur Iesus
Christus. Amen.

F I N I S.





Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

